Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIGENIS

OPERA

2

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala / Estante / Plúteo
Universidad de Deusto
Biblioteca

7
3

206,5

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIGENIS ADAMANTII OPERVM PARS SECVNDA, COMPLECTENS EÂ MAXIME, QVAE IPSE IN NOVVM TESTAMENTUM EST COMMENTATUS, EX QUIBUS ANTEHAC À NOBIS NON ÆDITI, APPARENT IAM Commentarij in Euangelium Ioannis, Interprete Ambrosio Mediolanensi monacho, tum Dialogi aliquot aduersus Marcionistas, etiam nunc primùm latinè redditi per Laurentium Humfridum Anglum. Præter quos denuo Libri aduersus Celsum Ro. lingua donati sunt per Sig. Gelenium, quibus quantum cum ueteri translatione conueniat, prudens iudicet lector.



SOCIETATIS IESU BIBLIOTECA BURGENSIS
Societatis Iesu.
Burgos. 1863.

BASILEAE M D LVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DES. ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI S. D.

Neptum fortasis alicui uidebitur, in tam uasto tot uoluminũ Origenicorum naufragio, unius fragmẽti iacturam deplorare. Hoc enim perinde sit, ac si quis cui nauis preciosis mercibus onusta periisset, unius pallij damnum defleat: quanquam ego sic affectus sum, ut quum de tam graui iactura non queã non discruciari, ea tamẽ maiore cum dolore desiderem, quæ scripsit in Nouũ testamentum, in quo literarum Hebraicarum præsidio nõ perinde egebat, nec toties in rebus obscuris ad dubias allegorias fuit confugiendum. Nusquã Origenes non ardet, sed nusquam est ardentior, quàm ubi Christi sermones actusq; tractat. Inter Euangelistas autem nemo, mea quidem sententia, plenius omnem redemptoris uitam ac doctrinã cõplexus est quàm Matthæus, qui ut primus scripsit, ita primam laudẽ promeruit. Cæterum hoc opus esse de genere Tomorum, non solum tituli qui extant apud Græcos, uerumetiam ipsa res declarat, quocunq; consilio dissecuit illud nescio quis in Homilias. Neq; enim hic usquam uides clausulã homilijs familiarẽ, quæ semper exeũt in δοξολογίαν, admixta nonnunquã precatiuncula. Tum ab his cõmentarijs quos habemus mutilos, decem abesse Tomos indicant Græci codicis tituli, ex quo nos adiecimus undecimũ, ac duodecimi partem. Vtinam licuisset ex pleno exemplari totum hoc opus instaurare studiosis, lectu profecto dignissimũ. Vnam alteramue pagellam procurrimus in eam partem quam habebamus uersam, idq; duplici de causa: primũ ut hoc argumento constaret, hanc quam adiecimus partem illius operis esse portionem, quod habebamus truncum: dein ut ex hac qualicunq; degustati uncula lector possit æstimare, quantũ sibi permiserit ille quisquis fuit interpres: quem ut fateor incertum esse, quòd absit præfatio, ita probabili coniectura colligi potest, fuisse Rufinũ. Neq; enim Hieronymus agnoscit hoc opus, & uertendi licentia Rufinum indicat, in quo fidem desideramus potius, quàm eruditionem aut facundiam, quum interpretis magis etiam quàm historici præcipua laus sit fides. Vale.

COMMENTARII ORIGENIS ADAMANTII IN EVANGELIVM MATTHAEI, CVM ACCESSIONE duorum ac dimidiati tomi, Des. Eras. Roterod. interprete.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

VNC dimissis turbis uenit in domum suam, & accesserunt ad eum discipuli ipsius dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri.] Quando cum turbis est Iesus, non est in domo sua: Nam extra domum sunt turbæ, facitq; hoc illius erga homines charitas ac beneuolentia, ut domum relinquat, & abeat ad eos, qui ad ipsum peruenire non possunt. Posteaquam autem satis disseruisset turbis per parabolas, dimittit illas, ac uenit in domum suam. Vbi accesserunt ad eũ discipuli ipsius, qui non remanserant cum his quos ille dimiserat. Et quicunq; sanè syncerius audiunt Iesum, primum sequuntur illum, mox percontati ubi domum habeat, inuitantur, ut uideant illum. Venientes uident, et manent apud illum, omnes quidem diem illum, quidam autem illorum fortasse diutius. Atq; huiusmodi quiddam arbitror significatum in Euangelio Ioannis, his uerbis: Postero die rursus stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Insuper ad demonstrandum quod ex his quibus fuerat concessum, ut irent cum Iesu, uiderentq; domum illius, is qui præstantior erat, fieret etiam apostolus, his quæ dicta subnectuntur hæc: Erat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant à Ioanne, & sequuti fuerant Iesum. Proinde nos quoq;, si uolumus audire Iesum non more turbarum, sed eorum more, quibus permittit et in domum uenire, eximium quiddam ultra turbas suscipientes, familiares ac domestici reddamur Iesu, ut uelut illius discipuli, ad eum iam domum ingressum accedamus, & accedentes doceri postulemus enarrationem parabolæ, siue zizaniorum agri, siue cuiusuis alterius. Vt autem plenius intelligatur quid nobis commendet domus Iesu, colligat aliquis ex euangelijs quæcunque de Iesu domo dicta sunt, tum quecunque in illa uel dixerit, uel fecerit. Hęc enim in unum coaceruata, persuadebunt huic attento lectioni, quæ sunt in euangelijs, non simpliciter tantum, ut quidam existimant, esse scripta, sed simplicibus ob dispensationem ueluti simplicia prodita sunt. Cæterum qui acutius uolunt & possunt aures intendere, his illic reconditæ sunt res magnæ sapientiæ, deiq; uerbo dignæ. Post hæc respondens dixit, ab eo loco: Qui seminat bonum semen, est filius hominis, de quibus tamẽsi pro uiribus in superioribus nobis dissertum est, nihilominus dicentur & hic, quæ possunt illis adaptari, Quanquam & secundum alteram enarrationem absurda non sunt. Ac mentem adhibe si possis & aliter præter ea quæ disserta sunt prius, bonum semen pro filijs regni accipere. Quoniam quæcunq; nascuntur in hominis animo bona, hæc à uerbo quod in principio erat apud deum, condita sunt, quum sint germina regni dei, ut sani de re quaq; sermones sint, filij regni. Dormientibus autem his, qui non agunt iuxta Christi præceptum dicentis, Vigilate & orate ne intretis in tentationem, diabolus obseruans superseminat quæ uocantur zizania, praua dogmata: superseminat autẽ naturalibus, ut quidam appellant, cogitationibus, bonisq; seminibus, quę pro secta sunt à uerbo. Porrò iuxta hanc interpretationem, ager accipi possit totus mundus, nõ tantum ecclesia dei. Siquidem in toto mundo filius hominis seminauit bonum semen, malus autem ille zizania quæ sunt sermones praui, qui sunt ex malitia nati, mali filij. Oportebit autem in fine rerum fieri messem, quam appellat consummationẽ seculi, ut angeli dei, quibus hoc datum est negocium, colligant quæ prius animæ fuerant agnata peruersa dogmata, & tradant ea in cõsumptionem igni qui dicitur exurere, nimirum subuertentes ea. Et hoc pacto colligent angeli uerbi & ijdem ministri, ex uniuerso Christi regno omnia, quæ inerãt animabus offendicula, cogitationesq; quæ pariunt iniquitatem. Quas collectas conijcient in caminum ignis ardentem. Vbi simul & qui ad se reuersi senserint, eo quod dormitum est, in ipsis illius mali semina locum occupasse

Cap. 1 Mar. 13

Universidad de Deusto

passe flebunt, ac sibi quoddammodo indignabuntur. Nam hic et stridor dentium, unde
Psal.36 & in psalmo dictum est: stridebant in me dentibus suis. Tunc maxime iusti fulgebunt, non iam uarie, quemadmodū initio, sed omnes uelut unus sol in regno patris sui. Itaq; ueluti mysteriū aperiēs seruator, fortasse quū propter omnia quę dicta sunt in explicanda parabola, tum uerò potissimū propter hoc quod dictū est, Tunc iusti fulgebūt ut sol in regno patris sui, subiungit: Qui habet aures ad audiendū audiat: docēs eos qui putabāt ipsum in enarrāda parabola dilucidissime rem explicuisse, ut uel à quibuslibet posset intelligi, & ipsam parabolæ enarrationē opus habere explicatione. Verum quoniā superius diximus in hæc uerba, tunc iusti fulgebunt ut sol, quod nō ut prius uarie fulgebūt iusti, sed erūt omnes uelut unus sol, necessario exponemus de hoc loco, quid nobis uideatur. Videtur Daniel scite lumē mundi dixisse, intelligentes, uulgusq; iustorū gloDaniel.12 ria præcellentes, quū ait: Et intelligētes refulgebunt ut splendor firmamēti. Ac de uul1 Cor.15 go iustorum, ut stellæ in æternitates. Insuper & Apostolus, quū ait, Alia gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarū, Stella enim à stella differt in gloria, Sic & resurrectio mortuorū: eadem dicit quæ Daniel, sensum hunc ab huius prophetia mutuatus. quæret igitur aliquis quomodo hi de differentia luminis quod est in iustis loquuntur, quū contra seruator ita dicat, ut unus sol fulgebunt. Opinor equidem, quod in exordijs beatitudinū quæ sunt in his quæ salui fiunt, quoniā nondum purificati sunt, qui tales nō sunt, differentia sit luminis eorū qui salui fiunt. Cęterum ubi, quemadmodum diximus, collecta fuerint à toto Christi regno, omnia scandala, & cogitationes quæ gignunt iniquitatē coniectæ fuerint in caminum ignis, cōsumptaq; fuerint deteriora: & dum hæc geruntur, ad se redierint qui receperant sermones, mali illius filios, tunc iusti unicū solare lumen facti, fulgebunt in regno patris sui. Sed cui fulgebunt, nisi his quibus deest, qui fruentur illorū lumine, non aliter q̄ nunc sol lucet super terrā? Non enim profecto
Matt.5 lucebunt sibi ipsis. Vide num forte & illud quod dicitur, Luceat lux uestra corā hominibus, describi possit super latitudinē cordis, iuxta id quod dictum est à Solomone, trifariā: ut & nunc luceat lux discipulorum Iesu coram cæteris hominibus, & post obitum ante resurrectionē pariter ac post resurrectionē, donec occurrāt omnes in uirum perfectum, ac fiant omnes unus sol, tunc fulgebunt ut sol in regno patris sui.

De parabola thesauri in agro absconsi.

Rursum simile est regnum cœlorū thesauro abscondito in agro, quem repertum homo abscondit.] Reliquas quidē parabolas dixerat turbis, hanc uerò cū duabus hanc sequentibus nō parabolas, sed similitudines ad regnū cœlorum pertinētes, uidetur iam ingressus domū dixisse discipulis: cuius lectioni attentus, examinet & reliquas duas sequētes num forte nō sint parabolę, quando quidē in illis scriptura non grauata est parabolę cuiq; titulū pręponere, in his uerò nō fecit idē, Idq; fecit congruenter. Nā si turbis loquebatur in parabolis, et hęc omnia loquutus est in parabolis, et sine parabolis nō loquebatur eis: cæterū ubi uenerat in domū nō loquitur turbis, sed accedētibus ad ipsum in ea discipulis, perspicuū est, non esse parabolas quæ in domo loquutus est. His enim qui foris sunt loquitur per parabolas, & quibus nō est datum scire mysterium regni cæ
* lorū. Dixerit igitur aliquis: Si nō sunt hæ parabolæ, quid igitur sunt? An igitur scripturę uocem sequuti, dicemus esse similitudines, differre autem similitudinem à parabola? Scriptum est enim in Marco, Cui assimulabimus regnū dei, aut cui illud conferemus? Ex hoc siquidem demonstratum est discrimen esse inter similitudinē & parabolam, id est collationē. Videtur igitur similitudo esse generalis, parabola uerò specialis. Fortassis & similitudo quum uox sit maxime generalis ad parabolam, ut cōplectitur in se speciem parabolā, sic & similitudinem speciem cognominē uoci generali. Quod quidem & in alijs accidit, quemadmodum obseruatū est ab ijs, qui callent multorum nominum usurpationē. * Qui dicunt etiam maxime generalem esse ὁρμὴν, id est, motum, multas complectentē species, uelut ἀφορμὴν, id est, occasionem, quæ aliūde oblata mouet, & ὁρμὴν, id est impetū animi ultro natum, dicentes ὁρμὴν, id est, impetum, in specie communi cum generali nomine usurpari, ad distinctionem τῆς ἀφορμῆς, id est occasionis. Atqui hic seorsum quærendum est quis sit ager, seorsum quis sit thesaurus in eo absconsus, &

** Hoc dicit, nonnunquā speciei deesse peculiare uocabulum, actum eam generis nomine designari. Velut apij multæ sunt species, & tamen quū apium dicimus unam apij speciē ab alijs diuersā significamus.*

quomodo

quomodo homo qui inuenit hunc absconditū thesaurum, præ gaudio abit, uenditq; omnia quæ habet, ut emat agrū illum. Quin & illud quærendum, quæ sint illa quæ uendit. Mihi quidē iuxta hæc, uidetur ager esse scriptura, consita manifestis historiæ uerbis, & legis & prophetarum, ac cæterarum sententiarum. Copiosa siquidem uariaq; plantatio est, & eorum quæ tota scriptura dicuntur. Porrò thesaurus in agro absconsus, sunt reconditi & sub manifestis uerbis latentes sapientiæ, in mysterio reconditæ, sensus: hoc est, in Christo, in quo sunt thesauri sapientię & intelligentiæ occulti. Alius autem dicet, agrum esse illum uere plenum cui benedixit dominus, uidelicet Christum dei. Thesaurum autem in eo absconsum, esse ea quæ dicuntur apud Paulum esse recondita in Chri Col.1 sto, sic de Christo loquentem, In quo sunt thesauri sapientiæ & scientiæ occulti. Res ita quę cœlestes, ac regnum cœlorum uelut in imagine depicta sunt in scripturis, quæ sunt regnum cœlorum: aut ipse Christus rex seculorum est regnum cœlorum, assimilatum thesauro in agro absconso. Quum autē ueneris in locum, quæres an regnum cœlorum soli thesauro sit assimilatum, qui absconsus est in agro, ut regnum cœlorū per similitudinem complectatur & agrum & absconsum in agro thesaurum. Veniens autem homo quidam in agrum, siue scripturas, siue Christum qui ex manifestis & occultis constat, inuenit absconditū sapientiæ thesaurum, siue in Christo, siue in scripturis. Obambulans enim agrum, scrutansq; scripturas, & quærens intelligere Christum, inuenit in eo thesaurum & inuentū absondit: non existimans esse tutum occultos scripturarum *Mysterium celandum* sensus, aut qui sunt in Christo sapientiæ & scientiæ thesauros prodere quibuslibet. Et postquàm absondit, abit, secum agitans quomodo emet agrū aut scripturas, ut eas faciat sibi propriā possessionem. Post quā ex dei scripturis acceperit oracula dei, quæ primū Iudæis concredita sunt, & posteaquam à Christo doctus emerit agrum, aufertur ab illis regnum dei, quæ est uitis iuxta aliam parabolam, daturq; genti faciēti fructus eius: quę per fidem mercata est agrū, ex eo quod uenundedit omnia quę habebat, neq; quicquam eorum quæ prius habebat apud se retinuerit: nihil autem illi suppetebat, præter malitiam. Hoc ipsum uerò accommodabis, etiamsi ager habens thesaurum absconsum Christus intelligatur. Nam qui relictis omnibus sequebantur eum, ueluti secundum aliam considerationem uendiderunt quæ habebant, ut ob diuendita illa traditaq;, & acceptam auxilio dei in illorum locum bonam uoluntatē, à deo insignem ingentiq; precio dignum mercarentur agrum, habentem in se thesaurum. Rursum simile est regnum cœlorū homini negociatori, quęrenti pulchras margaritas.] Quoniam regnum cœlorum simile est nulli quidem cæterorū negociatorum, quum multi sint multa commercantes, sed ei tantum qui quærit pulchras margaritas, quiq; posteaquam inuenit, unum multis alijs æquiparandum preciosum margaritum pro omnibus emit, locus postulat, ut de natura margariti disquiramus. Obserua uerò diligenter, quod non dixit, uendidit omnes quas habebat. Non enim solas eas, quas is qui quęrebat pulchras margaritas emerat, uendidit, uerumetiam uniuersas facultates suas distraxit, ut emeret margaritum illud. Inuenimus igitur apud eos qui de gemmis tractarunt, de margaritæ natura hæc. Margaritarum alias esse terrestres, alias maritimas: ac terrestres quidem apud solos Indos nasci, quæ congruunt sigillis, anulis, ac monilibus: Maritimas autem si quæ sunt insignes, apud eosdem Indos inueniri, quæ etiam optimæ in mari rubro nascuntur. Proximum autem in margaritis locum habent, quæ ex oceano Britannico capiuntur. Tertij autem ordinis inferiores sunt, non solum primis illis, uerumetiam secundis, quæ in Bosphoro iuxta Scythiam inueniuntur. Insuper & hæc dicuntur de Indico margarito, quod conchis innascitur, quæ similem habent naturam cum prægrandibus cochleis, quæ narrantur ueluti turmatim in mari pasci, uelut armenti duce quopiam exploratore, qui referat, qualis aut quanta sit regio: atque hanc aiunt præminere cæteris sub ipsa degentibus, ut res similitudinem habeat cum examine quod dicitur apum. Narrant autem & de ratione capiendi præstantiores, hoc est, eas quæ in India reperiuntur, quod incolę posteaquam magnum littoris ambitum retibus cinxerunt adnatant urinantes, studentes ducem agminis, unum ex omnibus apprehendere: Si quidem hoc capto, ferunt nullo negocio capi huic subditum agmē, quippē nulla iam subsistente ex toto grege, sed unaquaq; ceu loro uincta sequente gregis ducē. Dicitur autem & gene

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio margaritarum Indicarum temporum ſpacijs confici, animali multas uerſiones ac mutationes capiente, donec perficiatur. Quin & illud narrant, concham animantis ſe-rentem margaritum diduci, in morem oſcitantis, ac diductam, cœleſtem in ſe rorem re cipere: quo ſi puro limpidoq; fuerit expletum, lucidum fit margaritum, concipitq; concha grandem & concinnā gemmam. Quod ſi quando turbidum, inæqualem & hyber-num rorē acceperit, nubilum concipit margaritum, & uarijs obnoxium maculis. Quin & illud comperimus, ſi concha procedens, ut impleatur gemma qua ſolet eſſe grauida, interim corripiatur à fulmine, contrahitur, ac ueluti metu conſtringitur, fœtum eiſci-ens in ea quæ dicūtur φυσήματα, hoc eſt, inflationes: nonnunquā uelut abortiuæ gene-rantur breues ac nebulæ nonnihil habentes, tametſi concinnæ. Iam & illud habet Indi-cum margaritum præter alia, colore candidum eſt, argento pellucenti adſimile, ſic ut ſplendor ſubuiridis paulum ſubluceat, cæterum undiq; figurā habens rotundam, ſiue turbinatā. Eſt autē colore blando, & omnino tenerius quām pro lapidis natura. Inſuper eſt adeò iucundum aſpectu, ut quemadmodum tradit is qui ſcripſit de natura gemma-rum, admotum illuſtrioribus laudem auferat. Præterea eſt & optimi margariti ſignum, ambitum habere ſculptum, præterea colorem habere candidiſſimum, maximeq; pellu cidum: poſtremo granditate maximum eſſe. Hactenus igitur de margarito Indico. Cæ-terum quod apud Britanniā aiunt inueniri, ſummo quidem colore accedit ad auri ſpe-ciem, cæterum nebuloſum ac turbidum, luceq; obtuſiore. Iam quod inuenitur in portu iuxta Boſphorum, obſcurius eſt ac liuidum, & omnino luce carens, tenerumq;, & in-genti magnitudine. Naſcitur autem in ſinu iuxta Boſphorum, non in conchis, quod eſt teſtæ genus ferens margaritas, ſed in his qui uocantur mures: de his loquor, qui iuxta Boſphorum in paluſtribus paſcuntur. Fertur autem & quartum eſſe margaritarum ge-nus circa Acarnaniā, in oſtreorum conchis. Verum hæ non admodum probantur, ſed & incompoſitæ ſunt, tum figura, tum colore: deniq; turbidæ undiq; ac ſordidæ. Sunt au tem & aliæ iuxta eandem Acarnaniā, omnibus nominibus reijciendæ. His itaq; colle-ctis ex eorum libris qui de gemmis tractarunt, dico ſeruatorem ſcientem differentiam margaritarum, quarum in genere ſunt & bonæ, & rurſus aliæ uiles, hæc dixiſſe: Simile eſt regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas. Niſi enim eſſent in margaritarum generibus etiā malæ, nequaquam dictum eſſet, quærenti bonas mar-garitas. In omnigenis autem ſermonibus, qui ueritatem profitentur, & gemmas ferunt, quærit margaritas. Ac ſint, ut ita uocem, quæ ex rore cœleſti concipiunt conchæ, uer-boq; ueritatis grauidæ fiunt cœlitus, prophetæ, qui ijdem ſunt illæ pul-hræ margaritæ, quas iuxta id quod propoſuimus dicere, quærit homo negociator. Quod uerò ducit a-gmen margaritarum, quo inuento, ſimul & reliquæ inueniuntur, uidelicet illud precio ſum margaritum eſt Chriſtus dei uerbum, quod ſuperat precioſas literas ſenſusq; legis ac prophetarum, quo inuento ſimul & omnia cætera facile capiuntur. Loquitur autem ſeruator diſcipulis omnibus ut hominibus negociatoribus, qui nō ſolum quærunt pul-chras margaritas, uerumetiam & inueniunt eas & poſſident, dum ita dicit: Ne proijcite margaritas ueſtras ante porcos. Quod autem hæc diſcipulis dicta ſunt, liquet ex eo, qd' hos ſermones præcedit illud, Videns autem turbas, aſcendit in montem, & quum con-ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli ipſius. Conuenit enim hic ſermo cum eo, Nolite dare ſanctum canibus, neque proijciatis margaritas ante porcos. Proinde uide ne qui nō habet margaritas, aut qui non habet precioſum illud margaritum, nec diſcipulus ſit ſeruatoris. At margaritas inquam bonas, non nubilas, non ſordidas ac turbidas, quales ſunt ſermones ab eccleſiæ decretis diſſentientium, quæ naſcūtur nō ad Orientē, ſed ad Occaſum ac Boream, ſi tamen & has oportet adiūgere, ob eam quam inuenimus diffe rentiā margaritarum diuerſis in locis naſcentium. Fortaſſis autem turbidi ſermones & in operibus carnis uolutatæ hæreſes, nubilæ ſunt & in limo paluſtri naſcētes margaritæ
Luc.11 nō bonæ. Adaptabis autem quærenti bonas margaritas & illud, Quærite & inuenietis.
Matt.7 Itē illud: Omnis qui quærit inuenit. Quid enim quæritis, aut quid omnis qui quærit, in-uenit? Dicā audacter, Margaritas, & illud margaritū, quod diuenditis omnibus, ac om
Phil.3 nium iactura facta, poſſidet. Ob hāc dicit Paulus: Omnium iacturam feci, ut Chriſtum lucrifacerē. Quum omnia dicit, ſentit bonas margaritas: quumq; dicit, ut Chriſtum lucrifaciam

criſfaciam, ſentit unicum illud precioſum margaritum. Itaq; precioſa res eſt lucerna ijs qui ſunt in tenebris, & opus habent lucerna, donec oriatur ſol. Precioſa uerò & gloria, quæ fuit in facie Moyſi. Ego uerò puto & propheterum pretioſam eſſe gloriam, ac pul-chrum eſſe cōſpectum, per quē inducimur ad hoc ut poſſimus uidere gloriam Chriſti, cui teſtificatus pater dicit: Hic eſt filius meus dilectus, in quem mihi cōplacui. Verū ne Matt.17
glorificatum quidem fuit quod glorificatum erat in hac parte, propter eminentem glo riam. Et prius opus eſt nobis ea gloria, quæ recipit abolitionem pro eminente gloria, quēadmodum opus eſt cognitione, quæ eſt ex parte, quæ aboletur, quū uenerit quod perfectum eſt. Omnis igitur anima quæ uenit ad adoleſcentiā, pergens ad perfectionē, opus habet donec acceſſerit ipſi plenitudo temporis, pędagogo, diſpenſatorib. & acto ribus, ut poſt hæc omnia, qui prius nihil differebat à ſeruo, quū eſſet dominus omnium, liber factus, recipiat à pædagogo, œconomis & actoribus bona paterna, quæ reſpon dent precioſo margarito, & ei quod perfectum eſt uenturo, per quod aboletur id quod ex parte eſt, quum eminentiam cognitionis Chriſti capere quis potuerit, prius exercitatus in cognitionibus, ſuccumbentibus, ut ita loquar, cognitioni Chriſti. Sed plericq; nō intelligentes pulchritudinē plurium margaritarū legalium & quæ adhuc ex parte eſt ſcientiā omnem propherarum, credunt ſe ſine illis hauſtis ac comprehenſis omnino inuēturos unicum illud precioſum margaritum, cōtemplaricq; eminentiā ſcientiæ Chri ſti Ieſu, cuius comparatione cuncta quæ ante talem ac tantam ſcientiam fuerunt, quum non ſint ſuapte natura ſtercora, tamen apparent eſſe ſtercora, quæ quidem fortaſſe ſunt illa quæ à cultore uineę ficui admouētur rudera, efficientia ut ea fructū adferat. Omnia igitur tēpus habēt, & opportunitas eſt omni rei quæ eſt ſub cœlo. Eſt aliquod tempus colligendi pulchras gemmas, & tempus eſt poſt harum collationē, inueniendi unum precioſum margaritum, quo reperto conueniet abire quempiam, ac uēdere cuncta quę poſſidet, ut emat margaritum illud. Quemadmodum enim eum qui futurus ſit ſapiens in ſermonibus ueritatis, prius opporter elemētis inſtitutū eſſe, & hinc ad maiorē pergē re inſtitutionē, magnicq; facere elementariam inſtitutionē, non tamen in hac oportebit permanere, ueluti qui iam eam in precio habuerit initio, ſed progreſſum ad perfectio-nem habere gratiam hactenus utiliter factæ inſtitutioni: Sic ad plenum intellecta quæ ſunt legis ac propherarū, iuſtitutio quædam elementaris eſt ad intelligendum euange-lium, atq; omnē ſenſum de Chriſti Ieſu factis ac dictis. Rurſus ſimile eſt regnū cœlo-rum ſagenæ miſſæ in mare.] Quemadmodum in imaginib. ac ſtatuis ſimilitudines non omni ex parte reſpondent ijs ad quæ conferuntur, ſed in plano quidem ligno, ut exēpli cauſa loquamur, cera depicta imago, ſuperficiæ tantū cum colore ſimilitudinem habet, uerum non ſeruat depreſſiones atq; eminentias, ſed harum rerum ſignificationem tan-tum. In fingendis uerò ſtatuis, ſimilitudinem quæ eſt ſecundum eminentiā ac depre-ſſionem ſeruare conatur ars, in colore uerò nequaquā. Quod ſi cerea fiat effigies, cona-tur quidem utranq; ſeruare ſimilitudinem, nimirum & iuxta colorē, & iuxta depreſſio-nes ac prominentias, cæterum in profunditate non eſt imago. Similiter mihi cogita & de ſimilitudinibus quæ ſunt in euangelio: regnum cœlorum dum ſimile dicitur rei cui-piam, ſimile dici non ſecūdum omnia quæ adſunt illi, ad quod confertur ſimilitudo, ſed ad quædam duntaxat, quæ conducunt ad aſſumptam rationē. Et hic igitur regnum cœ lorum ſimile eſt ſagenæ miſſæ in mare, nō quemadmodum quidam opinantur, qui do-cent uerbo naturas ſubiectas eſſe diuerſas, malorū ſcilicet ac iuſtorū qui ſub rete uene-runt, ut ex eo quod ſcriptū eſt, ex omni genere cōgreganti, credamus iuſtorū diuerſas ac uarias eſſe naturas, ſimiliter autē & malorū. Nam huic intellectui repugnant omnes ſcripturæ, declarātes eſſe liberū arbitrium, dum & accuſant eos qui delinquunt, & pro- *Liberum arbitrium*
bant eos qui recte faciunt, haudquaquā merito in eos competente uel reprehenſione, qui ex mali generis natura tales ſunt, uel laude in eos, qui tales ſunt ex genere meliore. Siquidē ut piſces boni ſint ac mali, cauſa nō eſt in animabus piſcium, ſed ſecundū illud, quod uerbum omnia ſciens dixit producāt aquæ reptilia animarū uiuentiū. Quo tēpo re & fecit deus cete grandia, omnemq; animā animalium reptilium, quæ produxerunt aquæ iuxta genus ſuum. Illic igitu aquæ produxerunt omnem animam animantium re ptilium, iuxta ſuū quanq; genus, quū cauſa non eſſet penes illam. Hic uero nos ſumus in

Universidad de Deusto

causa,ut sint bona genera,dignaq; uasis quæ uocantur, aut mala dignaq; quæ proijciantur. Non enim in nobis natura causa est maliciæ, sed uolũtas quum sit libera, propensa est ad malefaciendum. Sic nec iusticiæ causa est natura, tanquam quę nõ recipiat iniusticiam, sed uerbũ quod accepimus est quod reddit nos iustos. Nã inter genera degentiũ aquis, non uidebis quæ transmutentur à malis, ut in pisciũ generibus, in bona, aut à melioribus ad deteriora: in hominibus contra bonos ac malos semper uidere licet, qui uel ex malicia peruenerint ad uirtutẽ, uel à profectu uirtutis ad maliciæ dissolutionẽ re-
Ezech.18 ciderint. In hoc aũt quod scriptum est: Si iustus auersus fuerit à iustitia sua fecerit q; iniustitiam, ac cætera quæ sequuntur, usq; ad illud, & in peccatis suis quæ peccauit in his morietur, aut dicant nobis qui ex sagenæ parabola naturas inducunt. Iniustus qui post auertit se ab iniquitatibus suis quas fecit, ac seruat præcepta domini, facit q; iusticiam ac misericordiam, cuius erat naturæ quum esset iniustus? non sanè laudandæ, ergo uitu perandæ. Et cuius naturæ merito dicetur, quum auertit se ab oĩbus iniquitatibus suis quas fecit? Nam si propterea quæ prius fecit erat malæ naturæ, quomodo bonæ naturę quum esset, erat iniquus? In simili re præterea dubitabis & de iusto qui se auertit à iustitia sua, fecit q; iniustitiam & omnes iniquitates. Priusquam enim se auerteret à iustitia, in iustis operibus uersans, non erat malæ naturæ. Mala siquidem natura nequaquã possit esse in iustitia, quoniam non potest mala arbor uidelicet malicia fructus bonos facere, qui à uirtute proficiscuntur. Rursus è diuerso, qui bonæ naturæ sit & immutabilis, ne quaquam auertere se possit à bono, posteaquã semel habitus est iustus, à iustitia sua ad faciendam iniustitiam, iuxta omnes iniquitates suas quas fecit. His autem dictis, existimandum est, regnum cœlorũ esse simile sagenæ missæ in mare, & ex omni genere congreganti, ad probandam uarietatem uoluntatum in hominibus, quamplurimum interse discrimen habentium, ut quod dicit, congreganti ex omni genere, significet laudabiles ac uituperabiles, in applicationibus animorum ad uirtutũ aut uitiorum species. Sagena uerò uario contextu similis est regno cœlorum, ob ueteram ac nouam scripturam ex omnigenis uarijsq; sensibus plexam, dum ex his qui ueluti pisces incidunt in rete, alij quidem in his sagenæ partibus reperiuntur, alij rursus in alijs, & unusquisq; qua parte captus est, sic inuenias etiam ex his qui in scripturarum sagenam uenerunt, quosdam esse captos sub inuolucro prophetico, ut exempli causa loquar, Esaiæ, iuxta hanc expositionem, aut Hieremiæ, aut Danielis: alios rursum sub textu legali, insuper alios iuxta partem Euangelicam, nõnullos iuxta apostolicam. Primum enim qui capitur à uerbo, aut capi uidetur, ex aliqua totius sagenæ parte apprehenditur. Nihil autem absurdi, si nonnulli pisces ex his qui saliunt, undiq; continentur toto sagenæ contextu, qui est in scripturis, & undiquaq; constringuntur tenenturq;, sic ut aufugere non possint, sed uelut omni ex parte seruitute coherciti, facultatem non habeãt elabendi. Missa est autem hæc sagena in mare, uidelicet in uitam hominum, ubiq; per orbem terrarum fluctibus irrequietam, & in amaris uitæ negotijs natantem. Hæc autem sagena ante Christi Iesu seruatoris nostri aduentũ nondum tota erat impleta, deerat legali propheticoq; texto,
Matt.5 is, qui dixit: Nolite putare quod ueni ad soluendam legem aut prophetas, non ueni ad dissoluendum, sed ad implendum. Et impleta est sagenæ textura per Euangelia, perq; ea quæ Christus per apostolos loquutus est. Ob id igitur simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere congreganti. Potest autem præter hæc quæ dicta sunt, illud quod dicit ex omni genere congreganti, significare uocationem gentium ex omni natione. Qui uerò subministrabant sagenæ missę in mare, Iesus Christus est, sagenæ dominus, & angeli qui accesserunt & ministrauerunt ei: qui non educunt è mari sagenam neq; deferunt in littus extra mare, hoc est, extra uitæ negocia, nisi fuerit impleta sagena, hoc est, nisi plenitudo gentium in eam intrauerit. Tunc educent eam à rebus huius seculi, & ab humilibus negocijs, perducentq; in littus, sic tropo uocatum. Ibi partes erunt eorum, qui hanc eduxerunt, & sedere iuxta littus atq; illic sese colloca re, ut quotquot boni sunt in sagena, in suum ordinem digerant, iuxta sua quæ hic nominantur uasa, rursus his diuersos qui hic uocantur mali, foras eijciant. Quod autem uocat foras, caminus est ignis, quemadmodum ipse seruator interpetatus est, dicens: Sic enim erit in cõsummatione seculi, exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, &

rum, & mittent illos in caminum ignis. Verumtamen hic obseruandum est, quod iam per zizaniorũ parabolam, perq; propositam similitudinẽ docemur, angelis hoc negocij dandum esse, ut discernant separentq; malos à iustis. Superius enim dicitur, Mittet Matth.24
filius hominis angelos suos, & colligent ex regno eius omnia scandala, quiq; faciũt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Hic autem dicit: Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Cæterum his illud non congruit, ut opinãtur quidam, quod homines qui in Christo salui fiunt, sint etiam sanctis angelis superiores. Quo nanq; modo possunt, qui à sanctis angelis in uasa mittuntur, cum his qui mittunt in uasa, conferri quum sint illorum potestati subditi? Hæc autem dicimus non ignorantes, quibusdam angelis quibus hæc dispensatio non est tradita, imò ne his quidẽ omnibus homines qui per Christum salui fiunt, esse præstantiores. Nam legimus & illud, in quem desiderant angeli prospi- 1 Pet.1
cere, quo loco non dictum est, omnes angeli. Nouimus & illud: Angelos iudicabimus, 1 Cor.6
ubi non dictum est, omnes angelos. Hæc autem cum scripta sint de sagena, decq; his qui in sagena continentur, qui uult ante consummationẽ seculi, & ante egressos angelos separare malos de medio iustorum, ut sagena non contineat etiam malos ex omni genere, uidetur neq; scripturam intellexisse, & concupiscere, quod fieri non potest. Quapropter ne miremur, si priusquã separati fuerint mali de medio iustorum ab angelis ad hoc mittendis, uidemus nostras congregationes etiam malis esse refertas. Sed utinã hi qui conijciendi sunt in caminum ignis, non plures essent quàm iusti. Cæterũ quoniam dicebamus initio parabolas ac similitudines non per omnia oportere accommodari ijs ad quæ confertur parabola aut similitudo, sed in quibusdam duntaxat. Hoc amplius probandum est ex his quæ dicentur. In piscibus quod ad uitam illorũ attinet, mali quiddam accidit, quum intra sagenam deprehenduntur. Priuantur enim naturali sua uita, & neq; qui in uasa mittuntur, neq; qui foras proijciuntur, quicquã patiuntur amplius, nisi quod amittunt uitam quæ quidem est in piscibus. In his autem quorũ gratia sumitur parabola, malum est esse in mari, nec uenire in sagenam, ut in uasa cum bonis mittantur. Sic autem mali quidem pisces foras mittuntur & abijciuntur, Porrò qui mali sunt, iuxta propositam similitudinem mittũtur in caminum ignis, ut quæ in Ezechiele de camino scripta sunt, ad hos quoq; pertineant. Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili homi- Ezech.22
nis, ecce facti sunt mihi domus Israel, mixti omnes ære & ferro, & quæ sequuntur, usq; ad illa, & agnoscetis, eo quod ego dominus effudi iram meam in uos. Intellexistis hæc omnia? Dicunt, Etiam.] Qui nouit quæ sunt in cordibus hominũ Christus Iesus, sicuti de hoc docuit in Euangelio Ioannis, non ignarus interrogat, sed quoniam semel assum Ioan.2
serat hominem, utitur omnibus quæ sunt humanis. Quorum unum illud est interroga re. Nec mirandum si id facit seruator, quum ipse etiam omniũ deus moribus hominum sese accommodans, perinde ac si quis homo morem gerat filio suo, percõtetur, uelut in hoc, Adam ubi es? & ubi est Abel frater tuus? Cæterum qui uiolentior fuerit, hic dicet, illud intellexistis, haud dictum esse percontatorie, sed pronunciatiue, dicetq; et discipulos assentientes eius affirmationi respondisse Etiam. Verum siue interrogat, siue pronunciat, necessario dicitur, nõ solum Hæc, quod est demonstrationis, neq; solum Omnia, sed Hęc omnia. Videtur autem nunc indicare, discipulos ante cœlorum regnũ fuisse scribas, sed his repugnat, quod in Actis apostolorũ refertur in hunc modum: Quum Act.4
uidissent autem Petri ac Ioannis fiduciam, comperissentq; quod homines essent illiterati & idiotæ, admirabantur: Agnouerunt autem illos quod cum Iesu fuissent. Aduersus hæc igitur aliquis mouebit quæstionem, Si scribæ fuerãt, quomodo illiterati dicuntur in Actis & idiotæ? Sin erant illiterati & idiotæ, quomodo manifestissime scribæ uocantur à seruatore? Verum ad ea quæ quæruntur, responsum esto, aut nõ omnes, sed Petrum & Ioannem in Actis illiteratos esse dictos, plures uerò fuisse discipulos de quibus omnia scientibus dictum sit, Omnis scriba, & quæ sequuntur: aut omnem discipulum, qui iuxta literam legis doctrina fuerit institutus, scribam dici: uidelicet ut qui quanquam sint illiterati & idiotæ, ducuntur tamen sub legis litera, scribæ dicantur, iuxta significationem aliquam. At sanè maxime competit in idiotas, qui non norunt tropologias & anagogas scripturarum, sed simplici credunt literæ, eamq; defendunt,

appellari

Universidad de Deusto

appellari ſcribas. Ad hunc uerò modum quiſpiam enarrabit & illud. Væ uobis ſcribæ & phariſæi & hypocritæ, ut quod cuiuis dictum eſt, qui præter literam nihil ſciat. Hic percontaberis, an quemadmodum eſt ſcriba legis, ita ſit & Euãgelicus, & an quemadmodum eſt qui legem audit, legit, ac loquitur, quæ per allegoriam dicũtur, ſic ſit & qui Euangelium, ut intelligamus ſeruata iuxta rerum geſtarum fidem hiſtoria, anagogen eſſe certam ducem ad ſpiritualia, ut ſpiritualis doctrina non ſit malitiæ, ſed aduerſentur potius ſpiritualibus malitiæ, ſpiritualia bonitatis. Inſtituitur autem regno cœlorũ ſcriba, ſecundum id quod ſimplicius eſt, quoties aliquis à Iudaiſmo recipit Ieſu Chriſti doctrinam eccleſiaſticam. Verum idem iuxta quod profundius eſt eruditur, ubi quis à litera ſcripturarum adeptus inſtitutionem, aſcendit ad ſpiritualia, quæ uocantur regnum cœlorum. Ac iuxta ſingulos ſenſus qui occurrunt, & eum qui per ſubductionem ad altiora intelligitur, & qui per exempli collationem, & qui per demõſtrationem, licet accipere regnum cœlorum, ut qui abundat ſcientia, qui caret mendacio, fiat in regno unus ex multitudine cœlorum, ad eum modum acceptorũ. Sic autem per tropologiam exponet & illud: Appropinquat enim regnum cœlorum, ut ſcribæ qui in ſimplici litera acquieſcunt, reſipiſcẽtes ab eiuſmodi intellectu, erudiantur ſpirituali doctrina, quæ eſt per Ieſum Chriſtum, uiuum uerbum, quæ uocatur regnum cœlorũ. Eoq; quatenus Chriſtus Ieſus, qui erat in principio apud deum deus uerbum non inhabitat animam, in ea non eſt regnum cœlorum. Vbi uerò quis prope acceſſerit ad capiendum uerbum huic appropinquauit regnum cœlorum, Quod ſi in re nullum eſt diſcrimen, atq; etiam ſenſu, quum dicitur regnum cœlorum & regnũ dei, nimirum ad quos dicitur, regnum dei intra uos eſt, ad eoſdem dici poterit, regnum cœlorum intra uos eſt, maximeq; propter reſipiſcentiam à litera ad ſpiritum. Quum enim aliquis conuerſus fuerit ad dominum, aufertur ab eo uelamen quod eſt in litera, Dominus autem ſpiritus eſt. At qui uerè paterfamiliâs eſt, & liber eſt, & diues, abundans, eo quod ex tractatione literæ eruditus ſit regno dei, in omni ſermone ueteris teſtamenti, & in omni ſcientia nouæ Ieſu Chriſti doctrinæ, & has diuitas reconditas habens in ſuo theſauro, quem reponit tanquam eruditus regno cœlorũ, in cœlo, ubi neq; tinea corrumpit, neq; fures perfodiunt. Licet ſanè etiam uerè pronunciare de hoc, ut expoſuimus, Qui in cœlis recondit theſaurũ, quod nulla tinea cupiditatum ſpirituales ac cœleſtes eius poſſeſſiones poteſt attingere. Tineam autẽ cupiditatum dixi, occaſione ſumpta ex prouerbijs, in quibus ſcriptum eſt: Quemadmodum in lingno uermis, ſic dolor uiri lædit cor, Vermis enim ac tinea dolor eſt lædens cor, quod theſauros non habet in cœlis, nec in ſpiritualibus reconditos, in quibus ſi quis theſaurum reponat, quoniam ubi theſaurus ibi & cor, in cœlis habet cor, & propterea dicit, Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Similiter neq; fures, de quibus dixit ſeruator: Omnes quotquot uenerũt ante me, fures ſunt & latrones, perfodere ualent theſauros in cœlo reconditos, & cor quod illis adeſt, ita loquens, Simul reſuſcitauit, ac ſimul ſedere nos fecit in ſupercœleſtibus in Chriſto. Et noſtra cõuerſatio in cœlis eſt. Quoniam autem omnis ſcriba doctus regno dei ſimilis eſt patrifamiliâs, qui profert de ſuo theſauro noua & uetera, haud dubium, quin & iuxta prioris dicti inuerſionem, quiſquis non profert de theſauro ſuo noua & uetera, non ſit ſcriba doctus regno cœlorum. Omnibus igitur modis conandum eſt, ut congregemus in corde noſtro, attendentes lectioni, exhortationi & doctrinæ, & in lege dei meditando die ac nocte, non ſolum noua Euangeliorum oracula & apoſtolorum, & horum explanationes, uerum etiam uetera legis, umbram habẽtis futurorũ bonorum, ac prophetarũ qui his conſentanea prædixerunt. Hæc autem colligẽtur, quum legerimus & intellexerimus, & memores horum, ſpiritualia ſpiritualibus tempeſtiue comparauerimus, non incomparabilia inter ſe comparãtes, ſed comparabilia quandam ſermonis ſimilitudinẽ idem declarantis habentia, tum in ſenſibus, tum in dogmatibus, ut in ore duorum triúmue aut plurium teſtium è ſcriptura citatorum, fundemus & confirmemus omne uerbum dei. Ac per hoc ſilentiũ imponendum eſt his, qui quod à ſimilitudine patrisfamiliâs proferentis de theſauris ſuis noua ac uetera. Quoniam autem qui ſimilis dicitur alicui, alius eſt ab eo cui dicitur ſimilis, erit quidem qui doctus eſt re-

Allusit ad illud Epheſio. 6. Contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.

Matt. 4

Matt. 6

Prou. 26

Pſal. 27

Ioan. 10

Collatio ſcripturarum

eſt regno cœlorum, ſcriba qui dicitur ſimilis, ſed alius ab hoc paterfamiliâs, qui profert de theſauro ſuo noua ac uetera. Cæterum qui huic ſimilis dicitur, tanquam illum imitans, quod ad illius exemplum accedat facere ſtudet. Vide igitur, num forte homo paterfamiliâs ſit ipſe Ieſus, proferens de theſauro ſuo iuxta doctrinæ opportunitatem noua quædam ſpiritualia, quæ ſemper ab ipſo renouantur in interno iuſtorũ homine, qui & ipſi ſemper indies renouantur. Vetera uerò quæ per literas inſculpta ſunt lapidibus & lapideis cordibus ueteris hominis, ut cõparatione literæ, & collatione ſpiritus, diuitem reddet ſcribam, qui doctus eſt regno cœlorum, faciatq; ipſi ſimilem, donec diſcipulus fuerit ut magiſter: Primum imitans imitatorem illum Ieſu Chriſti. Poſt hunc autem & ipſum Chriſtum, iuxta id quod à Paulo dictum eſt: Imitatores mei eſtote, ſicut et ego Chriſti. Poteſt autem & ſimplicius Ieſus paterfamiliâs proferre de theſauro ſuo, noua quidem, uidelicet Euangelicam doctrinam, uetera uerò, cõparationem dictorum quæ à lege ac prophetis aſſumuntur, quorum exempla licet in euangelijs inuenire. Porrò de his ueteribus ac nouis audire oportet & ſpiritualem legem in Leuitico, dicẽtem: Et comedetis uetera & uetera ueterum, & uetera ex facie nouorum educentur: & ponam tabernaculum meum in uobis. Comedimus enim in benedictione uetera, nimirum propheticos ſermones, & horum ueterum uetera, uidelicet legis uerba, mox ubi noua uenerint & Euangelica, uiuentes ſecundum Euangelium, uetera literæ ex facie nouorum educimus, & ponit tabernaculum ſuum in nobis, implẽs quam dixit repromiſſionem, inhabitabo & inambulabo in illis. Et factum eſt quum conſummaſſet Ieſus parabolas has tranſiit illinc, & quum ueniſſet in patriam ſuam, &c.] Quoniam ſuperius expendimus, an quæ turbis dicta ſunt parabolæ fuerint, quæ uerò diſcipulis ſimilitudines, & in hanc materiam incidentes obſeruationes expoſuimus, quas opinor non eſſe contemnendas, ſciendum eſt quod illis omnibus obſiſtere uidebitur, quod adiungitur non ſolum parabolis, uerumetiam ut docuimus, ſimilitudinibus. Et factum eſt, quum conſummaſſet Ieſus parabolas has tranſiit illinc. Quærimus igitur, utrũ illa omnia reijcienda ſint, an dicendum duo parabolarum eſſe genera, alterum earũ quæ turbis dicuntur, alterum earũ quæ diſcipulis promittuntur: an etiam parabolæ nomen æquiuocum eſſe putandum, an quod dicitur, factum eſt cum cõſummaſſet Ieſus perabolas has, referendum ſit ad ſuperiores parabolas ſolas quæ præceſſerunt ſimilitudines. Ob id enim quod dicitur, uobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum, cæteris autem in parabolis, non poſſumus dicere, diſcipulis, ut qui non erant de numero exterorum, per parabolas illas ſeruatorem fuiſſe loquutum. Huic autẽ conſequens eſt, ut aut quod dictum eſt, factum eſt quum conſummaſſet Ieſus parabolas has, tranſiit illinc, referatur ad illas primo loco dictas parabolas, aut parabolæ nomen ſit æquiuocum, aut ut duo ſint genera parabolarum, aut ut omnino non ſint parabolæ, quas appellauimus ſimilitudines. Animaduerte uerò, quod extra patriam ſuam dicit parabolas, quas ubi conſummaſſet, tranſiit illinc, & ubi ueniſſet in patriã ſuam docebat illos in ſynagoga ipſorum. Marcus autem ait, Et uenit in patriam ſuam & ſequuntur eum diſcipuli ipſius. Quærendum igitur & de hoc ſermone, utrum Nazareth dicat patriã ipſius, an Bethleem. Nazareth quidem eſt, ob quam Nazarẽus uocabitur, Bethleem aũt quòd in ea natus ſit. Inſuper inſtanum forte quum euangeliſtæ dicere potuerint, ubi ueniſſet in Bethleem aut Nazareth, hoc quidem non fecerint, ſed patriam nominarint ob aliquid, quod myſtice per locum patriæ ipſius ſignificetur, uidelicet totius Iudææ, in qua contemptui habitus eſt, iuxta illud, Nõ eſt propheta contẽptus, niſi in patria ſua. Et ſi quis ſanè cogitarit, Ieſum Chriſtum Iudæis quidem ſcandalum, apud quos in hodiernũ uſq; diem perſequutionem patitur, in gentibus contra prædicatum & creditum: In omnem enim terram cucurrit ſermo illius, uidebit quod Ieſus in ſua patria caruerit honore, apud peregrinos uerò & à teſtamentis alienas gentes honoratur. Quid porrò docens dixerit in ſynagoga eorum, nequaquam ſcripto tradiderunt Euangeliſtæ, ſed illud ſcripſerũt, tanta taliaq; fuiſſe, ut omnes obſtupeſcerẽt. Et probabiliter coniectandũ eſt, ſuprà ſcripturã fuiſſe quæ dicta ſunt, niſi quod in ſynagoga illorũ docuit, nõ ſe reſecans à ſcriptura, neq; abrogãs illius autoritatẽ. Quod autẽ dicitur, Vnde huic ſapientia, palàm declarat magnã & eximiam fuiſſe ſapientiã uerborum Ieſu, dignã illo teſtimonio: Et ecce plus quàm Solomon hic, Et, Vir

Mar. 6

Matt. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et, Virtutes maiores fecit quàm fuerant in Helia aut Helizæo, addatur & hoc quàm in Moyse aut Iesu Naue. Dicebãt autẽ qui mirabantur, ignari eum esse filium uirginis, ne crediturí quidem, si dictus fuisset filius uirginis, sed arbitrantes illum esse filium Ioseph fabri, nónne hic est ille fabri filius? Et omnem sanè quæ uidebatur illum proxime attingere cognationẽ despicientes, Nónne, inquiebãt, mater illius dicitur Maria, & fratres illius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas? Et sorores illius nónne omnes apud nos sunt?] Existimabant igitur illum esse Ioseph & Mariæ filium. Fratres autẽ Iesu putabãt nonnulli esse, ex traditione Hebræorum sumpta occasione, ex Euãgelio quod titulũ habet, iuxta Petrũ, aut ex libro Iacobi, filios Ioseph, ex priore uxore, quæ conuixerat ipsi, antequam duceret Mariam. Qui uerò talia dicunt, dignitatẽ Mariæ in uirginitate ad finem usq; seruare uolunt, ne corpus illud quod designatũ erat, ut subseruiret sermoni di
Luc.1 centi: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, cognosceret uiri thorũ, posteaq; in eam superuenerat spiritus sanctus, ac posteaq; uirtus ex alto obumbrasset illi. Arbitrorq; rationi cõsentaneũ esse, uirilis quidem puritatis in castitate primitias fuisse Iesum, muliebris uerò Mariã. Non enim plausibile est, alij præter hãc uirginitatis primitias ascribere. Iacobus autem hic est de quo loquitur Paulus, quod
Gal.1 eum uiderit, in epistola ad Galatas ita scribens: Alium uerò ex Apostolis nõ uidi quem quam, præter quàm Iacobum fratrẽ domini. Intantum autẽ in populo refulsit hic Iacobus ob iustitiã, ut Iosephus qui uiginti libris descripsit antiquitatem Iudaicã, dum uult causam adducere, quare Iudæorũ populus tam acerba passus sit, ut etiam templum subuerteretur, dixerit, per dei uindictam hæc illis euenisse, ob ea quæ in Iacobum fratrem Iesu, qui dicebatur Christus, ausi fuerant. Quodq; mirum est, quum non probarit hanc sententiã, Iesum nostrum fuisse Christum, nihilo secius Iacobo tam magnificũ iustitiæ testimoniũ præbet. Dicit autem & populum in hac fuisse opinione, propter Iacobum eam calamitatem accidisse. Et Iudas scripsit Epistolam, paucorũ quidem uersuũ, sed plenam efficacib. uerbis gratiæ cœlestis. Qui in principio dicit: Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi. Porrò de Ioseph ac Simone nos nihil cõperimus. Cæterũ illud, Et sorores eius nónne omnes apud nos sunt? mihi uidetur tale quiddã significare, nostra sapiunt, non quæ Iesu Christi, neq; quicquam habent peregrinum eximiæ cognitionis, quẽadmodum habebat Iesus. Fortassis ex his existet addubitatio, an ne homo quidem, sed diuinius quiddam sit Iesus, quũ filius quidem esset, ut existimabãt Ioseph & Mariæ, frater autem quatuor simulq; & aliarum fœminarũ, neq; quicq; habẽs cuiquam cognatorum simile, quicq; non ex institutione & eruditione ad tantam sapientiam uirtutemq; peruenerat. Siquidem & dicunt, Quomodo hic nouit literas, quũ non didicerit? Quibus affinia sunt quæ hic dicuntur. Veruntamen qui hæc dicebant, adeo mirantes ac stupentes, non credebant, sed offendebãtur in eó, propterea quod oculi mentis illorũ tenebãtur à potestatibus, quas tẽpore passionis triumphatur: is erat in ligno. Iesus autem dixit illis, Non est propheta inhonorus, nisi in patria sua.] Quærendum utrũ quod dicitur æquè ad uniuersos prophetas referatur, ut accipiamus unũquenq; prophetã in sola patria sua contemptũ esse, an quoniam singulariter dictum est, de uno hæc dicta sint. Itaq; si de uno dicuntur, sufficiunt ea quæ dicta sunt, nobis referẽtibus quod scriptũ est ad seruatorẽ. Quod si generaliter est dictum, secundum historiam quidem nõ est uerũ: Nec enim Helias in Thesbon Galaad contemptus fuit, neq; Helizæus in Ebalmaula, Neq; Samuel in Armathaim, neq; Hieremias in Anathoth, uerum iuxta tropologiam omnino uerum est. Oportet autẽ illorum patriã existimare Iudæã, cognatosq; Israelem illum, domum autem fortasse corpus. Contempti sunt omnes in Iudæa, ab Israele iuxta carnem, dum adhuc erant in corpore, quẽadmodum in Apostolorum Actis scriptũ est,
Act.7 quod dicitur aduersus populum arguendi gratia. Quẽ enim prophetarum nõ persequuti sunt patres uestri, ex his qui prius annunciabant de aduentu iusti illius? In priore uerò Pauli ad Thessalonicenses epistola similia dicta sunt. Vos autẽ imitatores facti estis
1 Thes.2 fratres ecclesiarũ dei quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu, quoniã & uos eadem passi estis à propriis contribulibus, quemadmodum & illi à Iudæis, qui & dominũ Iesum occiderunt, & prophetas, & nós persequuti sunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur. Non est igitur propheta contemptus inter gentes, aut enim omnino non

noue-

nouerunt illum, aut cognitum & receptum prophetam honorãt. Tales autem sunt, qui pertinent ad ecclesiam. Dehonestantur autem prophetæ, primum quidem iuxta historiam persequente illos populo: deinde dum illorũ prophetiæ non habetur fides à populo: Nam si credidissent Moysi & prophetis, crederent utiq; & Christo: qui docuit cohærere, ut qui credunt Mosi ac prophetis, credant & Christo: & qui non credunt Christo, non credant Mosi. Ad hæc autem quemadmodum per transgressionem legis peccator deum ignominia afficere dicitur: ita dum non creditur prophetiæ, ignominia afficitur propheta ab eo qui non credit prophetijs. Operæ preciũ autem fuerit recẽsere iuxta historiam, quæ passus est Hieremias in populo, de quibus dixit, Et dixi, Non loquar, neq; Cap.20 nominabo nomẽ domini. Et rursus alibi, lugiter subsannabar. Quæcũq; uero passus est à rege Israhelitico, in eiusdẽ prophetia scripta sunt. Quin & de Mose, quod frequenter ex populo uenerint ad lapidãdum eum, & hoc scriptũ est: & erat illi patria, non alicuius loci lapides, sed qui sequutus fuerat illũ populus, apud quos & ipse ignominia affectus est. Quin & illud historia narrat, Esaiam à populo dissectum fuisse. Quod si quis non recipit hanc historiam, eo quod inter apocrypa Esaiæ fertur, credat ijs, quæ in epistola ad Hebræos hunc in modum scripta sunt, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt. Nam illud, secti sunt, ad Esaiam refertur, quemadmodum illud, Occisione gladij mortui sunt, ad Zachariam occisum inter templum & altare, quẽadmodum seruator docuit, astipulans, ut opinor, suo testimonio, scripturæ: quæ quanq; non fertur in cõmunibus ac publicatis libris, probabile tamen est, eam extare in apocryphis, hoc est, in his qui secreto leguntur. Sunt autem affecti ignominia in patria apud Iudæos, Et circũeuntes in pellibus ouillis & caprinis, destituti, afflicti, & cætera quæ sequuntur. Omnes enim qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persequutionẽ patientur. Est autẽ probabiliter coniectandum, quod Paulus sciens prophetã expertem honoris esse in propria patria, quum ubiq; sermonem Euangelicum prædicauerit, nõ prædicauerit Tarsi: & hanc ob causam Apostoli reliquerunt Israhelem, facientes quod præceptum erat à seruatore, Docete omnes gentes. Et illud. Eritis mihi testes Hierosolymis, & in tota Iudæa, Samariaq;, & usq; ad extremũ terræ. Fecerunt igitur quod erant iussi in Iudæa & Hierosolymis. Sed quoniam propheta in sua patria caret honore, quũ non recepissent Iudæi uerbum, abierunt ad gentes. Adhibe uero mentem, num possis propter hoc quod dictum est, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt dicere post seruatoris aduentũ hoc impletum esse in ex gentibus collectis ecclesijs: quoniam qui prius fuerant de mundo, quia crediderunt, factum est, ut non amplius sint de mundo, in propria patria, uidelicet mundo, accepto spiritu sancto, ac prophetantes honorem non habent, sed ignominia afficiuntur. Quapropter beati dicuntur, qui omnia passi sunt quæ prophetæ, iuxta id quod à seruatore dicitur, Iuxta hæc enim faciebant prophetis patres illorum. His qui diligenter adhibuerit mentem, si quoniam admodum seuere uiuit, ac redarguit delinquentes, haberetur odio, & insidijs peteretur, ut persequutionem patiens, & probris affectus propter iustitiam, non solum non dolebit, uerum etiam gaudebit & exultabit, certus se ob hæc mercedem habiturum copiosam in cœlis, ab eo qui ipsum prophetis æquauit, eo quod eadem passus est. Proinde oportet affici ignominia in hoc mundo & apud peccatores, quibus grauis est uita iusti, eum qui æmulatur uitam propheticam, & qui spiritum qui fuit in illis accepit. Deinceps illud considerare licet quod dicitur. Non fecit illic uirtutes multas propter incredulitatẽ illorũ. Per hæc enim docemur, quod uirtutes in his factæ fuerint qui credebant, Quoniam omni habenti dabitur, & abundabit. In incredulis autẽ non solum non operabãtur uirtutes, uerum, ut Marcus scribit, ne poterant quidem operari. Attende enim illud quod dicitur, Non potuit illic ullam uirtutem facere. Non enim dixit, Noluit, sed non potuit, quasi auxilium quidem ueniret ad uirtutem operantem, à fide illius in quẽ operatur uirtus, sed uetaretur operari ab incredulitate. Vide igitur quod discipulis interrogantibus, quare non potuimus eijcere dæmonium? respõdit propter exiguitatẽ uestræ fiduciæ. Et Petro incipiẽti mergi dictum est, exiguam habens fiduciam, quare dubitasti? Quin & sanguinis profluuio obnoxia, quum non postulasset sanari, sed tantum in animo reputans, si fimbriam uestimenti illius contigisset, fore sanam, confestim sanata est, & assentitur modo sanationis seruator dicens, Quis me teti-

Universidad de Deusto

git: Nam ego noui uirtutem exisse ex me. Ac fortassis quemadmodum in corporibus naturalis quidam attractus quibusdam ad quædam inest, ueluti magneti lapidi ad ferrum, & bitumini quod dicitur naphtha ad ignem, sic huiusmodi fidei ad diuinam uirtutem. Iuxta quod & illud dictum est, Si habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis monti huic: Transfer te hinc illuc, & transferet sese. Accurate uero Matthæus & Marcus declarare uolentes diuinæ uirtutis eminentiam, quæ & in incredulitate ualet, sed amplius potest quicquid potest per fidem illorum, qui beneficijs afficiuntur, mihi dixisse uidentur, non eum non fecisse uirtutes propter incredulitatem illorum, sed ibi non fecisse uirtutes multas. Ac Marcus non dixit, non potuit illic ullam etiam uirtutem facere, ibiq; substitit, sed adiecit, nisi quod paucos male habentes impositis manibus sanauit, sic quoq; uirtute quæ erat in illo superãte incredulitatem. Mihi uero uidetur, quod quemadmodum in rebus corporalibus, nec agricolatio per se sufficit ad conuehendos fructus, nisi cœlum quod terræ circumfunditur, opituletur, imò potius, nisi opituletur is qui cœlum gubernat, faciens illud qualecunq; uult, neq; cœlum uel potius ille penes quem est rerum prouidentia fecerit, ut exoriantur è terra, ea quæ solent è terra exoriri, sine agricultura. Semel enim hoc fecit in hoc quod dixit, Producat terra herbam graminis, seminans semen iuxta genus ac similitudinem: sic neq; uirtutum operationes absq; fide illorum qui sanantur, perfectũ opus præstant ad sanitatem conferendam, neq; fides qualiscunq; fuerit, absq; diuina uirtute. Atq; id quod scriptum est de sapientia, accõmodabilis & ad fidẽ, & ad uirtutes singulas, ut eam hunc in modum alloqui possis. Etenim si quis fuerit perfectus in fide inter filios hominũ, si tua uirtus absit, pro nihilo æstimabitur: aut si quis perfectus pudicitia inter filios hominũ, si quæ abs te proficiscẽ abfuerit pudicitia, pro nihilo æstimabitur: aut si quis perfectus in iustitia, reliquisq; uirtutibus, si absit quæ abs te proficiscitur iustitia, reliquæq; uirtutes, quæ abs te proficiscuntur, pro nihilo æstimabitur. Vnde ne glorietur sapiens in sapientia sua, neq; robustus in robore suo. Quod enim gloriatione dignum est, id nostrum non est, sed donum est dei, ab eo proficiscitur sapiẽtia, ab ipso proficiscitur robur, atq; item cætera.

Liberum arbitrium

CAPVT XIIII

IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, ac dixit pueris suis, Hic est Ioannes Baptista.] Apud Marcum ita loquit, itidem & apud Lucã. Iudæi uarias habebant hisce de rebus opiniones, nõnulli quidem falsas sententias habebant, uidelicet Sadducæi de resurrectione mortuorũ, quasi non resurgerent: Item de angelis, quasi nõ essent, sed quasi quæ de illis erant scripta tantummodo per tropologiam essent accipienda, neq; quicquã haberent ueri secundum historiam. Alias rursum habebãt ueras, ueluti de resurrectione mortuorum, quod resurgent docebant pharisæi. Quod igitur hoc loco quæritur illud est, an talis quæpiam fuerit de anima opinio, quam falso habebat Herodes, & ex plebe nonnulli, quod Ioannes qui paulo ante ab ipso fuerat interfectus, resurrexisset à mortuis post amputatũ caput, quodq; esset idem alio utens nomine nunc dictus Iesus, capax illius uirtutum quæ prius operabantur in Ioãne. Quam igitur habet probabilitatẽ, quòd eum qui tantopere notus erat omni populo, & in omni celebratus Iudæa, quem dicebant esse fabri Mariæq; filium, & fratres ac sorores habere tales, existimarint non alium ab Ioanne fuisse, cui pater fuerit Zacharias, mater Elizabet, nec ipsi obscuri in populo. Verisimile est autem, quod populus existimans Ioannem esse uerũ prophetam, cuius tanta fuit multitudo, ut pharisæi metuerint, & quoniam uidebatur id placere populo, flagitarunt à Ioãne responsum, baptismus ipsius, utrũ è cœlo esset an ex hominibus, non ignorauerit eum esse filium Zachariæ. Fortassis & ad quosdam illorum peruenerat uisionis historia, quæ uisa fuit in templo, quũ appareret Zachariæ Gabriel. Proinde qui probabile est uel Herodem, uel quempiam è plebe sic errasse, ut arbitraretur non duos fuisse Ioannem & Iesum, sed unum & eundem Ioãnem posteaq; surrexerat ex mortuis post decollationem, uocatum fuisse Iesum. Dixerit autem quispiam, mutandorum corporum falsam opinionem fuisse in Herode, ac in nonnullis ex plebe, qua putabãt eum qui natus fuerat Ioannes, ex mortuis rediisse in uitam, tanq; Iesum. Sed quo minus probabile sit hanc falsam opinio

opinionem illos habuisse, obstat tempus, quod intercessit inter natiuitatem Ioannis & natiuitatẽ Iesu, quod non erat longius quam sex mẽsium. Fortasse talis potius quædam suspicio fuit in Herode, quod uirtutes quæ operabantur in Ioanne, translatæ fuerint in Iesum, ob quas Ioannes baptista Messias esse creditus fuerat in populo: & uti poterit quispiam tali argumento: quemadmodum propter spiritũ ac uirtutem Heliæ, & nõ propter animam eius de Ioãne dicitur, Ipse est Helias, qui uenturus est, nimirum spiritu qui fuerat in Helia, ac uirtute quæ in illo fuerat, trãslatis in Ioannem: sic existimabat Herodes uirtutes quæ fuerãt in Ioanne, in Ioanne quidem operatas fuisse baptismum ac doctrinam, Ioannes enim nullum ædidit miraculum, in Iesu uero prodigiosas uirtutes. Simile quiddam dicet aliquis & illos opinatos, qui dixerunt Heliam apparuisse in Iesu, aut unum è ueteribus prophetis resurrexisse. Nihil autem ad hanc quæstionem pertinet eorum opinio, qui dicebant, Iesum prophetam fuisse, uelut unum è numero prophetarum. Mendax igitur est sermo, siue is qui scriptus est esse Herodis de Iesu, siue ab alio quopiam dictus. Veruntamen mihi uidetur probabilius per similitudinem esse dictũ, ut sicut in spiritu & uirtute Heliæ Ioannes præcesserat, sic isti nunc suspicentur de Ioanne & Iesu. Quoniam autem primũ didicimus, quod post tentationẽ seruator, quum audisset Ioannẽ esse traditum, secesserit in Galilæam: Deinde didicimus, quod quũ Ioannes esset in carcere, quũ audisset quæ ferebãtur de Iesu, missis duobus discipulis suis, dixerit illi: Tu es qui uenturus es an alium expectamus? Tertio planè simpliciter didicimus Herodem dixisse de Iesu, ipse Ioãnes est baptista, ipse suscitatus est à mortuis: nec alicunde tamen prius cognouimus, quomodo sublatus est baptista. Quapropter & hoc nunc describit Matthæus, ac item Marcus similiter. Cæterũ Lucas pleraq; quæ ad hanc pertinent historiam, silentio præterijt. Itaq; Matthæi narratio ad hunc habet modum:

Herodes enim captum Ioannẽ uinxit in carcere.] De his igitur mihi uidetur, quod quẽadmodum lex & prophetæ durarunt usq; ad Ioannem, post quem cessauit in Iudæis prophetica gratia: sic eorũ potestas q regnarãt in populo, quæ hactenus ualebat, ut eos qui digni morte uiderẽtur, possent interficere, usq; ad Ioannem fuit: & interfecto inique ab Herode prophetarum nouissimo, priuatus est Iudæorũ rex occidendi potestate. Nisi enim hac potestate fuisset spoliatus Herodes, nequaq; Pilatus pronunciasset in Iesum mortis sententiam, sed ad id satis fuisset Herodes, pontificũ ac seniorum populi consilio in hoc adhibito. Ac tunc opinor impletũ est illud quod à Iacob ad Iudam hunc in modum dictũ est, Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux ex Israhel, donec uenerit cui repositum est, & ipse expectatio gentiũ. Fortassis etiam hac potestate priuati sunt Iudæi, diuina prouidentia Christi doctrinæ locum præparante in populo, ut etiã si hæc prohiberetur à Iudæis, non tamen procederet usq; ad interemptionẽ credentium, quæ uideretur iuxta legem fieri. Herodes autem captum Ioannem uinxit in carcere ac reposuit, signum quoddam hoc facto præbens, quod quantũ erat in ipso situm, & in malicia populi, concluderet & allegaret sermonẽ propheticũ, uetaretq; ne posthac maneret in libertate ueritatis præco, quẽadmodum prius. Hoc autem faciebat Herodes propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. Hic autẽ Philippus erat tetrarcha Ituræ & Thrachonitidis regionis. Itaq; nonnulli arbitrabantur, quod mortuo Philippo relicta filia, Herodiadem uxorem fratris Herodes duxerit, quũ lex concedat hoc matrimoniũ, si absint liberi. Nos uero quoniam nusquam reperimus mortuũ fuisse Philippum, arbitramur maiorẽ etiam iniquitatem fuisse in Herode, qui uiuẽti etiamnũ fratri coniugẽ abduxerit, eoq; prophetica libertate præditus Ioannes, neq; ueritus regiã Herodis dignitatẽ, neq; ob mortis metũ silentio dissimulans tantã iniquitatem, dicebat Herodi, diuino repletus spiritu, Non licet tibi habere eam. Non enim licet tibi habere uxorẽ fratris tui. Herodes quidem cepit Ioannem ac uinctum reposuit in custodia, nõ audens omnino occidere, hoc est propheticum sermonem tollere à populo. Regis autem Thrachonitidis uxor, quę est peruersa quępiam opinio, malaq; doctrina, filiam peperit eiusdem nominis, cuius motus quoniã uidebantur decori, placuissentq; Herodi genethliacas res amanti, in causa fuerunt quo minus deinceps esset in populo caput prophetarũ. Quin & in hodiernum usq; diem, motus populi Iudaici, qui uidẽtur secundũ legẽ esse, nihil aliud esse puto, q; Herodiadis filiæ saltatio-

Universidad de Deusto

nes. Sed Herodiadis saltatio cõtraria erat sanctæ saltationi, quam qui non saltauerint, his exprobrabitur audiẽtq́, Tibijs cecinimus uobis, & non saltastis: sed in natalicijs iniquis sermonis qui regnabat in illis, saltãt, sic ut placerẽt illi sermoni motus illorum. Obseruauit quidem quidam eorũ qui uixerunt ante nos, Pharaonis natalem in Genesi describptum, exposuitq́ quod malus ille gaudens negocijs generationis, festum celebrat natalicium. Nos uero ab illo hanc nacti occasionẽ, in nulla scriptura cõperimus à iusto celebratũ diem natalem. Nam Herodes illo Pharaone fuit iniquior: Siquidem ab illo in natalicijs pistorũ princeps occiditur, ab hoc autẽ Ioannes, quo maior inter natos mulierũ non surrexit. De quo seruator dicit: Sed quare existis? ad uidendum prophetã? etiã dico uobis, & plus quàm prophetam. Verum oportet gratias agere deo, quod prophetiæ quoq́ gratia populo adempta est, quæ tota illa maior effusa est in gentes, per seruatorẽ nostrum Iesum, qui fuit inter mortuos liber. Quanq́ enim crucifixus est ex infirmitate, uiuit tamen ex uirtute dei. Insuper autem uide rationẽ, iuxta quam purorum & impurorum ciborum discrimen expenditur. Despicitur autẽ prophetia, quũ in disco obsonij loco infertur: caput uero prophetiæ Iudæi nõ habẽt, Christũ Iesum totius prophetiæ caput negantes: & amputatur caput prophetiæ propter iusiurandum, quod peierandum erat potius q̃ seruandum. Non enim tantum erat crimen præcipitasse iusiurandũ, quantum erat crimen ob præcipitatum iusiurandum occidere prophetam. Ac non ob id tantum decollatur, uerumetiam ob eos qui simul accumbebant, malentes prophetã occidi quàm uiuere. Simul autẽ accũbebant, simulq́ cõuiuabantur cum sermone malo Iudæorum rege, qui de illius natiuitate gaudebãt. Hoc autẽ dicto nonnunq́ eleganter uteris, aduersus eos qui præcipites sunt ad iurandũ, uoluntq́ ratũ esse iusiurandũ, quod in rem impiã susceperunt, dicens nõ quoduis iurisiurãdũ oportere seruari, ueluti nec Herodis. Ad hæc autẽ & illud animaduerte, quod non palàm, sed clam & in carcere Ioannẽ occidit Herodes. neq́ enim palàm nunc abnegat Iudæorũ sermo prophetias. Atqui re ipsa, & clanculum eas negat ac deprehenditur illis nõ credere. Quemadmodum enim si credidissent Mosi, credidissent & Iesu: ita si credidissent prophetis, recepissent utiq́ qui fuerat à prophetis nunciatus. Quoniam autem huic non credunt, nec illis credunt, ac truncant in carcere conclusum sermonem propheticũ, habentq́ illum mortuũ ac diuulsum minimeq́ integrum, quia non intelligũt eum: sed nos integrũ habemus Iesum, expleta quæ de illo fuerat prophetia dicens, os non cõminuetis. Discipuli uero Ioannis sepeliũt illius reliquias, & abeuntes renunciauerunt Iesu. At ille secessit in locũ desertũ, nimirum ad gentes: ac post prophetarũ interemptionem, turbæ sequebantur illum ex omnibus undiq́ ciuitatibus: quas cum uidisset esse numerosas, miseratus est illos, ac sanauit ægrotos illorũ, ac post hæc, alit benedictis ac multiplicatis paucis panib. eos qui sequuti fuerant ipsum. Quũ audisset autẽ Iesus, secessit illinc nauigio in locũ desertum seorsum.] Hic quidem sermo docet nos, quantũ ualeat, à persequentibus & ab expectatione eorum qui per sermones insidiantur, secedere. Hoc enim bona ratione fieri potest. Cæterum eum qui possit ab imminentibus abesse, omni ex parte eos recipere temeritatis est & confidentiæ. Quis autem posthac dubitet, an à talibus liceat declinare, quum non solum post ea quæ Ioanni acciderant Iesus secesserit, uerumetiam hoc docuerit dicens: Si persequuti uos fuerint in ciuitate hac, fugite in aliã. Quoties igit̃ inciderit tẽtatio, quam uitare non licet, necesse est fortiter magnoq́ animo sustinere. Quod si liceat effugere, audaciæ fuerit hoc non facere. Quoniã autem post id quod dictum est, etiam iuxta anagogen oportet locũ examinare, dicendum est quod postea quàm apud Iudæos insidijs petita est prophetia, occisaq́ propterea quod apud illos in pretio essent natalitia festa uaniq́ motus qui fiebant in cõuiuio, iudicio ueritatis incõpositi & inconditi, cæterum opinione principis malorũ, & eorũ qui cum ipso conuiuiũ agitant, cõpositi & concinni, ipsisq́ grati, secedit Iesus à loco, in quo prophetia structis insidijs condemnata est: secedit autẽ in locum à deo desertũ, qui est apud gentes, ubi dei uerbũ, sublato regno ab illis, datoq́ genti facienti fructus ipsius, nascatur inter gentes, perq́ hoc uerbum nascantur filij desertæ, quæ neq́ legem, neq́ prophetas didicerat, multo plures quàm eius quæ habet uirum, uidelicet legem. Quum igitur olim apud Iudæos esset uerbũ, non sic erat apud illos quẽadmodum apud gentes. Ideo dictus est in naui, hoc est in corpore, in locum de

cum desertũ seorsum uenisse, quum audisset de sublatione prophetæ. Quum autem uenisset in eremum, seorsum erat in ea, quod uerbum illius ac doctrina esset singularis, ultra consuetudines & opiniones apud gentes receptas. Turbæ uero quæ erant in gentibus, quum audissent uerbũ adesse in deserto suo, idq́ seorsum esse, ut ante exposuimus, sequutæ sunt illud relictis propriis ciuitatibus, dum illorũ quisq́ relinquit patriæ superstitionis consuetudines, & Christi legi accedit. Sed pedestri itinere, nõ nauigio illum sequuti sunt, ut puta non corpore, sed nuda anima, ac uoluntate per uerbũ persuasa sequuti imaginẽ dei. Et ad hos sanè Iesus exit, quum non possent ad illum accedere, ut ueniẽs ad eos qui foris erant, introduceret eos qui erant foris. Multa autem turba foris erat, ad quam egreditur dei uerbũ, & effuso lumine suæ uisitationis in illam, uidit eam. Et quum uidisset illos ob hoc esse magis dignos miseratione, quod in talibus malis essent, uelut hominum amator, qui alienus erat ab affectibus, in hoc affectus sentit, quod commotis uisceribus miseratus est, Nec miseratus solum, uerum etiam ægrotos illorũ sanauit, habentes uarios & omnijuges ex malitia morbos. Quod si uidere uis, quales sint animi morbi, cogita mihi, auaros, gloriæ cupidos, & puerorum amatores, & si quis est mulieribus deditus. Nam & hos in turbis uisos, eosq́ miseratus sanauit. Non tamen putandum est, quoduis peccatum esse morbum, sed id quod in tota computruit anima. Tales enim uidere est pecuniarum amatores, totos incumbẽtes argẽto, & in huius tum custodiam, tum coarceruationem, auidos laudum, gloriolis inhiantes. Inhiant enim captãdis à uulgo uilibusq́ hominibus laudibus. Ac iuxta consimilem rationem cogitabis de reliquis morbis quos nominauimus, & si quis alius est horum consimilis. Quoniam igitur interenarrandum, quod dictum est, Sanauit ægrotos eorum diximus non quoduis peccatũ esse morbum, operæ precium est & è scripturis de horum differentia disserere. Ait sanè apostolus Corinthijs, qui uarijs peccatis laborabant, scribens, Propterea inter uos infirmi multi, & ualetudinarij, & dormiũt multi. Audi siquidem apostolum in his etiam uinculum nectentẽ, contextũq́ facientem ex diuersis peccatis, iuxta quod, alij quidem sunt infirmi, alij uero ægroti, uidelicet plus quàm infirmi: rursus alij utrisq́ peius habentes, qui dormiunt. Nam qui propter imbecilles animi uires, procliues sunt ad labendũ in quoduis peccatũ, etiamsi non toto animo fuerint obnoxij alicui peccato peculiari, quemadmodum sunt ægroti, tantum infirmi sunt. Porrò qui pro deo quem diligere debebant, tota anima, toto corde, & tota mente, diligunt pecuniam aut gloriam, aut mulieres, aut pueros, hi peius affecti sunt quàm infirmi, suntq́ ægroti. Dormiunt autem, qui quum debeant attendere & aduigilare animæ suæ, non faciũt id, sed nimia negligentia dormitant uoluntate, & somniculosi sunt cogitationibus, qui quidem somniantes, carnem quidem polluũt, autoritatem uero spernunt, glorijs autem maledicũt. Isti sanè quia dormiunt, in uisis inanibus uersantur, & insomniorum simillimis, ea quæ superne ueniunt, quæq́ uera sunt non recipientes, sed infirmi per inania simulacra falluntur. De quibus & in Esaia dicitur illud, Quemadmodum somniat sitiens quasi bibat, & experrectus adhuc sitit, anima uero illorũ inaniter sperauit: Sic erunt diuitiæ omnium gentium, quæcunq́ militarunt in Hierusalem. Itaq́ quanq̃ uidemur digressionem fecisse, dum exposuimus differentiam infirmorũ, ægrotorum, & dormientiũ, propterea quod apostolus in ad Corinthios epistola dixit quæ enarrauimus fecimus digressionem, studentes ostendere, quid intelligendũ significetur his uerbis, & sanauit ægrotos illorũ. Post hæc habet sermo Euangelicus: Quum autem esset facta uespera, accesserunt ad eum discipuli ipsius dicentes, Desertus locus est, & hora iam præterijt, dimitte itaq́ turbas, ut abeuntes in uicos emant sibi cibaria.] Ac primũ obserua, quod quum daturus esset benedictionis panes discipulis, ut apponerẽt turbis, sanauit ægrotos, ut sani participes fierent panum benedictionis. Non eñ possunt q adhuc ægrotant, capere panes benedictionis Iesu: uerũ etiam si quum aliquis audire debuerit illud, probet autẽ unusquisq́ seipsum, & sic comedat ex illo pane, reliquaq́ quæ sequuntur, hæc non audierit, sed temere sumpserit panem domini & poculum eius, infirmus fit aut ægrotus, aut etiam ut ita loquar, ex grauedine quæ nascitur ex huius panis ui, dormiẽs. Vespere autem facto adierunt eum discipuli ipsius, hoc est in cõsummatione seculi, de quo tempestiue dixeris illud, quod positum est in epistola Ioannis, Nouissima hora est. Qui quum nondum

Universidad de Deusto

intelligerent, quid facturus esset dei filius, dicũt illi, Desertus est locus: uidentes dei, & legis, & uerbi solitudinẽ in pleriſq;. Dicunt autem illi, & hora præterijt: quasi præterijſſet oportunũ tempus legis & prophetarum. Fortaſſis autem hoc dicebant, huc ſpectantes, quod decollatus eſſet Ioannes, & legem & prophetias, quæ erant uſq; ad Ioannem, ceſſaſſe. Præterijt igitur inquiunt, hora. Nec adeſt cibus, eo quod tẽpus illius iam non amplius ſit præſens, ut qui in deſerto ſequuti ſunt te, legi ac prophetis ſeruiant. Inſuper dicunt diſcipuli: Dimitte illos, ut ſi minus queant à ciuitatibus, certe à uicis, locis uilioribus, emant cibaria. Hæc quidem dicebant diſcipuli, deſperantes turbas inuenturas, eo quod dimiſſa eſt litera legis ac prophetiæ ceſſaſſent, inſignes ac nouos cibos. Sed uide quid Ieſus reſponderit diſcipulis, tantum non clamãs ac manifeſte dicens: Vos quidem opinamini turbas ſi à me diſceſſerint egẽtes cibarijs, ea in uicis inuẽturas potius quàm apud me, & in conuentibus hominum, non ciuium, ſed uicanorum potius quàm ſi apud me permanſerint. Cæterũ ego patefaciam uobis, quod eo quo creditis illos egere non egent, neq; enim opus habẽt ut diſcedant. Eo uero quod creditis eos non habere opus, hoc eſt me, quaſi nõ poſſim eos alere, hoc iuxta ueſtrã expectationẽ opus habent. Quoniam igitur uos docui, reddidiq; ſufficientes ad dandum egẽtibus animi cibum, uos date turbis quæ me ſequutæ ſunt quod edant. Habetis poteſtatẽ à me traditã, ut detis turbis cibum, cui ſi fuiſſetis intẽti, nimirum intelligeretis, me multo magis illos alere poſſe: nec diceretis, dimitte turbas, ut abeant, emantq; ſibi cibaria. Ieſus igitur per poteſtatem quam dederat diſcipulis alios etiam alẽdi, dixit, Date eis uos, quod edant. Illi uero non negantes ſe poſſe dare panes, ſed arbitrati pauciores eſſe, nec ſufficere paſcendis qui ſequuti fuerant Ieſum, neq; conſiderantes, quod Ieſus acceptum unumquenq; panem, id eſt, uerbum, in quantum uult dilatat, efficiens ut omnibus ſufficiat, quoſcunq; uelit paſcere: Aiunt, Non habemus hic niſi quinq; panes ac duos piſces: per quinq; panes fortaſſis innuẽtes ſenſibilia ſcripturarũ uerba, & ob hoc numero reſpondentia quinq; ſenſibus: per duos uero piſces, uel propheticũ & in affectibus ſitum ſermonem, quaſi obſonia rerum ſenſibiliũ, quæ in ſcripturis repoſita ſunt: aut fortaſſis ſermonẽ qui iam ad illos peruenerat de patre & filio. Quam ob cauſam & ipſe comedebat de piſce poſteaq; reſurrexiſſet, parte ſumpta à diſcipulis, ubi iam recepiſſet ab illis, quã ex parte poterant ipſi de patre profiteri theologiam. Nos quidem ſermones de quinq; panibus ac duobus piſcibus hunc in modum explicare ualuimus. Probabile eſt autem, quod qui magis q̃ nos colligere poſſunt quinq; panes ac duos piſces apud ſeſe, copioſiorem ac meliorem de his reddere ualeant intelligentiã. Illud tamen obiter annotandũ, quod quinq; panes ac duos piſces habere ſe diſcipuli profitentur apud Matthæũ, Marcum & Lucã, nullam dantes ſignificationẽ, an triticei ſint, an hordeacei, Solus Ioannes hordeaceos fuiſſe dicit, unde fortaſſis nec diſcipuli in Euangelio Ioannis eos panes apud ſe eſſe fatẽtur, ſed apud hũc ita loquũtur, Eſt puer hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, ac duos piſces. Et donec hi quinq; panes cum duobus piſcibus non adferebãtur à diſcipulis Ieſu, non creuerunt, neq; multiplicati ſunt, neq; poterant multos alere. Quũ autem illos accepiſſet ſeruator, primum ſuſpexit in cœlum, nimirũ oculorum ſuorum radijs ueluti deducẽs illinc potentiam robur addituram quinq; panibus ac duobus piſcibus, ad nutriendum quinq; hominũ milia. Poſt hæc benedixit quinq; panibus & duobus piſcibus uerbo & benedictione augẽs illos ac multiplicãs, Mox diuidens ac frangens dedit diſcipulis, ut illi turbis apponerẽt. Tunc ſuſcipiebãt illi panes ac piſces ad hoc, ut ederẽt ac ſaturarentur omnes, adeo ut quoſdã ex benedictis panib. nõ potuerint comedere, Tã multa turbis ſupererãt, quæ apud turbas quidẽ nõ erãt, ſed apud diſcipulos, uolẽtes tollere quod ſupererat fragmentorũ, reponereq; in cophinos, plenos fragmentorũ totidem numero, quot erãt tribus Iſrael. De Ioſeph quidẽ ſcriptũ eſt in Pſal. Manus eius in cophino ſeruierunt. De Ieſu uero diſcipulis, quod quũ eſſent nimirum duodecim, ſuſtulerint ex eo quod ſuperfuerat, duodecim cophinos nõ dimidiatos, ſed plenos. Et ſunt, ni fallor, ad hunc uſq; diẽ & erunt uſq; ad cõſummationẽ ſeculi, duodecim cophini pleni fragmentorũ panis uiui, apud Ieſu diſcipulos turbis præſtantiores, quæ turbæ nõ poſſunt comedere. Erant autem qui comederant de quinq; panibus, qui erant anteq; ſuperfuiſſent duodecim cophini, cognati numero pentadis. Vſq; ad quinq; ſenſibilia peruenerant ij qui

qui comederãt. Quandoquidem & hi ab eo qui ſuſpexerat in cœlũ, quiq; benedixerat ac fregerat illos aliti ſunt, ijq; non pueri, neq; fœminæ, ſed uiri. Sunt enim, ni fallor, & in ſenſibilibus edulijs diſcrimina, ut quædam ſint eorum, qui euacuauerunt ea quæ ſunt paruuli: quædam rurſus eorum qui paruuli ſunt adhuc & carnales in Chriſto. Ac nobis hæc dicta ſint propter hæc uerba. Qui comederãt erant uiri quinquies mille præter pueros ac mulieres.] Quod quidem ambigue dictũ eſt, utrum qui comederant fuerint uiri quinquies mille, nec inter hos edentes ullus fuerit puer aut fœmina: an uiri tantum fuerint numero quinquies mille, non annumeratis neq; pueris neq; mulieribus. Nonnulli quidem ut ante diximus, ad hunc modum explicuerũt, quod neq; pueri, neq; mulieres adfuerint ijs quæ ex quinq; panibus ac duobus piſcibus aucta multiplicataq; ſunt. Dixerit autem aliquis, quod quum multi comederint, iuxtaq; dignitatẽ ac uires partici pes facti fuerint panũ benedictionis, alij quidem numero digni erant, iuxta ſimilitudinem eorũ, qui in libro Numerorũ nominati ſunt, annos uiginti nati, Iſraelitæ uiri erant. Alij uero qui digni non erant tali ratione numeroq;, pueri erant ac mulieres. Iam mihi tropologiam de pueris tracta, iuxta illud, Non potui uobis loqui ut ſpiritualibus, ſed ut carnalibus, ut paruulis in Chriſto. De mulieribus autẽ, iuxta illud, Volo autem uos omnes uirginẽ caſtam exhibere Chriſto. De uiris uero iuxta illud, Poſteaquã factus ſum uir, euacuaui ea quæ erant paruuli. Ne prætereamus inenarratũ & illud, quum iuſſiſſet turbas diſcumbere ſuper gramen, acceptis quinq; panibus & duobus piſcibus, ſublatis in cœlum oculis, benedixit, quũq; fregiſſet dedit diſcipulis panes, diſcipuli uero turbis, & comederũt omnes. Quid enim ſignificat illud, quod iuſſit omnes turbas diſcumbere ſuper gramen, & quid intelligere poſſumus dignũ iuſſione Ieſu, de loco? Opinor autem, quod turbas iuſſerit diſcumbere in fœno, propter id quod dicitur in Eſaia, Omnis caro fœnũ, hoc eſt ſubijcere carnem, ac ſubditum reddere carnis affectum, ut ſic aliquis poſſit eſſe particeps panũ quibus benedixit Ieſus. Deinde quoniam uarij ſunt ordines eorũ qui egent alimonia Ieſu, nec ijſdem ſermonibus aluntur omnes, propterea, ni fallor, Marcus dixit dominum hoc feciſſe: & præcepit eis omnibus, ut diſcumberent, per conuiuia ſuper uiride fœnum: & accubuerunt per ſingula uiridaria centeni & quinquageni. Lucas autem ſic: Dixit autem ad diſcipulos ſuos, Facite ut diſcumbant, per ſingulos ordines fermè quinquageni. Oportebat enim eos qui requieturi erant in Ieſu cibarijs, aut eſſe in ordine centum, qui numerus ſacer eſt, ac deo propter unionem conſecratus: aut in ordine quinquaginta, qui numerus continet remiſſionẽ, iuxta myſterium iubilei, qui ſolitus quinquageſimo quoq; anno innouari, iuxta myſterium feſti Pentecoſtes, quod eſt die quinquageſimo. Arbitror aũt duodecim cophinos fuiſſe apud diſcipulos quibus dictũ eſt, Sedebitis ſuper duodecim ſedes, iudicãtes duodecim tribus Iſrael, & quemadmodum dicere poſſet aliquis myſteriũ eſſe in throno iudicantis tribum Ruben, & in throno iudicantis tribum Simeon, & in alio throno iudicantis tribum Iuda, atq; itẽ de cæteris: ita fuerit & cophinus cibariorum Ruben, & alius Simeon, alius Leui. Sed nõ eſt præſentis tractationis nunc tantũ à propoſito digredi, ut coaceruemus quæ dici poſſent de duodecim tribubus, ac peculiariter de harum ſingulis, & quæ ſit quæq; tribus Iſrael explicare. Et protinus compulit diſcipulos ingredi nauim, & præcedere ipſum in ulteriorẽ ripã, donec dimitteret turbas.] Obſeruandũ eſt obiter, quoties ijſdem locis repetuntur hoc modo, turbæ, Item aliud nomen, diſcipuli, ut ex hac obſeruatione, & ex huius nominis coaceruatione, perſpicuũ fiat, Euangeliſtis fuiſſe propoſitum, per euangelicã narrationem oſtẽdere uoluiſſe differentias accedentium ad Ieſum, quorũ alij ſunt turbæ, nec uocantur diſcipuli: alij uero diſcipuli qui ſunt turbis præſtantiores. Sed ſatis eſt in præſentia nos pauca uerba adducere, quo uidelicet ex his incitatus aliquis idem faciat in omnibus Euangelijs. Scriptũ eſt itaq;, quum turbæ eſſent loco humiliore, de diſcipulis ad Ieſum qui montẽ conſcenderat uolentibus accedere, quò turba peruenire non poterat, hunc in modum. Quũ uidiſſet turbas conſcendit in montem, quumq; conſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli ipſius, & quũ aperuiſſet os ſuum, docebat eos, dicens, Beati pauperes ſpiritu: & cætera quæ ſequuntur. Et rurſus alio in loco, turbis deſiderantibus ſanationem dictum eſt, Sequutæ ſunt eum turbæ multæ, & ſanauit eos. Non reperimus de diſcipulis ſcriptum, quod eos ſanauerit: propterea quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

si quis iam est discipulus Iesu, ille sanus est, & quum bene habeat, opus habet Iesu, non quatenus est medicus, sed secundum alias illius uires. Rursus alibi, quum Iesus loqueretur turbis, mater ipsius ac fratres stabant foris, quærẽtes ei loqui, quod quidem illi significatur turbis, mater ipsius ac fratres stabant foris, quærẽtes ei loqui, quod quidem illi significatum est, Renuncianti respondit extensa manu non ad turbas, sed ad discipulos, dicitq; Ecce mater mea & fratres mei: ac testimonium ferens discipulis quod facerent uoluntatem patris qui in cœlis est, ipse inquit, meus & frater & soror & mater est. Rursus alio loco scriptum est, quod omnis turba steterit iuxta litus, & loquutus sit eis per parabolas multa. Deinde post parabolam sementis, accedentes non iam turbæ, sed discipuli dicebant ei, non, quare loqueris nobis per parabolas, sed quare per parabolas loqueris illis. Quo tempore respondit non turbis, sed discipulis, Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, cæteris autem per parabolas. Proinde inter hos qui accedunt ad nomen Iesu, ij qui nouerunt mysteria regni cœlorum, discipuli uocari possunt, ij uero quibus hoc datum nõ est, turbæ, quæ discipulis inferiores dicentur. Attende uero diligenter, eum discipulis dixisse, Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorũ: de turbis uero dictum est, Illis uero non datum est. Item alibi dimittit turbas & ingreditur in domum, non autem dimittit discipulos. Et in domum eius accedunt ad eum, non turbę, sed discipuli eius dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorũ agri. Quin & alio in loco, quum audisset de Ioanne, Iesus secessit nauigio in desertum locũ seorsum, turbæ sequutæ sunt eum: quum egressus uidit multam turbam, & misericordia motus super illos, sanauit ægrotos illorum, uidelicet turbarum, non discipulorum. Vespere autem facto, accesserunt ad eum non turbæ, sed discipuli dicentes uelut alij à turbis: Dimitte turbas, ut digressi in uicos, emant sibi cibaria. Insuper quum acceptis quinq; panibus & duobus piscibus, & sublatis in cœlum oculis benedixit, ac frangens dedit discipulis, ut discipuli darent turbis, quæ non poterant ab eo capere, sed uix per discipulos accipiunt panes benedictionis Iesu, ac ne hos quidem omnes comedunt: nam saturatæ turbæ reliquerunt quod superfuit in cophinis duodecim plenis. Cæterum cuius gratia has annotationes obiter adiunxerimus, est illud quod in manibus est, uidelicet quod Iesus separans à turbis discipulos, compulit eos ingredi in nauim ac præcedere ipsum in ulteriorem ripam, donec ipse dimitteret turbas. Non enim possunt turbæ in ulteriorem ripam transire, uelut Hebræi mystice, quæ uox sonat nobis, transmissorij: uerum hoc erat opus discipulorum Iesu, uidelicet in ulteriorem abire ripam, ac transcendere ea quæ uidentur, quæq; corporalia sunt ac temporaria: peruenire autem ad ea quæ non uidentur, æternaq; sunt. Satis igitur beneficentiæ collatum erat in turbas à Iesu, quæ non poterant, eo quod essent turbę, abire in ulteriorem ripam, si dimitterentur à Iesu. Qua dimissione nullus habet autoritatem dimittendi, nisi Christus solus, neq; fieri potest, ut dimittatur aliquis, nisi prius comederit de panibus, quibus benedicit Iesus. Non potest autem edere de panibus benedictionis Iesu, nisi fecerit quemadmodum præcepit Iesus, ac discubuerit in gramine, quemadmodũ disseruimus. At ne id quidem possunt facere turbæ, nisi, relictis suis ciuitatibus, sequutæ fuerint Iesum, secedentem in desertum locum seorsum. Ac prius quidem rogatus à discipulis, ut dimitteret turbas, non dimisit, donec aluisset eas panibus benedictionis. Nunc uero dimittit discipulis prius compulsis ingredi nauim, & relinquit eos in loco quopiam humiliore, Nam desertum inferius est: Ipse autem ascendit in montem, ut oraret. Quin & illud obseruandum, quod ilico posteaquam pauerat quinq; milia hominum Iesus, compulit discipulos ingredi nauim, & præcedere ipsum ultra lacum. Verum non possunt discipuli præcedere Iesum trans lacum, sed ubi peruenissent usq; ad medium maris, ac nauis iactaretur fluctibus, eo quod uentus esset aduersus, timuerunt, circiter quartam noctis custodiam, quum uenisset ad illos Iesus. Et nisi ascendisset in nauim Iesus, neq; nauigantibus discipulis uentus desisset esse contrarius, neq; trajcientes uenissent in alterũ litus qui nauigabant. Ac fortasse uolens illos experimento docere, quod non possent absq; ipso abire trans lacum, compulit illos ingredi nauim, ac præcedere trans lacum. Cæterum illis non ualentibus ultra medium maris pertingere, apparens ac faciens quæ scripta sunt, declarauit, quod qui ad ulteriorem ripam tendit, Iesu simul cum ipso nauigante perueniet illuc. Quid autem est nauigiũ, in quod Iesus compulit ingredi discipulos, nisi fortassis tentationum ac periculorum

lorum imminentiũ certamen, in quod cõpulsus aliquis à uerbo, uelutiq; nolens, uenit, sed ita saluatore uolente exercere discipulos in hac naui fluctibus iactata, ob uentum ad uersum, quoniã autem confestim compulit discipulos suos ingredi nauim, & præcedere ipsum trans lacum, Marcus paulum immutatis uerbis sic posuit, Et confestim compulit discipulos suos ingredi εἰς τὸ πλοῖον, id est in nauim, ac præcedere ipsum trans lacum in Bethsaidam: operæ preciũ est intendere huic uerbo, compulit, si prius consideauerimus exiguam Marci uariationem, certam nauim significantis per additum articulum. Non enim idem significatur ab eo loco, cõfestim compulit discipulos, sed amplius habet illud, discipulos suos, quod apud Marcum scriptum est, præ illo quod simpliciter dictum est, discipulos, fortassis ut etiã dictionis modo immoraremur. Discipuli quum sic essent affecti, ut ægre distraherentur à Iesu, non quauis de causa possunt ab eo separari, cupientes illi adesse. At ille quum decreuisset, ut illi facerent experimẽtum fluctuũ ac uenti reflantis, quod nequaquã accidisset, si fuissent cum Iesu, necessitatem illis intecit, ut ab ipso seiuncti nauim ingrederentur. Compellit quidem igitur discipulos seruator, ingredi nauim tentationũ, ac præcedere ipsum trans lacum, utq; ultra malorum insultus uincendo peruenirent. At illi quum essent in medio maris, incq; tentationum fluctibus, uentis aduersis uetantibus, quo minus peruenirent in ulteriorem ripam, luctantes non potuerũt absq; Iesu fluctus uincere uentumq; reflantem, ac pertingere ad ripam ulteriorem. Quapropter miseretur illorũ dei filius, omnia quæ quidem in ipsis erant facientibus, ut in ulteriorẽ ripam peruenirent, uenit ad illos ambulans super mare, quod illi non habebat undas neq; uentum, qui posset aduersari, etiam si uoluisset. Non enim dictum est, uenit ad eos ambulans super undas, sed super aquas. Quin Petrus primũ dicente ipsi Iesu, ueni, descendens è naui, ambulabat nõ super fluctus, sed super aquas, ut ueniret ad Iesum. Simulatq; uero dubitauit, uidit ualidum uentũ, haudquaquam ualidũ ei, qui deposuerat exiguã fiduciam & hæsitationem. Et quũ ascendisset Petrus post Iesum in nauim, cessauit uentus, nihil amplius potens in nauim agere, posteaquam Iesus eam ingressus erat. Ac tum discipuli transmisso lacu peruenerunt in terrã Genesareth, cuius interpretationẽ si cognoscemus, & hinc nonnihil iuuaremur ad huius enarrationem loci. Obserua uero, quoniam fidelis deus, qui non sinit tentari turbas supra quàm possunt, quomodo filius dei discipulos quidem cõpulit ingredi nauim, ut ualẽtiores, quiq; possent ad medium usq; maris peruenire, ac sustinere fluctuũ iactationem, donec diuino digni reddantur auxilio, donec uideant Iesum, audiantq; illum ingressum, trajciant ac perueniant in terram Genesareth. Cæterum dimissis turbis, quæ non ceperant experimentũ nauis, fluctuum, & reflantis uenti, uelut imbecilliores, ascendit in montem seorsum ad orandum. Pro quo uero orandũ, nisi forte pro turbis quidem, ut dimissæ post gustatos benedictionis panes, nihil committerent, quod repugnaret dimissioni à Iesu factæ, Pro discipulis autem, ut ab ipso compulsi nauim ingredi, & ipsum præire trans lacum, nihil paterentur in mari, nec à uento contrario. Nec uerear dicere, ob preces Iesu ad patrem pro discipulis fusas, nihil illis accidisse mali, quũ & mare, & fluctus, & uentus aduersus illos oppugnarent. Ergo qui simplicior est, contentus sit historia: nos autem si quando in tentationũ necessitatem incideremus, meminerimus quod Iesus nos cõpulit ingredi nauim illam, uolens nos præcedere trans lacũ. Fieri nanq; non potest, qui tentationes fluctuũ aduersantesq; uentos non sustinuerunt, eos in ulteriorem peruenire ripam. Deinde ubi cõspexerimus multis nos circumuallari negocijs ac periculis, ac mediocriter laborantes ea aliquo usq; tranauerimus, cogitemus nauim nostram in medio maris esse quæ tunc iactatur fluctibus, hoc agentibus, ut naufragium faciamus circa fidem, aut circa uirtutẽ aliquam. Cæterum ubi uiderimus spiritũ illius mali obsistere nostris actionibus, cogitemus tum nobis esse uentum contrariũ. Ergo quum hæc patientes tres noctis uigilias, hoc est, tenebrarum quæ sunt in fluctibus peregerimus, pro uiribus bene certantes, cauentesq; nobis, ne naufragiũ faciamus circa fidem, aut circa uirtutem aliquam, Primam uigiliam aduersus patrem tenebrarũ ac maliciæ: secundam aduersus filium eius, qui aduersatur & extollitur supra omnem qui dicitur deus aut religio: tertiam aduersus spiritum, sancto spiritui contrarium: tunc credimus quod instante quarta uigilia nox processit, dies autem appropinquauit. Veniet ad nos

filius

Universidad de Deusto

filius dei ut nobis componat mare, ambulans super illud. Quumq; uiderimus nobis apparere uerbum, turbabimur quidem, priusquã certo cognouerimus seruatorem adesse nobis, existimantes nos adhuc phantasmata uidere, territiq; protinus clamabimus. At ille statim nobis loquetur dicens: Confidite, ego sum, nolite timere. Et si quis uehementius cõmotus eo uerbo, confidite, repertus fuerit in nobis Petrus tendens quidem ad perfectionem, nõ dum tamen eam assequutus, descendens è naui, quasi iam positus extra tentationẽ illius nauis in qua iactabatur, initio quidem ambulabit, cupiens uenire ad Iesum super aquas. Cæterum ut pusillam adhuc habens fiduciam, ut adhuc dubitans, uidebit ualidum uentũ, ac timebit: & incipiet quidem mergi, nõ tamen hoc eueniet, eo quod Iesum magna uoce inclamabit, dicens ei, Domine serua me. Post hæc protinus adhuc loquente Petro talia, ac dicente, Domine serua me, extendet Iesus manum, porrigens eiusmodi homini auxilium, & apprehendet eum iam incipientem mergi, exprobrabitq; illi, quod parum habuerit fiduciæ, quodq; dubitarit. Verum obserua, quod nõ dixit, diffidens, sed pusillæ fiduciæ, quodq; dictum est, quare dubitasti? quod haberet quidem nonnihil fiduciæ, sed inflectens etiam in partẽ diuersam, hoc est, ad diffidentiam. Et post hæc sanè tum Iesus tum Petrus ascendet in nauim, & cessabit uentus. Atq; ij qui in nauí sunt, cogitantes à qualibus periculis sint seruati, adorabunt dicentes, non tantum filius dei es, quemadmodum dicebant & illi duo, qui dæmonijs fuerant obnoxij: sed uere filius dei es, quod dicunt in naui discipuli. Neq; enim alios à discipulis arbitror hoc dixisse. Vbi uero uersati fuerimus in his omnibus, transmisso lacu, ueniemus in terram quò iusserat nos præire Iesus. Fortassis autem significatur aliquod arcanũ ac reconditum mysteriũ de his qui seruati sunt à Iesu, ex eo quod scriptum est, Et agnoscentes eum uiri loci illius, nimirũ in ulteriore ripa, emiserunt in totam finitimam regionem illam, uidelicet finitimam ulteriori ripæ, non in ipsa ripa, sed in locis circumiacentibus. Et obtulerunt illi omnes male habentes. Hic autem obserua, quod obtulerunt illi non solum multos male habentes, uerum etiã omnes qui erãt in eius regionis uicinia. Hi uero adducti ad Iesum, qui male habebant, rogabant illum, ut uel fimbriam uestis eius contingerent, hoc ab illo beneficium postulantes. Quoniam non erant tales qualis illa mulier quę laborarat profluuio sanguinis annos duodecim, & accessit à tergo, tetigitq; fimbriam uesti menti illius, quũ apud se dixisset, si tantũ tetigero uestimentũ illius, ero salua. Obserua etiã de fimbrijs uestimẽti eius, unde cõfestim sistebat profluuiũ sanguinis eius. Cęterum ij qui uenerant ex finitima regione Genesareth, in quã transmisso lacu uenerat Iesus cũ discipulis suis, non ex sese adeunt Iesum, sed adducti sunt ab ijs qui emiserant, u qui per se non possent ad Iesum accedere, eo quod uehementer male haberent: neq; ipsi furtim tetigerunt fimbriã. sicut illa profluuio sanguinis laborans, sed orantibus illis. Quã quam, & ex his quicunq; tetigerunt, salui facti sunt. Porrò num qua differentia sit huius uerbi, salui facti sunt, quod de his dictum est, quantum ad salutem datam: Nam profluuio sanguinis laboranti fœminę dictum est, Fides tua te saluam fecit, ipse etiam per te dispicies.

CAPVT XV

VNC accedunt ad eum è Hierosolymis pharisæi & scribæ dicentes, Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum, non enim lauant manus, quum panẽ comedunt.] Si obseruaueris quo tempore adierint Iesum ab Hierosolymis pharisæi & scribæ dicẽtes, Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? & quæ sequuntur: scietur necessario Matthæum non simpliciter scripsisse, quòd pharisæi & scribæ ab Hierosolymis accesserint ad seruatorẽ, percontantes eum quæ dicta sunt, sed ita loquutus est: Tunc ueniunt ad eum ab Hierosolymis. Quando igitur illud tunc intelligendum est? Quũ transmisso lacu uenissent in terram Genesareth nauigio, Iesus & discipuli eius, iam sedato uento, ex quo nauim conscenderat Iesus. Et quum agnouissent eum uiri loci illius, emiserunt in totã illam finitimã regionẽ & adduxerunt ad eum omnes male habẽtes, & obsecrabant eum, ut uel tantũ fimbriã cõtingerẽt uestis illius, & quotquot tetigerũt, salui facti sunt. Tunc accesserũt ad eum ab Hierosolymis pharisæi & scribæ, nõ admirati potẽtiam quæ erat in

erat in Iesu sanans etiam illos, qui tantum fimbriam uestis ipsius attigerant, sed accusandi studio criminantes discipulos apud præceptorẽ, non de transgressione præcepti dei, sed unius ex traditionibus seniorum Iudaicis. Et probabile est, quod hoc ipsum crimen quod intendunt calumniandi auidi, cõmendat pietatem discipulorum Iesu, qui nullam reprehensionis ansam dederint in alijs ueluti de transgressione præceptorum dei, Pharisæis ac scribis: qui nequaquã adduxissent hanc criminationem aduersus discipulos de transgressione, quod uiolassent præceptum seniorum, si potuissent deprehendere quos incusabant, & ostendere eos transgredi præceptum dei. Ne putes autẽ his probari, Mosi legem seruandam esse iuxta literã, quod discipuli ad id usq; temporis eam seruabant. Non enim priusquã pateretur, redemit nos à maledictione legis, qui patiendo pro nobis factus est maledictio. Sed quemadmodum Paulus congruenter Iudæis Iudæus factus est, ut Iudæos lucrifaceret: quid absurdi est, si apostoli quum inter Iudæos uersarentur quamuis intelligerẽt spiritalia, legis uulgata utebantur consuetudine? Sicut & Paulus, qui Timotheum circumcidit, & sacrificium iuxta uotum quoddam Iudaicum obtulit, quemadmodum in apostolorum Actis scriptum est. Verumtamen rursus apparent auidi criminandi, qui de præcepto dei nihil criminis intendere poterant in discipulos Iesu, sed tantum de una seniorum traditione. Atq; hinc potissimum dilucet criminandi studiũ, quod apud eos ipsos, qui à morbis sanati fuerant, crimen intendunt, specie quidem aduersus discipulos, reuera tamen ipsum præceptorem infamare uolentes, quasi quod etiam à senioribus erat institutum de lauandis manibus, necessarium foret ad pietatem. Existimabant enim immundas & impuras esse manus eorum qui non lauissent, antequam sumerent cibum. Contra puras ac sanctas esse factas eorum, qui eas abluissent aqua, quum id non respondeat Mosaicæ iuxta literã legi. Nos uero non secundum seniorum Iudaicorum traditionem, sed iuxta rectam rationem, purgare conuenit nostras actiones, & hoc pacto lauare manus animarum nostrarũ, quoties comesturi sumus tres panes, quos à Iesu petimus, qui nobis amicus esse cupit. Si quidem immundis, illotis & impuris manibus, non oportet horum panum esse participes. Iesus autem non incusat eos de traditione seniorũ Iudæorum, sed de duobus dei præceptis maxime necessarijs, quorum alterũ quintum est in decalogo, sic habens: Honora patrem tuum & matrem tuam & bene sit tibi, & fias longæuus super terrã, quam dominus deus tuus daturus est tibi. Alterum uero in Leuitico hunc in modum scriptum est: Si homo maledixerit patri suo aut matri suæ, morte moriatur, Patri suo aut matri suæ maledixit, reus erit. Cæterum quoniã ipsa uerba uolumus intueri, quæ prodidit Matthæus, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur: attende num forte sumptum sit è loco ubi scriptum est, Qui uerberat patrem suum, aut matrem suam, morte moriatur. Et qui maledixerit patri suo aut matri suæ morte moriatur. Sic igitur habent uerba legis de duobus illis præceptis, sed Matthæus illa non tota, sed concise retulit, nec ijsdem uerbis. Quur autem incuset pharisæos & scribas, qui uenerant Hierosolymis seruator, dicens eos transgredi præceptũ dei propter ipsorum traditionem, considerandum est. Et deus quidem dixit. Honora patrẽ tuum & matrem tuam, docens filium honorem debitum persoluere suis parentibus. Huius erga parentes honoris pars erat, illis impartiri de rebus externis, quæ ad uictus & tegumentorũ usum pertinent: & si qua alia in re gratificari posset parentibus. Pharisæi uero & scribæ traditionẽ huiusmodi legi contrariam prodiderant, quã obscurius refert Euangelium, quam ne nos quidem quicquam eramus explicaturi, nisi quidam Hebræus exposuisset nobis, quæ ad hunc locum pertinent, ea sic habent: Interdum, inquiebat, fit ut creditores incidant in debitores difficiles, qui quum possint, nolint quod debetur reddere, eoq; creditores referebant debitum in rationem pauperum, quibus pecunia conijciebatur in gazophylaciũ, ab uno quoq; pro cuiusq; uiribus eis cõmunicare uolentium. Interdum itaq; dicebant debitoribus iuxta suæ linguæ proprietatem, corban est, quod mihi debes, hoc est donum: consecraui enim illud in rationem pietatis erga deũ, pauperibus. Deinde debitor, ut qui iam non hominibus sed deo deberet, & in hunc religioni, quodammodo constringebatur, ut uel nolens redderet debitum, nõ iam quidem creditori, sed deo in rationem pauperum, creditoris nomine. Quod igitur creditor faciebat debitori, hoc interdũ quidam filij faciebãt parentibus, ac

dicebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicebant illis. Donum quodcunq; ex me est, eo tu iuuaberis pater aut mater: hoc scito te ex corban accipere, nimirum ex ratione pauperum de his quæ deo consecrata sunt. Itaq; quum audirẽt parentes quod ipsis dandum erat, esse corban, hoc est deo consecratum, iam nolebant accipere à filijs, etiam si ualde necessariorum inopia premebantur. Seniores igitur talem traditionem apud plebeios proferebant, quod quisquis patri aut matri dixisset, quod datur ex ijs cuipiam, corban esse ac donum, hic nõ amplius obligatus esset patri aut matri, ad suppeditanda uitæ necessaria. Hanc igitur traditionem reprehendit seruator, quippe non probam, sed aduersantem præcepto dei. Etenim si deus dicit, honora patrem & matrem, ex aduerso traditio dicebat eum non debere honorare patrem & matrẽ dono, qui quod daturus erat parentibus consecrauit deo quippe corban: palàm est dei præceptum de honore parentibus exhibendo per traditionem pharisæorum & scribarum abrogari, quæ dicit non amplius oportere honorare patrem ac matrẽ eum, qui semel deo consecrauit, quod accipere solent parẽtes. Ac pharisæi quum essent auari, quo sub prætextu pauperum acciperent & illa quæ danda forẽt alicuius parentibus, docebant huiusmodi. Testatur autem illorum auaricià & euangelium ita dicens: Audiebant autem hæc omnia pharisæi, qui erant auari, & deridebant eum. Si quis igitur & ex his qui apud nos presbyteri, hoc est seniores uocantur, aut ex eorum numero qui quocunq; modo principatum gerunt in populo malunt sub prætextu reipublicæ dare pauperibus, quàm domesticis eorum qui dederunt, si forte necessariorum penuria grauentur, nec possint ij qui dederant utrunq; facere, ut & domesticis & publicis subueniant pauperibus: hic iure merito frater dicetur eorum qui irritum fecerunt legem dei propter suam traditionem, uidelicet pharisæorum & hypocritarum, quos seruator redarguit. Et sanè uehementer abominandum est, quempià ex ratione pauperum libenter accipere, simulq; pro quæstu ducere pietatem aliorum: sed non hæc tantum, uerum etiam illa quæ de Iuda proditore scripta sunt: qui in speciẽ quidem causam agebat pauperum, atq; indignans dicebat: Poterat hoc unguentum uenundari denarijs triginta, & dari pauperibus: cæterum reuera fur erat, & loculos habebat, quæq; mittebantur portabat. Itaq; si quis nunc quoq; loculos ecclesiæ gestans, loquitur quidem ut Iudas loquebatur pro pauperibus, cæterum quæ mittuntur portat, partem sibi ipsi ponat cum Iuda, qui talia fecit: ob quæ ueluti gangrenam habenti in anima diabolus immisit in cor eius, ut seruatorem proderet, & quum hoc telum ignitum accepisset ab ipso, rursus idem diabolus ingressus in animam illius impleuit illum. Ac fortassis quum ait apostolus: radix omnium malorum est auaritia, propter Iudæ dicit auariciam, quæ radix omnium malorum in Iesum commissorum fuit. Sed nunc redeamus ad ea quæ sunt in manibus, in quibus seruator duo ex lege præcepta concise proposuit, alterum quidem ex decalogo Exodi, alterum è Leuitico, aut alterum ex aliquo locorum qui sunt in Pentateucho. Deinde quoniam exposuimus quomodo irritum fecerint uerbum dei, dicens, honora patrem tuum & matrem tuam, hi qui dicebant, non honorabit patrem & matrem suam, quicunq; dixerit patri aut matri suæ, donum quodcunq; ex me est, tibi proderit: quærere poterit aliquis, quomodo cohæreat quod additur, qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. Esto siquidem, non honorat patrem ac matrem, qui quæ daturus erat in subsidium patris ac matris consecrat ei quod uocatur corban: quomodo pharisæorum traditio irritam facit legem etiam illam, quæ dicit qui maledixerit patri aut matri morte moriatur, Sed uide num forte quisquis dixerit patri aut matri, donum quodcũq; ex me fuerit tibi proderit, quodammodo cõuicium ingerat patri ac matri, perinde qua si parentes appellet sacrilegos, qui capiant ea quæ sunt consecrata corban, ab eo qui illa consecrauit. Iudæi igitur filios quasi patri matriq; maledicentes, qui dicunt donum quodcunq; ex me fuerit tibi proderit, puniunt iuxta legem. Vos autem unica uestra traditione, duo dei præcepta facitis irrita. Et post hæc non pudet uos criminari meos discipulos, qui nullum omnino dei præceptum transgrediuntur. Ambulant enim in omnibus eius præceptis ac iustitijs, sine reprehensione, transgrediuntur autem traditionem seniorum religionis gratia, ne transgrediantur præceptum dei. Quod idem si uobis propositum esset, utiq; præceptum de honorando patre ac matre seruassetis, cum eo quod dicit, Qui maledixerit patri aut matri morte moriatur, Traditionẽ autẽ seniorum his præ-

his præceptis aduersam non seruaretis. Post has omnes Iudaicas seniorum traditiones, uolens eos accusare ex prophetarũ dictis, citauit illud quod est apud Esaiam, quod quidem ad uerbum sic habet. & dixit dominus, Appropinquat mihi populus iste ore suo, & cætera quæ sequuntur. Ac prædiximus Matthæum non ijsdem uerbis retulisse prophetæ testimonium. Quod si uobis pro uiribus exponendum est, eo quod euangeliũ illud usurpauit, assumemus quod superius dictum est, utiliter ni fallor, nobis seruatum ad enarrationẽ prophetici sermonis ab euangelio usurpati. Habet autẽ sic ab initio quod dictum est in Esaia, Dissoluamini, & obstupescatis, & attoniti reddamini, non à sicera Cap.19
neq; à uino, quoniam potauit uos dominus spiritu compunctionis, & laborare faciet oculos eorum contra prophetas suos ac principes ipsorum, qui uident occulta. Et erunt uobis uerba hæc omnia, ut sermones libri obsignati, quẽ quisquis dederit homini scienti literas dicens, lege hæc: & dicet, non possum legere, obsignatus est enim. Et dabitur liber hic in manus hominis nescientis literas, & dicet illi, lege hunc: & dicet, nescio literas. & dixit dominus. Appropinquat mihi populus, & cætera quæ sequuntur, usq; ad eum locum, Væ qui in occulto facitis consilium, & erunt in tenebris opera eorum. Assumpto igitur hoc dicto, quod in Euangelio propositum est, posui quædam quæ præcedunt illud. & quædam quæ sequuntur, ut ostenderem quomodo dei uerbum minetur se effecturũ, ut deficiant oculi populi, stupefacti & attoniti, ac potati spiritu compunctionis. Minatur autem effecturum se, ut & prophetæ illorum deficiant, & qui profitentur se uidere occulta, uidelicet principes eorũ, Quæ quidem opinor esse facta post seruatoris aduentũ in populo illo. Facta sunt enim eis omnia uerba, quum omnium scripturarum, tum ipsius Esaiæ, quasi sermones libri obsignati. Dictum est aũt obsignati, quasi dicas, propter obscuritatẽ clausi, nec aperti perspicuitate: qui pariter obscurus est tum his, qui quod omnino literas nesciãt, ne legere quidem possunt: tum his qui se profitentur scire literas, quũ nesciant, quis sensus in eo scriptus sit. His igitur quæ dicta sunt, uidelicet posteaquã populus peccatis dissolutus, & in furorẽ uersus insanierit aduersus ipsum, quibus factis etiã debacchabitur aduersus ipsum spiritu compunctionis, quo potabitur à domino, qui deficere faciet eorum oculos, ut indignos qui uideant, & oculos prophetarum eorum, ac principes eorum, qui profitentur se uidere secreta mysteriorũ, quæ sunt in sacris literis: Et quum defecerint oculi eorum, tunc erunt illis prophetica uerba obsignata & abscondita, id quod accidit populo non credentium in Iesum ueluti Christum. Posteaquam autẽ uerba prophetica facta fuerint illis, ut sermones libri obsignati, non solum nescientibus, sed ijs etiam qui se profitentur scire literas: his inquam pulchre subnectit illud, tunc dixit dominus, solo ore populum Iudæorũ appropinquare deo, secq; labijs ab illo honorari, propterea quod cor illorum ob incredulitatem erga Iesum procul esset à domino, Et nunc maxime abest, posteaquam abnegarunt seruatorẽ nostrum, dici potest à deo de illis, frustra colunt me, nõ enim amplius docent præcepta dei, sed hominum, ac doctrinas, quæ iam nõ sunt in sapientia spiritus, sed ab humana. Vnde quoniam hæc illis acciderant, transtulit deus populum Iudæorũ, & perdidit sapientiam eorum qui apud ipsos erãt sapientes. Non enim est amplius apud illos sapientia, neq; prophetia. Quin etiã prudentiam populi defodit deus & occultauit, nec est amplius splendida & illustris, eoq; etiam si uideantur aliquod profundum consilium facere, quoniam non faciunt hoc propter dominum, fiunt miseri: & si qua recondita profiteantur diuini consilij, mentiuntur, eo quod ipsorum opera non lucis sunt, sed tenebrarum ac noctis. Visum est nobis paucis exponere prophetiã, & aliqua ex parte illius enarrationem proferre: quoniã illius meminit Matthæus, meminit & Marcus. Ex quo utiliter accõmodabimus de transgressione seniorum, qui decretum fecerant, lauandas esse manus, quoties Iudæi comederent panẽ, eaq; eo loco sic habent. Nam Pharisæi & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non comedunt, seruantes traditionem seniorum, & à foro redeũtes nisi lauerint, non sumunt cibum. Et alia nõnulla sunt, quæ seruanda acceperant, lotiones poculorũ, & urceorum, & æramentorum, & lectorum. Et quum aduocasset turbas, dixit illis: Audite & intelligite: reliquaq; quæ sequũtur.) Palàm per hæc à seruatore docemur, quũ legimus in Leuitico & in Deuteronomio, quæ de mundis & immundis dicũtur, de quibus nos ut transgressores accusant corporales Iudæi, & minimum ab his

Universidad de Deusto
Biblioteca

differẽtes Ebionæi, ne putemus ſcripturæ ſcopum eſſe, ſenſum hiſce de rebus obuium. Nam ſi non quod ingreditur in os, coinquinat hominem, ſed quod egreditur ex ore, maximeq; poſtea quam hæc ſeruator apud Marcum locutus eſt, purificans omne ciborum genus, perſpicuũ eſt nos non inquinari ueſcentes iſs, quæ Iudæi literæ legis ſeruire uolentes. aiunt eſſe immunda. Tunc aũt inquinamur, quoties quum oporteat labia ratione uinctæ eſſe, quumq; oporteat nos iſs quæ loquimur iugum ac ſtaterã adhibere, loquimur quidem quæ nihil ad rem faciunt, cogitamus autẽ quæ non oportet, quibus ex rebus nobis fons oritur peccatorũ. Ac decet ſanè dei legem, ut uetet ea quæ pertinent ad malitiam, eaq; præcipiat, quæ faciunt ad uirtutem: cæterum quæ ſuapte natura ſunt indifferenter, hæc ſuo loco relinquere, quũ poſſint ex animi noſtri propoſito, rationeq;, ſi per delictum agantur, mala fieri, ſi cum officio gerantur, recte fieri. Hæc autem quiſquis attente conſideraverit, uidebit etiã illa quæ uidentur eſſe bona, poſſe ſi quis ea male & ex prauo animi affectu ſuſceperit, cum peccato fieri: & quæ dicuntur impura, ſi his iuſtas ob cauſas fuerimus uſi, poſſe pro puris haberi. Quemadmodum enim Iudæi peccantis circunciſio pro præputio habebitur, contra gentilis recte agentis præputiũ pro circunciſione: Sic & quæ pura creduntur pro impuris imputabuntur ei, qui nõ ut oportet, neq; quando oportet, neq; quantũ oportet, neq; unde oportet illis utitur: ſed quæ dicũtur immunda, omnia ſunt munda mundis. Nam inquinatis & incredulis nihil mundũ, quoniam inquinata eſt illorum & mens & conſcientia, & hæc inquinata reddunt impura omnia quæcunq; tetigerint. Quemadmodũ è diuerſo pura mens & pura conſcientia, omnia pura reddit, etiam ſi uideantur eſſe impura. Non enim ob laſciuiã, nec ob uoluptatis amorem, neq; cum hæſitatione in utranq; partem trahente, iuſti utuntur cibis aut potu, memores dicti Paulini, Siue editis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, in gloriam dei facite. Quod ſi deſignanda ſunt, quæ ſint iuxta Euangelium impura cibaria, dicemus hæc eſſe, quæ per auaritiã ac fraudem comparata ſunt, turpiſq; lucri ſtudio accumulata. Item quæ uoluptatis gratia ſumuntur, ac uentris cauſa, quẽ honorando deum facimus, quoties ipſe uenter & huius appetitus, potius quàm ratio dominatur animæ noſtræ. Quinetiam ſi ſciamus aliquẽ dæmonum uſum commercio, aut ſi neſciamus quidem, ſuſpicemur tamen, deq; hoc hæſitamus, ſi talibus fuerimus uſi, non in gloriã fuerimus uſi, neq; in nomine Chriſti, nimirũ non modo opinione, qua creduntur eſſe ſimulachris immolata condemnãte ueſcentẽ, uerumetiam hæſitatione ſuper hac re. Etenim quiſquis hæſitat, iuxta apoſtolum, ſi comederit, condemnatus eſt, quoniã non ueſcitur ex fide. Quicquid autẽ ex fide non eſt, peccatũ eſt. Ex fide igitur ueſcitur, qui quod editur credit non fuiſſe immolatũ in ſacrificijs idolorum, neq; ſuffocatum eſſe, aut ſanguinem. Cæterum non ex fide ueſcitur, qui de horum aliquo dubitat, & tamen fit particeps dæmoniorum, qui quum ſciat hæc dæmonijs immolata, nihilo ſecius utitur, idq; cum polluta imaginatione, de dæmonijs eius ſacrificij conſortibus. Quanquã apoſtolus quum ſciret non ciborum naturã eſſe in cauſa, ut lædatur utens, aut iuuetur abſtinẽs, ſed opiniones, quæq; in his ſubeſt ratio, dixit, Cibus aũt nos non commendat deo. Neq; enim ſi comederimus abundauimus, neq; ſi non comederimus, aliquid deerit nobis. Et quoniam nouerat eos qui ſublimius intelligebant, ſecundum legẽ quædam eſſe pura, quædam impura, neglexiſſe diſcrimen in utendis cibis, ut mundis aut immundis, cõtempta ſuperſtitione in rebus, ut opinor, indifferentibus, ne diſcrimen facerent in uſu ciboriorum, & hanc ob cauſam à Iudæis, ueluti legis tranſgreſſores iudicatos, ideo dixit alicubi, Ne quis igitur iudicet nos in cibo & potu, & quæ ſequuntur: docens nos, ea quæ iuxta ſcriptum legis ſunt umbram eſſe: cæterum ueros legis ſenſus in his reconditos, futura eſſe bona, in quibus reperire licet quæ ſint eſcæ mundæ animæ, uidelicet ſpirituales: & rurſus quæ immundæ in uerbis mendacibus & ueritati contrarijs, lædentes eum qui his alitur. Vmbram enim habebat lex futurorũ bonorum. Quemadmodum aũt in multis animaduertendum eſt, id quod admirabantur Iudæi, quũ in ſeruatoris dictis dicerent ineſſe poteſtatem, ſic & in his quæ tractantur hoc loco. Turbam itaq; quum ad ſe uocaſſet, dixit illis, Audite & intelligite, & reliqua quæ ſequuntur.) Et hoc dicebat, quum Phariſæi hoc ſermone offenderẽtur, quippe qui ob prauas opiniones, humilemq; legis intellectum, non eſſent plantatio, quam plantauerat pater ipſius cœleſtis, & ob id eradicabantur. Eradicati ſunt

cati ſunt enim, eo quòd non receperunt à patre agricola ſatam uerã uitem, Ieſum Chriſtum. Qui nam poterant eſſe plantatio patris, qui Ieſu uerbis offendebantur, dehortantibus quidem ab illis, ne tetigeris, neq; guſtaueris, neq; contrectaris, quæ erant omnia in corruptionem ipſo abuſu, iuxta præcepta ac doctrinas hominum, ſed allicientibus intelligentem ſui auditorẽ ad quærendum ſuper his ea quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram, quemadmodum faciebant Iudæi. Et quoniam ob peruerſas opiniones Phariſæi non erant plantatio patris, qui in cœlis eſt, ideo relictis illis uelut inſanabilibus, loquitur diſcipulis, Sinite illos, Sinite, propterea quod quum ſint cæci, debeantq; ſentire cæcitatem ſuam, ac uitæ duces quærere, carentes ſenſu cæcitatis, profitentur etiam ſe duces eſſe cæcorum, non reputantes futurum ut in foueam incíderent: de qua ſcriptum eſt in pſalmis, Lacum cauauit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Alibi quidem igitur ſcriptũ eſt, quod quum uidiſſet turbas, aſcendit in montem, & quum conſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli ipſius. Hic autem extendit manus ad turbam aduocans illam ad ſe, & abducens ab intellectu præſcripto quæſtionum legis, ubi primum quidem dicebat illis: Audite & intelligite, quũ nondum intellexiſſent quæ audierant: poſt autem in parabolis loquebatur illis, Non quod ingreditur in os, inquinat hominem, ſed quod egreditur. Poſt hæc operæ precium eſt uidere, quæ dicuntur ab iſtis qui calumniantur, non eſſe eundem deum legis & Euangelij Ieſu Chriſti. Nam hi dicunt non eſſe Ieſu patrem cœleſtem, plantatorẽ eorum, qui iuxta Moſi legem uidentur deum pie colere, Ipſe Ieſus dixit, phariſæos qui colebant deum, qui condidit mundum ac legem, non eſſe plantationem, quam plantaſſet pater ipſius cœleſtis, atq; ob eam cauſam eradicari. Dixerit autẽ aliquis & hæc, etiamſi eſſet pater Ieſu, is qui induxit ac plantauit ab Aegypto egreſſum populum, in montẽ hæreditatis ſuæ, in paratum habitaculũ ipſius, tamen dicere poterat Ieſus de Phariſæis, Omnis plantatio quam nõ plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Ad hæc autẽ reſpondebimus, quicunq; ob peruerſum legalium ſcriptorum intellectũ non fuerunt plantatio patris cœleſtis, hi mente erant excæcati, quippe non credentes ueritati, ſed conſentientes iniuſticiæ, excæcati inquam ab eo quem ipſi deum fecerant, filiorũ huius ſeculi. Eoq; quum dicitur apud Paulum deus ſeculi huius, ne putes Paulum illum uere deum dicere. Quemadmodũ enim uenter quum non ſit deus, tamen uoluptatibus deditorũ, qui pluris faciũt uoluptatem quàm amorẽ dei, à Paulo dicit deus: ſic & qui nõ eſt deus princeps huius ſeculi, de quo dicit ſeruator, Princeps mundi huius iudicatus eſt, deus eſſe dicitur eorum, qui recuſant accipere ſpiritum adoptionis filiorum dei, ut fierent filij ſeculi illius, ac reſurrectionis ex mortuis, & propter hoc perſeuerarunt in conditione filiorum huius ſeculi. Hæc tametſi per digreſſionem dicta ſunt, tamẽ mihi uidentur utiliter aſſumpta propter hæc uerba, Cæci ſunt duces cæcorũ. Qui tandem? Nimirum phariſei, quorum deus huius ſeculi ſenſus excæcauit, eo quod ſunt increduli, quia noluerunt credere in Ieſum Chriſtum: & excæcauit, illos, ne illis ſplendeſceret lux Euangelij gloriæ dei in facie Chriſti. Non ſolum autem cauendũ eſt, ne ab illis ducamur cæcis, qui ſentiũt ſibi opus eſſe ducibus, eo quod nondum acceperint uim per ſe uidendi, uerum etiam ab omnibus, qui profitentur ſe duces in ſana doctrina, diligenter oportet auſcultare, ſanumq; loquentibus iudicium adhibere, ne forte ſi ſecundum ignorantiã cæcorum, nec perſpicientium ea quæ ſunt ſanæ doctrinæ ducamur, reddamur & ipſi cæci, non cernentes ſcripturarum intellectum, ut ambo, tum qui ducit, tum qui ducitur, incidant in foueam, de qua diximus. Poſt hæc ſcriptum eſt, quomodo Petrus reſpondeat ſeruatori, tanquam non intelligens illud, Non quod ingreditur in os inquinat hominẽ, ſed quod egreditur ex ore, dicens, expone nobis parabolam. Ad quod ſeruator ita reſpondit: Adhuc & uos intelligentia caretis?] Quaſi diceret, quũ tantum temporis mecum uixeritis, nondum intelligitis quid ſibi uelint ea quę dicũtur, & nondum intelligitis, ideo non polluere hominem quod ingreditur in os eius, quoniam in uentrem abit, & hinc pergens in ſeceſſum proijcitur. Non iuxta legem cui credere uidebantur, non erant plantatio patris Ieſu, phariſæi, ſed iuxta peruerſam de lege, deq; in ea ſcriptis intelligentiam. Quum enim duo intelligantur in lege: miniſtratio mortis impreſſa literis, neq; quicquã habens affinitatis cum ſpiritu; & miniſtratio uitæ, quæ intelligitur in ſpirituali lege: qui poterant affectu ueraci

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicere illud Pauli, Nouimus enim quod lex spiritualis est, & ideo lex sancta, & præceptum sanctũ ac iustum bonumq; hi erant plantatio, quã plantauerat cœlestis pater. Contra qui tales non erant, sed occidentẽ tantum literam amplectebantur, non erant plantatio dei, sed eius qui excæcauerat illorum cor, qui uelamen imposuerat illi, quod ualuit in illis, donec non conuerterentur ad dominum. Nam si quis conuersus fuerit ad dominum ab hoc tollitur uelamen. Dominus autem spiritus est. Dixerit autem quispiam in hunc incidens locum, quod sicut quod ingreditur in os, non polluit hominem, etiam si putetur à ludæis pollutũ: ita quod ingreditur in os, non sanctificat hominem, etiamsi à simplicioribus credatur sanctificare, nimirum is, qui uocatur panis domini. Et est, ni fallor, oratio nõ cõtemnenda, eoq; desiderans dilucidam expositionem, quæ mihi quidem talis esse uidetur. Quemadmodum non cibus, sed conscientia cum hæsitatione uescentis polluit edentem, eo quod qui hæsitat, si uescatur, iudicatus est, quia non ex fide, Et quemadmodum nihil est impurũ per se, polluto & incredulo, sed propter ipsius immundiciem & incredulitatem: ita quod sanctificatur per uerbum dei, & per obsecrationem, non suapte natura sanctificat utentem. Namid si esset, sanctificaret etiã illum, qui comedit indigne domino, neq; quisquã ob hunc esum infirmus aut ægrotus fuisset, aut obdormisset. Nam tale quiddam Paulus demonstrat, quum ait: Propter hoc inter uos infirmi, & male habentes, & dormiunt multi. Proinde etiam in pane domini tum utilitas est uescenti, quum impolluta mente puraq; conscientia, particeps est panis illius. Sic quod ad esum per se attinet, nec ex hoc quia non edimus de pane uerbo dei & per obsecrationẽ sanctificato, fraudamur aliquo bono, nec ex edendo abundamus aliquo bono. Siquidem causa defectus, est malitia peccataq;, & abundantiæ causa est iustitia ac recte facta: ut tale sit quod dicitur apud Paulum, his uerbis, Neq; si comederimus abundabimus, neq; si nõ comederimus, minus habebimus. Quod si quicquid ingreditur in os, in uentrẽ abit, & in secessum eijcitur, & ille cibus qui sanctificatur per uerbum dei, perq; obsecrationem, iuxta id quod habet materiale, in uentrem abit, & in secessum eijcitur: cæterum iuxta precationẽ quæ illi accessit pro portione fidei fit utilis, efficiens ut perspicax fiat animus, spectans ad id quod utile est. Nec materia panis, sed super illum dictus sermo est, qui prodest nõ indigne domino comedenti illum. Et hæc quidem de typico symbolicoq; corpore. Multa porrò & de ipso uerbo dici possent, quod factum est caro, uerusq; cibus, quem qui comederit, omnino uiuet in æternum, quem nullus malus potest edere. Etenim si fieri possit, ut qui malus adhuc perseueret, edat uerbum factum carnem, quũ sit uerbum & panis uiuus, nequaquam scriptum fuisset: Quisquis ederit panem hunc, uiuet in æternum. Deinceps illud uideamus, quomodo quæ egrediuntur & polluunt hominem, non ob id quod ex ore progrediantur, polluunt hominem, sed causam polluendi habent in corde, quũ egrediantur ex corde, ante illa quæ egrediuntur per os, cogitationes malæ, quarum species sunt, cædes, adulteria, scortationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Nam hæc sunt, quæ polluunt hominẽ, quũ egrediuntur ex corde, & hinc egressa proficiscuntur per os: ut si non prodissent foras à corde, sed inibi circa cor fuissent cohibita, nec permissum esset illis per os loqui, celerrime fuissent abolita, nec amplius pollueretur homo. Fõs igitur & origo omnis peccati sunt prauæ cogitationes. Nam hæc si non uicerint, nec homicidia, nec adulteria, nec aliud quicquam talium malorũ erit. Quapropter omni custodia seruandum cuiq; suum cor. Etenim in die iudicij, dominus ubi uenerit, illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: interim omnibus cogitationibus homines accusantibus aut excusantibus, quum illos circumsteterint consilia ipsorum. Tales autem sunt malæ cogitationes, ut interdum quæ uidentur bona, & iuxta uulgi iudicium probanda, reddant improbanda. Itaq; si facimus eleemosynam coram hominibus, aliud in cogitationibus nostris spectantes, ut hominibus uideamur humani, & humanitatis nomine gloriam aucupemur, recepimus ab hominibus mercedẽ. Atq; in uniuersum, quicquid ita fit, ut facientis conscientia expectet gloriam ab hominibus, non habet fructũ ab eo qui uidet in occulto, redditq; mercedem in ijs, qui in occulto puri sunt. Sic igitur & quæ uidetur esse puritas, si cogitationes habeat spectantes inanem gloriam, aut lucri studium: quin & doctrina quæ putatur ecclesiastica, si in uerbo per illiberalem adulationem, aut causa

causa lucri fiat, aut quærat aliquã ab hominibus doctrinæ nomine gloriam, non est probata ab his quos deus posuit in ecclesia: primum quidem apostolos, deinde prophetas, tertio doctores. Similia uero dices de eo, qui desiderat Episcopi munus ob parandam apud homines gloriam, aut ab hominibus adulationẽ, aut ob quæstum capiendum ex his, qui accedunt uerbo, dantq; causa pietatis. Talis igitur episcopus non desiderat bonum opus, neq; potest esse sine crimine, neq; uigilans, neq; sobrius, quũ sit ebrius gloria, qua se intemperanter ingurgitauit. Idem uero & de presbyteris et de diaconis dices. Hæc aũt tametsi uidemur per digressionem dixisse, uide tamen, an necessario dicta sint, propterea quod omnium peccatorum fons sunt prauæ cogitationes, quæ polluere possunt & ea, quæ iustificatura fuerant facientẽ, si sine his fierent. Quæ sint igitur quæ polluunt, pro uiribus nobis expensa sunt. Cæterum illotis manibus edere, non inquinat hominem, sed si libere dicendum est, inquinat illoto corde, quouis cibo, quouis tempore uesci, quem solet edere nostra ratio.

De Chananæa.

Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, & ecce mulier Chananæa.] Vnde inde nisi quod à Genesareth, de qua prædictũ est, & transmisso lacu uenerunt in terram Genesareth. Secessit autem fortassis, quod offenderẽtur pharisæi postea quam audierant, non quod ingreditur, sed quod egreditur inquinat hominem. Quod autem ob eos qui clàm cogitabant insidias, dixerit, secessit, liquet ex his uerbis, Quum audisset autem, quod traditus esset Ioannes, secessit in Galilæam. Fortasse propter hoc & Marcus, referens hunc locum ait, Surgens uenit in fines Tyri, & ingressus in domum neminem uolebat scire: probabili coniectura, quod pharisæos doctrina ipsius offensos declinarit, expectãs magis idoneum pulchreq; præfinitũ patiendi tempus. Dixerit autem quispiam, Tyrum & Sidonem pro gentibus esse dictas. Secedens igitur ab Israele, ad gentium partes accedit. Tyrus quidem apud Hebræos sonat, idem quod nobis uenantes. Inter gentes autẽ uenantes etiam sunt improbæ potestates, & apud eas dem uehemens est constrictio, à malicia & cupiditatibus proficiscẽs. Quum igitur uenisset Iesus in Genesareth, secessit quidem ab Israele, uenit autẽ non in Tyrum ac Sidonem, sed in partes Tyri ac Sidonis, eo quod nunc ex parte credunt gentes. Quod si in totam Tyrum ac Sidonem peruenisset, nullus in ea relictus fuisset incredulus. Iuxta Marcum uero, Surgens Iesus uenit in fines Tyri & Sidonis, quod est confiniũ gentium, ut & ex illis finibus seruari possent credentes, posteaquam fuissent eos egressi. Obserua enim illud: Ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamabat dicens, Miserere mei fili Dauid, filia mea grauiter torquetur à dæmonio.] Et arbitror, quod si non fuisset egressa à finibus illis, non potuisset clamare ad Iesum, uidelicet ex ingenti fide, quod ipsius Iesu testimonio probatur. Et sanè iuxta portionem fidei, egreditur quis à finibus gentium, quos quũ diuideret gentes altissimus, statuit iuxta numerum filiorum Israel, uetans ne longius proferrentur. Hic igitur fines quidam dicti sunt Tyri & Sidonis. In Exodo uero fines Pharaonis, in quibus, ut aiunt, fiunt aduersus Aegyptios flagella plagæq;. Et quidem existimandũ est, quenq; nostrum ubi peccat, in finibus esse Tyri ac Sidonis, siue Pharaonis, siue Aegypti, aut alterius cuiuspiam, qui sit extra dei distributionem. Rursus ubi mutatur à malitia ad uirtutem, egreditur è uiciorum finibus, uenit autẽ in fines partis dei. Quanquã & in his est differentia, quæ perspicua est ijs qui quę de partitione ac distributione sortiũ Israel scripta sunt, possunt per similitudinem ad legem spiritualem accõmodare. Animaduerte uero, quomodo Iesus uelut occurrit mulieri Chananææ. Nam ille quidem egreditur in fines Tyri & Sidonis, illa uero egressa à finibus illis clamabat dicens, Miserere mei fili Dauid. Chananæa porrò erat mulier, quod trãslatum sonat, paratã dimissioni. Iusti quidem parati sunt regno cœlorum, & exaltationi, quæ est in regno cœlorũ. Contrà peccatores parati sunt deiectioni malitiæ, quæ in illis est, & factis quæ ex malitia proficiscuntur præparantibus eos illi, ac peccato, quod regnat in illorum mortali corpore. Veruntamen Chananæa egressa à finibus illis, exierat ab eo quod parata fuerat deiectioni, clamans ac dicens, Miserere mei domine fili Dauid. Colligе uero ex euangelijs, quidam appellant eum filium Dauid, ueluti cæci, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

erant in Hiericho: quidam uero filium dei, idq; bifariam, uel non addito aduerbio, uere, ſicut qui à ſpiritibus agitabantur, Quid nobis tecum eſt rei fili dei: uel addita hac dictione, uere, uelut in naui adorantes illum dicebant ei, Vere dei filius es. Etenim utilis, ni fallor, tibi fuerit horũ collectio, ad perſpiciendum differentiam eorum, qui accedunt ad Ieſum. Quidam accedunt uelut ad eum qui natus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem: quidam rurſus uelut ad declaratũ filium dei in uirtute iuxta ſpiritum ſanctificationis: & horum alij accedunt cum hac adiectione, uere: alij contra ſine hac adiectione. Ariani Deinde attende & illud, quod Chananæa non pro filio, quẽ ne genuiſſe quidem adhuc uidetur, ſed pro filia interpellabat, grauiter dæmonio laborante. Altera uero mater filium, qui efferebatur mortuus recepit uiuũ. Et rurſus archiſynagogus pro filia ferè duo decim annos nata, rogat ueluti iam mortua. Regulus autẽ pro filio, uelut adhuc ægrotante, & mox morituro. Itaq; filia dæmonio obnoxia, & filius mortuus, duarum erant matrum: & filia mortua, & filius ad mortẽ uſq; laborans, duorum erant patrũ, quorum alter erat archiſynagogus, hoc eſt, ſynagogę princeps, alter erat regulus. Habent autem hæc, ut arbitror, materiam loquendi de uarijs animarũ generibus quas Ieſus uiuificans ſanat, imò omnia mala quæ ſanat in populo, præcipue quæ ab Euangeliſtis ſcripta ſunt, tum quidem facta ſunt, ut qui alioqui non credunt, niſi uiderint ſigna & prodigia, crederent. Siquidem ſymbola quædam erant, quæ tunc gerebantur, eorũ quæ ſemper Ieſu uirtute perficiuntur. Nunquã enim unumquodq; eorum quæ ſcripta ſunt de potentia Iſrael inter/pretatur uiri uidẽs deum, quũ Hebræi doceant ſonare, uir fortis deo Ieſu, non fit iuxta cuiuſq; dignitatẽ. Itaq; quod ad genus quidem attinet, Chananæa nõ erat digna, quæ uel reſponſum impetraret à Ieſu, profitente ſe non ad aliud eſſe miſſum à patre, niſi ad oues perditas domus Iſrael, genus animarum perſpicacium, perditum. Verum ob animi propenſionẽ, & adorando Ieſum filiũ dei, reſponſum impetrauit, dum ipſa prodit ſui generis ignobilitatẽ, dumq; ſuam ipſius indignitatẽ profitetur, quod micis ut catella, non panibus eſſet digna. Vbi uero intendiſſet inſtanter animi uoluntatẽ, & approbato Ieſu ſermone, ſeipſam ſuo iudicio huc deijcit, ut ueluti catella ſaltẽ micis potiatur, fateturq; dominos eſſe qui generoſiores erant: tunc impetrat reſponſum alterum, quod teſtimonio ſuo comprobat ingentẽ eſſe ipſius fidem, polliceturq; futurũ illi quod uult. Arbitror autẽ per ſimilitudinem relatũ ad ſupernam Hieroſolymam liberã, matrem Pauli, Pauloq; ſimilium, intelligendum Chananæam eſſe matrem puellæ grauiter à dæmonio uexatæ, quæ ſymbolũ eſt matris talis animæ. Simul inſpice, an cum ratione congruat, eſſe plures patres ac plures matres, ut reſpondeant patribus Abrahæ, ad quos abijt patriarcha, & Hieroſolymæ matri, ut Paulus loquitur de ſeipſo, deq; ſui ſimilibus. Conſentåneũ eſt autem egreſſam hanc, cuius ſymbolum eſt Chananæa, à finibus Tyri & Sidonis, quorum figuræ erant illius terræ loca, ueniſſe ad ſeruatorem, rogaſſeq; eum, & nunc etiam rogare dicentẽ, Miſerere mei domine fili Dauid, filia mea grauiter à dæmonio uexatur. Poſt hæc is qui & illis qui foris ſunt, ac diſcipulis, quum opus eſt reſpondet, dicebat: Non ſum miſſus, docens eſſe quaſdam animas præcipuas & intelligentes ac perſpicaces, ſed perditas, quæ per tropum dicuntur oues domus Iſrael: quæ ni fallor, ſimpliciores exiſtimantes de Iſrael carnali eſſe dicta, neceſſario & illud adiungent, quòd ſeruator noſter miſſus fuerit à patre nõ ad alios quàm ad illos Iudæos qui perierant. Nos autem qui gloriamur nos uere dicere, Et ſi Chriſtum aliquando iuxta carnem cognouimus, nunc tamen nõ amplius cognoſcimus, ſcimus uerbi præcipuum opus eſſe, ſeruare eos qui ſunt intelligentiores. Hi ſiquidem ſunt illi magis familiares quàm cæcutientes. Sed quoniã oues perditæ domus Iſrael, præter reliquias, quæ erant ſecundum electionẽ gratiæ, non crediderunt uerbo, propterea elegit ſtulta mundi, uidelicet eum qui nõ erat Iſrael, neq; perſpicax, ut confundat ſapientes Iſrael: & uocauit ea quæ non ſunt tradens illis gentem intelligentem, quæ potuit capere ſtulticiam prædicationis: & placuit illi ſeruare credentes huic, ut cõfutaret ea quæ ſunt, ex ore infantium & lactentiũ perficiens ſibi laudem, poſteaquam illa facta eſt inimica ueritati. Veniens autem Chananæa adorauit Ieſum ut deum dicens, Domine ſuccurre mihi. At ille reſpondens ait: Non licet ſumere panem filiorum, & proijcere canibus, Quæret autem aliquis, quid & hic ſibi uelit ſermo. Quoniam quum adeſſet ea menſura panum, ut non poſſent ſimul & filij comedere panes, & catelli familiæ, aut alij præterea panem

bene confectum, fieri non poterat iuxta congruentem rationem, ut canibus in cibum darent panem filiorũ bene confectum. Nihil autem tale uidetur in Ieſu potentia, à qua poterant & filij participes eſſe, & qui dicuntur catelli. Vide igitur num forte ad hoc quod ſcriptũ eſt, Non licet ſumere panem filiorum, illud referendum ſit, quod qui exinaniuit ſemetipſum, ſerui formã accipiendo, menſuram poteſtatis, iuxta quam capiebat ea quæ ſunt in mũdo, portarit, à qua uirtute etiã ſenſerat aliquantã portionem à ſe exiſſe, quod dilucet ex eo quòd ait, Tangit me aliquis. Nam ego noui uirtutem exiſſe à me. Ex hac igitur menſura uirtutis diſpenſabat, ijs quidẽ qui præminebant, uocabanturq; filij, plus addens: rurſus ijs qui tales nõ erant, minus nimirũ canibus. Quanq; autem hæc ſic habebant, nihilominus quũ eſſet magna fides, dedit panẽ filiorũ, ut filio, ei quę propter generis ignobilitatẽ in Chananęa fuerat canis. Fortaſſis aũt ſunt etiam panes aliqui uerborũ Ieſu, quos ſolis ratione præcellentibus, ut filijs dare fas eſt. Item alij ſermones ſunt, ueluti miculæ, de magno cõuiuio, deq; menſa nobiliũ ac dominorũ, quibus animæ nonnullæ utunt ut canes: etiã iuxta Moſi legẽ de quibuſdam ſcriptũ eſt, ut ea canibus proij- Exodi 22 in fine μετεμψύ χωσις cerent. Et cura fuit ſpiritui ſancto, præcipere de nonnullis eſcis, ut canibus relinquerentur. Alij quidẽ igitur peregrini ab eccleſiaſtico ſermone alieni, opinantur animas à corporibus hominũ migrare in corpora canũ, iuxta differentiã uitiorum. Nos uero nequaquã hoc comperiẽtes in ſcriptura diuina, dicimus quod affectus rationalis mutatur in brutum, tale quiddam patiens ex multa ſocordia negligentiaq;. Similiter aũt & bruta uoluntas ob neglectam rationem, nonnunq; conuertitur in hoc ut fiat rationalis: ut qui prius erat canis, amãs comedere de micis cadẽtibus de menſa dominorũ ſuorum, ueniat in ſtatum filij: uehementer enim cõducit uirtus quidem ad hoc, ut fias filius dei, malitia cõtra, multaq; graueolentia in uerbis cõtumelioſis, & impudentia ualet ad efficiendum ut quis iuxta ſcripturæ ſermonẽ uocetur canis. Porrò ſimilia cogitabis de cæteris item nominibus reliquorũ brutorũ animantium. Verum enimuero, qui reprehenſus ut canis nõ indigne fert, quod dicitur indignus pane filiorũ, omniq; cum tolerantia loquitur uerbis Chananææ illius, ac dicit, Etiam domine, Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorũ ſuorum: impetrabit manſuetum reſponſum, Ieſu ipſi dicente, Magna eſt fides tua: poſteaquã approbata tali fide, dixerit, fiat tibi ſicut uis: ut & ipſe ſanetur, & ſi quem fructum genuerit, cui opus ſit ſanatione, hic quoq; ſanetur.

De turbis ſanatis.

Et quum tranſiſſet Ieſus illinc, haud dubiũ quin ex his locis quæ dicta ſunt, nimirum à partibus Tyri & Sidonis, uenit iuxta mare Galileæ, quod uulgato nomine dicitur ſtagnum Geneſareth. Vbi quum aſcendiſſet montem, conſedit. Poſſit igitur dici, quod in mõtem eum, ubi ſedet Ieſus, nõ ſolum aſcendunt, qui ſani ſunt, uerũ etiam cum ſanis hi qui diuerſis laborant malis. Et fortaſſis hic eſt mons, quæ uulgatiore uocabulo dicitur eccleſia, erecta per uerbum dei, ultra reliquã terrã, ſupraq; eos qui in terra degunt. Quò aſcendunt non diſcipuli, relictis turbis, quemadmodũ factum eſt, quũ doceret beatitudines: ſed multæ turbæ, quæ ipſę quidẽ non accuſantur, quod ſurdæ ſint, aut aliquo affectæ malo, ſed habent ſecum tales. Etenim uidere eſt cum turbis accedentibus ad hunc montem, ubi ſedet filius dei, quoſdam ſurdos ad ea quę repromittuntur, alios animo cęcos, non cernentes ueram lucem: rurſus alios claudos, nec ualentes iuxta rationẽ ingredi: item alios mutilos ac mancos, nõ ualentes iuxta rationẽ operari. Iſti igitur quorum animus talibus malis tenetur, quiq; cum turbis in montẽ conſcenderant, ubi erat Ieſus, quàm diu non erant ad pedes Ieſu, non ſanabãtur ab illo. Cæterum ubi qui talibus morbis erant obnoxij, proiecti fuerint à turbis ad pedes eius, & ad extrema corporis Chriſti, ne hoc quidem honore digni, quod quidẽ ad ipſos attinet, tunc demum ab eo ſanantur. Et quũ uideris in frequentia, quæ uerbo uſitatiore dicitur Eccleſia, proiectos poſt extremos Eccleſiæ, uelut ad pedes Eccleſiæ, quæ eſt corpus Ieſu, catechumenos, qui ad uenerant cum ſua ſurditate, cæcitate, claudicatione ac debilitate progreſſu tẽporis ſanari per uerbum: non aberraris, ſi dixeris tales aſcendiſſe cum turbis eccleſiæ in montem ubi erat Ieſus: proiectosq; ad pedes illius & ſanatos ab illo, ita ut Eccleſiæ turba miret, conſpiciens illos à tãtis malis ad meliora mutatos, ut dicere poſſit, qui prius erant muti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea loquuntur uerbum dei, qui claudi, ambulant. Interim cõpletur & Esaiæ prophetia, non tantum in corporalibus, uerumetiam in spiritualibus, ita dicẽtis: Tunc saliet ut ceruus qui claudus erat. Fatebimur haud frustra, ceruo animanti puro, ac serpentiũ hosti, quodq; nihil ab illorum ueneno lædi potest, comparatos esse qui prius fuerant claudi, & propter Iesum saliunt ut ceruus. In hoc autem quod loqui uidentur, qui prius fuerant muti, cõpletur prophetia quæ dicit: Et expedita erit lingua balborum: aut illa potius quæ dicit, Surdi audite. Cæci uero recipiunt uisum, iuxta prophetiam, quæ mox sequitur, Surdi audite, & cæci recipite uisum, ut cernatis. Vident autem cæci, quũ cernentes hunc mundum immensa pulchritudine rerum conditarum, collatione facta conspicantur & ipsum mundi opificem: quũq; inuisibilia ipsius dei ex creatione mundi, quæ ex operibus intelliguntur, contemplanť, hoc est diligenter & euidenter cernunt & intelligunt. Hæc autem uidentes turbæ, glorificabant deum Israel, & hodie glorificant persuasi, quod ipse est pater eius qui sanauit eos, de quibus ante dictum est, & deus Israel. Non enim Iudæorũ tantum deus est, sed & gentium. Subuehamus igitur uobiscum in montem ubi constituit ecclesiam suam Iesus, eos qui nobiscum uolunt ascendere, nimirum mutos, cæcos, claudos, mancos, aliosq; multos, proiiciamus illos ad pedes Iesu, ut sanet eos, ut super horum sanatione mirentur turbæ. Non enim scriptum est discipulos talia mirari, quanq; etiã tunc præsentes, quod claret ex eo quod scriptũ est. Iesus autem ad se uocatis discipulis suis dixit, Misereor super turbam, & cætera quæ sequuntur. Fortassis autem si diligenter attenderis huic dicto, Accesserunt ad eum turbæ multæ, cõperies quod discipuli tum non accesserint ad eum, sed ut olim cœperant illum sequi, ita & in montem sequuti sunt eum. Sed accesserunt ad eum qui erant discipulis inferiores, quiq; tum primũ ad illũ uenerant, non ijsdem obnoxij malis, quibus tenebanť ij, qui cũ ipsis ascenderant. Obserua uero et illud in euangelio, de quibusdam esse scriptum, quod sequuti fuerint Iesum, de quibusdam rursus quod accesserint ad eum, de quibusdam autem quod adducti fuerint, postremo de quibusdam, quod diuisi sint in præcedentes, & sequentes. Ad hæc ex his qui accesserunt ad eum, quidam accesserunt in domo, quidam accesserũt ad eum alibi uersantem. Multa namq; cõperies ex obseruatione, spiritualia spiritualibus comparans, digna exacta sapientia quæ latet in euangelijs.

De septem panibus.

Iesus autem uocatis ad se discipulis suis dixit.] Superius quidem in simili de panibus historia, ante nominatos panes, egressus Iesus uidit turbam multã & affectu misericordiæ cõmotus est erga illam, & sanauit ægrotos illorũ. Vespere aũt facto accesserunt ad eũ discipuli ipsius dicentes. Desertus locus, & hora iam præterijt, dimitte eos, & cætera quæ sequũtur. Nunc uero post sanationẽ mutorum, ac reliquorũ, affectu misericordiæ mouetur erga turbã, quæ triduo iam adhæserat ipsi, nec habebat quod ederet. Et illic quidẽ discipuli, pro quinq; milibus interpellabãt dominũ, hic autẽ ultrò de quatuor milibus loquitur. Et illic quidẽ uespere pascũtur, diẽ apud illũ cõmorati: hic uero de quibus testatũ est, quòd triduũ apud ipsum manserint, participes fiunt panũ, ne deficiant in uia. Et illic quidẽ discipuli nõ percõtanti, fatẽtur se tantũ habere quinq; panes & duos pisces, hic uero percõtanti respõdent, de septẽ panib. & septẽ piscib. Atq; illic quidem iubet turbas accũbere, siue cõsidere in gramine, Nam Lucas scripsit, facite illos discumbere, Marcus itẽ præcepit, inquit, illis, ut facerẽt discumbere: Hic uero nõ præcipit discipulis, sed turbæ dicit, ut discũbant. Rursus illic ijsdẽ uerbis tres euangelistæ dicũt, quòd acceptis quinq; panib. & duob. piscibus, sublatis in cœlũ oculis benedixit: hic sicuti scribũt Matthæus & Marcus, quũ gratias egisset Iesus, fregit. Et illic quidẽ in gramine discumbũt, hic uero discũbunt in terra. Sed quæres quod apud Ioannẽ de locis uariatũ est qui in facti illius narratione scripsit, dixisse Iesum: Facite homines discumbere, quodq; quũ benedixisset dederit discumbentibus de panibus, huius aũt facti omnino nõ meminit. Consideras itaq; differentiã secundũ loca, eorũ quæ scripta sunt de panibus, hos puto excellentioris ordinis esse q̃ illos: eo quod hi quidẽ in mõte aluntur, illi uero in loco deserto. Et hi quidẽ posteaq; triduũ permanserãt apud Iesum, illi uero unicũ commorati diem, in cuius uespera pasti sunt. Insuper aũt si non idem est, & si quid interest, uerbum ex sese

ex sese faciat Iesus, an faciat à discipulis admonitus, uide num antecellant, qui ab ipso Iesu beneficium accipiunt, qui protinus benefaciendo pauit eos. Sin iuxta Ioãnem hordeacei erant panes, unde superfuerunt duodecim cophini, quanquam nihil de his dicitur, an non hi prioribus illis sunt potiores: & illorum quidem ægrotos sanauit: hic uero, eos qui cum turba uenerant sanat, non ægrotos sed cæcos & claudos, mutos ac debiles. Eoq; & super his admirantur quatuor milia, quum de ægrotis illis tale nihil dictum sit. Præstantiores autem sunt ni fallor, qui comederunt de septem panibus, pro quibus sunt actæ gratiæ, ijs qui comederũt de quinq; super quos facta est benedictio: & qui comederunt de paucis pisciculis potiores sunt illis, qui comederunt ex duobus. Fortassis & hi qui discubuerũt super terrã. Et illi quidem de paucioribus panibus duodecim cophinos relinquunt, hi uero de pluribus septem sportulas, eo quod plurium essent capaces. Ac fortassis hi superiores sunt omnibus terrenis, & discumbunt super illa. Illi uero super gramen, hoc est super solam carnem ipsorũ. omnis enim caro fœnum. Vltra hæc animaduerte & illud, quod hos Iesus non uult dimittere ieiunos, ne deficiant, quippe uacui panum Iesu, noxamq; capiant, quum adhuc essent in uia quæ tendit ad res domesticas. Cæterum illud annota, sicubi Iesus scribitur dimisisse, quo perspicias discrimen, eorum qui post pastum ab illo dimissi fuerunt, & eorum quos aliter dimisit. Exemplũ autem aliter dimissi fuerit illud, Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Ad hæc autem discipuli perpetuo cum illo uiuentes non dimittũtur ab eo, sed turbæ cibo sumpto dimittuntur. Sicuti rursus discipuli nihil magni sentientes de Chananea dicunt, dimitte illam, quia clamat post nos. At seruator, uidetur nequaquam illam dimittere. Quum enim dixisset illi, O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis: sanata quidem est illius filia ex illa hora, non tamen scriptum est, quod dimiserit illam. Hæc sunt quæ in præsentia circa locum hunc perueſtigare perspicereq; ualuimus.

Commentariorum in Matthæum Origenis tomus XII. CAPVT XVI

ET accedentes Sadducæi ac Pharisæi tentantes postulabant ab eo ut signũ de cœlo ostenderet ipsis.] Qui inter sese de dogmatibus maximi momenti dissentiebant: Sadducæi erãt & Pharisæi. Definiunt enim Pharisæi, mortuorũ resurrectionẽ, sperantes aliquod futurũ seculum: Sadducæi contra censent, post hanc uitam nihil homini repositum præmij, siue ad uirtutem profecerit, siue nunquam uel studuerit à uitiorum terminis excedere. Hi ut tentent Iesum, concordes sunt. Simile quiddã usu uenit, ut scribit Lucas, inter Herodem & Pilatũ, qui inter se facti sunt amici, ut Iesum occiderent. Fortassis mutua inter ipsos simultas effecisset, ut Herodes in gratiã populi dicentis, crucifige, crucifige, postularet ut occideretur. Pilatus autem propensus nonnihil ad hoc, ne condemnaret illum, si inimicitia aduersus Herodem accessisset ad propensionem dimittẽdi illum, quæ prius illi aderat, fortasse non condemnasset Iesum. Cæterum amicitia, quæ uidebatur inter illos orta, ualentiorem reddidit Herodem ad interpellandũ aduersus Iesum apud Pilatum, fortasse cupientem etiã propter recentem amicitiã gratum aliquid, tum Herodi, tum toti Iudæorum populo facere. Frequenter autem & nunc uidere licet in uita, eos qui maxime discrepant opinionibus siue in Græcorum philosophia, siue in alijs disciplinis, apparere concordes, ut irrideãt oppugnentq; Iesum Christũ, qui est in suis discipulis. Ab his autẽ opinor digredi licet ad considerandũ, an aduersarijs operationibus discordiã inuicem habentibus, ueluti Pharaone aduersus Nabuchodonosor, & Balthasare rege Aethiopũ aduersus Senacherim regẽ Assyriorũ, aliquando fiat concordia aduersus Iesum & populũ eius. Sic fortassis etiã astiterũt reges terræ & principes conuenerũt in unum, prius minime concordes, ut intẽtatis insidijs, aduersus dominũ & aduersus Christum eius, dominũ gloriæ interficerent. Ad hũc autẽ sermonem deuenimus propter simul accedẽtes ad Iesum Pharisæos & Sadducæos, quũ essent de resurrectione dissentiẽtes, uelut in hoc inita cõcordia, ut tentarẽt seruatorẽ nostrũ, & postularẽt ab eo ut signũ ostenderet ipsis de cœlo. Nõ enim cõtenti ijs, quæ sanãdis morbis omnib. omnibusq; languoribus in populis ædiderat, prodigijs, alijsq; miraculis, quæ spectantibus pleriscq; fecerat seruator noster, uolebant ut etiam signum ostenderet ipsis è cœlo: coniecturaq; ducor, illos

Universidad de Deusto
Biblioteca

illos opinatos signa quæ fiebant super terrã posse ex deo nõ esse, Itaq; nõ ueriti sunt dicere, Iesum in Beelzebub principe dæmoniorũ eijcere dæmonia. Existimabant autem signũ de cœlo non posse à Beelzebub, aut ab aliqua praua uirtute fieri. Sed errabant in utrisq; signis, tũ in his quæ fiebant in terra, tum in his quæ ueniebãt è cœlo, haud quaq; probati trapezitæ, neq; gnari discernere spiritus operãtes, qui sint à deo, qui desertores illius. Atqui cõueniebat illos scire, multa quæ p Moysen aduersus Aegyptios prodigia facta sunt, quũ non uenirẽt è cœlo, tamen certo dei fuisse. Et ignis è cœlo delapsus super oues Iob, nõ erat à deo. Siquidem eiusdẽ erat ignis ille, cuius erant & illi qui in captiuitatẽ duxerunt, quiq; fecerunt tres turmas equitũ & iumentorum Iob. Arbitror autem & in Esaia demonstrari posse signa, partim è cœlo, partim è terra, quæ uera fuerint ex deo. Cæterũ inter omnem uirtutẽ, signa ac prodigia quæ ueniũt ab illo malo, dictum est Achaz, Postula tibi signũ à domino deo tuo, in profundũ & in excelsum. Nã si non essent signa nõ uenientia à domino, quædã in profundum, quædam in excelsum, nequaq; dixisset, Postula tibi signũ à domino deo tuo in profundũ, aut in excelsum. Nec me fugit, fore ut alicui coactior uideatur hic intellectus horũ uerborũ, postulato tibi signum à domino deo tuo. Sed attende quod dictum est apud apostolũ de homine peccati, filio perditionis, quod in omni uirtute, & signis & prodigijs mendacij, cũ omni fallacia iniustitiæ ijs qui pereunt adparebit, imitãs omnia prodigia, quæ sunt ueritatis, quẽadmodum incantatores Aegyptij, ac malefici, tanq; inferiores illo homine peccati & filio perditionis, uirtutes quasdã imitati sunt, signaq; & prodigia ueritatis, facientes signa mendacij, ne ueris haberetur fides: sic arbitror hominẽ illum peccati signa æmulaturũ ac uirtutes. Fortassis hæc suspicantes ob prophetias hac de re proditas, Pharisæi, quæro autẽ an & Sadducæi, tentãtes postulant, ut signũ de cœlo ostenderet ipsis. Quod si nõ dicemus hoc illos fuisse suspicatos, quo tandẽ affectu dicemus illos fuisse erga miracula, quæ fiebant à Iesu, quũ manerent inflexibiles, nec reuererentʒ incredibilia quę fiebant. Quod si quis existimat nos defendendi sui dedisse occasionem Pharisæis & Sadducæis, uel illic ubi dicũt præsidio Beelzebub à Iesu profligari dæmonia, uel illic ubi tentãtes postulãt à Iesu signũ cœleste: sciat quod dicimus illos à probabilitate quadã inuitari ad nõ credendum Iesu miraculis, nõ tamen ut etiã ueniam mererentur, qui non inspicerẽt uerba prophetarũ impleta in factis Iesu, quæ praua uis nequaq; facere potuisset. Siquidem animã egressam reuocare, ut iam fœtens & quatriduanus è monumẽtis prodiret, nullius erat, nisi illius qui audierat à patre, Faciamus hominem secundum imaginẽ & similitudinem nostrã. Quin & imperare uentis, & impetũ maris sedare, nullius alterius est nisi illius, per quem omnia, & ipsum mare & uenti facti sunt. Est autem etiã doctrina ad amorem conditoris prouocans, legi ac prophetis concinens, atq; animi motus cohibens, moresq; ad pietatem formans. Quid aliud declarabat ijs, qui uidere poterant, & quod uere deus esset, qui talia operaretur. De quibus & Ioannis discipulis dicebat, Euntes renunciate Ioanni quæcunq; uidistis & audistis, cæci uisum recipiũt, & cætera quæ sequuntur. Post hæc consideremus, quomodo ut unum signũ è cœlo ostenderet postulantibus Pharisæis & Sadducæis responderit, dicẽs, Generatio praua & adultera, signum insuper quærit, & signũ non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, quo tempore & illis relictis abijt. Signũ autem profecto Ionæ, secundũ illorũ postulationem, nõ solum erat signum, uerũ etiam signũ è cœlo, ut tentantibus etiã, signũq; de cœlo quærentibus, nihilominus pro sua immensa bonitate signũ dederit. Quemadmodũ enim Ionas egit in uentre ceti tres dies ac tres noctes, ita filius hominis in corde terræ, & post hoc ex ea surrexit. Vnde autem dicemus resurrectionis Iesu signũ fuisse, nisi è cœlo? & maxime sanè, quando in ipso passionis tẽpore signũ fuit latroni, Christi beneficio subuecto in paradisum dei. Vltra hoc etiã, quũ descẽderet ad inferos ad mortuos tanq; inter mortuos liber. Ac mihi quidem uidẽ seruator signũ quod ex sese promittit, applicare ad signi rationẽ quod est Ionæ, dicens se non tantũ illi simile dedisse signũ ex sese, uerum etiã illud idem. Annota siquidem illud, Et signum non dabitur illi, nisi signum Ionæ prophetæ. Igitur illud signum hoc erat signũ, eo quod illud huius erat significatiuũ: ut illius signi explicatio, quod ex se ipso obscuritatẽ habebat, sit quod seruator passus est, quod in corde tres dies ac tres noctes egerit. Simul autem & generale quiddam discimus, quod si signũ significat ali-

quid aliquid, unumquodq; signorũ quæ scripta sunt, uel in historia rerum gestarum, uel in præcepto, alicuius rerũ significatiuũ est post implendæ: ueluti signũ Ionæ post tres dies egressi de uentre ceti, significabat seruatoris nostri resurrectionem, post tres dies ac tres noctes resuscitati à mortuis. Item circũcisio quæ apud Paulum declaratur esse signum in hoc quod scribit, Nos enim sumus circumcisio. Quin tu etiã quære signum omne quod est in antiquis literis, cuius signũ sit in nouo testamento. Rursus quod in nouo dictum est signum, quid significet uel in futuro seculo, uel in sequuturis ætatibus. Porrò posteaquam fecerat signũ, etiam illos appellat prauã generationẽ, ob malitiæ qualitatem illis innatam. Est autẽ malitia, ubi quis uolens male facit. Adulterã autem uocat ob id, quoniam eum qui iuxta tropũ uir dicitur, uidelicet ueritatis sermonẽ aut legem deserentes Pharisæi & Sadducæi, adulterio corrupti sunt à mendacio & lege peccati. Nam si duæ sunt leges, altera quæ est in membris militans aduersus legem mentis: altera mentis, id est lex spiritualis: dicendũ est legem mentis esse uirũ illum, cui desponsa est à deo ut sit uxor anima, uidelicet uiro legi, iuxta quod scriptum est, A deo uero iungitur uiro uxor. Altera uero lex, adulter est, ipsi subiectæ animæ, & propter hũc adulterę nomen habentis. Cæterum quòd lex est animæ uir, palàm docet Paulus in epistola ad Romanos, dicens. Lex dominatur homini ẽp diu uiuit. Nam mulier subdita uiro, alligata est illi, nimirum uiro legi, donec uiuit, & reliqua quæ sequũtur. Aduerte autẽ in his, quod lex dominatur homini, ẽp diu uiuit lex, & uir uxori. Nam uiro subdita mulier, est anima subdita legi, ea uiuẽti uiro alligata est, puta legi. Quod si mortuus fuerit uir, hoc est lex, liberata est à lege, quæ est uir. Moritur autem lex ei qui ascẽdit ad beatitudinẽ, nec amplius uersatur sub lege, sed facit quod fecit Christus: qui quanq; factus est sub lege, propter eos qui erant sub lege, ut eos qui legi erant obnoxij redimeret, neq; ipse tamen mansit sub lege, neq; passus est eos manere sub lege, quos redemerat. Subuexit enim illos unà secum ad diuinã uitæ rationẽ, supra legem, quæ ueluti data infirmioribus & adhuc peccantibus, cõtinebat sacrificia pro remissione peccatorũ. Itaq; qui iam expers est peccati, nec amplius habet opus legalibus sacrificijs, is perfectus transcẽdit fortassis & spiritualẽ legẽ, ac cœpit esse in uerbo, quod est supra legẽ: quod ijs qui in carne uiuebant, caro factũ est: ijs uero qui nequaq; iam secundũ carnẽ militant, quod erat in principio apud deum deus, uerbũ conspicit, & patefacit patrẽ. Tria proinde circa hunc locum sentienda sunt. Mulier subdita uiro sub uiro lege: & mulier adultera, quæ uiuente uiro, puta lege, iuncta fuerit alteri uiro, nimirum anima iuncta legi carnis: & mulier quæ fratri mortui uiri nubit, uidelicet uiuenti, ac nõ mortuo uerbo, quod excitatũ à mortuis, non amplius moritur. Mors enim ei non amplius dominatur. Et hæc quidem diximus propter illud, Si mortuus fuerit uir, liberata est à lege uiri. Item propter illud: Ergo uiuente uiro, adultera uocabitur, si fuerit cũ altero uiro. Rursus propter illud, Quod si mortuus fuerit uir, libera est à lege uiri, ut nõ sit adultera, si iuncta fuerit alteri uiro. Hoc ipsum autẽ, ergo uiuente uiro adultera uocabitur, assumpseramus, studentes clarius explicare, quare Iesus tentãtibus Pharisæis ac Sadducæis, requirẽtibus signũ è cœlo sibi ostendi, dixerit, non solũ generatio praua, uerũ etiã adultera. Generaliter itaq;, lex quę est in mẽbris militans aduersus legẽ mentis, ueluti uir adulter, adulter est animæ. Iam autẽ omnis etiã potestas aduersaria, quum deuicerit humanam animam, eiq; fuerit admixta, adulter illius est, quæ sponsum habet ipsi à deo datũ, nimirũ uerbum. Post hæc scriptũ est, Relictis illis abijt. Nam qui fieri potuit, ut uerbum qui sponsus est, non relinqueret adulteram generationem, & diuerteret ab ea? Poteris autem dicere, quod Iudæorũ synagogã ut adulterã relinquẽs dei uerbũ, discesserit ab ea, ceperitq; uxorem scortationis, uidelicet eos qui sunt ex gentibus. Quoniã illi quidem qui erant ciuitas fidelis Sion, facti sunt scorta: hi uero ueluti Rhaab meretrix, quæ exceperat exploratores Iesu, cum tota familia seruata est, postea non amplius meretricem agens, sed ueniens ad Iesu pedes, eosq; rigans pœnitẽtiæ lachrymis, ungensq; sanctæ uitæ fragrantibus odoribus: cuius gratia Simoni leproso, nempe priori populo Iesus exprobans dixit omnia illa quæ scripta sunt.

De fermento Pharisæorum.

Et quum uenissent discipuli illius in ripam ulteriorem, obliti fuerant accipere panes, quan

Universidad de Deusto
Biblioteca

quandoquidem inutiles erant quos habebant antequam transmitterẽt, discipulis iam in ulteriorẽ ripã transuectis. Alijs enim opus erat ante traiectionẽ, alijs post traiectionẽ: eoq; quoniam neglexerant adferre panes, quum abirent ad trajiciendum obliti fuerant illos secum recipere: ultra lacum autem peruenerãt discipuli Iesu, qui transierant à corporalibus ad spiritualia, & à sensibilibus ad intelligibilia. Ac fortassis ut deterreret eos, qui quoniã peruenerant ultra lacũ, spiritum acceperant, ne recurrerent ad carnalia, dixit ijs qui transierãt, Iesus, Videte & attendite. Erat enim consper sio quædam doctrinæ fermentiq; uere ueteris, quæ est secundum simplicẽ literam, eoq; non libera ab his quæ sunt malitiæ, quam prębebant Pharisæi & Sadducæi, unde Iesus non uult amplius edere suos discipulos, quos fecerat nouam & spiritualem consper sionem, seipsum prębensijs qui discesserant a fermento Pharisæorum ac Sadducæorum, & ad ipsum accesserãt, panem uiuum qui de cœlo descendit, quiq; uitã dat mundo. Quoniam autem hęc uia est ei qui non amplius usurus sit, fermẽto, consper sione, ac doctrina Pharisæorum ac Sadducæorũ, primum quidem uidere, deinde attendere, ne quando quis eo quod non uideat, neq; attendat, particeps fiat uetiti illorum fermenti: ideo primum dicit discipulis, uidete: deinde, attendite. Per spicacium igitur est & attentorum, separare fermentũ Sadducæorum ac Pharisæorum: breuiter omnem cibum, qui non caret fermento, nec est synceritatis ac ueritatis, à uiuo pane, qui de cœlo descẽdit, sic ut Pharisæorum ac Sadducæorum panes non admittat, sed ut uiuum ac uerũ panem comedens aliquis, corroboretur animo. Cæterum hoc dictum etiam tempestiue accõmodabimus ijs, qui simul cũ Christianismo uolunt corporaliter Iudaisare. Si quidem hi non uident, nec attẽdunt à fermento Pharisæorum ac Sadducæorũ, sed præter uoluntatem Iesu, qui uetuit eo uesci, Pharisæorum panem comedunt. Quin & omnes opinor, quicunq; nolunt sapere, quod lex spiritualis est, & umbram habet futurorum bonorũ, & umbra est futurorum, neq; inquirunt cuius boni futuri sit umbra unaquæq; lex, non uident neq; attendunt à fermento Pharisæorum. Quin illi quoq; qui reijciunt mortuorum resurrectionẽ, nõ cauent à fermento Sadducæorũ: & cõplures profecto inter istos qui diuersum sentiũt ab ecclesia, propterea quod non credunt resurrectionẽ mortuorũ, sunt qui inficiuntur Sadducæorum fermento. Hæc sanè quũ diceret Iesus, cogitabant apud sese, nõ quidem fatentes quod acciderat discipuli, sed in cordibus suis, Panes nõ accepimus: ac talia quodammodo erant quæ dicebant, Si panes haberemus, nequaquã de fermento Pharisæorum ac Sadducæorum accepissemus. Quoniam autem ob inopiam panũ periclitamur, ne de illorum fermẽto capiamus, nec uult nos seruator recurrere ad illorũ doctrinã, ideo nobis dixit, Videte & attendite à fermento Pharisæorum ac Sadducæorum. Et hæc quidem illi cogitabant. Iesus autem uidens quæ erant in cordibus, & audiens sermones qui ibi fiebant, ut pote uerus cordium inspector obiurgat illos ueluti non intelligentes, neq; memores panum, quos ab ipso acceperant, per quos quũ se crederent egere panibus, nõ opus habebant Pharisæorũ ac Sadducæorum fermento: mox explicãs & clarius exhibens ambigentibus, propter uariam acceptionem panis ac fermenti, quod non de pane sensibili loquutus esset, sed de doctrinæ fermento, subiungit, Qui fit, ut non intelligatis, quod non de panibus loquutus sum uobis, sed attendite à fermẽto Pharisæorũ ac Sadducæorum. Quanquã autem non aperuisset dominus explanationem, sed adhuc perseuerasset in figurato sermone, tamen intellexisse debebãt discipuli, seruatorem de doctrina loqui, quæ figurate dicta est fermentũ, quam docebant Pharisæi & Sadducæi. Proinde quoad habemus nobiscũ Iesum, qui præstat quod pollicitus est dicẽs: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi, non possumus ieiunare, nec egere cibo, ut inopia coacti, quæramus uel à Pharisæis ac Sadducæis uetitũ fermentum accipere edereq;, & incidat nobis aliquando tempus, illo nobis præsente, ut alimonia careamus, quemadmodũ in superioribus dictum est his uerbis, Iam triduum manẽt apud me, nec habent quod edant. Imo etiam si id acciderit, ille nolens nos ieiunos dimittere, ne forte deficiamus in uia, benedicit panibus qui sunt apud discipulos, ac facit è septem panibus, ut iam exposuimus, septem sportas. Insuper autem & illud obseruandum, ob eos qui putant ex Euangelio Matthæi, nullo pacto doceri seruatoris diuinitatẽ, quod discipulis apud sese cogitantibus dicentibusq;, panes non habemus, Iesus cognouit cogitationem

tionẽ illorũ, ac dixit, Quid cogitatis apud uos exigua prædíti fiducia, quod panes non acceperitis, haud erat humanũ. Vnus enim omnium ac solus cognoscit corda hominũ dominus, sicut ait Salomon in tertio Regnorum libro. Vbi uero Iesus dixisset, attendite à fermẽto, intellexerũt discipuli, quod non iuberet cauere à panibus, sed à doctrina Pharisæorũ ac Sadducęorũ, Vestigabis sicubi fermentum figurate nominatur pro doctrina, siue in ipsa lege siue in scripturis legẽ sequutis. Similiter aũt, an forte fermentũ non offeratur in sacrificiũ: non enim oportet preces habere doctrinæ modũ, sed nihil aliud esse, q; postulationes bonorũ à deo. Quæsierit aũt aliquis ob hæc quæ dicta sunt de discipulis, qui traiecerãt, num possit aliquis ubi trãsmiserit, obiurgari quod sit modicæ fiduciæ, quodq; nondũ intelligat, neq; meminerit eorũ quæ facta fuerãt à Iesu. Non arbitror autem difficilẽ esse ad hoc respõsionem, uidelicet quod ad id quod perfectũ est, quod ubi uenerit, cessabit id quod ex parte est, omis fides quæ hic habeẽ, exigua fides est: & quod ad illud attinet, nondũ intelligimus, ex parte cognoscẽtes, neq; meminimus. Non enim possumus capere memoriã sufficientẽ ac parẽ multitudini naturæ rerum speculandarũ. Licet autem & illud hinc discere, quod interdũ de solis cogitationibus, quas intra nos uersamus, reprehẽdimur, ac uelut exiguã habentes fiduciã, obiurgamur. Ego uero sum in hac opinione, quod sicut qui adulteriũ cõmittit in solo corde, nondum omnino progressus ad opus: ita si quis fecerit in corde cætera quę prohibita sunt, Verbi causa, si quis corde tantũ sit furatus, aut corde tantum falsum testimoniũ dixerit, non ut ille qui facto furatus est, aut falsum testimoniũ re perpetrarit, sed tantũ ut qui corde solo talia fecerit punietur, idq; si per ipsum stetit, quo minus peruenerit ad prauum facinus. Quod si præterquã quod uoluit aggressus quidem est, sed nõ successit, punietur, ut qui nõ solum corde, uerũ etiã opere peccauerit. Super hæc quæret aliquis, an adulteriũ committat aliquis solo corde, etiamsi factum adulterij nõ peregerit, sed in solo corde fuerit impudicus. Similiter uero modo facies de cæteris laudabilibus. Habet autẽ hic locus, quo probabiliter falli possimus, quod hac opinor ratione tollendum est. Adulteriũ quidem in corde peractum, minus est peccatũ, quam si quis adiungat etiã factum. Non potest autem fieri, ut pudicitia sit in corde, quæ obstet impudico facto, nisi quis hic quoq; in exemplũ sumat uirginem, iuxta quod lex dicit, in solitudine uiolatam. Fingamus enim cor alicuius esse purissimũ, cæterũ uiolentã peregisse corruptionem corporis pudicæ, in eo quod lasciuum est. Hæc sanè mihi uidetur prorsus esse casta in occulto quidem, corpore uero non esse pura, quemadmodũ erat ante uim illatã. At non quia non pura, statim & impudica. Hæc ob id quod scriptũ est, Cogitabant secũ dicentes, panes non accepimus, Cui subijcitur illud, Vt aũt cognouit Iesus dixit, O parum fidentes, quare cogitatis intra uos: & cætera quæ sequuntur. Oportebat enim uituperationem eorũ quæ in occulto sunt expedire, & ex aduerso laudem eorũ quæ in occulto. Miror autem, si discipuli putabãt priusquam Iesus illis explanaret sermonem quod dominus ac præceptor præciperet ipsis, ut cauerent à sensibili fermento Pharisæorum ac Sadducæorũ, tanq; impuro, & ob id uetito, ut quoniã panes nõ acceperant ne tum quidem illorũ fermento uterentur. Similiter porrò & in alijs inquireremus, sed exẽpli gratia satis est quod legimus de Samaritana, cui dicit dominus, Quisquis biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Quisquis autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternũ. Si quidem illud quod ad uerba quidem attinet, Samaritana putare uideẽ, seruatorẽ aquã sensibilem promittere, quũ ait: Quisquis aũt biberit ex aqua quam ego dabo ei, nõ sitiet in æternum. Et illa igitur ad tropologiam uocanda sunt, simulq; expendenda aqua fontis Iacob, unde hauriebat Samaritana, conferendo cum aqua Iesu. Atq; hic idem est faciendum. Fortassis nec panes erant cocti, sed fermentum modo quoddam doctrina Pharisæorum ac Sadducæorum.

De eo quod dominus in Cæsarea percontatus est, quem ipsum dicerent esse homines. Tractatus I

Q VVM autẽ uenisset Iesus in partes Cæsareæ Philippi, interrogauit discipulos suos.] Scisciatur à discipulis suis Iesus quem ipsum dicerent homines esse, quo nos disceremus ex apostolorũ respõso, id temporis apud Iudæos uarias fuisse de Christo opiniones. Fortassis & ideo percontaẽ, ut discipuli

3 Reg.8

Ioan.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesu doceantur, semper esse curiosi sermonũ qui dicuntur ab hominibus de illo. Quod facientibus cõducit ad hoc, si quid mali dicitur, ut huius occasiones modis omnibus auferant: sin boni quippiã, huius causas adaugeant. Attamen uide quoniã apud Iudæos uarij erant affectus de Christo, quomodo ex quibusdam non sanis de illo opinionibus loquuti sint. Quidam dicebant eum esse Ioannẽ Baptistam, quemadmodũ & Herodes tetrarcha dicens pueris suis: Hic est Ioãnes. Alij rursus dicebant: Helias est, qui nunc dicitur Iesus, siue quod denuo natus esset Helias, siue quod iam olim in carne uiuẽs, eo tempore apparuisset. Porrò qui dicebant Iesum esse Hieremiã ipsum, nõ autẽ Hieremiã Iesu typũ, fortasse cõmoti sunt ijs uerbis, quæ sunt in principijs Hieremiæ de Christo, quæ tum quidem in propheta non fuerant impleta, sed impleri cœperant in Iesu, Quem constituit deus in gentes & regna, ut eradicet, subuertat, ac perdat, ac rursus ædificet, plantetq́, uidelicet constituens eum prophetã uenturũ ad gentes, quibus prædicauit uerbũ. Quin & hi qui dicebant eum unũquempiã esse de numero prophetarũ, talia de illo opinabantur, ob ea quæ in prophetis ad ipsos quidẽ dicta fuerant, in ipsis tamen nondum fuerãt impleta. Sed Iudæi quidem, ut digni uelamine, quod habẽt cordi impositũ, falsas opiniones habebant de Iesu. Cęterũ Petrus tanquã non carnis aut sanguinis discipulus, sed qui patris etiã cœlestis reuelationẽ acceperat, confessus est eum esse Christum. Erat quidem igitur haud ita magnũ, quod à Petro seruatori dicebat: Tu es Christus, quum id incognitũ esset Iudæis: uerũ illud maius erat, quod credidit eum non solum esse Christũ,
Hier.2 uerum etiam filium dei, qui & per prophetas locutus est: Viuo ego, & me dereliquerũt
Ioan.14 fontẽ aquæ uiuæ. Erat autẽ & is uita à fonte uitæ patre, qui dixit: Ego sum uita. Et attende diligenter, an quemadmodum sicut idem nõ sunt, fons fluuij, & fluuius ipse, ita fons uitæ, & uita. Et hæc quidẽ adiecimus, eo quod pertinerẽt ad id quod scriptum est, Tu es Christus filius dei uiui. Oportuit enim eximiũ quiddam proponere, in eo quod dicit de deo & patre uniuersorũ, tanq́ uiuo, & inter eum qui est ipsa uita, & inter ea quæ uitam participant. Quoniã autem diximus eos qui pronunciabant Iesum esse Ioannem Baptistam, aut quempiã ex ijs qui subij ciuntur, nequaq́ ex sanis opinionibus hæc dixisse: conabimur & hoc probare dicentes, quod si interfuissent baptismo, cum Iesus uenisset ad Ioannem, ac Ioannes baptizaret Iesum, nequaquã dixissent Iesum esse Ioannẽ: imò si intellexissent sententiã, quam dixerat Iesus: Si uultis recipere, ipse est Helias, qui uenturus erat. Et si uelut aures habentes audissent id quod dictũ est, haudquaquam dixissent quidam illorũ Iesum esse Heliã. Et qui dixerunt illũ esse Hieremiã, si perspexissent quod plericq́ prophetarũ symbola quædã Iesu in se susceperunt, nequaquã dixissent illum esse Hieremiã. Similiter nec alij dixissent unũquempiã esse de numero prophetarũ. Fortassis autem quod Simon Petrus respondens dixit: Tu es Christus filius dei uiui, si dixerimus ita quemadmodũ dixit Petrus, non à carne & sanguine nobis reuelatum, sed à luce quæ illuxit cordi nostro, à patre qui est in cœlis, sumus & ipsi quod fuit Petrus: similiterq́ ut ille, prædicamur beati, propterea quod quæ illi causæ extiterunt beatificationis, eadem ad nos quoq́ peruenerunt, eo quod caro & sanguis nobis non reuelauit, Iesum esse Christum filium dei uiui: sed ab ipsis cœlis pater qui est in cœlis, ut in cœlis conuersationẽ habeamus, reuelauit nobis reuelationẽ subducentẽ in cœlos, eos qui non solum uelamẽ omne tollunt à corde, uerũ etiã acceperunt spiritũ sapiẽtiæ dei ac reuelationis. Quod si nos quoq́ locuti quod dixit Petrus: Tu es Christus filius dei uiui, tanq́ non accepta huius reuelatione à carne & sanguine, sed luce cordi nostro illucescente, à patre qui in cœlis est, efficimur Petrus: & nobis dicetur, quod hunc sermonem sequitur: Tu es Petrus, & cætera quæ sequuntur. Petra est enim, quisquis Christi discipulus est, ex quo biberũt de spirituali consequẽte petra. Et super talem petrã construiẽ omnis ecclesiastica doctrina, & secundũ hanc uitæ institutio. In unoquoq́ enim perfecto habente congregationẽ eorũ qui cõplẽt beatitudinẽ uerborũ, factorũ, & sensuũ, est quæ à deo ædificat ecclesia. Quod si super unũ illum Petrũ tantũ existimas ædificari totam ecclesiam, quid dicturus es de Ioanne filio tonitrui, & Apostolorũ unoquoq́? Quin alioquinum audebimus dicere, quod aduersus Petrũ unũ non prævalituræ sint portæ inferorũ, aduersus cæteros autẽ Apostolos ac perfectos prævalituræ sint, ac nõ potius in omnibus ac singulis eorũ, de quibus dictum est, fit illud quod dictum est, & portæ inferorum non præua-

prævalebunt aduersus eã? Item illud, Super hanc petrã ædificabo ecclesiam meã. An uero soli Petro dantur à Christo claues regni cœlorũ, nec alius beatorũ quisquã eas accepturus est? Quod si dictũ hoc, tibi dabo claues regni cœlorũ, cętetis quoq́ cõmune est, cur non simul omnia, et quæ prius dicta sunt, et quæ sequũtur, uelut ad Petrũ dicta, sunt omniũ cõmunia? Nam hic et illud uelut ad Petrũ uidetur dictũ, Quæcunq́ ligaueris super terrã, erunt ligata et in cœlis, et quæ sequũtur. Cæterũ in Euangelio Ioannis, seruator dans spiritũ sanctum discipulis, per insufflationẽ, ait: Accipite spiritũ sanctũ, et cæ- Ioan.20
tera. Proinde multi dicunt seruatori: Tu es Christus filius dei uiui: sed non omnes qui dicunt hoc, dicẽt illud, nequaq́ à carne et sanguine accepta reuelatione docti, sed ab ipso patre qui in cœlis est, tollente uelamen, quod impositũ erat cordi eorũ, ut postea retecta facie gloriã domini speculantes, in spiritu dei loquantur, dicentes de eo illud: Dominus Iesus: et ad eũ illud, Tu es Christus filius dei uiui. Et si quis hoc ad illum dixerit, non ex carnis aut sanguinis reuelatione, sed patris qui in cœlis est, cõsequeẽ ea quæ dicta sunt, ut Euangelij quidem scriptũ habet ad illum Petrũ, ut uero docet illius spiritus ad quẽuis, qui talis factus fuerit, qualis erat ille Petrus. Siquidẽ nomen ducũt à petra, quicunq́ sunt imitatores Christi, qui est petra spiritualis, comitans eos qui salui fiunt, ut ex ea bibant potũ spiritualẽ. Hi uero non solũ nomen ducunt à petra, quemadmodũ Christus, uerum etiã Christi membra quũ sint, ab eo nomen habent, dicti Christiani: à petra uero Petri. Porrò ex his occasione sumpta dices iustos nomen habere deductũ à Christo, qui est iustitia, & sapiẽtes à Christo, qui est sapiẽtia: et similiter facies de reliquis eius nominibus, nomina deriuans ad sanctos: & ad omnes qui tales sunt dicẽ illud seruatoris, Tu es Petrus, & cætera, usque ad illud, Non pręualebunt aduersus eam. Quam autem eam? Vtrum aduersus petrã, super quam Christus ædificat ecclesiam? An aduersus ipsam ecclesiam? (Nam sermo anceps est) an ad unũ & idem, quod ipsum sit petra & ecclesia? Hoc autem arbitror esse uerũ. Neq́ enim aduersus petram, super quam Christus ædificat ecclesiam, neq́ aduersus ecclesiã portæ inferi prævalebunt. Quemadmodũ nec uia serpentis in petra potest inueniri, iuxta quod scriptũ est in Prouerbijs. Quod si quis furit, aduersus quem prævalituræ sint portæ inferorum, talis neq́ petra fuerit super quam Christus ædificat ecclesiam, neq́ quæ à Christo super petrã ædificatur ecclesia. Nam & petra serpenti est inaccessa, ualidioriq́ portis inferorũ ipsi reluctantib. ut ob robur ipsius inferorum portæ nihil ualeant aduersus illam: & ecclesia tanquam Christi structura, qui ædificauit suam domũ prudenter super petram, non recipit portas inferorũ, prævalentes quidem aduersus omnem hominẽ, qui est extra petram & ecclesiam, sed nihil ualentes aduersus ipsam. Vbi uero considerauerimus quod unumquodq́ peccatorũ, ob quæ Christus iturus erat ad inferos, portæ sunt inferorũ, comprehendemus quod anima quæ maculam habet, aut rugã, aut aliquid huiusmodi, ac propter malitiam nec sancta est, nec irreprehensibilis, ea neq́ petra est, super quã Christus ædificat, neq́ ecclesia, neq́ ecclesiæ pars, quam super petrã Christus ædificat. Quod si quis nos ob ista pudefactos silere uult, propter multitudinẽ ecclesiasticorũ, qui credere putantur, dicendum est illi non solum illud, Multi uocati, sed pauci electi: uerũ etiam hoc quod à seruatore dicitur ad eos Matt.22
qui accesserant ipsum, sicut in Euangelio Lucæ dictũ est, hunc in modum: Contendite Lucæ 13
intrare per angustam portam: quoniã dico uobis, multi quærent ingredi per illam angustam portã, & non ualebunt. Insuper et illud quod in Matthæo scriptum est hunc in modum dicendum est, Angusta est porta, & stricta uia quæ ducit ad uitã, & pauci sunt qui Matt.7
inueniũt eam. Porrò si attenderis illi quod dictũ est, Multi, dico uobis, quærent ingredi, et non ualebunt, intelliges hoc ad illos referri qui se gloriant esse de ecclesia, sed infirmiter ac secus cẽ uerbum præscripsit, uiuunt. Hi proinde non ualentes ingredi, quũ sint de numero eorum qui quærunt ingredi, eo quod inferorũ portæ prævalent aduersus eos, haudquaq́ ualebunt ingredi: aduersus quos autẽ inferorũ portæ non prævalent, hi quærentes ingredi poterũt, omnia ualentes in eo, qui corroborat ipsos, Christus Iesus. Atq́ ita quisq́ qui pater est prauæ sententię, architectus factus est alicuius inferorũ portę. Cęterũ cooperarij huius architecti, sunt homines huiusmodi doctrinæ ministri ac dispensatores, seruientes prauo impietatis fabricatori uerbo. Porrò quũ multæ sint, neq́ recenseri numero possint inferorũ portæ, nulla porta inferorũ ualet aduersus petrã, aut eccle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

siam quã Christus super illã ædificat. Quanquã habent nonnullã uim hæ portę, qua nõnullos superãt, nimirũ eos qui nõ resistunt nec decertant aduersus illas: sed eadẽ ab alijs superantur, uidelicet ab his, qui quoniã non recesserũt ab eo qui dicit, Ego sum ostium, oẽs inferorũ portas demoliti sunt ab anima sua. Verũ enimuero & illud scire oportet, quod sicuti ciuitatũ portæ propriũ quæq; nomẽ habent, eodẽ modo portæ inferorũ nominari possunt, iuxta species peccatorũ: ut una quidẽ inferorũ porta uocetur scortatio, per quã ambulant scortatores: altera uero negatio, per quã qui deum abnegant, descendunt ad inferos. Iam autẽ & unusquisq; diuersa sentientiũ, quicq; genuerũt aliquam falsi nominis scientiã, portã ædificant inferorũ: aliã quidẽ Marcion, Basilides aliã, aliam Valentinus. Atq; hic quidẽ portæ inferorũ dictæ sunt. Cæterũ in Psalmis Propheta gratias
Psal.107 agit, dicens: Qui exaltauit me à portis mortis, ut enarrem omnes laudes tuas, in portis filiæ Sion. Ex hoc illud quoq; discimus, fieri non posse ut quisquã enarret omnes dei laudes, qui non exaltatus sit à portis mortis, & peruenerit ad portas Sion. Sion autem portæ, intelligant contrariæ portis mortis, ut mortis quidem porta sit intemperantia, porta uero Sion temperantia: atq; itidem mortis porta sit iniustitia, Sion uero porta iustitia,
Psal.118 quã ostendens Propheta ait: Hæc porta domini, iusti intrabunt per eam. Ac rursus mortis porta sit ignauia, fortitudo contra porta Sion: & imprudẽtia porta mortis, prudentia uero huic cõtraria porta Sion. Omnibus autẽ portis falso dictæ scientiæ, una porta opponitur, quæ est ueræ scientiæ. Inspice uero, num ex eo quod dictum est, non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, & cætera, possis unãquamq; potestatẽ, ac mundi tenentẽ huius caliginis ac spiritualia malitiæ in cœlestibus dicere portam inferorũ & portã mortis. Itaq; portę inferorũ dicentur etiã principatus ac potestates, aduersus quas nobis est colluctatio: contrà portæ iustitiæ, ministratorij spiritus. Quemadmodũ autem de præstantioribus multæ prius dicunt portæ, & post portas, una porta nominatur, quũ dicitur: Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus per eas confitebor domino: Et, Hæc porta domini, iusti intrabunt per eam. Itidem & in contrarijs, portæ quidem multæ sunt inferorũ ac mortis, singulæ potestates, super omnes autẽ has, ille malus intentus in unumquodq; peccatũ: et attenti profecto simus in unoquoq; peccato, uelut in aliquã inferorũ portã descendentes, si peccemus. Quin potius exaltati de portis mortis, enarremus omnes laudes domini, in portis filiæ Sion: exempli gratia, in una porta filiæ Sion, quæ uocatur temperãtia, enarrabimus ex tẽperantia laudes dei: et in alia quæ uocat iustitia, enarrabimus ex iustitia laudes dei. In summa, in omnibus laudabilibus in quibus uersamur, in his sumus in aliqua porta filiæ Sion, iuxta illam narrantes aliquã laudẽ dei. Excutiendum aũt et illud, quomodo in uno duodecim prophetarũ dictũ est: Oderũt in portis arguentẽ, & sermonẽ iustũ abominati sunt. Vide igitur ne forte in portis arguens sit ex his qui cõsistunt in portis filiæ Sion, redarguẽs eos qui sunt in portis huic portæ contrarijs, nimirũ in portis inferorũ ac mortis. Sin ad hunc modũ nõ intelligis illud Prophetæ dictũ, oderũt in portis arguentẽ, aut per adiectionẽ erit dicta hæc particula, in portis, aut quære quomodo tandẽ quod dictũ est dignũ esse possit prophetico spiritu. Post hæc uideamus quomodo dictũ est Petro, & quicũq; petra est, dabo tibi claues regni cœlorum. Ac primũ quidẽ arbitror hoc dictũ, portæ inferi nõ prævalebũt aduersus eam, respõdere illi: Dabo tibi claues regni cœlorũ. Dignus est qui ab ipso filio dei accipiat claues regni cœlorũ, qui munimentũ oppositum aduersus inferorũ portas, ne prævalerẽt aduersus ipsum, ueluti præmij loco accipiẽs, eo quod nihil ualuerũt aduersus ipsum inferorũ portæ, claues regni cœlorũ, ut sibij psi aperiat portas, clausas ijs qui uincũtur à portis inferorum: & ingrediat, ueluti temperãs, per quandã temperantiæ portã, quæ aperit claue, quę aperit temperantiã. Itẽ per aliã ut iustus, portã iustitiæ, quæ aperit claue iustitiæ. Et simili modo de cæteris uirtutibus. Arbitror enim quod pro unaquaque uirtute cognitionis, aliqua sapiẽtiæ mysteria respõdentia generi uirtutis aperiunt ei qui secundũ uirtutẽ uixerit, seruatore dante ijs qui superati non sunt à portis inferorũ, totidẽ claues quot sunt uirtutes: quæ claues aperiunt totidem numero portas, iuxta mysteriorũ reserationẽ, respõdentes unicuiq; uirtuti. Et fortassis unaquæq; uirtus est regnũ cœlorũ, ut iuxta hunc sensum iam in regno cœlorũ sit, qui secundũ uirtutes uiuit: utq; hoc quod dictũ est, pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnũ cœlorũ: non ad tẽpus referatur, sed ad actiones

nes affectusq;. Christus siquidẽ qui est omnis uirtus inhabitat ac loquit, & propter hoc intra discipulos illius est regnũ dei, non autẽ hic & hic. Vide uero quantam habeat uim petra, supra quam à Christo constituit ecclesia, & omnis qui dicit: Tu es Christus filius dei uiui: ut huius iudicia firma maneant, tanquã deo in illo iudicãte: ut in hoc ipso quod iudicat, nõ prævaleant aduersus eum inferorũ portæ. Aduersus illum igitur qui iniuste iudicat, neq; iuxta uerbũ dei ligat super terram, neq; secundum uoluntatem illius soluit super terrã, portæ inferi prævalent. Is uero aduersus quem portæ inferorum non prævalent, iuste iudicat, eo quod claues habet regni cœlorũ, aperiens ijs qui soluunt super terram, sic ut & in cœlis sint soluti ac liberi: claudẽsq; ijs qui iusto ipsius iudicio ligati sunt in terris, ut & in cœlis sint ligati condemnatiq;. Quoniã autem ij qui episcoporũ locum sibi uindicant, utuntur eo dicto sicut Petrus, & claues regni cœlorũ à seruatore acceperunt, docentq; ea quæ ab illis ligata fuerint, hoc est condemnata, eadẽ & in cœlis ligata: rursus ea quæ soluta fuerint ab ipsis, eadẽ & in cœlis esse soluta: dicendum est illos recte loqui, si pariter & facta habuerint, ob quæ dictum est illi qui erat Petrus, Tu es Petrus: sicq; tales fuerint, ut à Christo super eos ædificet ecclesia, & ad eos illud iure referri possit. Portæ autem inferorũ non debẽt prævalere aduersus eum, qui ligare uult ac soluere. Quod si funibus suorũ peccatorũ constringitur, frustra uel ligat uel soluit. Fortassis & illud poteris dicere, in cœlis, id est, in uirtutibus, quæ sunt in sapiẽte, ligatus est malus. Ac rursum solutus est in illis homo probus, qui percepit obliuionẽ & abolitionẽ eorũ quæ ante uirtutẽ peccauerat. Quemadmodũ autem qui nõ habet funiculos peccatorũ, neq; peccata quæ comparant funi longo, aut loro iumenti, quod est in iugo, ne deus quidem ligare possit, neq; quisquis fuerit Petrus. Porrò si quis cũ non sit Petrus, nec habeat quæ hic dicta sunt, sicut habuit Petrus, credit se ligaturũ in terra, ut quæ ligauerit ligata sint & in cœlis, ac se soluturũ super terram, ut quæ soluerit, soluta sint & in cœlis, hic inflatus est non intelligens quid sibi uelint scripturæ, & tumefactus incidit in diaboli ruinam.

Hactenus Des. Erasmus uertit.

Tunc præcepit Iesus discipulis suis, ut nemini dicerẽt, quoniã ipse esset Christus. Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quoniã oportet eũ ire in Hierusalem, & multa pati à senioribus, & principibus, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Superius quidẽ scriptũ est, quoniã hos duodecim misit Iesus dicens eis: In uiã gentiũ ne abieritis, *Matt.10*
& in ciuitates Samaritanorum ne introeatis, sed ite potius ad oues perditas domus Israhel, & cætera quæ dixit ad eos mittens eos ad prædicandũ. Videamus ergo si apostolatus iam opera facientes eos uolebat etiã prædicare quoniã ipse erat Christus: & si uolebat, dignũ est quærere quid est quod nunc præcipit discipulis suis, ut nemini dicãt quoniã ipse est Christus. Si aũt nolebat, quomodo soluent quæ de testimonio mandata sunt
eis, quale est illud: Tradent enim uos, in consilio & synagogis suis flagellabũt uos, & an *Ibidem*
te præsides, & reges stabitis propter me in testimonium illis, & gentibus: uel illud: Cum tradiderint uos, nolite soliciti esse quomodo aut quid loquamini: dabit enim uobis in illa hora quid dicatis, & cætera quæ sequunt usq;, Non cõsummabitis ciuitates Israhel donec ueniat filius hominis. Nescio quomodo hęc intelligi possint, nisi confiterent Iesum esse Christũ. Necnon etiã illud quod dicit: Omnis qui confessus fuerit me corã hominibus, qualem significet confessionem in Christo: nisi aliquis audeat dicere quia nolebat tunc prædicari, quoniã Iesus ipse est Christus. Sed hæc dixit ut interpretationem loci huius non ad futurũ tempus trahat, secundũ quod postea discipuli Iesu nominati sunt Christiani, incipiente ab Antiochia nomine isto. Illud etiã in hoc loco quærendũ est, utrum cũ mitterent, iam cognoscebant quoniã ipse erat Christus. Et si cognoscebant iam, sine dubio cognoscebat Petrus. Quomodo ergo post tanta interrogat eos: Vos aũt quẽ me esse dicitis? quando & respondenti & dicenti Petro: Tu es Christus filius dei uiui, dixit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis? Per hæc enim sermo demonstrat, quoniã tunc primũ cõfessus fuerat eũ Petrus Christum filium dei uiui. Et uide si potes huiusmodi facere quæstionis solutionẽ dicẽs, quoniã credere Iesum esse Christum minus est q; cognoscere. Quoniã autem minus est manifestat ex eo quod refert Ioannes ita: Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderant ei

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.8 Iudæos, Si uos manseritis in uerbo meo, cognoscetis ueritatem, et ueritas liberabit uos: ut dicamus, quando mittebant ad prædicandũ, credebãt quidem Iesum esse Christum, non tamen adhuc cognoscebant. Postea aũt proficiẽtes per doctrinam & plura miracula, etiam cognouerũt, quando & interrogati confessi sunt, Tu es Christus filius dei uiui. Aut si existimentur iam tũc apostoli cognouisse Iesum esse Christum, ita est respondendum, quia inter cognoscere & agnoscere differentia est. Vtputa quis sapiens nõ intelligit quoniã Timotheus cognoscens Iesum esse Christum, non tantum in agnitione eius erat illuminatus quantũ Paulus: Quis autem etiam hoc ignorat, quia etsi multi uera dicunt dicentes de deo, quoniam ipse mihi dedit eorum quæ sunt scientiã ueram: non tamen omnes similiter manifeste aut perfecte cognoscunt ea quæ sciunt: ut dicamus quoniam tũc quidẽ apostoli initia cognitionis Christi habebant, et exigua cognoscebãt de illo: postea autem profecerũt in agnitione ipsius, ut possent capere scientiam Christi reuelatã sibi à patre quemadmodũ Petrus, cui & dixit: Beatus es Simon, quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Et beatificat nõ solum in eo quod dixit, Tu es Christus, sed in eo magis quod addidit, Tu es Christus filius dei uiui. Marcus enim & Lucas scripserũt Petrũ respondentẽ dixisse, Tu es Christus, non adijcientes quod in Matthæo positum est, filius dei uiui: propterea nec scripserũt ad confessionem Petri relatam beatitudinem, neq; benedictionem dicẽtem, Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam, & cætera. Aut ita tractandum est, non quia tunc docebant Iesum esse Christum, & modo præcepit eis ut nemini dicant: sed tunc quidẽ leuiter de eo annũciabant quasi de magno & admirabili uiro: Christum aũt esse eum nondum annunciabant, sed quasi ad inductionẽ Iudæorũ, quædam modica præmittebant de eo, ut præparatis ex parte modica ad fidem eius, tẽpore opportuno etiã hoc adderet quod ipse esset Christus. Aut certe ita quæstio est soluenda, ut dicamus quod plura quæ tunc Christus ad apostolos dixit, non tantũ ad apostolos pertinebant, quantũ ad omnes credentes in Christum. Nec enim solis conueniebat apostolis quod est dictum, Ante præsides & reges stabitis propter me in testimoniũ illis & gẽtibus. Item quod ait, Tradet autem frater fratrẽ in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & in mortẽ adigent eos. Sed & illud, Omnis qui confessus fuerit me corã hominibus, & cætera, non solis apostolis, sed omnibus credentibus dicta sunt. Secũdum hoc ergo dicendũ est quod præmissa fuit illa doctrina quæ facta est ad apostolos, postea aũt implenda: ut uideantur ea quidem quæ superius de annũciando Christo sunt dicta à Christo, nõ ad tẽpus pertinere quod fuit ante Christi resurrectionem, sed ad tempora post futura: hæc autem quæ mandat ut nemini dicant, tũc apostolis conuenire. Adhuc aũt qui uult & Christum esse prædicatũ prius ab apostolis, dicet quoniam leuiter præmittere uoluit eos mentionem nominis sui, ut interim facto silentio prædicationis huiusmodi hoc ipsum quod leuiter de Christo auditũ fuerat, digeratur in sensibus auditorũ, sic & opportunius insinuet eis Iesus Christus crucifixus, & ex mortuis suscitatus. Quod in primis nec ipsi apostoli cognoscebant, sicut præsens sermo testat dicẽs: Exinde cœpit ostẽdere discipulis suis, quoniam oportet ire eũ in Hierusalẽ, & multa pati à senioribus, & principibus, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Si aũt tunc apostoli hæc discebant de Iesu quæ erat passurus, quid existimare debemus scisse prius de Christo eos qui ab apostolis docebantur? Nam etsi annunciabat eis Christus, quasi in inductione, & non manifeste annunciabat. Ideo & saluator mittẽs apostolos uolebat ut nemini dicerẽt manifeste quoniã ipse erat Christus, uidelicet ut perfectiorẽ de eo doctrinam in posterũ opportunius reseruarent, quando poterãt annũciare eis qui eum uiderãt crucifixũ de resurrectione eius ex mortuis. Si enim apostoli qui semper iuxta eum fuerũt, & uiderũt miracula uniuersa quæ fecit, & testimoniũ perhibuerũt uerbis eius, quoniã uerba uitæ æternæ erant, scandalizati sunt in ea nocte qua tradebatur: quid arbitramur eos passuros fuisse qui primum audiebant, si audissent quia ipse erat Christus? Sicut fecit Paulus Athenien sibus adhuc rudi-
Act.17 bus constitutis, annũcians eis non Christum filiũ dei, sed uirũ quendã hoc modo. Tempora igitur ignorãtiæ despiciens deus, nũc denunciat omnibus hominibus ubiq; pœnitentiã agere, eo quod statuit diem iudicare orbẽ in æquitate, in uirũ quem statuit præstare fidem omnibus, resuscitans eum à mortuis. Qui ergo uult, hæc quæ tũc ad apostolos dicta

dicta sunt, pertinere ad tempora post futura, & necdum apostolos tunc prædicasse quia ipse esset Christus, huiusmodi dat rationẽ: quoniam interim quidem nomen Iesu uoluit prædicari: Christum aũt crucifixum tempore opportuno post passionẽ, & resurrectionem, quando & rebus ipsis quod dicebat poterat approbari. Quod scies dicebat Apostolus ad Corinthios: Nec enim iudicaui me scire quid in uobis, nisi Iesum Christum, & 1.Cor.2
hunc crucifixum. Ergo primum quidem Iesum prædicauerũt talia & talia facientem, & hæc & hæc prædicantem. Nunc autem postquam Petrus confessus est eum Christum filium dei uiui, quasi nolens eos hoc interim prædicare, præcepit dicens, ut nemini dicant quia ipse est Christus. Propter quam aũt causam nolebat se interim prædicari Christum, dat rationem, quoniã oportet eum abire in Hierusalem, & multa pati. Si quis ergo confunditur in cruce Christi, confunditur in dispensatione per quam triumphati sunt in ligno principatus & potestates, qui genus hominũ debellabant, cum deberet potius gloriari quasi fidelis & scies hæc dispensata esse in cruce domini nostri Iesu Christi, per quẽ crucifixo mũdo traducti sunt, & triumphati sunt principatus eis solis qui credũt. In quibus principatibus arbitror fuisse etiam principem huius mũdi. Propterea iuxta passionẽ factus dicebat: Nunc princeps huius mũdi iudicatus est: Nunc princeps huius mundi ex- Ioan.12
pellitur foras. Quo expulso, Si fuero, inquit, exaltatus à terra, omnes trahã ad meipsum: uidelicet iam non tantũ quantum poterat prius potente principe, qui uetabat uenire ad Christum eos qui trahebant ab ipso. Necessaria ergo res est prædicari Christum Iesum crucifixum: inutile aũt est ipsum quidem prædicare, crucẽ autem eius tacere. Et non sic inutilis mihi uidet qui Iesum quidem Christum dicit, tacet aũt natiuitatem eius ex uirgine, aut stellam ostendentẽ natiuitatem ipsius, aut angelos in natiuitate eius gloriantes, atq; dicentes: Gloria in excelsis deo, & pax super terrã hominibus bonæ uoluntatis: aut Luca 2
alia miracula uel signa quæ fecit: quomodo qui Christũ quidem eum dicit, crucifixũ aũt eum abscondit. Propterea uolens postmodũ perfectius prædicari, præcepit ut nemini interim dicant quia ipse est Christus: & præparabat eos ut postmodũ dicant quoniã ipse est Christus qui crucifixus est, & surrexit à mortuis. Et uide diligẽter quia nõ dixit: Exin de cœpit dicere, uel docere quia oportet eum abire in Hierusalẽ: sed ita, Exinde cœpit ostendere discipulis suis, quoniã sicut corporalia ostendi dicuntur, sic ostendi dicuntur à Christo ea quæ loquebatur: & nõ sic puto eis qui corporaliter eum multa patientẽ uiderũt, ostensa fuisse ea quæ uidebant, quomodo discipulis ostensus est sermo rationabilis de mysterio passionis & resurrectionis ipsius. Et tũc quidem cœpit ostendere, consequenter aũt postea capaciorib. factis, plenius demõstrauit: nõ iam quasi rudib. incipiẽs ostẽdebat, sed proficiẽs in ipsa ostẽsione demõstrabat. Et sic rationis est intelligere, quia omnino quod cœpit Iesus, hoc et perfecit. Aliquãdo demõstrabat quod cœperat ostendere discipulis, quoniã oportet eũ abire in Hierusalẽ, et pati. Quando enim de mysterijs istis perfectam scientiã ex uerbo quis fuerit consecutus, tunc dicendũ est ex rationabili ostensione sensu uidente quæ ostenduntur, consummatã esse ostensionẽ, quoniam non capit prophetam perire extra Hierusalem ea perditione, de qua etiam alibi dicitur: Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quare oportebat eũ abire in Hierusalem, ut multa passus in Hierosolymis, & interfectus in eis, primitias resurrectionis ex mortuis faciat in Hierosolymis illis quæ sunt sursum, derelinquẽs & destruens & dissoluens Hierusalẽ quæ fuerat super terrã cum omni cultura eius. Quamdiu eñ non resurrexerat Christus, nec discipuli eius consurrexerant ei, deorsum quærebatur ciuitas dei, & templũ quod erat in ea, & altare, & sacerdotes eius, & Leuitæ, & dona, & sacrificia pro peccato, & mundationes. Postquã aũt resurrexit Christus primitiæ dormientiũ, & consurrexerũt ei qui facti sunt conformes morti eius, & resurrectioni eius, iam tunc non deorsum ab eis qui consurrexerũt ei quærit Hierusalem, uel domus orationis in ea, uel altare, uel cultura, uel cultores, sed sursum: & quasi qui consurrexerunt et consederunt in cœlestibus in Christo, uiderũt ea quidem quæ fuerant super terram destructa: quæ autẽ erant in cœlis, splendentia. Quæ ut instituerent, oportebat eum abire in Hierusalẽ quæ erat deorsum, & multa pati illic à senioribus eius, & principibus sacerdotũ, & scribis, ut glorificet ab eis qui capiũt beneficia eius cœlestibus senioribus, & diuinioribus principibus sacerdotũ, & scribis populi qui uacant circa literas nõ atramento scriptas, sed spi-

ritu dei uiui manifestatas: ut occidat quidem in Hierosolymis, quæ est deorsum: regnet autem resurgens in Sion monte, & ciuitate dei uiui Hierusalem, cœlesti Sion, de qua dictum est in Psalmo secundo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptũ domini. Tertia autem die resurrexit à mortuis, ut eripiens à malígno, & à filio eius in quo mendaciũ erat, & iniustitia, & prælium, & omnia contraria eis in quibus Christus habetur, adhuc autem & à spiritu immundo qui transfiguratur in spiritum sanctum, acquirat eis qui fuerint liberati hoc donum, ut baptizentur spiritu, & animo, & corpore, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, qui sunt tres dies simul instantes perpetue eis qui per eos facti fuerint filij lucis. Et accipiẽs Iesum Petrus, cœpit eum increpare: Propitius esto tibi domine, & hoc tibi non erit. Cui dixit: Vade post me satana, scandalum mihi es: quoniã non sapis quæ dei sunt, sed quæ hominis.] Quoniam cœperat Iesus ostendere discipulis suis quia oportet eum abire in Hierosolymam, & multa pati, adhuc initia eorum quæ ostendebantur discens Petrus, indigna hæc filio dei uiui arbitrabatur, & indigna deo patre qui reuelauerat ei. Nec enim reuelatum fuerat ei adhuc oportere pati filium dei, & occidi talem & tantum Christum. Ideo accipiens eum, & quasi oblitus dignitatem Christi, quoniam filius dei uiui nihil dignum increpatione dicit aut agit, cœpit eum increpare, & quasi necessariã habenti propitiationem dicere: Propitius tibi esto domine. Nec enim sciebat adhuc, quoniam hunc posuit deus propitiationẽ per fidem in sanguine ipsius. Cuius affectum quidem suscipiens Iesus, ignorantiã autẽ exprobrans, dixit ei: Vade post me, quasi desistenti per ignorantiam, & per ea quæ non recte dicebat, ire post Iesum Christum. Satana autem dixit ei, quasi per ignorantiam aliquid habenti contrarium deo: quod Hebræi interpretati sunt contrarius. Si autem non per ignorantiam dixisset, neq; increpasset filium dei uiui, dicens: Propitius tibi esto domine, & hoc tibi non erit: nunquam dixisset ei: Vade post me: quasi desinenti ire post eum, & sequi eum. Et si non dixisset contraria eis quæ dicta fuerant ab eo, non ei dixisset satana. Nunc autem præualuerat in eo satanas, ut desineret ire post eum, & sequi eum: & fecit eum per ea quæ in ignorantia dixit, dignum ut audiat, Satana: &, Scandalum filij dei: &, Non sapis quæ dei sunt, sed quæ hominis. Quoniam autem fuerat post filium dei Petrus antequã peccaret, manifestum est ex eo quod in principio uocationis eorum ita est dictum ad eos: Venite post me, & faciam uos piscatores hominum: & relictis omnibus secuti sunt eum. Simul autem considera differentiam uerbi: quoniam ad Petrum quidem dixit, Vade post me satana: ad diabolum autem dicentem sibi: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me: dixit, Vade satana, sine additamento post me. Nam ire post Iesum, bonum est. Propterea secun-
Mar.1 dum Marcum sic dicit: Vidit Simonem & Andream fratrem eius, & dixit eis: Venite post me, & faciam uos piscatores hominum. Tale est etiam illud quod dicit: Si quis non tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Et ut breuiter dicam, considera ubicunq; dicitur uerbum Post me, in bono dicitur. Bonũ est enim quando quis post dominum uadit: contrariũ autem, quando aliquis reijcit sermones domini post se: uel qui
Eccli.18 transgreditur illud mandatum: Post concupiscentias tuas ne uadas. Item Helias in ter-
3 Reg.19 tio Regnorum libro ad populum dicit: Vsquequo claudicatis uos utrisque pedibus uestris? Si dominus est deus, ite post deum. Si autem Baal dominus est, ite post illum. Hæc aũt dicens, propter quod diuertebant ad diabolũ, quia ipse est satanas. Et non uade ante me satana, ad Petrum ait: sed uade post me satana. & hoc dicit Petro Iesus conuersus ad eum: nam & hoc prodificans ei fecit. Et beatus ad quem conuertit Christus, etiã si corripiendi causa conuertit, sicut conuersus est ad Petrũ. Et tu quidem poteris plura congregare huiusmodi exempla, in quib. positũ est, Conuersus: & inuenies plerũq; ad utilitatẽ eorum positũ esse, ad quos conuertitur Iesus. Mihi aũt proferre sufficit in præsenti illud
Matt.16 propheticũ dicens: Conuertere domine aliquantulũ. Item: Conuersus respexit Petrum. Vbi & conuersione eius illuminatus Petrus cognouit peccatũ suũ, & amarissime fleuit.
Ioan.1 Item secundũ Ioannẽ: Et audierũt duo discipuli eius, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, uidit illos sequentes se, & dixit eis: Quid quæritis? At illi dixerũt ei: Magister ubi manes? Adhuc aũt requiro quare dixit ad Petrũ, Scandalum mihi es: maxime cum in centesimo decimooctauo Psalmo Propheta pronunciet dicẽs: Pax multa diligẽtibus

legem

legem tuam, & non est eis scandalum. Dicet enim aliquis: Quoniam proprium est eorum qui perfectam habent benedictionẽ erga deum, ut non scandalizentur aliquando. Charitas enim omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat: charitas nunquam excidit. Quomodo ergo ipse dominus qui confirmat omnes qui confirmantur, & erigit omnes elisos, dicit ad Petrum: Scandalum mihi es? Sed ita est respondendum, quoniam non solum Iesus non scandalizatur, sed nec omnis homo qui in dilectione dei perfectus est: sed quantum ad se qui tale aliquid uel agit, uel loquitur, scandalum est alteri, licet ille inscandalizabilis sit. Aut certe omnem discipulũ peccantem scandalum sibi appellat: sicut & Paulus de huiusmodi discipulis: Quis infirmatur, & ego non infirmor? 2.Cor.11
Quis scandalizatur, & ego non uror? Si ergo Petrus propter hoc solum quia dixit: Propitius tibi esto, & hoc tibi non erit: scandalum à Christo est dictus, quasi qui non saperet quæ dei erant, sed quæ hominis: quid est dicendum de hominibus illis qui profitentur se discipulos Christi, non autem sapiunt quæ sunt dei, nec aspiciunt ea quæ non uidentur æterna, sed quæ hominum sunt aspiciunt, quæ uidentur, & temporalia sunt? Sine dubio multo magis huiusmodi homines scandala Christi sunt appellandi. Sed & qui
fratrem suum in scandalum mittit, scandalum Christi est, secundũ quod ipse dicit: Esu- Matt.25
riui, & dedistis mihi manducare, & cætera. Sicut ergo qui fratrem suum cibat, Christum cibat: sic & qui fratri suo scandalum fuerit factus, Christo factus est scandalum. Non est ergo leue peccatũ sapere quę hominum sunt, cum debeat quis in omnibus sapere quod est dei. Hoc autem quod dicit, Scandalum mihi es, quia non sapis quæ dei sunt, sed quæ hominum: non solum dicendum est peccantibus in conuersatione, sed & omnibus qui à dogmatibus dei ceciderint, & ab omnibus ecclesiasticis uerbis, & ab omni sapientia ueritatis, & dogmata sapuerint (uerbi gratia) Basilidis, uel Valentini, uel Marcionis, aut cuiuscunq; eorum qui humana docent quasi diuina.

Tractatus II Cap. XVI

N illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, et sequatur me.] Quoniã superius diximus magni boni esse ire post Christũ, ideo conferamus omnium
1 Euangelistarũ de hoc loco cõuenientia uerba. Et Marcus quidẽ dicit hoc modo: Et conuocãs populũ cum discipulis suis, dixit eis: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, et sequatur me. Lucas autẽ ita: Dicebat ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, et sequatur me. Ergo per hos omnes manifeste cognoscimus, quoniã nõ est qualiscunq; uirtutis ire post Christum, et sequi eum. Et nemo potest ire post Christũ, nisi denegauerit se. Denegat autẽ seipsum, qui priorem uitã suam malam bona conuersione relinquit: utputa aliquando luxuriosus denegat se luxuriosum, cõuersus ad castitatem: et qui erat iniustus, denegat se iniustum cum cœperit seruare iustitiã. Sic et qui insipiens fuerat aliquando denegat se insipientem, sapientiã dei suscipiens. Et timidus aliquando confirmatus in uirtute dei, timidũ denegat se. Sic et in omni malitia est dicendũ: qui se ab ea conuerterit secundum quod præcepit Iesus, denegat quod fuerat. Consequenter autem est requirendũ ne forte quis sicut denegat seipsum, sic et confiteatur seipsum, denegans se quidem iniustum, confitens aũt se iustum. Sed si iustitia Christus est, qui iustitiam suscepit, non se confitetur, sed Christum. Sic et qui sapientiã inuenit, per hoc ipsum quod sapienter agit confitetur Christum. Nam et is qui corde credit ad iustitiã, ore autem confitetur ad salutem, et operibus Christo testimonium præbet, et uerbis, quasi qui per omnia hæc confessus est Christum coram hominibus, ut confiteatur illum corã patre omnium Christus. Sic et econtra qui non denegat semetipsum, se quidem confitetur, denegat autem Christum: et quasi qui denegauerit Christum, denegabitur et ipse à Christo. Propterea omnis cogitatio nostra et intellectus, et omnis sermo, et omnis actus nostrã quidem denegationẽ spiret, Christi autem testimoniũ atq; confessionem. Credo enim hominis perfecti omnes actus testimoniũ Christi esse: et abstinentiam omniũ peccatorum denegationem hominis esse ducentem eum post Christum. Iste enim talis Christo crucifixus est, et tollens crucem suã sequitur eum, qui propter nos crucem suam porta-

uit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.19 uit: ſecundum quod ſcriptum eſt in Ioanne. Receperunt ergo Ieſum, & adduxerunt, & impoſuerunt ſuper eum crucem, & portans crucem ſuam egreſſus eſt in locum qui dicitur Caluariæ. Adhuc autem in eo quod dicit: Abneget ſemetipſum: uidetur mihi utile
Gal.2 eſſe exemplum Pauli denegantis ſeipſum, & dicentis: Viuo autem iam non ego: uiuit autem in me Chriſtus. Quod enim dicit: Viuo iam non ego: uox eſt denegantis ſeipſum: & quaſi qui depoſuit ſuam uitam: ſuſcepit autem Chriſtum in ſe, ut ipſe uiuat in eo quaſi iuſtitia, quaſi ſapientia, quaſi ſanctificatio, quaſi pax noſtra, quaſi uirtus dei, in eo operans omnia hæc. Adhuc autẽ uide & hoc, quod cum multi eſſent modi mortis, in ligno ſuſpenſus crucifixus eſt filius dei: ut omnes qui moriuntur peccato, non alio modo
Gal.6 moriantur ei niſi ſecundũ crucem, ut dicere poſſint, Chriſto crucifixus ſum. Item: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Quamuis ergo uideatur ſe abſtinere aliquis à peccato, & ſit mortuus quantũ ad peccatũ, tamen niſi in crucem Chriſti crediderit, & in fide eius qui crucifixus eſt abſtinuerit ſe à peccato, non poteſt dicere: Ego autem Chriſto crucifixus ſum. Forſitan autem & unuſquiſq; eorum qui cum Chriſto crucifiguntur, exuit ſe principatus & poteſtates, & traducit eas, & triumphat eas in ligno: magis autem Chriſtus in eo hæc omnia facit. Qui enim uoluerit ſaluam facere animã ſuam, perdet illam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Quid autẽ proficit homo, ſi totum mundum lucretur, & animæ ſuæ detrimentum faciat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Dupliciter poſſumus intelligere hoc uerbum. Primum hoc modo. Si quis amator uitæ præſentis, & putans hanc uitam præſentem eſſe optimam, parcit animæ ſuæ timens mori, & putans animam ſuam per hanc mortem perire, iſte uolens hoc modo ſaluare animã ſuam, perdet illam, alienam faciens eam à uita æterna. Si quis autem contemnens uitam præſentem propter Chriſti uerbum, & confidens de uita æterna, uſq; ad mortem pro ueritate certauerit, perdet quidem animã ſuam quantum ad uitam præſentem, tradens eam pro pietate in mortem, quæ abuſiue dicitur mors: ſed quoniam propter Chriſtum perdidit animam ſuam, magis eam faciet ſaluam in uita æterna. Alio autem modo ſic intelligimus textũ. Si quis intelligit quæ eſt uera ſalus, & acquirere uult eam ſalutem animæ ſuæ: iſte abrenuncians hanc uitam, & denegans ſeipſum, & tollens crucem ſuam, & ſequens Chriſtum, perdit quantum ad uoluntates carnales animam ſuam propter Chriſtum, & propter omnem doctrinã eius: & perdens animam ſuam hoc modo, ſaluat eam per opera pietatis. Denique quaſi ad ſuperiora reddens rationes, ſic adiecit: Qui enim uoluerit ſaluam facere animam ſuam, perdet illam. Dicendo, Qui enim uoluerit, præcedentẽ & ſequentem unum ſenſum eſſe oſtendit. Si ergo quod ſuperius dixit: Abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me: de morte ſola dixit: & hoc quod dicit, Qui uoluerit ſaluam facere animã ſuam, perdet illam: conſequenter de ſola morte dictum intelligere debemus. Si autem abnegare, & tollere crucem, non ſolum eſt mori pro Chriſto, ſed carnalem conuerſationẽ reijcere: ſine dubio & perdere animam, non ſolum mori eſt, ſed etiam deponere uoluntates carnales. Simul autem conſidera, quoniam in principio quidem non dicit, qui ſaluauerit animam ſuam, perdet illam: ſed qui uoluerit animã ſuam ſaluare, perdet eam. In ſequentibus autem non dicit, qui autem uoluerit animam ſuam perdere propter me, hic ſaluam faciet eam: ſed ita: Qui perdiderit animã ſuam propter me, hic ſaluam faciet eam. Volentes ergo ſaluare animam noſtram, perdamus eam huic mundo, quaſi crucifixi cum Chriſto, & habentes gloriationem in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem nobis crucifixus eſt mundus, & nos mundo, ut conſequamur ſalutẽ animarũ noſtrarũ in conuerſatione uitæ melioris. Itaq; ſecundum ea quæ diximus uidetur mihi ſimile eſſe hoc ei quod dixit: Abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam. Qui enim denegat ſe, & tollit crucem ſuam, ipſe eſt qui perdit animam ſuam propter Chriſtum: & perdens, melius eam ſaluat. Et qui perdit animam ſuam quantum ad uoluntates carnales, ipſe eſt qui denegat ſe, & tollens crucem ſequitur Chriſtum. Quid autem proficit homo, ſi totum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum faciat? Puto quod mundum lucretur qui non abnegat ſemetipſum, nec tollit crucem ſuam, & ſequitur Chriſtum, ſecundum ea quæ diximus: nec perdit animã ſuam quantum ad uoluntates carnales, ut ſaluet eam

eam in cõuerſationibus ſpiritalibus, cui mundus nõ crucifigitur in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui autem non crucifigitur mundus, ipſe facit animæ ſuæ detrimentum. Ideo duobus nobis propoſitis, ut ſi uoluerimus mundum lucrari, perdamus animas noſtras: aut ſi animas noſtras uoluerimus lucrari, perdamus hunc mundũ: magis eſt eligendum ut mundum perdamus, & lucremur animas noſtras, ex eo quod propter Chriſtum perdimus eas. Aut quam dabit cõmutationem homo pro anima ſua? In prima quidem facie cõmutatio animæ eſt ſubſtantia, ut det ſubſtantiam ſuam homo pauperibus, & ſaluet animam ſuam. Puto autem quod non habet aliquis homo quod dans quaſi cõmutationem animæ ſuæ quæ tenetur à morte, liberat eam de manu eius. Ergo homo quidem non poteſt dare aliquam cõmutationem pro anima ſua, deus autem pro animabus omnium dedit cõmutationem precioſum ſanguinem filij ſui: nec enim empti ſumus corruptibili argento, uel auro, ſed precioſo ſanguine agni immaculati. Nam filius hominis uenturus eſt in maieſtate patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet unicuiq; ſecundum opera eius. Nunc quidem filius hominis uenit, ſed nõ in gloria ſua. Vidimus enim eum, & non habebat ſpeciem neque decorem, ſed ſpecies eius inhonorata, & contemptibilis præ filijs hominũ: homo cum eſſet in plaga & dedecore, & ſciens ferre infirmitatem, quoniam auerſa eſt facies eius, & pro nihilo æſtimata. Et uere oportebat eum talem ueníre ut peccata noſtra portaret, & pro nobis doleret. Nec eñ decebat eũ in gloria conſtitutũ peccata noſtra portare, neq; dolere pro nobis. Sed & ueniet in gloria ſua cũ antè præparauerit diſcipulos ſuos per aduentũ ſuum, non habentem ſpeciem neq; decorem, factus ſicut illi, ut illos faceret ſicut ſeipſum conformes imagini gloriæ ſuæ. Quoniã prius factus eſt ipſe conformis corpori humilitatis noſtræ, quando ſemetipſum exinaniuit formam ſerui ſuſcipiens, ut reſtituat eam in forma dei, quando iſta prouenient, quando Apoſtolicum illud implebitur quod dicit: Omnes enim nos oportet ſtare ante tribunal 2.Cor.5
Chriſti, ut recipiat unuſquiſq; propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Si autem unicuiq; ſecundum actum eſt redditurus, nec pro ſolis bonis actibus reddet ſine malis, nec pro ſolis malis ſine bonis, ſed ſecundum omnẽ actum bonum, & ſecundum omnem actum malum recipiet unuſquiſq;. Arbitror autẽ in iſtis quidem credens Apoſtolo, Ezechieli autem in illis, quoniam eius delentur peccata qui perfecte conuertitur, & qui plenius ceciderint, eis præcedens iuſtitia non imputatur. Nobis autem qui inter perfectos, & inter apoſtatas medij ſumus, reddetur ante tribunal Chriſti ſecundũ quod geſſimus ſiue bonũ ſiue malum: quia nec ſic plenius conuerſi ſumus ad deum, ut nobis omnino mali actus non imputentur: nec ſic auerſi ſumus, ut obliuiſcatur deus ſi quæ fecimus opera bona. Si autẽ moraliter potueris intelligere differentias uerbi, quod & in ſtultitia prædicationis annunciatur credentibus, & in ſapientia inter perfectos: uidebis quomodo uerbũ dei eis quidem qui nouiter inducuntur ad fidem, formã habet ſerui, ut
dicant: Vidimus eum, & non habebat ſpeciem neq; decorem: perfectis autem uenit in Eſaiæ 53
gloria patris ſui, ut dicant: Et uidimus gloriã eius, gloriam tanquã unici à patre, plenum gratiæ & ueritatis. Perfectis enim apparet gloria uerbi, & quia unicum eſt à patre, & quia plenum eſt gratia ſimul & ueritate: quod non poteſt capere qui indigens eſt ſtultitiæ prædicatione. Nam filius hominis uenturus eſt in maieſtate patris ſui non ſolus, ſed cum angelis ſuis. Et ſi intelligere potes omnes cooperarios uerbi, quod in ſapientia demonſtratur, quod eſt Chriſtus, conuenientes ei, uidebis quomodo uenit filius hominis in maieſtate patris ſui cum angelis ſuis. Angeli enim illius ſunt prophetarũ ſermones: & uide ſi potes dicere quoniam prophetarũ ſermones qui prius ſunt paſſi ante iſtius uerbi aduentũ, contemptibiles erant non habentes ſpeciem neq; decorẽ, ſecundum ſimilitudinem huius uerbi non habentis ſpeciem neq; decorẽ. Sicut autem uenit filius hominis in gloria patris ſui, ſic prophetarũ ſermones angeli facti ueniunt cum eo in maieſtate ſecundum ſimilitudinẽ uerbi ueniẽtis in maieſtate: quia nec poſſibile eſt ante ſpiritaliter ſecundum ueritatem intelligere prophetarũ ſermones, niſi cũ ſpiritaliter intellectũ fuerit uerbum Chriſti, ut uideantur ſimul apparere in maieſtate. Quando autẽ huiuſmodi uerbum uenerit cum angelis ſuis ad ſenſum credentis, dabit unicuiq; de gloria ſua & de claritudine angelorũ ſuorum ſecundũ actum uniuſcuiuſq;: quoniã quanto melior fuerit in actibus ſuis, tanto ſpiritalius intelligit Chriſtum uel prophetas ipſius. Amẽ dico uobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis,quoniam sunt quidam hic stantes qui non gustabunt mortem donec uideant filium hominis uenientem in regno suo.

Tractatus. III. CAP. XVII

1 IN illo tempore, assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannē fratrem eius in montem excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos.] Quidam sic intelligunt, quoniam non gustauerūt mortem hi tres Apostoli priusquam uiderent filium hominis uenientem in regno suo, & in gloria sua. Videntes enim ante se Iesum transfiguratū, ita ut fulgeret facies eius tanquam sol, & uestimenta candescerent sicut lumen, uiderunt regnum dei uenies in uirtute. Nam quemadmodum si consistant circa imperatorem quidam armati, sic Moyses & Helias uisi sunt circa Christum eis qui ascenderant super montē excelsum apparentes in maiestate, & loquentes cum Iesu, dicebant exitum eius quem impleturus erat in Hierusalem. Hæc autem expositio quam diximus cōuenit eis qui tales sunt quales no-
1 Pet. 2 minat Petrus, facti sicut modo generati infantes, desiderantes rationabile & sine dolo lac. Ad quos etiam Paulus loquebatur dicens: Lac uobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec usq; adhuc potestis. Et omnē expositionem quæ secundū textum exponitur, & potest ædificare eos qui expositionem non capiunt fortiorem, arbitror recte lac appellari, quod fluit de sancta scripturarū terra. Qui autem ablactatus est, quemadmodum Isaac, dignus lætitia & susceptione quam fecit in ablactatione filij Abraham, sine dubio quæret & in istis, & in omni scriptura fortiorem cibum, qui alter est ab eo cibo qui cibus quidem est, sed non fortis cibus, qui appellatur holera: qui ablactato quidem, non autem forti, sed infirmo est cibus, secundum quod ait Apostolus,
Rom. 14 Qui autē infirmatur holera manducet, Sic & Samuel ablactatus, & transmutatus à matre ad deum, & appositus deo à matre, quæ uocabatur Anna, interpretata hebraice gratia, & si quis fuerit gratiæ filius ut quærat quasi in templo dei nutritus carnes, sanctam escam perfectorum simul & sacerdotum. Quæ autem uidentur mihi in loco præsenti, sunt ista. Erant quidam stantes ubi stabat Iesus, & fundatas habentes apud Christum animæ bases. Hi ergo stabant ibidem apud Iesum, id est uerbum dei, sed nō omnes æqualiter stabant. Est enim & inter eos qui stabant apud Iesum, ad alterutrum differentia standi. Propterea non omnes qui stabant apud Iesum, sed quidā ex eis quasi qui melius stabant, dicuntur nō gustare mortem donec uideant uerbum dei quod uenit ad homines. Ideo autem uerbum illud quasi filius hominis uenire in regno suo refertur, quia non semper quando uenit uerbum in regno suo uenit. Eis enim qui in primis inducuntur ad fidem tale est, ut dicant uidentes eum non glorioſum, neq; magnum, sed inferius multis hominū uerbis: Vidimus eum & non habebat speciem, neq; decorem, sed species eius sine honore, & abiecta præ filijs hominū. Hæc dicent qui uident gloriam eius de præteritis temporibus suis, quando in primis non uidebatur eis uerbum habere speciem glorioſam secundum quod in primordio suo intelligebant. Ergo extra istum uulgarem & manifestissimū intellectum, quem in primordio suo intelligunt accedentes ad fidem, est aliquis dignioſior, & quasi regalis intellectus in uerbo, quem nō omnes stantes apud Iesum uidēt: sed qui possunt eum sequi præcedentem & ascendentem super excelsum suæ manifestationis montem: qui sunt sicut Petrus, quem supra descripsimus, uel sicut filij tonitrui qui nascuntur ex magniloquio dei tonantis, & magnifica cœlitus clamantis ad eos qui habent aures & sapiunt. Isti ergo qui sunt sicut Petrus, uel sicut filij tonitrui Iacobus & Ioannes, non gustabunt mortē, donec uiderint filium hominis uenientem in regno suo, & in gloria sua, & regnū dei ueniens in uirtute. Vt autem manifestius exponamus quid sit uidere uerbum ueniens in regno suo, & in gloria sua, & quid significet uidere regnum dei ueniens in uirtute, siue dum ex se splendet in cordibus nostris, siue dum quærentibus inuenitur, siue dum ingreditur in cogitationes nostras, unusquisq; iudicet quod exponimus, prout uult. Tamen qui uidet & comprehendit eminentiam uerbi dei, quod soluet, & conuincet omnes persuasiones mendaciorum profitentium ueritatem, uidet filium hominis, id est, uerbum, uenientem in regno suo. Et qui uerbum dei filium uidet, nō solum soluentem & conuincentem aduersariorum persuasiones

suasiones, sed etiam suas euidentias declarantē, uidet non solum regnum, sed & gloriam uerbi dei. Et iste talis in seipso uidet regnū dei ueniens in uirtute, nō in infirmitate. Qui autem non est ita cōfidens in regno dei ut omnia pati contentus sit propter illud, sed est dubius, & timidus de spe regni, ille nō uidet in se regnum dei ueniens in uirtute. Et hoc ille uidet in quo nō regnat peccatū, nec tenetur sub dominatione peccati quod regnat in corpore mortali peccantiū, sed est sub rege omnium deo. Dicit enim Apostolus: Et ego fratres nō potui uobis loq quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: quasi par- 1. Cor. 3
uulis in Christo, lac uobis potum dedi, non escā: nondum enim poteratis, sed nec usq; adhuc potestis. Nam cum sint inter uos æmulationes, & cōtentiones, nonne carnales estis & secundum hominem ambulatis? Item alibi: Sapientiam aūt loquimur inter perfectos. Si ergo qui adhuc carnales & paruuli sunt in Christo, & non sunt perfecti, non possunt intelligere sapientiam uerbi, nec capiunt spiritalē eius intellectū, quomodo uideant mente sua eminentiā uerbi, id est regnum uerbi, & gloriam uerbi, qui diuersis sunt inuoluti peccatis. Quid est autē mortem gustare, uideamus. Duæ res sunt sibi con-
trariæ, mors & uita. Et uita quidem est ille qui dixit: Ego sum uita. De qua scriptum est: Ioan. 14
Quod autem factum est in eo, uita est, id est in uerbo. Inimica autem uitæ huius, mors Ioan. 1
est: quę & nouissima inimicorū omnium destruetur, qua peccās anima moritur, quando dicitur in lege: Dedi ante faciem tuam uitam & mortem, elige uitam. Ex quibus al- Deut. 30
terum unusquisq; nostrū per ea quæ agit, eligit semper. Sicut ergo uita est & uiuus panis qui de cœlo descēdit, & uitam dedit huic mundo: sic & inimica eius mors, panis est mortuus. Omnis autem rationabilis anima, aut uiuo pane nutritur, aut mortuo, per ea quæ susci pit opera uel dogmata bona uel mala. Et quēadmodum est in communi pane, ut quis aliquando quidem gustet eum tantum, aliquando aūt & amplius eum manducet: sic & in istis panibus, quidam quidem modicum manducant, tantum gustantes: quidam autem & abundantius ex eis manducāt: boni quidem de uiuo pane qui de cœlo descendit: mali autem ex mortuo pane, qui est mors. Et forsitan qui & raro, & modicum peccant, tantummodo gustant mortem: qui aūt perfectius susceperint spiritalem uirtutem, neq; gustant eam, sed uiuo pane semper uescuntur. Consequens ergo erat Petrum cui portæ inferorum non prævalebant, ut neq; gustaret mortem: quoniam tunc quis gustat uel manducat mortem, quando portę mortis prævalent contra eum, uel parum uel multum. Sed & filijs tonitrui natis ex magniloquio, id est ex tonitru, impossibile erat mortem gustare. Hoc ergo perfectus sermo prophetat, ut ex eo quod stantes sunt apud uerbum, tantū proficiant, ut neq; gustent mortem donec uideant aduētum, & gloriam, & regnum, & eminentiam uerbi dei secundum quam eminet super omne uerbum quod adhuc interim diuellit & trahit homines suspitione ueritatis, eos qui nō possunt dirumpere uincula diuulsionis, & ascendere ad eminentiā uerbi ueritatis. Sed forsitan uidetur quibusdam, quasi promissio hæc Saluatoris tempore aliquo terminetur, ut non quidem gustent mortem donec uideant filium hominis uenientē in regno suo, postea uero gustent. Ideo oportet ut proferamus exempla, secundū quam scripturæ consuetudinem positum sit quod dicit, Donec uideant: non omnino definiens tempus, ut postquam transierit illud donec, fiat quod ante non fuerat factum: sed rem quæ necessaria est exponit. Dicit enim dominus ad undecim discipulos suos cum surrexit à mortuis: Et ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad cōsummationem seculi. Er- Matt. 28
go usq; ad consummationē seculi cum illis erat futurus: post consummationem autem seculi huius instāte futuro seculo iam nō se promittebat fore cum eis, ut melius esset discipulis hoc tempus quod est ante cōsummationem seculi quàm illud futurum. Nam etsi audeat aliquis dicere, quoniā post consummationem seculi iam non erit cum discipulis suis Iesus, quoniam sermo tamdiu cum illis eum futurum esse demōstrat: manifestum est tamen quoniā quod quærebatur hoc erat, si ante futurum seculū, & ante promissiones illas speratas dei, cum discipulis suis erat futurus filius dei. Conueniēter autem requiro, cum sit manifestum quia usq; ad consummationē seculi cum discipulis suis sit, utrum semper cum discipulis suis sit, aut aliquando quidem est, aliquando autem non est. Hoc autem quæro propter illud quod dixit: Et ecce ero uobiscū omnibus diebus: ne forte per dies quidem sit cum discipulis suis, per noctes autem non sit. Si autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter hoc quod dixit in diebus cum discipulis se futurum, non est in noctibus, absurdum putamus dicere quoniã in noctibus denegauit se cum discipulis suis futurũ, sine dubio non cogimur illum suscipere intellectum ut dicamus, gustare eos mortẽ qui uiderunt filiũ hominis uenientem in regno suo, postquam digni habiti sunt talem illum uidere. Sed quemadmodum in ea scriptura quam diximus, necessarium erat cognoscere quoniã usq; ad consummationẽ seculi non fuerat nos relicturus, sed nobiscum futurus omnibus diebus: post cõsummationem autẽ seculi reliquit quasi manifestum, quia multo magis nobiscum erat futurus: sic & in hoc loco arbitror manifestissimum esse omnibus qui intelligere possunt consequentiam rerum, quoniam qui semel uidit filium hominis uenientem in regno suo, & uidit eum in gloria sua, & regnum ueniens in uirtute, post tantorum bonorum spectaculum iam nequaquã gustabit mortem. Sine uerbo autem promissionis Iesu, non sine ratione forsitan existimabimus gustare mortem quamdiu digni habiti non fuerint homines uidere filium hominis ueniẽtem in regno suo, & in gloria sua, & regnum dei in uirtute. Quoniã hic quidem scriptum est apud tres Euangelistas, non gustabunt mortem, in alijs autem scripturis uaria de morte sunt dicta: non est superuacuum ut etiam illa cõferentes cum istis discutiamus largius
Psal.89 quid sit mortem gustare. In Psalmis dictum est. Quis est homo qui uiuet & non uidebit mortem? Item alibi: Veniat mors super illos, & descẽdant in infernum uiuentes. Item apud aliquem Prophetarum: Absorbuit mors prævalens. Item in reuelatione, mors & infernus quosdam sequũtur. Videtur ergo mihi in istis, quia aliud est mortem gustare, aliud autem mortem uidere, aliud uenire super aliquos mortem, aliud absorbere mortem, aliud aũt mortem sequi. Quæro autem in istis, ne forte grauius sit gustare mortem quàm uidere: item peius est quẽ sequitur mors, quàm qui gustat: & non solũ ut sequatur, sed etiam ut ueniat super aliquem mors, & cõprehendat quem sequebatur. Absorberi autem à morte, omnibus uidetur mihi grauius esse. Si autem cõsideraueris peccãtium differentias, puto quod non dubitabis suscipere hæc quæ de mortis differentia sunt tractata à nobis, & dicta in scripturis per spiritum sanctum. Post dies autem sex secundum Matthæũ & Marcum, assumens Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, duxit eos super montem excelsum, seorsum, & transfiguratus est ante eos. Videtur mihi qui dicuntur à Iesu super montem excelsum, & digni habentur uidere transfigurationem eius secrete, quia non in uanum post sex dies dicuntur. Quoniã enim in sex diebus perfecti numeri totus factus est uisibilis mũdus, ideo arbitror eum qui transcendit omnes mundi res, considerans iam non quæ uidentur, tẽporalia enim sunt, sed quæ non uidentur, quoniam sunt æterna, ille potest ascendere super montẽ excelsum Christo se præcedente, ille potest & gloriam aspicere uerbi dei. Si ergo quis nostrum cupit Christo se assumente ascendere super montẽ excelsum, & uidere secrete trãsfiguratio nem ipsius, transcendat opera sex dierum, non aspiciens quæ uidentur, neque diligẽs mundum, nec ea quæ sunt in mundo, nec concupiscat aliquam concupiscentiam mundialem, quæ est concupiscentia corporum, & corporaliũ diuitiarum, & gloriæ corporalis: nec omnia quæcunq; solent auellere & trahere à melioribus, & diuinis, & ad inferiora deponere. Cum autem transcenderit sex (secundum quod diximus) dies, nouum Sabbatum sabbtizat exultans in monte excelso, in eo quod uidet transfiguratum Iesum ante oculos cordis sui. Diuersas aũt habet uerbum dei formas apparens unicuiq; secundum quod uidẽti expedire cognouerit, & nemini supra quod capit semetipsum ostendit. Quæres autem quando trãsfiguratus est coram eis quos duxerat super montem excelsum, si apparuerit eis in forma dei in qua fuerat prius: ut his quidem qui erãt deorsum haberet formã serui, sequentibus autem se post sex dies super montem excelsum, iam non haberet formam serui, sed dei? Sed audi si potes quasi spiritalis, quia nõ dixit simpliciter transfiguratus est, sed cum quodam necessario additamento quod scripserunt Matthæus & Marcus. Secundum ambos enim sic est dictũ, Transfiguratus est coram eis. Secundum ergo hoc dices possibile esse Christum coram quibusdam quidem transfigurari ista transfiguratione: coram alijs autem in ipso tempore non transfigurari, sed esse in forma serui. Si autem uis transfigurationem Christi uidere factam coram eis, qui ascenderunt super montem excelsum secrete cum eo: considera mihi in Euange-

Euangelijs Iesum, quomodo simpliciter intelligitur ab eis qui non ascẽdunt per ascendentia opera, & per exercitationẽ uerborum spiritaliũ super excelsum sapientiæ montem: eis autem qui ascendunt iam non secundum carnem cognoscitur, sed deus uerbũ intelligitur, & creditur, & colitur secundum dei formam. Coram his ergo transfiguratur Iesus, & non coram illis qui sunt deorsum, in conuersatione terrena uiuentes. Si quando autem fuerit transfiguratus, & facies eius fulgebit sicut Sol, ut clarus inueniatur filijs lucis qui spoliauerunt se opera tenebrarum, & induerunt se arma lucis, & iam non sunt filij tenebrarum & noctis, sed facti sunt filij dei, & sicut in die honeste ambulant: & manifestus fulget eis non simpliciter sicut Sol, sed ostenditur eis Sol esse ẽ iustitiæ. Et non solum trãsfiguratur coram talibus discipulis suis, sed etiam uestimenta ipsius fiunt candida sicut lumen, quæ sunt sermones & literæ Euangeliorum quibus Iesus est indutus. Puto autem etiam illa, quæ ab Apostolis dicũtur de eo, uestimenta esse Iesu, quæ fiunt ascendentibus super montẽ excelsum cum Iesu candida. Sed quoniã candidorum differentiæ sunt, nõ fiunt qualitercunq; candida, sed candida, sicut lumen. Si quando ergo uideris aliquem non solum erga diuinitatem Christi cautum, atq; perfectum, sed & dicta Euangeliorum omnia manifestantem, nõ dubites dicere, quod ei tali uestimẽta Christi facta sunt candida sicut lumen. Quod si ita intelligatur, & conspiciatur transfiguratus filius dei, ut facies eius sit sicut Sol & uestimenta eius candida sicut lumen, statim apparebat corã huiusmodi hominibus uidẽtibus Iesum talem, etiam Moyses, id est lex, & Helias, id est prophetæ colloquẽtes cum Iesu. Tale est enim aliquid quod significat sermo dicens, colloquentes cum eo. Secũdum Lucam aũt Moyses & Helias uisi in gloria dicebant exitum eius, quem impleturus erat in Hierusalem. Si quis autem intelligit spiritalem legem conuenientẽ sermonibus Iesu, & in prophetis absconditam in mysterio sapientiam, ille uidit Moysen & Heliam in gloria, quando uiderit eos unum cum Iesu. Itaq; & illud quod secundum Marcum dicitur, oportet exponere, quod est tale, Et dum orat transfiguratus est: ne forte tũc maxime uideamus uerbum coram nobis transfigurari, si ea quæ prædicta sunt fecerimus, si ascenderimus super montem, & uiderimus Iesum colloquentẽ cum patre, id est, cõuenientia patri loquentem, & orantem, id est subdentem se patri soli uero deo. Cum autẽ sic uisus fuerit loquens cum patre, & orans eum, tunc secundum Marcum uestimenta eius splendida Marc.9
& candida fiunt sicut nix, qualia fullo super terram non potest facere candida, coram eis qui uident eum loquentẽ cum patre, & orantem patrem. Et forsitan fullones super terram possumus moraliter existimare sapientes seculi huius, qui præsunt, & diligenti am adhibent quibusdam hominibus per sermonem doctrinæ suæ, quem ipsi existimãt clarum & mundum, ita ut putentur ornare etiam turpes intellectus, & dogmata falsa fullonicare ingenijs suis. Qui aũt splendentia uestimenta sua ascẽdentibus super montem ostendit, & splendidiora quàm illorum ars fullonia facere potest, sermo est qui ostendit spiritalium intellectuũ splendorem in dictis scripturarum imperitis, quæ à plurimis contemnuntur. Post hæc uideamus quid intelligens Petrus domino dixit: Do- Matt.17
mine bonum est nos hic esse. Si uis, faciamus hic tria tabernacula: unũ tibi, unum Moysi, unum Heliæ. Propterea autem maxime hoc existimo requirendum, quoniam Marcus quidem quasi ex sua persona adiecit dicẽs. Nec enim sciebat quid responderet. Lucas autem dicit, Hoc inquit Petrus nesciens quid loquebatur. Si enim nesciens quid loquebatur hæc locutus est. considerandũ est ne forte per excessum mentis hęc loquebatur motus quodam spiritu alieno. Spiritum autem sanctum existimare non possumus. Nec enim uenerat super aliquem credentium in Iesum spiritus sanctus sicut testatur Ioannes, quia Iesus nondum fuerat honorificatus, sed alieno spiritu motus loquebaẽ qui nesciebat quod loquebatur. Necdum enim principatus & potestates traducti & triũphati erant in ligno. Et iste forsitan spiritus erat quem supra scandalum sibi pronuncia uerat Christus & satanan, dicens: Vade post me Satana, scãdalum mihi es. Scio autem quod hæc quæ dico multis legentibus & non sapienter iudicantibus contraria & aspera uidebuntur, quasi in blasphemiam Petri dicta, qui paulo ante beatus à Christo est dictus, cui non caro & sanguis, sed deus pater reuelauit notitiam filij sui. Sed qui putant Petrum uel cæteros Apostolos ante passionem Christi fuisse perfectos, & liberos ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

omni ſpiritu alieno, dicant quomodo eos eripuit à maligno, uel unde eos redemit prẽcioſo ſanguine ſuo. Aut dicant in tempore transfigurationis Chriſti unde erant grauati ſomno, ſicut exponit Lucas. Aut certe ut ad præſentem expoſitionem pręterita re uocemus, putas eſt ut aliquis ſcandalizetur in Chriſto, ſine operatione diaboli ſcandalizantis? Et poteſt aliquis denegare Chriſtũ, & hoc in conſpectu ancillulę & oſtiariæ, & in conſpectu omnium abiectorũ, niſi fuerit inimicus, & denegator ſpiritus cum ſpiritu & ſapientia quæ datur eis qui adiuuantur à deo ſecundum aliquã animæ dignitatem ad confitendũ? Si ergo ita eſt, ne forte ille ſpiritus qui uoluit quantum ad ſe Chriſtum ſcãdalizare ut recederet à paſſione omnibus hominibus ſalutari, ipſe etiam operans hic ſeductorie uult auellere Chriſtum ſub colore boni, ut non cõdeſcendat hominibus, nec ueniat ad eos, nec ſuſcipiat mortem pro eis, ſed remaneat in monte excelſo cum Moyſe, & Helia. Promittit aũt & facere tria tabernacula, unum priuatim Ieſu, alterum Moyſi, aliud Heliæ: quaſi non eos capiente tabernaculo uno, in quo omnes ſimul cõſiſtere deberẽt. Forſitan & in hoc malitioſe operabatur per eum qui neſciebat quid loquebatur, nolens eſſe ſimul Ieſum, & Moyſem, & Heliam, ſed ſeparare eos ab inuicẽ trium tabernaculorum obtentu: quod fieri non poterat. Nam ſi in unum ſint Chriſtus, & lex, & prophetæ, tunc & Chriſtus dei filius comprobatur, & lex & prophetæ uera prophetaſſe inueniuntur: quoniã lex & prophetæ teſtimonium dederunt de Chriſto, prædicentes ea quæ futura erant de Chriſto: & Chriſtus teſtimoniũ dedit legi & Prophetis, quoniam uera prophetarunt, prophetiã eorum ipſis rebus adimplẽs. Si autem ſeparentur ab inuicem, nec Chriſtus oſtenditur, nec Prophetæ uera dixiſſe inueniuntur. Quod fieri cupiebat mala ſuggeſtio Petri dicentis: Faciamus tria tabernacula, unum tibi, unum Moyſi, unum Heliæ, ꝓpter quod Euangeliſtæ dixerunt de Petro, Neſciens quid loquebatur. Falſum autem erat & illud quod dicebat, Bonum eſt hic nos eſſe. Si enim bonum fuiſſet illic eos eſſe, manſiſſent utiq; ibi, non recuſaſſent quod erat bonum. Si autem falſum fuit quod dixit, Bonum eſt nos hic eſſe, intellige quis ſuggeſſit loqui falſum, niſi ille qui mendax eſt & pater eius? Et ſicut non eſt ueritas ſine opere eius qui dixit, Ego ſum ueritas, ſic nõ eſt loqui mendaciũ ſine diabolo authore mendacij. Contraria ergo ſibi adhuc erant in Petro, ueritas & mendacium. Et de ueritate quidem dicebat, Tu es Chriſtus filius dei uiui: in quo & beatificatus eſt, & per promiſſionem meruit fieri eccleſiæ fundamentũ. Ex mendacio autem, quod dixit: Propitius tibi eſto, & hoc tibi non erit. Falſum enim inuentum eſt quod dixit, & hoc tibi non erit. Poſtquam enim abijt in Hieroſolymã, multa paſſus eſt à quibus paſſus eſt. Et quod dixit: Bonum eſt nos hic eſſe, dixit ſuggerente ſibi mendacio. Qui autẽ non uult ex aliqua operatione mali ſpiritus Petrũ iſta dixiſſe, ſed ex arbitrio ſuo puro, quomodo defendat illud quod Euangeliſtæ dixerunt de eo, Hæc autem dixit Petrus neſciens quid loquebatur? Vere autem quoniam & illic quaſi execrabile exiſtimabat atq; indignum occidi filium dei uiui, quẽ iam reuelauerat ei pater, dixit: Propitius tibi eſto, & hoc tibi non erit. Et hic ut uidit duas formas Ieſu Chriſti, multum autẽ diſtãtem eam quæ ex transfiguratione in eo fuerat demõſtrata, delectatus in ea dixit: Bonum eſt nos hic eſſe, ut ipſe & qui erant cum eo delectarentur uidentes transfigurationẽ ipſius & ſplendentem faciẽ eius quemadmodum ſolem, & ueſtimenta eius candida ſicut lumen, nec non etiam Moyſen & Heliam quos ſemel in gloria uiderunt ſemper uiderent, & delectarentur audiẽtes eos ad inuicẽ colloquentes, Moyſen & Heliam ad Chriſtum, Chriſtum autem ad eos. Quia necdum moralem aliquem huius loci cõtigimus ſenſum, ſed ſimplicem uerborum intelligentiam exequentes, hæc ſumus locuti, uideamus nũc ne forte aſcendentes ad altitudinẽ dogmatum ueritatis, & transfigurationem Chriſti uidentes, & gloriam Moyſi, & Heliæ, forſitan cupiebant in ſeipſis tabernacula uerbo deo habitãti in eis, & legi ipſius quę uiſa fuerat in eis in gloria, & prophetiæ quę Chriſti exitũ loquebatur: & cõcupiſcens illam ſpectabilem uitam Petrus, & delectationem ipſius, præponens ſuam utilitatẽ utilitatibus plurimorum, quæ poterãt euenire hominibus ex deſcenſu Chriſti ad eos, dicebat: Bonũ eſt nobis hic eſſe, faciamus ſi uis tria tabernacula. Sed quoniam charitas nõ quærit quæ ſua ſunt, hoc quod uidebatur bonum Petro non fecit Ieſus, ſed deſcendit de monte ad eos qui non poterant aſcendere ſuper

Ioan. 14

eum, & uidere transfigurationẽ filij Dei, ut uel qualem capere eum poterant talem uiderent. Iuſti eſt ergo, & charitatẽ habentis, & non quærẽtis quę ſua ſunt, ut cum ab omnibus quidem ſit liber, omniũ tamen ſe faciat ſeruum, eorum maxime quorũ uita deorſum eſt, ut plures lucrifaciat. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos & uox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo complacui, ipſum audite.] Tale aliquid ſentio in hoc loco. Deus prohibens Petrum facere tabernacula tria, in quibus habitarẽt ſecundum uoluntatẽ illius, oſtẽdit unum, & melius, & multo præclarius tabernaculum quàm ille facere cupiebat. Tabernaculi enim hoc eſt proprium opus obumbrare aliquos ſub ſe. Lucida aũt nubes obumbrans eos, diuiniorẽ & ſplendidiorem repenſationẽ exemplo ſuo demõſtrabat eis futuram, quæ protegeret eos ſimul & illumináret. Quæ ſit aũt nubes lucida obumbrãs ſanctos, niſi forte uirtus paterna ex qua uenit uox patris dans teſtimonium filio quaſi dilecto, & exhortans eos qui obumbrabant ab eo, ipſi nõ alij obedirent? Forte & ſpiritus ſanctus eſt lucida illa nubes obumbrans ſanctos & ꝓphetans deo in ſe operante atq; dicente: Hic eſt filius meus dilectus, in quo complacui. Audens aũt dicam etiam Saluatorem noſtrum eſſe lucidam nubem. Nubes enim lucida obumbrat ſemper dilectos Chriſti diſcipulos, & Euangelium, & legẽ, & Prophetas, ſicut intelligunt qui poſſunt aſpicere lumen ipſius in Euãgelio, uel in lege, uel in Prophetis. Vox autẽ de nube aut ad Moyſen & Heliam dicit: Hic eſt filius meus dilectus in quo cõplacui, ipſum audite, qui deſiderabant uidere filiũ dei & audire eum: aut diſcipulos docebat, quoniam qui proprie erat filius dei, & dilectiſſimus apud deũ, in quo complacuit, quẽ præcipue oportet audire, ipſe erat qui tũc & uiſus, & transfiguratus ſplenduit ſicut Sol, & ueſtimenta eius facta ſunt ſicut lumen. Poſt hoc ſcriptum eſt, quoniã audientes lucidam nubem teſtimoniũ dantẽ filio dei Apoſtoli tres non ſuſtinentes gloriã uocis, neq; uirtutem procedentẽ ex ea, ſupplicati ſunt deum, cadentes in faciem ſuam. Valde enim timuerũt ſpectaculi nouitatẽ, & teſtimoniũ uocis. Intelligentes enim diſcipuli ipſum eſſe filium dei uiui, qui uiſus eſt Moyſi, & dixit, Non uidebit homo faciem meam & uiuet, poſtquã uiderunt faciem filij dei factam ſicut lumen, & audierunt teſtimoniũ dei de ipſo, non ſuſtinẽtes, humiliati ſunt ſub ualida manu dei. Hoc enim oſtenderunt præ timore cadẽtes in faciẽ ſuam. Eleuantes autem oculos Ieſum ſolum uiderunt. Simplex quidem uoluntas uerbi eſt iſta, quòd Moyſes & Helias uiſi in gloria & locuti cũ Ieſu, abierunt unde & uenerant, forſitan traditu ri ſermonẽ quem loquutus eis fuerat Ieſus, eis qui nondũ fuerant prodificati ab eo, qui in tempore paſſionis quãdo multa corpora ſanctorum dormientiũ apertis monumentis itura fuerant in ſanctã ciuitatem Hieruſalem, illã ſuper quam non plorauerat Ieſus, ut illic appareant multis. Spiritus autẽ ſecundum myſterium intellectus eſt iſte, quòd ſurgentes neminẽ alium uiderunt niſi Ieſum ſolum. Facti enim fuerant unum Moyſes, id eſt lex, & Helias, id eſt prophetę, cõuerſi ambo in Euãgeliũ Chriſti, & non ſicut prius fuerant tres, ſic & manſerunt, ſed tres unũ ſunt facti. Poſt myſterium ergo oſtenſum in monte deſcendẽtibus de monte diſcipulis pręcepit Ieſus dicens: ut nemini dicerent uiſum, donec filius hominis reſurgat à mortuis. Hoc ſimile illi, quod ſuperius eſt iam tractatum, quando pręcepit diſcipulis ut nemini dicerent quòd ipſe erat Chriſtus. Propter hoc ea quę illic dicta ſunt, poſſunt nobis & in hoc loco eſſe utilia, ꝙniã & hic uult Ieſus ut nemini manifeſtetur gloria eius ante gloriã paſſionis & reſurrectionis ipſius.

Exod. 33

Et interrogauerunt eum diſcipuli eius dicentes: Quid ergo Scribæ dicunt quòd Heliam oportet uenire primũ? [Sermo interrogationis diſcipulorum dicentiũ: Quid ergo dicunt Scribæ, ad aliquid eorum quę ſuperius ſcripta ſunt reſpicit: propter quod in quantum ualemus, tentemus hoc facere manifeſtum. Diſcipuli qui cũ Chriſto aſcẽderant ſuper montem, recordabãtur traditionũ Scribarum de Helia propheta, quoniam ante aduentum Chriſti erat uenturus, ut præparet animas quæ ſuſcipiant eũ. Viſio aũt quæ facta erat in monte, in qua etiã Helias eſt uiſus, uidebatur eis non conuenire cum traditione Scribarum de Helia: quia non ante Chriſtũ eis uidebatur Helias uenisſe ſed cum Chriſto. Ideo falſum exiſtimantes traditionẽ Scribarum propter huiuſmodi uiſionem de Helia, dixerunt: Quid ergo dicunt Scribæ quoniam oportet Heliam uenire primum? Tu enim nobis manifeſtatus es ante Heliã, & priuſquam ille ad hanc uitam

Universidad de Deusto
Biblioteca

humanã ueniſti. Ad hoc reſpondit Ieſus non reprobãs quidẽ quæ à Scribis tradita fuerant de Helia, ſed alium Helię aduentũ ante ſe indicans factum, quẽ ignorauerant Scribæ. Ignorantes aũt eum quodammodo participes facti interfectionis eius, fecerunt ei quanta uoluerunt, ſimiliter facturi Chriſto. Ideo reſpondens Ieſus dixit: Helias quidem uẽturus eſt primũ, & reſtituet omnia. Dico aũt uobis, quoniam Helias iam uenit, & non cognouerunt eum.] Quod dicit propter Ioannẽ, Helias iam uenit, nõ anima Heliæ eſt intelligenda, ut ne incidamus in dogma tranſcorporationis, quod alienũ eſt ab eccleſiaſtica ueritate. Nam & contrariũ eſt his quæ dicit Apoſtolus: quæ uidentur, temporalia eſſe: & mundũ iſtum finẽ habere, & ei quod ipſe dominus ait: Cœlũ & terra tranſibunt: & prophetico ei quod ait: In initio terrã tu fundaſti domine, & opera manuum tuarũ ſunt cœli, ipſi peribunt. Si enim ſecundum opinionẽ eorum eadem anima bis poteſt fieri in corpore ſecundum ſtatũ eundem, ab initio ſeculi uſq; in finẽ, interrogo quare ſit bis? Si propter peccatũ, quare non & ter, & frequentius fit in corpore anima, ut propter uitã hanc & peccata quæ cõmittuntur in ea, patiat pœnam tranſcorporationis, quæ ſola ſecũdum opinionẽ animabus peccatricibus infertur cauſa uindictę? Quę ſi cõſequenter inferatur, non erit cito ut anima deſinat iterũ atq; iterum ſuſcipere corpus. Semper enim propter delicta præcedentia reuertetur, & ſic locũ non habebit cõſummatio mundi. Si enim ſecundum hoc argumentũ, ei animæ datur non redire ad corpus quę non haber omnino peccatũ, per quot annos exiſtimas unam animã inueniri, quæ omnino mũda ſit à peccato, & non habeat opus trãſiguratione ſuſcipere? Tantum & ſic una quadã anima ſemper ex definito numero animarũ translata, & iam non reuertente ad corpus, deficiet aliquãdo per aliqua innumerabilia ſecula natiuitas, mũdo redacto ad unũ aliquem uel duos, uel tres. Poſt quos cũ & ipſi fuerint propter perfectam iuſtitiã ſuã irreuertibiles facti, conſummabitur mũdus, deficiẽtibus uidelicet qui reuertantur ad corpus. Quod ſcripturarũ non placet ueritati. Sciũt enim multitudinem peccatorũ eſſe inueniendam in tempore conſummationis, ſecundum quod ipſe dñs manifeſtat dicens: Tamen cum uenerit filius hominis, putas inueniet fidẽ ſuper terrã? Item alibi. Sicut fuit in diebus Noe, ita erit aduentus filij hominis. Sicut enim fuerunt ante diluuiũ manducãtes, bibentes, & nuptũ tradentes, donec intrauit Noe in arcam, & uenit diluuiũ & tulit omnes: ſic erit & aduentus filij hominis, & erit eis qui tunc fuerint peccatores punitio, nõ in trãſcorporatione, ſed in igne. Vnde neceſſariũ, qui trãſcorporationis dogma defendunt gentiles, quaſi cõſequentias ibi dicere cupientes, de negant mundum eſſe aliquãdo conſummandũ. Contra quos reſpondemus. Si non cõſummatur mundus, ſed erit ſine fine, non eſt deus omnia ſciens priuſquã fiant, ſed forte ex parte unũ, uel alterũ ſcit futurum priuſquã fiat, omnia autem neſcit: quæ enim nata ſunt ſine fine, definitione aliqua cõprehendi non poſſunt: & cõſequens eſt ut nec prophetiæ poſſint fieri de omnibus, quaſi ſine fine omnibus cõſtitutis. Adhuc dicimus eis qui putant animã Ioannis, animam fuiſſe Heliæ, & primũ quidem uocatã Heliam, poſtea Ioannem, quare angelus qui uiſus eſt Zachariæ ita dixit: Ecce Helizabet uxor tua concipiet, & pariet tibi filium, & uocabis nomẽ eius Ioannẽ? Si enim anima ipſa fuit Heliæ, oportuit & ſecũda uice natũ uocari Heliam, aut oſtendi aliquã mutati nominis cauſam, ſicut in Abrã, & in Abraham: & in Saram, & in Sarai, & in Iacob, & in Iſrael, & in Simonem, & in Petrum. Tamen nec ſic ratio ualida uincitur, quoniã illorum in una eademq; uita mutata ſunt nomina. Sed dicit aliquis eorũ: Si non Helię fuit anima Ioannis, quare Saluator Heliam appellauit Ioannẽ? Et puto quod Gabriel in uerbis quę locutus eſt Zachariæ, demõſtrauit quid Heliæ trãslatum eſt in Ioannem. Dicit enim ita: Et ipſe prędcedet ante eum in ſpiritu & uirtute Heliæ, conuertere corda patrũ ad filios, & incredulos ad ſapientiam ſanctorum. Et non dixit, ipſe prędcedet ante eum in anima Heliæ. Manifeſte enim ſcriptura cognoſcit aliud eſſe animã, aliud aũt eſſe ſpiritũ, ſicut teſtatur Paulus dicens: Deus autem ſanctificet uos ad perfectum, & integer ſpiritus ueſter, & anima, & corpus cõſeruetur in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti. Et apud Danielẽ: Benedicite ſpiritus & animę ſanctorũ domínum. Helias ergo Ioannes non propter animã eſt appellatus, ſed propter ſpiritum & uirtutem: quæ non contriſtant uirtutem ſcripturę ſi primũ fuit in Helia ſpiritus, & poſtea in Ioanne factus eſt, ſicut conuenienter

Matt. 24 Pſal. 102
Luc. 1
Luc. 18 Luc. 17
1. Theſ. 5

nienter Apoſtolus ait: Spiritus prophetarũ, prophetis ſubiectus eſt, nõ animæ ppheta rum prophetis ſubiectę ſunt. Adhuc ad confirmationem eorum quæ angelus dixit: Et ipſe præcedet in ſpiritu & uirtute Heliæ, accipiamus de quarto libro Regnorum, qđ eſt tale. Et factum eſt cum tranſiſſet, dixit Helias ad Heliſæum. Pete quid faciam tibi priuſquã tollar à te. Et dixit Heliſæus. Fiat ſpiritus tuus duplex in me. Et dixit Helias. Dure petiſti. Tamen ſi uideris me aſcendentem à te, fiat tibi ſic: ſi aũt non, non fiat. Et quoniã dixerat: Si uideris me, fiat: ſi non, non fiat: uolens ſcriptura oſtendere quia factum eſt ſic Hel ſeo ſicut ipſe petierat, ſic addit. Et aſcẽdit Helias in cõmotione quaſi uſq; in cœlum, & Heliſæus intuebatur, & ipſe exclamauit, & dixit: Pater pater agitator Iſrael, & non uidit eum amplius. Quoniã ergo uidit, propterea requieuit ſpiritus non anima Heliæ in Heliſæo. Item poſtq; percuſſit aquas Iordanis Heliſæus, & ſciſſæ ſunt inde & inde, tranſijt Heliſæus, & uiderũt eum filij prophetarũ qui erãt in Hiericho, & dixerunt. Requieuit ſpiritus Heliæ in Heliſæo. Et uenerunt obuiam ei, & adorauerunt eum in terra. Hoc diximus, ut intelligamus Ioannem dictum Heliam non propter eandem animã, ſed ppter eundem ſpiritũ, ſicut & diſcipuli intellexerunt Chriſti. Quoniã autem ſpiritus Heliæ in Heliſæo quidem tantum requieuit, Ioannes autẽ præceſſit ante Chriſtũ nõ ſolum in ſpiritu, ſed etiam in uirtute Heliæ, ideo Heliſæus quidem nõ eſt dictus Helias, Ioãnes aũt dictus eſt ipſe eſſe Helias. Et ſi ſermo aliquis intelligatur Helias, inferior eo uerbo quod erat in principio apud deum, & ſic poteſt procedere ut uideatur Helias eſſe uerbum quod præmittitur quaſi ad exercitationẽ hominum prępa ratorum, ut fiant perfecti ad ſuſceptionem uerbi perfecti. Et hunc ipſum ſenſum ſicut potuimus ex parte tetigimus ſupra ubi tractauimus: Et ſi uultis ſuſcipere, ipſe eſt Helias qui uẽturus eſt. Qui habet aures audiendi, audiat. Et fecerũt ei quãta uoluerunt. Ad huc autem uideamus quod ait. Et fecerunt ei quãta uoluerũt, ad quem refertur: utrum ad ſcribas, de quibus interrogantes diſcipuli dicebãt, quid ergo dicũt Scribæ? Sed non inuenimus aliquid paſſum Ioãnem à Scribis, niſi forte, quia nõ crediderunt ei. Aut niſi forte, quod ſuperius diximus, ſocij fuerant facti in eis quę intulit Herodes Ioanni. Alius aũt dicit, quod ait: Et fecerunt ei quanta uoluerũt, nõ ad Scribas referri, ſed ad Herodem, & ad Herodiadem, & filiã eius: Propter hoc aũt quod ſequitur: Sic & filius hominis patietur ab eis, conſequenter dicitur, ſi primum ad Scribas pertinet, & hoc ad Scribas. Si aũt primum ad Herodem, & Herodiadem, & filiam eius, & ſecundum ad ipſos. Nam inuenitur & Herodes in morte Chriſti fuiſſe conſcius, & omnis domus eius.

1. Cor. 14
4. Reg. 2
Ibidem
2. Cor. 5

Tractatus IIII. Cap. XVII.

I N illo tempore, deſcẽdente Ieſu de monte, acceſſit ad eum homo, eius genibus prouolutus dicens: Domine, miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & male patitur. Aliquoties enim cadit in ignem, & aliquoties in aquam, & obtuli eum diſcipulis tuis, & nõ potuerũt eijcere eum.] Qui patiuntur, aut qui patientiũ domeſtici ſunt, cum plebe habentur, non in monte. Propterea populi cauſa ad diſpenſationem deſcendit humanam, quaſi de monte excelſo diuinitatis: quemadmodũ diſcipulorũ electorum conſequentiũ ſe gratia aſcẽdit in montẽ excelſum, & ibi ſe trãsformauit in gloriã ſuam. Nam prius quidẽ deſcẽdit, propter ignorantes ſe, ad humilitatẽ humanã, cum aũt factus fuerit eis notus, ducit eos ad notitiam diuinitatis ſuæ ut dicãt cũ Apoſtolo. Si autẽ nouimus ſecundũ carnẽ Chriſtum, ſed iam non nouimus. Deſcendit ergo ad turbã, ut qui non poterãt aſcẽdere ſurſum propter infirmitates animarũ ſuarũ, prodificentur ab eo. Et nunc ergo non acceſſiſſet ad eũ homo genibus prouolutus, dicens: Domine miſerere filio meo, niſi cũ diſcipulis ſuis electis uenisſet ad turbam. Conſiderandum eſt aũt in quibus quidẽ infirmitatibus qui patiuntur credunt, & deprecantur pro ſua ſalute, aut tangunt fimbriã ueſtimenti eius, & ſanantur: in quibus autem ipſi quidem qui patiuntur nõ faciunt hoc, pro eis aũt qui faciũt: utputa Cẽturio ,p puero ſuo, Regulus pro filio, Archiſynagogus pro filia, Chananæa pro filia ſua uexata, & nunc qui genibus prouoluit pro filio ſuo lunatico. Cum his cõſiderabis & illud, quãdo à ſemetipſo Saluator etiã à nullo rogatus ſanat, ſicut paralyticum eum qui triginta & octo annos in infirmitate habebat. Ipſæ enim ſaluationes ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

alterutrũ in id ipsum cõparatæ & discussæ, multa eis qui possunt audire absc̃ditam in mysterio sapientiã dei dogmata demõstrabunt de differentijs infirmitatũ animæ, & de modo saluationis eius. Sed quoniã nunc nõ de omnibus, sed de proposita dictione sermo est mihi, uideamus moraliter primũ quẽ esse lunaticũ hunc dicere possumus, deinde quẽ existimemus patrẽ eius rogantẽ pro eo, tertio quid est cadere patientem non semper, sed frequenter, aliquoties quidem in ignem, aliquoties autem in aquam, & quid est quòd minime potuit à discipulis Christi sanari, sed ab ipso domino Iesu. Nam & ista est ratio. Siquidem omnis languor & omnis infirmitas quã sanauit Saluator tũc in populo, referunt̃ ad infirmitates spirales animarũ secundũ differentias passionũ, ut solutos quidẽ animo, & iacentẽ habẽtes animã super corpus, paralyticos animo existimemus: cæcos aũt animo esse, qui mente sua non cõsiderant quod iustum est, uel iniustũ: surdos aũt animo, qui nõ sunt ad susceptionẽ salutariũ uerborũ parati: secundũ ea cõueniens est ut de lunatico requiramus. Est ergo passio hæc mutatio à melioribus ad deteriora, quia nihil differt à sanis qui patit̃ hoc, in tẽpore quãdo nõ operat̃ in illo ipsa mutatio. Tabet autem iuuenis infirmitas animę in quibusdã hominibus, qui frequẽter existimãtur sani esse in castitate, uel misericordia, & uiuere secundum iustitię uoluntatem. Aliquando aũt quasi quadã correptione spiritus à passionibus cõprehenduntur, & cadunt ab eo statu boni in quo stare putabant̃, & transuertunt̃ ad seductionẽ seculi huius, & ad cæteras cõcupiscentias carnales. Forsitan nõ peccabis si huiusmodi homines dixeris (ut ita dicã) spiritaliter lunaticos esse, qui deijciũtur à spiritalibus nequitijs in cœlestibus, & male habẽt frequẽter in tẽpore quo cõprehensi fuerint à passionibus
Osee 7 animæ eorũ, & cadunt in ignẽ incendij, quãdo adulterantes (sicut ait Osee) fiunt sicut clibanus ignis ardens. Huiusmodi aũt homines interdum cadunt in aquã, quando rex omniũ, qui sunt in aquis, draco deijcit eos à libertate animæ in profundum fluctuũ maris, id est in mala pessima uitæ istius humanæ, quæ mari assimilat̃. Commendat autem hanc nostrã de lunatico interpretationem, quod dicit Sapiẽtia, de cõstãtia quidẽ iusti, Sapiens sicut sol permanet: de incõstantia aũt peccatoris ita: Insipiẽs autem sicut luna immutat̃. Et est uidere in talibus impetus quosdã quasi operũ bonorum subrepere, ita ut subripere possint ab hominibus laudes, ab eis tamẽ hominibus, qui nesciũt occultã inconstantiã cordis eorũ. Vides autẽ eos minui iterum, & quod uidebat̃ in eis lumen, inuenit̃ non esse lumẽ diurnũ, sed nocturnum, & lunare, & tãdiu minui ut nec uideatur lumen esse omnino, quod existimabat̃ lumẽ. Forsitan ergo angelus qui sortitus est lunaticum illum talem (si tamen dicendũ est omnẽ animã hominis sub aliquo angelo constitutã, quasi sub aliquo patre) pater huiusmodi lunatici appellatur, deprecãs quasi pro filio medicũ animarũ, ut liberet eum qui nõ potest sanari à passione per uerbũ humile discipulorũ Christi. Si aũt etiã mutũ & surdũ dęmonium intellígi moraliter oportet, dicimus quoniam ipse impetus irrationabilis, qui boni speciẽ uidet̃ habere, mutũ & surdum dęmoniũ est dicendum, quod à uerbo expellit̃ Christi solius: quoniã ille qui talis est nec uidet iustum, uel iniustũ, quemadmodum cæcus: nec recipit ammonitionẽ discipulorũ Christi, quẽadmodum surdus. Ideo opus est ei Christi sermõe, ut qui faciebat irrationabili prolatione quę putarent̃ à uidentib. bona, iam de cætero sine ratione nõ agat. Secundũ uerbum aũt doctrinę Christi difficiles sunt ad sanandum huiusmodi passiones, propter ꝙd fortiter deijciunt̃ postꝙ egerint ea quę putabant̃ bona, & est operatio quæ operat̃ in illis mala, & sic magna & fortis inter omnia mala, ut monti assimilet̃, nec expellat̃ à patiẽte, nec exeat, nisi per omnẽ fidẽ eius qui passiões huiusmodi sanare nouerit. Ex omni eñ fide montes huiusmodi trãsferunt̃. Omnis aũt fides grano sinapis cõparatur, sicut potest fieri manifestũ ex eo quidẽ quod scribit̃: Si habueritis fidem sicut granũ sinapis, dicetis mõti huic, Transi hinc illuc, & transibit. Apud Aposto
1. Cor. 13 lum aũt: Si habuero omnẽ fidẽ ita ut mõtes transferã: Ideo arbitror quoniã omnis fides grano sinapis cõparatur: quoniã contemnitur quidem fides ab hominibus, & modicũ aliquid & uile apparet, cum uero consecutũ fuerit bonã animã, id est recti hominis terrã, semẽ huiusmodi fit arbor magna, ita ut sine pennis quidẽ nemo, pẽnati aũt qui sunt spiritaliter uolucres cœli, habitẽt in ramis eius. Sed quoniã oportet & ipsa uerba interpretari, primum quæramus quare lunaticus appellatur qui à spiritu immũdo uexatur, & quare

& quare passio ipsa nomen accepit à luna, quę post solem, magnũ luminare uocat̃. Medici ergo loquant̃ sibi quæ uolunt, qui nec immundum spiritum arbitrãtur, sed corporalem aliquã passionẽ, & dicunt humida moueri in capite secundũ aliquam cõparationem ad lumen lunare, quod humidã habet naturam. Nos autẽ qui Euãgelio sumus credentes, dicimus hãc passionẽ immundũ spiritũ in hominibus operari. Obseruat enim quædã schemata lunæ, & sic operat̃, ut ab obseruatione quorundam schematũ lunę pati homines mentiatur, & per hoc culpabilem dei creaturã ostendit: ut omnes sicut dixi mus iniquitatẽ in excelso loquantur, qui existimãt ex efficientia stellarũ cõsistere causam omniũ infirmitatũ, siue generaliũ, siue specialium, criminantes opera dei, & quasdam quidẽ stellas dicẽtes maleficas, quasdã autẽ beneficas, cũ nulla stella à deo sit facta
Thren.3 ut malefaciat. Secundũ Hieremiã enim, sicut in Lamẽtationibus dicit: De ore domini nõ procedent mala & bona. Forsitan aũt sicut iste immũdus spiritus obseruat quædam lunæ schemata ut operet̃ in eo qui propter aliquas causas traditus est: sic & alij dæmones secũdũ aliqua stellarũ schemata insidiant̃ eis, qui nõ præbuerũt se dignos custodia angelorũ sanctorũ, ut nõ sol, ac luna, sed etiã stellæ cæterę blasphementur ab hominibus, qui in excelsum iniquitatẽ loqui nõ dubitãt, & ponere in cœlos os suũ. Post hęc uideamus, quod loquens ad patrẽ lunatici dominus dixit: O generatio incredula & peruersa quousqꝫ ero uobiscũ? Vsqꝫquo patiar uos?] Nam quoniã nõ potuerũt eum sanare neqꝫ ipsi discipuli Iesu quasi adhuc modicæ fidei cõstituti, propterea dixit: O generatio incredula. Et si illis dixit: O generatio incredula, nobis quid dicet? Et quòd ait peruersa, ostẽdit quoniã ex peruersitate malitię est introducta extra naturã facta. Puto aũt ꝓpter peruersitatẽ totius humani generis, quasi grauatus malitia eorũ & conuersatione cũ eis dixit: Vsqꝫquo ero uobiscũ? quousqꝫ patiar uos? Videamus etiã illud quod dicit: Hoc genus nõ ejcitur nisi in ieiunijs & orationibus: & si aliquãdo oportuerit nos circa curationẽ tale aliquid patientiũ permanere, non adiuremus, neqꝫ interrogemus, neqꝫ loquamur quasi audienti spiritui immũdo: sed permanẽtes in orationibus & ieiunijs impetremus patienti salutẽ à deo, & abigamus ieiunijs & orationibus nostris spiritus malignos. Conuersantibus aũt illis in Galilæa dixit eis Iesus: Futurũ est ut filius hominis tradat̃ in manus hominũ, & occident eum, & post tertiũ diẽ resurget. Et cõtristati sunt uehemẽter.] Et paulo superius dictũ est. Exinde cœpit Iesus ostẽdere discipulis suis, quoniã oportet eũ ire in Hierosolyma, & multa pati à senioribus, & principibus sacerdotũ, & scribis populi, & occidi, & tertia die resurgere. Et uident̃ quidẽ hæc illis similia esse, ut facile quis dicat dominũ eadem ipsa repetere. Quod non est ita. Nec enim id ipsum est, ostẽdere discipulis quoniã oportet eum ire in Hierosolyma, & multa pati, & cætera: & dicere discipulis in Galilęa constitutis qd̃ nõ dicimus supra, quoniã futurũ est ut filius hominis tradat̃. Tradẽdum superius non est dictum: hic aũt non solum tradendum, sed etiã in manus hominũ tradendum audimus. In quo requiramus à quo est tradendus in manus hominũ, aut in quorũ. Illic enim docemur à quibus patiemur, & in quo loco patietur. Hic autem discimus quod multa passurus est à supradictis, nõ ipsis causam præbentibus ut multa patiatur, sed uel eo, uel eis qui tradiderũt eum in manus hominũ. Traditũ igit̃ filium Apostolus narrans, à deo patre traditũ manifestat ita: Qui unico filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Alius autem non solum illud, sed etiã cõsequentia cõgregans in id ipsum, dicit ipsum quidem à deo traditũ filium principi seculi huius, cęterisqꝫ principibus eius: deinde ab istis traditũ in manus hominũ qui occiderunt eũ. Et exempli causa accipe & illud quod est scriptum
Iob.1 de Iob, qui primũ traditus est à deo in manũ diaboli, sicut dicit: Ecce trado tibi omnia quę possidet. Ecce trado tibi eum, tantũ animã eius serua. Accipiẽs aũt diabolus bona eius in potestatẽ, tradidit prędonibus, & equitibus, qui fecerunt cornua tria. Vide ergo ne forte sicut bona Iob diabolus tradidit in manus prædonũ accepta prius potestate à deo, sic & aliqua operatione princeps potestatis aeris, qui operatur in filijs diffidẽtiæ, tradidit eum in manus hominũ, in quibus hominibus erat & Iudas, in quẽ post panẽ ingressus est Satanas. Considera tamen quoniã pater tradens filiũ cõtrarijs potestatibus, nõ simpliciter tradidit eum, sed ꝓpter misericordiã suã, ut saluaret genus humanum. Contrarię aũt potestates tradentes dominũ in manus hominũ, nõ pro salute aliquorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorum tradiderũt eũ:ſed quantũ ad ſe,quia nemo eorũ ſciebat ſapientiã dei abſcõditam in myſterio,tradiderũt eum,ut inimica eius mors ſubijciat eum ſibi, ſicut oẽs homines qui moriebanť in Adam:Sed & homines qui occiderunt eum,uoluntatẽ habebant nõ ſecundũ uoluntatẽ dei iam ordinatã,ſed ſecundũ uoluntatẽ poteſtatũ, qua filium dei uolebant fieri ſubditũ morti.Non ergo ab hominibus in manus hominũ traditus eſt,ſed à poteſtatib.quibus eũ ꝓ nobis omnibus tradidit pater,ut in eo quòd traditus eſt,ſed à poteſtatib.quibus eũ ꝓ nobis omnibus tradidit pater,ut in eo quòd tradi-
tur & ſit ſub eo cui traditť,deſtruat eũ qui mortis habebat imperiũ. Imperiũ aũt mortis
intelligendũ eſt habere diabolũ,non iſtius mortis cõmunis,ſecundum quã moriuntur
omnes qui cõpoſiti ſunt ex anima & corpore,anima eorũ à corpore recedẽte:ſed mor
tis illius quæ cõtraria eſt,& inimica ei qui dixit,Ego ſum uita:ſecundũ quã anima quæ
peccauerit ipſa morieť.Oſtẽditť aũt quoniã non deus dominũ in manus hominũ tradi-
dit,ex eo quòd ipſe dicit,Si de hoc mundo eſſet regnũ meum,miniſtri utiq; mei reſiſte
rent ne traderer ludæis.Traditus aũt Iudæis in manus hominũ traditus eſt,nõ à ſuis mi
niſtris,nec ab aliquo eorũ qui erãt ipſius,ſed à principe ſeculi huius,uel à principibus,
Pſal.2 de quibus eſt dictũ,Aſtiterũt reges terræ,& principes conuenerũt in unũ aduerſus do
minũ,& aduerſus Chriſtũ eius.Et iſti quidẽ corporales reges aſtiterũt,ſicut Apoſtoli
in Actibus docuerũt.Nos aũt ex eo quod traditus eſt à principibus in manus hominũ
prodificati dicimus,hoc quod ait:Diſrũpamus uincula eorũ,& proijciamus à nobis iu
gũ ipſorũ,etiã de inuiſibilibus regibus,& principibus ſeculi huius intelligi poſſe.Nam
cum facti fuerimus cõformes mortis Chriſti,iam non ſumus ſub uinculis regum terræ,
neq; ſub iugo principũ ſeculi huius,qui aduerſus dominũ conuenerunt in unũ.Propte
rea & pater unico filio nõ pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit eũ,ut ſuſcipient es
eum principes,& tradentes in manus hominũ,ab eo qui habitat in cœlis irrideanť, &
à dño ſubſannẽtur,quoniã in diſſolutionẽ proprij regni,& principatus ſui omnia age-
bant,tradentes eum in manus hominũ: qui tertia die reſurgens,& inimicã ſuam deſtru
ens mortẽ,non ſolũ mortis ſuæ conformes nos fecit,ſed etiã reſurrectionis. Prædicen-
te autem domino quoniã futurũ eſt ut filius hominis tradatur in manus hominũ,& oc-
cidant eum,& tertia die reſurgat,triſtati ſunt diſcipuli uehementer:tradẽdum quidem
in manus hominum, & occidẽdum intelligentes,non autẽ attendentes ad illud quod
ait:Et tertia die reſurget,nec conſiderantes quis eſſet, cui ad deſtruendã mortẽ trium
dierum tempus ſufficiebat. Cum ueniſſet autẽ in Capharnaũ,acceſſerũt qui didrach-
ma exigebãt ad Petrũ & dixerunt:Magiſter ueſter non ſoluit didrachmaſ Ait:Etiam.
Et cum intraſſet in domũ,preuenit eum Ieſus dicens:Quid tibi uideť Simonſ reges ter
ræ à quibus accipiũt tributũ,uel cenſum,à filijs ſuis,an ab extraneisſ Dicit ei Petrus:Ab
alienis.Dicit ei Ieſus:Ergo liberi ſunt filij. Vt autem non ſcandalizemus eos,uadẽs ad
mare mitte hamum,& eum qui prius aſcenderit piſcem tolle,& aperiens os eius inue-
nies ſtaterem.Illũ accipiens,da eis pro me,& te,] Sunt ergo aliqui reges terræ,& eo-
rum filij,qui non dant tributum,uel cenſum,& alij præter filios eorũ extranei à regibus
terræ,ex quibus accipiunt reges terræ tributum,uel cẽſum.Et ſunt filij quidem eorum
liberi apud reges terræ,ſicut apud patres filij: Extranei autem extra terram quidem li-
beri ſunt,propter eos autem qui dominantur eorum, & deprimũt eos, ſicut Aegyptij
filios Iſrael,ſerui. Propter quos ſeruientes,formam ſerui ſuſcepit filius dei,qui nullum
opus fecit luteũ,& ſeruile,Quaſi ergo habens formã ſerui illius tributũ & cenſum de-
dit,non aliud ab eo quod dedit diſcipulus eius:Ipſe enim ſtater ſufficiebat,& unum nu
miſma quod dabatur pro Ieſu & pro diſcipulo eius.Hoc autem numiſma in domo qui
dem Ieſu nõ erat,in mari aũt erat,& erat in ore piſcis marini: quẽ ipſum piſcẽ arbitror
adiuratum aſcendiſſe ad hamũ Petri,& comprehenſum ab eo qui hominũ piſcator fue
rat factus,in quibus erat qui nunc moraliter dicitur piſcis, ut tollať ab eo numiſma ꝗd
habebat imaginem Cæſaris,& fiat inter eos qui piſcati ſunt eum.Qui ergo habet quæ
ſunt Cæſaris,Cæſari ea reddat,ut poſt hac ualeat reddere deo quæ ſunt dei. Quoniã Ie-
ſus non habuit imaginem Cæſaris,princeps enim ſeculi huius nihil habebat in eo, pro
pterea non ex proprio,ſed ex conuenienti loco maris imaginem Cæſaris accepit eam,
ut det regibus terrę pro ſe & pro diſcipulo ſuo,ut nec arbitrenť qui didrachma accipie
bant,eſſe eũ debitorẽ regũ terrę.reddit enim debitã non ſuſcipiẽs eum, neq; poſſidẽs,
neq;

neq; acquirẽs,neq; faciens eum ſibi poſſeſſionẽ, ut ne ſit aliquãdo imago Cęſaris apud
inuiſibilẽ deum.Iſta diximus ſecundũ unum modũ, quoniã duplicẽ ſenſum habet hic
ſermo.Secundũ alterum autẽ talia dici poſſunt.Filiorum ſunt quidã filij regũ terræ:alij
aũtem propter hoc ipſum quòd alieni ſunt à filijs regũ terræ,nullius quidẽ eorum qui
ſunt ſuper terram filij ſunt,ſed aut dei,aut filij dei,aut alicuius filiorũ dei.Quando ergo
Saluator interrogat Petrũ,dicens,Reges terræ à quibus accipiunt tributũ uel cenſum,
à filijs ſuis an ab extraneis?dicente Petro,non à ſuis filijs,ſed ab extraneis,tale aliquid
exiſtima dictũ.Dominus dicit de illis qui extranei ſunt à regibus terræ: ergo filij liberi
ſunt,quoniã liberi ſunt qui filij ſunt dei. Filij aũt regum terræ liberi non ſunt,quonia m
omnis qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati.Liberi autẽ ſunt qui manẽt in uerbis Ieſu, &
propter hoc cognouerũt ueritatẽ,& ueritas liberauit eos à ſeruitute peccati.Si ergo in
myſterio quodam reges terræ à filijs dei liberis cõſtitutis exigũt didrachma Cæſaris ha
bentia imaginẽ,cõſequens eſt intelligere quoniam & quotieſcunq; exurgunt quidam
qui per iuſtitiã tollant noſtra terrena,reges huius terrę eos tranſmittũt ut exigant à no-
bis quæ ſunt ipſorũ. Quicũq; ergo filius eſt ſimpliciter,& non filius regũ terræ,ille eſt li
ber.Tamen cũ ſit liber ſollicite agit ut ne ſcandalizet uel ipſos reges terrę,uel filios eo-
rum,uel eos qui accipiunt didrachma.Ideo ſic dicit.Sed ne ſcandalizemus eos,uadens
ad mare mitte hamũ,& cætera.Et quãuis eſſent iniqui, tamen ſolicite egit Chriſtus,ut
ne ſcãdalizaret eos,& ſuo exemplo prohibet aliquod ſcandalũ fieri etiam huiuſmodi
hominibus:ſiue ut ne amplius peccent ſcandalizati,ſiue ut ſaluentur ſuſcipientes eũ q
pepercit eis quo minus ſcandalizentur:& ſic in agro conſolationis(ſic enim interpre-
tatur Capharnaum,conſolatur omnẽ diſcipulũ,& liberũ eum & filiũ eſſe pronunciat,
& dat ei uirtutẽ piſcandi piſcem primũ,ut aſcendente eo conſolationẽ accipiat Petrus
ſuper eum quẽ piſcatus eſt.Et propter hoc quod ablatus eſt ſtater de ore ipſius aperto,
dandus ei quorũ proprius eſt ſtater,& exigunt huiuſmodi numiſma quaſi ſuũ: conue-
niẽter poteris uti hoc textu aduerſus auaros,qui nullam habent in ore ſuo loquelã niſi
pecuniæ:cũ aũt uideris huiuſmodi hominẽ ab aliquo Petro correptũ, qui abſtulit non
ſolum de ore eius uerbum pecuniæ,ſed & de toto affectu concupiſcentiã pecuniæ,di-
ces huiuſmodi hominẽ in mari fuiſſe, & in falſis rebus huius uitæ, & in fluctibus ſolici
tudinũ auaritiæ,& habuiſſe in ore ſuo ſtaterem quãdiu infidelis extitit,& auarus:aſcen
diſſẽ aũt de mari ad hamũ rationabilem,& cõprehenſum,atq; ſaluatũ ab aliquo Petro,
qui eum docuit ueritatẽ,ut ne habeat aliquãdo in ore ſuo ſtaterẽ,ſed pro eo habeat ima
ginẽ dei,eloquia dei.Et ſigna tibi ex Numeris, quoniã pro ſanctis ſecundũ legem dei
nõ ſimpliciter didrachmũ datur,ſed didrachmũ ſanctum.Scriptũ eſt enim: Et accipies Num.3
quinq; ſiclos ſecũdum didrachmũ ſanctum.Sed & pro omnibus filijs Iſrahel ſecũdum
caput datur didrachmũ ſanctũ.Quoniam ergo non licet ſanctis dei cũ ſanctis didrach
mis habere didrachmũ inquinatũ,ideo accipientibus non ſancta didrachma,& inter-
rogantibus Petrũ,& dicentibus.Magiſter ueſter non ſoluit didrachmũ,præcepit Sal-
uator dari ſtaterem,in quo erant duo didrachma,qui inueniebať in ore piſcis aſcẽden-
tis primum:quod dedit magiſter,& dant ſemper diſcipuli eius pro ſua ſalute, & gloria
Chriſti,ut longe faciant à ſe omnia quæ imaginem Cæſaris habent.

Tractatus V. Cap. XVIII.

In illo tempore,acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli eius,dicentes: Quis putas ma
ior eſt in regno cœlorum? Et accipiens puerũ,ſtatuit eum in medio eorũ,&
dixit: Amen dico uobis, niſi conuerſi fueritis, & facti quemadmodũ pue-
ri non intrabitis in regnũ cœlorum. Si quis ergo humiliauerit ſe ſicut puer
iſte,ipſe eſt maior in regno cœlorum.Et qui acceperit puerum talem in no-
mine meo,me recipit.] Cum poſſet Matthęus noſtrę eruditionis cauſa hoc ſolum ex-
ponere,quid accedentes diſcipuli Ieſu interrogauerũt eum,& quomodo ad interroga
tionem eorum reſpondit,addidit ſecundum quædam quidem exemplaria, In illa hora
accedentes diſcipuli Ieſu:ſecundũ alia aũt,In illa die.Et neceſſe eſt ut non indiſcuſſam
uoluntatem relinquamus Euãgeliſtę.Propter quod exponentes in primis quod ait in
illa hora,uel in illa die,uideamus ſi neceſſaria eſt adiectio iſta diei, uel horæ. Venerunt
enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim in Capharnaũ Iesus cũ discipulis suis, ubi & didrachma exigentes accesserunt ad Petrũ, & interrogãtes dixerunt. Magister uester nõ soluit didrachma? Ita Petro respondente ad eos, etiã, faciens uerbum de didrachmis Iesus, mittit Petrum cum hamo comprehendere piscẽ, in cuius ore dicebat inueniendum esse staterem, ut daretur pro se & Petro. Ego arbitror, quoniã maximũ hunc existimantes honorẽ in Petrum à Christo collatũ, quasi per hoc iudicasset eum cæteris discipulis meliorem, cupiebãt quod suspicabantur caute cognoscere. Simul autem sperabãt quod & causam ipsam reuelationis interrogantes indicarent. Hoc ergo ostendere uolens Matthæus adijcit propter illud quod ait, Hunc accipiens da propter me & te: in illa die uel hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorũ? Forsitan autẽ & dubitabant etiam propter illud quod superius tres discipuli magis erãt dignificati assumpti in mõtem cũ ipso ut uiderent transfigurationem gloriæ eius. Dubitabant autem quis de tribus illis melior iudicatus esset à Christo. Distrahebatur autẽ existimatio sensus eorum per uarias causas. Interdum quidem, Ioannẽ forsan meliorem putabant esse eo quod recubuerat super pectus Saluatoris in cœna, & secreta cõsilia ei præ cęteris fuerant declarata. Interdum autem arbitrabantur Petrũ maiorem in regno cœlorum, uel propter stateremhũc qui datus est pro Christo & Petro, uel propter illud quod Petrus dixit ad
Matt.16 Iesum præ cæteris, Tu es Christus filius dei uiui: & Christus ad eũ, Beatus es Simõ Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis: & ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meã, & portæ inferorum non præualebunt ei, & cætera. Iterũ autem forsitan eorũ reuocabatur opinio propterea quod dixerat Christus ad Petrũ, quod alijs non dixerat discipulis, uade post me Satana, scandalum mihi es, quia non sapis quæ dei sunt, sed quæ hominũ: ne forte non esset maior Petrus, sed unus ex filijs Zebedæi. Hæc diximus propterea quod ait in illa die uel hora, quãdo de stratere sermo fuerat factus. Post hoc autem uideamus quod ait, Et accesserunt discipuli ad Iesum, quasi discipuli ad magistrũ, proponentes interrogationem, quis esset maior. In his autem imitatores discipulorum Christi esse debemus, si quando aliquid in nobis quasi dubium quæritur & non inuenitur, ut cum omni cõsensu accedamus ad Iesum semper præsentem, ubicũq; duo uel tres in nomine eius fuerint congregati, qui potens est illuminare corda omnium, qui ex toto corde discere uolunt ab eo, ad intelligendum solutionẽ omnium quæstionum. Non est autem absurdum ut secundum Christi exemplum interrogemus aliquem eorum doctorũ qui prępositi habentur ecclesijs. Quid ergo iam sciebãt discipuli secundũ hanc interrogationem, quid autem adhuc ignorabant, uideamus, Nam quia nõ est æqualitas sanctorũ in regno cœlesti, sciebant: & quia cũ non sit æqualitas, est aliquis maior & minor: sed quomodo maior & qualiter uiuens minimus, hoc discere cupiebant. Nisi fortè cautius est dicẽdum,
Matt.5 quoniã qui esset quidem minimus sciebãt ex eo quod alibi docuerat ipse: Si quis soluerit unum ex mãdatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabit in regno cœlorũ. Et quis esset maior sciebãt ex eo quod ait, Si quis fecerit & sic docuerit, hic magnus uocabitur. Sed ex multis magnis quis esset maior, hoc eis nõ erat manifestum. Et quod multi quidem sunt magni, non autẽ æqualiter magni, indicat nomẽ magni positum in persona Isaac, qui proficiẽs magnus fiebat, donec efficeretur magnus ualde ualde. Scriptũ est autem id ipsum etiã in Moyse, & in Ioanne baptista, & ipso etiã saluatore. Et omnibus constat quoniã etsi omnes hi magni fuerunt secundũ scripturas, tamen maior eis erat saluator. Ex eo ergo, quod est propositum in Isaac, donec fieret magnus ualde ualde, nõ simpliciter, sed cũ additamento duplice ualde ualde, cognoscere possumus quoniã differentiæ sunt magnorũ, & alius quidẽ est magnus, alius aũt magnus ualde ualde. Ergo discipuli quidem quæsierunt quis esset maior: ipse autẽ pleniorem facit sermonẽ, demõstrãs eis etiã quomodo quis actibus maior efficiat in regno cœlorum, sicut subsequens sermo demõstrat dicens, Et uocans Iesus puerũ statuit eũ in medio eorũ & dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis ut efficiamini sicut pueri, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. Quicũq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior erit in regno cœlorũ. Et qui acceperit puerũ talẽ in nomine meo, me accipit. Primũ simpliciter exponamus ꝓpositũ uerbi: hoc est, si quis uir cõstitutus usq; eo mortificauerit uiriles con-

les concupiscentias suas in spiritu mortificans corporales actus, & semper mortem Iesu circũferens in corpore suo, ut puer qui muliebria nondum tentauit, nec sensit motus uiriles, iste talis conuersus factus est sicut puer. Et quanto amplius appropinquauerit pueris recedens ab huiusmodi motibus, tanto amplius cæteris cõtinentibus, & ad perfectum continentiæ ascendere non ualentibus maior habetur. Quod aũt propter muliebres passiones dictum de paruulis est, hoc ipsum dicere conuenit, & in cæteris passionibus & languoribus & cæteris infirmitatibus animæ, in quas omnes pueri non incurrunt prius quàm incipiãt absolutũ proferre sermonẽ: utputa ut conuersus quis fiat sicut paruulus puer in ira, cum sit uir: & sicut est paruulus puer ad tristitiam, qui interdum in tẽpore mortui patris uel matris uel alicuius amici ridet & ludit, talis fiat uir habitudinem puerilem circa tristitias repellendas perfectioris animæ ratione cõmutans. Similiter dices circa extollentias quibus irrationabiliter extolluntur homines qui non sunt dei, quas pueri non patiuntur, nec qui conuersi fuerint sicut pueri. Et nulla pene passio cadit in pueros, antequã absolute incipiãt loqui. Si autem nulla, manifestum est quia nec timor, nisi forte secũdum æstimationem cęterarum passionum leuis & transitorius. Pueri enim malum timorem non patiuntur, utputa si quis puero cõminetur ne mammam petat, uel ne ploret, terretur quidem, sed timor eius stabilis non est. Si quis autem terreat puerum talem & dicat, nisi hoc feceris occido te, incendo te, aut simile aliquid, nunquid timet huiusmodi puer? Sicut ergo cæteræ passiones non sunt firmæ in pueris, sic neq; timor. Si autem quis & humiliet se sicut puer: nec enim magnum aliquid sapere cadit in puerũ, neq; iactantia generis uel diuitiarũ, uel aliarum rerum quæ existimantur bonæ, non autẽ sunt, cadit in puerum: unde uidemus infantes usq; ad tertium uel quartũ annum, licet fuerint generosi, similes se præbent pueris degeneribus, nec amplius diligũt diuites pueros quàm pauperes. Si quis ergo uir habitudinẽ quam habent pueri ex ætate, in se ratione susceperit, expellens ea quæ mouent insensatos, factus est sicut puer, non se extollens in honoribus, neq; efferẽs se in diuitijs, neq; eleuãs se claritudine generis: iste talis suscipiendus est, & honorandus in nomine Iesu, quoniam præcipue in talibus est Iesus. Ideo dicit: Si quis susceperit unum talem in nomine meo, me suscipit. QVI autẽ scandalizauerit unum de pusillis credentibus in me, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris.

Hoc exponere laboriosum est secundum consequentiã prędictorum. Dicit enim aliquis: quomodo qui cõuersus est, & factus est sicut puer, & humiliauit seipsum quemadmodum puer, quem statuit Iesus in medio discipulorum, minimus est & potẽs scandalizari, cum sit scriptũ: Pax multa diligentibus legem tuam, & nõ est illis scandalum? Psal.118
Vide autẽ si rationabiliter hoc possumus explanare. Omnis qui Iesu quasi filio dei credit, & conuersatur secundum euangelicos actus ad uiuendũ recte conuersus, ambulat quemadmodum puer. Qui aũt non conuertitur ut fiat quemadmodum puer, hũc quidem impossibile est intrare regnum cœlorum. Multi enim cõuertuntur ut fiant quemadmodum puer, sed non omnes qui cõuertuntur ut fiant quemadmodũ puer, iam perueniunt usq; eò, ut fiant similes pueris: sed unusquisq; tanto minus habet de similitudine puerorum, quãtum longe est de habitudine puerili erga passiones carnales. In omni ergo credentiũ multitudine sunt quidam quasi nuper conuersi, ut fiant quemadmodum pueri. Hi propter hoc ipsum quod sic cõuersi sunt ut fiant quasi pueri, nõdum autem sunt facti, sed uidentur nuper esse conuersi, pusilli habentur in Christo, & paruuli sunt, scandali receptores, quibus occasionẽ scandali non debemus præbere. Alioquin qui scandalizauerit unum de pusillis quos Christus ostendit credentibus in se, expedit ei quasi utile ad medelam peccati, ut suspẽdatur mola asinaria ad collum eius, & demergatur in profundũ maris. Sic enim reddens dignã uindictam in mari, ubi & draco habetur, quem formauit deus ad illudendum ei, & sic quod expedit passus, qui punitus est, postea erit extra dolores qui sunt in profundo maris, quos pertulit tractus ab asinaria mola. sunt autem & molarũ differentiæ, ut sint quædam earum (ut sic appellem) humanæ, aliæ autem asinariæ. Et humana quidem est illa de qua scriptum est: Duæ erunt molentes ad unam molam, una assumetur & altera relinquetur. Asinaria autem quæ imponitur scandalizanti unum de pusillis in Christo credentibus, ut demergatur in profun- Matt.24

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum maris. Asinaria autem mola non irrationabiliter dici potest corpus grauissimum hominis mali, quod semper deorsum trahit, quod suscipiet in resurrectione unusquisq; peccator, ut demergatur in abyssum quę dicitur profundū maris. Introducimus autem extra eam quam diximus, alterā expositionem, siue dogmatis causa, siue exercitationis. Quęrimus enim quem puerum uocans Iesus constituit in medio discipulorum: & uide si possumus puerum hunc intelligere spiritum sanctum, qui seipsum humiliauit. Hunc Iesus accepit, & posuit in medio sensus discipulorū. Vult ergo Iesus omnes nos, ut auertamur ab omnibus & conuertamur secundum exemplum spiritus sancti, ut efficiamur sicut pueri, id est Apostoli, qui & ipsi conuersi facti sunt similes spiritui sancto, qui positus erat in medio sensus eorum. Quos pueros Christo deus pater dedit, secun-
Esa.8 dum quod scriptū est in Esaia dicente: Ecce ego & pueri quos dedit mihi deus. Et non est intrare regnum cœlorū, nisi qui à rebus secularibus auersus fuerit & similis fuerit factus pueris illis qui spiritum sanctum in se habuerunt. Quem spiritū sanctum uocās Iesus à sua perfectione descendens ad homines, quasi puerum statuit in medio discipulorum suorū, ut unusquisq; humiliet se, non simpliciter sicut puer, sed quemadmodū scriptum est, sicut puer iste: ita tamen ut propter deum quis humiliet se, sicut & spiritus sanctus propter salutem hominum se humiliauit. Quoniam aūt & Iesus & spiritus sanctus à patre missi sunt in hunc mundū propter salutem hominū, manifestum est apud Esaiā
Esa.48 prophetam ex persona Saluatoris ipsius dicentem, Et nunc dominus me misit, & spiritum suum. Quoniam autem in Græco spiritus sanctus neutri generis est, & non masculini quemadmodū apud nos, & tres casus habet similes, nominatiuum, accusatiuum & uocatiuum, propterea transferentes in Latinū sermonem nominatiuū pro accusatiuo casu transtulerunt & dixerunt, Et nunc dominus misit me & spiritus eius: cum sit uerius sic esse in Græco, Et nunc dominus misit me & spiritū sanctum. Tamen si quis uiolenter contra rationem ueritatis defendere uult quod ita sit dictum, Et nunc dominus misit me & spiritus eius, sine dubio ita intelligimus filium Dei missum à spiritu sancto, quemadmodum & ductum à spiritu sancto in desertum secūdum humanam naturam, quam Christus suscipiens per omnia imitatus est, ut etiā à spiritu sancto agatur, quemadmodū omnes homines dei. Maior ergo est in regno cœlorū qui se humiliauerit præ omnibus humiliantibus se, secundum imitationem illius pueri: & multi sunt qui nolūt se humiliare sicut puer ille. Sed qui præ omnibus factus fuerit propinquior puero illi, ille erit omnibus maior. Debemus ergo suscipere puerū talem in nomine Iesu, quoniam in eo habitat Iesus. Et quemadmodū Iesum suscipit, qui susceperit unum puerū talem in nomine eius: sic Christum refutat & pellit, qui nō uult suscipere puerum talem in nomine Iesu, licet sit minimus, ita ut possit scandalizari propter quod non plenius humilitatem imitatus est puerilem. Et cōferamus euangelistarū dicta de capitulo isto, si forte manifestior fiat sensus, propter spiritum sanctū quem diximus puerum illum intelli-
Mar.9 gi posse. Et Marcus quidem dicit: Et accipiens puerū statuit in medio discipulorum, & complexus eum dixit eis: Si quis unum puerū talem receperit in nomine meo. Lucas
Lucæ 9 autem ita: Et accepit puerum, & posuit eum non solum in medio eorum, sicut ait Matthæus & Marcus, sed apud se: & dixit discipulis suis nō ita, si quis acceperit unum puerum talem, uel unum de talibus pueris: sed ita, si quis acceperit puerū hunc in nomine meo. Secundum Matthæum ergo & Marcū, potest quis dubitare utrum puerum spiritum sanctum dicat: quia sic dixerunt, Si quis acceperit unum puerum talem. Secūdum Lucam autem quis ambigit posse intelligi puerum illum spiritum sanctum, cum dicat, Si quis acceperit puerum hūc in nomine meo? Secundum Lucam ergo debemus puerum illum, id est spiritū sanctum, quem accipiēs Iesus posuit apud se, suscipere in nomine Iesu. Viuit enim puer ille quasi immortalis: & debemus eum ab ipso Iesu constitutū apud Iesum suscipere in nomine Iesu: quoniā cum sit Iesus nunquā recedens à puero illo, fit apud eum qui receperit puerum in nomine eius. Et quoniam nec pater recedit à filio, si quis receperit filium, recipit apud se simul & patrem. Qui autem recepit & puerum in nomine Iesu, & Iesum in nomine patris, in omnibus minorē se præbet discipulis Christi seipsum minorans: & quanto magis se minorauerit, tanto maior efficitur ab eo qui ei minorationis dedit mandatū. VAE huic mūdo à scādalis. Necesse est enim

uenire scandala. Veruntamen uæ homini illi per quem scandalum uenit.] Digna est res quærere in hoc loco, quid dicit esse mundum cui promittitur uæ, cui omnia scandala afferunt uæ. Intelligere autē aliquid poterimus, si congregemus scripturarum exempla, in quibus nominatur mundus. Arbitror ergo quia non cœli & terræ spaciū secundum scripturas diuinas dicitur mundus, sed terrenus iste tātummodo locus, uel homines qui sunt habitatores loci istius. Sic enim intelligitur illud quod ait: In mundo enim erat uerū illud lumen, id est in loco terræ nostræ quā habitamus: & mūdus per ipsum factus est, id est orbis terræ: & mūdus eum nō cognouit, id est homines habitatores terræ istius. Incongruū enim est, Et mundus eum non cognouit, referre ad elementa cœli & terræ: ut dicat aliquis, quoniam sol & luna & stellæ uel aqua uel terra uel angeli qui sunt in uniuerso hoc mundo, lumen illud uerū non cognouerunt, & non cognoscētes eum conseruauerunt ab eo sibi ordinem constitutū. Secundum hunc enim sensum, in-
Ioan.17 telligitur etiam illud. Et nūc honorifica me tu pater eo honore quem habui ante quàm mundus esset apud te. Manifestaui nomē tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Et post pauca: Ego (inquit) pro eis rogo, nō pro mundo rogo, sed pro eis quos dedisti mihi. Itē post pauca: Et hi in mundo sunt, & ego ad te uenio. Et iam nō sum in mundo, & isti in mundo sunt. Item post pauca: Et ego ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeāt gaudiū meum plenum. In se ergo mundus dicitur, uel locus iste terrenus, uel homines qui sunt in eo. Ex enim mūdo dedit filio homines pater, pro quibus rogat filius patrem solis, & non pro omniū hominum mundo. Nam ubi magis necessarium est ut seruemur à patre, quàm in mundo, quem dicit Ioannes: & mundus totus positus est in maligno? Item in sequentibus. Vt mundus credat quia tu me misisti. Ergo locus iste, & homines qui sunt in eo dicuntur mūdus, quibus uæ à scandalis. Omnibus enim hominibus, quos tamen scandala uincere possunt, uæ est à scandalis. Quod non procedit ut de elementis mundi intelligamus. Si autē uæ est mundo à scandalis, non autem sunt discipuli Iesu de hoc mundo, sicut nec magister eorū de mundo est, nemini discipulorum Christi potest esse à scandalis uæ: quoniā pax multa diligentibus nomen dei & nō est illis scandalum. Si autē aliquis uidetur quidem esse discipulus Christi, adhuc autem est de mundo, propterea quod diligit mundum, & quæ sunt in eo: id est aut uitā istam carnalem, aut possessiones terræ istius, aut pecunias, aut speciem qualemcunq;, ut non conueniat ei quod dictum est discipulis Iesu, quoniam non sunt de mundo: sine dubio possidebit, quasi de mundo cōstitutus uæ, quod mūdo accidere solet. Si ergo uolumus declinare hoc uæ, suscipiamus in nobis affectū apostoli Pauli dicētis, Mihi autem absit Gal.6 gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo. Nemo autem amator corporalium specierum uel iumentorum uel aliquarum concupiscibiliū rerum, uel uitæ istius carnalis, potest uere dicere: Mihi mūdus crucifixus est, & ego mūdo. Sancti enim qui sunt in hac habitatione, ingemiscunt corpore humilitatis grauati, & omnia faciunt ut digni efficiantur in illo resurrectionis mysterio inueniri, quando transformabit deus corpus humilitatis non omniū, sed tantum discipulorum fidelium Christi, ut fiat conforme corporis gloriæ Christi. Sicut ergo nihil eorū ex quibus uæ cōtingere solet, contingit discipulo Christi: nam etsi mille sint scandala, non tangunt eum qui nō fuerit de hoc mundo: sic qui receptor fuerit factus scandali, aut propter inconstantiā fidei suæ, aut quia non ex toto corde cōsentit salutaribus Christi mandatis, ut iam non uideatur discipulus Christi, tanta scandala comprehendent eum quantis fuerit obligatus in mundo. Necesse est enim uenire scandala. Aliud enim sunt ipsa scandala, aliud aūt homines per quos ueniunt scandala. Ergo uenientia scandala sunt angeli satanæ, & malignus chorus dæmoniorū, qui quærunt organa digna per quos operentur: & plerunq; quidem inueniūt, qui omnino extranei sunt à cultura dei: interdum aūt & eos qui uidentur fideles: quibus maius uæ per quos cōtingit, quàm mundo cui contingit. Nam multo peius erit qui scandalizat quàm qui scandalizatur: si quidem uerum est esse differentiā tormētorum, secundum illud quod ait: Re- Matt.11 missius erit Tyro & Sidoni quàm ciuitatibus in quibus fecit uirtutes, & correptæ non sunt. Si enim uæ mundo à scandalis, ei quidem qui scandalizatur iuste est uæ, quia miscens se mūdo, uoluntarie receptor scandali factus est. Ei aūt grauius erit uæ, per quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſcandalum uenit, quoniam præbuit ſe ſpiritibus immūdis ſcandalizantibus miniſtrum ad ſcandalizandum homines infirmos & mundiales. Si autē hæc diligenter intelligeremus quæ dicuntur: Væ per quem ueniunt ſcandala, &: Qui ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis, expedit ei ut alligetur mola aſinaria collo eius, & demergatur in profundum maris, quoniā ſic uindicat deus eos qui ſcandalizati fuerint ab eis qui ſcandalizauerunt, & quæ intelligeremus timeremus: nunquā peccaremus in fratres, nec percuteremus cōſcientias eorū infirmas, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, propter quos quaſi in Chriſtum peccantes ſubibimus pœnas cum requiſitæ fuerint animæ, quæ propter nos perierunt ex nobis. Deinde uideamus quomodo intelligere debeamus quod ait:

Neceſſe eſt ut ueniāt ſcandala.] Similiter enim exponit etiam Lucas dicēs: Impoſſibile eſt ut non ueniant ſcandala. Et ſicut neceſſe eſt mortalem mori, & impoſſibile eſt ut nō moriatur: & ſicut neceſſe eſt manducare hominem in corpore cōſtitutum, & impoſſibile eſt ut ſine eſca qui corporalis eſt uiuat: ſic neceſſe eſt uenire ſcandala, & impoſſibile eſt ut non ueniant. Et uide ſi potes accipere ad exemplum malitiā, quæ eſt in cœleſtibus, neceſſarie copulatā eſſe uirtutibus. Impoſſibile eſt enim inueniri hominē omnino ſine peccato, & abſq; peccato ſuſcipere poſſe uirtutes: quia nec poteſt eſſe uerum bonum, niſi habeat impugnationē mali. Sicut ergo neceſſe eſt ſuſtinere malitiam cœleſtiū, & impoſſibile eſt eam non ſuſtinere: ſic neceſſe eſt uenire ſcandala, & impoſſibile eſt ut non ueniant. Maxime ſi intellexeris malitiam malignarū uirtutum principalem eſſe malitiæ iſti quæ in hominibus eſt, & ſemper quærentē organa quædam per quæ operetur aduerſus homines mundi. Forſitan aūt & irritantur magis malignæ uirtutes, quanto magis uerbum Chriſti in hominibus inualeſcēs expellit ab eis malignas uirtutes, quę prius cōſueuerant habitare in animis eorum: & dęmones qui delectabantur in ſanguine ſacrificiorū, iraſcuntur dum eorum cultura minuitur, nec offerūtur eis ſacrificia cōſueta: ideo ſcandala uenire neceſſe eſt. Et ſcandala quidem ipſa uenire neceſſe eſt, non tamen per illum neſcio quē uenire neceſſe eſt: propter quod ei per quem uenerint, erit uæ, quoniam dedit locum malignæ operationi in ſe uolenti ſcandalizare. Ne putes in natura aliqua uel in ſubſtantia eſſe ſcandala, quæ homines quærunt per quos operentur. Sicut enim deus mortem nō fecit, ſic nec ſcandala creauit, ſed libertas propriį arbitriį in quibuſdam genuit ſcandalum nolens pro uirtute ſuſcipere laborem.

QVOD ſi manus tua uel pes tuus ſcādalizat te, excide eum & proijce abs te. Bonū enim tibi eſt introire in uitā claudum uel debilē, quàm duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem æternū. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te. Bonū eſt tibi unum oculum habentem in uitam intrare quàm duos oculos habentē mitti in gehennam ignis.] Docet nos per parabolam ſermo, quoniā nec proximis noſtris, uel adhærentibus nobis debemus parcere ſcandalizantibus. Superius quū dixiſſet: Antiquis dictum eſt, non adulterabis, ego autem dico, ſi quis uiderit mulierem ad concupiſcendū eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo: poſt hæc uerba ſtatim ſubiunxit: Si dexter oculus tuus uel manus ſcandalizauerit te, oſtendens quoniā de illis membris ſcandalizantibus loquebatur quæ ſunt intra nos. Propterea uoluntates animę expoſuimus ibi eſſe ſcandalizantia membra. Hic aūt cum dixiſſet: Væ mundo à ſcandalis, neceſſe eſt enim uenire ſcandala, ſed uæ per quem ueniunt, uidelicet hominē, ſtatim ſubiungit: Si manus tua, uel pes tuus, uel oculus tuus ſcādalizauerit te: oſtendens quoniam nō de membris ſcandalizantibus quæ ſunt intra nos loquitur, ſed de hominibus qui ſunt extra nos pertinētes ad nos, ita ut manus aut pedes aut oculi exiſtimētur gratia charitatis coniuncti. Et uere quædam ſcandala ex nobis ipſis naſcuntur: ſicut ait Iacobus in epiſtola ſua: Deus neminem tētat, ſed unuſquiſq; tentatur in concupiſcentijs ſuis. Quædam extrinſecus ueniunt, uel ab extraneis, uel à proximis, de quibus præſens loquitur ſermo: & bonū quidem erat, ut laudabilis eſſet & oculus & manus, ut ne poſſit iuſte dicere oculus manui, neceſſaria mihi non es. Si aūt aliquis ex toto eccleſiæ corpore uideatur manus propter aliquem actum, conuerſus autem factus fuerit ſcandalizans, oculus dicat huiuſmodi manui, neceſſaria mihi nō es, & dicens præcidat eam & pellat à ſe. Sic bonum eſt, ut ſit & caput beatum, & pedes tali capite digni, ut ne poſſit caput iuſte dicere pedibus, neceſſarij mihi non eſtis. Si autem aliquis fuerit in eccleſia pes

Iac. 1

pes ſcandalum faciens corpori uniuerſo, dicat caput huiuſmodi pedi, neceſſarius mihi non es, & præcidens repellat eum à ſe. Melius eſt enim ut reſiduū corpus intret in uitā ſine membro ſcandalizāte, quàm totū corpus eccleſię, morbo ſcandali per omnes currente, mittatur in gehennā. Sic bonum quidem erat ut ille qui factus eſt oculus, dignus eſſet capiti Chriſto, & toti eccleſiaſtico corpori. Si autē cōuerſus oculus ille factus fuerit ſcandalū corpori uniuerſo, eijciatur oculus ſcandalizans, & extra omne corpus expellatur, ut ſine illo oculo reſiduum corpus ſaluetur, quàm cum illo oculo debilitato totam eccleſiā mittat in gehennam, intenebratā uidelicet per oculum malum. Chriſtum autem eccleſiæ caput eſſe, nō ego, ſed apoſtolus intellexit. Sacerdotes autem rationabiliter poſſunt dici eccleſiæ oculus, quoniam & ſpeculatores habētur: Diaconi aūt cæteriq; miniſtri manus, quoniā per eos opera ſpiritalia uniuerſa gerūtur: Populū aūt eſſe pedes eccleſiæ: quibus omnibus parcere non oportet, ſi ſcandalum eccleſiæ fuerint facti. Poſſumus autē hoc textu uti etiam de domeſticis noſtris, & quaſi membris ita nobis dilectione coniunctis, ſiue parentibus, ſiue amicis quadā familiaritate dilectis, quibus parcere non oportet animæ noſtræ nocentibus. Præcidamus ergo à nobis quaſi manum uel pedem uel oculum, patrem aut matrē uolentes nos agere contraria pietati, aut filium uel filiam, qui, quantū ad ſe, faciunt nos recedere ab eccleſia dei & à Chriſti dilectione. Sed & ſi uxor gremij noſtri, uel amici unanimes, facti fuerint ſcandala nobis, præcidamus eos ab anima noſtra quaſi non amicos, ſed aduerſarios noſtræ ſalutis. Qui enim nō oderit patrem & matrem, & cætera, quādo tempus fuerit eos odire quaſi aduerſarios & inſidiatores, ut Chriſtum lucremur, hic non eſt dignus filio Dei: & iſtis eſt dicere, quoniā claudus ſaluatur qui perdiderit pedem, id eſt fratrem, & ſolus hæreditans regnū dei ſaluatur. Et ſicut ſine manu quis ſaluatur perdens patrem uel matrem, ut illis pereuntibus ſolus ſaluetur: ſic & ſine oculo quis ſaluatur præcidens oculum ſuum à ſe, id eſt coniugē fornicantem, ut ne cum tali oculo duos oculos habens intret in ignem. Poteſt autem & ſic intelligi, ut actus animæ peccans, manus intelligatur: & inceſſus animæ peccans, pes: & uiſus animæ peccans, oculus: quos oportet præcidere ſi ſcandalum faciūt. Frequenter enim ipſa opera membrorū pro membris in ſcriptura ponuntur, quale eſt illud: Et tuli manus meas ad mandata tua: Non ipſas manus, ſed opera manuū tollimus ad mandata dei, quādo facimus opera digna deo. Et, ad te leuaui oculos meos. Non oculos iſtos, ſed mentem quę per oculos uidet. Item: Conuerti pedes meos in teſtimonia tua. Non pedes, ſed motus animæ cōuertuntur ad teſtimonia Dei, quādo cœperimus uelle cōuerſari ſecundū deū. Quos omnes, id eſt uel uiſum, uel actū, uel inceſſum, oportet abſcindere ſi fuerint mali, ut ſine illis intremus in uitā nō facientes quod uolumus, quàm ut intremus in ignē facientes proprias uoluntates. Et primū quidem beata eſt res ab omni ſcandalo abſtinere, ut nulla uirtus animę cōprehendatur in malo, ſed omnibus utamur bonis. Sic enim cū duobus pedibus & duabus manibus, & duobus oculis animæ corporiſq; intrabimus in uitam æternā. Si autem futurum eſt male utentes quadā uirtute animæ perire propter illam, melius eſt præcidere, id eſt repellere uſum uirtutis illius ſcandalizantis, quàm ut cū reliquis uirtutibus pereamus in toto. VIDETE ne contemnatis unū de puſillis iſtis. Dico enim uobis, quoniā angeli eorum in cœlis ſemper uident faciem patris mei qui in cœlis eſt.] Primum uideamus qui ſunt puſilli quos non oportet cōtemnere. Arbitror autem quoniā ſicut in corporibus differentia eſt, ut quidam eorū ſint puſilli, alij autem magni, alij uero mediocres: ſic in animabus ſunt quædam puſillæ, aliæ aūt magnæ ſecundum ſpiritalem menſuram, ſecundum quam uidet ſolus deus & iudicat. Sed in corporibus nō culpa hominis, ſed propter rationes aliquas ſeminis eſt alius breuis, alius magnus, alius uero mediocris. In animabus autem ex nobis eſt eſſe aliquem uel paruū uel magnum, aut ſecundum opera, aut ſecundū fidem, aut ſecundū aliquos motus: & arbitrij noſtri eſt, ſi proficere uolumus in ſtatu animæ, & fieri magni, aut nō proficere & paruuli remanere. Sic audio & Chriſto ſuſcipienti naturam humanā, & ſecundum naturalia incrementa creſcenti quod ſcribitur: Ieſus aūt creſcebat ſapientia & ætate & gratia coram deo & hominibus. Vnde conſequenter Apoſtolus ait: Donec occurramus omnes in uirum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Occurrere enim in uirum, & hoc perfectum

Pſal. 118
Pſal. 122

Ephes. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

fectum, secundū interiorem hominem intelligendus est ille, qui transcenderit quæ paruuli sunt, & euacuans ea peruenerit in uirum perfectum. Hoc modo intelligenda est esse mensura spiritalis ætatis in singulis animabus, per quā proficit anima una quæque, & ex eo quod magnificat deum, magnificatur à deo. Secundum hanc magnitudinē spiritalis ætatis, & spiritalium incrementorū, & Moyses dicitur fuisse magnus & Ioannes:
Luc. 1 & ipse dominus Iesus de quo Gabriel protestatur: Et erit magnus. Pusilli autē sunt qui nuper in Christo sunt nati, aut tales permanent sine profectu, quasi nuper nati, quibus
1 Cor. 3 rationabile lac necessarium est, qui adhuc carnales sunt: sicut ait Apostolus, & paruuli sunt in Christo, nec capere possunt escā uirilem. Pusilli enim quamuis sint hæredes, tamen quia pusilli sunt quasi nihil differentes à seruis quàm diu pusilli sunt, seruitutis habent spiritum in timore. Qui autem per dilectionem dei perfectam, miserit foras timorem, iam non habet seruitutis spiritum in timore, sed spiritū adoptionis filiorum in dilectione Dei. Item requires pusillorū istorum angeli qui præsunt eis quando incipiunt curam eorū habere, utrum ex quo per lauacrum regenerationis geniti sunt in Christo, quasi tunc nascentes infantes, & ultra non subiecti cuidam aduersariæ potestati: an ex tempore natiuitatis eorum carnalis secundū prescientiam dei & prædestinationem ipsius, quos præsciuit & prædestinauit, ut sint cōformes gloriæ Christi. Vides quoniam qui caute utrumq; discusserit, illius est affirmare, utrū eorum sit uerum, & ad testimonium proferre scripturā uni ex duobus cōsentientem. In utraq; enim parte multus quidem sermo fieri potest, tamen ex multo parum aliquid proferamus. Qui enim uolunt, mox ut quis fuerit natus eorum qui prægogniti sunt à deo, accipere angelum præpositum sibi, utrētur Apostoli uoce dicentis:
Gal. 1 Qui me segregauit ab utero matris meæ ut reuelaret filium suum in me: quasi ex eo necessariū habeat angelum se regentem, quoniam segregatus est secūdum præscientiam dei. Item in epistola Iudæ scriptum est ita: In deo patre dilectis, & in Iesu Christo conseruatis & uocatis. A quo conseruatis, nisi ab angelis quibus traditi fuerant, ut cōseruentur & eruantur ab omni malo, qui prægogniti & prædestinati habebantur? Item profert & illud quod in psalmis est dictum: De uen-
Psal. 70 138 & 22 tre matris meæ tu es meus protector: ut sit protector prægnitorum deus, per angelos ad hoc ipsum ministeriū deputatos. Sic & illud accipiet: Suscepisti me de utero matris meæ. Item: Ad te proiectus sum ex utero, & alia mille huiusmodi habentia sensum. Qui autem uult ex eo hominibus dari angelum adiutorem, ex quo per lauacrum regenerationis facti sunt tunc nati infantes in Christo, dicet non esse credibile, insensatis & incredulis, & errantibus & seruientibus desideriis uariis, & immūdis in malitia & inuidia degentibus, odibilibus & odientibus inuicem, fornicariis & adulteris, interdum autem & masculorum cōcubitoribus, latronibus & ebriosis atq; rapacibus præesse angelum sanctum, ut maculetur in huiusmodi actibus hominis cui datus est custos. Sed est homo quidem in tempore infidelitatis suæ, & peccatorum suorum ex infidelitate nascentium sub angelis satanæ & spiritibus malignis, & immundis dæmoniis. Cum autem susceperit fidem, tunc Christus qui est redemptor, qui precio sui sanguinis eum redemit à malignis dominis, credentem in Deum tradit eum angelo sancto, & propter mūditiam semper uidenti faciem patris. Secundum ea quæ sumus interpretati de pusillis discipulis conueniens est dicere: quoniam non habuit necessarium Christus mādare de magnis & perfectioribus fidelibus non contemnendis, sed de pusillis: propterea non simpliciter dictum est, ne contemnatis unum de istis omnibus discipulis quos uidetis: sed ita, unum de pusillis istis: quos cognoscebat esse pusillos qui uidere poterat modicitatem & magnitudinem inuisibiliū animarū. Talia & superius diximus: Si quis scandalizauerit unum de pusillis istis credentibus in me. Alius autem forsitan dicit pusillum hic dici perfectum, secundum illud quod alibi ait: Qui autem minor fuerit in omnibus uobis, hic erit maior. Qui enim humiliauerit se, imitator existens illius qui semetipsum humiliauit pro salute humana in medio omniū credentium, siue ille apostolus fuerit siue episcopus, ipse est pusillus quem Christus ostendit. Talem se pusillum e-
Ephes. 3 tiam Paulus ostendit dicens: Mihi minimo omnium sanctorū data est gratia hæc. Sed huiusmodi expositioni illud quod dicitur: Si quis scandalizauerit unū de pusillis istis, & cætera, non uidetur conuenire, uel illud quod dicitur sic: Non est uoluntas patris mei qui

mei qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis: quoniam talis pusillus qui uere perfectus est non scandalizatur, nec perit. Pax enim multa diligentibus legem dei, & non est illis scandalum. Et quoniam non perit pusillus huiusmodi, dicere potest: Quis nos separabit à charitate dei, quæ est in Christo Iesu? & cætera. Sed qui hāc expositionem existimat ueram, dicit quoniam & iusti hominis anima uertibilis est, & scandalizatur aliquādo etsi nō facile, sicut testatur Ezechiel, dicens etiam iustum à mandatis dei posse Ezech. 33 recedere, ita ut non imputet ei iustitia prior. Propterea dicit: Si quis scandalizauerit unum de pusillis istis: & quia non est uoluntas patris mei ut pereat unus de pusillis istis. Qualis autem expositio sit uerior, & tu sicut potueris iudicabis. Post hanc parabolam sequitur de ouibus centū, & una ex eis errata pariter & inuenta. Hanc sicut potuimus tractauimus, exponentes euangelium quod est secundum Lucam, quoniam & ille memor fuit parabolæ huius. Ne ergo repetere uideamur, hic prætermittentes transmittimus ad expositionem euangeliī secundum Lucam, omnem uolentē cognoscere quid senserimus in ista parabola.

TRACTATVS VI

I N illo tempore, dixit Iesus Petro: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbū. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.] Videamus ne forte sententia hæc non de quocunq; peccato posita sit. Quod si aliquis qui nominatur frater peccauerit aliquid eorū peccatorum quæ sunt ad mortem, utputa masculorū concubitor est factus, aut adulter, aut homicida, aut mollis, nunquid & istum talem sicut aliquem modica peccantem rationis est ut arguat solus ad solum: & siquidem audierit qui talia illa peccauit, statim eum dicere lucrifactū: & si non audierit, nō prius eum expelli de ecclesia, nisi priusquā & coram testibus argutus & ab ecclesia perstiterit in actu priori? Non autē ignoramus, quoniā sequens alius uerba, & aspiciens ad immensam misericordiam Christi dicere potest, quoniam cum uerba ipsa Christi nullam differentiam faciant peccatorum, superfluum faciunt, & contra Christi misericordiam, qui hæc ad minima tantum pertinere distinguunt. Sed eum qui taliter sentit, non arbitror ad utilitatē communem ista sentire. Alius autem ipsa uerba caute considerans, & nihil extrinsecus subaudire uolens, non de omni peccato hæc dicta defendit, quoniam qui grandia illa peccat, nec est frater, nisi forte nominetur frater. Differentia enim est inter fratrem & eum qui nominatur frater. Et quoniā distant à se, propterea dicit Apostolus: Si quis frater nominetur in uobis, sit autem fornicarius aut auarus, aut idolorū cultor, & cætera, cum talibus nec cibū sumere. Nemo enim idolorum cultor aut fornicator, aut auarus frater est. Et quamuis nomen baiulet Christi, tamē frater nominetur, non autem & proprie frater est. Sicut ergo æstimatione eminentis misericordiæ Christi negligentibus peccandi occasionē dat, qui ad omne peccatū generaliter hæc pertinere exponit: sic econtra qui docet in minimis & humanis peccatis peccantem, post agnitionem testium, uel ecclesiæ fieri oportere sicut publicanū, & ethnicum in peccatis, quæ non sunt ad mortē, aut sicut lex appellat in Numeris, nō mortiferis, aliquid crudelitatis uidetur inducere. Nec enim existimo cito aliquē inueniri in ecclesia, qui non iam ter in eadē culpa argutus sit, utputa in detractione, qua inuicē homines detrahunt proximis suis, aut inflatione, aut in epulatiōe, aut in uerbo mendacij uel ociosō, aut in tali aliqua culpa leui, quæ etiā in illis qui uidētur proficere in ecclesia frequēter inueniuntur. Considera ergo ne forte & illos qui æstimatione immēsæ misericordiæ Christi, etiam ad peccata maiora hęc pertinere interpretātur, præterit intellectus loci: & istos qui hæc ad minima peccata asserūt pertinere, & propterea peccatorē minimorū peccatorum nisi bis uel ter argutus emendauerit se, statim sicut ethnicū & publicanū fieri arbitrātur. Quid ergo? is qui ter argutus quasi ethnicus & publicanus factus fuerit arguēti, utrum omnino pereat, aut aliquid patiatur? Deus scit, nos autem pronunciare non possumus secundum quod scriptum est: Nolite iudicare, ut nō iudice Matt. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini.Itē: Nolite ante tēpus quid iudicare, donec ueniat dñs qui illuminabit occulta tenebrarum,& manifestabit consilia cordiū.Primū quidem quoniam licet ei qui ter arguitus non obaudiuit,in quarto audire,ut iam nō sit sicut ethnicus & publicanus. Memores enim esse debemus eius quod dictū est:Sic non est uoluntas patris mei, ut unus ex minimis istis pereat.Sic enim oportet nos omnes præsentari ante tribunal Christi, ut reportet unusquisq; propria corporis prout gessit siue bonum siue malū. Deinde quia scriptū est,Secundū opera manuū uestrarū cōtinget uobis: & nō multipliciter, aut dupliciter aut septupliciter recipient de manu dñi peccatores. Aliquando aūt non secundum opera manuū hominis redditur ei,sed ampliusq; peccauit,Hierusalem enim sicut docuit Esaias, duplicia recepit de manu dñi ob sua peccata. Vicini aūt Israel quicūq; sūt illi, septuplum recipiunt, secundum quod ait in Psalmo: Redde uicinis nostris septuplum in finibus eorum, Et alij inueniunt redditionis modi, quos si intelligamus, sciemus qm̄ expedit recipere in hoc mūdo. Nouissime aūt quia nō puriter dixit,sicut ethnicus & publicanus,sed ita sit tibi.Qui ergo in peccato leui correptus ter,secundū quod diximus,nō se emēdat, nos quidem sic eum debemus habere quasi publicanū & ethnicum,abstinentes ab eo ut confundatur.An autem etiā à deo quasi publicanus & ethnicus iudicetur,nō est nostrū pronunciare,sed est in iudicio dei. Conuenienter aūt adiunxit post tres argutiones facto aliquo sicut publicano & ethnico: Quæcūq; ligaueritis super terram,erunt ligata in cœlo,& quęcunq; solueritis super terrā, erunt soluta & in cœlo.Iuste enim ligauit qui ter arguit,& non est auditus, eum qui factus est sicut publicanus & ethnicus. Propterea ille talis alligatus est, & condemnatus est apud oīes qui sunt in cœlo.Ita & si argutus emendauerit se,ut iam funiculus peccatorū suorū non sit ligatus,iuste solutus est etiā ab eis qui sunt in cœlo. Tamen & illa quæ superius soli Petro sunt dicta,uidentur etiā istis omnibus dicta,qui ter peccātes arguerint, si auditi nō fuerint,& alligauerint super terrā iudicātes peccatorē sicut publicanū & ethnicū. Sed quoniā oportebat aliquid maius habere Petrū præ illis qui ter arguerant, ideo illi quidem sic dicit: Et tibi dabo claues regni cœlorū,& quæcunq; solueris super terrā, erunt soluta & in cœlis:& quęcunq; ligaueris super terrā, erunt ligata & in cœlis. Non ergo modica differentia est quod Petro quidem datæ sunt claues non unius cœli,sed multorum cœlorum,ut quæcunq; ligauerit super terrā , sint ligata nō tantū in uno cœlo, sed in omnibus cœlis:& quæ soluerit super terram,sint soluta nō solum in uno cœlo,sed in omnibus cœlis.Ad eos aūt qui multi sunt ligatores & solutores in terra sic dicit, ut soluant & alligent,nō in cœlis sicut Petrus,sed in uno cœlo,quia non sunt in tanta perfectione sicut Petrus,ut alligent uel soluant in omnib. cœlis. Quanto ergo melior fuerit qui ligat,tāto qui alligat amplius & in uno cœlo alligat: & quāto melior fuerit qui soluit,tanto beatior erit qui soluit,quoniā in omnibus solutus est cœlis. Iterū amen dico uobis, quia si duo uestrum cōsenserint super terrā de omni re, quācunq; petierint fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim duo uel tres fuerint congregati in nomine meo,ibi sum in medio eorū. In primis uideamus sapienter,si potest iste cōsensus esse in multis,uel in toto cōuentu,ut in medio eorū sit Christus: quia angusta & tribulata uia est quæ ducit ad uitā,& pauci sunt qui inueniunt eā. Forsitan aūt hoc tali consensu nec pauci consentiunt sibi per omnia,sed duo forte uel tres,sicut Petrus & Iacobus & Ioannes,quibus quasi consentientibus sibi per omnia ostendit uerbū dei gloriā suam,ex eo quod non habebat speciē neq; decorem,uertens se ad gloriam suam,ut uestimenta sua ostenderet eis splendentia sicut lumen.Consenserunt aūt & duo, Paulus & Sosthenes scribentes Corinthijs epistolam primam.Itē Paulus et Timotheus mittētes secundam. Et tres cōsenserūt, ut esset Christus in medio eorū, Paulus & Syluanus & Timotheus scribentes Thessalonicensibus.Item in ueteri testamento inuenimus cōsentientes tres super terrā,ut esset in medio eorū uerbum dei, sicut ostendit suprascriptio psalmi quadragesimiprimi cōtinens ita:In finem in cōsensu filijs Chore. Cum essent tres filij Chore quorū nomina inuenimus in Exodo, Asir, qui interpretat eruditio, secūdi Helcana, quod intelligit dei creatura, tertij Abiasaph quod interpretat cōgregatio patris: prophetiæ ergo nō sunt diuisę,sed quasi ex uno spiritu,quasi ex una anima,& ex una uoce, cōsensu uidelicet opāte in eis, sunt dictę & scriptę,& loquuti sunt tres quasi unus dicētes: Sicut

Psal.39

Esa.40

Matt.16

tes:Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te deus. Dixerunt autem & pluraliter in quadragesimotertio, Deus auribus nostris audiuimus.Ideo & Apostolus præcipit dicens: Vt sitis perfecti in eodem sensu & in eadem sentētia. Et in actibus de cōsentientibus dicit,Erat aūt credentiū cor unum, & anima una: quoniā facti fuerant unū, si tamen possibile est sicut diximus in multis inueniri per omnia unū sentientes,ut nec modica sit dissensio inter eos. Nō aūt consentiebant Corinthij dicentes,Ego quidē sum Pauli,ego aūt Apollo,ego uere Cephæ & ego Christi: sed erat in illis schisma, quo soluto congregabantur cū spiritu Pauli & uirtute dñi Iesu, ut iam non essent alius aliū se mordentes & comedentes, ut cōsumerent ab inuicē.Cōsumit enim dissensus,sicut cōgregat cōsensus,& separat Iesum qui in medio cōsentientium sibi solummodo inuenit.Et proprie quidē in duobus istis generibus fit cōsensus:in fide,sicut ait Apostolus: Vt sitis perfecti in eodē sensu,id est secundū eadem dogmata: & in eadē sententia,id est ut similiter conuersent.Ideo dicit:Si duo uestrū cōuenerint super terrā de omni re, quicquid petierint fiet eis. Manifestū est aūt quoniā ubi non sit de omni re consensus , nec duo conuenerunt super terram. Et ista est causa,propter quam non exaudimur orantes,quia non consentimus nobis per omnia super terrā, neq; dogmate,neq; conuersatione. Adhuc aūt,si corpus simus Christi, & posuit deus singula membra in corpore,ut id ipsum sapiant mēbra,& cōsentiant,& solicita sint,& patiente mē bro uno cōpatiātur omnia,& glorificato congaudeant omnia, debemus in nobis mu sicum istum seruare cōcentū.Sicut enim in musicis nisi fuerit cōueniētia uocum,non delectat audientem:sic & ecclesia nisi consensum habuerit, non delectatur deus in ea, nec audit uoces eorū.Consentiamus ergo , ut congregatis nobis in nomine Iesu, sit Iesus in medio nostrū,uerbum scilicet dei & sapientia & uirtus ipsius. Est & alia expositio uerborum istorum, quam exposuit aliquis ante nos exhortans ad castitatem coniuges.Si duo (inquit) uestrū cōuenerint, id est uir & uxor ex cōsensu semetipsos abinuicē separantes à corporali cōiunctione, ut uacent orationi: tunc em̄ orantes de omni re quācunq; petierint consequent , præstante eis deo per talem castitatis consensum . Et iste cōsensus nō uidetur coniugiū soluere,sed uirtutē continentiæ exercere.Si aūt alter uoluerit caste agere,alter uero noluerit aut nō potuerit, & propterea ille uolens & potens non cōdescenderit nolenti & non potenti,nō erit in eis quod dicitur, De omni re quamcunq; petierint fiet eis.Scio & aliā expositionē.In malis enim hominibus peccatum carnis animæ dominat ad obediendum ei in desideriis eius. In his aūt qui expulerunt quasi de throno corporis sui peccatū, quod regnauerat prius in eis, & certant aduersus ipsum,caro quidem cōcupiscit aduersus spiritū,spūs aūt aduersus carnem.In uiris autem perfectis obtinuit spiritus, & opera carnis mortificauit, & cōmēdauit uitam suam carni,ut uiuificet mortalia corpora sua propter inhabitantē spiritū in eis,& fit cōsensus duorū, spiritus & carnis super terram:quo consensu expleto, & oratio transmittitur corde quidem credenti ad iustitiam, ore autē confitenti ad salutem, ut cor non sit longe à deo,sed cū eo,ut iam nō labijs appropiet ei: & sic fiunt duo cōgregati in nomine Iesu. Adhuc aūt beatius est,si tres cōuenerint in nomine Iesu, ut impleatur Apostoli cum illud uotū.Deus aūt sanctificet uos ad perfectū,& integer spūs uester & anima & corpus sine macula seruetur in aduentū dñi nostri Iesu Christi. Potest aūt fieri, ut duo conueniant sine tertio.Iucundum est autem istum consensum intelligere etiā circa cōueniētia duorū testamentorum.In quo enim testamenta duo conueniunt sibi, ut nullus sit inter ea dissensus, eorū inuenitur oratio de omni re acceptabilis deo. Si autem & tertium congregatorem duorum requiris,non te pigeat dicere spiritū esse sanctū: quoniam sermones sapientium siue ante aduentū,siue in ipso aduentu,siue post aduentum sunt quasi stimuli,sunt quasi fixorij implantati,dati ab uno pastore.Sicut enim duos bones altercantes stimulus cogit in unum uenire, ita & sermo sapientium duo testamenta conueniētia reddit,etiam si in quibusdam inconuenientia uideantur apud eos,qui non possunt attingere profundum consensum eorum . Nec illud prætereas , quoniam non dixit in medio eorū ero,sed in medio eorū sum.Ergo non medius futurus est,nec medius esse tardabit, sed mox ut cōsenserint inuenitur Christus in eis,quoniā & Christus confessus est ipse. TVNC accedens Petrus dixit ei:Domine quoties peccauerit in me

Psal.24

1 Cor.1

Act.4

1 Thess 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

in me frater meus, & dimittam ei? uſq; ſepties? Dicit ei Ieſus, non dico tibi uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties.] Quod putatur ſimpliciter dictũ à Petro, quaſi putante ſe ptẽ peccata fratri dimittere peccanti in ſe, octauũ aũt nequaq; : à Saluatore autẽ quaſi docente proximi in ſe peccata non ſolum ſeptem dimittere oportere, ſed etiam ſeptua ginta ſeptem: poſt ſeptuaginta aũt ſeptẽ iam neq; fratri dimittere: ſatis mihi uidetur cõ temptibile & indignum, & quãtum ad Petri profectum in Chriſto, & quantũ ad Chri ſti eminentiſſimum intellectum. Ergo ne forte etiam hæc uerba habent aliquem ſimi lem intellectum eis quæ dicuntur in Geneſi? Numerus ergo ſextus uidetur eſſe operis & laboris. Septimus autem repauſationis. Et uide ſi potes intelligere, eum quidem qui diligit mũdum, & ea quæ ſunt in mũdo operatur, & ſecularia agit, dicere ſepties pecca re, & finem ei peccatorum eſſe numerum ſeptimum. Tale ergo aliquid intellexit Pe trus, ſeptem peccata exiſtimans indulgere proximi ſui in ſe. Quoniam autem decades & hecatontades aliquem ſermonẽ cõmunem habent ad numerum qui in monadibus eſt, & ſciebat Chriſtus extẽdere aliquos peccata ſua etiã ulterius, propterea exiſtimo Chriſtum iuxta ſeptenarium numerũ, etiam ſeptuaginta addidiſſe, ut dicat remiſſionẽ fieri oportere fratribus in hoc mundo degentibus, & ſecundum res huius mundi pec cantibus. Si autem aliquis ſupergrediens ea peccata quæ fieri ſolent in rebus mundia libus & ſecularibus ultra peccauerit, ſi tamen & hoc poſſibile fuerit, iam non habebit iuſtam remiſſionem peccatorũ ſuorum: quoniam remiſſio in iſtis rebus locum habet, & in iſtis peccatis iuſte præſtatur, ſiue tardius fiat remiſſio, ſiue cito. Non eſt ergo re miſſio neq; fratri qui ſupra ſeptuagies ſepties peccat. Conſidera autem ſi potes, & in na tura omnium peccatorum ubicunq; , uel quandocunq; factorum, uel fieri potentium quoniam eſt differentia, cogitationem aliquam habens ad numeros: ut dicas omnium peccatorũ peſſima eſſe quæ ſunt ſupra numerũ ſeptuaginta ſeptem, quando nec Ieſus cõſiliatur Petro ſuo remittere ſupra numerum illum peccata, & ſi à fratre fiant in eum. Adhuc autem conſidera ſi potes ſecundum ea quæ de Petro tradimus, cui portæ non præualent inferorum, & hic intelligere eum, ut quaſi in Petrum aliquis peccet, qui in talem peccauerit qualis fuerit Petrus, & ſecundum eiuſmodi quidẽ peccata eſſe eum in minori numero non habenti peccatorum remiſſionem.

TRACTATVS VII

N illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt re gnum cœlorũ homini regi, qui uoluit rationẽ ponere cum ſeruis ſuis. Et
1 quum cœpiſſet rationẽ ponere, oblatus eſt ei unus qui debebat decẽ mi lia talenta. Et reliqua.] Propoſitum quidem parabolæ uult docere faciles nos eſſe ad indulgendũ eis qui nocuerint nobis, maxime ſi poſtq; nocue rint, ſatisfaciant nocitis nobis, & deprecentur dari ſibi ueniã eorũ quæ offenderunt. Il lud quoq; nos inſtruit, quod etiã eorũ peccatorũ quæ iam nobis à deo indulta ſunt, re uocationẽ faciet deus etiã poſt indulgentiã, niſi indulſerimus offendentibus nos ita ex corde, ut nec modicam aliquam memoriã offenſionũ earũ apud nos reſeruemus. Poſt hanc parabolæ uoluntatem, eſt quidem & ſimpliciter per ſingula uerba eam diſcutere uniuerſam, ut negotiet quis ex ipſa diſſenſione dictorũ, qui ſingula diligẽter inquirit. Eſt & ſublimior expoſitio & myſterialior, ſecũdum quam rationis eſt quærere quis eſt rex & qui ſerui, & quod principium ponendi rationẽ cum ſeruis, & quis eſt debitor ta lentorũ multorũ, & quæ uxor eius & filij eius, & quæ omnia eius quæ rex uendi præce pit, ut reddatur debitũ de facultatib. eius: quid eſt egredi eum qui accepit indulgẽtiam talentorũ multorum: uel quis eſt ille cõſeruus unus, qui non patrifamiliâs, ſed ſeruo in dulgentiam debitorũ ſuorum conſecuto debebat: & quid ſibi uult numerus centum denariorum, & quid eſt effocare & dicere, redde quod debes: & quis eſt ille carcer in quem conſeruũ ſuũ detruſit indulgentiã conſecutus talentorũ multorum: & qui cõſer ui, qui ſunt cõtriſtati, dño nunciantes omnia facta, & qui ſunt tortores quibus traditus eſt is qui conſeruum ſuũ detruſit in carcerẽ, & quomodo reddidit tortoribus traditus omne quod debuit, ut iam nihil deberet, lam nunc propoſitã expoſitionẽ tãgimus. Si mile eſt (inquit) regnũ cœlorũ homini regi. Si regnũ cœlorum aſſimilatũ eſt cuidam homini

homini regi, uideamus in primis quid ſit hoc ipſum regnũ cœlorũ quod aſſimilatũ eſt homini regi, niſi filius dei. Ipſe eſt enim regnũ cœlorũ. Et ſicut ipſe eſt ſapientia, ipſe eſt iuſtitia, ipſe ueritas, ita ipſe eſt regnũ. Regnũ autem non alicuius eorum qui ſunt deor ſum, nec quorundam eorum qui ſurſum habentur, ſed omnium qui ſunt ſurſum qui ap pellati ſunt cœli. Secũdum hoc dicere potes, quoniã ipſorũ eſt Chriſtus ſecundũ quod ipſe eſt regnũ, regnãs quotidie in ſenſibus eorũ, ſicut eſt regnãs & iuſtitia & ſapientia & ueritas, cæteræq; uirtutes in eo qui factus eſt cœlum per hoc quod portauit cœleſtis imaginem. Hoc ergo regnum cœlorũ quãdo factũ eſt in ſimilitudine carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatũ: tunc ſimilis factus eſt homini regi uniẽs eum ſibi, & per omnia faciens eum ſibi unũ: & ſecundũ hoc myſteriũ ſuſcepti hominis factus eſt Ieſus Chriſtus, quoniã qui coniungit ſe domino, fit ſpiritus unus cum eo. Hoc itaq; regnum cœlorũ quod aſſimilatũ eſt homini regi, per anticipationẽ dicitur, quia uoluit ponere rationem cum ſeruis ſuis. Nondum enim ponit. Poſiturus eſt autẽ, ut appareat quomo do unuſquiſq; domini ſui & regis probabilib. & intelligibilib. pecunijs uſus eſt. Quas quidam quidem amplius, alius autẽ accipit minus: ſecũdum enim uirtutẽ uniuſcuiuſq; alij quidem dantur quinq; talenta quaſi tantũ ſufficienti tractare, alij aũt duo, quaſi mi nus po tenti, alij aũt unum, quaſi adhuc impotentiori. Et ſi quis conſideret uarietatem humanarum animarũ, & ingenia hominum diſtantia inter ſe, quoniã iſte quidem facit ad plures uirtutes, ille autem ad pauciores, alius uero ad iſtas facit, ad illas autem non fa cit, forſitan intelligere poteſt quomodo unaquæq; anima uenit cum aliquibus domini cis pecunijs in hunc modum. Adhuc autem quæres utrũ omnes homines ſerui ſunt re gis huius, aut quidam quidem ſerui, quos præſciuit & prædeſtinauit, alij aũt non ſerui, ſed qui negotiãtur cũ ſeruis? De quibus & dicitur cuidam ſeruo. Num oportebat te da re pecuniã meam ad mẽſam, ut ego ueniens cum uſura recepiſſem eam? Et ſic requires utrum extra ſeruos habentur, à quibus cum uſuris promittit ſe recepturũ dominus, nõ ſolum qui ſunt alieni à fide, ſed etiã credentiũ quidam: ſerui autẽ hi ſoli quantũ ad iſtas parabolas, qui diſpenſatores uerbi habentur, & quibus hoc eſt cõmiſſum, ut negocien tur, & fœnerent. Nec enim omnibus conſequens eſt intelligere dictum, Negotiamini donec redeo. Et ſequitur, ut cum poſita fuerit ratio cum ſeruis, requiratur etiã quæcũq; fecerunt ſerui ad eos qui extra domũ fuerant regis. Nec enim conſeruus inuenitur fuiſ ſe uillico illi iniquitatis, qui centũ tritici coros debebat, aut centũ olei batos, ſecundũ quod ipſe uillicus manifeſtat dicens: Quantũ debes domino meo? Et nõ dixit domino noſtro. Intellige autem mihi omnem quidem actum bonũ lucrum dici, malum aũt diſ pendium. Et ſicut eſt differentia inter lucrũ & lucrum pecuniarũ, ſic & in bonis ope ribus differentia eſt inter bonũ opus & bonum: ſic differentia eſt inter malum opus & malum. Quorũ differentiã ſolus deus ſcit, qui poteſt talia iſta diſcutere, & ex ipſo affe ctu uerborũ & actuũ uidet quæ noſtra ex nobis uidenẽ, ſed non ſunt ex nobis: & quod eſt opus magnũ lucrum, uel quod mediocre, uel quod exiguũ: e contrario quod pecca tum, magnum diſpẽdium inuenitur cum ratio ponitur, uel quod minimũ, uel quod eſt damnum nouiſſimi quadrantis. Omnis ergo uitæ noſtræ ratio eſt ponẽda à rege, quan do omnes nos præſentari oportuerit ante tribunal Chriſti, ut reportet unuſquiſq; pro pria corporis prout geſſit ſiue bonũ ſiue malum: & adducetur ad rationẽ etiam omne uerbum otioſum quod locuti fuerint homines, uel ſi quis aliquãdo potauerit aliquẽ ca lice aquæ frigidæ tantũ in nomine diſcipuli. Hæc aũt non ſic dici putamus, quaſi opus habentia multo tempore ut ponat nobis ratio de omnibus actibus uitæ noſtræ: ut ſuſpi cio ſit rege ponente ſingulis in tanta ſeruorũ multitudine rationẽ, ne forte res ipſa ne ceſſariũ habeat longum tempus, quoaduſq; ad finem perueniant omnia, quæ ab initio mundi uſq; ad conſummationem ſeculi non unius, ſed multorũ ſeculorũ ſunt geſta ab omnibus. Sed non eſt ita. Volens enim deus uentilare omniũ mẽtes: ut unuſquiſq; ſen tiat propríos actus bonos uel malos, cito omnia ab omnibus omni tẽpore geſta ſingu lis quibuſq; faciet in mẽte ineffabiliter quadã uirtute. Nec eñ ſicut nos uolẽtes in men te facere alicui ea quæ fecit, opus habemus tẽpore ſufficienti ad cõſummationẽ eorum quæ dicuntur à nobis, & in memoriã redigunt: ſic & deus opus habet tẽpus uolens no bis in mente facere omnia quæ geſſimus in uita, ut cognoſcẽtes uniuerſa quę fecimus, intelliga-

Matt. 25

Luce 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

intellígamus propter quę aut punímur aut honoramur. Sí quís autem celeritati diuinę uirtutis circa hæc omnia cõsummanda non credit, hic nondum intellexit deũ qui omnia fecit, & non indiguit spatio temporis alicuius ad faciendã cœli & terræ & omnium quæ in eis sunt creaturã. Nam etsi uideꝝ in sex diebus fecisse omnia deus, maxime quía dicit, Hic est liber generationis cœli & terræ, qua die facta sunt cœlum & terra: audendum est tamen & dicendum, quoniã tempus futuri iudicij nõ opus habebit spatio temporis, sed sicut resurrectio dicitur futura in momẽto, in ictu oculi, sic puto & iudicium fore. Post hæc uideamus quid est ꝙd ait, Incipiẽte eo ponere rationẽ, oblatus est ei debitor unus multorũ talentorũ. Initiũ iudicij est incipiens à domo dei, qui dixit sicut scriptum est in Ezechiele, angelis qui constituti fuerant super pœnas, A sanctis meis incipite. Quod initiũ ictui oculi simile est, quoniã in ictu oculi omniũ sanctorũ acta cõsiderãs iudicat eos. Sic & tẽpus ponẽdæ rationis erit, quod concipiẽ mẽte. Nec enim oblíti sumus quæ dicta sunt suprà de debentib. plura. Propter quod nõ quidem scriptũ est, ponente aũt eo rationem, sed ita: Incípiente aũt ponere rationem. Oblatus est in príncipio ponendæ rationis debitor multorũ talentorũ, qui ad milia multa fecerat damna, & magna quidẽ ei erant iniuncta, & creditus multa nullũ domino attulit lucrũ, ita ut debitor efficereꝝ multorũ talentorũ. Et forsitan ideo multorũ talentorum factus est debitor quoniã secutus est mulierem super talentum plũbi sedentem, cuius nomen iniquitas. Intellíge aũt unũquodq; maximũ peccatũ dici talentũ damni dominici, qualia peccãt fornicatores, adulteri, molles, masculorũ cõcubitores, idololatræ, homicidæ, sicut & iste nihil modícum, sed omnia magna & pessima peccauit, qui oblatus est regi. Qui forsitan tot talenta perdidit, quãtos perdidit homines qui receperunt eũ in se talia operantem peccata. grãde est enim & hoc & honorabile uir misericors, & honorabile quasi talentũ dignũ siue aureũ, qualis fuit lucerna illa talenti aurei, siue argenteũ talentũ, aut cuiuslibet alterius metalli intelligíbilis, quorũ mysteria in Verbis Dierũ scripta habentur: sicut & Dauid ditatus talentis multis, quorũ et numerus est ostensus in talentis aureis tantis, & argenti tantis, & reliquorum metallorũ quæ illic nominantꝰ, ex quibus fabricatũ est templũ. Et cum nõ haberet unde redderet, iussit eum uẽdi, & uxorem eius & filios eius, & omnia eius, & reddi debitũ.] Opus est ergo dicere secundum uoluntatẽ Christi, quis est debitor talentorũ multorũ, & quæ uxor eius, & qui filij eius, & omnia eius, & quis est debitor qui ipsi debitori debebat, & qui conserui uidentes hunc quidem effocantẽ,, illum aũt effocari. Et sicut est quidem, uere cõfiteor neminem exponere posse, nisi solũ Christum, qui discípulis suis omnia secreta soluit, ueniens in sensum eorũ, & aperiens eis parabolarũ thesauros, obscuros, secretos, inuisibiles, & cõfirmãs demõstrationibus indubitabilibus: aut eũ quem uoluerit illuminare scientię lumine, ut intelligat omnia parabolæ huius: siue aũt potest esse diabolus, siue homo peccari, siue & neuter eorũ, aut alius aliquis eorũ qui sub diabolo sunt. Est em̃ sapiẽtiæ hoc opus. Quando aũt secundum parabolã homo rex uoluit ponere rationẽ, uidere est dignum, & ad quod tẽpus quæ dicunt̃ referre debemus. Si enim post consummationẽ aut cum ipsa consummatione secundum tempus sperati iudicij, quõ quis soluet quod dicitur de eo qui denarios centũ debebat, & effocabatur ab eo qui multorũ talentorũ ueniã fuerat cõsecutus? Si aũt ante iudiciũ, quis potest ostendere positã rationẽ ab homine rege cum seruis suis? Dicimus igitur, quoniã uidetur de temporibus iudicij præ dictis hoc fore. Probatio aũt huius est, una quidem parabola istius ipsius euangelij posita in extremo, altera aũt secundum Lucã. Sed ne exponentes eã prolongemus sermonem, breuiter dicímus quoniam parabola quidem secundũ Matthæum, Homo quidã peregre profectus uocauit seruos suos, & tradidit eis substantiam suam, & alij quidem quinq;, alij aũt duo, alij aũt talentum unum. Et post multum tempus reuersus est dominus seruorum eorum. Et his ipsis sermonibus scriptum est, quoniam posuit rationẽ cũ seruis suis. Considera ergo quod ait, Et posuit rationem cum eis, & cõfer cũ isto quod dictum est, Incipiente autem eo ponere rationem: & uidebis quoniã peregrinationem quidem patrisfamiliãs appellauit tẽpus secundum quod donec sumus in corpore peregrinamur à deo: aduẽtum eius, quãdo post multũ tempus uenit dominus seruorum eorum, tempus esse iudicij cũ uenerit in consummationẽ. Secundũ Lucam aũt clarius manifestat, quoniã homo quidam nobilis profectus est in regionem longinquã accipere sibi regnũ, & reuerti. Proficiscens autẽ uocauit decẽ seruos suos, & dedit illis decem mnas, & dixit eis, Negotiamini dum uenio. Iste aũt nobilis uir, qui odiebatur à ciuib. suis, qui miserãt legationẽ post eum, nolentes eum regnare super se, reuersus est regno accepto, & uocauit seruos quibus dederat pecuniã, ut uideret quę esset negociatio eorum. Quis ergo non dicat quoniam nobilis ille homo qui abierat in regionem longinquam accipere sibi regnũ & reuerti, Christus est, qui abijt accipere regnũ, & mundi & omnium quæ in eis sunt? Qui autem decem acceperunt mnas, sunt quibus dispensatio uerbi credita est. Ciues autẽ eius secundum quod natus fuerat in hoc mũdo, & suscepe rat humanam naturã, qui noluerunt eum regnare, ludæi sunt qui ei credere noluerunt, & cæteri infideles. Hæc retulimus, ex eis uolentes ostẽdere, quoniã & hoc quod dicit, Qui uoluit ponere rationem cũ seruis suis, ad tẽpus consummationis refertur, quando etiã rex est regno accepto: quo accepto uoluit ponere rationẽ cum seruis suis, & incipiente eo ponere oblatus est ei unus debitor talentorũ multorũ. Oblatus est autẽ quasi regi à suis ministris, uidelicet angelis. Et forsitan unus est iste cui cõmissa fuit quædam uillicatio magna: & quía nõ bene uillicauit, sed dispersit omnia sibi commissa, quasi factus debitor talentorum multorũ. Hic non habens unde redderet, iubetur uenundari à rege, cũ uxore, cui cõmunicans factus est pater multorũ natorũ. Opus est autẽ nõ mediocre uideri in intelligíbilibus patrem & matrem & filios. Sicut em̃ Hierusalem quæ sursum, est Pauli, & omniũ similiũ ei: sic mater est quorundam quidem Syene Ægypti uel Memphis, aliorum autem Tyrus & Sidon: & cæteræ ciuitates quæ nominatæ sunt in scripturis gentium impiarum. Et sicut Hierusalẽ sponsa est ornata uiro suo Christo, sic & illæ matres uirorũ quorundam possidentiũ eas, cõiuges sunt, uel sponsæ. Et sicut sunt quidã filij Hierusalem quasi matris, & Christi quasi patris, sic sunt quidã filij Syenes uel Memphidis, uel Tyri, uel Sidonis, & præpositorũ eis principum quasi patrum. Et forsitan & iste unus qui oblatus est homini regi habet uxorẽ, & filios: quos primum quidem iussit rex uenundari: postea autẽ misertus dimisit ei omne debitum non ignorans futura, sed ut nos discamus quod actum est. Vnusquisq; ergo habẽtium secũdum quod díximus uxorem, uel sponsam, uel filios, daturus est rationẽ cum uenerit rex ponere rationem, etsi in initio ponendæ rationis oblatus est. Vnusquisq; enim eorum habet & debitores, quasi princeps alicuius uel Syenes, uel Memphidis, uel Tyri, uel Sidonis, uel alicuius huiusmodi. Iste ergo dimissus est, & indulgentiã consequutus exiens à rege inuenit unum de cõseruis suis qui debebat ei denarios centum, & effocabat eum dicens, Redde si quid debes. Ideo arbitror effocabat eum, quoniam à rege exierat, nec enim effocaret conseruum suum, nisi excessisset à rege. Adhuc cõsidera subtilitatẽ scripturæ, quoniam seruus quidem multorũ talentorũ debitor, procidens adorauit regem quasi regem, qui acceperat regnum, & uenerat ad rationem ponendam. Qui autẽ centum denarios debebat, procidens non adorauit, sed rogauit conseruũ dicẽs, patiẽtiam habe in me, & omnia reddam tibi. Et rex quidem misertus dimisit eum cũ debito uniuerso, iste autem nec misereri uoluit suo conseruo. Et ille quidem & priusquã dimitteret nõ misit in carcerẽ debitorem talentorũ multorũ, sed iussit eum uenundari, & uxorem & filios eius, & reddi debitum. Iste autem uadens in carcerem misit conseruũ, donec redderet quod debebat. Sunt autem & conserui quídam eius qui indulgentiam est consequutus talentorum multorũ: qui uidentes quæ facta sunt à seruo immisericorde, habẽtes uidelicet misericordiam similem regis, contristati sunt ualde super eũ qui centum debebat denarios, & in carcerem fuerat missus: & uolentes iuuare missum in carcerem, enarrauerunt domino quæ fuerant acta. Et uide quía non est scriptum, detraxerunt, uel dixerunt, sed enarrauerunt. Et tunc uocans eum dñs eius, dixit ei quod nõ dixerat prius, Sicut enim pius & misericors rex, nõ dixit in primis sibi ei oblato quasi debitori talentorum multorum, serue nequam & male: hoc enim reseruauit, ut nõ de pecunijs, sed de conseruo in carcerem misso diceret. Tunc autẽ & improperauit ei de indulgentia debitorum donata propter petitionẽ. Vide autem & humilitatẽ regis, quoniam aliud quídem fecit debitor talentorũ multorum, aliud autem nominat rex. Debitor enim ille procidens adorauit eum dicens. Dominus autem eius & rex uocans eum

Matt. 25

Luc. 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

non dixit, omne debitũ dimisi tibi quoniam adorasti me, sed quoniam rogasti me. Et iratus tradidit eum tortoribus, donec redderet omne debitum. Et iam nõ iussit eum uenundari, & uxorẽ eius, & filios eius, quia peius eum oportuerat pati, propter malitiam suam traditũ tortoribus, donec redderet omne debitũ tortus ab eis. Qui autem sunt isti tortores? qui constituti sunt super pœnas. Et factum est, cum cõsummasset Iesus sermones istos, transiit inde, & uenit in fines Iudææ, & reliqua.] Non ad mediã Iudæam, sed ad fines ubi erat Iordanis diuidens: usq; trans illum secutæ sunt enim turbæ multæ, quos & sanauit in ipsis finibus Iudææ trans Iordanẽ, ubi baptismũ dabatur hominibus. Et forsitan ideo dicitur de turbis sequentibus Dominum ad baptismũ Iordanis, Et sanauit eos ibi. Vere enim omnes ab infirmitatibus suis spiritalibus saluanẽ in baptismo. Qui autem in Iordane fuerint baptizati, qui est in mysterio Christi ex duobus fontibus factus diuinitatis & carnis. Considera aũt differentiã turbarũ, & Petri qui omnia reliquerat & sequutus fuerat eum. Turbæ enim non dixerunt ei quod dixit Petrus, Ecce nos omnia reliquimus, & sequuti sumus te, quid utiq; erit nobis? Et de turba quidem Matt.14 scriptum est: Et secutæ sunt eum turbæ multæ. Matthæus autem dicente Domino sibi, Matt.9 Sequere me, non simpliciter secutus est, sed surgẽns secutus est. Magnum enim est surgere, & sic sequi Christum. Ergo multi quidẽ sequuntur Christum sicut turbæ secutæ sunt, tamen non surgentes ut sequantur, neq; relinquẽtes oñia sua propria. Pauci sunt autem qui surgentes sequuntur, & omnia relinquentes. Accesserunt autẽ ad Iesum scribæ & Pharisæi, tentantes eum & dicentes: Si licet homini dimittere uxorẽ suã quacunq; ex causa?] Ergo accedentium & interrogantium Christum, erant quidam tentantes. Tentatio autem Domino tali, quis discipulorum eius grauiter ferat, qui positus est ad docendum, si tentatus fuerit à quibusdam? Tamẽ tentatoribus respõdit dogmata pietatis, Quidam ergo dicebant, Si licet homini dimittere uxorẽ suam quacunq; ex causa? Quibus respõdens dixit: Num legistis, quoniam qui fecit ab initio masculum & fœminã fecit eos, & dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & iũgetur uxori suæ, & erũt duo in carne una? Itaq; iã nõ sunt duo, sed caro una. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet.] Et puto quod Pharisæi qui dicebant, Si licet homini dimittere uxorem suã quacunq; ex causa, ideo proposuerunt hoc uerbum, uolentes eũ reprehendere quicquid dixisset: ut si quidem dixisset, licet dimittere, culparent eũ quasi soluentem coniugia: si autem dixisset non licet, iterũ culparẽt eũ quasi iubentem uiros cõuiuere mulieribus etiã cum peccatis. Non autẽ uidebant quomodo eis manifeste & Matt.22 irreprehensibiliter fuerat responsurus. Sic & alibi interrogauerunt eum, Si licet dare tributũ Cæsari? ut si quidem dixisset, date, culparent eum quasi subdentem hominibus populum dei, & addicentem eum Romanis, & nõ legibus dei. Si autem dixisset non licet dare, iterum culparent eum quasi seditiones & prælia concitantẽ, & facientem populum discedere à Cæsare, qui mundum tenebat. Vide autem quomodo irreprehensibiliter respondit. Primum quidem interrogantibus, si licet dimittere uxorem quacũq; ex causa, dicens: Num legistis quoniam qui fecit masculum & fœminã fecit eos, & cætera. Ad illud autẽ quod obiecerunt dicentes: Quomodo Moyses præcepit dare libellum repudij? ait: Propter duriciam cordis uestri, Vidit enim quia nõ omnis causa iuste soluit coniugium. Sed quoniam oportet uirum cohabitare mulieri, quasi uasi infirmiori, & reddere ei honorem, & sustinere onera uitiorũ eius, eos qui in litera legis gloriabantur, ex ipsis Moysi scripturis cõuicit dicens: Num legistis quoniam qui fecit ab initio masculum & fœminam fecit eos? Et cætera. Tamen quoniam tetigimus istum locũ ubi uel illud scriptum dicitur: Hæc uocabitur mulier, quia de uiro suo assumpta: sciendum quia nihil proprium habet quantũ ad Græcũ, uel ad Latinum sermonẽ: ut ideo uocet mulier, quia de uiro suo assumpta est. Propterea legentes Hebraica, inuenimus originationem istã conuenienter positã in Hebræo. Habet aũt Hebraicum ita quòd intelligitur & mulier & assumpta. Apud Hebræos enim mulier, assumpta uocatur. Itẽ quod est à uiro. Vides quomodo iunctũ est iuxta id est à uiro sumpta. Vnde Theodotion sic posuit. Hęc uocabitur mulier sumptio, quia de uiro suo sumpta est. Symmachus autem ita, Hæc uocabitur quod est mulier à uiro. Et quod debet esse inter eos qui ex deo iunguntur dignũ deo qui iunxit, addidit dicẽs: Itaq; iam non sunt

sunt duo. Vbi enim concordia est & cõsensus uiri ad mulierem, & mulieris ad uirum, huius quidem quasi principis, illius autem quasi obsequentis, secundum quod dictum est, Et ipse tui dominabitur, uere de eis dicitur, Iam nõ sunt duo. Ergo deus est qui coniunxit duos in unum, ut iam non sint duo, ubi ex deo comparatur uxor uiro. Et quoniã deus coniũxit, ideo gratia est in eis, quos deus coniunxit. Quod Paulus sciens, castam coniunctionem gratiam appellauit, dicẽs: Volo omnes esse sicut meipsum, sed unus- 1 Cor.7 quisq; propriam habet gratiã ex deo, alius quidẽ sic, alius autem sic. Qui enim ex deo sunt iuncti, & sapiunt & faciunt quod mãdat Apostolus, Viri diligite uxores uestras si Eph.5 cut Christus dilexit ecclesiam: Item mulier ut timeat uirũ sicut ecclesia Christum: eorum coniunctio gratia dei est. Sed quoniam Apostolus profert, Et erunt duo in carne Ephes.4 una, sacramentum hoc magnum est, ego autẽ puto in Christo & in ecclesia: dicendum est quoniam non dimisit Christus primam uxorem suã, id est primam synagogam, secundum aliam speciem spiritalem seruans quod dictũ est, Quod deus cõiunxit homo non separet: nisi quando adultera est uxor illa corrupta ab adultero inimico, cuius cõsilio & insidiata est uiro, & interficere eum uoluit dicens: Tolle de terra huiusmodi: & crucifige, crucifige eũ. Illa ergo potius abstinuit, quàm uir eius eam dimisit. Et reliquit propter ecclesiam Christus uir patrem, cum quo erat cum in forma dei esset. Reliquit etiam matrem cum esset & ipse filius Hierusalem quæ erat sursum secũdum corpus, & coniunctus est uxori suæ, isti quæ ceciderat huc, & facti sunt duo in carne una. Propterea enim & ipse caro est factus, cum esset uerbum, & habitauit in nobis, & sunt una caro, quoniam de muliere ecclesia dicitur: Vos estis corpus Christi & membra ex mem- 1 Cor.12 bro. Nec est aliud corpus Christi à corpore ecclesiæ, sed unum sunt corpus. Et deus illos uniuit, mandans ut homo non saperet ecclesiam à Christo, quos deus coniũxit. Vnde omnis anima quæ cognoscit se inseparabilem esse à Christo sic dicit: Quis nos sepa- Rom.8 rabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia? & cætera. Et confido, quia neq; mors, neq; uita, neq; aliquid eorum quæ sequũtur poterit nos separare à charitate dei, quę est in Christo Iesu. Post hæc accedamus ad uerbum Pharisæorum quod dixerũt ad Iesum. Quid ergo Moyses præcepit dare libellum repudij, & dimittere? Quoniã Moyses legem scribens non tantum aspexit quæ sit uera iusticia, sed secundum infirmitatem eorum propter quos lex ponebat condescendens plura mãdauit, sicut est & lex dandi repudij. Quoniam autem secundũ infirmitatem eorum dabatur, & non secundum iustitiam, subiectus sermo demonstrat dicens: Ab initio autẽ non fuit sic. Et in nouo quoq; testamento sunt quædam non secundum uerã iustitiã, sed secundum duritiã cordis hominum carnalium cõstituta, utputa propter duritiã cordis uestri lex data est dicens: Bonum est mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisq; propriã habeat uxorem, & unaquæq; proprium uirũ: & cętera. Si autem hoc propter duritiã cordis nostri mandatum est, quanto magis illud propter duritiã cordis nostri est, quod alibi dicit de uiduis uolentibus iterum nubere, Quod si se non cõtinent, nubant, melius est enim nubere ęq; uri? Scio enim quosdam, qui præsunt ecclesiis, extra scripturam permisisse aliquam nubere uiro priori uiuente: & contra scripturã quidem fecerunt dicentem, Mulier ligata est quanto tempore uiuit uir eius. Item uiuẽte uiro adultera uocabitur, si facta fuerit alteri uiro. Non tamen omnino sine causa hoc permiserunt: forsitan enim propter huiusmodi infirmitatem incontinentiũ hominum, peiorum comparatione quæ mala sunt permiserunt aduersus ea quæ ab initio fuerant scripta: Dico autẽ uobis quoniam quicunq; dimiserit uxorem suã nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur. Forsitan audax aliquis, & Iudaicus uir aduersans doctrinæ saluatoris nostri dicet quoniam & Iesus dicens: Quicunq; dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis facit eam mœchari, permisit uxorem dimittere quemadmodũ Moyses, quem retulit propter duritiam cordis Iudæorũ hoc præcepisse: & hanc ipsam inquiet esse causam fornicationis per quã iuste uxor à uiro dimittitur: secundũ quam & Moyses præcepit dimittere uxorẽ, si inuenta fuerit res turpis in ea. Sed ad hoc ita est respondendum, quoniã si secundum legem adultera lapidatur, manifestum est quoniam non secũdum hoc intelligitur res turpis. Nec enim in causa adulterij oportet dare libellum repudij. Sed forsitan Moyses omnem culpam mulieris turpẽ rem appellauit: quæ si in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenta fuerit in uxore non inuenienti gratiam coram uiro suo, scribitur ei libellus repudij, & dimittitur de domo mariti. Quod ab initio non sic fuit. Post hoc autem dominus non permittit propter aliã aliquam culpam uxorem dimittere, nisi propter solam causam fornicationis, dicens: Quicunq; dimiserit uxorem excepta causa fornicationis, facit eam mœchari. Quærendum est aũt, si propter solam causam fornicationis dimittere iubet uxorem, quid sit si mulier nõ quidem fuerit fornicata, sed aliud quid grauius secerit, utputa uenefica inueniatur, aut interfectrix communis infantis nati, aut in quocunq; homicidio, aut exportans domum, & male dispergens substantiam uiri, aut furta uiro faciens, si iuste huiusmodi mulier dimittatur, cum dominus excepta causa fornicationis dimittere uetet? Ex utraq; enim parte aliquid inhonestum uidetur: nescio autẽ si uere inhonestum. Talia enim mulieris sustinere peccata quę peiora sunt adulterijs & fornicationibus, irrationabile esse uidebitur. Item facere contra uoluntatem doctrinæ Saluatoris, omnis confitebitur impium esse. Disputo ergo quia non præceptiue mãdauit, ut nemo dimittat uxorem excepta causa fornicationis, sed quasi exponens rem dixit: Qui dimiserit uxorem excepta causa fornicationis, facit eam mœchari. Et uere qui dem quantum ad se facit eam mœchari, dimittens eam non mœchantẽ. Si enim uiuente uiro adultera uocatur si facta fuerit alteri uiro, sine dubio qui dimittit, dat ei occasionem secũdarum nuptiarũ, & propter hoc facit eam mœchari. Sed uir qui quantum ad se uxorem dimittens fecit mœchari, utputa ueneficam, uel homicidam, aut aliquid huiusmodi constitutã, si iustam excusationẽ habet apud deũ, tractabis. Potest autem & citra dimissionem propter alias causas facere uir ut uxor eius mœchetur: utputa qui supra mensuram permittit uxorem suam agere quod uult, & in amicitiam descendere uirorum quorũ uult, frequenter enim ex simplicitate uirorum huiusmodi uitia nutriuntur in mulieribus. Sed si est excusationis locus uiris talibus in huiusmodi casibus, diligẽter requirens pronuntia. Itẽ & qui abstinet se à muliere sua frequenter, facit eã mœchari, non adimplens auiditatẽ ipsius, forsitan spe irrationabili sanctitatis & castitatis ductus. Et forsitan iste amplius reprehensionis dignus, q̃ ille qui quantum ad se facit eam mœchari dimittens non quidem fornicantẽ, in ueneficio aũt, uel in homicidio, uel in quibuscunq; alijs grauioribus peccatis inuentam. Qua enim ratione adultera est mulier quamuis legitime nubere uideatur uiro uiuente: eadem ratione & uir quãuis legitime accipere uideatur dimissam ab aliquo uiro, non accipit legitime secundũ sententiam Christi, sed magis mœchatur, quasi alienam accipiẽs. Post hæc intelligẽtes apostoli quanti sint casus inter coniuges quos debet uir sustinere, & propterea tenere quidẽ interitum esse, dimittere autem peccatũ esse in domino, responderunt ei quasi ad rem facilem refugientes ad castitatem, & magis utilem, & dixerunt: Ergo non oportet nubere si ita est causa uiri cum muliere. Ad hęc autem Christus respondit dicens: gratia m esse donatam à deo continentibus se omnino. Quæ gratia non solum per continentiã apprehenditur, sed multis orationibus à deo præstatur. Hoc enim significat dicens:

Non omẽs capiunt hoc uerbũ, sed quibus datum est.] Quoniam autem quidam calumniantur quod Christus ait: Quibus datum est, quasi excusationem habentes, & uolentes quidem esse in castitate, nõ aũt prævalentes. Quibus est respõdendum: Si quidẽ accipimus simpliciter quod dictum est, Sed quibus datum est: non autẽ attendimus
Matt.7 quod alibi dicit: Petite & dabitur uobis: & omnis qui petit, accipit: aut fideles non sumus, aut scientes scripturas, qui enim uult capax esse uerbi quod de castitate positum
Mar.11 est, petat credens dicenti, et accipiet, non dubitans de illo quod dictum est: Omnis qui petit accipit. Quis est ergo qui petit? Qui credit Christo dicenti: Si steteritis orantes, credite quoniam accipietis. Debet autem qui petit, omnia facere quantũ ad se, ut oret spiritu, oret & mente, memor Apostolici uerbi quod ait: Sine intermissione orantes. Vtile est autem scire quid debeat petere quis, ut mereatur accipere. Et quod ait: Dico uobis, etsi non dabit ei surgens propterea quod amicus est eius, tamen propter importunitatem eius dabit ei quantos uoluerit. Et addit: Et ego uobis dico, Petite & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Sunt eunuchi, qui ex utero matris suæ nati sunt sic. Et sunt eunuchi, qui ab hominibus facti sunt. Et sunt eunuchi, qui se ipsos eunuchos fecerunt propter

propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat.] Priusquam exponamus quę nobis uidentur in loco, notum facimus duas esse expositiones loci istius. Quorũdam qui dem duas eunuchizationes carnales aspicientes, quasi cõsequenter dicere existimãtes ausi sunt etiam tertiam eunuchizationẽ dicere corporalem, utputa si propter timorem dei corporaliter eunuchizant, & obiecerũt se opprobrijs, & confusionibus non solum apud alienos fidei, sed etiam apud eos qui ignorantiæ hominum ignoscere solent. Alij autem & plerique sic intellexerunt non discutientes modum cõsequentię uerborũ: duas quidem eunuchizationes priores similiter prioribus expositoribus carnales esse dixerunt, & nihil spiritaliter intelligendum in eis: tertiam autem eunuchizationẽ dixerunt ex uerbo, non corporalem, quando spe regni cœlestis à seueriſſimo uerbo præcidunt concupiscentiæ passionem. Et primi quidem facti sunt amatores euangelicæ litęræ, & nõ intelligentes quod etiã hæc in parabolis loquutus est Iesus, cõsequenter prioribus eunuchizationibus duabus corporalibus intellexerũt & tertiã, nõ quidem peccantes quantum ad consequentiam: necessarie autem peccauerũt, quoniam ab initio duas illas eunuchizationes corporaliter tantum intelligi putauerũt: consequens enim erat postquam priores corporaliter intellexerunt, ut tertiam quoq; corporalem existimarent. Secundi autem interpretatores tertiam quidem eunuchizationem salubriter exposuerunt fieri uerbi præcisione: non autem considerauerũt quoniam talis expositio conueniens erat etiam in prioribus eunuchizationibus duabus, secundum similitudinem illius tertiæ. Quibus aũt displicet, quoniam est & euangelica litera occidens, audiat (exempli gratia) quod dicit ad Apostolos suos: Quãdo misi uos sine sacculo & pe Luc.22
ra & calceamentis, an ne aliquid uobis defuit? Qui dixerunt: Nihil. Respondit Iesus: Sed nunc qui habet sacculum, accipiat similiter & peram: & qui non habet, uendat uestimentum suũ, & emat gladiũ. Si quis ergo literam uolens aspicere, & non intelligens uoluntatem uerborũ, uendiderit uestimentum suum corporale, & emerit gladiũ, talis contra uoluntatem Christi suscipiens uerbum eius, peribit forsitan & in gladio peribit. De quo autem gladio dicat, non est loci huius exponere. Sed & illud aspiciat. Nemi- Luc.10
nem in uia salutauerit is. Si quis nõ discutiens quid uolens Iesus hoc loco præcepit, qua si zelans uitam Apostolorum, neminem in uia salutauerit, is quasi inhumanus & stultus uidebitur omnibus: & sic decebit odire omẽs uerba Christi quasi agrestes & inhumanos docentia homines esse. Forsitan autem & morietur in odium cunctorũ deductus, litera se occidente. Si autem & dextrum quis oculum eijciat, aut manum, aut pedem, post opprobrium insaniæ, infructuosum patietur interitum. Nos autem si spirales sumus, uerba spiritus spiritaliter accipiamus, & de tribus istis eunuchizationibus ædificationem introducentes moralem. Eunuchi nunc moraliter abstinentes se à uenerijs sunt appellandi. Eorũ autem qui se continent, differentiæ tres sunt. Et quidam quidem sunt natura frigidiores præ cæteris uiris, de quibus recte dicitur: Sunt quidam eunuchi, qui de utero matris suæ nascuntur sic. Quidam autem continentes sunt propter uerba hominum: quorum concupiscentiam uirilem præcidit non uerbum diuinũ, sed uerba humana: utputa qui philosophati sunt apud antiquos in gentibus, aut apud eos qui prohibẽt nubere, apud hereses: isti sunt eunuchi qui ab hominibus fiunt. Qui autẽ suscipit uerbum uiuum & efficax, & acutius super omnem gladium bis acutum, & gladium spiritus sicut Apostolus, & præciderit concupiscentiã suam, corpus suũ non tangens: & hoc fecerit nõ incitatus propter timorem hominum, neq; propter laudem humanã, sed propter solam spem regni cœlestis: isti sunt qui eunuchizauerũt seipsos propter regnum dei, Magna ergo res est propter regnũ dei suscipere eunuchizationem: quod non capiunt omnes, sed quibus datum est. Datum est autem omnibus qui huiusmodi gladium petunt sibi ex deo. Si autem oportet secũdum historias moraliter intelligere eunuchos, dicimus quoniam sunt quidam eunuchi Pharaonis nõ generãtes bonum, ut sunt eunuchi illius escam ei offerentes. Eunuchizati sunt autẽ & homines dei, propter hoc ipsum eunuchi nunquam generantes malum, ut reædificẽt casus Hierusalem. Et de primis quidem in Genesi scriptum est: de secundis autẽ in libro secũdo Es- 2 Esd.3
dræ, qui dixit: Et ego eram eunuchus regis. Et tu ergo considerans inuenies, quare ad restaurandum templum dei principari eunuchus electus est dignus. Dicunt enim filij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebræorum Danielem & pueros tres in Babylonia fuisse eunuchizatos: ut impleatur uerbũ dei dicentis ad Ezechiam, Quoniam ex semine tuo accipient, & facient spadones in domo regis Babylonis. Dicunt & quod de eis prophetauit etiam Esaias dicens: Esa.38 Ne dicat eunuchus quia ego sum lignum aridum. Hæc dicit dominus eunuchis: Si custodierint mãdata mea & elegerint quæ uolo: ego dabo eis in domo mea locũ electum & nominatum, & meliorem filijs & filiabus. Bonũ est ergo secundum mysterialem locum nec generare in Babylonia, sed sine semine esse quantũ ad Babyloniam sicut Daniel, ut generemus de spiritu sancto, sicut & ille & qui cũ eo fuerũt, uisiones & prophetias, & cætera opera bona. Tunc oblati sunt ei pueri, ut manus eis imponeret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus autem dixit: Sinite pueros & nolite prohibere. Taliũ est enim regnum cœlorum. Et imponens eis manus abijt inde.] Sciendum quoniam non est quando non offerũtur pueri Iesu de quibus dicit, quasi depositũ suscipiens eos à deo: Ecce ego & pueri quos dedit mihi deus. Puerorũ aũt iustorũ quidam quidẽ sunt infantes: alij aũt dicuntur lactentes, quasi inferiores infantibus. Et dñs noster ex ore utrorumq; percipit laudem, ut cognoscentes alia beneficia eius in pueris, dicamus, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Pueros aũt dicimus, qui adhuc in Christo carnales sunt & infantes, quales esse Corinthios Apostolus sciens dicebat: Et ego nõ potui uobis loqui quasi spiritualib. sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo. Tales autem pueri & tunc oblati sunt, & quotidie offeruntur Iesu. Signum autem oblationis puerorum sunt multi, qui in Christo paruuli cõstituti atq; lactẽtes, & lacte opus habentes non esca perfecta, accedunt ad fidem: de quibus dicit, qui dixit: quemadmodum si nutrix foueat filios suos nutriens eos, Lac uobis potũ dedi non escam: nondũ enim poteratis, sed nec usq; adhuc potestis. Exponentes aũt euangelistæ hunc locum, quoniam quidem oblati sunt pueri Iesu retulerunt: non autem manifestauerunt à quibus oblati sunt, nobis uidelicet relinquentes ut quæramus quod ab illis est prætermissum: utrum euangelistæ omnes euentu prætermiserint cũ possint conscribere utrum à parentibus sint oblati, an à matribus: an ratione diuina & sapientia hoc fecerint, ut ostendant quoniã qui offerunt pueros Iesu angeli sunt qui accedunt & ministrãt ei: quoniam ipsi sapienter cognoscunt differentiã puerorum uel infantium, quales Christo oportet offerri. Voluntas autem offerentium pueros est, ut manus eis imponat Iesus & oret. Oratio enim Iesu Christi & tactus eius, pueris & infantibus qui non possunt audire quæ audiunt iam spiritales, sufficit ad auxilium eruditionis eorũ. Apprehendit enim eos uirtus Iesu Christi cum manus suæ speculationis posuerit super eos, & iam nullum malum eos contingit. Forsitan autem quantum ad textum, etiam offerentium ei pueros & infantes uoluntas huiusmodi erat, cõsiderantiũ quoniã impossibile est ut postquam dñs tetigerit pueros uel infantes, & per tactum dederit eis diuinam uirtutem, ut ruina aut dæmonium aliquod tangere eos possit. Existimo autem quoniam multæ malignæ uirtutes circa animam hominis ab initio uocantis iugiter ei insidiãtes, ideo offerebant ut tangeret eos, quasi iam ex præcedentibus uirtutem eius experti, qui offerebant pueros uel infantes Saluatori: quoniã per impositionem manuum eius, & per orationem eius pro pueris & infantibus factam, & per tactum eius repelluntur mala. Virtus enim facta in eis non solum ad præsens sufficiens est custodire, uerũ etiam in posterum quasi prohibitoria constituta tactum contrarium repellet ab eis. Et saluator ergo non quasi superfluum aliquid sciẽs hoc esse, sed salutare omnibus qui impositionẽ manuum eius acceperint, dicit ad discipulos suos prohibentes pueros uel infantes offerri: Sinite pueros uenire ad me, & nolite prohibere eos. Si quidẽ habent rationẽ quę supra diximus de offerentibus, qui erant qui offerebant: consequenter cum eis discipuli Iesu egregiæ intelliguntur uirtutes, & doctæ à filio dei. Potest enim & ad illas nomen discipulorum Iesu peruenire, ut non solum homines discipuli eius sint, sed etiam angeli. Si quis autem hoc quod dicimus putauerit uiolentũ, & uoluerit discipulorũ nomen non alijs nisi tantum hominibus applicare, discipulis eius qui prohibent offerri pueros Iesu & infantes: sic intelligendus est hic locus, ut eorum qui profitẽtur uerbi doctrinam simpliciores quidem, & quasi puerilem sermonẽ habentes & similem lacti quo nutriuntur adhuc nouitij quib. lac opus est & nõ solida esca, intelligantur esse doctores qui offerunt

offerũt Saluatori pueros & infantes. Nec enim possunt magis specialiori sermone eos nutrire quàm postulat status angusti sensus eorum, qui dicere possunt sicut ille qui dixit: Græcis ac Barbaris sapientibus & insipientibus debitor sum. His ergo offerentibus Rom.1 Saluatori huiusmodi pueros & infantes, id est nouitios fidei & minus eruditos adhuc, qui uidentur esse perfectiores doctoribus illis simplicioribus: & ideo sunt discipuli Iesu, priusquam discant rationem iustitiæ de pueris & infantibus talibus reprehendunt eos qui simpliciter docent, & per simplicem doctrinã pueros & infantes offerũt Christo. Manifeste autem intelligere poteris hoc, si consideraueris quod ait Apostolus: Videte uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundũ carnem, nõ multi 1 Cor.1 fortes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, & quę infirma, & quę ignobilia, & quæ nõ sunt, ut ea quæ sunt destrueret. Si uideat ergo quis eorũ qui doctrinam ecclesiasticam profitentur, offerentem aliquem quosdam stultos mũdi, & ignobiles & infirmos qui propter hoc appellati sunt pueri & infantes: uidens non prohibeat quasi sine iudicio facientem eum qui offert tales Saluatori atq; magistro pueros & infantes. Et uide si non conuenit referre quæ tractamus ad discipulos: quosdam quidem offerentes pueros ut manus eis imponat Iesus & oret, alios autem prohibentes eos, ut dicat ad eos qui prohibent offerentes pueros Christo, magister & Saluator & Dominus: Sinite pueros, & nolite prohibere eos uenire ad me. Post hoc cohortans discipulos iam uiros constitutos condescendere utilitatibus puerorũ, ut fiant pueris quasi pueri, ut pueros lucrentur, dicit Iesus. Talium est enim regnum cœlorum.] Nam cum & ipse in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed factus est puer, ut dicat de eo Matthæus, quoniã stella quam uiderant in Oriẽte præcedebat eos donec ueniens staret ubi erat puer. Non solum Matthęus, sed etiam ipse angelus qui apparuit Ioseph, talem & tantũ Saluatorem nostrum puerum appellauit, dicens: Surgens Matt.2 accipe puerum & matrẽ eius, & uade in Ægyptum. Humilians ergo se factus est quasi puer, ut recte dicat: Sinite, & nolite prohibere pueros uenire ad me: talium est enim regnum cœlorum. Hæc ergo debemus diligenter attendere, ut ne æstimatione sapientię excellentioris & profectus spiritalioris cõtemnamus quasi magni, pusillos ecclesię: sed sciẽtes quod dictum est: Talium est enim regnum cœlorum, tales efficiamur, ut etiam paruuli sensu saluentur per nos: nõ solum non prohibentes pueros ad Iesum ire, sed etiam ipsi cum pueris effecti pueri in humilitate uoluntatem Domini adimpleamus, ut exaltemur à deo. Scito autem quoniam pueri huiusmodi quamuis non omnia quæ dicuntur sequi possunt quasi pueri, tamen imposuit eis manus Iesus. Ponens autem abijt inde, & uirtutem relinquens in pueris, per actum abijt à pueris, uidelicet pueris nõ potentibus sequi Christum, sicut & cæteri discipuli eius perfecti. Siquidem autẽ eloquia Domini euangelica eloquia sunt casta, et argentum igne examinatum, argentum probabile, transmissum terræ, & ualde mundatum, & septies mundatum: sine dubio debet esse aliqua idonea causa propter quam Matthæus exponens hũc locum, duas quidem causas ostendit offerendi pueros, non autem ad duas præcedentes causas intulit quæ sequuntur. Oblati sunt enim pueri non solum ut manus eis imponat, sed etiam ut oret: Scriptum est autem post hoc, quoniam imponens eis manus abijt inde: & non addit & orans, potuit enim dicere: & imponens eis manus & orans abijt inde. Et uide si potes dicere: quoniam maioribus quidem puerorum seruatur oratio Christi: qui possunt capere non solum impositionem manuum eius super se, sed etiam orationem eius ad patrem pro se. Minoribus autem pueris sufficit impositio manuum eius. Dicens autem: Talium est enim regnum cœlorum, hortatur ut nemo quãuis sit sapiens in ecclesia glorietur aduersus paruulos Christi: quoniam non eorum talium puerorum est regnum cœlorum, sed eorum qui per humilitatem facti sunt sicut pueri cum essent sensu perfecti. Hanc aũt expositionem cõmendat apud Lucam positus sermo: quoniam cum diceret offerebant ei pueros & infantes ut tangeret eos, uidentes autem discipuli prohibebant eos: Iesus autem dixit: Sinite pueros uenire ad me, talium est enim regnum cœlorum, statim quasi conuenientia sensui præcedenti addidit, dicens: Amen dico uobis, qui non receperit regnum dei sicut puer, non intrabit in illud.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tractatus VIII. Cap. XIX.

1 NTERROGAVIT Iesum unus de turba dicens: Magister bone quid bo ni faciam ut habeam uitam æternã? Qui dicit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus deus.] Cum scriptum sit & de homine bono, Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona: & de angelis bonis, & de spiritu sancto bono, & de filio dei bono: hic saluator ad eum qui dixit, Quid boni faciã ut habeam uitam æternã: ita respondit, ut proprie nulli conueniat esse bonum, nisi tantũmodo Deo, dicens: Quid me dicis bonum? Vnus est enim bonus Deus. Scire aũt oportet quoniam hic quidem proprie bonũ soli conuenire dicitur deo: in alijs autem abusiuè. Quod ergo inuenitur in alijs appellatio boni, nõ est contrariũ huic dicto quod ait, Nemo bonus nisi unus deus: quoniã omnes (sicut diximus) abusiue dicũtur boni, unus autem proprie. Ipse quoq; dominus qui est imago dei inuisibilis, sic & bonitatis illius imago est: & sicut ipse distat à bonitate patris quasi imago bonitatis à principali bonitate, sic & omnes in quibus bonitatis nomen positũ inuenitur, distãt à bonitate filij. Plus aũt distant omnes boni à bonitate filij, quàm bonitas filij à bonitate paterna: quoniã plus filius propinquus est patri in omnibus bonis, quàm omnes filio. Forsitan aũt & propter eũ qui dixit: Quid boni faciam ut habeam uitam ęternã: hoc Christus respõdit ad eum, Quid me dicis bonũ? Nemo bonus nisi unus deus, ut illud confirmet quod alibi dicit:
Luc.17 Cũ omnia feceritis quę precepta sunt uobis, debetis dicere: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus. Nã etsi omia fecerimusquę precepta sunt nobis, nec sic quãtum ad hæc uerba bonũ aliquid fecimus. Nec emi si uere bona essent quæ facimus, scriptum fuisset, ut facientes ea dicamus esse nos inutiles seruos, si proprie cõueniret hominibus appellatio bonitatis: quoniã omne bonũ nostrum, abusiue & nõ proprie dicitur bonũ. Vere enim quando declinamus à malo & facimus bonũ, quantum ad comparationem cæterorũ hominum nolentium declinare à malo & facere bonũ, dicũtur bona quę agimus: quantũ aũt ad ueritatem, secũdum quod dicitur in hoc loco quia unus est bonus, bonũ nostrum non est bonũ. Et sicut non iustificatur in cõspectu dei omnis uiuens, quoniã quantum ad cõparationem iustitię dei, omnis iustitia hominũ inuenitur neq; iustitia esse: sic nec bonus inuenitur quisquã in conspectu dei, quantũ ad cõparationem bonitatis illius, quãuis quantũ ad cõparationem cæterorum hominum bonus quis appelletur. Dicere aũt poterit quis, quoniã sciens dominus propositũ interrogantis satis abesse ut faciat uel humanũ bonum, dixit ei interroganti: Quid boni faciã, quid me interrogas de bono? tanquã si dicat: cum sis imparatus ad ea quę dicunt bona, quid me interrogas de bono, quid boni faciens uitam ęternã possidebis: Et sic docet quoniã uere unus est bonus. Considera aũt quomodo bonitatẽ eius omnia sperant etiã ea quæ
Deut.32 uident contraria esse: quale est, Ego percutiã, & ego occidã: non minus quàm quod dicit: & uiuere faciam, & ego sanabo. Et si ipse facit dolorem, scire debemus, quoniam & medicus frequenter facit dolorẽ. Faciens enim deus dolorẽ iterũ restituit. Sic & ex bonitate quos percutit, percutit quasi filios. Quis enim est filius quem nõ corripit pater? Sed & omnis disciplina ad præsens non uidetur esse gaudij, sed mœroris: postmodum aũt fructũ pacificũ reddet eis qui per eam exercitãtur. Propterea sicut percutit deus, sic & sanat. Verũ est enim quod scribit, Percussit, & manus eius sanauerunt. Et si nouũ uidet ꝙd dicere uolo, tamẽ dico: Boni dei est ipse quoq; qui dicit furor eius: quoniã opus salutis operatur arguens: & quę dicitur ira eius, quoniã est boni dei, corripit ut emẽdet. Et multa possunt dici de bonitate eius ad ædificationem hominũ, ut non conturbẽtur de bonitate ipsius. Multa enim iuste abscondit à timentibus se, ut ne diuitias bonitatis eius, & longanimitatis cõtẽnentes, secundũ duriciã cordis sui, & sine pœnitẽtia cordis thesaurizent sibi iram, quã non thesaurizabunt si absconsa fuerit multitudo bonitatis eius ab eis. Post hoc aũt dicit: Si uis ad uitam intrare, serua mãdata.] Vbi considera quoniã adhuc quasi extra uitã constituto ei qui interrogabat de bono, ita respondit, Si uis intrare in uitam. Hic aũt requiro quomodo quis sit extra uitam, & quomodo intret in uitã: & ne forte secũdum unũ quidem modum sit homo extra uitã, qui est extra eum
Ioan.14 qui dixit, Ego sum uita. Aliâs aũt omnis qui super terram est, quamuis iustissimus esse uideatur, potest quidẽ in umbra esse uitæ, non aũt in ipsa uita, cũ sit corpore mortis circundatus, & dicẽs: Quis me liberabit de corpore mortis huius? & sedens in regione & Rom.7
in umbra mortis, eo quod nondũ uenit in terram uiuorum. Introibit aũt quis in uitam abstinens quidem se ab operibus mortuis, appetens autem opera uiua, etiam nũquam quidem mortua loquens, sed secundũ uerbum dei uiuum uiua: & non habens iam cogitationes mortuas in corde, sed uiuas. Sicut enim sunt opera mortua, & opera uiua, & uerba mortua & uerba uiua, ita sunt & cogitationes mortuæ, & cogitationes uiuæ. De quibus dicit Apostolus: Cogitationibus inuicẽ accusantibus, aut etiã defendẽtibus in Rom.2
die cũ iudicauerit dominus occulta hominum. Et saluabitur quidem ille cuius cogitationes fuerint defendẽtes: periet aũt, cuius fuerint accusantes. Si ergo & nos uolumus introire in uitam, audiamus dicente Iesu: Si uis introire in uitam, serua mandata: & secundum mensurã obseruationis mandatorum ingrediemur in uitam, aut in interiora eius & beatiora, aut in mediocria, aut ad quancunq; partẽ uitę illius ad quam induxerit nos obseruantia mandatorũ. Ille autem audiens: Serua mandata, respõdit, Quæ? ut discamus qualia maxime mandata uult nos Iesus obseruare. Ad quã interrogationem dixit: Non occides, non adulterabis, non furtũ facies, non falsum testimoniũ dices, honora patrem tuũ & matrem: & diliges proximum tuum sicut te ipsum.] Et forsitan ista sufficiunt ut in principiũ (ut ita dicam) ingrediatur quis, non aũt sufficiunt hæc uel alia similia istis, ad interiora uitæ introducere quenquã. Qui autem præterierit unum mandatorum istorũ, nec in principium uitæ intrauit. Abstinendũ est ergo omni uolenti uel in principiũ uitæ intrare, ab adulterio, ab homicidio, à furto. Sicut enim adulter & homicida nõ intrant in uitã, sic nec fur. In hoc enim peccato multi etiam eorum qui uidentur credidisse Christo incurrũt negotia huius mundi agentes, & pecuniarios actus qui creduntur eis, & qui operantur artes istas mediocres, qui omnes non sunt mundi à furto. Non solum aũt fures non intrant in uitam: sed nec socij eorũ, nec qui cõsentiunt eis:
Esa.1 Scriptũ est enim in Esaia: Socij furũ diligẽtes munera. Item in Psalmo quadragesimonono prohibetur enarrare iustitias domini & assumere in ore suo testamentũ eius consentiens furibus, ita: Si uidebas furem concurrebas ei, quod primũ dictum est, In secundo autem loco: Et cum adulteris partem tuam ponebas. Et uide quia nec ipsum furem, nec ipsum adulterũ dicit: sed concurrentẽ furibus, & cum adulteris partem suã ponentem. Qui uult intrare in uitã, nec falsum testimonium dicere debet. Expellitur autem à uita, & qui non honorabit patrẽ suum & matrẽ. Sed forsitan hæc seruare mandata non satis difficile est: opus aũt est omnibus qui per mandata præcedentia inducuntur, quasi maius & utilius quod mãdat implere: Diliges proximũ tuum sicut te ipsum: quoniã & Matt.22
secundũ quod ait, nõ occides, & non furtum facies, nõ adulterabis, & si quod est aliud Leuit.19
mandatum in hoc uerbo recapitulatur: Diliges proximũ tuum sicut te ipsum. Et si omne mandatũ in hoc uerbo recapitulatur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum, perfectus est qui impleuerit omne mandatũ, qui impleuerit, & hoc quod est: Diliges proximum tuum. Si autem iste est perfectus qui diligit proximũ suum sicut se, quære quomodo dicenti adolescenti: Hæc omnia seruaui à iuuentute mea, quid adhuc mihi restat? respõdit dominus quasi adhuc nondũ perfecto cõstituto qui hæc omnia fecit: & quasi consentiens ei qui dixit: Hæc omnia feci, respondit. Si uis perfectus esse, uade & uẽde omnia quæ possides, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & ueni, sequere me. Vide ergo si possumus ad propositam quæstionẽ secũdum unum quidem modum taliter respondere: quia ne forte quod ait, Diliges proximũ tuũ sicut te ipsum, suspicari potest non à domino positum in hoc loco: sed ab aliquo nescio quo non intelligente subtilitatem dictorũ istorum additum esse. Hoc autem adiectum esse cõmendat, quod ipsum locum Marcus & Lucas exponentes, neuter addidit, Diliges proximum tuũ sicut te ipsum. Dicet aũt qui adiectum hoc esse defendere uult: si eadem ipsa diuersis sermonibus à tribus sunt exposita, nunquã dixisset dominus, adhuc unum tibi restat, aut unum tibi deest, ei qui professus est, se impleuisse mandatum quod ait: Diliges proximum tuum sicut te ipsum: maxime si secũdum Apostolum, quod dicitur, Non occides Rom.13
& cætera, & si quod aliud est mandatum in hoc uerbo recapitulatur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Nam secundum Marcum sic dicit: Intendens in eum qui di- Mar.10
xerat: Omnia hæc seruaui à iuuentute mea, dilexit eum uel osculatus est eum. Videtur enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim affirmasse professionem eius qui dixit se omnia ea impleuisse. Intendens enim in eum, mente uidit hominẽ ex bona conscientia confitentẽ, se proposita impleuisse mandata. Nunquam enim si extra cætera mandata etiã illud se impleuisse dixisset, Diliges proximum tuum sicut te ipsum, capitale & maximũ Marcus & Lucas prætermisissent mandatum: nisi forte quis similia quidem dicat scripta, nõ autem de eodem ipso dicta esse. Quomodo aũt quasi nondum perfecto ei qui extra cætera etiã hoc impleuit mandatum, Diliges proximũ tuum, sicut teipsum: Iesus respõderet, Si uis perfectus esse, uade uende omnia quæ possides, & da pauperibus? Multam enim differentiã inter exemplaria inuenimus, siue per negligentiã scribentium, siue ex temeritate quorundam, siue propter eos qui negligunt emẽdare scripturas, uel propter eos qui quod ipsis uidetur in emendationibus uel adijciunt, uel subducunt. Et in exemplarijs quidẽ ueteris testamenti quæcunq; fuerunt inconsonantia deo præstante coaptare potuimus, utentes iudicio cæterarũ editionum: ea enim quæ uidebãtur apud Septuaginta dubia esse propter consonantiã exemplariorum, facientes iudicium ex editionibus reliquis conuenientia seruauimus: & quædã quidem notauimus quasi non posita in Hebræo, non audentes ea omnino auferre: quædam autẽ cum asteriscis addidimus, ut sit manifestum quoniam quæ non fuerũt posita apud Septuaginta, ex editionibus cæteris addidimus conuenienter Hebræo. In exemplarijs autem noui testamenti hoc ipsum me posse facere sine periculo non putaui. Tantũ suspiciones exponere me debere, & rationes causasq; suspicionum, non esse irrationabile existimaui, sicut in hoc loco quod dicitur, Diliges proximũ tuum sicut te ipsum, quoniam apud Marcum & Lucam positũ non est. Iudicent autem qui possunt, utrum uera sint quæ tractamus, an falsa. Tamen quasi posito etiam hoc, Diliges proximum tuum sicut te ipsum, age aliter tractemus hũc locum. Scriptum est in Euangelio quodam, quod dicitur secundum Hebræos, si tamen placet alicui suscipere illud, nõ ad autoritatẽ, sed ad manifestationem propositæ quæstionis. Dixit, inquit, ad eum alter diuitum: Magister quid bonum faciens uiuam? dixit ei. Homo leges & prophetas fac. Respondit ad eum. Feci. Dixit ei, uade uende omnia quæ possides, & diuide pauperibus, & ueni sequere me. Cœpit aũt dines scalpere caput suum, & nõ placuit ei. Et dixit ad eum dominus. Quomodo dicis, legem feci & Prophetas? quoniam scriptũ est in lege, Diliges proximum tuum sicut te ipsum, & ecce multi fratres tui filij Abrahę amicti sunt stercore morientes prę fame, & domus tua plena est multis bonis, & non egreditur omnino aliquid ex ea ad eos. Et conuersus dixit Simoni discipulo suo sedenti apud se. Simon fili Ioãnæ, facilius est camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in regnum cœlorum. Verum est ergo quia nõ impleuit diues mandatũ, Diliges proximũ tuũ sicut te ipsum: qui multos despexit pauperes, & nõ est eis partitus aliquid de tãtis facultatibus suis. Impossibile est enim & implere mãdatum quod dicit, Diliges proximũ tuũ sicut te ipsum, & esse diuitẽ, & maxime tantas possessiones habere. Qui ergo non existimat esse abijciendũ uerbũ hoc quasi falsum: Diliges proximũ tuũ sicut teipsum: sed recipiendũ quasi uerum à Domino dictũ, dicet non satis arguitione reperta: quoniã strictim & nõ satis odibiliter uolẽs arguere diuitẽ illum Dominus noster quasi nõ uera dicentẽ, quod ait se impleuisse etiã illud mãdatum, Diliges proximũ tuum sicut te ipsum, dixit ad eum: Si uis perfectus esse, uade uende omnia quæ possides, & da pauperibus. Sic enim apparebis dicere uerũ, si dilexisti, aut diligis proximũ tuũ sicut te ipsum. Si quis autẽ aspiciens humanam infirmitatem, & difficile hoc putans hominẽ posse implere, dispiciat uerba, & ad allegoricũ se intellectum conuertat audiat etiã historiam quorundam gentilium, in qua propter sapientiam mundi referunt, quod hic dominus diuiti facere mandat, quendã Thebæum fecisse propter libertatem animæ suæ, & exemplũ uitæ facilioris: & uolentẽ se beatum demõstrare gentibus, & nihil mũdi istius opus habentẽ, tradidisse omnem substantiã suã populo Thebanorum. Si ergo propter sapientiã gentium, & dogmata liberãtia animã (sicut illi putabant) hoc facere potuit homo gentilis, quomodo nõ facilius potest facere qui cõcupiscit in se suscipere Christi perfectionem? Si autẽ & de diuinis scripturis placari quis
Act.4 uult quoniã possibile est quod præcepit Christus, audiat historiã de Actibus Apostolorum ita conscriptã: Omnes autem qui crediderant in id ipsum habebãt omnia communia

munia, & possessiones, & substantias uendebant, & diuidebant prout quisq; opus habebat. Quotidie autẽ permanens in idipsum in templo, & frangentes in domibus panem, percipiebant cibũ cum lætitia & simplicitate cordis, laudantes Deum, & habentes gratiam ad uniuersum populum. Et posi modicũ iterum dicit. Multitudinis aũt cre Act.4
dentiũ erat cor unum & anima una, & nemo eorũ dicebat aliquid suum esse, sed erant illis omnia cõmunia, & cætera. In quo loco introducitur de Anania & Saphira coniu- Act.5
ge eius qui uendiderũt prædium suum, & de precio prædij partem aliquam subtraxerunt, & ideo passi sunt quæ passi sunt. digni enim erãt in hoc seculo recipere peccatum suum, ut mũdiores exeant ab hac uita mundati castigatione sibi illata per mortem cõmunem, quoniam credentes erant in Christum. Puto aũt quoniam audiens Ananias hæc uerba ideo cadẽs expirauit, quoniã non sustinuit arguitionem Petri, sed cruciatus in se adeo est punitus ut etiã expiraret, uerbis uidelicet Petri catechizantibus animam eius. Nec Petrum hic existimare debemus interfecisse Ananiã, sed illum nõ sustinuisse acritudinem uerborũ Petri dicentis ad se: Vt quid repleuit satanas cor tuũ, ut mentireris spiritui sancto, & fraudares de precio prædij? Nónne manens tibi manebat, & uenditum in tua erat potestate? Quid quoniã posuisti in corde tuo facere rem talem? Non es mentitus hominibus sed deo. Audiens autem, inquit, Ananias uerba hæc, cecidit & expirauit. Conuenienter aliquis quærere potest, quoniã si perfectus est qui omnes habet uirtutes, ut iam ex malitia nihil agat, quomodo sit perfectus qui uẽdidit omnia sua, & pauperibus dedit? Ponamus enim aliquẽ hoc ipsum fecisse, quomodo fiet statim & sine ira? Et si cõtigerit eum esse sine ira, quomodo fiet statim & sine tristitia? Quomodo fiet etiam extra timorem, ut non timeat aut dolorem aut mortem, uel quælibet alia quæ possunt animam imperfectiorem turbare? Quomodo qui erogauit substãtiam suam pauperibus, erit absq; omni concupiscentia? Deinde quoniam possibile est ex hoc ipso q; tradidit omnia sua, ut patiens aliquid humanũ ex paupertate, pœniteat eum facti, desideret autem similia possidere. Si aũt & quæ dicitur uoluptas irrationabilis constituta eleuatio animæ passio est, quomodo quis mox ut tradiderit omnia sua pauperibus statim liberabitur à passione iactantiæ uanæ? Adhuc autem adijciens aliquis dicat. Quomodo potest ex eo quod tradiderit bona sua pauperibus, etiã sapiens fieri, & suscipere sapientiam dei, ut possit reddere rationem omni homini interroganti se de fide, uel de omnibus quæ in scripturis absconsè sunt dicta? Siue enim ex hoc ipso dicimus quenquam fieri perfectũ, si habuerit ea quæ diximus, ad irrationabilitatẽ uenimus, dicentes aliquẽ & perfectum esse simul & peccatorem. Peccator est enim omnis qui iracitur sine causa, & si quis seculi tristitia contristatur, & qui dolores timet, aut mortem, & qui desiderat quod non habet, & qui sine ratione extollitur quasi in bonis quæ non sunt bona. Siue simul ut tradiderit bona sua pauperibus, dicimus eum quasi receptaculum dei factũ, suscipere omnes uirtutes, & deponere malitiam uniuersam, fideliter quidem ut cõmuniter neminem dicimus, nescio autem si uere. Et forsitan deridebunt nos quasi non sapienter dicentes, qui audierint solutionem huiusmodi. Sapienter ergo uidebitur forsitan dicere quis seruans simplicitatẽ uerborũ, & non moraliter aliquid dicens de eis, si sic respondent quasi fidelis, dicens quoniam qui pauperibus tradit bona sua, ipsorum orationibus adiuuatur, accipiens ad suam spiritalem inopiam spiritalem abundantiã eorum qui patiũtur inopiam carnalem, sicut ait Apostolus ad Corinthios scribens: & fit hoc modo perfectus, quamuis aliquas (quod humanũ est) habuerit passiones, & si quis alius hanc inopiam passus fuerit, & magno adiutorio fuerit adiuuatus, deo exaudiente tãtorum pauperum refrigeratorum preces: qui tamen similes sunt Apostolis, aut paulo inferiores, pauperes quidem in corporalibus sicut illi, diuites autem in spiritalibus. Aut ita. Iste qui mutauit pro diuitijs paupertatem ut fiat perfectus, credens sermonibus Christi, adiuuabitur statim sicut Apostoli Christi, ut sapiens fiat in Christo, ut magnanimis, ut iustus, ut castus, & absq; omni omnimodo passione. Non tamẽ sic debemus intelligere, ut in ipsa die, uel in ipso tempore quo tradiderit bona sua pauperibus, efficiatur omnino perfectus. Sed cõsequenter ex illa quidem die incipiet speculatio dei adducere eum ad omnes uirtutes, ut incipiat ex eo proficere sicut Isaac propter adiutorium dei collatũ in se, & magis atq; magis crescet per singulos dies donec adiu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec adiutus ſicut Iſaac magnus efficiatur ualde in omni uirtute, omni uidelicet malitia auulſa de anima eius. Et ſic qui hanc expoſitionem defendere uult, dicere non cogetur perfectũ fieri hominem per hoc ipſum quod tradiderit bona ſua pauperibus, alias delinquẽtem. Aliter autem forſitan abundans fide & ſtudio tranſeundi ad ſubtiliora, & ad magnitudinem aliquam intellectuum eminentium & digniorum Chriſto, relinquens uerbi ſimplicitatem & expoſitionem moralem trãſibit, dicens ſubſtantiam eſſe uniuſcuiuſq; animæ, actus ipſius poſt exitum, ut ſit ſubſtãtia quidem iuſtorum boni actus, ipſorum autem malorum, mali. Hic ergo dicit eum qui multas habebat poſſeſſiones diuitem fuiſſe in myſterio eius qui multa poſſidet opera mala, in quibus poteſt eſſe & amor pecuniarũ, & concupiſcentia gloriæ, & aliæ res terrenæ replentes animã eius. Quoniam ergo poteſt aliquando qui hic modo dives eſt abſtinere quidem ſe à malis quibuſdam, utputa ab homicidio, ab adulterio, à furto, à falſo teſtimonio, & quę conueniunt parẽtibus reddere cũ quodam honore: poteſt etiam eſſe aliquis & miſericors ad proximos, non tamen & perfectus: ideo conſilians huiuſmodi uiro imperat Chriſtus uẽdere omnem ſubſtantiam malam, & quaſi tradere eam uirtutibus operantibus eam, quæ ab omni bono pauperes ſunt, & propter hoc non ſufferunt minas ſecũdum quod ſcriptũ eſt: Pauper autem non ſuffert minas. Sed ſcio quia ualde uiolenta uidebitur expoſitio iſta, ſoluens quidem honeſte quæ de perfectione ſunt dicta, non aũt ualde perſuadens, ut deponens quis quæ malitiæ ſunt, uendere intelligatur ſubſtantiam, & dare pauperibus. Quaſi in tali autẽ prœuentus loco dicam: qui hanc expoſitionem defendit, dicere poteſt quoniam plenus eſt peccator ſpiritibus ſecundum menſuram peccatorũ ſuorum: utputa fornicarius, ſecundũ quod dicitur in ſcripturis, ſpiritu fornicationis, furibundus, ſpiritu furoris: & maliloquax, ſpiritu criminationis. Iſtam ſubſtantiã acquiſiuit qui malus fuit, & factus eſt participatione malorũ ſpirituũ abundantior & multiplicior in ipſis malis. Sicut aũt acquiſiuit quis eam emens arbitrio proprio complacens malis, ſic uẽdit eã, & dat talibus pauperibus, de qualibus loquitur ſermo, per hoc quod credidit uerbis Chriſti, & reliquit eam. Sicut enim pax Apoſtolorũ reuertitur ad ipſos, niſi fuerit filius pacis: ſic fornicatio, & uniuerſa peccata reuertũtur ad pauperes qui auctores ſunt peccatorum, cum non fuerit utens malis eorum. Et ſic neq; dubitatio erit quin ſtatim fiat perfectus qui ſic uendidit omnes ſicut tradidimus proprias facultates, & dedit pauperibus. Si aũt & tempore multo huiuſmodi facultates uenduntur, & multum tempus neceſſarium eſt ut tradantur quibus dixi pauperibus, nihil cõtrarium eſt: ſed ſecũdum æſtimationem traditorum malorũ pauperibus per tempora fit perfectus qui talia fecit. Manifeſtum eſt aũt, ut qui talia egit habeat theſaurum in cœlo, & ipſe factus cæleſtis. Qualis enim terrenus, hoc eſt malignus, tales & terreni: Et qualis cœleſtis, id eſt Chriſtus, tales & cœleſtes. In parte ergo ſui cœli habebit theſaurũ qui uoluerit eſſe perfectus, & uendiderit omnes facultates ſuas, & dederit pauperibus. Sed ne exiſtimes huiuſmodi uirũ inueniri inter diuites huiuſmodi quales ſunt modo. Quis enim horum deponit amorẽ diuitiarum, & (ut ita dicam) mundi amorem? Quis ad plenum depoſuit ſpiritum gloriæ uanæ, ut ſuſcipiat in ſuo cœlo theſaurũ gloriæ dei, & diuitias quæ ſunt in omni uerbo, & in omni ſapientia dei? Quis enim depoſuit ſpiritũ concupiſcentiæ & timoris, aut iræ, aut uoluptatis propriæ? Ergo qui uult ſecundum ſubtilitatem diſcutere ueritatis, pronũciabit hoc in Apoſtolis eſſe, & qui ſimiles fuerint eis. Iſte autẽ talis & poterit ſequi Chriſtum, qui ſicut diximus uendidit uniuerſa & habuit theſaurũ in cœlo. Nec enim diſtrahitur huiuſmodi uir ab aliqua mala poſſeſſione, quo minus Chriſtum ſequatur. Audiens autem uerbum adoleſcens, abiit triſtis. Erat enim habens poſſeſſiones multas.] Et conſidera ſecundum conuerſationem humanã quomodo cum difficultate diuellimur à bonis terrenarum diuitiarũ, uel à concupiſcentia gloriæ uanæ. Magis enim uolumus adipiſci etiã ea quæ male deſideramus, quàm liberari à deſideriis malis: & magis uolumus ut nõ incidamus in ea quæ arbitramur eſſe timenda, quàm deponere inimicum timori dei timorem. Sed uide quia non ſenior aliquis introducit in hoc loco, neq; uir qui euacuauerit quę paruuli erant: ſed adoleſcens, qui audiens uerbũ abiit triſtis. Adoleſcens enim erat ſecundum animam, & propterea relinquens Chriſtum abiit. Ad uituperationem enim dictũ eſt eius, Et abiit triſtis: triſtatus

ſtatus triſtitia ſeculi quæ mortẽ operatur. Erat enim habẽs poſſeſſiones multas quas diligebat, diligens iraſci, diligens triſtari: propter quod & abiit triſtis: & quantacunq; ei naſcebantur ex malo, quæ tenebant animã eius. Si autem intelligere uis hiſtoriã ſecundum expoſitionẽ aliquorum, quã ſuperius ex parte tetigimus, in dimidio inuenies hũc adoleſcentẽ laudabilẽ, in dimidio autem uituperabilem. Laudabilem quidẽ, quia nec occidit, nec adulteratus eſt, nec aliquid eorũ fecit quę ꝓhibet lex: ſed adhuc adoleſcẽs conſtitutus honorauit patrẽ, & matrẽ, uituperabilem autẽ, quia triſtatus eſt in uerbis Chriſti uocantibus eum ad perfectionẽ: & promittẽtibus ei ut ſi tradidiſſet omnia quę habebat, magnus efficereẽ. Abeunte aũt eo, dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen dico uobis, quoniã diues difficilè intrabit in regnũ cœlorũ. Ex quo conſiderandus eſt ſermo Chriſti cautiſſimus, quoniã non ſimpliciter dixit: Diues nõ intrabit in regnum cœlorum. Quod ſi dixiſſet, excluſiſſet utiq; diuites à regno cœlorũ. Nũc aũt dicit, diues difficile introibit, difficultatẽ quidem ſalutis diuitum manifeſtans: non aũt impoſſibilitatẽ ſuæ potentiæ damnãs. Quod ex hoc ipſo textu manifeſtiſſime declaratur, poſſe diuitẽ cum difficultate quidem reſiſtere paſſionibus ſuis atq; peccatis, tamen poſſe. Si aũt moraliter intelligamus diuitẽ, ſecundum quod ſupra diximus, eum qui multorũ malorum habet ſubſtantiã congregatã, quæres quomodo uel cum difficultate introibit diues in regnum cœlorũ. Difficultatẽ aũt introitus utriuſq; diuitis ad ſalutem manifeſtat ſubiecta parabola dicens: Facilius eſt camelum per foramen acus intrare quàm diuitẽ in regnum cœlorũ. In qua parabola diues cõparatur camelo non ſolum propter immundiciam animalis, ſicut docuit lex, ſed etiã ꝓpter totius corporis eius tortuoſitatem. Regnum aũt cœlorũ foramini acus aſſimilatur, ut demonſtretur ex eo quoniam ſatis arctus eſt, & ſupra modum cõtribulatus regni cœleſtis introitus. Oſtendit aũt quoniam ex ſeipſo impoſſibile eſt camelum per foramẽ acus intrare, poſſibile autem quantũ ad deum. Sic & diuitẽ quantum ad ipſum pertinet, impoſſibile eſt intrare in regnũ cœlorum, poſſibile aũt quãtum ad deum, qui potens eſt ineffabili ſua uirtute, aut craſſitudinem malorũ mali hominis ſubtiliare, aut anguſtiã introitus facere ei capacem. Quoniam aũt propter difficultatem introitus, & non propter impoſſibilitatem accepit ad exemplum foramen & camelum, claret ex eo quod ad diſcipulos dicentes: Quis ergo poteſt fieri ſaluus, reſpondet: Apud homines impoſſibile eſt, apud deum aũt omnia poſſibilia.] Ergo poſſibile eſt & camelum per foramẽ acus intrare, nõ tamen apud homines, ſed apud deum. Quomodo aũt faciat hæc poſſibilia deus, ipſe ſcit, & Chriſtus eius, & cui reuelauerit Chriſtus. Qui aũt proficit in ſapientia & ſermone, audebit forſitan abundãtius & de acu, & de foramine eius exponere. Nos autẽ hoc adijcimus ſolum, quoniã ſunt quædam quæ fiunt in lege artificio conſutili, neceſſariam habentia acũ, ut ſecundũ ſapientiã dei faciat opera quis artificij, quod ſuſcepit. Qualitercũq; ergo intellecta fuerint opera conſutilia, ipſa conſutura dabit intelligere quæ intelligi debeant in hoc loco. Quæ nunc dicere & manifeſtare forſitan quidẽ & ſupra nos eſt, forſitan autem & ſcienti multum & importunũ exitum habere uidebitur. Duobus ergo propoſitis, camelum per foramen acus intrare, & diuitẽ in regnum cœlorum, facilius eſſe dixit primum. Quęre aũt inter homines, alium quidem camelum conſtitutum per foramen acus intrantẽ: alium aũt diuitem impoſſibiliter quidem quãtum ad homines, poſſibiliter aũt quantum ad deum intrantẽ in regnũ cœlorum. Quicunq; ergo inuentus fuerit eſſe camelus, & quodcunq; intellectũ fuerit acus foramen, intrabit per illud. Puto gentiũ introitum in regnum cœlorũ faciliorem oſtendere uolens, quàm Iudæorum diuitum, hanc ſimilitudinem introduxit. In quibus autem gentes dicebantur pauperes, in his Iudæi diuites erant. Vtrum autem manifeſtent hæc fines aliquos ſecũdum myſteria quædam adducentes ad fines aliquos per quaſdam uias deo ſoli poſſibiles, nec ne, diſcutiat qui diſcutere poteſt.

TRACTATVS IX

1 In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Ieſum: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis?] Hoc poterit quis ſimpliciter interpretari, & moraliter. Qui ergo ſimpliciter uult intelligere, talia dicet. Sicut enim in datis non ipſum datum, ſed affectum dantis aſpiciens

Universidad de Deusto
Biblioteca

deus iustificat,& melius suscipit parua dantem cum magno affectu, quàm magna ex affectu modico,sicut manifestum est ex his quæ scribunt propter data diuitis magna, & duo minuta uiduæ:sic & in his qui propter dei dilectionẽ dimittunt quæ possident, ut inseparabiliter Christum sequantur,omnia secundum uerbum eius agentes,nõ magis acceptabilis erit qui plura reliquerit eo qui parua dimiserit. Ergo & si minima, & Matt.4 contemptibilia Petrus cum fratre suo reliquit, quando audientes, Venite post me, & faciam uos piscatores hominum,statim relictis retibus secuti sunt eum,sed nõ minima sunt æstimata apud deum, considerantem quoniã ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt, ut etiam si multas habuissent possessiones,omnia sine dubio reliquissent,nec ab eis ullo modo retẽti fuissent,aut impediti ab impetu dilectionis huiusmodi,Et puto quòd magis cõfidens Petrus de affectu suo,quàm de ipsa quantitate rerum relictarũ,fiducialiter dixit:Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te,quid ergo erit nobis? Consequens est aũt sentire,quoniam non solum retia,sed etiam domum & uxorem forte reliquit,& filios,& possessiones quasdam etsi paruas. Magnum ergo aliquid demonstratur de Petro,& de fratre ipsius,quoniam audientes: Venite post me & faciam uos piscatores hominũ, nihil cogitantes statim relictis retibus secuti sunt eum, nec sunt imitati eum qui dixit:Sed primũ permitte mihi ire & renunciare eis qui Matt.8 sunt in domo:nec simile aliquid fecerunt ei qui dixit:Permitte mihi primum ut sepeliam patrem meum.Et diligenter attende,quoniã honestissime percussi Christi præcepto,& promissionibus eius,& credentes quoniam modicam capturam piscium relinquentes,homines piscaturi fuerãt ad salutem,statim relictis retibus & quasi obliti suorum omnium,secuti sunt eum ut digni efficiantur hac interrogatione, quam fecit dicens:Ecce nos reliquimus omnia,& secuti sumus te.Obserua simul & hoc,quoniã occasio interrogationis huiusmodi ex illo facta est Petro,quod uerbũ Christi audiuit dicentis:Si uis perfectus esse,uade,uende omnia quæ possides,& da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis,& ueni sequere me. Deinde quia considerauit adolescẽtem cum tristitia abeũtem,quoniam præposuit multas possessiones habere in terris, quàm esse perfectus in deo:considerans quoq; & difficultatem diutiũ ingrediẽdi in regnum cœlorum,ideo quasi qui ipse nõ facilem rem consummauerit in eo quod uniuersa reliquit & secutus est Iesum,dixit:Ecce nos reliquimus omnia,& secuti sumus te. Propterea Petro fiducialiter ista dicenti,respondit promissionẽ istam maximam Christus, ut sit unus de iudicibus illis. Quoniam aũt uerbi simplicitas non est satis idonea auditorem ingenij eminentioris placare,honestatẽ sensus in moralibus expositionibus considerantem, etiam hunc locum ita trademus,quomodo hoc ipsum quod ait: Ecce nos reliquimus omnia,& secuti sumus te.Retia cõtemptibilia reliquisse,uel pauperem domum,& uitam in paupertate doloribus plenam,nõ adeo magnum est,neq; dignum tali discipulo,cui nõ caro & sanguis reuelauerat esse Iesum Christum filium dei uiui, sed Matt.16 pater cœlestis:cui etiã fuerat dictum,Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiam meã,& portę inferorum non pręualebũt ei. Ergóne forte ea quæ tradita sunt superius de uerbis Christi dicẽtis: Vade & uende omnia quę possides, & da pauperibus,& habebis thesaurũ in cœlis,& ueni sequere me,utilia & uera sunt in præsenti? Pe Luc.5 trus enim omnia reliquit,in quibus erat peccator.Propter quæ & dixerat:Exi à me domine:quoniam homo peccator sum ego.Et magna laus erat eius confidentis ut de cætero non peccaret: qui dixit:Ecce nos reliquimus omnia: & non solum mala reliquimus,sed & te secuti sumus.Quod aũt dicit:Et secuti sumus te,potest dici secundum omnia quæ pater reuelauit Petro esse filium suum, secuti sumus te iustitiam secundum quod iustitia es:secuti sumus te sanctificationẽ,secundum quod sanctificatio es,& sapientia,& pax,& ueritas,& uita ducens ad deum,& uita uera.Propter quod quasi uictor athleta post luctamen agonothetam interrogat quæ sint præmia certaminis huiusmodi quę adhuc nescìebat. Quid utiq; erit nobis? Et nos si uolumus percipere quæ sunt Petro ,pmissa, similiter omnia relinquamus,ut de cætero nulla teneamur malicia,neq; aliquibus operibus eius,sed uerbum dei sequamur,ut dicatur & nobis,& omnibus sequentibus eum,quæ in sequentibus dicit:Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me,in regeneratione cum sederit filius hominis super sedem maiestatis suæ,sedebitis & uos

& uos super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Quod & ipsum & simplicem habet interpretationem exhortantem relinquere bona seculi propter Christum,& spiritalem & altiorẽ.Qui ergo secundum literam uult intelligere,talia dicet: non omnes dicit sequi Christum sermo,sed eos qui tunc fuerunt Apostoli, & qui similiter eis secuti fuerant eum,secutos se appellauit.Posteriores autem manifestauit per illud quod dixit:Et omnis qui reliquerit fratres,aut sorores,& cætera. Qui ergo secuti sunt Christum non quædam sed omnia relinquentes,sedebunt super duodecim thronos,iudicantes duodecim tribus Israel.Et hanc potestatem accipient in resurrectione mortuorum,Ipsa est enim generatio,& noua quædam natiuitas constituta, quando & cœlum nouũ,& terra noua creatur his,qui seipsos renouauerunt,& nouum traditur testamentum,& calix ipsius.Illius autem regenerationis præmium est, quod apud Paulum uocatur lauacrum regenerationis,& illius nouitatis mysterium est hæc renouatio Tit.3 spiritus.Et forsitan quidẽ secũdum hanc natiuitatem nemo est mundus à sorde, etsi unius diei sit uita eius, propter natiuitatis nostræ carnalis mysterium:secundum quod ait Dauid ex persona omnium nascentium ex carne & sanguine, Quoniam in iniqui- Psal.50 tatibus cõceptus sum,& in delictis concepit me mater mea.Secundũ regenerationem autem baptismatis,omnis quidẽ est mũdus à sorde,qui renatus fuerit ex aqua & spiritu: ut audacter autem dicam,mundus est per speculum in ænigmate. Secundum tertiam autem regenerationem,quando sederit filius hominis in sede gloriæ suæ, omnis, qui in illam regenerationem uenerit quæ est in Christo,mundissimus erit à sorde,& facie in faciem uidebit,& ipse per lauacrum regenerationis ueniens ad ipsam regenerationem.Si autem uis intelligere illud lauacrum,intellige quomodo Ioanes in aqua baptizans in pœnitentiam, dicit de Saluatore, Quoniã ipse uos baptizabit in spiritu san- Matt.3 cto,& in igne.In ista ergo regeneratione baptismatis cõsepulti sumus Christo secundum Apostolum per baptismum:in illius autem regeneratione baptismatis,quod erit in spiritu,& in igne, cõformes efficiemur corpori gloriæ Christi sedentis in sede gloriæ suæ,& ipsi sedentes super duodecim thronos,si tamen relinquentes omnia secundum utrãq; interpretationem superius factam,magis autem iuxta secundam,secuti sumus Christum.Tunc autem cum filius hominis sederit in sede gloriæ suæ, implebitur prophetia quæ dicit:Dixit dominus domino meo,sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum.Et tũc oportet eum regnare, donec ponat deus omnes inimicos suos sub pedibus suis, donec nouissima inimica mors destruatur. Qua destructa,iam non erit mors ante faciem saluatorum,sed sola credita uita.Morte enim constituta ante faciem hominum,non creditur uita ab his qui tenentur à morte: destructa uero morte,ab omnibus uita creditur. Tale aliquid positũ est in lege ita.Po- Deut.30 sui ante faciem tuam uitam & mortem. Item. Erit uita uestra suspensa ante oculos ue- Deut.28 stros,& non credetis uitæ uestræ. Sedebit aũt filius hominis super sedem gloriæ suæ, cum nullus cõtemptibilis,& inglorius fuerit in regno eius.Omnes enim tunc qui gloriam ab hominibus non acceperunt,nec fecerunt aliquid ut ab hominibus glorificarentur,sed gloriam solam quæ ex deo est quæsierunt, regenerabuntur ab eo qui sederit super sedem gloriæ suæ.Tunc implebitur oratio Christi,quam orauit & dixit. Pater Ioan.17 gloriũca me ea gloria quam habui priusquam mundus fieret,apud te. Si autem potes intelligere uerbum restitutum postquam factus fuerat caro,& omnia quęcunq; factus est,secundũ quod unusquisq; necessariũ fieri habuit eum sibi ut omnes lucretur, & postea restitutum,ut fiat qualis fuit in principio apud deum, Deus enim erat uerbum in gloria sua,quasi uerbum uidebis eum sedentem super sedem gloriæ suæ, quando non alium ab eo intellexeris filium hominis qui secundum corpus homo existimabatur. Tunc autẽ cum hæc in restitutione Saluatoris fuerint facta,& qui reliquerunt omnia, & secuti sunt eum,sedebunt quasi conformes facti corporis & sedis gloriæ eius super duodecim thronos iudicãtes duodecim tribus Israel.Omnis enim uita iustorum iudicabit tribus Israel quæ non crediderunt,& iudicabũt Apostoli, & qui Apostolorũ imitati sunt uitam:& iudicabunt generosos quidem propter quod sunt Israel, non autem egerunt digna genere suo.Forsitan autem quod dicit Apostolus,In uobis iudicabitur 1.Cor.6 mundus,dicitur ad eos qui uenerunt ex gentibus.Quod autem dicit,Sedebitis & uos

Universidad de Deusto
Biblioteca

super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israel, dicitur ad Apostolos, & ad eos qui Apostolicam imitati sunt uitã, iudicatores Israel, qui generosiores toto mũ do habentur. Si quis ergo reliquerit omnia, & secutus fuerit Iesum, quæ Petro promissa sunt & ipse recipiet. Si autem non omnia reliquit, sed quędam quę specialiter inferius referuntur: hic multiplicia recipiet, & uitam æternam possidebit, secundum quod ait: Omnis qui reliquit fratres, aut sorores, aut parentes, aut filios, aut agrum, aut domum propter nomen meum, cẽtuplum accipiet, & in futuro uitam æternam possidebit. Et hoc quidem quoniã habet non contemptibilem rationem, & secundum simplicem traditionem exhortatoriam ad contemnendam omnem carnalem cognationem, & omnem substantiam mundialem, omnis homo fatetur: quoniam multi credentium Christo odio habiti sunt à parentibus suis, & elegerunt eos & omnẽ substantiam spernere ut uitam æternam possiderent, credentes quia omnis qui reliquerit fratres secundum carnem & sorores corporis, & parentes carnales, aut filios carnis, & in terra maledicta agros & domos in ea, & reliquerit propter aliud nihil nisi propter nomen Christi, multiplicia recipiet: & si oportet sic nominare, inæstimabiliter multiplicia spiritalia magis quàm carnalia. Et adhuc supra quod multiplicia recipit, non in uita hac temporali, sed in illa uita æterna factus recipiet ea. Et multiplices quidem fratres, & sorores exponere facile est. Nam & in hoc seculo pro fratribus carnalibus, quos propter infidelitatem reliquit, multos inuenit fratres secundum fidem. Sic & parentes omnes irreprehensibiles episcopos & presbyteros sine crimine cõstitutos inuenit quis patres, pro eo quod reliquit infideles parentes. Similiter & filios omnes ætatem habẽtes. Quo modo autem intelligatur multiplices agros uel domos quę reliquerit, inuenire, non similiter tradere possumus. Sunt ergo sicut existimo, & angelis fratres & sorores omnes qui exhibuerunt se Christo castas uirgines, tam istę quæ adhuc in terris habentur, quàm illæ quæ iam uiuunt in cœlis. Parentes autẽ quales dicti sunt Abra-
Gen. 15 hæ. Tu ibis ad patres tuos in pace nutritus in senecta bona. Si autem facti fuerint aliquando secundum illos patres isti aliorum patres, multipliciter recipiunt etiam natos. Agros autem & domos multiplices intellige mihi in requie paradisi, & ciuitate dei, de qua dicta sunt gloriosa, in cuius gradibus dignoscetur deus cũ susciperet eam, ut dicatur ad eos qui illic possident domos: Sicut audiuimus, ita & uidimus in ciuitate domini uirtutũ, in ciuitate dei nostri. De qua dicitur: Distribuite gradus eius. Super hæc autem omnia uitam ęternam possidebit. Multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.] Et hoc habet aliqua & secundum simplicem sensum exhortari potentia eos, qui nuper accedunt ad uerbum diuinum, ut festinent per ea quæ cõstituta sunt hominibus ad prouectum ascendere prę multis, qui uidẽtur senuisse in fide ad uerbum & uitam, quæ est super illos, cum neq; tempus, neq; parentes infideles impediant eos qui nuper accedunt. Potest etiam huiusmodi sensus, & destruere, & extollere, qui gloriantur eo quod à Christianis parẽtibus sunt enutriti in ipsa Christianitate, maxime si fuerint ex patribus sacerdotali sede dignificatis, id est episcopatus, aut presbyteratus, aut diaconatus in populo dei. Audientes enim quia multi erũt primi nouissimi & nouissimi primi, recordabantur ut non gloriẽtur in eo quod uidentur priores, neq; humilientur & pusillanimes fiant, quasi minus aliquid prioribus possidẽtes, pro eo quod Christianitatis dogmata nouissimi receperunt. Habet etiã alterum intellectum, ut sint quidem primi Israelitæ, qui facti sunt nouissimi propter infidelitatem suam, & proditionem in Christo: gentes autẽ nouissimi facti sunt primi: si tamen permanserint in fide, non alta sapientes, sed humilibus consentientes, & sic communicantes radici patriarcharum, & pinguedini uerbi patrum in qua plantati fuerint secũdum propositum spiritalis legis, & secundum uoluntatem prophetarum: si tamen & ipsi intelligantur spiritaliter sicut lex, illis uidelicet à bona oliua propter infidelitatem præcisis. Christo enim in iudicio ueniente in istum mundum, ut gentes quæ non uidebant uiderent, Israelitæ autem uidentes ut propter infidelitatem fierẽt cæci, nos proselyti ascendentes per fidem, facti sumus sursum & primi: Israelitæ autem qui fuerunt priores, sunt facti nouissimi per infidelitatem cadentes. Sic intelligitur & quod ait: Si quis uult primus esse, erit nouissimus, Tanquam si dicat: quoniam nunc primatum accipiẽt qui ex gentibus

tibus credunt in me, qui existimantur nouissimi esse apud Israelitas: nouissimi autẽ iudicabuntur à deo omnes Israelitæ, etsi uidentur propter tempora primi. Si quis ergo uult fieri uere primus, fiat in istis qui nunc nouissimi existimantur ab Israelitis. Quicunque autem uoluerit esse in illis qui primi esse uidentur, primatu ad gentes trãslato computabitur inter nouissimos. Vide autẽ caute quid loquatur sermo. Multi, inquit, erũt primi nouissimi. Non omnes primi erunt nouissimi, nec omnes nouissimi erũt primi. Sunt enim qui primi fuerũt, & nihilominus permanent primi, sicut Apostoli Christi qui Israelitæ fuerunt de semine Abrahæ, qui etiam nunc primi habentur: Et sunt nouissimi nihilominus permanentes, qui male se tractãt de populo Christiano, & uidentur de ecclesia esse cum non sint. Adhuc autem uide si potes dicere primum genus esse angelorũ, quasi honorabilius hominibus, qui nouissimi præ angelis esse uidenẽ. Nam sicut scriptum est in Iob, quãdo factæ sunt stellæ, laudauerũt deum omnes angeli eius, quasi antiquiores non solũ homine post creato, sed & omni creatura propter eum creata. Et sic audebit aliquis dicere, quod multi angelorum qui priores fuerũt hominibus, efficiuntur inferiores quibusdam hominibus. Multi autem hominũ qui natura nouissimi sunt, efficiuntur per uitam angelicam & uerbum dei quibusdam angelis superiores, qui primi quidẽ fuerunt constituti, facti sunt autem nouissimi propter aliquas culpas. Accipe autem ad hæc scripturam Apostoli dicẽtis. An nescitis quoniam angelos 1. Cor. 6
iudicabimus? Nunquid secularia? Sed & Iudas dicit: Quoniam angelos Dei qui non Iudæ 1.
custodierũt principatum suum, sed reliquerunt suam habitationẽ, deus in iudicio magnæ diei uinculis grauibus sub caligine conseruabit. Vide ergo nisi isti quidem quam diu custodierunt principatum suum, & non reliquerunt propriam habitationem, multo fuerunt hominibus meliores, & erant hominum primi, quorum anima humiliata erat in puluerem, qui facti fuerant in corpore humilitatis, ut uix dicerent aliquando, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Homines autem qui angelorum comparatione nouissimi erant, angelorum primi efficiuntur, eorum qui non conseruauerunt principatum suum, sed reliquerunt propriam habitationem accipientes principatum secundum quod scriptum est, Esto potestatem habens super decem ciui Luc. 19
tates, aut super quinq; ciuitates. Facti ergo in habitatione quidam angelorum derelinquunt eam: efficiuntur autem homines primi, si quando prædicato sibi regno cœlorũ, fecerint quæ possunt eos subleuare ad illam habitationem quam angeli reliquerũt. Et multi ex nouissimis & natiuitatem habentibus super terram, ascendentes ut fiducialiter dicere possint, nostra autem cõuersatio in cœlis est, efficiuntur primi. Et ipse quoque sicut fulgor corruit de cœlo. Primus fuit quando incedebat immaculatus in omnibus uijs suis, donec iniquitas inueniretur in eo, & factus est nouissimus in infernum descendens, ut admirentur uidentes eum, & dicant: Et tu consumptus es sicut & nos. In nobis autem existimatus es & descendit ad inferos honor tuus, & multa gloria tua. Sic cum nouissimus esset omnis qui insipiens & incredulus erat, seruiens uoluptatibus uarijs, & desideriis in malitia & inuidia, odibilis & odiens, sed factus est primus quando benignitas apparuit domini saluatoris per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus, & suscepit eum qui dixit: Qui me suscipit, suscipit eum qui me misit. Luc. 9
Sed secundum hæc quidem primos esse tradidimus eos qui saluantur, nouissimos autem qui non sunt digni tali ordine saluatorum, sed pœna, & ut relinquantur, siue donec intrauerit gentium plenitudo, siue donec compleantur quæ peccatis proprijs meruerunt. Parabola autem quæ subsequitur istos sermones, significat esse saluandos etiam nouissimos, qui primi quidem sunt operati, nouissimi autem acceperunt mercedem, & ideo cum primi fuissent, nouissimi sunt existimati: Meliores autem eis dicit, qui nouissimi quidem ad opera sunt uocati, receperunt autem mercedem non solum primi, sed etiam æqualem eis qui aduersus patrẽfamilias murmurauerunt, & dixerunt: Isti nouissimi unam horam fecerunt, & æquales fecisti eos nobis, qui portauimus pondus diei & æstum. Et primi uocantur qui ad opera nouissimi sunt uocati, ex eo quod primi acceperunt mercedem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRACTATVS X. Cap. XX

N illo tempore, dixit dominus Iesus discipulis suis. Simile est regnum cœlorum homini patrifamiliâs, qui exijt primo mane conducere operarios in uineam suam.] Videtur quidem omnis parabola hæc propter hoc esse suscepta, ut discamus quomodo nouissimi uenientes ad opera, quasi primi uocati primi acceperunt mercedem: & quomodo qui uocati fuerant primi, in nouissimo loco à patrefamiliâs sunt statuti, propterea quod & nouissimi acceperunt mercedem. Scire autem debemus quoniã si parabola Iesu in quo thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi sunt, discussa fuerit, tanta dogmata sapientiæ in mysterio abscondita inueniuntur his qui possunt talia inuenire, ut maxime de ista parabola dicat Saluator: Aperiã in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio, & eructabo abscondita à constitutione mundi. Necesse est enim ut uideat qui uult intelligere, quæ sit dies quæ refertur in ea, & quæ horæ illius, & quod non euentu paterfamiliâs quinq; ordinibus operariorũ traditi opera uineæ. Deinde quærẽda est causa ei qui quærere potest, quare quidem operarij mane conducti sunt: & post hoc nõ circa horam secundam, sed circa tertiam horam alij sunt conducti: & post eorum conductionem, quare non circa horam quartam uel quintam, sed circa horam sextam: ita non circa septimam, uel octauam, sed circa nonam: & nouissime non circa decimam, sed undecimam. Debet enim esse quædam ratio digna Iesu, quare inter matutinam & tertiam tempus modicum est assumptum, & non secundum tempora quæ posita sunt inter tertiã & sextã, uel inter sextam & nonam. Post hoc autem quare una sit hora inter nonam & undecimã, quemadmodum superius inter matutinam & tertiam. Non autem negligenter est attendendum, qua ratione paterfamiliâs cum mercenarijs quidem quos mane conduxerat pactum fecit specialiter in die denarium: conductis autem circa tertiam horam non constituit nominatim certã mercedem, sed ita: Quodcunq; iustum fuerit dabo uobis. Similiter & circa sextam horam & nonam fecit uocatis. Et quia his qui circa undecimam erant uocati, excusantibus se propter otium totius diei, sic dixit: Ite & uos in uineam. Sed & quoniam quasi extra uineam constitutus paterfamiliâs, & inueniens operarios ibi, primos quidem misit in uineam, secundis autem dixit: Ite & uos in uineam: similiter eundem sermonem, & qui circa undecimã fuerant uocati: Ite & uos in uineam. Intelligat autem qui potest, quid sit forum, quod in Græco nundina ponitur, in quo otiosos stantes inuenit Iesus. Secundo similiter est requirendũ, qui sunt qui inuenti sunt stantes circa undecimã, quibus dicit: quid statis hic tota die otiosi? Aspiciat autẽ quis, quæ sit excusatio eorum qui toto die steterant otioli, & quis esset dolor standi eorum, qui toto die stare otiosi sustinuerũt, ut cum fiducia responderent, quoniam parati quidem fuerunt ad opus, nemo autem eos conduxit: quasi plurimi essent qui conduceretur, non autem & qui conducerent. Necnon & diligenter oportet attendere, & quod sero facto dixit dominus uineæ procuratori suo. Voca operarios, & redde eis mercedem, incipiens à nouissimis usq; ad primos. Quæres autẽ quid mouit dominum uineæ ut iuberet procuratorem uineæ uocare operarios, & reddere eis mercedem incipientem à nouissimis, & ascendentem usq; ad primos: ut primi quidem accipiant, qui circa undecimam erant conducti, secundi autem qui circa nonam, tertij qui circa sextam, quarti qui circa tertiam, nouissimi uero qui mane. Hoc enim manifestissime declaratur ex eo quod dicit: Redde mercedem incipiẽs à nouissimis usq; ad primos. Quis autem & extra dominũ uineæ sit domini procurator dans mercedem iuxta domini iussionem. Sed & si qui uocati fuerant circa nonam non portauerunt pondus diei & æstum, manifestũ est quoniam non illi murmurauerunt aduersus patremfamiliâs dicentes: quoniam hi nouissimi unam horam fecerunt, & æquales eos fecisti nobis, qui portauimus pondus diei & æstũ. Neq; illi qui sexta hora uocati sunt pondus portauerunt diei, nisi forte diei dimidium. Et qui tertia sunt uocati, non totius diei pondus sustinuerunt, sed si oportet caute dicere, dimidium diei, & quartam partẽ diei. Soli autem qui ex mane conducti sunt, pondus diei sustinuerunt, & æstum totum: Cæteri autem secundum mensuram temporis quod fecerunt in uineam, portauerunt. Quoniam autem diuersæ parabolæ sunt uineã nominantes, quærendum est utrum secundum diuersas res

sas res & uinea intelligitur, aut secundum ipsam rem. Ego arbitror oportere discutere, & quare non ad omnes qui primi uenerunt, & existimauerunt quoniã plures essent accepturi, & murmurauerunt aduersus patremfamiliâs, sed uni eorũ dixit: Amice non tibi facio iniuriam. Denarium conueni tecum. Et uolo huic nouissimo dare quẽadmodum & tibi. Quoniam autem hæc & talia suscipit parabola præsens, potest quidem requirere quis in ea: digna autem dicere est nullius nisi eius qui dixit: Nos autem sensum Christi habemus. Age nos qui multum desumus à profunditate parabolæ, quædã modica quæ suspicamur, in ea dicamus. Et primum quidem uidebimus de die parabolæ, quę sit dies. Et uide si possumus totũ hoc seculum præsens dicere unum diem, magnũ quidem quantũ ad nos, modicum autem & exigui temporis, quantum ad dei patris, & Christi, & sancti spiritus uitam. Et quid dico quantũ ad uitam patris, & filij, & spiritus sancti? Forsitan & quantum ad uitam quarundã beatarum uirtutum & sublimium cõparatione generis multorum. Nam quantum est una hæc dies quantum ad uitam omnium diu uiuentium, tantum est omne seculum hoc quantum ad uitam supernarũ uirtutum. Et si tantum est quantum ad uitam supernarũ uirtutum, iam uide quàm nullius momenti est omne hoc seculum, quantum ad uitam dei patris, & filij, & spiritus sancti. Vtrum aũt aliquod tale mysterium demonstretur in Deuteronomij cantico in quo dicit: Memẽtote dies seculi, aut non: quærat qui potest: & si tales sunt dies seculi, consequens erit traditionẽ similem esse intelligere quæ dicit: Et annos æternos in mẽte habui, & meditatus sum nocte cum corde meo, exercebar, & cõtribulabã spiritũ meum & dixi, nõ in secula proijciet deus. Et forte ut audacter dicam, in secula quidẽ non proijciet deus: multum est enim & in uno seculo proijcere deũ: proijciet autem forsitan & in secundo seculo, quando quædam peccata non remittuntur, nec in hoc, nec in futuro seculo. Quis ergo idoneus est sex illos dies & septimum requietionis ad huiusmodi dies referre, & post sabbata & neomenias, & in primo mense festiuitates, & in quarta decima die mensis pascha, & in cæteris azymorum? Sic autem sequens quis rationẽ in abyssum cadet intellectuum, cæteras festiuitates existimans secũdum huiusmodi dies, & totũ septimanale magnũ, in quo pauperibus, & aduenis, & bestijs terræ donat deus fructus, qui ex prima terræ operatione sint geniti in tempore cũ iam nemo operabitur terram. Abyssum autem dico propter altitudinem dogmatũ, ut ascẽdens quis uideat quinquagesimum annum, & quæ de eo in lege constituuntur, & adimplẽtur. Sed quærentes unam propositæ parabolæ diem, & existimantes eam esse totũ hoc seculũ præsens, intrauimus in altitudines, opus habentes spiritu dei qui omnia scrutatur, etiã altitudines dei. Ego aũt existimo quoniam sicut in exitu consummationis anni quædam dicta sunt fieri oportere, sic (uerbi gratia) & in consummatione seculorũ multorũ siue annum aliquẽ complentium, siue aliud aliquid, in abiectiõe peccati apparuit Iesus noster: ut post cõsummationẽ seculorũ, quasi anni unius dierum, iterũ aliud succedat principium, & ostendat in seculis superuenientibus supereminentes diuitias bonitatis suæ in eos quos ipse nouit ostendere oportere. Et hæc quidem diximus propter diem qui in parabola nominat præsenti, quẽ potest quis confirmare etiã ex Ioannis epistola ita dicẽtis, Filioli nouissima hora est, & sicut audistis quoniã Antichristus uenit, nũc autem Antichristi multi facti sunt: unde cognouimus quoniã nouissima hora est. Nouissima enim hora est post undecimã, in qua homo paterfamiliâs egressus inuenit alios stãtes, & dixis eis. Quid hic statis tota die otiosi? Post hoc requiramus quomodo non fortuitu paterfamiliâs quinq; ordinibus operariorum tradit opera uineæ. Primũ quidem, quando egressus est mane, Secundo, quando egressus est circa horã tertiam, uidit alios stantes ociosos in foro. Tertia uice & quarta, quando iterum circa sextam & nonam egressus similiter fecit. Quando autem circa undecimam, inuenit alios stãtes. Et uide si potes primũ quidem ordinem dicere Adam in principio creationis mundi, & eos qui fuerunt in tempore illo, ut operarentur uineam culturæ dei. Secundum autẽ ordinem Noe, & testamentum quod dispositum fuit ad eam cum eis qui fuerũt in tempore illo. Tertium autem Abraham, & qui post ipsum fuerunt patres, usq; ad Moysen. Quartum Moysen & eos omnes qui de Aegypto sunt egressi, & legislationẽ quę facta est in deserto. Nouissimum autem ordinem, Christi aduentum. Tamen unus homo paterfamiliâs

Psal. 78

1. Ioan. 2

Deut. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

lias quantũ ad parabolã iſtam, quinquies eſt egreſſus, & ad negotia peruenit huiuſmõdi, ut inconfuſibiles operarios docentes uerbũ ueritatis mittat in uineam operaturos opera eius. Si enim Chriſtus qui condeſcendit hominibus multoties, uocationem operariorũ ſemper diſpenſauit, & ſi de mũdo ſenſibili, & à ſenſu incipiẽte opera facere myſterium aliquod habent quinq; operariorũ ordines introducti, qui poteſt, cognoſcat. Exerceatur autem, etſi non uult quis ſuſcipere dogmata, & quæ dicuntur à nobis. Dicet enim aliquis quoniã tactus eſt in prima uocatione, propterea quod mulier dixit ſerGen.3 penti. Dixit deus, Non manducabitis ex eo, neq; tangetis eum. Odoratus autẽ miſericordia, propterea quod dictum eſt de Noe, Odoratus eſt dominus odorem ſuauitatis. Guſtus uero eſt in Abrahæ uocatione: propter quod & paſcẽs angelos appoſuit eis abſcondito, ſicut eſt in Latino, ſubcinericias de ſimilagine, & uitulũ tenerũ. Auditus autem in Moyſe, quando de cœlo audita facta eſt uox dei. Viſus autem, qui ſuper omnes ſenſus honorabilior eſt, in aduentu Chriſti ſignificatur, quãdo oculi beati Chriſtum uiderunt. Dicamus autẽ & hæc, ſiue exercitationis rationabilis gratia, ſiue uult quis accipere quaſi dogmata propter quinq; uocationes. Arbitror autem quoniam & opera uineæ huiuſmodi erant, ut opus haberẽt operarijs ſecundũ horas. Oportebat enim mox mane opera fieri in uinea, & uidit paterfamiliãs qui uocabat operarios, qui eſſent apti ad opera quæ primo mane fieri oportebat. Aliud autem opus circa tertiã horam erat, quod fuit in diebus Noe, quando teſtamentum diſpoſuit ei. Ita decem generationes à Noe uſq; ad Abraham, qui fuit principium alterius operis eminentioris: & erat operarius uineæ tunc incipiens Abrahã, & poſt eum Moyſes, & qui fuerunt cum ipſo in uinea. Deerat autẽ uineę aliquod nouiſſimũ opus, quod opus habebat noua uocatione, quæ deerat in uinea breuiter operante, quod eſt opus noui teſtamenti. Cognouimus ergo interuallum uocatorũ, circa tertiam & ſextam, & nonam, & undecimam: in qua tantum fuit interuallum à nona Moyſi hora uſq; ad undecimã, in qua eſt aduẽtus Chriſti carnalis, quantum fuit à prima Adam uſq; ad tertiam Noe. Conuenit autem paterfamiliãs qui primo mane uocati ſunt denarium. Hunc autem puto nouiſſima eſſe ſalutis, non ſimul collatis eis quæ ſunt ſecundum gloriã. Salutis enim arbitror nomen eſſe denarium: gloriæ autem quæ ſunt ſuper denarium. Sic alicubi nominata ſunt numiſmata eius, qui datam ſibi mnam amplificauit in quinq; mnas, uel in decẽ. Quid autem dicit his qui circa tertiã erant uocati? Quod iuſtum fuit, dabo uobis. Inuitauit quidem operarios tertiæ horę ad totũ: quicquid autem potuerint operari, iudiciũ ſibi reſeruauit ſecundum opus quod fuerit factum, ut iuſtam reddat mercedem. Quoniã autem ſimiliter fecit etiam eis qui circa ſextam, & nonam uenerunt, manifeſtum eſt: quoniã & ipſis dixit, quod fuerit iuſtum dabo uobis. Poterant autem æquale opus facere in uinea eis, qui ex mane ſunt operati, quicunq; in tempore breui uolebant operantem uirtutẽ ad opus extendere, quę antẽ nõ fuerat operata. Sed quæret aliquis, quare ſic dicit ad eos, quaſi nõ ſolum fuiſſent ibi, ſed etiã tota die ſtetiſſent, id eſt per totũ tẽpus quod fuit ante undecimam horã, ſecũdum quod ſcriptũ eſt, quia egrediẽs paterfamiliãs circa undecimam horã dixit ad eos: Quid hic ſtatis tota die otioſi? Ego autem ſuſpicor de anima etiam in iſtis ſecretam & abſconditã rationem. Quomodo aũt otiabãtur tota die uſq; ad undecimam horã uolentes quidem operari, non autem aſſumebanť in uineam, qui fideliter ſe excuſabant dicẽtes, quia nemo nos cõduxit? Nos aũt auſi ſumus talia quędam, & de multis ſcripturis ſuſpicionẽ accipiẽtes, & de præſenti quoq; parabola dicere, ut oſtẽdamus quomodo tota die otioſi ſteterũt propterea quòd nullus eos cõduceret, qui circa horã undecimã ſunt uocati. Quibus aũt non placent dogmata iſta, interpretentur nobis diem illã totam, & eos qui ſtabãt tota die otioſi, uolentes quidem operari, non autem uocabantur in uineã: & quod fiducialiter ſe excuſantes dixerũt, nemo nos cõduxit. Si enim cõſeminata eſſet anima corpori, quomodo tota die ſteterũt otioſi? Aut dicant nobis, quę ſit illa dies tota, & in ea diuerſæ ſecundũ diuerſas horas operariorum uocationes? Vtrũ autem beati quidem qui ſecũdum parabolam iſtam à patrefamiliãs ſunt conducti: erant autem & alij operatores qui cõducebãtur, ſiue ab alijs patribus familiãs, ſiue ab ipſo, & ſiue nõ beati, aut nõ ſic beati: ſupra nos eſt hoc intelligere digne, aut ſecũdũ quod intelligimus credere. Ego quæro & quę extra uineã ſunt, ubi &

ubi & inueniuntur operarij ab eo qui exijt conducere eos. Et conſidera ne forte locus animarum eſt ante corpus, qui eſt extra uineam locus. Vinea autem non ſolum hic in corpore eſt, ſed etiam extra corpus ubi operantur operatores. Nec enim in otio ſunt animæ operariorum à patrefamiliãs conductorum, cum à corpore ſunt liberatæ. Et Samuel ergo extra corpus operabatur prophetans, & Hieremias orans pro populo: propterea q; contendimus, & operamur uineam, ſiue conſtituti in corpore, ſiue exeũtes à corpore, accepturi quod fuerit iuſtum. Et nemo eſt quantũ ad parabolã iſtam, qui non eſt operatus opera uineę, qui tamen tranſmiſſus fuit in eam. Neminem enim, quaſi qui minus fecerit opera paterfamiliãs reprehendit, quanquam de mercede maiore uel minore ſperata culpauit. Et forſitan locus qui extra uineã eſt, forum eſt, ubi erant ſtantes otioſi, magnam excuſationẽ habentes ad hoc ut digni efficiantur totius diei mercede, ſecundũ quod excuſauerunt ſeipſos dicentes: nemo nos cõduxit. Propter quod & paterfamiliãs libenter conduxit eos, & ut ita dicã, reddidit eis mercedẽ pro eo quod magnanimiter tota die ſteterunt, & expectauerunt uſq; ad ueſperam conductorẽ. Poſt ueſpere facto, id eſt ſeculi cõſummatione & diei illius quæ in parabola iſta referť, dicit domino uineæ procuratori ſuo, ſiue alicui angelo, qui ſuper mercedes tribuẽdas poſitus eſt, ſiue alicui ex multis procuratoribus procuratori, ſecundũ quod ſcriptũ eſt, ſub curatoribus & actoribus eſſe hæredem in tempore quo paruulus eſt. Secundũ præceptũ ergo patrisfamiliãs uocantur operatores à procuratore, ut merces nouiſſimis detur in primis. Primi enim operarij teſtimoniũ habentes per fidem, non acceperunt dei promiſſionem, pro nobis melius aliquid proſpiciente patrefamiliãs, qui uocati ſumus undecima hora, ut nõ ſine nobis perficiantur. Et miſericordiam conſecuti ſumus, pro eo quod tota die ſtetimus, & uoluimus conductorẽ nobis uenire. Otiati autem fuimus, & cum excuſatione ad opus aſſumpti: & miſericordiã conſecuti, primi mercedem ſperamus accipere, qui noti ſumus Chriſti. Poſt nos aũt dabit mercedẽ eis, qui ante nos operati ſunt: & ſic etiam eis qui fuerunt ante illos, & ſic uſq; ad primos. Videns aũt quis locum illum ubi commorabatur Samuel, & qui conſequenter conſiderauit de eis, qui ante undecimã horam ſunt conducti, uidebit quomodo portauerũt primi põdus diei & æſtum: nos aũt qui undecima ſumus uocati, ſicut illi quidem, nõ portauimus põdus diei & æſtum, portauimus autem pondus, eo quod ſtetimus otioſi antequã paterfamiliãs ueniret ad nos, qui dixit nobis: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis. Matt.11
Onus enim erat otioſitas ipſa, & quod non iudicabanť interim ad opera uineæ digni. Aeſtum aũt portauerunt, qui ante undecimam erant uocati, unuſquiſq; ſecundum æſtimationem uocationis. Non autem ſcientes patrisfamiliãs dignitatem primi, & quoniam non debebant aduerſus eũ murmurare, amplius aliquid ſalutis cę nouiſſimi accipiunt, accipere putauerunt: & murmurauerunt contra patremfamiliãs, inuidẽtes nobis nouiſſimis, qui unam horam uſq; ad conſummationem fecimus, & ſimiles facti ſumus eis, qui à principio diei ad diuinam uineam ſunt uocati. Sed paterfamiliãs uni eorũ dixit (forſitan Adæ) Amice non facio tibi iniuriã. Nónne denario conueni tecum? Accipe quod tuum eſt (Tuũ eſt enim ſalus, quod eſt denarium) & uade. Volo aũt & iſti nouiſſimo dare ſicut & tibi. Et non dixit iſtis nouiſſimis, ſed oſtendit aliquẽ ſecundum exitum unum, quem temeritatis quidẽ eſt dicere, non tamen incredibiliter poteſt quis arbitrari Apoſtolum Paulum, qui una hora eſt operatus, & forſitan ſuper omnes q; ante fuerunt, ſicut ipſe teſtatur dicens: Sed plus omnibus laboraui. Si autẽ oportet & de 1.Cor.15
uinea dicere aliquid, accipio occaſionẽ ab eo ipſo, qui interpretatus eſt in alia parabola de uinea, quoniam uinea eſt regnum dei. Sic enim ipſe dixit. Auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructũ eius. Omnes ergo qui operantur opera uineę, Matt.21
opera regni dei, & ſalute digna perficientes, denarium cõſequentur. Poſtq; autem dictauimus hæc in parabola hac præſenti, ſubueniũt nobis etiã hæc quæ poſſunt eſſe utilia eis, qui in altiori & ſecretiori expoſitione proficiunt. Dicet enim aliquis omnem uitam eſſe diem unum ſecundum parabolam hanc. Hoc ergo oſtenditur, quoniam quidam à pueritia ante ætatem ad operandum opera regni Dei accedunt, & ipſi ſunt qui primo mane conducuntur in uineam: alij autem in adoleſcentia ueniunt ad Dei culturam, & ſunt ipſi, qui hora tertia inuitãtur: alij uero uiri perfecti, & ipſi ſunt qui in ſexta

uocan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocantur:alij autem iam senes adducuntur ad dei culturam,& ipsi sunt qui circa nonã uocantur:alij autem in ipso exitu uitę senes ad plenũ,& ipsi sunt qui circa undecimam uocantur. Quoniã ergo affectus non tempus respicit quod quis fecit in fide,ideo non aspicitur ex quo quis uocatus est,sed quantũ operatus est quis: & propterea omnibus æqualiter tribuitur merces salutis. Vnde indignant qui à pueritia sunt fideles qui labo rauerunt,& subiugauerunt iuuentutẽ suã,& portauerunt totius ætatis feruidæ æstum, & tentationũ accidentium pondus,si æqualem salutem habituri sunt ociosis à pueritia usq; ad senectutem,qui otiantes in infidelitate ante modicum tẽpus ad fidem & opera fidei uenerunt. Vineam aũt secundũ hanc expositionem intelligimus regnũ dei,quod in ecclesia prædicatur. Forũ autem est,quicquid est extra uineã foris,id est extra ecclesiam Christi,extra uerbum ueritatis:unde sermo dominicus accepit eos qui uocãtur à Christo,& mittit in uineam,id est in ecclesiam. Non autem numerabantur,secundum expositionẽ istam,inter operarios uineæ,quotquot uocati sunt quidem primũ ad dei culturam,non aũt conseruantes quæ fidei erant,uicti egressi sunt de uinea,id est de ec clesia dei,uel de fide ueritatis,uel de iustitia regni cœlestis,peccantes,& post adimple tionem uoluptatũ suarũ in peccatis suis uoluerũt quasi pœnitẽtes iterũ ab initio uineã operari. Nec enim possunt dicere patrifamiliâs,nemo nos conduxit. Conducti enim fuerunt secundũ tempus primũ,quo sunt uocati ad fidem. Sed neq; dicetur eis, qd hic statis tota die otiosi: maxime si incipientes spiritu postmodum carne perficientur,& si post ea regredi uolunt,ut iterum spiritu uiuant. Et non diximus hæc dissuadẽtes surge re eos qui ceciderunt,aut impedientes ne conuertantur auersi,ut ne ad domũ patriam reuertantur lasciui filij qui uiuendo luxuriose Euãgelicæ doctrinæ substantiam con sumpserũt. Habent enim propter pœnitentiã quoniam uicti sunt à uitijs peruersis,me liorem eis qui in peccatis comprehensi fuerint,consolationem salutis:non tamẽ debe mus existimare,quoniam similes sunt eis qui propterea peccauerunt in iuuentute sua, quoniam nondum didicissent quę fidei erant. Vult ergo paterfamiliâs nouissimis da re quemadmodum & primis denariũ salutis,quoniam licet ei facere quod uult in pro prijs suis,& arguere eum qui malũ oculũ habet,propterea quod paterfamiliâs bonus est. Erunt ergo multi ex nouissimis uocatis primi,& quidam primorum nouissimi. Nã & multi uocati sunt,pauci autem inueniuntur electi.

TRACTATVS XI

In illo tempore, Ascendens Iesus in Hierosolymam,accepit duodecim discí-
1 pulos suos seorsum in uia,& dixit eis:Ecce ascendimus in Hierosolymam,& filius hominis tradetur principibus sacerdotum.] Paulus qui hortatur nos fieri suos imitatores, sicut ipse imitatus est Christum, sciens Christum per hæc ad manifesta pericula promptissime ascendisse, scientem quoniam tradendus fue rat principibus sacerdotum & Scribis,& condemnandus fuerat morte, & gentibus e- rat tradendus ad deludendum & flagellandum,& crucifigendum,simile aliquid fecit.
Act.21 Cum enim Agabus accepisset zonam eius,& alligasset sibi manus, & pedes dicens: Hæc dicit spiritus sanctus, uirum cuius zona hæc est,sic eum alligabunt ludæi in Hie- rusalem,& tradent in manus gentium:audiens ista Paulus, imitatus suũ magistrum, in Hierusalem promptissime ascendebat. Et cum aliquid humanum passus fuisset ab his, qui propter dilectionem eius cœperant flere,& prohibere ne ascenderet in Hierosoly mam,dixit. Quid facitis flentes,& confringentes cor meum? Ego enim non solum alli gari,sed & mori paratus sum pro nomine domini nostri Iesu Christi. Hæc ergo cõside rantes & cognoscentes,scire debemus quoniam frequenter tentationes aliquas subi- turi sumus,dolori nosipsos secundum quod iustum est ad obuiandas tentationes offer re debemus,accipientes exemplum huiusmodi,primum quidem à Saluatore, deinde autem ab Apostolo Paulo. Et ne arbitreris hæc contraria esse eis quæ superius di- ximus,& frequenter:quoniam si quis uos persecutus fuerit in ciuitate ista,fugite in al- teram:& quod audiens dominus,quod Ioãnes traditus erat in carcerem,secessit inde. Sed sciendum,quoniam nec semper conuenit declinare pericula, nec semper obuiare periculis. Tamen sapiẽtis est alicuius in Christo, ut cognoscat quale quidem tempus exigit

exigit declinationem,quale autẽ obuiationem periculorum. Et hæc quidem diximus secundum uoluntatẽ scripturæ præsentis,hortantes homines aliquando spernere pe- ricula mortis. Post hoc obseruandũ est,quoniam ascendens in Hierosolymam, duode cim accepit seorsum. In duodecim aũt adhuc erat & Iudas,ergo & Iudam accepit seor- sum. Adhuc enim forsitan dignus erat cum cæteris seorsum accipi,& audire quæ passu rus erat magister:& non reprobo,quoniam adhuc nesciebat Iudas quid esset facturus, sed nec aliquis nostrum. Nam & omnibus nobis est dictum,Noli gloriari in crasti- Prou.27 num,nec enim scis quid pariet superuentura dies. Necdum enim arbitror,immiserat in cor Iudæ satanas ut traderet Iesum. Et uideat qui potest,quoniã ab initio Euangelij usq; nunc Matthæus nusquam accusauit Iudam,nisi in catalogo duodecim Apostolo rum dixit:Et Iudas Simonis Iscariotes,qui & tradidit eum. Multa autem de hoc,quo- Matt.10 niam & Iudã similẽ fecit cæteris, tractauimus ubi diximus: Hos duodecim misit Iesus præcipiens eis & dicens,quæ dicta sunt ibi. Conferamus itaq; hæc eis, quæ supra sunt dicta similia:quoniam illic his ipsis uerbis domino prophetãte quę erat passurus, acce pit eum Petrus,& cœpit increpare dicens:Propitius esto tibi domine,& hoc tibi non Matt.16 erit. Hic aũt non referunt discipuli dixisse,aut fecisse, cum audissent tristia hæc Chri- sto futura. Et puto quoniã ideo nunc tacuerunt,quoniã superius quando Petrus acce- pit Iesum,& increpãs dixit quæ dixit,cõuersus Iesus dixit Petro: Vade post me satana, scandalum mihi es,quoniã non sapis quæ dei sunt,sed quæ hominum. Consequens er- go erat,ut recordantes quæ dominus dixit ad Petrum obseruarent discipuli,ne audiãt talia,uel peiora à suo magistro. Non est autẽ absurdum reuocare in memoriam ea quæ similiter istis sunt dicta superius. Tunc præcepit discipulis suis ut nemini dicerẽt quia ipse erat Christus. Exinde cœpit ostendere Iesus discipulis suis,quoniam oportet eum in Hierosolymã ire,& multa pati à senioribus,& principibus sacerdotũ,& Scribis po- puli,& occidi,& tertia die resurgere. Et in illis dicitur quoniam accipiens eum Petrus, & cætera. Adhuc autem illic dictum est occidendum Saluatorem:hic autem & species ipsa occisionis est scripta,id est,ad crucifigendum. Quid est ergo quod dixit oportet? Quamdiu quidẽ Iesus non tradebatur in Hierosolymis principibus sacerdotũ & Scri- bis,nec cõdemnabatur morte,nec deludebatur,nec flagellabatur,nec crucifigebatur, stabat Hierusalem:& quod uocabatur sanctuarium,nõ deponebatur. Postq; autẽ hæc in Iesum ausi sunt,tunc qui tradiderunt eum derelicti sunt:& sacerdotes qui cõdemna- uerunt eum morte,& Scribę qui excæcati mente,& alienati sensu non uiderunt uolun tatem scripturarũ sanctarũ,traditi sunt morti inimicæ Christi: & qui deluserunt Iesum in delusione sunt facti, Hierusalem exercitu circundante, quando & uenit desolatio eius:& qui flagellauerunt Iesum flagellati sunt,& flagellantur donec intret gentiũ ple nitudo: quoniã qui lapidem mittit in altum,super caput suum mittit. Et hæc omnia fa- cta sunt,ut ab illis quidem recedat speculatio dei,transeat autem ad gentes,saluatis ui- delicet cum gentibus & reliquijs Iudæorum secundum electionem: quoniã nisi domi nus Sabaoth reliquisset illis semen,sicut Sodoma facti fuissent. Ego autẽ arbitror quo niam sicut exemplum & umbra culturæ quod antea implebatur,propter cœlestia solu tum est,& ueniente uero principe sacerdotũ figuralis sacerdos cessauit,& ueris sacrifi- cijs pro peccato in usum uentientibus figuralia sacrificia sunt destructa:sic quoniam ue ra Hierusalem susceptit Iesum ascendentẽ super subiugalẽ corporis sui,in quo & gaude bat ualde filia Sion,& prædicauit filia Hierusalẽ quæ surrexit,tunc destructa est Hie rusalem quæ fuerat umbra,& cecidit templũ quod de lapidibus mortuis erat constru- ctum,propter templũ quod de lapidibus uiuis fuerat erigendũ. Effossum est autem & altare quod fuit deorsum,quoniã apparuerat quod erat cœleste,cuius Encænia in de- seruitione uera fecit Iesus. Si autem secũdum quandam significationem homines ciui- tas sunt,& nunc in Hierosolymis:sic enim eos uoco qui spem suã habent in locũ illius Hierusalem quæ aliquando fuit in terris: & nunc ergo traditur Iesus eis qui profitẽtur esse se dei seruos Iudæis:& quasi principes sacerdotum constituti,& qui diuinas literas scire se arbitrantur Scribæ,condemnant Iesum morte per ea quæ maledicunt de eo, & non est quando non tradunt gentibus Iesum deludentes eum & doctrinam eius apud se,& semper linguis suis flagellant eum, & culturam dei quę per Iesum introducta est.

Et ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ipsi quidem crucifigunt eum, per hoc quod anathematizant & tollere uoluńt doctrinam ipsius. Ille autem melior illis omnibus constitutus paululum deficiens surgit, & uiuens gentibus, quæ acceperunt posse uidere, apparet.

Tractatus XII Cap. XX

In illo tempore, Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum duobus filijs suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Ille autem dixit ei, Quid uis? Dicit ei. Dic ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram, & alter ad sinistram in regno tuo.] Dignum est in præsenti loco quærere sensum non contemptibilem, sed uere dignum Euangelio Christi. Hoc autem præmisi quoniam textus simplicibus quidem, & altitudines dei & scripturarum eius nescientibus quærere, simplicitatem postulationis alicuius ostendit, & responsionem simplicem Christi ad eam. His autem qui uel ex aliqua parte scripturarum propositiones discutere possunt, profundior & spiritalis ostenditŕ intellectus. Qui ergo hinc ostenditur sensus, breuis & contemptibilis est, & nihil habens magnũ. Sicut enim in regno mundiali in honore esse uidentur qui sedent cum rege sedenti in ueste regali, & aliquid regaliũ negotiorum agenti: sic mater filiorũ Zebedęi, secundũ simplicem dico textum, uidetur postulare à saluatore, ut unus filiorũ suorum sedeat ad dexteram eius, alter ad sinistram in regno ipsius. Et nihil fuit mirũ, si mulier ex muliebri simplicitate uel imperitia talia debere se petere existimauit. Pone autem quoniam & ipsi fratres, secundum quod Marcus exponit, quasi homines constituti, & adhuc imperfecti, & nihil altum intelligentes de regno Christi, talia arbitrati sunt de his qui sedebunt cũ Iesu: quid dicemus de Iesu, qui ostendens magnũ esse sedere aliquem ad dextram, uel ad sinistram suam, tollit postulationem, & dicit: Nescitis quid petatis: & nõ est meũ dare uobis, sed quibus paratum est à patre meo. Quęret autem qui sapiens est auditor scripturæ, quid sit sedere ad dexterã Iesu, & ad sinistrã in regno eius. Et conueniebat quidem cõgregare quæ sunt scripta de sessionibus dei, uel Christi, ut ex tractatu eorũ, & ex collatione eorum ad inuicẽ clarescere posset aliqua dogmatis magnitudo. Sed prolixitatis declinandæ gratia proponimus unum quod dicit Micheas: Vidi deum Israel sedentẽ in sede sua, & omnis militia cœli stabat in circuitu eius ad dexterã eius & sinistrã. Omnis ergo qui est spiritalis, & cum iudicio uult cuncta discutere, dicet quoniam spiritalis est sessio dei super spiritali sede: similiter etiã Christi. Nihil enim in omnibus sessionibus huiusmodi dei, uel Christi, de corporali sessione significat sermo. Ridiculum enim est propter has corporales sessiões appellatas existimare sedes aliquas corporaliter esse ædificatas de materia nescio qua, in quibus sedeat deus uel Christus eius, uel qui ad dexterã eius sessuri sunt, uel ad sinistram, quibus hoc à patre paratũ est: & nescio si sit corporale quod dicitur, militiam cœli stare ad dei dextram uel sinistram: & iterum existimare quoniã qui saluantur quidem & laudabiles sunt, à dextris corporalibus sunt regis nostri Iesu, mali autem & perditi similiter in sinistris corporalibus. Sed uide ne forte quod dicitur Christum restitui in regno suo recipietẽ proprium principatum: sic intelligere debeamus, ut destructo peccato quod in corporibus mortalibus hominũ est, & omni principatu alienarum uirtutum, & potestate destructa, hoc sit sedere Christum in sede glorię suæ. Quod autem deus omnia facit ad dexteram & ad sinistrãm, hoc est ut iam nullum malum sit ante eum: Intelligat ergo qui potest, eminentiam quidem regni in hominibus Christum recepisse, & glorificatũ esse ad gloriam quam habuit priusquam esset mundus, priusquam peccarent qui peccauerũt, & habebat gloriam apud patrem: eorum autem qui appropiant in primo, uel secũdo, uel in tertio loco, quasi homines cõstituti secundum mensuram suam habentes sedere ad dexteram uel sinistram Christi in regno eius, quos restituet deus cooperans eis, & parans eis ut appropient eminentię Christi. Qui quidem prœcellunt præ cęteris appropinquãtibus Christo, sunt à dextris Christi: uidelicet qui tangũt eum, cõiuncti sunt dextris ipsius uerbi: qui autem inferiores sunt, à sinistris eius sunt. Dexterã autem uide si potes intelligere Christi inuisibilem creaturam: Sinistram autem uisibilem & corporalem. Et Christus quidem omnibus regnat: appropinquantiũ autem ei quidam dextram sortiuntur, & intelligibilia: alij autem sinistram

nistram, & sensibilia. Et ne forte uera mater filiorum Zebedæi, quos appellauit filios Tonitrui Christus, magniloquentia ipsa indicans magna de filijs suis, Iacobo & Ioãne: nam & uere magni erant: et existimans eos prima habere posse super omnem naturam humanam, quasi qui potuerũt capere magniloquium eius, accedẽs deum precabatur, ut confirmaret unum quidem à dextris, alterũ à sinistris. Saluator autem reprehendens etiam huiusmodi magniloquentiam, matrem Iacobi & Ioannis quasi ignorantem qui essent eminentiores, & quoniam huiusmodi donum solius dei est qui super omnia est, conspirantis, & cooperantis, & confirmantis in huiusmodi eminentia quos uiderit aptos, & ideo dixit: Nescitis quid petatis. Sedere autem mecum non est meum dare uobis, sed quibus paratum est à patre meo. Arbitror autem quod uolens ostendere matri filiorum Zebedæi, & ipsis quoniam adhuc minus habebãt de perfectione quam homines possunt habere nõ mediocres, ideo respondit postquam dixerat: Nescitis quid petatis: Potestis calicẽ bibere quem ego bibiturus sum? aut baptismo baptizari quo ego baptizor? Deniq; cum dixissent: Possumus, non ita respondit Christus: Calicem quidem meum bibere potestis, sed ad futuram eorum perfectionem respiciens dicit: Calicem quidem meum bibetis, & baptismo baptizabimini. Adhuc autẽ quærere oportet in loco, quid est calix, & quid est baptismũ. Quasi distent enim ab inuicem, sic utrunq; est nominatum. Multi enim utrũq; dicunt ad passionem martyrij pertinere, non attendentes quoniam nisi duos & diuersos intellectus ostenderet calix & baptismum, nunquam utrunq; nominaretur. Nos autem et istam quidem traditionem nõ reprobamus, alteram autem statuimus: quoniam calix quidem ipsa passio intelligitur esse dolorum. Quod confirmatur non solũ eo exemplo quod dicit: Pater si possibile est transfer calicem hunc à me, qui cum doloribus bibitur ab eo qui suscepit certamen martyrij, donec biberit eum sustinens in tentatione martyrij uniuersa quæ inferũtur: sed etiam eo quod in alio loco dicitur: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius. Preciosa in cõspectu domini mors sanctorum eius. Nihil enim dignũ reddere possumus deo pro omnibus bonis quæ fecit in nobis, nisi ut calicem salutarem prompte accipiamus, & nomen domini inuocemus, ut possimus magnanimiter bibere eum: in quo bibendi uota nostra reddimus domino in conspectu omnis populi eius. Manifeste autem ostendit in his quoniam calix martyriũ est, ex eo quod statim propter bibitũ calicem addidit, sic: Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Intellectu autem omne martyrium duplex est, quorum unum uocatur calix salutaris, reliquum autem baptisma. Et hoc quidẽ quod quis perfert dolores: calix est quẽ bibet omnis qui sustinet omnia sibi illata, nec reijcit, nec euomit aliquid eorum: quod autem quis in passione remissionem accipit peccatorum, baptismum est. Si enim baptismum indulgentiam peccatorũ promittit, sicut accepimus de baptismo aquę & spiritus: remissionem autem accipit peccatorum, & qui martyrij suscipit baptismum: sine dubio ipsum martyrium rationabiliter baptismum appellatur. Quoniam autem remissio fit peccatorũ omni martyriũ sustinenti, manifestum est ex eo quod ait: Omnis qui confessus fuerit in me coram hominibus, & ego cõfitebor in illo coram patre meo qui est in cœlis. Confitetur ergo coram patre suo Saluator omnem hominem qui cõfessus fuerit eum coram hominibus, etsi fuit ante cõfessionem aliqua habẽs peccata. Si enim eos qui aliqua habentes peccata confessi sunt, non confitetur & Christus coram patre suo, iam non erit uerum quod dixit: Omnis qui me confessus fuerit, & cætera. Alias autem peccatorem nescio si confitetur Christus coram patre suo. Confessio enim filij gloriantis est in conspectu paterno super eo quem confitetur, quasi digno Christi confessione ad patrem. Secundum hæc uidentur & calicem bibisse, & baptismo baptizati filij Zebedæi: quoniam Herodes quidem interfecit Iacobũ fratrem Ioannis gladio: Imperator autem Romanorum, sicut docet traditio, cõdemnauit Ioannem dantem testimonium uerbi dei in insulam Patmon, sicut ipse de suo martyrio docet, nõ dicens quis eum condemnauit, sed ubi fuit condemnatus. Dicit autem in reuelatione sua hoc modo. Ioannes frater uester, & socius in tribulatione, & in regno & in patientia Iesu, fui in insula quæ uocatur Patmos, propter uerbum dei, & propter testimonium Iesu Christi. Et

Matt. 26

Psal. 115

Matt. 10

Apoc. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti. Et fui in spiritu in die dominico: & audiui post me uocem magnam quasi tubam, &
cætera. Et ex hoc intelligitur quoniam reuelationem hanc in insula constitutus uidit.
Adhuc autem addimus iuxta ea quæ diximus: sicut est aliqua esca Christi, de qua dicit:
Ioan. 4 Mea est esca ut faciam uoluntatem eius qui me misit, & perficiam opus ipsius: sic secun
dum æstimationem escæ illius, est etiam potus. Quod temeritatis quidē est abdirime
re, & rebus ipsis ostendere. Tamen qui potest intelligat, ne forte quod est in actu, esca
sit: quod autē in consideratione, potus. Manducare est enim Christi, facere uoluntatē
eius qui misit eum, & perficere opus eius. Bibere aūt, sapere secundū uoluntatem eius
qui misit eum, & perficere notitiam eius. Secundum hanc differentiam intelligitur &
Ioan. 6 quod ait: Caro mea uera est esca, & sanguis meus uerus est potus. Esca enim animarum
uera, est actus. Verus autem potus, est agnitio ueritatis. Ideo & primum dat panem be
nedicens & frangens discipulis suis, quoniam in primo loco est actus. Et post hoc acci
Luc. 22 piens calicē, & gratias agens, dixit: Bibite ex hoc omnes. Quoniam conuenit primum
quæ sunt actus implere, & opus bonū delectare, & sic ad scientiam rerum uenire: &
Osee 10 secūdum Prophetam qui dicit: Seminate uobis ad iustitiam, & uindemiate fructum uitę,
ut primum bona opera faciamus, post hoc autem quod dicit: Illuminate uobis lumen
scientiæ, quasi per uiam quandam postquam emendauerit quis mores suos, proficiscatur
ad scientiam & illuminetur. Et in Psalmo uigesimosecūdo dictum est primū: Præpa
rasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me, impinguasti in oleo ca
put meum. Et post hoc: Poculum tuum inebrians quàm præclarum est. Non autem re
prehēdat nos qui legit hæc uerba, quoniam oportuit interpretari quodammodo, quę
de sessionibus dicta sunt dei, uel Christi. Respondemus enim quoniā placare tantum
modo de scripturis propositum fuit de sessionibus, & legentem auertere ab humili illa
traditione. Alterius autem temporis est, principalem expositionē facere de sedere dei,
& stare, & ambulare, quod non exigit expositio præsens. Et audientes decem con
tristati sunt de duobus fratribus, quoniam rogauerunt cæteris præponi.) Et uide quo
niam & Iudas erat inter indignantes. Et si inter indignantes cæteros erat, ne forte nec
dum immiserat diabolus in cor eius ut traderet dominū, sed erat in ipso proposito, quo
& cæteri apostoli erant. Iesus autem conuocans eos dixit. Scitis quia principes gen
tium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem, exercent in eos. Non ita erit
inter uos: sed quicunq; uoluerit inter uos maior esse, erit uester minister: & quicunq;
uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus.) Quoniam duo fratres super cæteros
Apostolos sibi gloriam præripere uoluerunt indignantibus cæteris, inde occasionem
accipiens Iesus, regulam iustitiæ fidelibus ponit, quomodo quis apud deum potest ob
tinere primatum. Principes gentium non contenti tantum regere suos subiectos, uio
lenter eis dominari nituntur. Inter uos autem qui estis mei, non erunt hæc. Ne forte
qui uidentur habere aliquē in ecclesia principatum, dominentur fratribus propriis, uel
potestatem in eos exerceant. Quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita,
non in uoluntate: spiritalia autem in uoluntate, non in necessitate: sic & principes spiri
tales, principatus eorum in dilectione subiectorum debet esse positus, non in timore
corporali. Sed & qui uoluerit apud patrem meum maior esse cōparatione fratrū suo
rum cæterorum, efficiatur minister eorum quibus uult esse maior. Et qui principatum
desiderat ecclesiæ, debet fieri omniū seruus in humilitate seruili, ut obsequatur omni
bus in his, quæ pertinent ad salutem. Et hæc docet nos sermo diuinus. Nos autem siue
non intelligentes uoluntatem diuinam positam in scripturis, siue cōtemnentes talem
cōmendationem Christi, tales sumus, ut etiam malorum principum mundi excedere
superbiam uideamur: & non solum quęrimus sicut reges acies præcedentes, & terribi
les nos, & accessu difficiles maxime pauperibus exhibemus, & tales sumus ad eos qui
nos interpellant ut propter aliquid deprecentur, sicut nec tyranni, & crudeliores prin
cipibus mundialibus ad subiectos. Et est uidere in quibusdam ecclesijs præcipue ciui
tatum maximarū, principes populi Christiani nullam affabilitatem habentes, uel ha
bere ad se permittentes. Et Apostolus quidem etiā dominis dat mandatum de seruis di
Philip. 6 cens: Domini quod iustum est & æquum seruis præstate, scientes quoniam & uos ha
betis dominū in cœlis. Docet autem & remittere minas. Episcopi aūt quidam crudelí
ter com-

ter cōminantur, aliquando quidem occasione peccati, aliquando autem contemnen
tes pauperum curam, cum sit scriptum: Quantum magnus es, tantū humilia te, & inue
nies gratiam coram domino. Item in Prouerbijs: Ante contritionē extollitur cor uiri, Prou. 16
& ante gloriam humiliatur. Principes ergo gentium dominentur eorum, principes au
tem ecclesiarū seruiant subditis. Sed & maiores gentium potestatem exerceant fideliū,
audiant autem eum qui dicit: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Non ista di Matt. 11
cimus ut inclinemus ecclesiasticum principatum. Est enim interdum quando secun
dum uocem apostolicam peccantes coram omnibus arguant, ut & cæteri metum ha
beant. Est aliquando, ut utens potestate sua tradat peccantem Satanæ in interitum car
nis, ut spiritus saluē in die domini nostri Iesu Christi. Tamen rarō hoc fieri debet. Cor
ripiendi enim sunt inquieti, consolandi aūt pusillanimes, sustinendi infirmi, & ad om
nes magnanimitas est habenda. Nulli malum pro malo reddendū, ut non existimetur
inimicus qui peccat, sed corripiatur ut frater. Hęc aūt diximus uolentes ostēdere, quod
ecclesiarum principes, principū mundialiū imitatores esse non debent, sed imitari de
bent Christum accessibilem, & mulieribus loquentē, & pueris manus imponētem, &
discipulis suis pedes lauantē, atq; tergentem, exemplum eis dantem, ut & ipsi similiter
faciant fratribus suis. Forsitan autem & quoniam dominus constitutus seruiebat pro
salute hominum generi nostro, propterea dicitur formam serui suscepisse, & humiliasse
se usq; ad mortem, propter quod & dominus eū superexaltauit. Qui uult ergo exal
tari, similia faciat ut exaltetur per ea: sicut filius hominis non uenit ministrari, sed mini
strare. Nam etsi angeli ministrauerunt ei quando accesserunt & ministrabant ei, etsi
Martha ministrauit ei, tamen non ideo uenit ut ministretur, sed ut ministret: & tantum
creuit ministrans, ut animam suam daret redemptionem pro multis qui crediderunt in
eum. Cui dedit animam suam redemptionem pro multis? Nec enim conuenit dicere,
deo. Ne forte ergo maligno. Ille enim dominabatur in nobis, donec daretur ei pro no
bis redemptio anima Iesu, decepto uidelicet & existimanti quasi possit dominari eius,
& non uidenti quia non poterit sustinere in tenendo eam tormenta. Propter quod &
mors putans se dominari, eius dominata non est: quoniam erat solus inter mortuos li
ber, & fortior omni potestate mortis, & usq; adeo fortior, ut & omnes sequi se uolētes
qui tenebantur à morte liberaret à morte, nihil ualente in eis postmodū morte. Omnis
enim qui sequitur Iesum, incomprehensibilis est à morte. Data autem anima eius in re
demptionem pro multis, non mansit apud eum cui fuerat data. Propter hoc dicit pro
pheta: Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Psal. 16

Tractatus XIII. Cap. XX.

N illo tempore: Egredientibus illis ab Hiericho, secutæ sunt eum turbæ
multæ. Et reliqua.] Quæ sunt secundū historiā huius loci, in aperto con
1 sistunt. Quæ aūt spiritaliter nobis uidentur, dicamus. Et primū cōsidere
mus, quid est quod dicit: Egredientibus discipulis Iesu cum ipso Iesu ab
Hiericho, secutæ sunt eū turbæ multæ. Vide ergo si memor eorū quæ à
nobis sunt dicta apud Lucā in parabola de homine descendente ab Hierusalē in Hieri
cho, & incidēte in latrones, potes dicere: ne forte & hic Hiericho intelligitur mundus Luc. 17
iste terrenus. Qui ergo ab Hierusalem in Hiericho descendit fuit Adā, id est homo, qui
incidit in latrones. Propter quē Iesus descendit in eam cū discipulis suis: & egressus est
mercatus multos in ea fideles, & uolentes eū sequi. Nec enim sciunt qui sunt in Hieri
cho exire de sapientia mundiali, nisi uiderint non solū Iesum exeuntē de Hiericho, sed
etiam discipulos eius. Hæc ergo uidentes secutæ sunt eum turbæ multæ. Et est uidere
eos qui secundum uerbum uiuere uolunt, & mundū & mundialia uniuersa contemne
re cupientes, Christum sequentes & discipulos eius, ut post eum incedentes, & eo du
ce utentes, ascendant in Hierusalem illam cœlestem. Et ecce duo cęci secus uiam se
debant: & audientes quod Iesus transit, exclamauerūt dicentes: Miserere nobis domi
ne, fili Dauid.] Duos cæcos possumus dicere Iudam, & Israel, qui ante Christi aduen
tum cæci fuerunt, tamen secus uiam sedentes legis & prophetarum commorabantur.
Et cæci quidem erant, quia non uidebant ante aduentū Christi ad animam suam uer

Universidad de Deusto
Biblioteca

bum uerum quod erat in lege & prophetis. Clamabant autem: Miserere nobis domine fili Dauid, propterea quod sentiebāt esse se cæcos, non intelligentes uoluntatē scripturarum, & uolentes respicere & uidere gloriam quæ erat in eis, quasi adhuc cæci & nihil magnum de Iesu existimantes, sed secundum carnem de eo tantum intelligētes, clamabant ad eum qui factus est ex semine Dauid secūdum carnem, quia nihil amplius intelligebant quàm filium esse Dauid: & omnis quæ uidebatur eorum propter deum eloquentia, nihil amplius sciebat de Christo, nisi quia filius erat Dauid. Duos cęcos autem diximus populos duos in duo regna diuisos tēpore Roboam: & uide prophetas, quomodo nunc Israel, nunc Iudæ prophetauerunt, aliquando autem simul ambobus. Hi ergo populi quoniam signo quodam prophetico audierant transire Iesum, clamauerūt. Puto enim quod audierūt ab eis qui aduentum Christi prophetauerunt. Et quoniam transit, ueniens quidem in eam, egrediens autem ex ea, & timentes ne forte pertranseat eos, nequaquam misericordiam faciens super eos, clamabant: Miserere nobis domine fili Dauid. Iesus autem non pertransit, sed stat, ut stante illo non transfluat beneficium, sed quasi de fonte stante profluens misericordia deueniat usq; ad eos. Turba autem, id est præcedens eorum qui crediderant, etiam increpabat eis clamantibus: Fili Dauid miserere nostri, ut tacerent, & non appellarent eum contemptibili nomine, sed potius dicerent: Fili dei miserere nostri. Stās ergo Iesus clamoribus eorum retentus & precibus, uocat eos ad se, principium beneficij ostendens. Nec enim in uacuum uocauit eos. Vtinā & nobis clamantibus & dicentibus: Miserere nobis domine, uocet nos incipientes à filio Dauid: stans autem uocet nos, quasi intendens deprecationibus nostris. Dixit autem eis. Quid uultis ut faciam uobis? Quod existimo esse tale. Quod uultis ostendite manifeste, ut omnes qui egrediuntur de Hiericho & sequuntur me, audiant & uideant factum. Illi autem responderunt. Vt aperiantur oculi nostri. Ingenui quidem, eo quod erant de Israel, & Iuda, cæci autem ignorantia, & intelligentes propriam cæcitatem, & audientes eos qui prædicauerunt de Iesu, dicunt se uelle ut aperiantur oculi eorum. Et præcipue hoc dicunt, qui legentes diuinas scripturas intelligūt cæcitatem suam ad sensum scripturarum. Hi enim dicunt: Miserere nobis, & quia uolumus ut aperiantur oculi nostri. Et utinam & nos intelligentes in quibus cæci sumus, & non uidemus, sedentes iuxta ipsam scripturarum uiam, & audientes quoniam Iesus transit, precibus nostris faciamus eum stare dicentes: Volumus ut aperiātur oculi nostri. Quod si dixerimus ex affectu desiderante uidere quæ donat, tangens oculos animarum nostrarum aperiet, quasi uerbum, & uirtus, & sapiētia, & omnia quæ de eo dicuntur constitutus. Et sic eo tangente recedet à sensibus nostris tenebra ignorantiæ, ut statim nō solum uideamus, sed etiam sequamur eum, qui dedit nobis posse uidere propter nihil aliud, nisi ut eum sequamur, & illius ducatu transeamus ad deum, & uideamus oculis nostris per eum apertis deum. Quoniā autem Marcus & Lucas secundum quosdam quidem ipsam exponunt historiam, secundum autem aliquos alteram similem, dignum est & quæ ab eis dicuntur uidere. Et primum uideamus de Marco ita scri-
Mar.10 bente. Et uenit in Hiericho. Et exeunte eo inde, & discipulis eius, & turba multa. Qui ergo corporaliter intelligunt, propter diuersitatem uerborū dicunt alia uice duos istos cæcos Christum sanasse: alia autē uice illum quem Marcus exponit: tertia uero, quod scribit Lucas. Qui autem spiritaliter intelligunt, unam eandemq; rem diuersis modis euangelistas exposuisse defendunt. Duo enim cæci sunt sicut diximus, Iudas & Israel. Vnus autē est mixtus ex utroq; populus uniuersus. Turba ergo multa ex gentibus exeunte cum Iesu & discipulis eius de mundo, Iudaicæ quædam reliquiæ iuxta uiam sedentes, id est iuxta propheticas scripturas, & mendicantes intellectum necessarium animarum suarum, sicut Marcus exponit, fortiter clamabant, filium appellantes Dauid. Et cum uideris eos qui ex Iudæis crediderunt in Iesum, aliquando quidem ex Maria & Ioseph esse eum putantes, aliquando autem de sola Maria & spiritu sancto, uidebis quomodo ille cæcus clamabat, fili Dauid miserere mei. Quem increpant multi qui de Hiericho egressi ex gētibus sunt, populum uidelicet qui uidetur credere ex Iudæis, ut taceant qui pauperes sunt in fide Christi: & putant eum ex semine uiri & mulieris esse, trahentem genus ex Dauid. Sed multis increpantibus magis clamabat, credens quidem

quidem in Iesum, secundū autem hominem credens, & clamans dicit: Fili Dauid miserere mei. Iesus autem stans, iam non sicut in Matthæo, ipse eum uocat, sed iubet eum uocari. Post hæc inquit: Ille autem abijciens uestimentum suum, exiliens uenit ad Iesum. Ne forte uestimentum cæci & mendicantis, uelamentum intelligatur cæcitatis, & mendicitatis quo fuerat circundatus: quod abijciens uenit ad Iesum, & dignioſiori uoce confessus est dicens: Raboni. Dignioſius enim est dicere Raboni, uel sicut in alijs dicit domine, quàm fili Dauid. Vnde & dominus propter illud quidem quod dixit: Fili Dauid miserere mei, non præstitit sanitatē, nec quando sedebat uestē cæcitatis & mendicitatis uelatus, nec quando sedebat secus uiam mendicans. Propter hoc aūt quod dixit: Raboni ut uideam, dixit ei: Vade, fides tua te saluum fecit. Nunc uideamus secundum Lucam, quæ cōmuniter dixit prætereuntes, propria autem eius tangentes. Et primum quidem quod Marcus & Matthæus egrediente Iesu de Hiericho ponunt: Lucas autem ita. Et factum est cum appropinquaret Hiericho, & factus in proximo, cæcū il- Luc.18
luminauit. Et dicet aliquis secundum mysterium spiritale, quoniam prius est quod ait Lucas, secundum autem quod Marcus, tertium uero quod dixit Matthæus. Primum enim oportet appropinquare Hiericho, & ita intrare in eam, postea aūt exire de ea. Lucas ergo scribit: Et factum est cum appropinquaret Hiericho. Marcus autem ita. Et uenit Hiericho, & exeunte eo inde. Matthæus uero neq; appropinquasse Hiericho scribit, nec quia uenit Hiericho, sed tantum exeuntibus eis ab Hiericho. Potest ergo secundum Lucam quidem appropians Hiericho fecisse hoc, secundum Marcum autem ueniens in Hiericho, secundum Matthæum autem exiens ab Hiericho. Post hæc cōsidera quoniam clamanti cæco atq; dicenti: Miserere mei fili Dauid, qui præcedebāt, increpabant eum ut taceret. Tanquam si dicat: Qui primi crediderant, increpabant ei clamanti: Fili Dauid, ut taceret, & non appellare eum cōtemptibili nomine, sed potius diceret: Fili Dei miserere mei. Ille autem magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. Et stās Iesus, iussit eum adduci ad se. Et uide nisi, sicut diximus, inferior est cæcus iste. Nam nec Iesus eum uocauit, nec dixit eum uocari, sed quasi non capientem hæc iussit eum quasi non potentē à semetipso uenire adduci ad se. Et cum appropinquasset ei, interrogauit eum: Quid uis ut faciā tibi? Et nō prius interrogauit eum, aut interrogatus appropiauit ei, sed quoniā appropiauit, ideo interrogatus dixit: Vt uideam domine. Item hoc amplius habet Lucas, quod in illis quidem secutus est tantūmodo cæcus: hic autem secutus est dans gloriam deo, ut uidentes eum omnes, deo laudem offerrent.

Tractatus XIIII. Cap. XXI.

IN illo tempore: Cum appropinquasset Hierosolymis, & uenissent Bethphage ad montem Oliueti, tunc misit. Et reliqua.] Dignū est ostendere
1 hic uoluntatem Euangelistarū conscribentium, & propositū eorū, quid cōsiderantes, post mirabilia eius & opera glorioſa, etiam de exhibitione asinæ & sessione domini super eam facerent mentionē. Pone quia de uisione cęcorū, de paralyticorū constrictione, de resurrectione mortuorū, de mundatione leprosorū scripserunt Euangelistæ, ut ædificent homines in fide Christi legentes in scripturis opera eius: quid aūt uoluerunt conscribere quod appropians Iesus Hierosolymis cū discipulis suis, & ueniens Bethphage iuxta montem Oliueti, misit duos discipulos mandans eis de asina & pullo eius, ut soluentes adducant eā ad se, qui frequēter non pigritauit maiorem uiam pedibus ambulare, sicut fecit quando ab Hierosolymis trāsiens per Samariam ibat in Galilæam, cum uenisset ad puteū ex itinere lassus, & super eum sedisset? Quid autem est quod & ipse Iesus asinam cum pullo eius ligatam soluere iubet, & mandat ut dicenti sibi, quare soluitis, respōdeant, quia dominus operam eius desiderat, confestim autem remittet eam. Nec enim huiusmodi dominus necessariam habens asinam & pullum eius aliquando ligatos, ostendit in prima facie aliquid dignum magnificētia sua. Quid autem est ut de hoc etiam Zacharias propheta prædiceret uerbis huiusmodi: Gaude ualde filia Sion, prædica filia Hierusalē, ecce rex tuus Zach.9
uenit tibi iustus, & saluans, ipse mansuetus, & sedens super subiugalem, & pullum eius nouellum? Si autem uis discere ex Propheta, quomodo hoc magnum gaudiū habuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sion,audi quod dicit: Et exterminauit currus ex Effrata,& equum de Hierusalem, & exterminabitur arcus bellicus,& multitudo,& pax ex gentibus, & principabit aquarum usq; ad mare,& fluminum exitus terræ.Et tu in sanguine testamenti dimisisti uincula tua de lacu non habenti aquam.Notauimus autem,sicut in alijs, quòd non ijsdem sermonibus Matthæus & Ioannes protulerũt prophetiam eãdem. Nec enim est idem, Gaude ualde filia Sion,prædica filia Hierusalem,quòd ait:Dicite filiæ Sion,aut noli timere filia & cætera,quæ non similiter posuerunt. Quærere autem oportet quomodo rationabiliter mãdat Propheta ualde gaudere filiam Sion & prædicare filiam Hierusalem,propter eum qui sedit super asinam & pullum nouellum: cum post modicum uidens Hierusalem Iesus fleuit super eam, dicens: Hierusalem Hierusalem quæ occidis Prophetas & cætera. Vide ergo ne forte gauisuram Sion, & prædicaturã Hierusalem, non illam dicit quæ dominum crucifixit, sed istam quæ crucifixum suscepit, cœlestem Sion de qua dicit Apostolus ad Hebræos:Sed accessistis ad Sion mõtem,& ciuitatem dei uiui Hierusalem cœlestem,& cætera.Item ad Galatas.Hierusalem autẽ quę sursum est,libera est,quæ est mater nostra. Ne forte ergo mysteria sunt hæc omnia Saluatoris, qui soluit uincula per discipulos suos populi ex Iudæis,& populi qui uenit ex gẽtibus. Ligata enim erat peccatis quæ tunc fuit synagoga,ligatus fuit & pullus cũ ea,qui postmodum factus est nouellus ex gentibus populus credens.Et hos ambos appropiãs ad Hierusalem cœlestem, id est ascendens in cœlũ, iussit discipulos suos ut soluerẽt eos, dans eis spiritum sanctum dicens:Accipite spiritum sanctum. Si cuius dimiseritis peccata dimittentur eis: & si cuius tenueritis, tenebuntur. Et semper discipuli Christi soluentes ligatam asinam,& pullum,adducunt ad Iesum uolentem eis uehiculis uti per discipulos suos solutis à uinculo peccatorum priorum.Et dignũ est filio dei, ut sic necessarios habeat eos.Misericors enim est super asinam alligatam, & pullum cum ea.Necessarios aũt habet eos,ut sedẽs super eos repausет magis eos super quibus sedet,quàm ut repausetur ab eis.Sed quæret aliquis,quomodo eis quæ diximus conueniens sit sermo qui sequitur,dicens:Confestim remittet eos? Solutio autem istius quæstionis sicut arbitror hæc est: quoniam dominus quidem eorum qui fuerant ligati,nemo alius erat, nisi ille de quo ait Apostolus:Nobis autem unus dominus Iesus Christus,per quẽ omnia. Cui quoniam nequaquam contradicturus fuerat aliquis dicentium, quare solutis pullum? manifestum est. Nam quasi nullo contradicere potenti, sic dicit Christus: Et si aliquis uobis dixerit,dicetis quoniã dominus operã eorũ desiderat. Et uide quia postquam ascenderit Iesus in Hierosolymam sedens super pullum hunc uel illum, missio quædam ad opus aliquod necessarium ad ipsum locũ erat futura, ut aliquid operis faciant asina & pullus eius. Et hoc quidem significat, non tamen clare. Sensum autem huiusmodi intellectus accipio credens ordini beatitudinũ,quem facit Matthęus.Nam postquam dixit:Beati pauperes spiritu,quoniã ipsorum est regnum cœlorũ, post hoc scriptũ est:Beati mansueti,quoniã ipsi possidebunt terram. Dicimus enim in his, quoniam primum quidem beatorum est regnum cœlorum:in secũdo autem loco possidebunt terram:non ut per omne seculum sint super eam,sed consolati pro eo quod esurierunt,& sitierunt iustitiam satiati in ea,& misericordiam consecuti, iterum restituantur in regnum cœlorum.Aut certe quoniam multi ex populo Iudæorum,uel gentium,uel quos asinam & pullum supra sumus interpretati,qui crediderunt in Christo,& susceperunt super se,postea missi à Christo reuersi sunt ad populum Iudaicum, uel ad cæteras gentes nõdum credentes,ut prædicarent eis dominũ Iesum filium dei.Et hoc est quod significat dicens: Confestim autem remittet eos. Si ergo asina & pullus eius illi sunt quos diximus supra,super quos uerbum ascendit,nõ tibi uideatur sermo insulsus quod fideles homines animalibus cõparentur.Forsitan enim tale aliquid intelligens & Propheta dicit se factum esse quasi iumentum,non simpliciter iumentum,sed sicut iumentum apud deum,uel apud Christum eius,secundum quod ait: Vt iumẽtum factus sum apud te.Nam quantum ad deum,iumenta sumus nõ solum nos,sed etiam multo nobis prudentiores.Sic autem quantũ ad pastorem Christum etiã oues eius sumus:quoniam tanta distantia est inter eum & nos,quanta inter hominem & qualecunq; iumentũ. Et forsitan cum ascenderint in Hierosolyma sedente Iesu super se, asina & pullus, & facti illic

Luc.19

Heb.12
Gal.4

Ioan.20

1 Cor.8

Psal.73

illic,nõ manebunt ibi,sed remittentur mutati iam,& prodificati,& enutriti uerbi diuinitate,& eminentia,scientia, honestate: ut ad gloriã dei digni habeantur remitti in locum unde assumpti fuerant, prius dño eos meliorante & quasi mercedem hanc eis prestante pro eo quod portauerunt eũ & requieuerũt in se:ut (sicut diximus) digni habeantur remitti in locũ terræ huius ex qua assumpti fuerant, nõ iam ad opera priora.Nec enim fas est ut misericors deus,dñs constitutus postq; semel eos susceperit,& honorauit, & à uinculo soluit,& fecit eos propriam sessionẽ, ut mittat eos rursus ad uincula, & opera mala,postq; semel susceperunt super corda sua filium dei.In his omnibus cõuenie bat ualde gaudere, & extendere gaudiũ fructum spiritus sancti filiam dei Sion, & filiã eius Hierusalem prædicare. Veniebat enim ei rex iustus & saluans, & non simpliciter saluans,sed iustus & saluans,id est cũ iudicio & iustitia saluãs:ueniebat sedens super asi nam & pullũ nouellum quos diximus, uisitans Israel, & exterminãs currus ex Effrata, similes constitutos curribus Pharaonis quos proiecit in mare, Veniebat aũt ut extermi net etiã equum animal bellicũ de Hierusalem, ut pacem faciat Israel, cõuertens perditas oues ipsius.Quõ non erat res digna gaudio magno sic uenire regem iustum atq; saluantem in Hierusalem ex qua erat exterminandus omnis arcus bellicus, ut iam nunq; peccatores in ea intendant arcum, neq; præparent sagittas in pharetra ut sagittent in obscuro rectos corde? Erat tunc pax futura ex fide gentium saluatarũ domino principante aquarũ usq; ad mare, id est populorum: principante autem & fluminis emissionis terræ,& exitus facientium,& irrigantium multa ipsius. Qui aũt simpliciter uult intelligere Sion populos Iudæorũ ad quos uenit Saluator,sic dicere potest,quoniam uerbum quidem dei præcepit gaudere filiam Sion,& prædicare filiã Hierusalem. Si autẽ aliqui eorũ discrediderint,non digna gaudio opera facientes,neq; suscipientes prædicandi præceptum,ipsi sibi causa sunt facti,ut patiãtur ea quæ passi sunt,ut recte dicatur ad eos: Vobis quidem missum fuerat dei uerbum, sed quia indignos uos iudicatis æternæ uitæ,ecce cõuertimur ad gentes. Videamus aũt & de nomine Bethphage secundũ Matthæum, Bethaniæ aũt secundum Marcum, Bethphage aũt & Bethaniæ secũdum Lucam.Et hic erat locus in monte qui uocabatur Oliueti. Interpretatur aũt Bethphage quidem domus maxillarum.Erat aũt uilla sacerdotum,quoniã maxilla propria pars erat sacerdotum ex lege. In quo possumus dicere maxime occasionem accipientes de libro Iudicum, quoniã in his erat fons qui uocabatur fons maxillæ, de quo biberat Sampson cum sitisset.Aut forsitan fons ille,mysteriũ erat patientiæ fidelium, ad quos dñs dicit,Qui te percusserit in maxillam unam,præbe ei & alteram.Bethania autẽ,domus obedientiæ.In domum ergo obedientiæ adducunt omnes qui soluuntur à uinculo peccatorum suorum,uel ad domum sacerdotalem maxillarũ, uel patientiæ, ut inde ascendat dñs super eos,quos secundum præceptũ soluerunt discipuli eius, & perduxerunt ad eum.Mons aũt oliuarum est ecclesia, in quo fructificantes fideles dicere possunt: Ego aũt sicut oliua fructifera in domo dei. Qui autem in primis adducuntur ad eum habentes initia fidei, sunt sicut nouella oliuarum in circuitu mensæ Christi, quia sunt filij eius. Si autẽ oportet & duorum discipulorum quos dñs misit enarrare mysterium,forsitan non irrationabiliter dicere possumus, fuisse eos in mysterio Petri & Pauli,qui dextras sibi dederunt societatis: ut Petrus quidem in circuncisionem ad subiugalem iret,prædicaturus populo Iudæorum sub iugo legis degenti: Paulus autem ad gentes, ad nouellum & indomitum pullum. Erant autem ambo (id est populus ex Iudæis,& populus ex gentibus)in uilla,et non in ciuitate Sion, uel Hierusalem:sed discipuli Christi soluunt utrunq;, & ad Christum perducunt, ut ascendat super eos cum soluti fuerint à peccatis accipientes remissionem eorum. Super alligatis autem adhuc & uinculis peccatorum suorum constrictis, non sedet Iesus. Secundum Marcum autem & Lucam etiam pullus introducitur alligandus, super quem nemo hominum sedit: nihil enim rationabile, neq; quod secundum mores humanos fieri solet, in gentibus factum fuerat aliquando, neque fundatum in eis aliquid disciplinæ, sed contra meritum suum à deo sunt consecuti, ut uerbum dei super eos sederet, ut eo ducente ascendant in Hierusalem dei. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit eis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eum uestimenta sua, &

Iudic.15

Matt.5

Universidad de Deusto
Biblioteca

sedit super eum.] Adducentes ergo ad Christum asinam & pullum, nudos eos nō dimiserunt, sed ornamenta eis imposuerunt quibus fuerant adornati, & uestibus quibus ipsi fuerant cooperti, honestatem eis adijcientes quos suo studio soluerāt ipsi: ut super ornatos uestibus discipulorum Christi, Christus ascendat & requiescat in eis, & apud eos dei uerbum fundetur: quoniam unumquenq; discipulorum decebat aliquid Christo conferre regi mansueto, ut possint dicere, quoniam Christi sumus operis participes. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alij autē cædebant ramos de arboribus & sternebant in uia.] Multus ergo populus cum Christo ascendebat in Hierusalem, qui & ipsi fructum susceptionis Christi demonstrauerunt, uestimēta sua & quæcunq; habuerunt ornamenta sternentes in uia, per quam asina transibat, uidelicet ut mundè incedentes, terram & rerum terrenarum puluerem nequaquam contingant, uel patiantur in uia illa qua in Hierusalem ascendebant. Et tertium agmē post discipulos, & plurimam turbam sternentem uestimenta sua, introducitur, qui pulchritudinem aliquam itineri faciebant, per quod proficiscebatur in Hierusalem Iesus. Turba autem quæ præcedebat, & quæ sequebatur, clamabant dicentes: Osanna filio Dauid. Benedictus qui uenit in nomine domini, osanna in excelsis.] Et præcedentes quidem ante Iesum dicentur qui ante aduentum Christi fuerunt sancti Prophetæ, & cæteri iusti: sequentes autem qui fuerunt post aduentum ipsius Apostoli cæteriq; fideles qui sequuti sunt uerbum dei. Tamen non aliud dicebant qui præcedebāt, aliud autem qui sequebantur, sed omnes clamabant insimul consona uoce, humanam quidem Christi dispensationem laudantes in eo quod dicebant, Osanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini: restitutionē autem eius in sancta, in eo quod dicebant, Osanna in excelsis.

TRACTATVS XV Cap. XXI

IN illo tēpore, cum intrasset Iesus Hierosolymā, commota est uniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic.] In istis nunc duobus clamoribus dictis ex consensu præcedentium & sequentiū Iesum, ipse quidem intrauit in Hierosolymam ueram: admirantes autem uirtutes cœlestes quæ appellantur ciuitas, dicebant, Quis est hic? secundum quod fuerat prophetatū in Psalmo de ascensione ipsius, & de admiratione uirtutum cœlestium propter nouum uehiculum corporis eius. Habet aūt ita. Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potēs, dominus potens in prælio. Et in Esaia similia quædam prophetantur de reditu eius in cœlum post dispensationē passionis ipsius hoc modo. Quis est iste qui uenit ex Edom, rubra uestimēta habens ex Bosor, iste formosus in stola? Hoc autem diximus, ut ostendamus mysterium eius quod dicitur, quoniam ascendente eo in Hierusalem commota est uniuersa ciuitas dicēs: Quis est hic? Et intrauit Iesus in templum dei, & eijciebat omnes uendentes, & emētes in templo, & mensas nūmulariorum euertit, & cathedras uendentium columbas. Et dixit eis: Scriptum est, Domus mea, domus orationis uocabitur. Vos autem feciſtis eam speluncam latronum.] Supra mensuram dignitatis Christi fuerat, secundum quod uidebatur filius esse fabri, ut tanta fiducia uteretur & potestate eijciens nundinam de templo, qua nec princeps alicuius gentis utens facile poterat explicare quod fecit Iesus. Et hæc diximus secundum simplicē intellectum. Secundum moralem autem talia dicemus. Et primum quidem de templo, de quo per prophetam dixit deus: Domus mea, domus orationis uocabitur. Ergo secundum corporalem circuncisionē carnis, & secundum corporales legis festiuitates, & sacrificia, consequenter & templum dei existimabat, quod ex lapidibus insensatis erat constructum, primum quidem à Solomone, deinde reparatū ab Esdra, postea uero post Christi aduentum à Romanis destructum: & illa existimabatur domus esse orationis. Qua destructa, necesse est ut Iudæi quasi non iam habentes domum orationis, iam non habeant priuilegium speculationis dei, nec possint secundum legem deo seruire. Hoc ergo facto, omnia Christus eiecit in mysterio spiritualium actuum suorum: & tunc fecit uisibiter, quod semper inuisibiliter agit, eijciens uendentes & ementes de templo, & mensas

Psal. 23
Isa. 63

mensas nummulariorū euertens & cathedras uendentiū columbas, ad correptionem populi, ut non pro mundi festiuitatibus in nomine dei emptionibus & uenditionibus uacent in loco nō competenti, in quo nō debent uendere, nec emere, sed orationibus uacare, qui congreganī quasi in domo orationis. Nunc autem arbitror esse templum dei ex lapidibus uiuis cōstructum, ecclesiam Christi. Sunt autem multi in ea non sicut decet uiuentes spiritaliter, sed secundum carnem militant, qui & domum orationis de lapidibus uiuis constructam faciunt speluncam esse latronū, actibus suis non ecclesia dei dignis, sed spelunca latronum. Qui enim considerat in multis ecclesiis talium Christianorum peccata, qui arbitrentur quæstum esse pietatē, & cum deberent de Euangelio uiuere secundum quod uiuere decet seruos dei, hoc nō faciunt, sed diuitias & multas possessiones acquirunt: nōne dicet speluncam latronum factam esse sub illis ecclesiam, ut recte dicat Christus ad eos propter dissipationem ecclesiæ suæ, Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in correptionē? Item ipse per Michæam tali modo: Væ mihi quoniam factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & sicut qui racemum in uindemia, cū non sit botrio ad manducandum primogenita. Væ animæ meæ, quia periit timoratus à terra, & qui corrigat in hominibus non est, Et cum intellexeris Iesum dicentem talia, & lugentē peccata nostra, aspice simul & illud quod in Euangelio scribitur. Cū uidisset Hierusalem fleuit super eam, & dixit. Et si rationabiliter fleuit super Hierusalem, & rationabilius flebit super ecclesiam ædificatam quidem ut esset domus orationis, factam autem propter turpia lucra & luxus quorūdam (quod utinam non esset) principum populi speluncam latronum. Sed tunc quidem intrauit Iesus in templum dei, & mundauit illud eijciēs uendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorū euertēs & cathedras uendentium columbas: nunc aūt quamdiu non uisitantur, qui in nomine Iesu Christi conueniunt in ipsum, sunt in cōuentibus uendentes & ementes in templo, & reliqua omnia facientes, & nusquam eis Christus apparet, ut eijciens eos reliquos saluet. Si autem uisitauerit super peccata nostra, & quasi lugens nos ueniat, & corripiat, & castiget quasi filios, ut recipiat nos, tunc ingredietur Christi testas congregatis nobis & spiritu sancto, & ingrediens eijciet omnes uendentes & ementes in templo. Vendentes quidem & alienātes à se quicquid habebāt boni, ementes autem pro eis mala. Et destruet mensas nummulariorū, id est auarorum & pecuniæ cupidorum, qui aliorum quidem pecunias cum iniquitate uertūt ad se, ipsi autem non ad quod expedit eas expendūt. Sunt & alij in templo uendentes Christi columbas, & tradentes simplices sicut columbas, & orantes dicentes, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo, & requiescā? tradentes eas principibus, quibus non oportebat. Et arbitror conuenire uerbum de uenditoribus columbarū, eis qui tradunt ecclesias auaris, & tyrannicis, & indisciplinatis, & irreligiosis episcopis, aut presbyteris. Propter quod & cathedras tantummodo appellauit Euangelista euersas esse à Iesu. Et utinā audirent hæc cum decenti ammonitione scripturæ, qui gloriantur de cathedris Moysi in quibus sedent, & uendunt omnes ecclesias columbarum, & tradunt eas talibus præpositis, ad quos recte dicatur à domino per Hieremiam prophetā. Principes populi mei me non cognouerunt: filij enim sunt insipientes, & nō intelligentes. Sapientes sunt ad male faciendum, bene aūt facere nesciūt. Et apud Michęam similiter. Principes populi mei expellentur de domo epulationis suæ. Si aūt audient, nunquam uenderent Christi columbas, sed constituerent principes eorum parcētes columbis, & prouidentes saluti earum, & non despicientes nec occidentes pingues columbas. Si aūt oportet tres ipsas species reiectas à templo cautius exponere, possumus dicere. Quicunq; in populo Christiano ad nihil aliud uacāt in seculo isto, nisi circa uenditiones & emptiones, rarius aūt in orationibus permanent uel alijs actibus rectis, quos quærit sermo diuinus, ipsi sunt uendentes & ementes in templo dei, facientes domū orationis speluncam latronum. Diaconi aūt qui non bene tractant ecclesiasticarum pecuniarum mensas, sed semper de eis fraudant, & ipsas quas dispensant, non secundum iustitiā dispensant, & diuites fiunt de rebus pauperum, ipsi sunt nummularij pecuniarum mensas habentes quas Christus euertit. Quoniam aūt mensis ecclesiasticarum pecuniarum diaconi præsunt, docent nos in Actibus suis apostoli. Cum factum fuisset, inquit, murmur Græcorum ad

Mich. 7
Hier. 4
Mich. 13
Act. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum ad Hebræos,eo quod deſpicerẽtur uiduæ eorum in miniſterio quotidiano, dicentes: Non eſt bonum relinquentes uerbum dei miniſtrare menſis. Eligite ergo ex uobis ſeptem quos conſtituamus in hũc uſum, nos autem uerbo dei intenti erimus. Epiſcopi autem, & presbyteri quibus creditæ ſunt cathedræ, qui tradunt eccleſias quibus non oportet,& conſtituunt principes quos conſtituere nõ expedit, ipſi ſunt qui uendunt columbas,quorum cathedras Chriſtus euertit. Vnuſquiſq; ergo ſedentium ſuper cathedram eccleſiaſticã,& amantium primas cathedras in Synagogis, uideant ne forte ſic ſedeant in eis,ut ueniens dñs eas euertat quaſi dignas euerſione. Et unuſquiſque diaconorũ qui cõgregant ſibi diuitias, fraudantes pauperũ pecunias, intelligant præſentem ſcripturam,ut iam non cõgregent,ne forte ueniens dñs euertat menſas diſpenſationis eorum. Sed & qui ſolicitudinibus mundialibus feruntur, ſemper ad uenditiones & emptiones currentes,ne forte ueniens dominus eijciat eos de templo dei, quando eiectus nec ſpem habet regrediẽdi unde eiectus eſt. Scrutanti mihi ſcripturas apparet,ne forte hæc faciat Ieſus in ſecundo aduẽtu,& in futuro iudicio. Tunc enim ingreſſus in omnes eccleſias eijciet uel euertet quos inuenerit ſecundum ea quæ diximus, templo dei indignos. Si quis autem inuentus fuerit non habens aliquid de his criminibus tribus, & inuentus fuerit eſſe in templo, confidat. Nec enim eijcietur à Chriſto, nec aliquid eius euertetur, nec exprobrabitur quaſi fecerit domum orationis ſpeluncam latronũ. Puto autem & in hoc tempore inuiſibiliter uenit Ieſus ad ſingulas eccleſias dei,& eijcit quos ſupra diximus dignos eiectione. Quotieſcunq; enim excitat tentationem ſuper eccleſiam,uenit ad eam,& uiſitat eam,ut faciat quod facere ſcribitur in hoc loco. Poſt hæc uideamus ne forte & ſic locus iſte intelligi poſſit. Omnis enim natura rationabilis templum eſt dei,quæ ad hoc eſt creata,ut capiat gloriam dei. Hoc ergo quod eſt naturaliter templum dei, id eſt anima,implemus peccantes quibuſdam quidem uendentibus,quibuſdam autẽ ementibus cogitationibus malis, & ſi aliquid ſanctum reliquum eſt in anima noſtra, quod eſt columba. Dicit ergo ad eos qui peccant, & pleni ſunt furibus cogitatibus, Domus mea, domus orationis uocabitur. Vos aũt feciſtis eam ſpeluncam latronum. Et Ieſus quidem eos qui ſpeluncam fecerant latronum domum orationis, fures eijcit de templo: illi autem qui conſentientes erant furibus, de Ieſu quidem dixerunt, Crucifige, crucifige eum: de Barabba autem latrone, Dimitte nobis Barabbam. Propter quod uſque hodie ludæi Ieſum quidem non habent: nec enim crediderunt in eum: habent autem de ſpiritalibus nequitijs latronẽ Barabbam,quem iam tentum,& in carcere clauſum aduerſus ſe petierunt dimitti. Ideo princeps infidelium ludæorum eſt Barabbas latro. Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo,& ſanauit eos.] Quæ ſunt quidem ſecundum ſimplicem intellectũ, habentur manifeſta. Secundum conſequentiam autem prædictorum moraliter expoſitorum, dicendum eſt quoniam in templo dei, id eſt in eccleſia, non ſunt omnes uidẽtes, neque recte ambulantes: ſed alij quidem ſunt cæci, alij aũt claudi. Qui ex eo quod intelligunt propriam cæcitatem: & ſcientes quia nullius alterius opus eſt niſi Chriſti Ieſu & uerbi dei ut ſanentur, ut percipiant ſanitatem accedentes ad uerbum dei ſanantur. Videntes autem principes ſacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo,& dicentes: Oſanna filio Dauid, indignati ſunt, & dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis,utiq;. Nunquam legiſtis, Ex ore infantium,& lactentium perfeciſti laudem?] Quemadmodum ſecundum hiſtoriam uituperabiles ſunt iſti principes & ſcribæ: ita & ſecundum eccleſiam Chriſti uituperabiles ſunt quidam epiſcopi & presbyteri, qui uitam ſuam minime adornantes, nec induti ſcientia ueritatis,& quidem uidentes miracula Chriſti, nihilominus contemnunt puſillos eccleſiæ, & parũlos deum laudantes & Chriſtum ipſius, & indignantur in eorum profectu, & accuſant eos apud ipſum Ieſum quaſi peccantes, cum non ſint peccantes: & quaſi ad non audientem, neque ſeruantem ordinem omnem dicunt: Audis quid iſti dicunt? Et hoc magis intelligere poterimus,ſi cognouerimus quomodo frequenter eos qui feruent ſpiritu, & uſq; ad carcerem contra infideles luctantur, & pericula uniuerſa contemnunt, & cum omni uirtute continentiam & uirginitatem ſeruare ſtudent, ſunt autem imperiti ſermone, coarguunt quaſi incontinentes, ſacerdotes uitupe-

Matt.27

rabiles, & culpant eos apud Ieſum quaſi ipſi ſint iuſtiores talibus pueris ſimplicibus,& benignis,& ſtudioſis. Ieſus autem pueris quidem teſtimonium præſtat,ſacerdotibus autem ignorantiam ſcripturarum imputat dicens: Nũquam legiſtis quod ſcriptum eſt, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? Qui adhærent eccleſiæ, quaſi nuper nati infantes, rationabile & ſyncerum lac deſiderãtes, & ſugentes ipſum, laudant deum fide & conuerſatione, & completur in eis quod dictum eſt, Ex ore infantium & lactentiũ perfeciſti laudem. Ipſe enim ſibi deus in talibus perficiet laudem. Pro quibus gratias agens filius patri dicebat: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quoniã abſcondiſti hæc à ſapientibus,& manifeſtaſti ea paruulis. Etiam pater, quoniam ſic fuit bona uoluntas ante te. Matt.11

Tractatus XVII Cap. XXI

N illo tempore, Abijt Ieſus foras extra ciuitatem in Bethaniam, & manſit ibi. Mane autem reuertens in ciuitatem eſurijt.] Quos relinquens exijt ab Hieroſolymis Ieſus, & manſit in Bethania, niſi principes,& ſcribas, qui ſciebant quidem mirabilia quæ fecit Ieſus,& pueros clamãtes in templo, nihilominus indignantes aduerſus eos qui deum laudabant, quaſi qui non intellexerunt quod fuerat ſcriptum: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? Et quoniam reliquit illam Hieruſalem, & factus eſt extra eam, ideo cecidit,& lapis ſuper lapidem ibi ſtare non potuit. Venit autem in Bethaniam ad domum obedientiæ, id eſt eccleſiam, in qua eſt etiam cõmoratus,& requieuit: eo quod non habebat in Hieroſolymis, ubi caput reclinet, quæ talibus ſacerdotibus & populo impio erat repleta, cum autẽ requieuiſſet in Bethania, in domo obedientiæ, poſt principium conſtituendi eccleſiam, poſtquam repauſauit aliquantulum in ea, tunc reuertitur in ciuitatem quam paulo ante reliquerat. Et reuertens eſurijt. Et uidit unam ficulneam ſecus uiam, arborẽ, populum circumciſum. Et ueniens ad eam nullum fructum manducabilem inuenit in ea, ſed tantum ſpeciem uitæ. Folia enim ſine fructibus erant in ficu. Et quoniam arbor illa erat animam habens, quaſi audienti dignam maledictionem ſuam dicit: Nunquam ex te naſcatur fructus in ſempiternum. Id eſt quam diu ſtat hoc ſeculum præſens, nunquam ex te fructus naſcatur. Ideo infructuoſa eſt Synagoga ludæorum: & hoc erit ei uſque ad conſummationem ſeculi, donec intrauerit gentium plenitudo. Et aruit ficulnea adhuc peregrinante in hac uita hominum Chriſto, & inter homines quaſi homine conuerſante. Et uidentes diſcipuli mirati ſunt, oculis enim ſpiritalibus uiderunt myſterium fici ſiccatæ: non tantum quia ſiccata eſt, ſed quia confeſtim ſiccata eſt, id eſt populus ludæorum. Reſpondens autem Ieſus, ait illis: Amen dico uobis ſi habueritis fidem,& non hęſitaueritis, non ſolum idem de ficulnea facietis, ſed etiam ſi monti huic dixeritis, Tolle te,& iacta te in mare, fiet.] Ergo diſcipuli Chriſti fideles & non hæſitantes areſcere faciunt ficulneam illam, dicentes ad eam. Vobis primum miſſum fuerat uerbum dei, ſed quia indignos uos iudicatis æterna uita, ecce conuertimur ad gentes. Et relinquentes eam, ſiccam faciunt eam, cum uitalis uirtus eius tranſierit ad gentes. Super illud autem quod poterunt ſiccare ficulneam ad huc diſcipulis ſuis promittit, quoniam ſi habuerint fidem, & non hæſitauerint, etiam monti qui à Chriſto uidetur & manifeſtatur, id eſt contrariæ poteſtati extollenti ſe cõtra homines dicent, Tolle te, & mitte te in mare, & fiet. Tollitur enim à ſingulis qui adducuntur ad fidem uerbo diſcipulorum Chriſti, altitudo illa malitiæ, mons ille Saranas, & mittitur in mare, id eſt abyſſum dignũ ſe locum. De quo mari dicit in Pſalmo. Hoc mare magnum & ſpatioſum, illic naues pertranſibunt, animalia puſilla cum magnis, Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei. Item. Tu confregiſti capita draconum ſuper aquas, & dediſti eum eſcam populis Æthiopum. Ipſa autem eſt Bethania, ubi ex mortuis ſuſcitatus amicus Chriſti Lazarus morabatur. Et omnis qui obedit uerbo dei confirmato, & commoranti in ſe, Bethania eſt,& domus obedientiæ,& commoratur Chriſtus in eo, & requieſcit. Et forſitan ſimplices dicunt de eo quod ſcriptum eſt, Relictis illis abijt in Bethaniã: quomodo enim poterat fieri extra ciuitatem niſi reliquiſſet priores apud quos fuerat prius? Sapientiores autem auditores dicunt: Non

Pſal.103

omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes reliquit priores quãdo fit apud alios, ſed malos quidem & peccatores reliquit. Quando fuerit apud iuſtos, fiet & apud alios poſt illos, & cum illis. Nam & in Bethania cõmorans Ieſus, non relinquens Bethaniam uenit in ciuitatem: erat enim in Bethania, & uenit in ciuitatem. Eſurit autem Ieſus ſemper in iuſtis, uolens manducare fructum ſpiritus ſancti in eis: & ſunt eius eſcæ, ut ita dicam, ficus quas eſuriens edit, id eſt charitas eius qui eam fructificauit, qui primus fructus eſt ſpiritus ſancti, & gaudium, & pax, & patientia, & reliqua. Quæ quidem quamdiu fructificamus, nõ areſcimus. Si autem uenienti domino, & quærenti huiuſmodi fructum ut manducet in nobis, nõ exhibuerimus, dicet ad nos. Nunq̃ ex uobis fructus naſcatur in ſempiternũ. Et uide quoniã ſecus uiam erat hæc ficus, quæ folia tantũ habuit ſine fructu: Sic enim & terra quę ſecus uiam eſt, licet fuerit ſeminata, nullum fructũ producit, diripiẽtibus uolucribus ſemina ſeminata. Quandiu ergo non uenit Ieſus ad aliquam ficum, nec quærit fructum eius, ſed patienter agit, & ſuſtinet ſi forte proferat fructum, non exiccatur. Si autem uenerit eſuriens, & fructum requirens, & inuentus fuerit aliquis nihil iuſtitię habe ns, niſi profeſſionem tantũmodo fidei, quod eſt folia ſine fructu, mox exiccatur, etiam hoc ipſum quod uidetur fidelis amittens. Et eſt multos in eccleſia uidere tales, qui multo tempore portauerunt fidei nomen, oſtendentes tantũmodo quia uiuunt, omnino autem ſunt ſicci. Quos quia non fructificabant, uidemus recedentes à uerbo dei ad plenum, & ſiccos. Quem talem cum uiderint diſcipuli ſiccum, mirantur, dicentes: Quõ cõfeſtim ſiccata eſt? Adhuc manifeſtius de hoc ipſo dicamus: quomodo in tentationibus petit fructum Ieſus à ficulneis quas plantauit, id eſt in perſecutionibus cõfeſſionem & teſtimonium quærit fidelium. Et cum mulier meretrix inſaniens excitata fuerit ſuper aliquem, quærit in eo Chriſtus fructum continentiæ. Quem protulit & Ioſeph, cum fureret eius domina ſuper eum. Et ſic in ſingulis quibuſq; tentationibus intellige Chriſtum uenire ad Chriſtianos in tentationibus eſurientem & fructum uirtutis quærentem. Qui autẽ non fuerit præparatus ut exhibeat fructus eſurienti, aut confeſſionis, aut caſtitatis, confeſtim ſiccatur. Qui enim denegat in perſecutione, ſiccatur. Similiter & qui fornicatur ſiccatur, quamuis oſtenſione fidei quam antea baiulabat, quaſi foliis coopertus. Et ſuper tales mirantur diſcipuli quomodo mox ſiccantur. Et frequenter per multos annos quis conſtitit ficus, & non eſt ſiccatus, ueniente autem in ultimo uitę eius ad eum Chriſto, uidelicet in tentationibus, & quærente fructum in eo, & non inueniente, ſiccatur & tantorum annorum perdidit ſubito uitam. Et hoc fit, ut impleatur ſermo dominicus
Matt.13 dicens: Qui habet dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & ipſum quod habet auferetur ab eo, ut non ſit otioſum quod habet. Et unuſquiſq; diſcipulorum ſi habuerit fidem, & non hæſitauerit, & ficum areſcere facit, & quod ſequitur eum. Et eſt operis demonſtrare, quomodo Chriſti diſcipulus quærens fructum in ficu, & non inueniens dicat ad eam, Nunquam ex te fructus naſcatur in ęternum, ut confeſtim ſiccetur. Vtputa, pone mihi aliquem quæ ſunt quidem fidei profitentem, & pronunciantem ſe in nomine Ieſu manducare & bibere coram ipſo, & Ieſum in plateis cordis eius docuiſſe: ita ueniat diſcipulus Chriſti quærens fructum ſapientiæ & uerbi in eo ſecundum profeſſionem docendi quæ dei ſunt: quærens & ſcrutans eum per uerbum, nullum inueniat fructum in eo: & ideo manifeſtum faciens eum uidẽtibus uacuum à Chriſto exhibeat per uerbum, quoniam non eſt poſſibile aliquem fructum fieri in eo in ſempiternum qui ex arbitrio læſus eſt. Sicut & Petrus dixit ad Simonem, arefaciens eum qui ui
Act.8 debatur Chriſti profeſſor: Pecunia tua tecum ſit in interitum, quoniam donum dei exiſtimaſti te per pecuniam poſſidere. Cor enim tuum non eſt rectum coram deo. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te eſſe. Et melius eſt fallacem ficum quæ uiuere exiſtimatur, non autem fructificat quaſi uiua, argutam quia eſt infructuoſa ſiccari uel bis diſcipulorũ Chriſti, & fieri manifeſtã: quàm ut furetur dum uiuere exiſtimatur, per figmentũ profeſſionis innocentium corda, & eorum qui facile ſeducuntur à talibus. Arbitror autem & in unoquoq; infideli & iniquo montem eſſe ſecundum mẽſuram infidelitatis & iniquitatis ipſius, qui uerbis diſcipulorum Chriſti tollitur & mittitur in mare tormentorum eius. Et omnia quæcunque petierint in oratione credentes diſcipuli Ieſu percipient, quaſi diſcipuli Chriſti, nihil quod non oportet petentes

tentes: & quia credentes magiſtro nihil aliud petunt niſi magna & cœleſtia, ſicut ipſe dicit ad diſcipulos ſuos: Petite magna, & minima uobis adijcientur. Petite cœleſtia, & adijciẽtur uobis terrena. Marcus autẽ in hoc eodem loco ſcribens, aliud aliquid quantum ad textum adieciſſe uidetur: dicens, quoniam uidens Ieſus ficum de longe habentem folia, uenit quaſi inuenturus aliquid in ea. Cum ueniſſet autẽ & nihil inueniſſet niſi folia tantum, nec enim erat tempus ficuũ, reſpondens dixit ad eam: Nunquam ex te Mar.11
in æternum quiſquam fructum manducet. Dicet aliquis. Si non erat tempus ficuum, quomodo uenit Ieſus quaſi inuenturus aliquid in ea? Et quomodo iuſte dixit ad eam, nunquam ex te quiſquam fructum manducet? Contra hæc reſpondemus, quoniam numerati ab apoſtolo fructus ſpiritus ſancti hi ſunt, Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, cõtinentia. Hi omnes aliquando in tempore ſuo redduntur. Melius autem eſt, quando circumſtantibus aduerſarijs, & prouocantibus ad non fructificãdum, potuerit aliquis propterea quod ſatis eſt prodificatus in uerbo, nihilominus proferre fructus ſpiritus ſancti. Quod autem dico tale eſt. Vnus de fructibus ſpiritus ſancti charitas eſt. Huius tempus eſt quando non eſt difficile fructum reddere charitatis & diligere diligentẽ: & eſt quidem fructus iſte ſpiritus ſancti, tamen in tempore ſuo. Si autem aliquis excitetur ad odium fidelis conſtitutus, & circumueniatur, & inſidias patiatur, & diligat inſidiantem ſibi: aut certe ſi fuerit aliquis male moratus & odio dignus, ille iuſtus nec hunc talem odiat, ſed quaſi filius eius qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, etiã tunc eum diligat: utputa non in tempore ficuum fructum dans charitatis, beatus eſt. Similis & de gaudio poteſt eſſe tractatus. Qui profert fructum gaudij, nullo eum ad triſtitiam prouocante. Quãdo autem præſentia prouocant eum ad triſtandum, uel ad puſillanimitatẽ, prouocatus autem ille per uerbum in tantum proficit, ut etiam in tempore triſtitiarum gaudeat, & in tempore opprobrij uel caſtigationum glorietur & in omni tempore periculi memor ſit eius quod dictum
Pſal.82 eſt, Semper gaudete, beatus eſt huiuſmodi Chriſtianus fructũ gaudij ferens, etiam nõ in tempore ficuũ. Similiter in omnibus fructibus ſancti ſpiritus eſt tractandum. Vult enim Chriſtus fideles ſuos meliores eſſe humana omni natura, & exigit eos ſupra naturam, & (ut ita dicam) opera dei magis quàm hominum. Propter quod hominibus dicit, quoſcunq; ad beatitudinẽ uocat: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Arguens autem eos qui nolunt eſſe dij, nec filij eſſe excelſi: Vos autem ſicut homines moriemini. In ſingulis enim quibuſq; peccatis quando ſumus carnales, & ſecundum hominem ambulamus, nihil operamur niſi ut moriamur. Et uerum eſt quia ſi ſecundum carnem uiuimus moriemur, ſicut docet Apoſtolus.

Tractatus XVII Cap. XXI

IN illo tempore cum ueniſſet Ieſus in templum, acceſſerũt ad eum docentem principes ſacerdotum, & ſeniores populi, dicentes, In qua poteſtate
1 hæc facis? Et quis tibi dedit hanc poteſtatẽ?] Tribus Euangeliſtis idipſum quaſi neceſſariũ conſcribentibus, dignum eſt uidere quid intelligentes principes ſacerdotum, & ſeniores populi interrogauerũt Ieſum, non unam interrogationẽ, ſed duas proponẽtes: unam quidem, In qua poteſtate facis hæc: alteram autem, Quis tibi dedit hanc poteſtatem: & quid uolens dominus propter hoc ſolum contra interrogauit, ut ne reſponderet ad interrogationem eorũ. Quod autem non (ſicut arbitrantur quidam) ſimplex eſt intellectus loci iſtius, & facilis, ſed myſterialis & altus, manifeſtum erit ex eo quod oſtẽdemus. Dicunt enim ſimpliciores quoniam ſcientes duas eſſe poteſtates, unam quidem dei, alteram autem diaboli, principes ſacerdotũ & populi ſeniores interrogabant in qua ex duabus his poteſtatibus una prodigia faciebat, & à quo eam accepit. Ita dominus ut ne ad interrogata eorum daret reſponſum, interrogauit econtra, ſimul ut & interrogantes argueret, quaſi qui non recte fecerunt credere nolentes Ioanni: & ut abijceret interrogatores indignos à ſuo reſpoſo, ut uideretur eis rationabiliter nõ reſpondere. Sed dicet aliquis contra hęc, quia ridiculum erat interrogare, in qua poteſtate hæc faceret Ieſus. Nec enim poterat fieri, ut reſponderet quia in poteſtate diaboli. Et non dicam, Ieſus hoc non reſpõderet, ſed nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse homo peccati, qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, responderet quod erat uerum, quoniam in potestate diaboli facit omnes uirtutes, & signa, & prodigia, quibus seducat si possibile est, & electos dei. Si ergo nec ille diceret se in potestate diaboli facere signa & prodigia mendacia in omni seductione iniquitatis his qui pereunt: quanto magis dominus & Saluator nequaquã etsi non interrogasset econtra, aliud aliquid responderet, nisi in potestate dei? Ad talem ergo manifestissimam rationẽ horum, & illos interrogare, & Christum non respondere, satis utile mihi uidetur. Si quis autem dicat, quoniã non interrogabant principes ut audientes discerent, sed ut illum terrerent: utputa, si facit aliquis quod nobis non placet in nostris, dicimus ei, Quis te iussit hoc facere: non uolentes audire, sed eum terrentes, ut ille sciens quia nemo eum iussit, recedat ab actu: sic & principes interrogabant dominum terrentes potius quàm interrogãtes, ut ille quasi sciens se nõ in potestate dei hoc agere, cessaret ab opere. Sed quid quod & Christus ita respondit: Dicite mihi uos hoc, & ego uobis dico in qua potestate hoc facio.] Quod nunquam diceret Iesus, si eos non discendi causa, sed terrendi, interrogare sensisset. Vide ergo ne forte intelligatur sic hic locus. Sunt potestates diuersæ, quæ generaliter quidem sunt duæ: una ex parte dei, altera ex parte diaboli: Specialiter autem plures & incomparabiles. De quibus
Coloss.1 Apostolus Christum glorificans, scribit ad Collossenses, dicens omnia in eo esse secreta quæ in cœlis sunt & in terris, siue uisibilia, siue inuisibilia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Non dixit unum principatum, aut unã dominationem, aut unam sedẽ, aut unam potestatẽ, sed multas. Et sicut sunt in parte dei, ita sunt, in parte diaboli multi principatus, multæ potestates, sicut testatur Apostolus dicens:
Ephes. 6 non est nobis colluctatio cum carne & sanguine, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus rectores huius mundi tenebrarũ harũ, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Ego autem arbitror, quoniam & omnia eorundem nominum sunt apud diabolum, quæcunq; sunt apud deum: & est forte potestas ex potestatibus uniuersis, quæ ipsi Christo ministrat, alia autẽ quæ prophetis cooperabatur facientibus signa: & non omnibus una potestas, sed alia forte istis, alia autem illis secũdum dignitatem fidei eorum, quam solus sciebat deus. Et nec in omnibus uirtutibus faciendis una eademq; potestas cooperabatur, sed in quibusdam quidem hæc, in quibusdam autem alia: & ad res forsitan inferiores, inferior: ad res aũt eminentiores, eminentior. Principes ergo sacerdotum, & seniores populi cognoscẽtes plura de potestatibus, & gradibus sacramẽtorum cœlestium, siue ex traditione maiorum, siue de secretis quibusdam, utrum autẽ rationabiliter, aut irrationabiliter excitati uidebant Iesum multa prodigia facientem non sine potestate aliqua ei subiecta: & ideò potestatis illius speciẽ & proprietatẽ uolebant audire à Christo. Et si quidem fuissent principes sacerdotũ aliqui sancti, qualis fuit Aaron, uel Eleazar, uel Phinees, uel quicunq; eorũ qui bene functionem suam consummauerunt, quasi non tentantibus, sed discere cupientibus, & dignis huiusmodi scientia, sine dubio declarasset mysteria potestatum, & differentias earũ, & de contrarijs potestatibus rationem & differentias earum manifestasset. Quoniam autem illi principes sacerdotum, & populi seniores non fuerant digni talia audire mysteria, propterea non eis dat responsum, sed cõtra interrogauit, ut propter hoc quod non respondent ad interrogationem sibi propositam de Ioanne, rationabiliter nec ipse respondeat eis. Quæro autem si unusquisq; eorum qui signa fecerunt in aliqua potestate, utrum in una fecerunt semper, aut in primis quidem in ista, proficientes autem in alia potestate maiori. Tamen saluator uidetur in una potestate uniuersa fecisse, quam accepit à patre. Nam hoc quod respondet, dicens: Nec ego uobis dico in qua potestate facio hæc: docet quoniã in potestate quidem una fecit: in quali autem potestate nõ declarauit, nec proprietatem eius manifestauit, nec eminentiã quam habebat illa potestas super alias potestates in quibus ante eum prophetæ fecerunt uirtutes. Et nunc in templo ecclesiæ Christus habetur, & docet in ea, & sunt quidam principes sacerdotum similes principibus illis, & seniores similes senioribus illis, & interrogant Iesum, & non accipiunt responsum ab eo, quia non sunt digni scire quæ cupiunt. Item quæro, utrum uolens eos Iesus à se remouere, fortuito hanc eis interrogationem proposuit de Ioanne,

tanquam

tanquam si aliam quancunq; interrogationem proposuisset, aut necessariè propter utilitatem eorum de Ioanne specialiter eos interrogauit. Et mihi uidetur quoniam non fortuito hoc eos interrogauit, sed quia Ioannes fuerat uox clamantis in deserto, parate uias domini, rectas facite semitas eius. Et hic erat de quo deus per prophetam dicebat:
Malach.3 Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Propter hoc (existimo) interrogauit de illo, non quidem ignorans quoniam cogitantes dicturi fuerant, Nescimus, secundum quod scriptum est, sed quantum ad se significantes quasi ex hominibus esset. Ita quasi respondentibus illis quoniam ex hominibus erat, consequentem parabolam introducit.

TRACTATVS XVIII Cap. XXI

1 IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hãc. Homo quidam habuit duos filios. Et accedens ad primum dixit: Fili, uade hodie operari in uineam meã & reliqua.] Solus Matthæus hanc parabolã scribit, sicut mihi uidetur, continentẽ Israel non credentem uerbis dei, & de populo credituro ex gẽtibus. Isti sunt emm filij duo quos habuit deus, quasi homo morem hominum gerens. Hic ergo accedens ad primum quem acquisiuit in primis, quem præcognouit, & præfiniuit, dixit ad eum. Fili, uade hodie, & operare in uineam meam. Et distulit, fugiens hanc uineã propter æstum qui habetur in ea & labores, & dixit, Nolo, Postea circa consummationem pœnitens quod dixerat patri suo, nolo, uenit in uineam, & operatus est uoluntatẽ patris. Quando autem primus respondit nolo, accessit pater ad alterum, & similiter dixit. Secundus quidem respondit, Etiam domine: non autem uenit ad uineam uerbi, & in agrum patris. Et manifestum est quoniam qui dixit nolo, postea autem compunctus abijt & operatus est in uinea, uoluntatẽ patris impleuit non uerbis, sed factis. Qui autem uerbis promisit, non autẽ fecit, operibus negauit uoluntatem facere patris. Vide autem si potes uti parabola ista ad eos qui modicum quidem aut nihil promittunt, neq; uirginitatem, neq; alium secundum Euangelium spiritalem actum, operibus autem ostendunt quod nec ab initio usq; ad uerbũ promiserunt. Econtra eos qui magna promittunt, nihil autem secundum promissionem suam huiusmodi agunt. Dicit enim aliquis: Virginitas super me est, propter quod nolo eam: & maius est quàm uirtus mea abrenunciare hanc uitã, & uacare spiritalibus uerbis: & postea recogitans ad meliora se tradit quàm profiteri uidebat in primis. Alij autem audacter multa promittunt, operibus aũt contraria suis promissionibus agũt. Post parabolam aũt dicit de eo qui dixit nolo, postea autem recogitauit, & sic abijt, Amẽ dico uobis, quoniam publicani & meretrices præcedunt uos in regno dei. Ad eũ aũt qui dixit, Vado dñe, & nõ abijt, hoc refert. Venit Ioãnes ad uos in uia iustitiæ, & nõ credidistis ei. Iterum de primo quidẽ, Publicani aũt & meretrices crediderũt ei. Ad eum autem qui dixit, Vado dñe, & non abijt: Vos aũt uidentes nec pœnitentiã egistis, ut crederetur ei. Considera & illud quod ait, Præcedunt uos in regno dei: quoniam non excluſit Iudæos, ut non ingrediantur aliquando in regnũ dei. Nemo enim dicitur præcedere eum in aliquo loco, qui non sequitur eum per ipsum locũ. Vide ergo ne forte hoc indicet sermo, ut cũ plenitudo gentium intrauerit, tũc omnis Israel saluus efficiatur. Intellige aũt mihi Israelitas qui non secundum carnem sunt, sed qui ingenuitate animæ Israel intelliguntur in fide & operibus bonis.

Tractatus XIX Cap XXI

1 IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis parabolã hanc. Homo erat patersfamiliâs, qui plantauit uineã, & reliqua.] Qui non abundantius discutiunt Parabolam hanc, neq; singula uerba scrutantur, satis manifesta uidetur, si hoc modo intelligatur. Populus qui fuit ante nos cũ esset pars dei, qui plantatus est à deo, uinea fuit dei. Custodia autẽ dei quæ extitit circa eam, fuit sepes ipsius. Turris autem, templũ. Torcular autem, locus libationum. Coloni autem, sacerdotes, & sapientes populi. Peregrinatio uero domini, quando dominus qui fuerat cum illis in nube dei, & in columna ignis per noctem, donec plantaret eos

Universidad de Deusto
Biblioteca

introducens in montem sanctum suum, & in tabernacula sua, nequaquã postea similiter apparuit eis. Tempus autem appropians fructuũ petendorum, tempus extitit prophetarum exigentiũ à colonis & à uinea ipsa, ut ostendant qui acceperunt legem, si secundum eam uixerunt. Serui autem missi ad colonos ad fructus accipiendos, prophetæ qui prius fuerunt: quos principes & sapientes populi iniuriauerunt, cędentes quosdam, & occidentes, & lapidantes. Alij autẽ serui plures post eos tempore prophetarũ multorum, quorum nomina in secundo Paralipomenon sunt conscripta, & in Hieremia, & induodecim, & in Daniele. Dicet autẽ aliquis, & Ananiã, & Azariam, & Misael prophetas fuisse temporis eius. Et his ergo plurimis similiter sunt abusi cædentes, & occidentes, & lapidantes. Nouissime aũt mittit paterfamiliâs filium suũ Iesum Christum, qui poterat reuerentiam eis incutere. Sed principes sacerdotum, & seniores populi, & prudentes, uidentes filium, nõ omnino insensati existentes eminentiæ suæ hæredem eum esse intellexerunt. Ausi sunt autem interficere eum, ut ipsi efficerentur domini super uineam illam, & eijcientes eum extra res Israelitarum, foris eum iudicantes esse interfecerunt. Dominus autẽ qui statim redijt, quem occiderunt, uenit resurgens à mortuis: & malos quidem colonos male perdidit, alijs autẽ colonis, id est apostolis, uineam suã consignauit, id est eos qui ex Iudaico populo reliqui crediderunt, qui darent in tempore suo fructus domino suo. Item docet eos ex prophetia, quoniã ab istis quidem ædificatoribus reprobatus est, à deo autẽ electus, & caput totius ædificationis, & caput mirabile factus in oculis eorum qui possunt eum uidere, ita prophetãs gentium fidem, dicit non credentibus sibi doctoribus Iudæorũ, Tolletur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus suos. Ad quam multa quis spiritalis constitutus, & ad discutienda omia paratus poterit dicere, pulsans obscuritatẽ eius, id est ostium clausum, & quærens inueniet: & nos secundum mediocritatẽ nostram talia suspicamur in loco, quoniam paterfamiliâs homo deus est, de quo scriptum est: Morigeratus est dominus deus tuus, quemadmodum si homo morigeraret filium suum. Sic enim eo quod morigeratur homines, ut hominũ prodificet mores, in quibusdã parabolis dicitur homo, quemadmodũ si pater cum paruulo filio suo colloquatur infantia, ut descendat ad uerba filij sui, & morigeretur eum. Propterea puto, omes iustitiæ quas tradidit deus hominibus, quasi pueriles sunt quantũ ad proprias iustitias dei, Quę est ergo uinea alia præter colonos priores & secundos, quam plantauit paterfamiliâs? Quæ ista uinea primũ quidem tradita est iniuriosis colonis, postea aũt alijs colonis facientibus fructum eius in tempore suo, secundum quod dominus ait: Auferetur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Putas ergo id ipsum debemus dicere regnum dei, & uineam quæ colitur à colonis prioribus & datur alteri genti? aut aliud quidẽ debemus existimare uineam, aliud aũt regnum dei? Videamus ergo primum probantes de scripturis, quoniam uinea appellatur populus, si omnia eius secundum huiusmodi expositionem ualeant conuenire. Dicit enim Esaias, Cantabo nunc dilecto canticũ, dilectæ uineæ meę. Vinea facta est dilecto in cornu in loco uberi, & sepe circundedi, & caricaui eam & plantaui uineã Sorech & ædificaui turrim in medio eius, & torcular fodi in ea, & expectaui ut faceret uuam, fecit autẽ spinas. Et post aliqua sic. Vinea emi domini Sabaot domus Israel est, & homo Iuda, nouellum dilectũ. Protuli itaq; canticũ Esaiæ, uolens considerare secundum parabolam hanc, si secundũ illam uineam, & hæc uinea intelligi possit. Et uide quoniam quædam quidem similia habent, alia aũt dissimilia: ut uidens differẽtias similium ad similia, discas sensum scripturæ. Simile est ergo quod ait: Plantauit uineam, & sepe circundedit eam, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim. Dissimile aũt, quoniam in Esaia quidem ipsam uineam accusat plantator, dicens: Expectaui ut faceret uuam, fecit autem spinas. In Euangelio autẽ manifeste non uinea accusatur, quasi quę non dederit fructus in tempore suo, sed coloni qui susceperunt, & patrisfamiliâs seruos contumelijs affecerunt diuersis: nouissime & ipsum filium patrisfamiliâs occiderunt. Iterum in Esaia ipsi uineæ minatur dicens: Auferam sepem eius & erit in rapinam, & destruam maceriam eius & erit in conculcationẽ, & cætera. Sed & nubibus promittit se mandaturum, ut ne super uineam pluant illam quæ fuit secũdum prophetã domus Israel, & homo Iuda, qui nullum fructũ fecerunt. In Euãgelio autem

Esa. 5

uineam

uineam non inuenimus aliquid patientem, sed adhuc prouisionem dei consecutam, ut possit fructus suos patrisfamiliâs dare. Ablata est enim à colonis impijs, & data genti meliori. Coloni aũt omnem suscipiunt iram. Dicentes enim, cum uenerit paterfamiliâs malos male perdet, siue ratione uerbi coacti, & cõsequẽtia parabolæ, siue nolentes prophetauerunt de se, quoniã cum uenerit, malos male perdet, & uineæ prouisionem faciens, alijs eam dabit colonis. Item consequenter & Hieremias dicit ad populum: Ego plantaui te uineam fructiferam omnẽ ueram, quomodo cõuersa es in amaritudinẽ uineæ alienæ? Vides ergo quoniã in prophetis populus Iudaicus uinea appellatur, & cõminatio patrisfamiliâs contra uineam fit: in euangelio aũt omnino uinea non culpatur, sed eius coloni. Sed qui uult euangelica uerba caute considerare, nequaquã poterit clariter approbare, quoniã uinea populus est. Sed ne forte secundum euãgelium uinea regnum est dei, id est doctrina quæ prouidentiã habẽs dei, scripturis inserta est sanctis. Quod enim dicit, tolletur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructum eius, manifeste sicut arbitror demonstrat mysteria regni dei uineã esse, id est legem, & prophetas, & omes diuinas scripturas, quas tradidit dominus uineæ primum quidem colonis populo illi priori, quoniam & primis credita sunt eloquia dei, secundis autem gentibus facientibus fructum: cuius uineę sepes nihil tale patitur, quale scriptum est in propheta dicente: Auferam sepem eius & erit in rapinam. Vide ergo ne forte naturali ratione, uineam possimus dicere eloquia dei. Consequenter aũt secundum eandem naturæ rationem uitam reprehensibilem hominũ & mores speciosissimos fructus ipsius uineæ: ipsas autẽ scripturas, & literas scripturarũ, esse uineæ sepem extrinsecus circumpositam, ut non uideaẽ uinea ab eis qui foris sunt, maxime fructus eius qui sunt in abscoso. Profunditas autem eloquiorũ dei, torcular esse uineæ eius: in quam qui profecerunt de eloquijs dei, & facti sunt perfecti fructus eorum, infundunt studia sua quasi fructus quos de ipsis eloquijs colligunt. Turrim aũt ædificatam in ea, ascensum habentẽ, & eminentiã, & altitudinẽ super uineam ipsam, & sepem & torcular, existimo uerbum esse de ipso deo, & de dispensationibus Christi, & templũ diuini sensus qui habentur in eo. Et de tali turre puto dicere saluatorẽ in eo loco euangelij: Quis uestrũ uolens turrim ædificare, non prius computat si potest prius ponere fundamentum, & consummare, ne forte incipiant uidentes deridere eum qui non consummauit: quoniã qui uult dicere de deo, debet considerare si potest incipiens omnia quæ quærũtur circa dei expositionem cõsummare: ne forte incipiẽs dogmata pietatis, imperfectã relinquat turrim uerbi de deo, & coronam non superædificet ei. Si enim non ædificauerit ei coronã, cadet aliquis ab intellectu dei scandalizatus, & morietur. Hãc uineam tradidit colonis, id est populo ante nos, tam sacerdotib. quàm laicis, & profectus est ad suam profectionem, dans occasiones colonis ex eo quod ipse plantauit, & circumposuit sepem, & fodit torcular, & ædificauit turrem, proferendi fructus, cum appropinquasset tempus fructuum. Appropinquant enim et secũdum unumquemq; quidem tempora fructuũ, puto aũt generaliter populo uniuerso. Appropinquationem aũt temporis fructum exponere uere sicut est, supra nostrũ ingenium est, & cordis est mundioris. Tamen secundũ uirtutẽ nostrã incipimus hoc modo incipiẽtes secundum unũquemq; hominum. Ergo intellige mihi in unaquaq; anima, quasi uinea uerbum dei plantatũ. Vinea enim occasiones sunt omniũ propositionum quæ necessariæ sunt ad salutem. Sicut ergo in uineis est aliquod tempus quando principiũ fructus demõstrant, & aliud quando florẽt quæ sunt demonstrata, & aliud quãdo acerbescũt fructus, & aliud quando uariant, & aliud quando uindemiandi est tempus fructus perfectos, & paratos ad præbendum uinũ. In omnibus itaq; primum uitæ tempus est infantia, & est tunc uinea nihil ostendens, nisi tantum habens in se uitalem uirtutẽ. Cum aũt cœperit posse loqui, tẽpus est generationis. Quantũ aũt proficit anima pueri operata, tantum & uinea quæ operatur in eo, id est uerbum dei naturaliter implantatũ proficit, & producit indicia botrionum futurorum florentiũ quidem adhuc, & odorem suauitatis futuræ uirtutis in primis dantium. Postea aũt & acerbescunt, quando malitia quidem est in iuuentute, non autem permanet, sed necessarie superueniens est propter ætatẽ, sed ut ita dicam semper ad uirtutem pergẽs. Quam si quis manducauerit, secũdum prophetam obstupescere facit dentes:

Universidad de Deusto
Biblioteca

si autē non ea fuerit usus,sed semper quasi per aliquam uiam adducat eam ad uirtutem, ex parte incipit uariare, nō aūt & uuam habet perfectam. Est autem & post perfectum
status aliquis studiosus,quando uinea operata fructum profert maturum, & studiosos
botriones,diuersos,atq; perfectos charitatis,& gaudij,& pacis,& longanimitatis,ceterarumq; uirtutū quas Apostolus refert, & multæ scripturæ, Est enim aliqua botrio se-
Matt.5 cundum quod scriptū est:Beati pauperes spiritu:& altera,Beati qui lugent:& alia,Beati mansueti:& alia,Beati pacifici:& alia, Beati mundo corde. Et quid necessariū est dinumerare singulas beatitudinū causas,quasi diuersas botriones? Hæc aūt diximus uolentes ostendere quid sit quod ait: Cum autem appropiasset tempus fructuum. Patrisfamiliâs autē solius est cognoscere uere quando uniuscuiusq; hominis tempus appropiat,uel quādo adhuc longe est fructuū tempus. Et nos si abunduanter cōsideremus cōparationem facientes temporum ex quo sumus uocati ad omne tēpus fidei nostræ, poterimus uidere quomodo quidam cū deberent esse magistri secundum tempus,iterum opus habent doceri qualia sunt elementa principij eloquiorum dei. Sic cum deberent quidam quantum ad tempus dispensationis dei,& secundum uocationem omniū,iam fructus afferre,aut omnino non habent:aut cum deberent habere perfectos, habēt extra tempus florentes, & non in tempore suo acerbos. Si aūt intellexisti in singulis quibusq; hominibus quomodo oporteat intelligere quod dicitur: Cum autē appropiasset tempus fructuū,transi ad populum illum,qui tunc acceperunt legē per Moysen, quoniam & illis tempus fructuum appropiauerat aliquando. Et misit seruos ad priores colonos quibus credita fuerant eloquia dei, ut acciperent fructus uniuscuiusq; uitis. Facile quidem est dicere quoniā seruos dicit prophetas, sed quærere cōuenit quomodo mittuntur ad colonos accipere fructus uineæ. Dicit enim aliquis, quoniā non ad accipiendos fructus mittuntur prophetę,sed operari magis. Vide ergo si possumus dicere, quia spiritales fructus,& diuinæ oblationes dantur ab ijs qui coluerant uineā,prophetis transmissis ut offerant quasi sacerdotes deo populi fructus. Sed accipientes coloni ex populo illo,alium quidem ceciderunt,sicut Michęam percutiēs in maxillam Sede-
2 Reg.23 cias filius Chanaan,quādo & dixit ei prophetanti pseudopropheta:Qualis spiritus dei
2 Par.24 qui locutus est in te? Alium autē occiderunt,sicut Zachariam inter templum & altare. Alium lapidauerunt,sicut Azariam filium Ioiadæ sacerdotē,sicut in secundo libro Paralipomenon positū est. Cum spiritus dei induisset Azariam filiū Ioiadæ sacerdotem,
Ibidem surrexit super populum,& dixit:Hæc dicit dominus. Quare præteritis mandata domini,& non prosperabiminī? Dereliquistis dominum, & derelinquet uos. Et superpositi sunt ei,& lapidauerunt eum per mādatum Ioas regis in atrio domus domini,& non est recordatus Ioas misericordiā quam fecerat cū eo Ioiada pater ipsius, & mortificauit filium eius. Et cum moreretur dixit: Videat dominus & iudicet. Iterū misit plures prioribus,& fecerunt eis similiter. Plena est omnis scriptura eorū quæ acciderunt prophetis, quos misit ad populū ut fructus eorū offerant per orationes suas deo quasi sanctissimi sacerdotes. Nouissime aūt misit filium suum, dicens: Reuerebuntur filium meum.] Quæres autē quomodo deus quidem mittens filium suū,dicit:Reuerebuntur filium meum,quasi qui non præsciebat quod ei fuerat euenturū. Nec enim uidentur secundum textum præsentem Iudæi reueriti eum,& inuenitur in hoc deus nescisse futurum. Sed dicere aliud esse factum impium est: iterum dicere quoniā reueriti sunt eum coloni,falsum est. Coloni enim uidentes filium dixerunt apud se,Hic est hæres, uenite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Nisi forte hoc modo soluamus. Sicut enim quasi de omnibus Iudæis occisuris Christum sic dicit generaliter, Coloni autem dixerunt,Hic est hæres,uenite occidamus eum. Et tamen non omnes Iudęi occiderūt Christum,sed qui secundum carnem fuerunt Iudæi. Secundum spiritum aūt Iudæi non occiderunt Christum, sed crediderunt in eum. Sic generaliter quasi de omnibus colonis dicit,reuerebuntur filium meū:& tamē non omnes illum reueriti sunt, sed illi tantummodo qui secundum spiritum fuerunt Iudæi, qui crediderunt in eum: ut illud quidem quod ait:Reuerebuntur filium meū, uideatur impletum in illis Iudæis qui intelligentes Christum crediderunt in eum:hoc autem quod dictum est, Hic est hæres,uenite occidamus eum,in illis impletum sit qui uidentes Christum, & cognoscentes filium dei,
nihilominus occiderunt eum. Simul autem quæret aliquis qui sint isti coloni, qui dixerunt:Hic est hæres,uenite occidamus eum. Nec enim uidētur Iudæi occidisse eū quasi filium patrisfamiliâs dei. Econtra hoc aliquis dicit: quando loquebātur ad alterutrum quis esset,quidam dixerunt: Hic est Christus. Ad quos alij responderunt:Christus cum Ioan.7
uenerit,nemo scit unde sit:hunc autem scimus unde est,ita quoniam per signa & prodigia cōpuncti,intellexerunt quidem eum esse Christum,non autem & cōfessi sunt. Recognoscens autē aliquis & quæ scripta sunt de Herode,cum didicisset à Magis natum esse regem Iudæorum,uidebit quoniam qui occiderūt Christum cognoscentes quia filius Dei erat,nihilominus ausi sunt contra eum. Nam & Herodes condiscens à scribis, quoniam in Bethleem nascitur Christus, & cōsentiens quoniam Christus erat qui nascebatur, promittit quidem,dicens: Ite & requirite caute de puero,ut & ego ueniam & Matt.2
adorem eum. Nihilo minus autem ausus est cōtra puerum, credens quia Christus erat. Nec enim si non credidisset,omnes occidisset infantes in Bethleem à biennio & infra, secūdum tempus quod didicisset à magis. Sic & cæteri Iudæi cognouerūt quidem eum secundum quæ diximus: cognoscentes aūt non diuulgauerunt, ut sermo eorum etiam ad alios peruenīret:sed quasi qui non cognoscerent, eiecerunt extra uineam filium, & occiderunt eum. Quod autem dicit: Eiecerūt eum extra uineā, tale mihi uidetur: quantum ad se,alienum eum esse iudicauerunt à uinea & colonis, quādo sententiam mortis contra eum tulerūt. Et dixit eis Iesus: Cum uenerit paterfamiliâs, quid faciet colonis illis? Responderunt ore proprio iudicati, quòd malos male perdet,& uineam dabit alijs agricolis. Aut enim prophetant quemadmodum Caiphas sacerdos, qui nō ex se dixit uerum,sed quia sacerdos fuit anni illius prophetauit: sic & isti non ex se prophetauerūt contra se,quoniam tollenda eis erant eloquia dei,& gentibus danda fructum in tēpore suo daturis. Dicit illis Iesus. Nunquā legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: A domino factū est istud,& est mirabile in oculis nostris?] Quoniā ergo putabant se esse ædificatores populi sacerdotes illi,cum nō essent ædificatores probabiles: nec enim si fuissent probabiles lapidem hu-
iusmodi reprobassent: tamen dicit illis de scripturis, quoniā lapidem se constitutum & reprobatū ab eis pater collocauit in totius ædificij caput,ut comprehendat duos angulos ueteris testamēti & noui,& duorū populorum ædificationem. Hoc est enim quod ait: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Et iste lapis donū est donatū à deo ædificio uniuerso, & admirabile caput in oculis nostris qui possumus eum uidere oculis mentis. Si ergo uerum est, quod ait: Auferetur à uobis regnum dei,& dabitur alijs colonis, qui reddēt ei fructū temporibus suis, sine dubio nemini datur regnū dei, id est uerbum domini, nisi facientibus fructum de eo: & nemini qui à peccato regnatur, datur regnum dei, Sed dicet aliquis: Si nemini datur regnū dei fructus eius non facienti, quomodo illi populo datū est à quo & ablatū est? Cōsidera si possumus dare idoneā rationem in tanta difficultate quęstionis huiusmodi. Considera quia cum uinea illi populo traderetur, non est dictum, & dedit eā colonis: sed ita, locauit, aut sicut in Græco habet, tradidit eam colonis. Hic autem habetur, auferetur à uobis regnum,& dabitur alijs colonis. Indissolubilis enim erat quæstio si quemadmodū dixit illic locauit, aut tradidit, similiter & hic dixisset, locauit: aut tradidit eam alijs colonis: aut quemadmodū dixit hic: Dabit eam alijs colonis, & illic ita dixisset, dedit eam colonis. Quoniā quod datur, intelligitur quod gratis datur, quod locatur aūt & traditur, non omnino gratis datur. Quibus ergo tradidit, aut locauit, non omnino quasi electis & fidelibus tradidit aut locauit: quibus autem donauit, cū iudicio electionis meri-
to eorum donauit. Et cum audissent principes sacerdotū & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis dicit. Et quærentes eum tenere timuerūt turbas, quoniā sicut Prophetam eum habebant. Et quicunq; insidiatorie uolunt tenere uerbum ueritatis, ut quantū ad se mortificent eum, hi nunquā poterunt eum tenere, neq; mortificare, quoniam multus est populus qui existimant eum dei esse prophetā, & prędonem ueritatis, & largitorē salutis: & ideo tenent eū in cordibus, qui & auellent ab eis qui uolunt eum tenere & opprimere eum. Deinde sciendū est, quoniam uolentium Iesum tenere differentia est. Aliter enim principes & pharisæi quærebant eū tenere, aliter aūt illa sponsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ in Canticis canticorũ quærebat eum,& ſubiens ibat in ciuitatẽ,in plateis, & nundinis,& uix inuenit eum.Poſtquam aũt modicum pertranſijt cuſtodes, & circumeuntes in ciuitate,& inueniens tenuit eum,quando & dixit,tenui eũ, & nõ dimittam eum,
donec introducam eum in domum matris meæ,& in cubiculum eius quæ cõcepit me.
Cant.3 Hæc enim eadem ſponſa in principio quidem Cantici canticorũ ſic dicit: Tenui eum in domo matris meæ,& in cubiculum eius quæ concepit me:circa finem autẽ ipſius libri quaſi iam prouecta,& aliter eũ tentura,melius quàm in primis ſic dicit: Dixi aſcendam ſuper palmã,& teneam altitudines eius.Vt autẽ intelligas qui ſunt uolentes eum tenere principes & phariſæi,non autem tenuerunt,conſidera quoniã alia quidem uerba extra uerbum Chriſti poſſibile eſt comprehendere, & tenere, & ſeparare de ſenſu, eorum uidelicet qui aliud qualecunq; extra ueritatẽ habuerint dogma,& manifeſte in irritũ eum facere poſſibile eſt.Verbũ aũt ueritatis nemo poteſt cõprehẽdere, id eſt intelligere:neq; tenere,id eſt cõuincere:neq; ſeparare à ſenſu credẽtiũ, neq; mortificare,
1 Cor.2 id eſt deſtruere.Dicit enim apoſtolicus ſermo.Spiritalis dijudicat omnia, ipſe autem à nemine iudicatur.Dijudicat enim,& diſcutit, & cõuincit alia uerba ſiue ſapientiã huius mundi,ſiue hæreticorũ:non aũt dijudicatur,neq; cõprehenditur ſenſus qui eſt in Chriſto,neq; coinquinatur ab eis qui proponunt eum irritum facere. Quis enim cognouit ſenſum domini qui inſtruat eum? Et manifeſtũ eſt, quoniã qui inſtructurus eſt ſenſum alicuius,primum cognoſcit eũ,& poſt hæc inſtruet.Senſum aũt domini nemo cognoſcit.Propterea nemo eſt qui inſtruat eum.Qui habebant tanquã prophetã eum, ſapiũt quidem aliquid de eo quod uerum eſt, non autem & magnitudinem eius intelligunt.
Erat enim Ieſus & Propheta quidem ſicut oſtenditur intelligentibus ex eo quod ſcri-
Deut.18 ptum eſt.Prophetam ſuſcitabit uobis dominus deus ueſter de fratribus ueſtris, tanquã me ipſum audite ſecundum omnia quæcunq; loquutus fuerit. Quicũq; aũt nõ audierit Prophetam illum, interibit de populo. Tamẽ eminentia eius non erat in eo quòd erat propheta,ſed in eo quod erat filius dei,primogenitus uniuerſæ creaturæ,in quo creata ſunt omnia in cœlis, & in terris, & cætera:& eminentia eius erat in eo q; erat ſapientia
Prou.8 dicente:Dominus creauit me in principio uiarũ ſuarũ, in opera ſua prius q; aliquid faceret,& cætera.Iſtas aũt turbas ſic ſapientes de eo,& paratas pugnare pro eo cõtra impugnantes,timent principes & Phariſæi,& non poſſunt inſidiari Ieſu, uolentes eũ tenere.Et quamuis quaſi prophetã eum habentes turbæ nihil magnũ ſapiebãt de diuinitate ipſius,tamẽ principes,& ſcribæ,neq; eorum ſcientiam cõprehendere poſſunt, qui ex parte eũ cognoſcunt,nihil dignũ declarãtes de eo. Hoc aũt dico de his qui uere pro eo ſunt. Qui aũt mendaciter ſapiunt,non ſunt pro eo,qui glorificare ſe putant eũ: quales ſunt hæretici qui confundunt patris & filij ſubſtantiam,unum dicentes eſſe patrẽ & filium,ſuſpicione ſola & nominibus ſolis diuidentes eos,quos exiſtimãt unũ:quaſi magna de eo ſapere proponentes iniquitatẽ in excelſo loquunt,& male loquẽtes de deo non ſunt pro eo:nec enim ſunt cum eo,propterea ſunt contra eum,ſicut dicit:Qui non
Matt.12 eſt mecũ,aduerſum me eſt. Sic & ſi congregant qui non ſapiunt de Chriſto quod uerũ eſt in nomine Ieſu,diſpergũt magis q; congregant,ſicut ipſe dicit: Qui non congregat mecũ,ſpargit.Et uide quia nõ ſimpliciter dixit,qui non cõgregat,ſpargit: ſed cũ cauta adiectione:Qui non congregat mecũ. Qui enim congregat,cum Chriſto congregare debet.Quid ſit aũt congregare cũ Chriſto intelliges,ſi conſideraueris quod dicit Apoſtolus:Cõgregatis uobis & meo ſpiritu cum uirtute domini noſtri Ieſu Chriſti tradere
1 Cor.5 eum qui talis eſt Satanæ in interitũ carnis.Quod enim dicit: Cõgregatis uobis & meo ſpiritu,cum uirtute Ieſu Chriſti,manifeſtat quid ſit congregare cũ eo. Et hoc non cõuenit ad eos dicere:Congregatis uobis cum uirtute domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui enim congregant cum male ſapientibus de Chriſto,non cõgregant cum Chriſto. Et manife-
Luc.19 ſtius hunc ſenſum habes apud Lucã ita dicentẽ:Et erat docens quotidie in tẽplo. Principes autem ſacerdotum,& ſcribæ,& ſeniores populi uolebant eũ perdere, & non inueniebant quid facerẽt.Populus enim omnis ſuſpenſus erat in eum audiens eum.Et in his oſtenditur,quoniam qui præſunt inique Iudaicis turbis, & nominantur principes ſacerdotum,& ſcribæ,& ſeniores populi,inimici Chriſti,uolunt quidem perdere Chriſtum,& diſperdere nomẽ eius ex hominibus,& fidem de eo,ſed nõ inueniunt quid faciant

ciant ſecũdum quod uolunt,quoniã præueniens omnis populus qui credidit ei pẽdet in dilectione ipſius,& pendet ut audiat doctrinã eius.Et eſt hoc uſq; nũc uidere, quomodo querũt exterminare qui ſe profitent eſſe ſacerdotes dei,& ſcripturas eius cognoſcere,quaſi ſcribæ eſſent,antiquitatẽ ſe tenere putantes quaſi ſeniores, & quærunt perdere Ieſum,& exterminare fidẽ ueritatis ipſius,omnia cõſequenter ſecundũ uoluntatẽ patrum ſuorũ agentes.Non tamen inueniunt quid faciant, quia nõ poſſunt populum Chriſti pendentẽ in eum ab eo diuellere,neq; delere eum de ſenſu eorum. Forſitan aũt & omnes qui nõ recte ſapiunt de diuinitate,ſed aliud loquuntur de ea q; eſt Chriſti doctrina,perdere uolunt Chriſtum,non aũt poſſunt,quia totus populus fidelis pendet in eum,audiens eum.Sed & quicunq; ad ſenſum ſcripturarũ extranearum aſpiciunt,ideo moraliter dicuntur ſcribæ,& omnes alieni presbyteri à Chriſti doctrina, id eſt philoſophi gentiũ,cæterorumq; barbarorum prudentes,perdere uolũt Chriſtum, non autem poſſunt,uicti à populo Chriſti pendente,& audiente doctrinam ipſius.

Tractatus XX Cap. XXII

N illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis:Simile eſt regnũ cœlorũ homini regi qui fecit nuptias filio ſuo &c.] Hæc quoq; parabola ſimpliciter
1 intellecta,uidet oſtendere q; homo rex moraliter deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti dicatur.Nuptiæ aũt filij regis,reſtitutio ſponſæ eccleſiæ ad Chriſtum ſponſum ipſius.Qui autem mittuntur ſerui uocare inuitatos ad nuptias,ſecundum tempus habent prophetæ cõuertentes ex populo per ſuas prophetias ad lætitiã reſtitutionis eccleſiæ ad Chriſtum.Qui aũt noluerũt uenire in primis inuitati,qui noluerunt audire uerba prophetarũ.Item alij tranſmiſſi, alia cõgregatio prophetarũ.Præparatũ aũt prandium,in quo tauri,& ſaginata regis occiſa erant: ſolidæ & rationabiles myſteriorũ dei eſcæ. Sic aũt & omnia apparata, id eſt de omnibus quæ neceſſaria ſunt præparati ſermones:quos cum uenerit quod perfectũ eſt, qui inuitationem ſecuti ſunt dei manducabunt & bibent. Quoniã aũt uocatorũ per Prophetas quidam quidem neglexerunt tantũmodo,quæ dicebantur, ſecularibus occupati negocijs,non aũt & malignati ſunt aduerſus prophetas, alij autem & malignati ſunt contra eos,ideo differentiã eorum oſtendere uolens,dixit:Quidam quidem negligẽtes abierunt,alius quidem in agrũ ſuum,alius autem in negociationẽ ſuam: reliqui aũt tenentes ſeruos eius iniurijs affecerunt,& occiderunt. Adhuc autẽ ſecundũ ſimplicem hanc traditionẽ ira intelligitur regis:de qua & Apoſtolus dicit propter Iudæos: Preuenit aũt illos ira uſq; in finẽ:& prophetatur aduerſus Iudæos bellum,& interitus Hieruſalem,& interfectio populi poſt aſcenſionem domini facta,in eo quod ait:Mittens aũt exercitũ ſuum interfecit homicidas illos,& ciuitatẽ eorũ ſuccẽdit igni.Quod aũt dicit: Tunc dixit ſeruis ſuis,nuptiæ quidem paratæ ſunt,inuitati autem non fuerũt digni: Ite ergo ad exitus uiarũ,& quoſcunq; inueneritis uocate ad nuptias:] referẽ ad apoſtolos Chriſti dicentes Iudæis: Vobis primũ miſſum fuerat uerbũ dei:ſed quoniã indignos uos iudicatis æterna uita,ecce conuertimur ad gentes. Exitus ergo gentiũ ſunt res gentiũ foris extra Iſrael,ex quibus quoſcunq; inueniebãt Apoſtoli uocabant ad nuptias. Uocabant aũt obedientes tantũ,non aũt & curabant utrũ aliquãdo ante uocationẽ mali fuerint an boni qui uocabantur:omnes enim quos inuenire poterãt,uocabant.Bonos aũt intelligere hic ſimpliciter cõuenit humiliores & rectiores ex eis qui ueniebãt ad cultũ dei,quibus cõueniebat apoſtolicũ dictum quod ait:Cum gentes quæ legẽ nõ habent, Rom.2
naturaliter quæ legis ſunt faciunt,huiuſmodi legem non habentes,ipſi ſibi ſunt lex,qui oſtendunt opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis,teſtimoniũ eis perhibente cõſcientia eorũ. Et impletæ ſunt Chriſti & eccleſiæ nuptiæ,& reſtituti deo qui ab apoſtolis ſunt inuẽti recubuerũt ad epulandũ in nuptijs. Sed quoniã bonos & malos oportuit quidem uocari,non aũt ut mali permanerent mali,ſed ut exuerent & deponerẽt ueſtimẽta contraria nuptijs,& induerent ſe nuptialia indumẽta,id eſt uiſcera miſericordiæ, benignitatem,humilitatẽ,manſuetudinẽ,longanimitatẽ, hæc enim ſunt nuptialia indumenta: ideo rex ingreditur ut uideat diſcũbentes priuſquã apponatur prandiũ præparatũ eis, tauri,& ſaginata,& omnia præparata:ut uidens retineat quidẽ habentes nuptialia ueſtimenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

stimenta ad quæ delectetur, condemnet aũt contrarios. Ingrediens ergo inuenit quendam qui non mutauerat proprios mores, nec induerat se nuptialia indumenta, & dixit ei. Quomodo intrasti huc nõ habens nuptialia indumenta?] Et quoniã qui peccat, & renouatus non est, nec induit dominũ Iesum, quasi nõ habens excusationẽ aliquam, ideo dixit: Obmutuit, & nõ solum reiectus est à nuptijs qui iniuriam nuptijs fecit, sed adhuc à ministris regis super uincula constitutis ligatis pedibus incessione, qua nõ est usus ad bonũ, & manibus apprehensoria uirtute, qua nullum bonũ opus impleuit, condemnatus est in loco ab omni lumine alieno, & quantum ad omnes tenebras pressioribus tenebris quæ uocanr tenebræ exteriores. Sed & si quis nostrum ad inuitationem quidem regis uenìens ad nuptias filij eius, non autem & indutus fuerit qualia prædiximus nuptialia uestimenta, similia patiet, ligatus manus et pedes expelletur in tenebras exteriores, ubi erit fletus, secũdum quod scriptũ est: Væ qui nunc ridetis, quoniã flebitis. Et ut ostendat sermo tristitias & dolores eorũ in quibus erunt qui uestiti nõ fuerint nuptialibus uestimentis, ideo dixit: Illic erit non solum fletus, sed etiam dentium stridor. Hæc ergo secundum simplicem traditionem sint dicta, tentemus autẽ repetentes scrutari subtilius. Regnum ergo cœlorũ simile est secundũ eum quidem qui regnat, homini regi: secundum eum autem qui conregnat, filio regis: secundum ea uero quæ sunt in regno regis assimilatum est seruis, & inuitatis ad nuptias, quorũ quidam quidem nolentes uenire neglexerunt propter occupationes seculi huius, alij autem iniurijs affecerunt seruos, & occiderunt. Adhuc autem ex eis qui regnabantur fuit etiã ille exercitus regis: & qui ab exitibus uiarum cõgregantur boni & mali, donec implerent ex recumbentibus nuptiæ: & qui inter discumbentes nõ habuit uestimentũ nuptiale, & ministri qui iussi sunt pedibus & manibus alligatũ mittere in tenebras exteriores. Poterat quidem dicere, simile est regnũ cœlorum regi, sine additamẽto hominis: sed quoniam additum est etiam homini, necessarium est exponere etiam hoc. Et ante me alius quidam interpretatus est sicut & mihi uidetur. Fecit enim librũ de legibus sanctis, & protulit sermonem ubi deus secũdum passibilem naturam hominũ uertitur: & primũ quidem dixit, ubi secundum passibilem naturam uertitur dispensans homines, secundum quod dictum est: Morigerauit te dominus deus tuus, quemadmodũ si pater morigeret filiũ suum. Deinde protulit ubi non est deus quemadmodũ homo, secundum quod dictum
Num.23 est: Non sicut homo deus noster. Nos autem multam abundantiã exemplorum habentes de euangelicis, in quibus deus pater assimilatur homini, exponimus parabolas nominantes quasi hominem deum, & dicimus ad quosdam hæreticos, qui nõ intelligentes quę hoc modo dicuntur in scripturis ueteribus, peccant in deũ legis, & prophetarũ totius creationis: quoniã si homini assimilatur deus secundũ parabolas Euãgelij, secundum consequentiã parabolarum istarum suscipere conuenit & iram dei, & furorem, & pœnitentiã, & auersionem uultus, & sessionem, & statio. ẽ, & incessionẽ, & somnum: quæ omnia de deo scripta sunt in prophetis: & ab exitu ostendunt: quia nec ueteris testamenti scripturas intelligunt. Nam si nihil deus habet in se quod uidetur humanum, dicãt utrum iste deus qui secundũ parabolas Euangelij & homo dicitur, & iratus proponitur, secundum humanã naturam ipse est pater Christi: aut alius præter eum? & necesse habent, aut alium aliquẽ dicere patrem Christi extra hunc quem parabolæ & patrem Christi appellant, & similem eum humanæ naturę proponũt: aut si dixerint hunc ipsum esse patrem domini nostri Iesu Christi, cogẽdi sunt confiteri quoniã multa in eo secundum passibilẽ naturã hominum esse dicuntur, nõ quia ipse passibilis est, sed quia morigerat passibilem naturã hominum. Quamdiu ergo homines sumus, & non expedit nobis diuinæ bonitates dei, & multitudo miserationũ eius abscondita apud eum, ut ne noceamur uidentes eam, necesse est, ut simile sit regnũ dei homini regi: ut hominibus quasi homo apud homines loquatur, & dispenset homines non capiẽtes dispensari à deo: qui omnino quidem deus est, & in eo quod loquitur per prophetas, & in eo quod dispensat homines, & tunc cessabit regnũ cœlorũ simile esse homini, cũ cessante zelo, & contentione, & residuis passionibus & peccatis cessauerimus secũdũ hominẽ ambulare, & digni facti fuerimus audire à Deo: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes: iam non agentes talia propter quæ dicat ad nos: Vos aũt sicut homines moriemini. Ego

ni. Ego autem arbitror, quoniã non solum homini regi simile fieri regnũ cœlorũ cessabit, sed & alia multa, quibus opus habet homo peccator: utputa dicit in Osee: Ego autem sum sicut panthera, & sicut leo domui Iudæ: & in alio loco: Et obuiabo eis sicut ursus turbatus. Cessabit ergo aliquando esse sicut panthera, & sicut leo, & ursus turbatus: cũ desinentes talia facere iam nõ opus habuerint homines deo sicut panthera, & sicut Osee 13
eone, & urso turbato, nec ipse habeat eos tales qui talem necessariũ habent: tũc manifestabit se sicut est. Ego aũt sic intelligo, quod ait: Deus noster ignis cõsumens est, con- Deut. 4
fumens ea. Cum aũt consumpta fuerint ab igne cõsumente, ea quæ cõsueta sunt consumi ab eo, tũc iam nõ erit deus noster ignis cõsumens, sed lumẽ, sicut dicit Ioãnes: Deus lumen est. Quoniam aũt nouimus hæc, uide si potes etiã secundũ hunc intelligere modum ex Ioãnis epistola Catholica sic habẽte: Charissimi, nũc filij dei sumus, sed nondũ 1 Ioan. 3
apparuit quid erimus. Scimus autẽ quoniã si apparuerit similes ei erimus, quoniã uidebimus eum sicuti est. Nunc quidem & si digni fuerimus deũ uidere mente & corde, uictus fuerit nobis. In fine aũt rerũ, & restitutionis omniũ quęcũq; locutus est per os prophetarum à seculo, uidebimus eum nõ sicut modo, quod nõ est: sed quemadmodũ tunc docuerit, secundum quod est. Quoniã autem semel diximus hæc in eo quod ait: Simile est regnũ cœlorum homini regi, possumus inuenire & causas propter quas sæpe & Saluator filiũ se hominis nominat: ostendẽs quoniã sicut deus homines dispensans, quasi in parabolis dicitur homo, forsitan sic & Saluator principaliter quidẽ filius dei existẽs, & deus, & filius charitatis eius, & imago dei inuisibilis, non autem manens in eo quod est principaliter, efficitur secundũ dispensationẽ filius hominis eius qui in parabolis dicitur homo, secundũ similitudinẽ hominis, cũ cœperit homines dispensare. Sed deum qui in parabolis dicitur, & fit quasi homo, nõ debemus quærere quis homo, ut illius dicamus esse filium Saluatorẽ: sed stantes in sensu dei, & parabolarũ dicentiũ ipsum esse hominẽ, sapienter audiamus eum dicentẽ se filium hominis. Apud nos ergo homines, simile est regnũ cœlorũ homini regi: apud eos aũt qui secundum scripturas dij uocantur, quorũ in Synagoga stetit deus in medio deos discernẽs, regnũ cœlorũ simile est regi deo. Quæres aũt si quẽadmodum in hominibus qui sunt inferiores quantũ ad suã naturã, & angelis, & sedibus, & dominationibus, & principatibus, & potestatibus: simile fecit regnũ cœlorũ homini regi: sic in sedibus, simile est regnũ cœlorũ sedi regis, dominationibus aũt dominationi regis, principatib. aũt principatui regis, potestatibus potestati regis. Dicit enim aliquis: Quæ discretionis est ratio, ut hominibus quidẽ assimiletur regnũ cœlorũ homini regi, superioribus aũt non similiter fiat? Iste igitur qui assimilatus est homini regi faciẽs nuptias filio, misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias. Et considera si quemadmodũ in corporalibus alia est quæ nubit sponsa, alij aũt inuitatores, alij aũt qui inuitantur ad nuptias: sic & in rebus mysterialibus quidã quidem sunt qui accipiuntur in constitutionem sponsæ, alij aũt in ordine transmissorũ seruorũ inuitatos uocare, tertij autẽ præter istos qui uocantur ad nuptias. Deus aũt scit diuersos ordines istos animarum earumq; uirtutes & causas, ob quas hi quidem in cõstitutionem sponsæ accipiuntur, alij autem in ordine seruorũ ministrantium uocationi huiusmodi, & alij in numero inuitatorũ ad nuptias. In spiritalibus autem nuptijs cõmunicationem sponsi ad sponsam, id est Christi ad animã, uerbi susceptionem intellige. Partus autem opera bona animæ nuptæ, quæ non corrũpitur à uerbo sponsi, sed quotidie per cõmunicationem eius, incorruptibilitatẽ consequitur, & generat qualia decet ex talibus nuptijs rationabilia generamina. Et in talibus nuptijs intellige prandiũ quod paratur esse eloquiũ dei, ut fortia quæq; eloquiorũ dei, tauri intelligantur: suauia autẽ & delectabilia eorum sint saginata. Varietatem aũt diuersam omniũ eloquiorum dei diuersitatem intellige. Quod ait omnia præparata. Rex enim in abũdantia regali existens digna regno & diuitijs suis prandia facit. Puto autem ingenuarum aliquarũ animarũ & Israeliticarum primam hanc fuisse uocationẽ ad nuptias. Principaliter enim uult deus uenire ad epulationem istam beatam eos, qui ad intelligendũ sunt ingeniosiores: & est uidere plerunq;, quoniã qui huiusmodi sunt, nolunt ad istam uocationẽ uenire: & ideo transmittuntur alij serui prouocantes eos qui uenire nolebant, & promittentes si uenerint

inuitati

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuitati, percipient à rege prandium præparatum, carnes taurorum, quæ inter munda omnibus mundis mundiora habentur: manducabunt etiam saginata, id est ad unamquamq; propositionẽ, exempla multa rationis probatione repleta & bene diuisa, quæ moraliter intelligunt occisa, quæ in unaquaq; propositione afferũt multã ostẽsionem. Vt puta (argumenti gratia dico) si quis aduersus aliquam propositionẽ proferat quædam dicta modica, & infirma, & non magnã uirtutem rationis habentia, nónne uidentur tibi tenuia esse, & exilia, & macra quæ proferuntur, & ut ita dicã sicca & sine carnibus uerba? Sed non sunt talia quæ præparata sunt in cõuiuio regis, in quo dicit: Tauri mei, & saginata occisa, & omnia parata. Vt puta (manifestãdi intellectus gratia dicam) loquitur aliquis apostolorũ de castitate sermonẽ, sermo ille recte intelligit̃ turtur. Sed eum ipsum castitatis sermonẽ cum multa rationis probatione de scripturis repletũ, ptulerit, ita ut delectet animum audientis pariter & confirmet, protulit eum saginatum. Si de charitate loquutus fuerit, protulit colũbam. Et sic in omnib. eloquijs dei intellige, quid est exile & quid saginatũ. Sed qui principaliter quidẽ fuerant inuitati, primos inuitatores quasi pauperes sensu neglexerunt, & egenos sermone, & abierũt sua sequentes, & magis sunt delectati in illis, quàm in his quæ per seruos suos rex promittebat: & unus quidem eorum habens proprium quendam agrum non uenit ad nuptias: alius autem negotiationem exequens, imitari quodãmodo uolens illum negotiatorem margaritarum, & quærentẽ margaritas bonas, qui cum inuenisset pretiosissimam margaritam, uendidit omnes ut emeret unã. Sed non bona negociatio ista, ad quã uadens qui fuerat inuitatus nõ percepit prandiũ quod à rege fuerat præparatũ. Qui ergo ex intelligentibus inuitatis nõ ueniunt quidem, non aũt & seruos ad uocandũ transmissos iniuriant, nec interficiũt, leniores sunt illis qui ausi sunt talia. Et requiescũt quidẽ in agro proprio, alij aũt in sua negotiatione: reliqui aũt extra eos, uideamus qui sunt. Puto q; hi sunt qui ceciderunt in præparatione contentiosorum & astutorũ uerborum, in quibus tenuerũt, aut uisi sunt tenuisse seruos transmissos, qui non fuerũt præparati ad soluendas eorum quæstiones uersutas, & contumelijs affecerunt ministros uocationis. Et est uidere quotidie, quomodo inuitatores dei simplices, & non ualde astuti secũdum carnem, cum diuina sapientia sua uolunt illos tales docere: sed iniurias patiũtur ab eis qui intelligunt quidem, non aũt uolunt credere ueritati. Alij autem & interficiunt̃ ab eis, quibus rex iratus dicitur, quoniã præuenit super eos ira usq; in finẽ. Et iratus rex misit exercitũ suum, siue multitudinẽ cœlestis militiæ, siue eos angelos qui positi sunt super pœnas, & interficiunt interfectores ministrorũ uerbi, & omnem ciuitatẽ eorũ succendunt. Puto ciuitas impiorũ est, secundũ unũquodq; dogma, cõgregatio eorũ qui cõueniunt in sapientia principũ huius seculi. Hanc succẽdit rex, & exterminat, quasi ex malis ædificationibus consistentẽ. Et siquando uideris exterminationẽ siue alicuius falsi nominis scientiæ, siue quorũlibet uerborũ profitentiũ ueritatẽ destructionẽ ualidam, non pigeat te dicere hoc factum esse à militibus dei, qui succendere solent ciuitates inimicorũ ueritatis dei. Succensa est ergo & ciuitas doctrinæ Iudaicæ post Christi aduentum: qua succẽsa dixit rex seruis suis, id est apostolis, aut angelis dei, qui præpositi erãt super uocationem gentium, dicens: Nuptiæ quidem paratæ sunt, inuitati aũt non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarũ, & quantoscũq; inueneritis, uocate ad nuptias.] Et est uidere ex omni uia imperitorum dogmatum, quæ fuerunt secundum gentium mores, & ciuitatum, & uillarũ, uocatos ad nuptias: Et egredientes serui, siue de Iudæa & Hierusalem apostoli Christi, siue ab interioribus finibus in quibus fuerãt angeli sancti, & uenientes ad uias diuersas diuersorũ morum, congregauerũt & congregabunt quoscunq; inuenerint, malos quidem ut deponentes malitiam, quod est extraneũ à nuptijs uestimentũ, & induentes se opera bona, quæ sunt nuptialia uestimenta, impleant conuiuiũ nuptiale, recũbentes & requiescentes in fide. Cum autem impletæ fuerint nuptiæ ex requiescentibus in fide, & cultura dei, tunc ingredietur rex ad uidendum & iudicandum de discũbentium qualitate, ut eum quidem qui uestem non habuerit nuptialem arguens damnet, reliquis autem prandiũ præparatum apponat. Vidit autem unũ non habentem nuptialem uestem: id est quia unius sunt generis omnes qui seruant malitiam post fidem quã habuerant ante fidem, & non deponũt eam, arguit eos quasi qui male

male fecerint: eo quod ausi sunt in huiusmodi nuptias introire non recipientes digna nuptijs indumenta, id est texturam uirtutum claram uestem, de qua etiam Salomon in Ecclesiaste præcipit, dicens: In omni tempore sint uestimenta tua candida. Obmutuit autem qui ausus fuerat in huiusmodi nuptias introire sine uestimento dicenti, & sic cõdemnatur ab eo qui dixit ministris suis, uidelicet præter exercitum illum qui erat desursum, ut alligantes eum manus & pedes quibus non sicut debuerat usus est (Nec em ad bonum cucurrerat aliquãdo, nec aliquos bonos impleuerat actus) eijciãt eũ nõ solũ de conuiuio nuptiali, sed etiam in tenebras exteriores, & omni lumine alienas mittãt, ut sitiens lumen cum fuerit in tenebris exterioribus ploret ad eum qui potens est ei misereri, & eripere inde, & dentibus strideat, qui quoniam acerba manducauerant, malitia stupidi erant effecti. Vua enim acerba intelligitur malitia eius qui non obliuiscitur posteriora, nec appetit priora, sed permanet in idipsum, cũ deberet ad maturitatẽ proficere dulcem, & offerre uirtutis alicuius manducabilem botrionẽ. Et addit: Multi uocati, pauci uero electi. Et si quis cõsiderat multitudinẽ hominum, quę in ecclesijs congregatur, & discusserit quanti sunt qui conuersantur disciplinatè, & reformantur nouitate sensus sui, quanti autem negligentissime cõuersantes configurantur seculo huic, uidebit quia uerus est sermo domini dicens: Multi uocati, pauci autem electi. Eccl. 9

Tractatus XXI Cap. XXII

1 N illo tempore abierunt Pharisæi, & consilium acceperunt ut eum caperent in sermone, & mittunt discipulos suos cum Herodianis, dicentes. Magister, scimus quia uerax es, & uiã dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo, nec enim respicis personas hominum &c.] Voluntas loci præsentis secundum textũ talis mihi uidetur. Iudei propriã habentes conuersationẽ ex lege, extraneam ab omni cõuersatione gentiũ, & habẽtes præceptum quod ait: Vsq; ad mortem certa pro ueritate, & dominus pugnabit pro te, ideo cõtradicebãt gentibus dominantibus sibi, ut non transgrederentur legem dei: & frequenter radicitus interire periclitati sunt sub Romanis uolentibus statuam Cæsaris introducere in templũ dei, resistẽtes & prohibentes fortiores super se factos propter peccata. Inuenimus aũt in historia Iudaica, quod in tẽpore Tiberij Cæsaris sub Pontio Pilato periclitatus est populus, Pilato quidem cogente ut susciperẽt statuã Cęsaris in templo, Iudęis aũt & supra uires suas resistentibus. Similiter aũt scriptum est factum in tempore Caij Cæsaris. Existimamus ergo quoniã quamdiu quidẽ speculabat̃ populum illum deus, circundatus fuerat sepe dominicæ tuitionis, quasi uinea domini Sabaoth, nihil huiusmodi contingebat eis. In primis aũt ipse Pilatus cui tradiderant Christũ, ausus est populũ inquinare, quod grauius erat captiuitatibus uniuersis. Quoniã omnis captiuitas quam frequenter sunt passi, corporis erat uexatio, introductio autẽ statuæ in templũ, animarum erat interitus. Et in tempore ergo Christi, quãdo tributũ iussi sunt dare Romanis, cogitatio, & cõsilium erat apud Iudæos, utrum deberent qui dei populus erant, & portio eius, tributum dare principibus: aut potius pro libertate bella susciperẽ, nisi permitterent̃ uiuere sicut ipsis placebat. Et refert historia quòd Iudas quidẽ Galilæus, cuius memor est Lucas in actibus Apostolorũ, auellens multam multitudinẽ Iudæorũ, docebat nõ oportere Cæsari dare tributum, neq; dominum Cæsarem appellare. Qui aũt erat in tempore illo Tetrarcha, suadere populo festinabat, ut statui præsenti consulerent, & non uoluntarie cõtra fortiores susciperent bellum, sed acquiescerent dare tributũ. Et sermo quidẽ Euangelij præsentis, non quidẽ manifeste, tamen hæc ipsa ostendit. Qui autem diligenter considerat uerborũ præsentium sensum, inueniet hoc & in loco præsenti. Nec enim haberent occasionẽ Pharisæi, uolentes Christũ capere in sermone, mittẽtes discipulos suos cum Herodianis ut eum interrogarent utrum liceret, Cęsari dare tributũ, an non, si manifestum apud eos fuisset, quoniã non oportet dare, & si consonantia uolũtatum apud eos fuisset ut non darẽt tributũ. Et uide nisi manifestatur historia illa ex eo quod uolentes Christum capere in sermone, non solum miserunt discipulos suos interrogãtes de censu, sed cum Herodianis. Forsitan enim in populo tunc qui quidem dicebant oportere dare tributũ Cæsari, uocabantur Herodiani ab his qui hoc facere recusabant. Qui Act. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem prospectu libertatis dare tributum uetabant, uidebantur esse pharisæi, subtilita
tem Iudaicarũ disciplinarũ cautius obseruantes, ut si quidẽ Christus responderet non
oportere Cæsari dare tributũ, traderent eum Romanis quasi recessionis autorẽ. Si aũt
iuberet dari, Pharisæi accusarent eũ quasi personas hominũ aspicientẽ, magis q̃ docen
tem uiã dei in ueritate. Considera aũt, & uide quoniã Pharisæorum discipuli dicentes:
Magister scimus quia uerax es, et uiã dei in ueritate doces, & nõ est tibi cura de aliquo,
neq; enim aspicis personas hominũ, prouocabãt eũ per huiusmodi laudẽ ut nõ accipe
ret Herodianorũ personas, qui partes Cæsaris defendebãt: aut respondens secundum
uoluntatẽ Pharisæorũ quia nõ licet Cęsari dare tributũ, traderetur Herodianis. Vnde
& dominus uidens nequitiã eorum ita dixit: Quid me tentatis hypocritę? Ostendi
te mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: Cuius est ima
go hæc, & suprascriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæ
saris, Cæsari: & quæ dei sunt, deo.] Ex hoc loco discimus Saluatoris exemplo, ut non
his quę à multis dicũtur, & propterea gloriosa uidẽtur, occasione pietatis attẽdamus,
sed quæ cõuenienter secundũ ordinem rationis dicũtur. Nam cum quæreretur ab eo
utrum licet Cæsari dare tributũ, an non: nõ simpliciter dedit responsum secũdum quod
uidebatur eis, sed dixit: Ostendite mihi numisma cẽsus: & interrogauit, cuius est inscri
ptio. Et dicentibus eis, quod Cæsaris, respõdit quod oportet reddere Cæsari, quæ Cæ
saris sunt, & non eũ oportet fraudare à proprijs eius pietatis occasione. Nec eñ ex eo
quod reddit quis Cæsari quę Cæsaris sunt, impeditur reddere deo quæ dei sunt. Potest
ali quis moraliter intelligere locũ istum hoc modo. Omnes cõsistimus ex anima & cor
pore: differamus nunc dicere quoniã & ex spiritu: & debemus quædã dare quasi tribu
tum corporũ principi qui dicit Cæsar, id est necessaria corpori, & habentia imaginem
principis corporũ corporalẽ, hoc est escas, & uestimẽta, & somnũ, & quæcunq; necessaria
sunt ad repausationẽ simplicẽ naturæ carnalis, sine quibus cõsistere nõ potest car
nis natura. Item quoniã anima quantũ ad naturã suã secundũ imaginẽ est dei regis sui,
quæcunq; sunt conuenientia animarũ naturæ, id est uię omnes quę ducũt ad uirtutem,
debemus ea deo offerre. Qui ergo supra modũ docent legẽ dei, & de rebus corporali
bus & debitis corpori nihil curare præcipiũt, ipsi sunt Pharisęi q reddere tributũ Cæ
sari uetabãt: id est qui tota uirtute suadent omnino ieiunijs & uigilijs debere afflígere
corpus, & abstinere ab omnibus quæ sunt corporalia, & necessaria corpori, ut nihil ex
1. Tim. 4 nobis corporis principi tribuaẽ: quales sunt de quibus ait Apostolus. Nouissimis tem
poribus recedent quidã à fide attendẽtes spiritibus erroris & doctrinæ dæmoniorum
in hypocrisi loquentiũ mendaciũ, cauteriatã habentiũ conscientiã suã, prohibentiũ nu
bere, & iubentiũ abstinere à cibis quos deus creauit ad percipiẽdũ cum gratiarũ actio
ne fidelib. Alij aũt sunt qui supra modũ existimant oportere corporibus indulgere, &
per omnia satisfacere principi corporũ: & ipsi sunt secundũ similitudinẽ Herodianorũ
dicentium oportere Cæsari dare tributũ. Saluator autẽ noster uerbũ dei, dilucide sepa
rans rationabilia corporis debita à debitis spiritalib. animę, dixit. Reddite Cæsari quæ
Cæsaris sunt: & quæ dei sunt, deo. Imaginẽ enim Cęsaris habet omnis res corporalis,
& imaginẽ dei habet omnis uirtus. Si ergo sic reddimus principi carnis quæ carnalia
sunt, ut nõ fraudemus deũ à spiritalibus eius uirtutibus, tunc reddimus principi corpo
rũ quę corporis sunt, id est ea sola quæ necessaria habet carnis natura, & nihil amplius
quod pertineat ad rationẽ uirtutũ. Et si sic uirtutib. seruiamus ut nõ graueť carnis natu
ra à necessarijs suis, tunc reddimus deo quæ dei sunt: ut nec uirtus minoretur dũ supra
modum carni seruimus, nec carnis natura graueť dum abundantius uirtutibus adhęre
mus. Scio & huius loci aliã traditionẽ, quoniã princeps mundi moraliter dicitur: sicut
& omniũ gentiũ principes, in persona principũ mundi ponuntur. Rex autẽ omniũ se
culorũ deus, nõ in uno mysterio sed ubiq; est deus. Quoniã ergo habemus quędã in no
bis quę sunt principis huius mundi, id est diuersas malitias, & non possumus prius red
dere deo quæ dei sunt, nisi reddiderimus principi quæ principis sunt, id est nisi depo
suerimus malitiã uniuersam: ideo dominus ostenso sibi numismate, & imagine eius re
spõdit: Reddite Cæsari, quę Cęsaris sunt: & deo, quę dei sunt. Et hoc discamus ex loco
præsenti, quoniã si quãdo tẽtati fuerimus ab eis qui uolunt occasionẽ, & proponũt no
bis quas-

bis quasdã ppositiones non ut discãt, sed ut causam accusationis inueniãt contra nos,
nec omnino tacere debemus, nec simpliciter respõdere, sed cũ cogitatu, & circunspe
ctu, ut quantũ possibile nobis fuerit præcidamus occasionẽ quærentium in nobis oc
casionẽ, & doceamus irreprehensibiliter ea quæ possunt saluare uolentes saluari.

Tractatus XXII. Cap. XXII

N illa die, accesserunt ad Iesum Sadducæi, qui dicũt nõ esse resurrectionem,
& interrogauerunt eum dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus
1 fuerit, & cætera.] In qua die? in illa die sine dubio, quando ineuntes Phari
sæi consilium acceperunt aduersus eum ut caperẽt eum in sermone, & inter
rogauerũt eum de censu. Forsitan enim respondente domino: Reddite quę
sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo: & admirantibus cunctis de responso ipsius,
bene æstimauerunt Pharisæi uidentes sensata eius responsa. Sadducæi autem per inter
rogationem huiusmodi uoluerunt se ostendere prudentiores habere sermones, dicen
tes resurrectionem non esse. Sadducæi enim qui dicunt resurrectionem non esse, non
solum hanc quæ in consuetudine à simplicioribus carnis resurrectio nominatur nega
bant, sed etiam animæ immortalitatem tollebant. Secundum quos etiam nunc sapiunt
Samarę̃i. Nec nõ etiam Apostolorũ tempore quidam ex Corinthijs similia sapiebant,
animę uitã post mortem negantes. De qbus talia scribit Apostolus, Si Christus prędi 1. Cor. 5
catur quod à mortuis resurrexit, quomodo quidã dicũt in uobis, quia resurrectio mor
tuorũ non est? & cętera quę de ipsa causa sequũtur. Quod aũt Corinthij permãsionem
animæ denegabãt secundũ sententiã Sadducæorũ, illud ostendit quod ait Apostolus:
Si in hac uita tantũ sperãtes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus homini
bus. Quamuis enim quis carnis resurrectionẽ non credat, tamen qui animã existimat
immortalẽ, non tantum in hac uita sperat in Christo: sed ille in hac uita tantũ sperat in
Christo, qui animã uicturã non credit post mortem. Quoniã ergo ad defensionẽ sui er
roris, pferunt Sadducę̃i exemplũ de lege Mosaica, dignũ mihi uisum est ponere ipsum
textũ legis quẽ, pferunt Sadducæi, habentẽ hoc modo in Deuteronomio. Si habitaue Deut. 25
rint fratres in idipsum, & mortuus fuerit unus ex eis, semen aũt non fuerit ei, non erit
uxor mortui fratris uiro nõ appropinquanti. Frater uiri eius ingredietur ad eam: & ac
cipiet eam sibi in uxorem, ut habitet cũ ea: & erit infans quicunq; fuerit natus, cõstitue
tur ex nomine fratris eius mortui, & non delebitur nomen eius ex Israel. Si aũt nolue
rit homo accipere uxorẽ fratris sui, ascendet uxor fratris eius ad portam ad seniores, &
dicet: Non uult frater uiri mei suscitare fratris sui nomen in Israel. Et uocabunt eum se
niores ciuitatis illius, & dicẽt ei: Et si stans dixerit: Nolo eam accipere, accedens uxor
fratris eius ad eum ante conspectum seniorum excalceabit calceamẽtum eius de pede
ipsius, & expuet in faciẽ eius, & respondens dicet: Sic faciẽt homini, qui non ædificat
domũ fratris sui, & uocabunt nomen eius in Israel, Domus excalceati calceamentum.
Hęc uerba legentes Sadducæi, & nihil dignũ deo intelligentes in eis, arbitrati sunt nõ
posse fieri propter hęc uerba, ut mortui resurgãt, ut uir iterum sit uirilia habens mẽbra,
aut mulier sit muliebra habens mẽbra. Et dominus quidẽ respondens eis, uoluntatem
uerborũ legis non exposuit quasi indignis huiusmodi agnitione mysterij, sed tantum
simpliciter eis dixit resurrectionẽ futurã, cõtestantibus hoc etiã scripturis diuinis, quo
niã illic nuptiæ nõ sunt, sed erũt qui resurrexerint sicut angeli in cœlo, & quia trãsfor
mabũt corpora humilitatis eorũ secundũ corpora angelorũ cœlestia atq; lumínea. Nõ
aũt existimaui superfluũ, ex quo semel ipsa uerba protulimus legis, ut sensum eorũ ali
quatenus explanemus. Quæro ergo quæ sit hæc mulier una & duo fratres, quorũ pri
mus quidẽ habuit uxorẽ, & fructũ non reliquit ex ea: alter autem mortui frater, qui ac
cepit eam, & generauit ex nomine mortui: & quis est ille qui nõ uult accipere uxorem
fratris sui, & propterea coram senioribus excalceat eum mulier calceamentum unum,
& expuit in faciẽ eius ascendens ad portam dicens: nõ uult frater uiri mei suscitare no
men fratris sui in Israel: & qui sunt seniores, & quæ porta ad quam ascendit mulier illa.
Duo igitur fratres sunt, primus quidẽ sermo legis, secũdus uero Euangelij sermo. Hos
ambos una peperit sapientia mater, & una eos semper habuit domus, id est eadem scri

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptura ueteris testamenti, & in idipsum habitauerunt semper. In aduentu autem Christi mortuus est frater prior, id est sermo legis, ex eo quod euacuatus per nouũ testamentũ irritus factus est. Mulier autẽ sermonis illius est omnis anima, uel synagoga quæ prius fuit sub lege: qualis fuit anima Pauli, uel Petri, cæterorũq; ex populo illo. Omnis autẽ anima recta quæ fuit amatrix sermonis illius, & uult memoriã illius & nomen apud se semper seruare, ut nunq; desinat dici uxor illius, efficitur uxor fratris alterius, non peregrini & extranei uerbi quod nõ appropinquat. Peregrinũ aũt & extraneum est omne uerbum gentile, quod longe est à genere legis dei: sed accepit sibi uirũ Euangelicũ sermonem, fratrẽ uiri sui defuncti atq; propinquũ secundum genus diuinũ, ut faciat natos ex eo. Ex priore sermone nullum potuit facere natũ, quia ex operibus legis nemo iustificatur. Nati autem mulieris de uiro secũdo opera eius sunt sancta, & ipsa est mulier seruans legis mandatũ. Et omnis puto anima in primordijs suis prius accepit uerbũ secũdum simplicem historiã legis, qui sine dubio morietur, cũ cœperit anima illa ad maiora proficere. Sic mortuo simplici uerbo, specialiori iungitur uerbo, qui est secundũ mysteria altiora in scripturis. Anima aũt quæ non seruat legis mandatũ, quę prius fuit sub lege, post mortẽ legis fit uxor uiro non appropinquanti, quãdo suscipit uerbũ quod non appropinquat omnino legi priori, nec est secũdum sensum eius, sed omnino habet extraneũ. Et tales sunt omnes animæ hæreticorũ: quibus sermo quidẽ legis antiquæ mortuus est, uoluerunt aũt uerbo nubere spiritali, quod semper habitauerat in idipsum cũ lege antiqua sub una eademq; domo eiusdem scripturæ: sed nupserũt alicui extraneo uerbo, & alieno tam à nouo q; à uetere testamento, & nunq; eis appropinquanti. Cum aũt anima recta mortua sibi sicut diximus lege, acceperit super se Euangelicũ uerbum, fratrẽ defunctæ legis, tũc frater mortui, hoc est uerbũ nouę legis intrat ad animã illam, & fit intus in ea, & accipit illam sibi uxorẽ, & cohabitat animæ illius in omni beatitudine eius, & ex ea fructificat, & infans quicunq; natus fuerit ei (id est opus quodcunq; factum fuerit ei) bonũ efficitur ex nomine fratris mortui: & quãuis nõ sit ex lege natũ, tamen baiulat nomen legis prioris, & dicitur opus illud generatũ ex lege, & nomen legis dei nominatur in opere illo bono, quoniã & illa lex, dei lex uocabatur: & non deletur nomen legis illius ab omni opere animæ sanctę, licet sit ipsa euacuata. Sequitur aũt quod ait: Si aũt noluerit homo accipere uxorẽ fratris sui, ascendet uxor fratris eius ad portã ad seniores, & dicet quæ scripta sunt dici. Et primũ uide quamdiu quidem & mulier faciebat quod præceptũ ei fuerat ex lege, & uir intrans ad eam habitabat cũ ea, & generabat ex ea, non dicebatur homo, sed frater defuncti. Quando aũt nõ uult accipere uxorẽ fratris sui, nec uult fuscitare fratris sui nomen in Israel, & uocatus à senioribus ciuitatis dixerit, nolo eam accipere: tunc iam nõ dicitur frater, sed homo. Vtputa quã-
Psal. 82 diu quidem facit legis mandatum, dicit ad eũ scriptura, Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Si aũt pręterierit, dicitur ei. Vos aũt sicut homines moriemini. Propinquus autem qui nõ uult accipere fratris sui uxorem, habetur omnis hæresiacus sermo: quoniã post mortem legis, facta est altera quædam traditio legis erratica, & non spiritalis, neq; uera: quæ quamuis sit peruersa, tamen generationem habet ex lege, quoniam ex occasionibus eorũ quæ dicuntur in lege sumit originem: & ideo dicitur homo propinquus nolens suscitare nomen fratris sui, & honorare nomen legis. Hoc aũt uerbum cum sit prauũ, non uult accipere uxorem fratris sui, id est animã rectam, ad fructificandum & reparandum nomen legis. Propter quod mulier illa non deorsum stat quæ parata fuit honorare uirũ suum priorem, sed ascendit ad portã, de qua scriptum est: Hæc porta domini, iusti intrabunt in eam: & ad seniores ciuitatis illius, id est ad presbyteros ecclesię dei: & conuincet mulier uerbum illud prauum dicens, quod non uult frater uiri mei suscitare nomen fratris sui in Israel. Qui enim contraria docet legi, non uult suscitare semen legis. Ita seniores ciuitatis illius interrogãt uirũ illum talem si uere nõ uult. Quando enim sacerdotes discutiunt uerba dogmatis alicuius, quasi interrogãt illud. Et cum inuenerint ipsum quod legi cõtraria profiteť, uidetur dogma illud senioribus dare responsum, & dicere quia nolo accipere eã quæ fuit legis. Cum ergo ille respõderit nolle se, accedit ad eum anima sancta, & sub præsentia seniorum excalceat eum calceamen-
Exod. 3 tum eius unum & ignominiat eum. Et uide in his ex eo quod alibi scriptum est, Solue calcea-

calceamenta pedũ tuorũ ad Moysen: & iterũ in Euãgelio dicit: Cuius nõ sum dignus Matt. 3
ego soluere calceamenta pedum eius: ne forte non sit hoc ipsum soluere calceamentũ, & excalceare. Nec enim excalceare iubeť Moyses, nec Ioannes de Saluatore loquens excalceare dixit, sed soluere. Iste aũt qui contra legem agit excalceatur. Omne enim dogma quoniã ex occasione ueritatis scripturarũ nascitur, plerũq; in aliqua quidẽ parte uerum dicit, in alia aũt falsum. In qua ergo parte falsum dicit, in ea parte arguitur, & conuictum ab anima sancta excalceatur à colore uerisimilis erroris sui, quod fuerat calceatum. Et ideo omnis hæresiacus sermo nec ad plenum excalceatus est, nec ad plenũ calceamentis ornatus. Propter q̃d expuit in faciem eius corã senioribus mulier illa abrenuncians eum. Expuere enim uidetur in faciẽ dogmatis erratici omnis anima in eo quod abrenunciat ipsum, & abdicat. Et uere nisi abrenunciauerit anima omne dogma peruersum, nõ potest firmiter uerbo nubere ueritatis. Et respõdens dicet: Sic faciẽt homini, q̃ non ædificat domũ fratris sui. Omnis ergo qui uidet hunc hominẽ excalceari à muliere & expui, & audire dicentẽ: Sic facient omni homini qui nõ ædificat domum fratris sui, omnia ad ædificationẽ fratris facere debet. Si aũt non ædificauerit domũ fratris sui legis, excalceabiť similiter unum calceamentũ, & expuetur, & nomẽ eius uocabitur in Israel ab omnibus uidentibus eum, domus excalceati calceamentũ. Quoniam autem animæ uir prior fuit sermo Mosaicæ legis, secũdus aũt Euangelicus sermo, cui nubit omnis anima recta mortua lege, illud est documẽtum quod Apostolus dicit hoc modo, An ignoratis fratres (sciẽtibus emi legem loquor) quoniã lex dominatur homi- Rom. 7
ni, inquantũ temporis uiuit? Si autem mortuus fuerit uir, soluta est à lege uiri. Igitur uiuente uiro adultera est, si facta fuerit alteri uiro. Si aũt mortuus fuerit uir, liberata est à lege uiri, ita ut non sit adultera si fuerit cum altero uiro. Hæc in excessu diximus ad manifestandũ legem Moysi, cuius memoriã facientes Sadducæi, Christum interrogabãt dicentes: Moyses dixit: & cętera, putauerũt omnia sic futura esse illic, quomodo sunt in seculo isto uiri & uxores, patres & filij, fratres & sorores. Debuerant enim considerare tunc Sadducęi ea quę sequebanť opinionẽ eorum: quoniã si sunt ibi nuptiæ, & partus: si partus, & mortes & infirmitates: si natiuitas, & pueritia, & ascensiones à puerilia ad maturitatẽ uirilem, & minorationes senectutis. Si aũt hęc omnia, erit & malitia, & uix alicubi uirtus inuenietur in raris hominibus quærentibus eam. Et his quid potest esse amplius uanũ? & melius est ut nec sit resurrectio, q̃ ut sit talis qualem existimãt Sadducæi. Si aũt est ibi aut pater, aut frater, aut aliq̃d eiuscemodi, nõ tamen est secundũ natiuitatem carnalẽ, neq; per mulierẽ, neq; per turpes corporis partes. Ego autẽ existimo nõ tantum ibi patres & filios esse secundum impassibilem spiritum, sed etiam uxorem & uirũ in spiritus unitate, secundũ parabolam illam quæ dicit: Simile est regnũ cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, & cætera. Ergo filius regis in resurrectiõne mortuorũ faciet nuptias extra omnes nuptias quas oculus uidit, & auris audiuit, & super cor hominis ascendit: & erũt illę nuptiæ castæ, & diuinæ, & spiritales in uerbis mysterialibus cõstitutę, quæ nõ licet hominibus loqui. Et quæres si in resurrectione possunt esse & aliorum nuptiæ secũdum nuptias Christi, aut potius solus Christus sponsus, destruens nuptias omnes, faciet nuptias, ut sint duo in carne una: magis aũt non solũ duo in carne una, sed duo spiritus unus, id est sponsus & sponsa. Sed uide ne tu audiens hęc aberres audiens fabulas aliquorũ dicentium esse secula masculina, & fœminina, q̃ finxerunt & coniunctiones seculorũ illorũ quæ non sunt, neq; fit eorum memoria in scripturis. Nunc uideamus Christi responsa, quibus ait: Erratis nescientes scripturas, neq; uirtutem dei. In resurrectione neq; nubunt, neq; uxores accipiunt, sed sunt sicut angeli in cœlo.] Queriť hic Saluator, qui dicit ad Sadducæos, Erratis nescientes scripturas, neq; uirtutem dei. Indicat enim quoniã in quibusdã scripturis positum est, ut in resurrectione nuptię non sint, hominibus uidelicet factis in similitudinẽ angelorũ. Quæ ergo scriptura est docẽs quoniã in resurrectione neq; nubunt, neq; uxores accipiunt? Et in qua scriptura uel legis, uel prophetarum discimus, quoniã erũt qui resurrexerint sicut angeli in cœlo? Manifeste enim in ueteri testamento hoc nõ legitur scriptũ, & quærat qui uult si poterit inuenire. Nos autem dicimus quia scriptũ est, non tamẽ in ipsis sermonibus manifeste ista dicentibus, sed in mysterio indicantibus secũdum intellectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

moralem. Nam cum sit lex umbra futurorum bonorum, & dicens quædam de uiris & uxoribus, & exponens nuptias, nō principaliter de ipsis nuptijs intelligitur, quas non simpliciter secundum carnem nuptias existimamus, sed de talibus nuptijs quales nos supra de Christo & ecclesia exposuimus in seculo illo fore. Vtputa Abraham duos filios habuit, unū ex ancilla, alterum ex libera: & qui ex ancilla, secundum carnem natus est: qui aūt de libera, secundum promissionem, non omnino oportet me stare in intellectu carnaliū nuptiarum liberæ & ancillæ, sed hæc alia significant ex alijs. Et iterum. Propter hoc linquet homo patrem & matrem, & iungetur uxori, & erunt duo in carne una. non ita debemus existimare quod dicitur, quasi nullum mysterium demonstretur in eis, quoniā mysterium illud magnum est de Christo & ecclesia. Et sunt alia mille loca de nuptijs scripta: & unusquisq; locus castum & diuinū de nuptijs cōtinet intellectum, secundum expositionē moralem. Quicūq; ergo scripturas legit, & nuptias uirorum atq; uxorum, & nihil amplius existimat demōstrari in eis nisi simplices nuptias, errat in eis nescіens scripturas, neq; uirtutem dei: sicut errabant Sadducęi, nuptias legentes in scripturis, & carnaliter eas intelligentes. Quæret aliquis, hoc quod dicit Sadducæis: Erratis nescientes scripturas, utrum in hoc eos errare significet, quoniā scripturas alias extra libros Mosaicos nō legebant, aut quia nec ipsos libros Mosaicos legentes intelligebant. Et dicet aliquis: In hoc illos increpabat errare, quia non legebāt cæteras scripturas quæ sunt extra legem, id est libros secretos: & ideo errabāt nescіētes scripturas. Alius autem dicit: Sufficit ad arguendum errorē Sadducæorum, quod nescіebant Mosaicæ legis scripturas, ex eo quod diuinū sensum earum non scrutabantur. Duas tamen res dicit Sadducæos nescire, unam quidem scripturas, alterā autem uirtutem Dei per quem resurrectio fit, & noua uita in ea. Potest aliquis dicere: quoniam dominus arguens Sadducæos nescire uirtutē Dei, se eos non cognoscere arguebat. Ipse enim erat uirtus dei, & sapientia, & nō cognoscebant eum Sadducæi quasi nescіentes scripturas quę loquuntur de eo. Propterea nec resurrectionē credebant quā facturus fuerat ipse sanctorū suorum. Qui autem nō uult intelligere dictum hoc, ut Sadducęi ideo uideantur culpati, quia scriptura de nuptijs quibusq; positas moraliter non intelligebāt secundum spiritalem expositionem, sed simpliciter secundū corporalē historiam, necesse habebit unum facere ex duobus: aut non credere præsentibus uerbis Christi, quasi male Christo dicente, qui dixit positū esse in scripturis quod posium non erat: aut refugere ad libros secretos in quibus de uita illa beata manifestius uideī esse conscriptū: & dicet ad illas scripturas referendum esse, quod hic dominus dicit ad Sadducæos, Erratis nescіentes scripturas. Et uide nisi ex omni parte cadat quicūq; moralem scripturarum respuit intellectū. Propterea non aliter mihi uidetur solui posse quod dicitur: Erratis nescіentes scripturas, neq; uirtutem dei: nisi scripturas quis moraliter audiēs, aliam ex alijs intellexerit, demonstrantes in quibus aliquid de uiris, & uxoribus loquuntur scripturæ: & quemadmodū errant qui propheticas scripturas non intelligētes moraliter, putant post resurrectionē homines manducaturos, & bibituros escas carnales: & post quoniā & scripturę propheticæ talia continent quædam sicut & de nuptijs uirorū & mulierum scripta, secūdum textū intelligentes, putāt nos etiā post exitum futuros esse la nec in hoc mundo. Item quęro, quod dicit: Erratis nescіentes scripturas neq; uirtutem dei, utrū ad illud solū pertinet quod dicit: In resurrectione neq; nubūt, neq; uxores accipiūt: aut etiā ex eo quod ait: Sed erūt sicut angeli in cœlo. Nec inuenio alicubi scripturā dicentē, sanctos post exitū fore sicut angelos dei: nisi forte quis & hoc moraliter intelligat secundum illud quod dicitur: Tu autem ibis ad patres tuos cū pace nutritus in senecta bona. Itē appositus est ad populum suum, aut adpositus est ad genus suū. Restat ut dicamus de eo quod ait: Non legistis de resurrectione quod dictum est uobis à deo? Ego sum deus Abrahā, & deus Isaac, & deus Iacob: nō est deus mortuorum, sed deus uiuentium. Et hic dicimus quoniā cum posset mille exempla proferre ostēdentia resurrectionē futurā, hoc non fecit ex prophetis, sed tantum ex lege, quoniā Sadducęi tantum Mosaicā legem legebant, ex qua uolens illos placare, protulit inde exemplū.

Exod. 3 Deus enim qui est dicit: Ipse ego sum qui sum, & hoc mihi nomē est sempiternū. Si impossibile

possibile est ut dicatur eorum deus esse, qui nō sunt, & si hoc impossibile est, ergo eorum est deus qui sunt, & qui uiuunt, & sentiunt beneficiū eius. Et uide quia non dixit, Ego sum deus Abraham, & Isaac & Iacob, sed deus Abrahā, & deus Isaac, & deus Iacob. In alio autē loco sic dixit: Vade & dic ad Pharaonem, deus Hebręorum misit me. Exod. 3 Qui enim perfectissime sunt circa deum, quantū ad comparationem dico cęterorū hominū, plenius totū habent deum in se: ꝓpterea non cōmuniter, sed singulariter eorum dicitur deus. Vtputa si dicatur, ager ille eorum est, ostēdimus quod unusquisq; eorum qui possidēt agrum illum, partē modicam habent de eo, & non habent eum in toto. Si autem dicimus, quoniā ager ille illius est, demōstramus quia totum agrum illum possidet ille. Sic & ubi dicitur deus Hebræorū, imperfectio demonstratur eorum, quoniā unusquisq; eorum aliquid modicum de deo habebant. Abraham autem totū habebat deum, & Isaac totum habebat deum, & Iacob totum habebat deum, ideo nō dicitur in cōmunione, deus eorum: sed deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob: quasi singuli eorum totum habeant deum. Sic & alibi dicitur deus Heliæ. Christi autem & deus & pater est. Quod beneficium singulare donauit etiam discipulis suis, ut non solum deus sit eorum, sed etiam pater, sicut dicit ad Mariam post resurrectionē suam: Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrē meum, & patrem uestrum, ad deum meum, & Ioan. 20 ad deum uestrum. Lucas aūt hoc addidit amplius dicens: Non est deus mortuorum, Luc. 20 sed uiuorum. Omnes enim ei uiuunt, quod non ad modicam laudem respicit patriarcharum qui non solum uiuebant, sed deo uiuebant quod uiuebāt, & nemini alteri, ut nos festinemus nemini uiuere nisi deo.

Tractatus XXIII. Cap. XXII

1 N illo tempore, Audientes autem Pharisæi quod silentium imposuisset Iesus Sadducæis, conuenerunt in unum, & interrogauit unus ex eis tentans eum: Magister quod est maius mandatum in lege? Ipse autem dixit eis. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua. Hoc est maximum, & primum mādatum, & reliqua.] Cum dominus ad interrogationem Sadducæorum esse resurrectionem audire nolentibus demōstrasset legis exemplo (sicut dixit Matthæus) silentiū Sadducæis imposuit Iesus: uolens ostendere, quoniā amaram & nociuā mēdacij uocem obtumescere fecit claritas ueritatis. Sicut ergo Saluator uerbo doctrinę suę silentiū imposuit Sadducęis, & falsum dogma, quod apud illos ueritas putabatur, cōuicit fiducialiter: sic facient & Christi imitatores exemplis scripturarū, quibus oportet secundum sanā doctrinam omnē uocem obmutescere Pharaonis in qua gloriās dicit: Mea sunt flumina, & ego feci ea, sicut scriptum Ezech. 29 est apud Ezechielē. Sadducęi ergo qui dicunt resurrectionem non esse, interrogauerunt Saluatorē ea quæ scripta sunt, existimātes silentiū imponere ei. Sed nec Iesus, nec dilecti discipuli eius aliquando obstruunt ab impijs. Proprium est enim ut Sadducæis silentium imponatur à Christo. Iustus eñ tacet quidem sciēs tempus tacendi, & tempus loquendi, non aūt obtumescit. Et sicut proprium est iusti tacere, non autem obmutescere: sic ꝓprium est Sadducæorum uel omniū qui mendacij sunt doctores, obmutescere quidem, non autē tacere. Nam etsi obmutescunt quantum ad rem, non tamen tacent. Ideo & dominus nō homini dixit, sed mari: tace, & obmutesce: increpans illud cū turbaret. Tamen Pharisæi qui resurrectionem consentiunt, audientes quod silentium imposuit Sadducęis, cōuenerunt in unum, uidelicet resurrectionis dogmate prævalētе, & congregati sunt qui non congregabantur quamdiu Sadducæis silentiū nō imponeretur. Nihilominus tamen & si congregati fuerint, propterea quod tenuit resurrectionis probatio, tamen unus ex eis interrogauit, non quasi uolens ab eo discere quæ interrogabat, sed tentans dominum deum. Omnem ergo hominem qui non discendi gratia, sed tentandi causa, neq; ex affectu simplici interrogat aliquem doctorum de qualicūq; capitulo, existimare debemus fratrem Pharisæi illius qui Saluatorem interrogatione sua tentabat. Omnia enim quæ fiunt in sanctos Christi siue ab insidiatoribus, siue à diligentibus, in se suscipit uniuersa, secundum ea enim quæ scripta sunt, tractare debemus & ea quæ scripta non sunt. Scriptum est enim propter esurientes, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitientes eum dixisse, Esurij & sitij: & propter nudos, & peregrinos, & ægrotãtes, & in carcere positos. Nudus fui, & hospes fui, & in carcere fui, & infirmus fui, Secundũ consequentiã similitudinis addamus & nos: iniurias passus sum, cæsus sum, & tẽtatus sum, & omnia. Et sicut in illis quæ scripta sunt, uerus est sermo domini dicentis: Quamdiu uni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis: sic cum iniuriam passus fuerit iustus uel blasphematus, uel aliquid tale passus, pone Christum in eos qui fecerũt dicẽtem eis: Quando uni ex minimis istis fecistis iniuriam, me tentastis, me blasphemastis. Videamus nunc propositionem tentãtis. Magister (inquit) quod est mandatum maius in lege? Tentans dicebat Magister, quoniam non quasi discipulus Christi proferebat hanc uocem. Hoc autẽ manifestius erit ab exemplo quod dicimus. Puta, pater filij sui pater est, & nemo eum proprie potest dicere patrẽ nisi filius eius: & mater filiæ suæ mater est, & nulla eã potest dicere matrẽ, nisi sola filia eius. Sic & magister discipuli sui magister est, & discipulus magistri sui discipulus est. Propterea nemo potest dicere bene magister, nisi discipulus. Et uide nisi propter hoc, quia nõ omnes qui dicunt eum magistrum, bene dicunt, sed hi soli qui habent discendi uolũtatem ab eo, dicebat ad discipulos suos:
Ioan. 13 Vos uocatis me magistrum, & dominũ, & bene dicitis: sum etenim. Bene ergo discipuli Christi uocant eum magistrum & seruientes uerbo ipsius bene illum dominum uo-
1. Cor. 8 cant. Vnde bene dicebat Apostolus: Nobis autem unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et illud cõsidera quod ait: Satis est discipulo, ut fiat nõ simpliciter sicut magister, sed sicut magister eius. Si quis ergo aliquis non discit à uerbo, nec tradit se ex toto animo suo, ut fiat dilecta plantatio eius, dicit autẽ ei, Magister, frater est Pharisęi tentantis Christũ, & dicentis ei, magister. Sic & omnis qui dicit: Pater noster qui es in cœlis, non debet habere spiritum seruitutis in timore, sed spiritum adoptionis filiorum. Qui autẽ non spiritum adoptionis filiorum habet, & dicit: Pater
Matt. 6 noster qui es in cœlis, mentitur, cũ non sit filius dei, deũ patrem suum appellans. Interrogatio autem ipsa est talis. Quod est magnũ mandatum in lege? In quo dignum est ut de mandatorum differẽtia aliquid exponamus. Quædam enim mandata sunt magna, quædam aũt subsequentia: & sic per ordinem usq; ad minima mandata est requirẽdũ. Si eñ tentãti Pharisæo, & dicenti: Quod est maius mandatũ in lege, non respondisset, consequenter existimabamus non esse mandatum maius altero mandato. Nũc autem cum respondens dicat: Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, hoc est magnũ mãdatum & primum, necessariã discimus sententiã de mandatis, quoniã & sunt magna, & sunt inferiora, usq; ad minima. Adhuc autem & illud attende, quòd Pharisæus interrogauit quod est magnum mandatum in lege, dominus autem respondens ei docet nos, quia nõ solum magnum est mandatum diligere dominũ, sed etiam primũ. Primum aũt non ordine scripturę, sed dignitate uirtutis. Et hoc quasi conueniens huic loco est attendendum, quia quasi multis mandatis constitutis, ita nunc magnum hoc, & primũ dixit mandatum: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Secundum & simile est priori, & propter similitudinem magnum: Diliges proximũ tuum sicut te ipsum, ut secundum hoc intelligamus & aliud esse quod sit magnitudine & ordine tertium, aliud uero quartum: & sic per ordinem dinumerans legis mandata, accipiens à deo sapientiam, ordinet ea quis usq; ad minimum. Quod opus nullius alterius est nisi Christi solius qui est dei uirtus, & dei sapientia. A temporibus igitur Moysi usq; ad Saluatoris aduentum cum legeretur lex, forsitan quærebatur quod esset magnum mandatũ in ea. Nec eñ interrogasset hoc Pharisæus, nisi diu apud illos de hoc quæsitũ fuisset, & non inuentum, donec ueniens Iesus docuit non solum quod esset magnum, sed etiam primum & quod esset secundum simile priori. Ipsius ergo est opus inuenire & tertium, & quartum, & reliqua. Quæres autem si est aliquod mandatum non habens utrumq;, id est ut & primum sit & magnum, sed unum ex eis. Et puto tale aliquid dicit Apostolus
Ephes. 6 ad Ephesios: Honora patrem tuum & matrem, quod est mandatum primũ in promissione, ut bene sit tibi, & eris longæuus super terram. Ergo primum quidem, nõ autem & magnum, Honora patrem tuum & matrem: & si est aliquod magnum quidem non autem & primum, quæres differentiam magnitudinis mandatorum. Et quia ad comparatio-

parationem quidem mandatorũ sunt alia minima, utile est ad exemplum proferre qd ipse dominus ait: Si quis soluerit unum de mandatis his pusillis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno dei. Et saluator quidem tradens quod esset magnum mandatum, & primum, ad interrogationem pharisæi tentantis: adijciens autẽ & secundum simile priori, quod erat, Diliges proximũ tuum sicut teipsum, addit dicens: In his duobus mandatis, omnis lex & prophetę pendent. Apostolus autem ad Romanos dicit: Non mœchaberis, non occides, non furtum facies, & si quod est aliud mandatũ, in Rom. 13
hoc uerbo recapitulatur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Videamus ergo utrũ aliud est pendere omnẽ legem & prophetas in his duobus mandatis de dilectiõe Dei & proximi: aliud autem, recapitulari omne mandatũ in hoc mandato, Diliges proximum tuũ sicut teipsum: aut omnia mandata & pendent, & recapitulanť in utroq; mandato. Dicit ergo aliquis pendere à mandatis mandata: & à primo quidẽ & magno pendere secundum & simile primo, à secundo autem tertium, & sic deinceps omnia quæ sunt post secundum, pendere à præcedentibus: Et Apostolum quidem secundum cõsiderationem rei dixisse pendere omne mandatũ à mãdato, Diliges proximũ tuum sicut te ipsum: Saluatorem autem docuisse, quoniã dominationẽ habent omnium mandatorum hæc duo mandata. Alter autẽ discutiens quæret, quomodo dictum est illud, Non mœchaberis, nõ occides, non furtum facies, & si quod aliud est mandatum in lege, in hoc uerbo recapitulatur, Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Dicet ergo: & illud mãdatum, Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, recapitulatur in eo mandato, Diliges proximũ tuum sicut te ipsum. Quomodo aũt uerum sit quod ait: Et si q̃d aliud est mandatum in hoc uerbo recapitulatur, nisi & mandatũ quod positum est de dilectione dei, recapituletur in secundo, & simili priori? Et si primum mandatũ recapituletur in secundo, necesse est maius esse secundum priore. Recapitulatur ergo omne mandatum, sed & primũ illud & magnum in hoc secundo, Diliges proximũ tuum sicut te ipsum: quoniam diligentes nosmetipsos si quid fecerimus, & ipsum diligimus deũ qui factus est auctor dilectionis nostræ, ut alterutrum diligamus, & diligamur ab inuicẽ. Gratias enim agentes in eo quod rationabiles sumus, & uocati sumus ad dei agnitionẽ, & consequimur beneficia eius, & gratiam, recapitulamus dei dilectionem in secundo, & simili priori. Magnum ergo & primũ mandatum in lege est hoc, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente. Et forsitan omnes qui diligunt deũ, & dominum suum, nisi sequẽtes partes impleuerint, & ex toto corde dilexerint, & ex tota anima, & ex tota mente, ex parte seruant mandatũ: Hi autem soli magnitudinem eius in se suscipiunt & primatum, qui nõ solum diligunt dominũ deum suum, sed etiã tria illa susceperint, id est ut ex toto corde suo apud se illam totam recõdant, & operationes eius, & cogitationes eius: & ex tota anima sua, id est, ut parati sint ponere eam pro pietate dei qui uniuersa creauit, quando utilitas exegerit uerbi: ex eo quod ex tota anima diligit deum, ita ut nulla pars animę euellatur ad aliquam rem quæ à fide est aliena: & in tota mente nostra nihil aliud cogitãtes uel proferentes nisi ea quę dei sunt. Et uide si potes cor quidẽ accipere pro intellectu, qui est in intelligibilibus speculans, & ostendẽs fontem & principiũ eorũ quod est deus: mentem autem ad proferendas res. Mente enim proferimus singulas res, & per unumquodq; significatũ quasi mente nostra inambulamus, atq; proferimus. Et si quis ingeniose intelligat mãdatũ, quod de dilectione positũ est in omnibus illis tribus quæ sunt nominata, & considerauerit in singulis quibusq; fidelibus dei dilectionẽ, inueniet forsitã totum mandatum aut apud unum forsitan, uel secundum, uel tertiũ, & hoc si fuerit datum in omnibus, aut dei dilectionẽ minus habẽtem, uel modicũ, uel amplius, aut ex eo quòd dicit ex toto corde: aut ex eo quòd ait, ex tota anima, aut ex tota mente. Simile est & secundũ mandatum priori, quoniã est dilectio hominis qui factus est secundũ imaginẽ dei, forsitan & secundum similitudinẽ. In expositione aũt mandati quod est de dilectione proximi positũ, etiam hæc sunt discenda. Quoniã secũdũ quod dictũ est in decimo psalmo: Qui diligit iniquitatem, odit animam suã: & secundũ quod in Prouerbijs dicitur: Qui repellit disciplinã, odit se ipsum: Prou. 15
manifestum est quoniã nemo diligens iniquitatẽ diligit proximũ suum sicut se ipsum,

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum nec ſeipſum diligat:& nemo repellens diſciplinam diligit proximũ ſuũ ſicut ſeipſum,quippe qui nec ipſum ſe diligit:Et ita fit,ut qui diligit iniquitatem,& odit animã ſuam,nec poſſit ſeruare ſecundum mandatum.Similiter & qui repellit diſciplinã,peccatum diligit:ideo & qui repellit aliquod uerbũ diſciplinæ dei,odit animam ſuã. Poſt hæc quæres quomodo omnis lex & prophetæ pendẽt in duobus iſtis mandatis. Videtur enim textus oſtẽdere,quod omnia quæcũq; ſunt ſcripta,uel in Exodo,uel in Leuitico,uel in Numeris,uel in Deuteronomio,pendeant in his duobus mãdatis. Quomodo aũt lex quæ poſita eſt de leproſis,uel de fluxum ſanguinis patientibus,uel de menſtruatis mulieribus,pendeant in iſtis mandatis:adhuc aũt quomodo & prophetia quæ de Hieruſalẽ captãda poſita eſt,uel uiſio Aegypti apud Eſaiam cæteroſq; prophetas, quomodo & uiſio Tyri,uel quæcunq; prophetarũ de Tyro,uel de principe Tyri,quomodo etiam uiſio quadrupedũ in deſerto apud Eſaiam pendeãt in duobus iſtis mãdatis? Quod aũt uidet̃ mihi in hoc loco,huiuſmodi eſt. Qui omnia impleuit quæ ſcripta ſunt de dei dilectione & proximi,dignus eſt maximas gratias à deo percipere,quibus præpoſitus eſt ſapientiæ ſermo per ſpiritũ ſanctum,per quem ſermo ſcientiæ qui ſecundum ſpiritũ eſt.Dignus aũt conſtitutus his omnibus donis exultat in ſapientia dei, plenum habens cor de dei dilectione,& totã animam,lumine ſcientię illuſtratã, & totam mentem uerbo dei.Conſecutus aũt huiuſmodi dona ex deo,profecto intelligit omnẽ legẽ & prophetas,partem aliquã eſſe ex omni ſapiẽtia,& ſciẽtia dei,& intelligit omnẽ legẽ,& prophetas pẽdere,& adhærere à principio dilectionis domini dei,& proximi.& quoniã perfectio pietatis in dilectione cõſiſtit,ſufficientia quidẽ ſunt & iſta quę diximus: tamẽ ad demonſtrationẽ magnitudinis eius nihilominus cõuenit & iſta ſubiungere.Charitas patiens eſt,benigna eſt. Charitas non inflatur,non agit perperam, non eſt ambitioſa,non irritatur,non cogitat malum,non gaudet ſuper iniquitatẽ, congaudet aũt ueritati,omnia ſuſtinet,omnia credit,omnia ſperat,charitas nunquam excidit.Nemo enim puſillanimis conſtitutus charitatẽ habet, nec cõtrarium aliquid faciens benignitati,neq; zelans zelum quem habuerunt patriarchę aduerſus Ioſeph,uel Aaron & Maria contra Moyſen.Et nemo inflatus habet dilectionẽ,neque perperam aliquid agens,nec qui in iracundiã excitatur.Item nemo cogitans malum, charitatem habet in corde coinquinatus.Qui charitatẽ habet,nunquã de aliqua re iniuſta gaudet, ſed ſemper ueritati congaudet.Qui charitatẽ habet,omnia accidentia ſuſtinet mala,& non pro parte credit,ſed omnia credit,& non ex parte ſperat,ſed omnia ſperat, nec eſt qđ non ſuſtinet dilectio,ſed omnia ſuſtinet.Et quoniã charitas nunquam excidit, con
Rom.8 ſidẽs Apoſtolus totã eam ſe ſuſcepiſſe,dicebat:Quis nos ſeparabit à charitate dei? Tribulatio,an anguſtia,an fames,an nuditas,an periculum, an gladius? Sicut ſcriptũ eſt, Quoniã ꝓpter te mortificamur tota die,exiſtimati ſumus ut oues occiſionis. Propter dilectionẽ enim dicebat,Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Ex charitate enim nunquã excidente erant illæ uoces dicẽtis, Cõfido enim quia neq; mors,neq; uita,neq; angeli,neq; principatus,neq; prẽſentia,neq; futura,neq; uirtutes, neq; altitudo,neq; profundũ, neq; alia aliqua creatura poterit nos ſeparare à charitate dei,quę eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.Et quoniã habebat duo Apoſtolus dilectionis mandata,dei,& proximi,ideo habebat in ſe totius legis & prophetarũ manifeſtata myſteria,ut intelligens ea diceret,quoniã omnis lex & prophetę in his duobus mandatis pendent. Congregatis autẽ Phariſæis interrogauit eos Ieſus dicens: Quid uobis uidetur de Chriſto,cuius eſt filius? Dicunt ei,Dauid.Dicit eis Ieſus: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu dominũ eũ uocat,dicens:Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis,donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum? Si ergo Dauid dominum eum uocat,quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat reſpondere ei uerbum,nec auſus eſt quiſquã ex illa hora interrogare quicquã.] Verba quidẽ ipſa poſita ſunt in Pſalmo centeſimonono,Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis,donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum.Quaſi cõfitentibus autẽ phariſæis, quoniã qui dixit quidẽ eſt dominus deus,ad quẽ aũt dixit ſecũdus dominus Chriſtus, interrogat eos ſaluator dicẽs, Quid uobis uidet̃ de Chriſto,cuius eſt filius:&ad reſponſionẽ eorũ qui dixerũt Dauid,addit dicẽs:Si Dauid dominũ eũ uocat,quomodo filius eius eſt? Digna eſt ergo

eſt ergo res ut uideamus quid uolẽs proponat ſaluator Phariſæis quæſtionẽ de Chriſto,ut reſponderent quid eis uideretur,& quæ fuit cauſa ut non poſſint ei dare reſponſum.Et ſimplicior aliquis ex diſcutientibus iſta dicet,quia uoluntas ſaluatoris fuit hęc, ut cõpeſceret Phariſæorum audaciam,multas propoſitiones proponentium ei: ſimiliter & Saducæorum qui propoſuerant ei de ſeptem fratribus,& una uxore eorũ. Quoniam ergo multa ꝓponẽtes Phariſæi & Saducæi aliquid dicere uidebantur, & hoc facientes nõ quaſi diſcipuli diſcere cupiebant,ſed tentabant Chriſtum,& ſic uidebantur legis eſſe doctores cum non eſſent:ideo fuit & dominum interrogationẽ proponere eis neceſſarium,ꝓfitentibus legis habere ſe ſcientiam, ut coram populo argueret eos, cũ reſponſum ad interrogata non dederint,ipſe ad omnia reſpondens:quoniã ipſe qui dem idoneus erat ſecũdum profeſſionẽ doctoribus condocentẽ manifeſtare & tradere doctrinã diuinã:illi autem,nec ipſum prophetã qui erat faſtigium prophetarum ſciebant. Adhuc autem cui hæc expoſitio placet adꝺiciẽs dicit.Propterea & ſic adꝺicit ſcriptura Euãgelij,dicẽs:Et nemo poterat reſpondere ei uerbum,nec auſus eſt quiſquam ex illa hora interrogare eum uerbũ.Cauſa aũt ut non eſſent auſi interrogare eum poſtmodum uerbũ,hæc fuit,quia interrogati reſpondere ei non potuerunt. Si enim interrogatio eorũ fuiſſet ex uoluntate diſcendi,nunquam talia eis propoſuiſſet, ut poſtmodum non eſſent auſi interrogare.Sed tentantes interrogabant,ideo obſtruere eos uoluit interrogatione ſua,ut erubeſcẽtes quieſcant ab audacia ſua,& poſtmodũ nihil̃ interrogent eũ.Hæc ſecundũ intellectũ ſimplicis interpretatoris ſumus locuti. Nos autẽ dicimus,quoniã cognoſcebat ſeipſum ſaluator & dominus noſter,factũ quidem ex ſemine Dauid ſecundũ carnem,prędeſtinatum aũt filium dei in uirtute:& quoniam hæc omnia erat quæ ipſe de ſe docens dicebat:Ego ſum uia,ueritas,& uita:ego ſum ianua, Ioan.14.10. 6.8
ego ſum reſurrectio,ego ſum panis uiuus q̃ de cœlo deſcendi,& ſciens eſſe ſe ante natũ uitatem etiam ipſius Abrahę:propter quod & dicebat:Ante Abrahã ego ſum: & ſciẽs quoniam ſapientia erat,& uerbum uiuum: ſapientia quidem quam deus creauit principiũ uiarum ſuarum in opera ſua: uerbum aũt quod erat in principio apud deũ,deus uerbum:hęc omnia de ſeipſo cognoſcens,& uidens Phariſæos quia illud quidẽ quod ſecundum diſpenſationẽ humanam & propter homines erat ut capere poſſint,ſciebãt ex diuinis ſcripturis,quoniã de ſemine erat Dauid ſecũdum carnem,forſitan aũt quoniam & omnino eum arbitrabantur filium eſſe Dauid:uidens autem longe eos eſſe ab intellectu diuinitatis ſuæ ſecundũ quod principiũ erat uniuerſæ creaturæ,nullius filius conſtitutus niſi dei qui ſuper omnia eſt,arguere titubantẽ exiſtimationẽ eorum de ſe, & prouocare eos ſermonibus ſuis,ut uelint aſcẽdere uerbo,& uidere ſecundum quod deus uerbũ erat,qui erat in principio apud deum,in primis quidem dixit: Quid uobis uidetur de Chriſto,cuius eſt filius? Ita reſpondentibus,& dicentibus:Dauid,iterum eis reſpondit:manifeſtans ſublimitatem diuinitatis ſuæ,quæ demonſtrabatur in ipſo principio pſalmi dicens:Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis,donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ:ut etſi tunc ei reſpondere non poſſent,tamẽ occaſionem acciperent ex uerbis ipſius,ut totum pſalmũ conſiderãtes,aliquid amplius ſentirent de Chriſto,qui non ſolum excedens erat humanam naturam,ſed etiam cæteras genitas, ſecũdum quod ait:In ſplendoribus ſanctorum ex utero ante luciferum genui te.Non enim ſpecialiter deſignauit in ſplendoribus aliquorum ſanctorum, ſed generaliter de omnibus ſanctis,id eſt non ſolum hominum,ſed etiam angelorum dicens:In ſplendoribus ſanctorum ex utero ante luciferum genui te.Et ſiquidem ſapienter conſideraſſent & illud,Iurauit dominus,nec eum pœnitebit,tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinẽ Melchiſedec,ſubiecciſſent utiq; ſe ſicut diſcipuli tali ſaluatori noſtro, qui à deo erat tranſmiſſus magiſter,atq; ſacerdos. Sed cauſa fuit propter quam Phariſæi non potuerũt reſpondere ſermonibus Chriſti iſta, quoniam nihil magnum de Chriſto in ſanctis ſcripturis poſitum ſentiebant, ſed tantummodo de diſpenſatione eius humana,ſed nec ipſam digne diuina diſpenſatione.Puto enim quod nec illud ſciebant quod dixit: Ecce uirgo in utero concipiet, & uocabitur nomen eius Emanuel: Eſa.7
nec illud,Ecce orietur ſtella ex Iacob,de natiuitate uidelicet Chriſti.Hoc autem ipſum Num.24
quod dicit in Pſalmo;Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis,donec ponam

inimicos

Universidad de Deusto
Biblioteca

inimicos tuos scabellum pedum tuorum, opportunius quidem exponet, quis, cum ipsum sibi exponere proposuerit psalmum. Et nunc tamen sensum eius leuiter degustemus. Nec tibi describas sensibiles sessiones, & duas cathedras, & sedētes super eas humano schemate patrem & filiū: sed intellige hæc moraliter dici de regno dei, & de regno filij, quod à patre est stabilitum, & est semper ad dexterā patris. Si quis autem hæc moraliter intelligi non uult, exponat quomodo & hoc sit uerum quod ait: Dixit domi
Matt. 20 nus domino meo sede à dextris meis: & illud quod alibi dicit: Sedere autem ad dexteram meam, & ad sinistrā non est meum dare uobis, sed quibus paratum est à patre meo. Cogēdus est ergo dicere qui nō uult hæc intelligere digne, secundum magnitudinem sensus Christi, quoniā aliquando quidem ad dexteram sedet patris, aliquando autem dignitatem huiusmodi derelinquens sedendi ad dexterā patris, priuatim sedet cum eis quibus parauit pater ut sedeant ad dexteram, uel ad sinistram. Item adhuc cogēdus est dicere, quoniam ad dexteram quidem sedens patris, adhuc inimicos habet. Tandiu enim sedet iuxta eum donec ponantur à patre scabellū pedum Christi. Cum uero desierit sedere ad dexteram patris, tunc iam non habebit inimicos, cum sedere ad dexteram eius uel sinistram cœperint secundum ordinationē patris, qui prius fuerant scabellum pedum ipsius. Et ita fit ut sedentium aliqui in loco priori sedeant patris. His autē quid magis ridiculum potest esse? Deinde corporalem uolens intelligere sessionē, inuenies in eodem Psalmo, quoniam & filius ad dexteram sedet patris, secundum quod ait: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: & pater sedet ad dexterā filij, secundum
Psal. 109 quod in sequentibus declaratur, dicens: Dominus à dextris est tuis, confringet in die iræ suæ reges. Nos autem dicimus non esse necesse corporalem considerationē introducere in his quæ spiritaliter sunt intelligenda. Nam moraliter & filius ad dexterā patris est: & pater ad dexterā filij semper. Quomodo & inimici saluatoris ponuntur à patre scabellum pedum eius, congruum est uidere digne, secundū benignitatem dei ponentis inimicos eius scabellum pedum ipsius. Nec enim est existimādum similiter ponere deum inimicos Christi scabellum pedū eius, quemadmodum ponuntur inimici sub pedibus regnum terrenorū exterminātium proprios inimicos. Nonne illi sine misericordia conculcant aduersarios proprios? Deus autem non ad perditionē ponit inimicos Christi scabellum pedum eius, sed ad salutem ipsorum, sicut proferemus scripturarum sanctarum exempla idipsum significantia. Scriptum est enim in Lamentationi-
Thren. 2 bus Hieremiæ in secundo Aleph, Quomodo cōtenebricauit dominus in ira sua filiam Sion, deiecit de cœlo in terrā gloriam Israel, & nō fuit memor scabelli pedum suorum. Et uide quoniam quādo quidem erat Israel scabellum pedum dei, in cœlo erat gloriosus: postquam aūt est deiectus ut non sit scabellum pedum eius, desiit esse in cœlo. Attende enim diligenter quod ait: Deiecit de cœlo in terram gloriā Israel, & non fuit me-
Esa. ult. mor scabelli pedum suorum. Item & illud, Cœlum mihi sedes, terra autem scabellū pedum meorum, non ignominiam, sed gloriam significat terræ, quæ de deo modicam aliquam & nouissimam intelligit partem, quæ moraliter appellatur pedes eius. Sic & ecclesia super terrā in initijs quidem culturæ dei & notitiæ dei scabellum pedum eius: sicut & pœnitentiam agens mulier illa peccatrix ad pedes erat Iesu in principijs pœnitentiæ suæ: nec enim poterat unguentum odoris actuū suorum bonorum effundere super caput Christi. Optabile enim erat uel secus pedes domini stare & ungere. Et unus-
ad Tit. 3 quisq; nostrum se intelligēs esse qđ dicit Apostolus, Eramus & nos aliquando sine intellectu, increduli, errātes & seruientes desiderijs, & uoluptatibus uarijs, uidebit quomodo quādo quidē talis erat, priusquā lauaretur ab illis, inimicus fuerat Christi, inimicus iustitiæ, ueritatis, sapientiæ, pacis. Postquam autem benignitas apparuit saluatoris nostri dei, primū factus est scabellum pedū Christi. Et ego confitens quoniam iste est sensus scripturæ, non dubito affirmare quoniā sic dicit filio pater, Sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et Apostolus in prima ad Co-
1. Cor. 15 rinthios talem introducit sensum scripturę, ut ad subiectionem intelligamus eorū qui aliquando fuerant inimici, fieri eos scabellum pedum Christi hoc modo dicens: Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitię dormientium factus est: quoniā quidem per hominem mors, & per hominē resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes mo-

nes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur, Vnusquisq; autē in suo ordine: initio Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt, deinde finis, cum tradiderit regnum deo & patri, cum euacuauerit omnem principatū & potestatem & uirtutem. Oportet enim illum regnare donec ponat inimicos eius sub pedibus eius, nouissima autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat, quia omnia subiecta sunt ei, manifeste præter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Horum quidem omnium manifestationem fecimus in proprio loco. Vide tamen quomodo in omnibus istis nomen subiectionis ad salutem ponitur subiectorum.

TRACTATVS XXIIII Cap. XXIII

IN illo tēpore, loquutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos dicēs: Super cathedrā Moysi sederūt scribæ & pharisæi: omnia quæcunq; dixerint
i uobis facite, secundū autem opera eorum ne faciatis.] Frequenter quidem, maxime autē apud Matthæum seruatur, quoniā meliores sunt discipuli Christi cæteris turbis, Et inuenis quidem in ecclesiis quosdā quidem cum dilectione audiētes diuinas doctrinas, & affectuosius accedentes ad uerbū. Iuste ergo huiusmodi homines dicuntur esse discipuli Christi: cæteros aūt multos qui non sunt tales, populum esse illius. Et quædā interdum quidem discipulis suis solis dicit, nō etiā turbis, sicut beatitudines illas in euangelio scriptas, de quibus Matthæus quidē dicit ita, quoniā uidens turbas ascendit in montem, & sedente eo accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu, & cætera. Lucas autē tollens (inquit) oculos super discipulos suos dicebat: Beati pauperes, quia uestrum est regnū cœlorum. Alia autē annunciat turbis, sicut parabola seminantis declarat, Matthęus autē ita scribit: Loquente autem eo ad turbas, ecce mater & fratres eius stabant foris quærentes loqui cū eo. Turbis ergo loquebatur quæ scripta sunt antē
Matt. 12 hæc. Cum autē dixisset ei aliquis, Ecce mater tua & fratres tui stant uolentes te uidere, respōdens nuncianti sibi dixit: Quæ est mater mea & fratres mei? Non iam extendens manū suā super turbas, sed super discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse est mihi & mater et frater, & præcedentes parabolas exponēs Matthęus scribit: Egressus Iesus de domo, sedebat secus mare. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ut ingrediens in nauē sederet, & totus populus stabat in litore, & locutus est eis multa in parabolis dicens: Ecce exiuit
Matt. 13 qui seminat seminare semen suū. Et ne putes euētu sic positam parabolæ narrationem seminantis, quia turbis eam Iesus loquebatur, considera Marci & Lucæ expositionē, qui similiter conscripserunt. Marcus quidem ita: Cœpit iterū docere ad mare, & con-
Marci 4 gregatus est ad eum populus multus ut intraret in nauē, & sederet in mari, & totus populus secus mare in terris erat: & docebat eos in parabolis multa & dicebat eis, exijt qui seminat seminare. Lucas aūt hoc modo: Conueniente autem populo multo, & per
Lucæ 8 singulas ciuitates exeunte ad eum, dixit parabolā talem, Exijt qui seminat seminare semen suum. Manifeste autem differentiam populi & discipulorum sciētes euangelistæ, post parabolā addiderunt, quod iam non turbis, sed discipulis exponebat causam propter quā turbis in parabolis loqueretur. Matthæus quidē dicit ita: Accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Lucas autē ita: Interrogabant autem discipuli eius quę esset hæc parabola. Marcus uero sic: Et cum facti fuissent secreti, interrogabant eum discipuli quę esset parabola hæc. Et uide si potes ex euāgelio Ioānis audire & discere, quoniā si tantummodo credunt, & in uerbo ascendere nō cōcupiscunt,
Ioan. 8 Christi populus sunt. Qui aūt æmulantes sunt dona meliora, & quod est primum omnium gratiarū, sapientiæ uerbum studeant suscipientes, discipuli sunt ipsius. Dicit autē Ioannes ita, quoniā dicebat Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudæos: Sed si manseritis in uerbo meo, cognoscetis ueritatē, & ueritas liberabit uos. Ergo quædam quidem discipulis suis dicit, quædā aūt turbis, alia uero turbis simul atq; discipulis: sicut & sunt hæc ipsa præsentia de quibus loquimur modo. Quid ergo dicit turbis & discipulis uidea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus. Super cathedram Moysi sederũt scribæ & pharisæi. Quod arbitror huiuscemodi esse. Qui legem Moysi profitentur se interpretari, & in hoc gloriãtur, aut qui superascendere hæc se profitentur, hi sedent super cathedrã Moysi. Qui ergo non recedunt à litera legis, scribæ dicuntur. Qui aũt maius aliquid profitẽtes diuidũt seipsos quasi meliores à multis, secundum hoc pharisæi dicuntur, qui interpretantur diuisi & segregati. Phares enim diuisio appellatur, Est ergo uidere usq; nunc apud Iudæos, sedentes super cathedrã Moysi, scribas & pharisæos. Non hoc dico, quia soli scribæ & Pharisæi sederunt super cathedram Moysi qui dicebant nõ faciebant, & alligabant onera grauia & importabilia super humeros hominũ, ipsi autem nec digito uolebant ea mouere. Arbitror enim quoniam qui Moysen secundum spiritalẽ uirtutem intelligunt & exponũt, sedent quidem super cathedrã Moysi, sed non sunt scribæ & pharisæi, sed his meliores. Tales sunt dilecti Christi discipuli, qui & uerbum eius per gratiam dei interpretantur, & inueniunt ea quæ sunt aliud ex alio significantia. Ergo ante Christi quidem aduentum super cathedrã Moysi sedebant bene, qui bene & secundum rationẽ dicta Moysi interpretabantur, Post aduentum aũt Christi sedent super cathedram ecclesiæ, quæ est cathedra Christi et thronus. Sicut autem super cathedrã Moysi male quidem sedebant scribæ & pharisæi, bene autem qui recte intelligebant legem atq; tradebant: sic & super ecclesiasticam sedent quidam dicentes quæ facere oporteat unũquenq;, nõ autem facientes: & alligantes onera grauia, & imponunt super humeros hominũ, ipsi nec di-
Matt.5 gito uolẽtes ea mouere: De quibus dicebat saluator: Quicũq; exoluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit homines sic, minimus uocabitur in regno cœlorum. Alij autem sedentium faciunt antequã dicant, & dicunt sapienter moderantes differentias humerorũ, & onera eis parce imponunt: ipsi ea prius mouentes ad hortationem audientium cæterorũ, de quibus dominus ait: Qui autem fecerit & docuerit sic, hic magnus uocabitur in regno dei. Adhuc autem secundum simplicẽ traditionem dicti huius quo ait: Secundũ omnia quæ cũq; dixerint uobis facere facite, secundum opera eorum ne faciatis, dicimus quoniã per hæc ostendere uoluit quosdam in ecclesia esse, qui quantũ ad uerbum quidem potentes sunt docere mirabilia, & exponunt ea secundum rationem, non autem uolunt secundum quod dicunt agere: quorum quidem doctrina est audienda, non autẽ est & conuersatio imitanda. Reprehendit ergo huiusmodi præceptores qui non solum quæ docent non faciunt, sed etiã crudeliter & sine misericordia, non secundum existimationẽ uirium uniuscuiusq; audientis, sed maiora uirtute ipsorum iniungunt: utputa qui prohibent nubere, & ab eo quod expedit, ad immoderatam munditiã compellunt. Qui docent etiã abstinere à cibis, & alia huiusmodi, ad quæ non omnino oportet cogere homines fideles, alligant per uerbũ expositionis suæ one-
Matt.11 ra grauia, citra uoluntatẽ Christi dicentis, Iugum meum suaue est, & onus meum leue est: & imponunt ea quantum ad uerbum suũ super humeros hominum curuantes eos, & cadere facientes sub pondere grauium mandatorũ eos qui baiulare ea nõ sufferunt. Et frequẽter uidere est eos qui talia docent, cõtraria agere sermonibus suis, & nec modica uirtute animæ quæ moraliter digitus appellatur, uolũt ea mouere. Castitatẽ enim multi docentes, castitatem non seruauerunt. Abstinere à cibis hortantes alios, ipsi siue propter simulationẽ, siue propter hoc quod uicti sunt à concupiscentijs suis, cibos huiusmodi susceperunt quos abrenunciauerãt uerbis, alia docentes in publico, & alia secrete & occulte agentes, omnia facientes propter personas hominũ, & glorias uanas, sicut subsequens sermo demõstrat dicens: Omnia opera sua faciunt, ut uideãtur ab hominibus. Et plerunq; omẽs illi sunt tales qui diligunt primos discubitus in conuiuijs, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabi, aut aliquid ẽjd simile est Rabi huic: utputa qui uolũt uocari episcopi aut presbyteri, aut diaconi, cũ deberet unusquisq; eorum etiam si uocaretur ab aliquo, uel conscientiã suam ostendere deo, quoniã nõ uult hoc nomine nominari, cuius nec scientiã habet nec actum. Et si habet, tamẽ non debet uelle uocari eo nomine, quod proprie alterius est. Proprie enim episcopus dominus Iesus est. Et presbyteri Abrahã Isaac & Iacob, sicut manifestũ est his qui in Genesi cõsiderant, quæ de semine eorũ sunt scripta, uel cęteri qui hoc nomine digni habiti sunt, quales fuerunt apostoli Christi. Diacones uero septẽ archangeli sunt dei: ad quorũ myste-

ria septem

ria septem diaconi in Actibus sunt ordinati. Præcidit ergo dominus huiusmodi con- Act.6
cupiscẽtias ab anima nostra per hęc uerba quę posita sunt, & hortatur magis zelare humilitatem quæ est prima exaltationis occasio apud deũ: sicut econtrario humiliationis occasio est apud deum, diligere primas cathedras in synagogis, et primos discubitus in conuiuijs, & primas salutationes in foro, & uocari Rabi. Et uide qm̃ super hæc addit & Matt.20
dicit: Qui maior est inter uos fiat minister, & qui se exaltauerit humiliabit, & qui se humiliat exaltabitur. Ita ex phylacterijs & fimbrijs ad ostentationẽ eorũ qui uanas gloriας concupiscũt, & ex iactationibus propter pompam, & ex uestimẽtis, & ex annulis & calceamentis, manifestũ est qui sunt, qui diligunt ab hominibus uocari Rabi. Si ergo secundũ quod diximus, scribæ & pharisæi sedẽtes super cathedrã Moysi sunt Iudæorum doctores, secundum literã docentes legis mandata: quõ iubet nos dominus præsentib. uerbis, secundum ea quæ dicunt illi facere, quum omnes Apostoli uetent fideles uiuere secundum literam legis, sicut testatur epistola Apostolorum in actibus, quam miserunt ad gentes, & nihil seruent ex lege nisi immolatum & suffocatum & fornicationẽ? Sed illi docent secundum literam legem, legis sensum spiritaliter non intelligentes, sicut de illis ait Apost. Finis aũt est legis charitas de corde puro & fide non ficta: à quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores, nõ 1 Tim.1
intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Qui enim legem Moysi exponunt secundum literam, cadentes à dilectione quæ est ex corde puro, & à fide nõ ficta in quibus posita est lex spiritalis, omnes uaniloqui sunt. Vaniloquiũ enim est circumcisio, azyma, pascha, & de mundis & immundis secundum literam legis. Hi ergo qui conuersi sunt in uaniloquium, & uolunt esse legis doctores, nec tamen sunt secundum ueritatem legis, dicunt quidem legis mandata, non autem intelligunt ea quæ dicunt, nec quid significent legis dicta de quibus affirmãt, Ideo dicit de illis saluator, Dicunt enim & non faciunt, utputa dicunt de circũcisione, de pascha, de azymis, de escis, de festiuitatibus, de neomenijs, de sabbatis cæterisq; legis mandatis, non autem faciũt secũdum uoluntatem legis, nec enim circuncidunt, sicut est legis uoluntas. Vnde ait Apostolus: Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu deo seruimus, & nõ in carne cõfidi- Philip.3
mus. Nec immolant pascha, ignorantes quod pascha nostrũ pro nobis immolatus est Christus. Nec manducãt azyma secundũ legis propositũ, quod interpretatur Apostolus dicens: Epulemur non in fermento ueteri, neq; in fermẽto malitiæ & nequitiæ, sed 1 Cor.5
in azymis syncerítatis & ueritatis. Sed nec corporaliter pascha celebrãt, quum præcipiat lex in Hierusalem ciuitatẽ quam elegit dñs deus, oportere immolare agnum, & ter in anno apparere omnem masculum in conspectu domini dei. Nos autem qui discipuli sumus Iesu, intelligentes eos qui sedent super cathedram Moysi, scribas & pharisæos seruantes circuncisiones, & cætera corporalia legis mandata, longe aũt constitutos à spiritalibus legis mandatis, quæcunq; dicunt nobis ex lege intelligentes sensum legis facimus & seruamus, nequaquam facientes secundum opera eorũ. Nam quæ loquuntur ex lege quidem uidentur dicere, tamen sicut lex docet non faciunt. Nec enim suscipiunt charitatẽ in corde puro, nec fidem non fictam, in quibus sensus legis positus est: nec intelligunt uelamen esse super literã legis, nec audiunt prophetam hæc intelligentem pariter & petentem: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et Psal.119
sic alligant onera grauia, & sicut Lucas ait importabilia, & imponunt super humeros discipulorũ audientium se. Nam corporalia legis mandata secundum literã onera sunt grauia & alligationes non leues, sicut Petrus testatur in actibus Apostolorum dicens: Act.15
Quid tentatis deum, & uultis imponere iugum super ceruicẽ discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri potuimus portare? sed per gratiã dei credimus salui fieri. Spirituale aũt eius onus est leue: ideo & dominus dicit ad eos qui legis mandatis corporali- Matt.11
bus erant grauati & alligati: Venite ad me qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiam, Suscipite iugum meum super uos, & uidete quia iugum meum suaue est, & onus meum leue est, Onus autẽ leue euangelium est, quod est lex spiritalis. Adhuc aũt sedentes super cathedrã Moysi scribæ & pharisæi, omnia opera sua faciunt ut ab hominibus uideantur, uisibilem suscipientes circuncisionẽ, & uisibiliter corporalia fermenti aufe-
rentes de domibus suis, & pro eis similiter corporalia azyma inducentes, & Hierusa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem uisibilem hominibus requirentes, & similia his agentes uniuersa. Aspiciunt enim ea quæ uidentur & temporalia sunt, & eleemosynas facientes ut ab hominibus glorificentur, & stantes in plateis orant ut uideantur esse religiosi, Christi autē ueri discipuli qui aspiciunt quæ non uidentur, & sunt æterna, orant in occulto promptuario suo & eleemosynas in occulto faciunt, & legē in occultis implent, quasi in occulto constituti Rom.2 Iudæi, secundum quod ait Paulus: Non enim qui in manifesto Iudæus, neq; quæ palàm in carne circuncisio, sed qui in occulto Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non in litera. In occultis enim & in azymis inuisibilibus epulantur synceritatis & ueritatis: manducant etiā pascha immolatū Christum pro nobis, qui dixit: Nisi manducaueritis carnē meam, non habebitis uitam manentē in uobis. Et per hoc quod bibūt sanguinē eius uerum potum, ungunt superliminaria domorū animæ suæ, quærētes non sicut illi ab hominibus gloriam, sed à deo occulta uidēti. Post hæc uideamus quid est quod ait,

Dilatant phylacteria sua, & magnificant fimbrias uestimentorū suorum.] Sciendū est in istis, quia quod scriptū est in lege de uerbis diuinis dicēs, Allīgate eam super manum uestram, & erunt mobilia corā oculis uestris. Qui ergo omnia faciunt ut ab hominibus uideanť scribæ & pharisæi, scribētes legis dicta in duabus præcisuris membranis alligant: & alteram quidem in domibus portant, quasi coronā ponentes in capitibus Deut.22 suis, quod scriptū est secundū frontem: alteram aūt super brachium manus suæ, & uocant eas phylacteria. Similiter & de fimbria aliquid inueniētes in Deuteronomio, existimātur seruare legē, fimbriam aliquam faciētes in aliqua parte uestimentorū suorum quæ portāt. Etiam hæc ergo dñs reprehēdens scribas & pharisæos in corporalibus & uisibilibus eorum obseruationibus dicit: Omnia faciunt ut ab homínib. uideanť. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias uestimentorū suorum. Discipuli autem Iesu omnia opera sua faciunt, ut à deo uideantur solo. Allīgant enim legem dei super manū suā, spiritaliter super opus suū bonū: & per meditationē diuinarū disciplinarum semper ea mouentes, mobilia faciunt diuina præcepta coram oculis animarū suarum, & fimbriam uirtutis Iesu plenam in eo quod imitātur magistrum. Quid aūt oportet dicere de his qui amant primos discubitus in conuiuijs, & primas salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabi? Manifeste huiusmodi delicta nō tantū apud tunc scribas & pharisęos solos inueniebanť, uel inueniuntur apud ipsos: sed etiā in ecclesia Christi inueniuntur nō solū conuiuia, & facientiū ea mensas suscipientes, sed etiā cathedras primas in eis amantes, & multa facientes: primū quidē ut diaconi fiant non tales quales dicit scriptura, sed quales sunt qui comedūt uiduarū domos, occasione longa orantes: & propterea accipient iudiciū maius. Et qui tales diaconi fieri uolunt, cōsequēter uisibiles primas cathedras eorū qui dicuntur presbyteri prærípere ambiunt. Quidam aūt nec istis contenti pluríma machinantur, ut episcopi uocentur ab hominibus quod est Rabi: quū deberēt intelligere episcopum fieri oportere irreprehensibilē, & cætera quę sequuntur, ut si nō dicatur ab hominibus esse episcopus, tamē sit apud deū. Qui enim habet in se quæ Paulus enumerat de episcopo, etsi non est corā hominibus episcopus, episcopus est apud deum, etsi nō per ordinationem hominum ad eum gradū peruenit. Sicut & medicus est qui medicinalē didicit disciplinā, & potest medicare quasi medicus: etsi ęgrotantes non ei credant corpora sua, medicus est: sed & gubernator est qui didicit gubernatoriā artē, & potest ea sicut conuenit uti: etsi nō crediderit ei aliquis gubernacula nauis, tamē est gubernator. Inuenies aūt nouę gloriæ amatores zelantes ab hominibus gloriam, & à deo non desiderantes, quasi ante iudices & præsides, sic quosdā adduci ante eos: & si dicere oportet, per hoc ipsum leuissimū Christi onus, intolerabile faciunt onus. Christi autem discipulus sustinet, & adhuc intercedit: omnia facit ut uideatur à deo, gloriā contemnens humanam. Iste uidens parabolarū euangelicarum cœnam, & cœlestes primitiuorū ecclesias & cōgregationes & nundínas, in quibus erat secundum Canticū Canticorū sponsa, diligit quidem in spiritalibus cœnis discubitus primos, ut meliora spiritaliū ciborū & primitias cōuiuij spiritalis manducet, & non reliquias cæterorū. Diligit etiam cum apostolis sedētibus super thronos duodecim, primas cathedras, actibus bonis dignū se præbere festínans cathedris huiusmodi. Sic autē & salutationes quę fiunt in nundínis, quas exposuímus

posuimus suprà. Vnus est magister omniū. Vocari aut Rabi, neq; ab hominibus, neq; ab alio aliquo diligit iustus, certus quia unus est magister omnium. Omnes autem qui sub eo sunt, alterutrū sunt fratres. Sed & qui superna natiuitate nō solum ex aqua, sed etiam de spíritu natus est, spíritum adoptiōis accepit, ut dicatur de eo, quia nō est ex carne, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo natus est: nullius eorum qui in terris habentur & deorsum filius adhuc existens, nō uocat patrem in terris, quasi qui per omnem actum secundum deum impletū dicit, Pater noster qui es in cœlis. Et si ministrat quis uerba diuina, nequaquā se præbet ut magister uocetur, quasi sciēs quia Christus in eo est, quando bene profecerit, quē oportet uocari magistrū à cunctis prodificatis: se autē profitetur ministrū secundum mandatū Christi dicentis, Qui maior est inter uos sit omnium minister. Quoniā & ipse Christus quum esset uere magister, ministrū se esse professus Luc.17 est dicens: Ego autem sum in medio uestrum non quasi qui recumbit, sed quasi qui ministrat. Bene autem post omnia quibus uanæ gloriæ uetuit concupiscentias, addidit dicens, Qui se exaltauerit humiliabitur, Quod utinā omnes quidē audirent, maxime autem diaconi & presbyteri & episcopi, maxime qui arbitrantur sibi hæc nō esse scripta, Qui se exaltauerit humiliabitur: propterea quod quasi neq; illud scientes, Qui se humiliat exaltabitur, non audiunt eum qui dixit: Discite ex me quoniā mitis sum & humilis corde. Inflati sunt autem, & per inflationem decidunt in iudicio diaboli, nec quærūt per humilitatē ascendere à iudicio inflationis, quum deberent recordari sapientiæ uerbum dicentis: Quantum magnus es, tantū humília te, & coram deo inuenies gratiam. quod primum dominus cōsummauit. Quantum enim fuerat magnus, tantum se humiliauit. Quum enim esset in forma dei, non rapinam arbitratus est esse se parem deo, sed semetipsum exinaniuit: formam serui accipiens in similitudine hominum factus, & in specie inuentus ut homo humiliauit se usq; ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & deus illum superexaltauit, & donauit ei nomen quod est super omne nomen, Qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Matt.11

TRACTATVS XXV Cap. XXIII

I N illo tempore, dixit Iesus turbis Iudæorum: Væ uobis scribæ & pharisęi hypocritæ, quia cluditis regnū cœlorum ante homines. Et reliqua.] Qui audent deū dicere nō bonū propter maledictiones quas aduersus peccatores in lege sua posuit deus, audiant quomodo quasi uere filius dei illius qui legem dedit, secundū similitudinē quidem benedictionū quæ positæ sunt in lege, dicit & ipse beatitudines eorū qui saluantur, Secundum similitudinem aūt maledictionum positarū in lege, ponit aduersus peccatores uæ, dicēs: Væ uobis & uobis, Et hæc audientes qui deū legis causantur, nō intelligentes quod & illa à deo benigno sunt dicta, dicāt quid debemus intelligere de Iesu dicente: Vę uobis scribæ & pharisæi, Qui fatentur bonitatis esse aduersus peccatores ista pronūciare, intelligant quod simile est propositum dei in maledictionibus legis proferendis in lege. Siue autem illa maledictio, siue illud uæ pronunciatū, non ex pronunciatione pronūciantis unicuiq; contingit peccanti, sed ex peccatis ipsius peccantis, qui dignū se præbet ad susceptionem uel illarum maledictionum, uel istorū uæ, quæ deus disciplinæ causa pronūciauit aduersus illos, ut conuertat illos ad bonū. Nam & pater increpans filium, profert frequenter ad emendationē eius quosdam sermones qui uidentur esse maledictiones: & tamen non uult dignum fieri maledictionibus illis, sed auertere eum magis cupit ab eis. Hæc diximus, ut demonstremus Euangelia conuenientia esse legi. Similiter & nunc dicens: Væ uobis scribæ & pharisæi qui cluditis regnum cœlorum, terruit scribas & pharisæos ut ne cludant regnum cœlorum ante homines. Cludentes autem regnum cœlorum scribæ & pharisæi duo ad semel delinquūt. Vnū quidem, quod ipsi nō ingrediuntur in regnū cœlorum. Secundum, quod intrantes introire non sinunt. Hæc duo peccata naturaliter inseparabilia sunt ab inuicem. Qui enim alterum existis peccat, ab altero se non potest abstinere. Item è contrario, qui ab altero se abstinet, impossibile est ut nō ab altero se abstineat, ut puta nō inuenitur aliquis, ut ipse quidem ingredi ens in regnum cœlorum alios ingredi non permittat: quoniam qui uetat alios intrare

Universidad de Deusto
Biblioteca

in regnum,sufficit ei ad expulsionem quo minus intret in regnũ cœlorum, hoc ipsum quod alios non permittit intrare: quoniã qui scandalizauerit de pusillis ecclesiæ, prohibens aliquem intrare in regnum cœlorum, patietur quod scriptum est in euangelio uæ.Item econtrario,qui potest aliquẽ facere intrare in regnum cœlorum,si tamen in eius potestate fuerit & permittere & uetare, multo magis ipse introibit in regnũ cœlorum.Cum frequenter dicat dominus scribis & pharisæis uæ,uniuscuiusq; uæ causam in loco proprio exponemus,Nunc autẽ huius præsentis uæ exponemus causam.Præsentis ergo uæ causa est, quia cludebant regnum cœlorũ ante homines,Cludentes autem ante alios,nec ipsi intrabant propter hoc ipsum quod introire uetabãt eos qui introissent utiq;, si ab istis non fuissent excluſi.Et primum quidem simpliciter quasi de scribis & pharisæis qui apud Iudæos habentur, sermo præsens est exponendus. Hi enim non contenti quod ipsi domino nõ credebant,adhuc derogabant doctrinæ eius, & subuertebant omnem prophetiã scriptã de eo,& blasphemabant omne opus ipsius quasi falsum,& à diabolo fictum,dicentes:hic non ejicit dæmonia nisi in Beelzebub, & homicidialiter se præbebant eis qui crediderant Christo, & omni modo prohibebant aliquem ad Christianitatem uenire per quam introitur in regnum cœlorũ. Cludebant illud quod in conspectu omnium palãm esset annunciatũ & prædicatum, & apud omnes homines conclamatum,Et cludentes regnũ cœlorum nec ipsi intrabant,nec enim uolebant eum audire qui dixit:Si quis per me introierit saluabitur,& introibit & exiet & pascua inueniet. Nec intrantes, id est eos qui credere poterant propter fidem quæ à lege & à prophetis ante fuerat declarata de Christo, introire sinebant, omnino dissipantes principium consensus eorũ:& cum omni terrore & ferali audacia,quantum ad se omnes uolentes introire per ianuam, prohibebant ipsi eam cludentes. Huic simplici expositioni iungemus etiam hoc,de his qui peccant apud nos: quoniam omnes qui mala conuersatione suadent exemplũ peccandi in populo, & qui faciunt iniuriam eis qui adhuc sunt pusilli in Christo & imperfecti, & exanimantes & scandalizantes cludere uidentur ante homines regnũ cœlorum,& nec ipsi intrant, nec alios introire permittunt. Et hoc peccatum inuenitur quidem etiam in popularibus,maxime autem in doctoribus,qui docent quidem secundum iustitiam euangelij homines,non autem faciunt quæ docent,quia sunt mali pastores: & ideo non parcunt ouibus, neq; curant de salute earum, sed semper aspiciunt ad lucra ex hominibus uenientia sibi, pro eo quod uidentur pascere populum quum nõ pascant: & deprehenduntur in sordidis lucris & concupiscentijs gloriæ uanæ. Istæ enim sunt mercenariorũ mercedes, qui cludunt ante homines regnum cœlorum, nec intrant in illud, nec uolunt intelligere quod est dictum,Contendite intrare per angustum ostium:& quoniã super omnia certamina hoc est certamen, ut sit aliquis uim faciens & rapiens regnum cœleste: Ad eos ergo tales doctores conuenienter ista dicuntur: Nec uos intratis,nec intrantes sinitis intrare: maxime si uideamus eos uita sua mala, & superbia & conuitijs & auaritia, non dicam unum de pusillis,sed etiam quantum ad se,omnes in scandalum inducentes. Væ ergo illis qui cludunt regnum cœlorum ante homines,uel hoc modo,uel alio. Beati autẽ qui aperiunt illud,uel uerbo,uel opere suo bono,sicut ille qui dixit, Ostium mihi apertum est magnum & euidens:uel sicut cæteri apostoli aperuerunt. Et si quis fuerit imitator eorum, aperit regnum cœlorũ ante homines sua iustitia & ueritate & castitate & sapientia. Et quanto magis quis proficit pietate,tanto magis aperit ante homines regnum cœlorũ. Arbitror ergo omnes qui profitentur se in ecclesiam intrare, omnino aut cludunt regnum cœlorum ante homines malis conuersationibus suis secundũ quod peccant ipsi,aut aperiunt actibus bonis suis secundum quod iuste fuerint conuersati. Maxime hoc faciunt qui uidentur in ecclesia clariores, quales sunt episcopi, presbyteri, diaconi. Bene enim uiuentes,& bene docentes uerbum ueritatis, aperiunt ante homines regnum cœlorum:& dum ipsi intrant,alios prouocant introire.Mali autẽ qui non sunt pastores, sed mercenarij, cludunt regnum cœlorum ante homines, nec audiunt quod ait apostolus:Sed omnia sustinemus,ut non offendiculũ demus euangelio Christi.Est uere uidere multos doctores non permittentes intrare in regnum cœlorũ intrare cõcupiscẽtes, maxime quando sine iudicio & sine ratione nõ propter peccata quæ faciunt

Ioan.10

Matt.7

faciunt,excõmunicant quosdã,sed propter aliquem zelũ & contentionem prohibent intrare frequenter & meliores q̃ sunt ipsi.Et ipsi quidẽ non permittunt introire,illi autem qui sobrij sunt mente,& animo uigilãtes,uincentes sua patiẽtia & longanimitate tyrãnides eorũ,quãuis uetiti,tamen intrãt & hæreditant regnũ cœlorũ. Deinde uidea mus extra eos quos diximus,si possibile est etiã alios uidere qui cludunt & aperiũt regnum cœlorũ.Qui eñ digni habiti sunt,& idonei ad Euangeliũ exponendũ,& qui tales se prębent ut uere dicere possint,An experimentũ queritis eius qui in me loquitur Christus? aperiũt ante homines regnũ cœlorũ, quãdo altitudinẽ diuinorũ eloquiorũ quæ nõ de terris dicta sunt, sed de cœlo,& de sensu domini qui uenit ad homines cum omni manifestatione & ꝓbatione demonstrant:ita ut quantũ ad se est gẽtiles & barbaros,sapientes & insipientes inducere uelint ad pietatẽ Christi.Qui aũt per suã indociliatatẽ,& iniustitiã cũ multa temeritate seipsos dederunt ad professionẽ docendi priusq̃ discerent & cognoscerent ueritatẽ,& propterea fabulas uanas Iudaicas imitantes, tradunt corporales historias scripturarũ & non sensum spiritalẽ,aut uoluntatem earũ: & adhuc detrahunt eis qui Christo consurrexerũt,& quæ sursum sunt in scripturis requirunt,& nõ super terrã,nec in terrenis scripturarũ positã existimãt ueritatẽ:cludũt quantum ad se ante homines regnũ cœlorũ,cludentes illud iniustitia sua,& trahentes ad se eos qui poterãt audientes diuiniorẽ & maiorẽ doctrinã & altitudinẽ ueritatis intrare per cœlestes doctrinas,& per cõuenientes eis actus in regnũ cœlorũ.Huic expositiõi cõueniens est quod scribit Lucas: Væ uobis legisperitis,quoniã abstulistis clauẽ scientiæ,& ipsi nõ introistis,& alios intrãtes prohibuistis.Qui enim criminãtur expositionem allegoricã,& docere uolũt,quia manifesta est diuina scriptura,& nihil habẽs amplius q̃ textus ostendit,neq; diuiniorẽ aliquẽ sensum,& de circũcisione,uel de pascha, uel de azymis,uel de escis & potibus,uel de festiuitatibus,uel de neomenijs,uel de sabbatis,& nõ respiciunt,quoniã in ostensione & umbra futurorũ tunc seruiebant Iudæi, legispertiti quidẽ sunt,tamẽ tulerũt clauẽ sciẽtię quantũ ad uerbũ suum,id est, omnem legis uiam ad intelligenda legitima auferentes: ꝓpterea nec ipsi intrauerunt,nec alios quantum ad se intrare permiserunt. Væ uobis scribæ & Pharisęi hypocritæ,qui circuitis mare & aridã ut faciatis unum ꝓselytũ:& cum fuerit factus,facitis eum filium gehennæ duplo q̃ uos estis.] Hæc conuenienter dicunt post aduentũ Christi ad scribas & pharisæos Iudaicorum uerborum,qui diligenter circumeunt plurima loca mũdi, ut aduenas Iudaizare suadeant. Quicunq; eñ post saluatoremiudaizant,docentur imitari affectum eorum qui dixerunt in illo tempore:Crucifige,crucifige eum. Et iterum: Tolle,tolle à terra huiusmodi. Docent aũt & accusare eum,sicut tunc accusabãt sacerdotes plebis.Est aũt eos uidere usq; nunc,cum iudicat latro,& testimonium dat ueritati Christianus,uolẽtes magis absolui imitatorẽ Barabbæ q̃ Christi discipulũ. Quæ omnia non simpliciter faciunt proselytũ filium gehennæ,sed sicut scriptum est dupliciter super Scribas & Pharisæos,qui ꝓselytum eum fecerunt.Sed dicet aliquis in hoc loco: Quomodo discipulus ꝓselytus eis qui nunc sunt Scribæ & Pharisęi miserabiles constituti,non ęqualiter efficitur filius gehennæ doctoribus suis,sed dupliciter? Dicit enim quoniã debebat minus fieri gehennæ filius:aut si forte, pro dimidia parte ei qui fecit proselytum eum. Aut si & aliquis cõcedat ut sit discipulus sicut magister eius,debebat discipulus æqualiter magistro suo fieri filius gehennæ.Arbitror ergo omnem hominẽ qui ex conuersatione gentili Iudęorũ factus est proselytus,filiũ gehẽnæ fuisse & priusq̃ proselytus efficiat.Sufficiens est eñ etiã uita idololatrijs subdita, facere hominem filiũ gehennæ.Talem ergo filiũ gehennę saluat quidẽ & liberat ꝑ lauacrũ baptismatis sermo domini nostri Iesu Christi,dans ei potestatẽ fieri filium dei,& uiam ei ostendens ut efficiat filius dei patris qui est in cœlis.Sermo aũt Iudæorum non credentium Christo,non solũ gentilem non soluit à gehenna,sed adhuc addit illi damnationis numerũ, ut etiã secundũ Iudaismũ fiat filius gehennæ.Et sic facit Scriba uel Pharisęus filium gehennę alterũ plusquã se,nõ quia ipse dupliciter facit,sed quia cũ factus fuerit homo dupliciter filius gehennę per doctrinã doctoris efficit:& sic fit ille qui docuit causa secũdi erroris illius,ut fiat dupliciter filius gehennæ supra illum qui male docuit eũ. Alius autem dicit alio modo:quoniã qui ab initio nutriti sunt in lege Moysi,iam sunt filij gehennæ

Luc.11

Matt.27

Universidad de Deusto
Biblioteca

hennæ, propterea quod nõ crediderũt in Christũ. Qui aũt gentilem reliquerũt uitã semel iudicãtes relinquere idololatriã, in qua fuerant enutriti, & apprehenderũt Iudaicã uitã, duplici pœna sunt digni, qui nõ cũ requisitione reliquerunt, neq; discutere uoluerunt Iudaicum uerbũ, & ipsum quod uideẽ Iudaico uerbo esse cognatũ, id est professionem Christianorũ: nec scrutati sunt ab eis qui utranq; sectam idonei sunt docere, ut intelligerẽt quod uerbũ uerius essẽt, & potius eligẽdũ. Simul dicimus ex hoc loco, quoniã & eorũ qui in gehenna futuri sunt, erit differentia tormentorũ: quoniã alter quidẽ est simpliciter filius gehennæ, alter autẽ dupliciter. Sed & hoc uidere oportet, si adhuc abundantius fiat aliquis filius gehẽnæ, utputa tripliciter uel multipliciter secundũ multitudinẽ peccatorũ: & si generaliter est fieri aliquẽ filiũ gehẽnæ, utputa Iudęũ, uel gentilem, aut cuiuscũq; falsi dogmatis professorẽ, aut & specialiter, ut per singulas species peccatorũ fiat quis filius gehennæ: utputa qui fornicaẽ sit filius gehennæ: & qui adulte
Luc. 6 ratur, dupliciter sit: & qui furtũ facit, adhuc tripliciter, secundum quod scriptũ est: Qua mensura mensi fueritis eadẽ mẽsura metieẽ uobis: ut iustus quidem secũdum numerũ multiplicẽ in gehenna. Quæ sit aũt hæc gehenna, & in quo loco scripturarũ prius est nominata, qui potest requirat, maxime in diuisione hęreditatis Iesu filij Naue, ubi interdum quidem appellaẽ uallis filiæ Nom, interdum aũt uallis Enon quæ est in gehenna. Gehenna enim est uallis. Et obseruet, quoniã sicut Hierusalẽ sors est tribus Beniamin, & aliæ quædã ciuitates electæ uel uici, sic & gehenna. Consequens aũt est ei qui cognoscit quæ sit Hierusalem in diuisione ueræ hæreditatis filiorũ Israel, ut intelligat sermonem de gehenna. Qui aũt legit diligẽter Iesum Naue, uideat & qui uici referuntur illic uicinare ualli ei quæ dicit gehenna. Hæc prolixius & manifestius tradere per atramentum & calamũ & chartã uisum mihi est nõ esse cautum: utinã & hæc ipsa quæ dicimus non uideamur temere & periculose dixisse. Vę uobis duces cęcorũ qui dicitis: Quicunq; iurauerit per templũ, nihil est. Qui autẽ iurauerit per aurũ templi, debet. Stulti & cæci: quid enim maius est? aurũ, an templum quod sanctificat aurum? Et quicunq; iurauerit per altare, nihil est: sed quicũq; iurauerit per donũ quod super illud est, debet. Stulti & cæci: quid enim maius est? donum, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat per altare, iurat per illud, & in omnibus quæ sunt super illud. Et qui iurat per templum, iurat per illud, & per eum qui habitat in ipso. Et qui iurat per cœlũ, iurat per thronum dei, & per sedentem super eum.] Per hoc quoq; uerbũ criminaẽ traditiones pharisæorũ, quasi non rectas. Hoc facit & in eo loco ubi uituperat traditiones pharisæorũ factas aduersus dei mandatũ, quod positũ erat de honore patris uel matris. Dicentibus
Matt. 15 enim pharisæis, quicunq; dixerit patri uel matri, donum quod ex me, tibi proderit, non honorabit patrẽ suum. Post quæ addit & dicit: Irritũ feciſtis mandatum dei, ut statuatis
Isa. 29 uestrã traditionem. Et profert Esaiæ exemplũ dicens: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ longe est à me. Sine causa aũt colũt me, docentes doctrinas, & mãdata hominum. Vna autẽ ex pharisaicis traditionibus erat talis de iurantibus, quoniã quidam quidem per templum iurabãt, alij autem per aurũ templi: item alij per altare, alij per donum altaris: & dicebant debitorem esse eum qui per aurũ templi iurauerit, aut per donum altaris: eum autem in nulla re obnoxiũ esse, qui iurauerit per templum, uel per altare. Ideo ergo aduersus eiusmodi traditiones loquẽs Iudæis saluator, & uolẽs eos corrigere ab humanis traditionibus ad diuina mandata, dicit quoniã cæci & fatui sunt qui talia tradunt, non uidentes quoniã omne quod positũ est in templo, nõ per ipsum sanctificatum est, sed per templũ. Sic & quod positũ est super altare, donum iam dei esse iudicaẽ ex eo quod super altare susceptũ est. Si ergo causa sanctificandi auri templum est, & sanctificãdi doni altare, quomodo nõ uideaẽ fatuum, hunc qui iurat per sanctificantem non esse reum, qui autem per sanctificatum iurauerit, reum uideri? quasi melius sit quod sanctificatur, quàm quod sanctificat. Ita quoniã Iudæi consuetudinem habent & per cœlum iurare, præcedentibus addidit etiã hoc ad reprehẽsionem eorũ, qui facilius iurabant per cœlum q̃ per deum: quoniam similiter irrationabiliter agit qui iurat per cœlum, sicut qui iurat per templum uel altare: quoniã qui iurat per cœlũ, & per sedentem super eum iurare uidetur: & non sicut arbitratur euadit periculum ex eo quod nõ per ipsum

per ipsum deũ iurat, sed per thronũ dei. Et hæc loquitur ad Iudæos, prohibẽs homines pharisæorũ attẽdere traditionibus. Alioquin manifeste superius uetuit omnino iurare. Si aũt oportet quasi in talibus euãgelij agri absconditũ, & nõ à quibuscunq; cõprehensibilem sensum scripturæ, uel ex parte altius publicare, dicendũ est: Omne iuramẽtum colligatio est & cõfirmatio uerbi de quo iuratur. Iuramẽtum ergo esse intelligendũ est omne testimoniũ scripturarũ quod profertur ad confirmationẽ & colligationẽ nostri uerbi quod loquimur: ut sit quidem templũ gloriæ dei omnis scriptura diuinitus inspirata, aurum aũt positus sensus in ea. Debemus ergo ad testimoniũ omniũ uerborũ quæ proferimus in doctrina, proferre sensum scripturæ, quasi confirmantẽ quẽ exponimus sensum. Sicut enim omne aurũ quodquod fuerit extra templum non est sanctificatum: sic omnis sensus qui fuerit extra diuinã scripturam, quamuis admirabilis uideatur quibusdam, non est sanctus, quia non continetur à sensu scripturæ, quæ solet eum solũ sensum sanctificare, quem habet in se, sicut templũ propriũ aurũ. Non ergo debemus ad confirmandã doctrinam nostram nostros proprius intellectus iurare, & quasi testimonia assumere quos unusquisq; nostrũ intelligit, & secundũ ueritatem existimat esse, ni ostenderit eos sanctos esse, ex eo quod in scripturis cõtinentur diuinis, quasi in tẽplis quibusdam dei. Stulti ergo & cæci omnes qui non cognoscũt quoniam templũ, id est lectio scripturarũ, magnum & uenerabilẽ facit sensum, sicut aurũ sacratũ. Adhuc autẽ uide, ne forte secundũ similitudinem templi & auri positi in templo, intelligere debeamus altare, & donũ quod positũ est super altare. Altare ergo quod uotũ sanctificat, est hominis cor, quod principale habetur in homine: Vota aũt & dona quæ ponuntur super altare, omne quod superponitur cordi. Vtputa proponis orare, uotũ orationis posuisti super cor tuũ, quasi super quoddã altare, ut orationẽ offeras deo. Proposuisti psallere, uotũ psalmorũ posuisti super cor tuũ, quasi super quoddã altare, ut offeras deo uotum psalmorũ. Proposuisti eleemosynas facere, uotũ eleemosynarũ posuisti super cor tuũ, quasi super quoddam altare, ut uotũ eleemosynarũ offeras deo. Proposuisti ieiunare, uotũ ieiunij posuisti super cor tuum, quasi super quoddã altare. Venerabile ergo & sanctum facit omne uotũ hominis cor eius, ex quo uotũ deo offerẽ. Ideo nõ potest honorabilius esse uotum q̃ cor hominis, ex quo trãsmittitur uotũ. Cæcus est ergo omnis homo qui uidet aut eleemosynas alicuius magnas, aut psalmos, aut preces magnas, aut ieiunia, & sine iudicio beatificat illa, & non cõsiderat ex quali corde eleemosynæ offeruntur, uel psalmi, uel preces, uel ieiunia offeruntur. Altare est enim cor quod sanctificat uotũ eius qui mundi est cordis. Si enim cor & conscientia hominis non compũgit, fiduciã habet ad deũ, non propter dona sua, neq; uerba orationis uel psalmi, quãuis uideantur bene cõposita, & de scripturis electa, sed quia (ut ita dicã) altare cordis sui bene cõstruxit. Qui ergo testem altare, id est cor principale & conscientiã assumit, iurat per altare, complectens omnia quæ continentur in eo. Et qui iurat secundum quod tradidimus per templũ, idem per scripturã iurare uidetur, & per uerbũ sensumq; dei qui continetur in ea. Tertium aũt est ut dicamus, quoniam super templum, id est super omnem scripturã, & super altare, id est super omne cor, est intellectus quidã super intellectum omnium scripturarum, & super omne cor, qui super cor hominis nondũ ascẽdit, qui moraliter appellatur cœlum, & thronus iam nõ gloriæ dei quemadmodũ templũ, sed dei ipsius. Templũ enim gloriæ dei, templum est in quo per speculum uidemus in ænigmate: Cœlum autem, quod est super templum ipsius dei, in quo thronus est dei, in quo est considerare facie reuelata quum uenerit quod perfectum est, faciem mysteriorũ ueritatis sedentiũ in huiusmodi cœlo. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethũ & cyminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci liquantes culicem, camelum autem glutientes.] Hic sermo opportuno tẽpore est dicendus eis, qui circa res quidem minimas religionẽ ostendunt ad deũ: circa res aũt magnas & necessarias contemnunt mandatũ, & deum ipsum qui ea mãdauit. Talia & apud Iudæos fiebãt, qui arbitrabaẽ se legẽ Moysi seruare, qui præcipit ex omnibus fructibus decimas dare Leuitis & sacerdotibus. Ita quoniam facile erat implere legẽ in minimis, mentham quidem & anethum & cyminum decimabãt, & omnia ut ita dicam

minima

Universidad de Deusto
Biblioteca

minima,& quæ leuia erãt legis:grauia aũt eius non obseruabant, id est iudiciũ & misericordiam & fidem.Iudiciũ quidem, ut unusquisq; iusto iudicio de omnibus iudicaret,
Osee 6 non de quibusdam,& acquiesceret ei qui dixit:Misericordiam uolo & nõ sacrificiũ:ut sacrificia misericordiarũ deo offerret,ut discutiẽs ea quæ fidei sunt, esset fidelis.Sed quoniam cõueniens erat,ut audientes quidã de decimandis rebus minimis dominũ ista loquentem,contẽnerent minimarũ rerũ decimationẽ, sapienter addidit dominus dicẽs: Et hæc oportuit facere,hoc est iudiciũ & misericordiã & fidem,& illa non omittere, id est decimationẽ menthæ & anethi & cymini. Et dicit eos qui talia agũt scribas & pharisæos,qui omittũt grauiora legis,& decimant contẽptibilia fructuũ,duces esse cæcos. Et sapienter dicit eos tales liquare,id est expellere à se minima delicta,quæ culices nominauit:glutire aũt,id est cõmittere maxima delicta,quæ nominauit camelos, animalia uidelicet tortuosa & grãdia.Secundũ hos itaq; sermones, omnis homo qui omittit grauiora legis,maxime iudiciũ & misericordiã & fidem,camelum glutit. Non solũ aũt apud ludæos,sed etiã apud nos,multos est inuenire peccata huiusmodi peccãtes & glutiẽtes camelos,in eo quod maxima delicta cõmittunt: & oportet huiusmodi homines frequenter considerare quomodo in rebus minimis religionẽ suam ostẽdant. Et bene eos hypocritas appellat. Volentes enim religiositatẽ acquirere corã hominibus, nolũt suscipere religiositatem illam quam deus iustificauit. Fugiẽdæ sunt ergo nobis scribarum & pharisæorũ simulationes hujusmodi,ne uæ illud etiã nobis cõtingat quẽadmodum & illis.Existimo autem omnes moraliter scribas dici, qui amplius nihil existimãt positum in scripturis,q̃ simplex sermo scripturæ demonstrat,sed adhuc contẽnunt eos qui scrutant altitudinem dei.Similiter pharisæi sunt omnes qui iustificãt semetipsos & diuidunt se à cæteris dicẽtes,noli mihi appropiare,quoniã mundus sum. Interpretãtur aũt pharisæi secundũ nomen phares,diuisi, qui seipsos à cæteris diuiserunt.Phares aũt dicitur hebraica lingua diuisio.Si aũt oportet in eiusmodi euangelij uerbis etiã moralẽ assumere intellectum,sciendum est:quoniã sicut mẽtha & anethũ & cyminũ ciborum sunt conditura,non ipsi principales cibi:sic in cõuersationibus nostris quædã quidem sunt principalia,& necessaria ad iustificationẽ animarũ nostrarũ, qualia sunt hæc grauia legis,iudiciũ & misericordia & fides.Alia aũt quasi cõdientia actus nostros, & cõmendantia eos,& suauiores eos faciẽtia,utputa abstinẽtia risus, ieiuniũ, flexio genuũ, permãsio in collectis,assiduitas cõmunicationis,& alia his similia, quæ nõ ipsę iustitiæ sunt,sed condituræ iustitiarum habentur.Res autem spiritales quæ à semetipsis iustitię sunt,dicunt iudicium & misericordia & fides.Turpe est ergo in ijs minimis obseruare, quod est decimare:rerũ aũt necessariarũ obseruationes nõ offerre deo,id est non decimare.Qui aũt hæc agunt & docent sicut & priores,duces sunt cæci.Quomodo autem non existimentur cæci quos latet magnitudo & tortuositas camelorũ,id est actuũ peruersorũ:nec uidẽt quoniã nihil prodest liquare, & cautũ esse discussorẽ in rebus minimis, quũ principalia & uere ad gloriã dei pertinentia negligãtur? Quoniã ergo multi sunt & in nobis,qui circa res leues caute uiuere existimãtur, circa res aũt necessarias cõtemnunt seipsos,huiusmodi homines sermo præsens cõfundit, non quidem leuia illa prohibens obseruare,sed principalia & magis salutaria præcipiens cautius custodire.Omnia ergo liquat,qui in omnibus quęcunq; agit uel loquit uel cogitat,segregat quod est sordidum & terrenum,& nõ diuinis rationibus adornatum, ab his quæ natura lucida
1 Cor. 5 sunt & syncera & iusta,secundũ eum qui docet:Epulemur non in fermento malitiæ & nequitiæ,sed in azymis syncerit atis & ueritatis.Inuenies aũt multos qui credere existimantur,non liquatos sermones & actus & cogitationes habentes.Propterea sicut fœnum carnalia eorũ acta ignis comedet,crucians etiã animã simul cum corpore propter cõcreta ei delicta corporalia.Sicut enim nõ est possibile superfluitates corporib.innatas sine magno dolore & cruciatib.amputare ab eis qui patiunt:sic nec cõmissa carnalia ab eis,q (ut ita dicã) animas suas carnes fecerũt.Propterea dictũ est de talib. animaGen. 6 bus:Nõ permanebit spiritus meus in hominib.istis,qm̃ carnes sunt. Vę uobis scribę & pharisæi hypocritę,qui emũdatis quod foris est calicis & paropsidis, intus aũt pleni estis rapina & intẽperãtia & dolo.Pharisæe emũda prius q̃d intus est calicis & paropsidis,ut fiat id q̃d foris est mundũ.] Hic sermo nos instruit,ut festinemus esse iusti,nõ apparere

parere.Qui enim studet ut appareat iustus,quæ à foris sunt mũdat,& quæ uidentur curat:cor aũt suum & conscientiã negligit,non cõsiderans:quoniã qui studet ea quæ intus sunt & cogitationes suas studet mundare,cõsequens est,ut etiam ea quę à foris sunt studeat facere munda.Si quis aũt ea quæ uidentur studet, negligit aũt interiora animæ suæ,necesse est,ut huiusmodi homo impleat ab intus auaritia,lasciuia,malignitate,cæterisq; plurimis malis.Quoniã omnis qui de salute sua solicitus est,quod est ab intus,& de opinione solicitus est,quod est à foris:non aũt omnis qui de opinione solicitus est à foris,etiã de salute sua solicitus est ab intus. Vtputa scriptum est:Qui uiderit mulierem Matt. 5
ad concupiscendũ eã,mœchatus est in corde suo.Iste ergo qui abstinet se ab opere fornicationis,fornicatur aũt in concupiscentia cordis sui, mundauit quod à foris est calicis & paropsidis aut catini:ab intus aũt intemperantia plenus est. Sed & qui facit eleemosynas ut gloriã ab hominibus consequatur,mundare quidem uidet quod à foris est calicis & paropsidis faciens eleemosynas corã hominibus:ab intus aũt plenus est cupiditate gloriæ.Et quicquid boni fecerit homo nõ ex cõscientia mũda propter deũ,à foris quidẽ mundus uidetur, ab intus aũt plenus est malis. Sed & omnes falsi dogmatis professores calices sunt à foris,quasi mũdati propter speciẽ religionis quã simulant, ab intus aũt pleni rapina,seductione,quibus rapiũt homines ad errorẽ,& lupi rapaces sub pellibus ouiũ latitantes & deuorantes animas simplices, qui uidere eos nõ possunt lupos esse rapaces,propter ouiliũ pelliũ tegumẽtum.Si oportet aũt omnia in sermonibus Euãgelicis moraliter cõsiderare,uidendũ est,quare apud Matthęũ quidẽ à foris calicis & paropsidis scribæ & pharisæi mũdare dicuntur: apud Lucam autem calicis & catini Luce 11
mentio fit. Vterq; ergo uasa ponũt cibi & potus, & calicem quidem ambo nominant, qui est ad potũ:paropsidem aũt non ambo,sed ille quidem catinũ, hic aũt paropsidem: utrunq; tamen uas cibi habetur.Ergo secundum utrunq; Euangelistã est aliquis spiritalis potus & spiritalis cibus,quẽ appetimus in sermonibus scripturarũ legis & prophetarũ.Omnis itaq; sermo per quẽ potamur spiritaliter, uel omnis narratio per quã enutrimur,uasa sunt potus & cibi.Ammonemur ergo,ut non curã habeamus sermonũ uel narrationũ quæ foris sunt,sed quæ ab intus sunt:ut cor nostrũ sensibus mundis potatorijs & enutritorijs impleat,& non uerbis, neq; cõpositionibus eorũ ornatis: quia non in sermone est regnũ dei,sed in uirtute. Vtputa qui studet cõpositũ proferre sermonẽ magis q̃ salutari sensu repletũ,calix narrationis eius à foris mundatus est, ab intus aũt sordibus uanitatibusq; repletus.Vnde Paulus qui non solebat à foris calicis & paropsidis mundare,sed ab intus,imperitum se confitetur sermone,sed nõ scientia: & erat sermo ipsius rusticus quidem,tamen mũdus propter scientiæ munditiam.Illi autem qui in sapientia uerbi loquebantur,& per hoc Christi crucem euacuabant,à foris quidẽ mundos præbebant sermones suos, ab intus autem immunda scientia plenos, & rapinis & intemperantia uitæ.Item qui audiens uerbum,aut aliquam legis scripturã, cõpositionibus eius exterioribus magis quàm interioribus & salutaribus sensibus delectatur:calicem uel paropsidem diligit à foris mundatũ,ab intus aũt sordidum. Si oportet autem & tertiam cognatã prioribus superinducere expositionẽ, dicimus quoniã literæ legis & prophetarũ calices spiritalium potuũ animæ, & paropsides necessariarũ escarũ sunt fidelium hominũ,uel catini ciborũ sapienter conditorũ: quorũ calicũ, & paropsidum, & catinorũ legalium uel propheticorũ,scribæ quidem & pharisæi student sensum exteriorem atq; uulgarem,& hunc mundum & sanctũ demonstrare festinant.Discipuli aũt Christi sensum interiorem & spiritalẽ mundare festinant,& sanctificare scientia & demonstratione probabili:ut ab intus mundatã legẽ & prophetas manducent & bibant, interiorem et mysterialem sensum audire & suscipere cõcupiscentes, & trãscendentes sensus exteriores uerborũ.Bonũ est ergo ab intus caute mũdare calicis uel paropsidis uel catini,quia ei qui mundauerit primũ quod ab intus est calicis,fiunt etiã ea quę foris sunt uere mundata:& tunc inueniuntur uasa sermonũ munda,quando manifestati fuerint ueri & spiritales sensus eorũ. Vę uobis scribæ & pharisęi hypocritę,quia similes estis sepulchris dealbatis,quæ à foris quidẽ parẽt speciosa, intus uero plena sunt ossib. mortuorũ & omni spurcitia:sic & uos à foris quidẽ paretis hominibus iusti,ab intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.] Sicut eñ superius ab intus pleni sunt rapina &

intem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

intẽperantia, similiter & hic pleni sunt hypocrisi & iniquitate, quę cõparantur ossibus mortuorũ, immunditiæ uniuersæ. Hypocrisis enim cum sit aliqua simulatio boni, nihil quidem habet uitale ex eo bono quod simulat. Ossium autem (ut sic dicã) uirtutis illius quam simulat mortua iustitia est, aut castitas. Si enim sapienter audiamus quod uult ostendere sermo præsens, intelligimus quod omnis iustitia simulata, mortua iustitia est. Sicut homo mortuus uidetur quidẽ homo, sed nõ est homo: sic & mortua castitas, nec castitas est. Mortua aũt, quæ non propter deũ, sed in simulatione propter homines sit. Et quemadmodum est in mimis qui personas suscipiunt aliquorũ, & nõ sunt ipsi quos simulant, sed uidentur: sic qui iustitiã simulat, simulata iustitia eius nõ est iustitia, sed uidetur. Est enim non iustitia, sed figmentũ iustitiæ. Sic & in seductione, castitas ficta nõ est castitas, sed uidetur. Propter quod bene assimilãtur huiusmodi homines sepulchris dealbatis. A foris uidentur iusti in conspectu eorũ qui nesciunt interiora considerare: ab intus autem pleni sunt ossibus mortuorũ. Tanta sunt ossa in eis & immũditiæ, quãta opera simulantur bona ex malo affectu: & uidentur à foris iusti coram hominibus; non eis quos scriptura deos appellat, ad quos factum est uerbum dei, sed coram eis qui sicut homines moriuntur. Et malum quidem esset, uel unũ ossium mortui habere intus in se, uel immũditiam aliquã unam. Nunc aũt uide exaggerationem scripturæ de malitia hypocritarum. Sicut enim sepulchra plena sunt ossibus & immũditia omni, sic & illi pleni sunt hypocrisi & iniquitate, non in una aliqua re simulantes, neq; in conspectu unius in omni uita sua, uel duobus uel tribus, quamuis & hoc esset pessimum malũ: sed omnibus diebus uitæ suæ in simulationibus uiuunt, & aliud quidem sunt, aliud aũt esse putantur. Sunt lasciui quidam ab intus, à foris autem castos se esse ostendunt, simulatores castitatis, & uirginitatis fictores. Et alij simulatores iustitiæ, quum sint ab intus iniqui: & alij aliarum uirtutum simulatores existũt, cum sint ab intus cõtrarijs uitijs pleni. Sunt quidam & martyrij simulatores: quidã autem episcopatus uel presbyteratus, uel diaconatus, uel ecclesiasticæ scientiæ uel doctrinæ, tantum personas & ostentationem uirtutum habentes, uere autem sunt inimici earundem uirtutum quas simulant:

Tractatus XXVI Cap. XXIII

N illo tempore: dixit Iesus turbis Iudæorum & principibus sacerdotum:
Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ qui ædificatis sepulchra Prophe-
1 tarum, & ornatis monumenta iustorũ, & dicitis: quia si fuissemus in die-
bus patrũ nostrorũ, non essemus socij eorũ in sanguine Prophetarũ. Itaq;
testimoniũ redditis uobis, quia filij estis eorũ qui occiderũt Prophetas. Et
uos implete mensuram patrũ uestrorũ. Serpentes generatio uiperarũ, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo ecce ego mitto ad uos Prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex illis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatẽ, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effunditur super terram.] Quantũ ad primã faciem pertinet textus, nõ satis rationabiliter cõminari uidetur aduersus eos qui ædificant sepulchra Prophetarũ, & ornant monumẽta iustorum. Quantũ ad hoc enim solum, laudabile aliquid faciebant, quia sepulchra Prophetarũ ædificabãt & ornabãt monumenta iustorũ, operibus patrũ suorũ quibus ausi sunt contra Prophetas & sanctos nõ consentientes, maxime in eo quod dicũt: si fuissemus in diebus patrũ nostrorum, nõ essemus socij eorũ in sanguine Prophetarũ. Quomodo ergo digni erant suscipere uæ? Si aũt dicit aliquis: quantũ ad opus quidem illud, & professionem uerborũ suorũ nõ erãt rei: propter illud aũt quod testimoniũ sibi reddebant, esse se eorũ filios qui occiderunt Prophetas, culpabiles erant: quod nec ipsum uerũ est. In re enim quæ ex arbitrio hominis non contingit, quomodo potest homo fieri reus? Non enim ex arbitrio uniuscuiusq; hominis est, cuius sit filius, boni uiri, aut mali uiri. Ergo neq; propter illud quia ædificabãt sepulchra Prophetarũ, & dicebãt, si fuissemus in diebus patrũ nostrorũ non essemus rei, uel rei erant, uel innocentes: sed quia rebus ipsis & similitudine facinorũ testimoniũ sibi reddebant esse se filios eorũ qui occiderũt Prophetas, implẽtes mensurã patrũ suorũ, & adhuc adijciẽtes quod fuerat minus, supplentes interfectionem Prophetarũ atq; iustorũ interfectione Christi filij dei. Propter quod

quod possibile non erat qui huiusmodi actu detinebantur obnoxij, fugere à iudicio gehẽnæ. Quibus nec suffecit sanguis Christi, sed adhuc illos prophetas & scribas qui fuerũt missi à Christo, interfecerũt, & crucifixerũt, in synagogis suis flagellauerũt & persecuti sunt de ciuitate in ciuitatẽ. Pro quibus omnibus homicidialibus cõmissis, iustum fuerat eos pati excidium Hierusalem, captiuitatem populi, patiẽtia dei magnitudinem & multitudinem facinorũ eorum ulterius non sustinente. Venit autem in generationẽ eorum qui impleuerant mensurã patrum suorũ, & superposuerunt Iesu Christi prophetas, & sapientes & scribas, omnis sanguis iustus qui effunditur super terram à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, cuius interfectionẽ imputat scribis & pharisæis, quasi non esset interfectus à patrib. eorũ, sed ab ipsis illis. Sic enim scriptum est: Quem occidistis inter templum & altare. Non autem possunt qui exprobran- Matt. 23
tur à Christo dicere: Zachariã filium Barachiæ unũ fuisse ex prophetis duodecim, quorum scripta habemus in manibus: sed Zachariã dicit patrem Ioãnis: de quo per scripturas quidem canonicas ostendere non possumus, nec quoniam filius fuit Barachiæ, nec quia scribæ & pharisæi interfecerunt eum inter templũ & altare. Sed uenit ad nos quædam traditio talis, quasi sit aliquis locus in templo ubi uirginibus quidem consistere licet, & orare deum: expertę autem thorum uirilem, non permittebãtur in eo consistere. Maria autem postquã genuit Saluatorem, ingrediens adorare stetit in illo uirginũ loco: prohibentibus autem eis qui nouerãt eam iam filium genuisse, Zacharias stetit, atq; dixit prohibẽtibus eam, quoniã digna est uirginũ loco, cum sit adhuc uirgo. Ergo quasi manifestissime Zachariã aduersus legem agentem, & in loco uirginum permittentem stare mulierẽ, occiderũt inter templũ & altare uiri generationis illius. Tamen eos qui huiusmodi traditioni non credunt, exigamus rationem quomodo nõ quasi filios eorũ qui interfecerunt prophetas etiã Zachariam exprobrat Iesus propter Zachariam, sed quasi qui ipsi occiderunt Zachariam inter templum & altare. Si ergo uerum est uerbum Christi quod dicit ad præsentes tunc pharisæos & scribas: Quẽ uos occidistis, inter templum & altare, non est possibile illum intelligi Zachariam, qui est ex duodecim unus. Nec tamen est mirũ si cõtigit eiusdem nominis esse & utrunq; Zachariam, & patres eorum. Tale aliquid dicere uult sermo quẽ loquitur Christus: quoniã uos qui à sanguine prophetarũ excusatis, & dicitis, si fuissemus in diebus patrũ nostrorum non essemus socij eorũ in sanguine prophetarũ: & ædificatis sepulchra prophetarũ interfectorum: per hæc ipsa quæ ausi estis aduersum me, testimoniũ redditis uobis, quoniã homicidarum patrũ uestrorum filij estis: quod minus fuerat iniquitatibus eorum, per meũ & meorũ prophetarum sanguinẽ adimplentes. Nec enim Christum illi crucifixerunt, uos autem crucifixistis adimplentes, & facti earum uiperarum qui interfecerũt prophetas generamina, serpentes pessimi, uiam fugæ à iudicio gehẽnæ uobis ipsi claudẽtes propter magnitudinem facinorũ quæ cõmisistis in Christũ, & in sapientes eius, & in prophetas, & in scribas ipsius, & adhuc ausi estis à societate patrũ uestrorũ discũgere uos, & excusare à sanguine prophetarum. Sed consequens est, ut aliquis qui secundum similitudinem historiã scripturæ intelligit, obijciat, & requirat, quare non dixit usq; ad sanguinem Ioannis filij Zachariæ: maxime cum lex & prophetæ usq; ad Ioannem prophetauerint. Dicemus ad eũ quoniã manifesta est res, quod scribæ & pharisæi nõ occiderunt Ioannem, sed Herodes. Nam etsi non crediderunt Ioanni scribæ & pharisæi, ut scriptũ est: Si dicimus, baptismus Ioãnis de cœlo est, dicet nobis, quare ergo nõ credidistis ei? tamen adhuc reuerentiã quandã habebãt nominis eius, nõ audentes aduersus interrogationẽ dicere Christi de baptismate ipsius quod ex hominib. erat. Timebãt enim populũ, credentes quoniã uere Ioannes erat propheta. Quomodo ergo improperaret eis qui nõ occiderũt Ioannem, quasi interfectoribus eius? Sed improperauit quasi interfectoribus Zachariæ dicens: Quẽ occidistis inter templũ & altare. Adhuc in textu dicendum est, quia nõ statim ut factum fuerit peccatũ, punit peccãtiũ generatio, sed cũ subsequens generatio debens emendare in se peccatũ patrum suorũ, adhuc adiecerit peccatis patrũ suorũ peiora: & sic si multæ generationes peccauerint in gẽre aliqua, uel in ciuitate, punit gens, uel destruitur ciuitas. Sic ergo & gens Iudeorũ multa inferens ma-
la prophetis, non ut cœpit homicidiũ cõtra eos statim fuerat puniẽda, sed post patien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam dei,postq̃ addiderunt super sanguinem prophetarũ sanguinem Christi, & implerunt mensurã patrũ suorũ,tunc dignius sunt puniti. Non ergo peccatũ quod peccauit Cain interficiens fratrẽ suũ, aut peccatũ eorũ qui interfecerunt prophetas,suscepit hæc generatio ludæorũ,quæ fuit in tẽpore Christi:sed oportebat patientiã dei quę fuit in gente ludæorũ finiri mẽsuris, ut post multas effusiones sanguinis prophetarũ & iustorum,nõ desolata prius Hierusalem & ludęa,hoc patereť postea in sanguine Christi, & propter hoc lõganimiter deo agẽte,ut accipiãt scribæ & pharisæi,populo cõplacente,sanguinẽ prophetarũ Christi,& secundũ euangeliũ sapiẽtium & scribarũ quos occiderunt,& crucifixerunt,& castigauerũt in synagogis suis, & persecuti sunt de ciuitate in ciuitatẽ:ut eiectis omnibus de ludęa,desoletur locus euacuatus ab omnibus sanctis, & patiatur quæcunq; sunt passi à Vespasiano & Tito. Hæc corporaliter exposuimus. Si autem & moraliter hæc ipsa oportet exponere,talia dicemus in loco. Arbitror sicut Christus celatus uenit in corpore, ut à carnalibus quidẽ speciẽ corporis eius aspicientibus,& non uirtutes cõsiderantibus homo uideretť:à spiritalibus aũt non speciem corporis attendentibus,sed opera uirtutũ eius considerãtibus, deus intelligať:sic est omnis scriptura diuina incorporata,maxime aũt ueteris testamẽti. Spiritalis enim & propheticus sensus scripturæ celatus est in historia rei propositæ: ut omnis scriptura à mediocribus quidẽ secundũ historiã intelligať,à spiritalibus aũt & perfectis secundũ mysteriũ spirituale. Hac præmissa prefatione redeamus ad uerbũ. Quoniã sicut in ipsis prophetis recedẽtibus ab hac uita, corpora quidem eorũ erant in sepulchris,animæ autem & spiritus in regione uiuorũ:sic & in propheticis dictionibus est animaduertẽdum: ut narratio quidem eorũ secundum historiã simplicem sit corpus:spiritalis autẽ sensus, & ipsa scripturarũ intima ueritas sit anima, & spiritus qui inhabitat in narrationibus simplicioribus secundũ historiã. Sepulchra aũt prophetarũ non incõuenienter possumus existimare literas ipsas scripturarum,& libros,in quibus collocata narratio permanet, quasi corpus aliquod positũ in sepulchris. Qui ergo spiritalia scripturarũ,& ueritatẽ earum interius celatã intelligũt,& suscipiunt,habent in se animas & spiritus prophetarũ, ipsi quasi regio uiuentiũ prophetarũ effecti. Qui aũt illa nõ capiunt,neq; requirunt,sed simplicẽ narrationẽ,& historiã rei solam attendunt,corpora prophetarũ colunt in literis posita,& in libris quasi in quibusdã sepulchris,quales fuerunt & pharisæi, qui recte pharisæi sunt appellati,id est præcisi:qui spiritalia prophetarũ à corporali historia præciderũt,quasi animã prophetarũ expellentes à corpore,& occidẽtes ipsas prophetias, & exanimes facientes quasi nihil spiritale habentes. Et uere hypocritæ sunt sola sepulchra prophetarũ corporalem historiã cõtinentia ædificãtes,& ornãtes,id est scripturas ipsas,& libros prophetarũ studentes:qui non intelligentes quoniã corpora mortua colentes,id est historiales narrationes,uidentur quidem pie agere circa memoriã prophetarũ,impij aũt sunt:& nõ esse se socios eorũ qui interfecerunt prophetas per hoc ipsum defendere uolũt, arguunť autem adijcientes super facinora eorũ qui interfecerũt prophetas,& implẽtes mensurã iniquitatis ipsorũ per hoc ipsum quod nõ credunt in Christum,quẽ non simplices historiæ prophetarũ,sed spiritalis earũ prędicat sensus. Scio autem indubitãter,quod ubicq; causa incredulitatis ludæorũ extitit ista, ut nõ intelligerẽt Iesum quasi Christũ dei:quoniã semper animum suum dederunt circa historias corporales,nihil spiritale in eis credere uolentes. Vtputa exempli introducimus causa,quod
Zach.9 in Zacharia prophetať & dicitur: quasi super asinã & pullum ingressurus in Hierusalem,& exterminaturus currus ex Effrem,& equũ ex Hierusalẽ. Hoc si quis secundum literæ historiã intelligere uelit de Christo,nõ cõuenit. Nec enim exponiť Christus exterminasse ex Effrem corporales ac sensibiles currus,nec equũ corporalem ab Hierusalem corporali. Sed si uideris apud hęreticos cõuentus ipsius mẽdacij quasi quodã iugo copulatos,et inter se male cõcordes,quos sermo ueritatis destruere solet,uidebis quomodo Christus dei uerbũ,exterminat currus spiritales ex Effrem spiritali. Effrem enim semper in figura hæresum poniť,qui se separauerũt à Christi ecclesia,sicut Effrem à tribu luda. Sic enim spiritaliter equũ & ascensorẽ Ægyptiorũ proiecit in mare sermo diuinus,id est impiũ uirũ cum diabolo ascensore & instigatore ipsius. Sic & equũ exterminauit ab Hierusalẽ,quicũq; diabolo ascẽsori subiectus fuerit,& nõ Christo, sicut illi

equi

equi acceptabiles Christi,de quibus dicit Abacuc: Quis ascendet super equos tuos? & Abac.3
equitatus tuus sanitas,id est super apostolos,cæterosq; sanctos in quibus habitat Christus. Propterea dicimus,hi in curribus,ostẽdentes Ephrem: & hi in equis, ostendentes aduersarios Hierusalẽ,nos aũt in nomine dei nostri magnificabimur:ipsi obligati sunt, & ceciderũt,nos uero surreximus,& erecti sumus. Qui testimonium sibi reddunt,quia sunt filij eorũ qui interfecerũt Prophetas, per hoc ipsum quòd implent mensurã patrũ suorũ,super illorũ incredulitatẽ adijciẽtes incredulitatẽ in Iesum, quæ non aliunde descendit,nisi ex eo quòd nõ alibi uacãt, nisi circa ædificia sepulchrorũ propheticorũ, id est circa diligẽtias propheticarũ literarũ tantũmodo,atq; librorum. Alij aũt sunt scribæ infelices legis,alij aũt sunt scribæ qui mittunť à Christo secundũ euangeliũ, cuius & spiritus uiuificat,& litera nõ occidit,sicut litera legis: quoniã literã legis sequentes in infidelitatẽ & in uanas superstitiones incurrũt. Literã aũt euangelij qui sequunť,id est simplicem narrationẽ ipsius,saluanť:quoniã & ipsa sola euangelij narratio simplex sufficit simplicioribus ad salutẽ. Et si uideris scribas legis,& pharisæos agentes nõ solũ aduersus sapientes euãgelij,& quæ Christi sunt prophetãtes, sed etiam aduersus scribas noui testamenti, uidebis quomodo quantũ ad se occidunt Christi prophetas & scribas crucifigunt per detractionẽ uerborũ suorũ, flagellant in synagogis suis. Frequenter ergo audire est apud hæreses, qui sunt spiritales pharisæi, quomõ linguis suis quasi quibusdã uerberibus maliloquij sui Christianos flagellant,& persequunt de ciuitate in ciuitatẽ, interdum quidem & corporaliter, aliquãdo aũt spiritaliter, uolẽtes eos expellere quasi de propria ciuitate legis,& prophetarũ,& euangelij, & apostolorum, & in aliã & extraneam quandã ciuitatem euangelij alicuius alterius, mẽdacibus persuasionibus suis quasi persecutionibus pellunt. Secundum quod & apostolus dicebat propter falsos apostolos: Miror q̃ sic cito transferamini à gratia dei,qui uos uocauit, ad aliud euange- Gal.1
lium,quod nõ est aliud, nisi sunt quidã qui conturbant uos. Propter quod ueniet super eos omnis sanguis iustus,quem effundunt per hoc ipsum quòd euertere uolunt ueritatem scripturarũ,quę recte sanguis & uita dicitur scripturarũ:quia omnis scriptura,nisi secundũ ueritatẽ intelligať,mortua est. Effundunt ergo ueritatẽ scripturarũ quasi sanguinem earũ,sicut effusus est sanguis Abel. Et nõ solũ tunc uox sanguinis Abel clamabat ad deum,sed semper ueritas scripturarũ ab impijs effusa,secundum quod diximus à sanguine Christi,id est à ueritate euãgelij cœpta,per omnes scripturas interpellat ad deũ, aduersus eos qui auertere eam uolunt:et sanguis testamenti,id est ueritas scripturarum propheticarũ,aduersus eos qui immundã eam existimauerunt,& noluerũt sanctificari in ea quasi in sanguine uiuo & sanctificãti. Sic effundunt etiã sanguinẽ Zachariæ, qui interpretať memoria dei. Omnis enim qui memoriam dei perdere festinat in eis quos scãdalizat,Zachariæ sanguinẽ uideť effundere filij Barachiæ, qui & ipse interpretatur benedictio dei. Per benedictionẽ dei memores sumus dei. Si aũt nec Abel nomẽ indiscussum debemus relinquere:dicimus quoniã Abel luctus interpretať. Qui ergo suscipit,quod scriptũ est: Beati qui lugent,saluat Abel: qui aũt nõ recipit, sanguinẽ effundit Marci 5
Abel,hoc est ueritatẽ luctus salutaris. Propterea implebiť super ipsum q̃d scribit: Væ Luc.6
uobis qui ridetis nũc,quoniã plangetis & flebitis. Inter templũ & altare ab impijs memoria interficiť dei,quãdo & templum dei à lasciuis corrũpitur, & altare ipsius per negligentiam orationũ sordidatum coinquinať,quãdo & oratio alicuius fit in peccatum ipsius,sicut & de oratione ludæ dictũ est: Et oratio eius fiat in peccatũ eius. Hierusa- Psal.108
lem Hierusalem quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te mittunť,quoties uolui congregare filios tuos,sicut gallina cõgregat pullos suos sub pẽnas, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis:quoniã amodo nõ me uidebitis donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini.] Dignũ est quęrere quomodo corã auditoribus loquens Saluator,inter quos erãt scribæ & pharisęi, qui gloriabanť quæ legis sunt & prophetarũ caute cognoscere, qua ratione dixit Hierusalẽ occidisse prophetas,& lapidasse ad se transmissos,cũ nõ satis talis prophetetur historia in scripturis ueteribus quæ legebať in synagogis eorũ. In lacũ quidem luti missum Hieremiam legimus,non tamen interfectum in Hierusalẽ. Sed nec Esaiam, uel Ezechielem, uel aliquem prophetarum tale aliquid legimus passum,inquantum suggerit memoria

Universidad de Deusto
Biblioteca

mea. Sed scrutans in secundo libro Paralipomenon, ubi multa de Prophetis claris scripta sunt: inuenio quoniã Asa iratus Ananiam prophetã se arguẽtem posuit quidem in
2. Par. 16 carcerem, nihil tamen amplius fecit in eum. Sed & Michæã Achab prophetantẽ aduer-
3 Reg. 22 sus se, iussit quidẽ in domũ carceris ire, & mãducare panẽ tribulationis, nõ tamẽ & oc-
2. Par. 24 cidit. Vnum aũt legimus lapidatũ Zachariã filium Ioiadæ sacerdotis, populum arguentem. Non ergo inuenimus in Hierusalẽ prophetas occisos amplius, uel lapidatos prætereã dixi transmissos ad Hierusalem. Propterea uidendum ne forte oporteat ex libris secretioribus qui apud Iudæos ferunt, ostendere uerbũ Christi, & non solũ Christi, sed etiam discipulorũ eius: Stephani quoq; martyris, & Pauli Apostoli. Stephanus em̃ sic
Act. 7 dicit: O dura ceruice, & non circũcisi corde & auribus, uos semper spiritui sancto resti
tistis sicut patres uestri. Quẽ enim prophetarũ non sunt persecuti? & occiderũt eos qui annunciabãt aduentũ iusti, cuius nũc uos proditores & interfectores estis. Et post hoc expulerunt eum extra ciuitatem, & lapidabant Stephanũ clamantẽ, & dicentem. Pau-
1 Thess. 2 lus aũt in epistola ad Thessalonicen. prima: de interfectione prophetarũ talia dicit. Vos imitatores facti estis ecclesiarum dei quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu: quoniã eadem passi estis & uos à contribulibus uestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & dominum occide-
Heb. 11 rũt Iesum & prophetas, & nos persecuti sunt, & deo non placent. Ad Hebræos autem ita: Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in gladio mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, & angustiati, afflicti doloribus, quorum non fuit dignus mundus, in solitudinibus errantes, & in montibus, & speluncis, & foueis terræ. Fertur ergo in scripturis non manifestis ferratũ esse Esaiam, & Zachariã occisum, & Ezechielem. Arbitror aũt circuisse in melotis, in pellibus caprinis Heliam, qui in solitudine & in montibus uagabatur. Sed pone aliquem abdicare epistolam ad Hebræos, quasi non Pauli, necnõ & Secretũ abijcere Esaiæ, sed quid faciat in sermones Stephani, uel Pauli ad Thessalonicenses de prophetis interfectis prolatos, uel ipsius domini nostri? Aut
2. Tim. 3 quomodo abdicet illud, quod ad Timotheum Paulus protulit dicens: Sicut Iannes & Mambres restiterũt Moysi: sic & isti resistunt ueritati? Nec enim scimus in libris canonizatis historiã de Ianne & Mambre resistentibus Moysi. Si autẽ aspiciant & quod ad
1 Cor. 2 Corinthios prima positũ est: Quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nunquid poterit hæc omnia aliquis abdicare? Hæc omnia diximus discutientes sermonẽ: non ignorantes, quoniã multa secretorum facta sunt à quibusdã impijs & iniquitatẽ in excelsum loquentibus: & utunt̃ quibusdam fictis Hypythiani, alijs aũt qui sunt Basilidis. Oportet ergo caute considerare, ut nec omnia secreta quæ feruntur in nomine sanctorum suscipiamus propter Iudæos, qui forte ad destructionem ueritatis scripturarũ nostrarũ quędam finxerunt confirmantes dogmata falsa, nec omnia abijciamus quę pertinẽt ad demonstrationem scripturarũ nostrarum. Magni ergo uiri est audire, & adimplere quod dictum est: Omnia probate, quod bonum est tenete. Tamen propter eos qui non possunt quasi trapezitæ inter uerba discernere uera habeantur an falsa, & non possunt semetipsos caute seruare, ut uerum quidem teneãt apud se, ab omni aũt specie mala abstineant, nemo uti debet ad confirmationem dogmatũ libris qui sunt extra canonizatas scripturas. Tamen si quis suscipit ad Hebræos quasi epistolam Pauli, dicit: quoniã pluralia nõ debemus omnino referre ad plures. Nec enim plures serrati sunt, sed Esaias solus. Nec plures lapidati sunt, nisi Zacharias tantũmodo filius Ioiadæ. Nec occisiõe glarij, nisi Zacharias filius Barachiæ. Sed & in melotis, & in pelle caprina Helias, & cæte-
Luc. 13 ra similia. Adhuc aũt quæramus quod in Luca scriptũ est, dicente domino: quia non capit Prophetam perire extra Hierusalem. Si ergo non capit Prophetã perire extra Hierusalem, id est interfici, si post destructionẽ Hierusalem iam nemo propheta est, ne forte qui interficitur extra Hierusalem Propheta, falsum uerbũ Christi demonstret. Si aũt cogunt nos scripturæ propter Agabum, & filias Philippi euangelistæ, non propter falsos Phrygiæ prophetas, quæramus ne forte omnis iustus sit in Hierusalem, & nõ extra Hierusalẽ. Quoniã nõ capit eum qui est extra Hierusalẽ, passionibus affici propter uerbum. Sed quomodo Hierusalem occidit Prophetas uidendum. Existimo aũt, sicut uulgariter dicere solent, clamauit ciuitas, tanquã si dicatur qui sunt in ciuitate: item ciuitas egressa est obuiã ei, id est qui sunt in ciuitate: sic Hierusalẽ occidit prophetas, id est qui erant

erant in Hierusalem: quorum causa dictum est Hierusalem occidisse prophetas. Et si ciues pro ciuitate ponuntur: iterum occurrit ad quæstionem, qui sunt dicendi filij Hierusalem, de quibus dictũ est: Quoties uolui cõgregare filios tuos. Sed dicimus semper ciuium successores, filios præcedentium dici. Hierusalem autem quæ libera est à seruitute peccati, quę sursum est cõuersatione, quę est mater nostra, nõ occidit prophetas, nec lapidat eos qui mittuntur ad eam. Aliud est quod secundũ similitudinem illius Hierusalem occidentis & lapidantis prophetas, frequẽter sunt quidã in ista Hierusalẽ imperiti cõstituti, & deũ non metuentes, qui quantũ ad se occidunt, & lapidant uerbis sine iudicio prolatis uiros uerbo & uita prouectos, & ecclesiarũ quidem canonẽ non requirentes, propter profunditatẽ aũt dogmatũ suspectos ab his qui cõsueti sunt noua quędam dicere, & nõ attendentes uerbũ sanum domini nostri Iesu Christi. Dicit ergo dominus ad Hierusalem interfectricem & lapidatricẽ prophetarũ. Quoties uolui cõgregare filios tuos sicut gallina pullos suos sub alas, & noluisti? Quomodo hic dominus Iesus, quasi qui frequenter uoluit cõgregare Iudæos, non aũt cõgregauit propter cõtumaciã nolentiũ credere, ita dicit: Quoties uolui: cum sit manifestũ semel eũ docuisse in corpore Iudæos? Sed non solum in præsentia, uerũ etiã substantialiter semper Christus præsens fuit & in Moyse & in Prophetis, magis aũt & in angelis ministrãtib. saluti humanæ, & per singulas generationes, & sic impleẽ: Quoties uolui. Per singulas enim generationes semper uoluit, & festinauit perficere uolũtatem patris in eis: etsi nõ in corpore cõstitutus, sicut nũc in fine seculorũ, tamen semper festinauit cõgregare filios Hierusalẽ. Ipsius em̃ uolẽtis congregare filios Hierusalem uoces habenẽ in lege & in prophetis. Et de ipso scriptũ est: Expãdens alas suas accepit eos, & suscepit eos super scapu Deut. 32
las suas: & quotidianũ opus est Christi cõgregare filios Hierusalẽ: de quibus in Esaia et in reliquis prophetis plura dicunt̃: & quotidie dei filius cõgregat dispersos filios dei, sicut gallina pullos suos sub pennas suas. Si quis aũt nõ fuerit cõgregatus ab eo, iudicabitur quasi qui noluerit cõgregari ab eo. Venit em̃ filius hominis quærere q̃d perierat, & saluare: & mortuus est nõ pro gẽte sola, sed ut dispersos filios dei cõgregaret in unũ: Iudæis quidem qui erãt filij illius Hierusalem quæ erat deorsum cõminatus, & nolẽtibus cõgregari sub pẽnas suas, dicẽs: Ecce nunc relinquet̃ uobis domus uestra deserta. Semper aũt eis qui noluerũt cõgregari sub pẽnas ipsius, cõminari, & dicere Christus uidet̃: Ecce nũc relinquet̃ uobis domus uestra deserta, id est anima uestra, & corpus. Nõ Luc. 19
solũ enim corpus, sed etiã anima peccantiũ, deserta relinquit̃: & sicut in deserto uulpes faciũt in eis foueas, & serpentes generatio uiperarũ cubatiões. Dicit aũt nolentib. congregari ad eũ: Qm̃ nõ me uidebitis amodo donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini. Et nec Iudæi tũc Christũ uiderũt: nec em̃ uisus est eis resurgens à mortuis sicut prius, sed iudicio & gratia patrib. tantũmodo dignis. Et donec intelligẽtes desertionẽ propriã dixerint pœnitẽtes: Benedictus qui uenit in nomine domini: nõ uidebũt filiũ dei, nec uidebũt uerbũ eius, nec cõsiderabũt pulchritudinẽ sapientiæ dei. Sed & si ex nobis uoluerit aliquis cõgregari sub pẽnas Christi, sed operib. malis recusauerit cõgregari sub pẽnas eius, iam nõ uidebit uerbũ dei, maxime ex tẽpore illo ex quo cõgregantẽ illũ per singulos dies refugit actu magis q̃ corpore: & tãdiu nõ uidebit pulchritudinẽ uerbi, id est Christũ, donec cõuersus & pœnitẽs à proposito malo dicat: Benedictus qui uenit in nomine dñi. Tũc em̃ uerbũ dei benedictũ, & benedicta sapiẽtia dei uenies uenit in nomine dei patris super cor hominis, quãdo fuerit quis cõuersus ad deũ.

Tractatus XXVII Cap. XXIIII

IN illo tẽpore: Egressus Iesus de tẽplo ibat. Et accesserũt ad eũ discipuli
1 eius ut ostẽderẽt ei structuras tẽpli. Iesus aũt respõdẽs, dixit eis: Videtis hęc oẽs? Amẽ dico uobis, nõ relinquet̃ hic lapis super lapidẽ qui non destruat̃.] Postquã omnia quæ super Hierusalẽ uentura fuerãt Christus prædixit, exijt de tẽplo, qui cõseruarat templũ ne caderet, donec fuit in eo. Quãdiu enim fuit uerbũ apud Iudæos, nõ auferẽs regnũ dei ab eis, tamdiu steterit, & incolumes fuerunt res Iudæorũ. Postq̃ uero secundũ uerbũ ipsius q̃d dixerat: Auferet̃ Matt. 21
à uobis regnũ dei, & dabit̃ genti facienti fructum suum: abstulit regnũ dei, & gentibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedit:tunc & Iesus,& regnũ dei facti sunt apud gentes. Vnde nũc nec Iesus nec regnũ dei apud Iudæos habet, quia relicti sunt sicut tabernaculum in uinea,& sicut casula in cucumerario,& sicut ciuitas quæ expugnat propter facinus quod cõmiserunt in Christum.Et unusquisq; suscipiẽs uerbũ dei,templũ est dei, ut recte dicatur ad deũ. Nescitis quia templũ dei estis,& spiritus dei habitat in uobis? Vnusquisq;ergo cũ sit templũ sanctũ dei ,ppter spiritũ dei inhabitantẽ in se,si peccauerit ipse, fit causa suæ desertionis,ut egrediat Christus ab eo:ut qui fuerat ante templũ filij dei, postmodũ sit domus deserta,ut nõ relinquat in eo lapis super lapidẽ ex omnib.dogmatibus , & bonæ uitæ ædificationibus,quod nõ destruat.Propter ꝙd recordãtes historiã desertionis Hierusalem, ꝓspicere nobis debemus,ut ne egrediat Christus ex tẽplo ꝙd est ex nobis , ut ædificationes tẽpli nostri incolumes sint lapidib.& donis adornatę:ut qui uiderint ædificationes quæ sunt in nobis,dicãt mirãtes: Vide quales lapides,& quales structuræ.Illud aũt dignũ est peruidere,quõ quantũ ad textũ sic loquunt discipuli ad Iesum, & ostendũt ei structuras lapidũ,quasi qui nunq; uiderit ipsum templũ, sed aliunde in primis peregrinus aduenerit.Ad hoc ita est respõdendũ:quoniã prophetãs superius ruinã ipsius futurã Christus & desertionẽ,sic cõminatus est.Ecce nũc relinquet uobis domus uestra deserta.Audiẽtes discipuli mirati sunt talem & tantã tẽpli structurã ad nihilũ redigẽdam: Propterea dicũt ad Iesum,sicut alter manifestius dicit Euãgelista : Magister uides quales lapides,& quales structuræ? Videlicet ut flecterẽt eũ ad misericordiã loci illius , ne faceret quod fuerat cõminatus.Et hęc corporaliter dicta sint.Moraliter aũt hoc modo. Cum sit humanæ naturæ admirabilis cõstructio facta,uidelicet tẽplũ dei & uerbi eius, discipuli cæteriq; sancti,nõ solũ tũc,sed etiã modo mirãda opera dei erga figmentũ humanũ cõfitentes,ante conspectũ Christi intercedũt,& prouocãt Christũ, ut ne deserat genus humanũ propter peccata ipsorũ,sed magis moueat eũ ad indulgẽtiã opera eius miranda, & ad iracundiã iniquitas eorũ.Aliter.Sicut illud templũ nõ insemel est dirutum,sed paulatim tẽpore procedenti:ita & omnis homo qui suscipit in se uerbũ dei,tẽplum est.Et si quidem post peccatũ nõ ad plenũ decidit à uerbo dei,sed adhuc saluat ex parte uestigia fidei,& religionis in se mandatorũ dei,templũ est ex parte destructũ, & ex parte cõsistens.Qui aũt postq; peccauerit curã sui nõ habet,sed semper à fide decurrit,& à uita quæ est secundũ Euãgeliũ paulatim minuit,donec ad plenũ recedat à Deo uiuenti:hic est templũ in quo non relinquat lapis dogmatis super lapidem mandatorũ dei qui non destruat.Nos ergo prospicere nobis debemus,ut omnis ędificatio pietatis in nobis integra perseueret,ut & lapidibus salutariũ dogmatũ adornati,& donis bonorum operũ decorati capiamus in nobis dei uirtutẽ,& gloriã,& Christũ,qui est uerbum & sapientia dei.Et tertiã expositionem introducit quidã huiusmodi , quoniã templum erat dei ædificatũ cõpositione sermonũ significantiũ, omnis scriptura ueteris testamẽti secundũ historiã uidelicet cõstructa.Quã qui construxerunt Moyses uel prophetæ circũpositione literarũ,& ordinatione doctorũ ædificauerunt omnibus admirandã ,ppter pulchritudinẽ lapidũ,id est electorũ doctorũ,& donis sensuũ laudandorũ. Hanc discipuli ostendunt Iesu suscipientes omnes scripturas:ad quos Christus respõdit, dicẽs destruendã esse à uerbo hanc corporalem & primã editionẽ,ut ędificet diuinius & mystrialius templũ scripturæ alterius.Templum aũt esse scripturam exposuit quidam antenos.Et quoniã qui aduersat,& extollitur supra omne quod dicit deus,qui sedet in templo dei,Antichristus,falsus est sermo qui in scripturis habet:qui simulat ueritatẽ, profe rẽs testimonia impiorũ dogmatũ de scripturis placari aliunde nolẽtibus:& ipse est qui aduersat,et super cathedrã scripturarũ,& super ędificationẽ earũ sedet,ostẽdẽs se quasi sit deus.Et semper est uidere sermones hęresum Antichristos in tẽplo scripturarum sedẽtes,& ex ipsis uolẽtes eos placare qui audiũt tanq; unusquisq; eorũ, ipse sit deus uerbum in scripturis.Sedente aũt ipso super montẽ Oliueti,accesserũt ad eum discipuli eius secreto dicentes:Dic nobis quãdo hæc erunt,& quod signũ aduẽtus tui , & cõsummatiõis seculi? Egressus de tẽplo Iesus postq; dixit de eo,uenit in montẽ Oliueti, & ibi sedebat cũ discipulis suis.Puto aũt mysterium esse montẽ Oliueti ecclesiæ quę ex gentibus est,in qua sunt plãtatæ oliuę,quarũ singulę possunt dicere:Ego aũt sicut oliua fructifera in domo dei.Forsitan aũt & in hoc oliuarũ monte radices sunt bonæ oliuæ.Ra-

mi autem

mi aũt inserti sunt oleastri in loco ramorũ qui ex infidelitate præcisi sunt. Agricola aũt in mõte residens Olíueti,uerbũ est dei in ecclesia confirmatũ Christus,qui semper oleastri ramos inserit in bonã oliuã patrũ Moysi & cæterorũ prophetarũ,ut accipiẽtes pinguedinẽ à sanctis prophetis per hoc quod sensum eorũ caute intelligũt,& suscipiũt, & Christum qui prophetatur ab illis offerant fructũ abundanrẽ,& pinguiorem prioribus uidelicet oliuis,propter maledictionẽ quæ erat in lege decussis,ut nõ possint esse in usu.Post hoc cõsiderandũ est illud: quoniã accedentiũ discipulorũ ad Iesum, quidã quidem secrete accedunt ad eum,maiorẽ in hoc ipso habentes fiduciam apud ipsum quasi domestici eius,sicut cũ interrogarẽt eum,de solutione parabolarũ:quidã aũt non secrete,sed in cõmune eũ interrogabãt. Obserua adhuc differentiã istorũ, quoniã interdum quidem pharisæi accedunt,siue tentantes, siue quolibet modo interrogantes: interdũ aũt alij discere cupientes:tamẽ nunq; secrete accedunt ex multitudine, Et forsitan usq; nunc qui præcipuã susceperunt uitã,& propter hoc habent fiduciã ante Christum , aliquid amplius habentes ꝙ illi qui ex fide cõmuni accedunt ad Iesum , dicunt ad eum: Dic nobis,quando erunt hæc? Quæ? Quod ait,Non stabit hic lapis super lapidem qui non destruatur.Et non hoc solum discere uolunt , sed etiã signum aduentus Christi , & cõsummationis seculi:& duo petunt ab eo,signũ aduentus ipsius,& cõsummationis seculi . Est ergo in multis quidem creditus aduentus filij dei , & consummationis seculi, præcipue tamen in eis qui elegantiorem uitã sectant. Est & aliter uidere duplicẽ Christi aduentũ,id est aduentũ uerbi in animã, Primũ quidẽ rudes,& tũc incipientes cognoscere Christum,quoniã non possunt uidere luciditatẽ pulchritudinis,dicunt: Vidimus eum,& non habebat speciem nec decorẽ,sed species eius inhonesta,Species aũt inhonesta uerbi,stulta prędicatio est de Christo,quando prædicamus Christũ natum & crucifixum . Secundus aũt aduentus Christi , in uiris perfectis:de quibus dicit dispensator uerbi ipsius: Sapiẽtiã aũt loquimur inter perfectos . Hi aũt perfecti amatores facti sunt pulchritudinis eius,& rogant uerbũ ut accingat se rationabilẽ gladium suũ, & circumponat eum super mysterium natiuitatis carnalis,quæ appellata est mysterialiter femur. Huiusmodi enim discipuli laudãt pulchritudinẽ & decus uerbi:& huic secundo aduentui,iuncta est cõsummatio seculi in uiro ad perfectionẽ uenienti, & dicenti : Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, per quam mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo.Si enim mũdus crucifixus est iustis,quibus mundus crucifixus est, facta est eis etiam cõsummatio mundi . Necessarie ergo qui habẽt fiduciã accedendi secretẽ ad Christum,si uolunt discere signum aduentus Christi,& cõsummationis seculi,præbeant se dignos uidere secundũ aduentũ ipsius, & secundũ quod tradidimus seculi cõsummationẽ.Et respõdens Iesus dixit eis: Videte ne quis uos seducat.Multi enim uenient in nomine meo dicentes ꝙd ego sum Christus,& multos seducent.Qui simpliciter intelligunt,arbitrant quod hoc solũ hæc uerba significant: quoniã multi erant uenturi Christos se asserentes,habẽtes in se etiã quasdã uirtutes mirandas, & uerba quibus prouocent multos ad credendũ,qui dignos seductione se præbuerint. Ioãnes aũt in epistola sua dicit : Et sicut audistis quoniã Antichristus uenit , nunc Antichristi multi facti sunt:unde scimus quoniã nouissima hora est. Docet his uerbis,omne uerbũ quod à ueritate extraneũ est, & asserit se uerbũ esse, sic enim possibile est intelligere quod ait : Et nũc Antichristi multi facti sunt, cũ unũ sit quod est uerbũ. Sicut aũt manifestat historia lectionũ,nõ multi fuerũt homines in tẽpore Apostolorũ,qui Christos se esse dixerunt: nisi forte Dositheus Samareus,unde & Dositheani dicuntur:& Simon,de quo refert Actus Apostolorũ,qui se uirtutẽ esse dei magnã ,pnũciabat.Præter hos nec; ante,nec; postmodũ fuerũt,quantũ ad sciẽtiã meã. Sed omnis sermo qui profitet expositionem scripturarũ,& fidem earũ,non aũt habet ueritatẽ, iuste Antichristus esse intelligendus est,ueniẽs in nomine Christi , & dicẽs quod ego sum Christus,mentiẽs, & minime potens ostendere ueritatis formã in se.Et quoniã eis qui discutiũt uerba scripturę uti inueniant sensum eius,frequẽter occurrũt quidã intellectus quasi ueri, cũ non sint ueri, aliquãdo aũt traduntur & ab alijs uerisimilib.colorati sermonibus ut nõ facile inueniat qui uerus est sensus,priusq; aduersus mẽdaces existimationes inuẽtus fuerit uerior sensus, & firmior:propterea puto quod Christus ad interrogationẽ discipulorũ suorũ dicen-

1 Cor.3

Gal.6

1 Ioan.2

Act.8

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium, quando hæc erunt? & quod signũ aduentus tui, & consummationis seculi? ita respondit, Videte ne quis uos seducat, Multi enim uenient in nomine meo dicentes, ego sum Christus, & multos seducent. Vere enim qui implet illud mandatũ quod ait: Esto-
1 Thess. 5 te prudentes nummularij: & illud quod ait: Omnia probate, quod bonũ est tenete: ab omni specie mala abstinete uos: multos uidebit seduci à multis intellectibus & uerbis profitẽtibus esse se Christum dei uerbũ. Et utinam soli qui extra ecclesiam sunt seducerentur, facile erat cauere seductionẽ. Nunc autem ipsi qui profitentur se ecclesiasticos esse, de necessarijs quibusq; capitulis falluntur, & seducunt, sicut ipsa dissensio eorũ testimonium est, quoniã & qui intus sunt seducuntur. Sed cõsequenter quemadmodum solet esse in errantibus, uias has corporales differentia erroris, & quidam quidẽ etiam contra ipsam publicã uiam quæ quæritur, uadunt errãtes, alij aũt modicum aliquid de semita recte declinãt, ut sint reuocabiles: & multæ sunt errantiũ differentiæ: hoc modo uidemus etiã eos qui à ueritate aberrant. Et Marciones quidem, & Basilides & Valentiniani, & Apelliani, & Ophitæ, multũ à proposita errant uia, qui omnino cõtraria sapiunt ueritati. Quidam aũt de publicis quidem & manifestis capitulis nõ dissentiunt: ut-puta de uno deo, qui legẽ & euangeliũ dedit: aut de Christo Iesu primogenito uniuersæ creaturæ, qui in fine seculi secundum prædicationes Prophetarũ uenit in mundum, & suscepit in se uerã humanæ carnis naturam, ut etiam natiuitatẽ subiret ex uirgine, & mortẽ crucis susceperit, & surrexit à mortuis, et deificauit quam susceperat humanã naturam. Adhuc aũt & de spiritu sancto, quoniam ipse ille fuit in Patriarchis & Prophetis, qui postea in Apostolis datus est, & de resurrectione mortuorũ sicut Euangeliũ docet certissime credunt, & omnia quæcunq; feruntur in ecclesiis. De alijs aũt non paucis, tamen modicis, noua proponunt dogmata, & ipsi utiq; sunt ex illis qui seducũtur à falsis intellectibus, & uerbis uenientibus in nomine Christi, qui est uerbũ & ueritas. Et malum quidem est inuenire aliquẽ secundum mores uitæ errantem, multo aũt peius arbitror esse in dogmatibus aberrare & non secundum uerissimã regulã scripturarum sentire. Quoniã sicut in peccatis mortalibus, puniẽdi sumus amplius propter dogmata falsa peccantes. Si enim sufficeret conuersatio morum bonorũ hominibus ad salutẽ, quomodo apud gẽtes philosophi, aut apud hæreticos multi cõtinenter uiuẽtes nequaquã saluantur, quasi obscurante & sordidante conuersationẽ eorum dogmatis falsitate? Arbitror aũt quoniam generalem munditiã quæ est nõ solũ in actibus, sed etiã in scientia, uolens ostendere sermo in Psalmo uigesimotertio dicit: Quis ascendet in montẽ domi-
Prov. 20 ni, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocẽs manibus, & puro corde. In Prouerbijs autem: Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis confidat mundũ se esse à peccatis? Mundum ergo corde, & castum corde, non aliũ arbitror esse nisi eum, qui ab omni dogmate falso mundum & castum possidet cor: Sic & innocentẽ manibus, & mundum à peccatis eum existimo esse, qui in actibus uitæ suæ irreprehensibilis est. Sciendũ est autem, quoniã quãtum ad ueritatem impossibile est esse aliquem innocentẽ manibus, & mundum à peccatis, ut nõ sit purus corde, & castus à dogmatibus falsis: sicut econtrario impossibile est mundum quidẽ & castum esse corde à dogmatibus falsis, ut non sit innocens manibus, & mundus à peccatis. Hæc enim alterutrũ se sequuntur & nõ separantur ab inuicẽ, sermo mundus in anima & uita irreprehensibilis. Abundantius autẽ de capitulo isto tractauimus, docentes nos ipsos secũdum ea quæ uisa sunt nobis in loco, ut custodiamus nos ab omni errore falsorũ dogmatũ, siue de manifestis & principa-
Deut. 5 libus capitulis, siue de his quę uidentur minora, ut audiamus qui dixit: Non declinabis
Ioan. 14 ad dexterã, aut sinistrã: ab eo qui dixit: Ego sum uia. Nec seducamur, sed uigilemus, ne quis nos fallat eorũ qui ueniunt in nomine Christi dicẽtes, Ego sum Christus, ego sum ueritas, & sapiẽtia, & lumen uerũ. Puto aũt quia nõ solũ est sermo Christus, est et sermo Antichristus, Veritas Christus, & simulata ueritas Antichristus: sapientia Christus, & simulata sapientia Antichristus, fallens amatores sapientiæ dei & ueritatis, quæ omnia pertinent ad fidei rationẽ. Sed etiam in his uirtutibus quibus conuersamur secundum deum inuenimus omnes uirtutes esse Christum, & omẽs simulatas uirtutes Antichristum. Quoniã omnes species boni quascunq; habet Christus in se in ueritate ad ędificationem hominũ, eas omnes habet in se diabolus in specie ad seductionẽ sanctorum. Si enim

enim Christus iustitia est: sunt autem frequenter uiæ uiri quæ uidentur esse iustæ, nouissima autem earum respiciunt in profundum inferni. Quando ergo uidetur iustitia cum non sit iustitia uera, ea talis iustitia Antichristus est, aduersus iustitiam Christum. Arbitror & castitatem esse Antichristum, quæ est apud hæreticos in errorem mittens homines, ne intelligant ecclesiasticã castitatem Christum. Sic & misericordia est Antichristus contra misericordiam Christum, qui faciunt eleemosynas, sed non propter iustitiam dei. Est & patientia Antichristus in eis qui uidentur quidẽ pati pro Christianitate, & usq; ad effusionẽ sanguinis cõcertantes, uidelicet ne uideanẽ denegare Christum nitatem: iniquitatẽ aũt in excelsum, in ipsa etiã effusione sanguinis sui loquunt, & ponunt in cœlo os suum. Est & uirtus Antichristus seducens ignorantes, quoniam multi dicturi sunt Christo in illa die, Domine in nomine tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus. Ad quos respondebit: Discedite à me omnes qui operamini iniquita- Matt. 7
tem, nunquam uos noui. Si enim nũquam eos Christus cognouit, uirtutes autem se fecisse gloriantur in nomine Christi, non erant uirtutes illæ à Christo, qui non nouerat illos, sed ab eo qui transfigurat se non solum in angelum lucis, sed etiam in ipsum Christum. Opus est ergo nobis deo auxiliatore, & ipso Christo uiuente in nobis, ut apertis oculis nostris uideamus ne quis nos seducat, uel sermo, uel uirtus, uel ab intus, uel à foris, promittens se esse Christum cum sit inimicus eius cæterarumq; uirtutũ ipsius. Considera etiam illud, q̃ multi ueniunt in nullo alio nisi in nomine meo. Solum enim nomen Christi Antichristus susçipit, nec opera facit, nec uerba ueritatis eius docet, nec sapientiam eius ostendit in se, Et quemadmodũ secundum quosdã Barabbas dicebatur & Iesus, sed latro erat, nihil habens Iesu præter nomen: sic multos existimo Christos, sed nomine tantum. Nota aũt quoniam nusquam inuenitur dominus in scripturis hoc ipso sermone utens, & dicens: Ego sum Christus, ut ne simile aliquid dicat multis uenturis in nomine eius atq; dicentibus, ego sum Christus. Sufficiebant enim ei ad credentium fidem, quoniã ipse est Christus, opera dei, quæ solus poterat facere Christus, & sermo quem docebat, & uirtus, super mille uoces clamantes: Ego sum Christus. Sic autẽ nunquam manifeste dixit, ego sum: sed per opera dixit: & per doctrinam pietatis, ut ipse di-
cat ad Petrum, quasi qui nunquam ab eo audisset, didicisset autem à patre, quia ipse e- Marci 16
rat Christus filius dei uiui: Beatus es Simon Bar Iona, quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Si enim ipse in corpore constitutus manifeste dixisset ad eum, ego sum Christus, caro eum reuelasse uidebatur, non tantum pater. Proptereа sufficit ad seductionem Antichristorum hoc solum, quod dicunt, ego sum Christus, quod nunq; Christus legitur dixisse: & multi sunt qui seducunt. Lata est enim porta & spatiosa uia quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam. Pauci autem qui inueniunt eam uiam, quæ ducit ad uitam.

TRACTATVS XXVIII Cap. XXIIII

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis. Audietis aũt prælia, & opiniones præliorũ. Videte ne terreamini. Oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. Lucas aũt hoc modo. Cũ audieritis prælia & seditiones, ne terreamini.] Duo proponit, Vnũ quidem ita, Audietis prælia: alterum aũt Auditiones pręliorũ. Et primũ quidem uideamus secundum simplicẽ traditionẽ, secundum quod multi intelligunt, quid distant auditiones præliorũ à prælijs. Pone mihi prælia esse ubi ciuitates super ciuitates insurgãt, aut gentes gentibus, aut alter alterius rem tollat, uel fortior interficiat fortẽ. Quid ergo post prælia auditiones significent præliorũ? Maxime quia non est dictũ, uidebitis prælia, & audietis de prælijs, sed utrinq; posuit audietis: id est & prælia audietis, & præliorũ auditiones audietis. Et ponamus audire quidem prælia esse, quãdo filij pacis à prælijs custodiunt oculos suos mũdos, ut nõ uideãt maligna: & quoniã nõ possunt aspicere super labores & dolores, audiũt de pręlijs qualis ciuitas pugnet aduersus quã ciuitatẽ, aut qualis gens à quali ex pugnetur gente: quid aũt erit extra hoc alterũ audire prælia, & audire auditiones prælioru? Vide ergo si potes (quantũ ad simplicitatẽ uerbi dico) talem differentiã dare: nõ est idipsum longe pręliũ positũ audire quia prælių est: & iuxta prælių esse, & ipsas præliantium

Universidad de Deusto
Biblioteca

liantium uoces audire. Habet ergo utrũq; suam sanctificationem. Et forte qui quidem audit ipsas uoces quæ fiunt in prælijs, audit prælia: qui aũt de prælijs longe gestis audit, auditiones audit præliorũ: nec enim ipsa prælia audit. Cum sint aũt sermones ambigui, potest quis & ex diuerso dicere, quoniã qui longe quidem est amplius audit de illis: qui autẽ est iuxta prælia, audit ipsorũ præliorum auditiones. In utroq; ergo uidetur esse aliquis differentiæ intellectus. Ascende nunc ad moralem intellectũ & ipiritalẽ, si quo modo possis aliquem sensum de eminentia scientiæ Christi, & de subtilitate Euangelistarum inuenire dignũ, ut non deponas euangelicæ sapientiæ dignitatem. Vide ergo si recordantes ea quæ superius tradita sunt de eo quod ait: Multi uenient in nomine meo dicentes, ego sum Christus, & multos seducent: possumus secundũ eorum consequentiam etiam ista interpretari, Omnis igitur qui perfectus est, & uidet in animam suam gloriosum aduentum uerbi, quod corrũpit & cõsummat mundum, & crucifigit eum uiro iusto, ut moriantur ei omnes res mundiales, & qui exercitatos habet sensus ad capiendum, necesse est ut quærens & discutiens in multa incurrat dogmatũ prælia, audiet etiam multos profitẽtes ueritatem, & diuersas de ea traditiones: ut sicut bonus miles uerbi inuulnerabilis animo maneat ab omnibus profitentibus ueritatẽ, non autem uidentibus eam, neq; manifestantibus, sed contraria ueritatis quasi ueritatẽ pronũciantibus, & dignus efficiatur suscipere in animam suã gloriosum Christi aduentum, secundum quod est deus uerbũ, quod fuit in principio apud deum: quod solet uenire ad eos, qui postquã cognouerint Christum secundũ carnem, & susceperint uerbum quod factum est caro, tantũ ascendunt prę multis ut possint capere non qualemcunq; gloriã, sed gloriã quasi unici à patre. Et forsitan in diuersis glorijs uerbũ dei apparet secundũ uirtutẽ uniuscuiusq; animæ, uidentis secundum quod se capacẽ anima unaquæq; præbuerit. Ei ergo qui perfectus est, & ad consummationẽ seculi peruenit quantum ad se, tale apparet uerbum ut qui uiderit eum dicat: Vidimus gloriã eius, gloriam quasi unici à patre, plenum gratia & ueritate. Ergo si quis dignus habẽdus est ut tale suscipiat uerbum, & uideat, necesse habet ante huiusmodi uisionẽ uerbi audirẽ in anima sua prælia: per alios autem qui quasi ueritatẽ asserunt quicquid illis fuerit uisum, præliorũ auditiones. Et bene saluator proficiẽtibus ad perfectum discipulis postquã locutus est de præ lijs, superaddidit, Videte, & nõ dixit audite: hortans eos solicitos esse ut oculis animæ possint uidere, postquã audierint prælia, & auditiones præliorũ, singulorum quæ audiuntur naturam, & uidentes eam nõ terreantur: quoniã talia intelligibilia prælia solent in diuersis persuasionibus occurrere hominibus iustis, & conturbare & cõmouere animas eorum ad dubitandũ ne forte uera sint quæ uerisimilia esse uidentur, cum sint falsa, aut certe uel ad credendũ eis perfecte quasi ueris. Quotquot ergo proficiscuntur ad perfectionẽ quæ est in Christo, & ad conuersationem cœlestis ecclesiæ, cum audierint prælia hæresum, quæ aduersus uerã fidem, & aduersus seipsos inuicem præliantur: & audierint auditiones præliorũ philosophiæ, & uanę seductionis secundum traditionẽ hominum, secundum elementa huius mundi, & non secundũ Christum, exercitantes seipsos in his quæ dicuntur: quærunt & cogitant mandatũ Christi dicentis, uidete: & uident quidẽ quæ dicũtur: uidentes aũt cum uerisimilitudine mendacia, nõ seducuntur, sed sperant sine uulnere taliũ præliorum, gloriosum aduentũ uidere Christi, qui est uerbum: maxime si audientes secundũ Christi mandatũ prælia, & auditiones præliorũ, nullam perturbationẽ animæ patiãtur: sed sub pace dei protecti quæ custodit corda & sensus dignorũ, non fuerint territi. Si quis aũt audiens prælia & auditiones præliorum, secundum quod exposuimus, nõ fuerit solicitus ad uidendũ ea quæ dicuntur in diuersis uerisimilitudinibus: & quia non fuit solicitus ad uidendũ, territus fuerit: nõ solum decipietur à multis uenientibus in nomine Christi, & dicẽtibus ego sum Christus: uerũ etiam interficietur ab huiusmodi gladijs insanabilia suscipiẽs uulnera. De quibus gladijs dictum est, Vulnerant gladij, quorũ uulnera sapientiũ linguæ solent sanare. Hi autem qui perturbantur, & quia non sibi prospiciunt, in huiusmodi prælium cadunt: illi sunt
2 Psa.22 qui in ualle Sion uulnerantur & moriũtur, de quibus dicit scriptura: Vulnerati tui non uulnerati gladio: nec mortui tui mortui in bello. De quibus nũc tantũ significare oportet nos: sed nõ cuiuscũq; hominis esse prępparare ad audiendũ prelia, & auditiones præliorum

liorum, ut audiens uideat, & nõ terreatur, sed uiri perfecti in Christo, in carne quidem uiuentis, non tamen secundum carnẽ militantis, cuius militiæ arma non sunt carnalia, sed fortia deo, & ualẽtia destruere munitiones, & cogitationes extollentiũ se aduersus scientiam dei. Nam secundum Solomonẽ, multas ciuitates munitas hæresum suasione uerborum ascendit uir sapiens, & ascendens destruxit munitionẽ, in qua impij confidebant. Paulus destruxit, qui paratus fuerat ad destructionẽ ciuitatum munitarum aduersantium ueritati. Qui talis est, postquã audierit prælia, & auditiones præliorum, uidẽs, & quasi sapiens ascendens super ciuitates munitas, & destruens munitiones in quibus impij confidebant, laudans deũ, & gratias agens deo, & à quo didicit talia prælia præliari, & seruare mandatũ quod ait: Sanctificate bellum, clamat & dicit, Benedictus dominus deus qui docet manus meas in bellum, & digitos meos in prælium, misericordia mea & refugium meũ. Et propter huiusmodi prelia dicitur de Dauid ab uxore Nabal: Prelia domini dominus meus pugnabit, Puto aũt & mysteria esse talium præliorũ præliа quæ in scripturis leguntur: mysteria etiã esse destructionis præliantiũ aduersus ueritatis congregationẽ: maxime quæ leguntur in libro Iesu Naue, de destructionib. ciuitatum: & mysteria sunt omniũ congregationũ aduersariarum uirtutum. Audientes ergo prælia, & auditiones taliũ præliorũ, attẽdamus quod ait: Videte ne terreamini.] Et debemus scire quoniã oportet hæc fieri expectanti aduentũ uerbi, ut audiat prælia, & auditiones præliorũ: sed non statim ut audierit, mox erit finis. Propter quod finẽ oportet expectare omnem hominẽ qui uult fieri saluus: quoniã qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Secundum Lucam aũt, si audierimus prælia & seditiones ne conturbemur. Prælia quidẽ, quæ fiunt à scientia falsi nominis, & à sapientia principum huius mundi. Seditiones aũt, non consentientium sibi inuicẽ in conuentu ecclesiæ. Diuersas enim sentẽtias de uarijs negotijs manifeste audimus: maxime qui uolumus proficisci ad perfectionẽ quæ est in Christo. Non solum extra ecclesiam prælia, uerũ etiam in ecclesia intus seditiones. A quibus omnibus alieni fuerũt Apostolorũ discipuli, quorum omnium sicut in Actibus Apostolorũ est scriptum, erat cor unũ & anima una. Cõfirmati enim erant in eodem sensu, & in eadem scientia. Tamen nos & si audiuimus eiusmodi prælia, & seditiones huiusmodi, non terreamur. Oportet enim primũ antequam uideamus perfectionẽ sapientiæ quæ est in Christo, hæc fieri: sed nõ statim erit finis quẽ quærimus. Oportet enim nos stabiliri & confirmari in pace, ut sine terrore simus, nec à seditionibus cõturbemur: ut post hæc ualeamus capere finem, qui non est in auditione præliorũ, neq; in ipsis seditionibus: pacificus enim finis lõge est ab omnibus istis. Exurget enim gens aduersus gentẽ: & regnũ aduersus regnũ: & erunt fames, & pestilentiæ, & terræmotus per loca, Hæc enim omnia initia sunt dolorũ.] Marcus eadem, addit aũt & turbelas: Lucas similiter ipsa, addit autẽ: Terroresq; de cœlo, & signa magna erũt, & hyemes. Primũ simplicia loci, & corporalia exponamus. Sicut enim ægrotant corpora ante mortẽ eorum qui uim non extrinsecus patiuntur, & quemadmodum in omnibus per infirmitatẽ fit uia ad separandam animã à corpore suo: sic talis & tanta creatura mundi, cũ corrũpi cœperit, quasi initiũ habens & finem: quoniã quæ uidentur tẽporalia sunt, & quia cœlũ & terra transibunt, necesse est ante corruptionẽ ut langueat: ut terra quidẽ frequẽtius terræmotibus conquassetur: aer aũt uim quandam morbiferã concipiens, pestilens fiat. Adhuc aũt & uitalis uirtus terræ repente deficiẽs offocet fructus, & omnes naturas arborum deficiens generatrix earũ uirtus. His igitur accidentibus, cõsequens est ut mobilis natura quasi totius mundi pars aliqua cõstituta cõpatiatur uniuersarum rerũ mutationi: utputa consueta escarum nutrimenta nõ resumẽs, ueniat ad defectũ & corrumpatur. Nã cœli peribũt: quoniã sicut uestimentũ ueterascent. Quicquid aũt ueterascit & senescit, prope interitũ est. Cõsequens est ut & propter inopiã ciborũ in auaritiã & bella homines excitentur aduersus eos qui nõ tantam patiuntur inopiã, & ut ex cõparatione aliorũ quæ in rebus necessarijs sunt abũdantiũ, fiant insurrectiones aliorũ aduersus alios, & gens pugnet aduersus gentẽ, & regnum aduersus regnum. Possibile est aũt cum aliarum indigentia rerũ etiam hominũ bonum sensum habentium indigentiã fieri, ut per hęc tranquilla & pacifica uita nõ inueniatur in multis, sed insurrectiones & lites & perturbationes fiant, interdũ quidẽ propter auaritiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritiam, interdum autẽ propter concupiscentiam principatus, aliquando autem & propter gloriæ uanæ cupiditatẽ insanam, interdum autem & cupiditate uanæ gloriæ principum, qui non sunt cõtenti proprio regno: sed uolunt suum quidem extendere principatum, & multas sibi subdere nationes. Adhuc aũt profundiorem dabit aliquis causam eorum quæ ante consummationẽ mundi sunt euentura: maxime autẽ de prælijs. Quoniam sicut aduẽtus Christi in plurimis gentibus diuina uirtute fecit pacem, secundum
Psal.72 quod dicit Propheta de illo: Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec extollatur luna: & sic pax multiplicata est mundi propter incremẽta ecclesiarũ futura, ut ea pax salutis multorũ fiat occasio, dum nõ coguntur exire ad bella, & pugnare pro patrijs sicut pridem fiebat: sic consequens est, cum propter abũdantiã iniquitatis refriguerit charitas multorũ, & ideo dereliquerit eos deus & Christus eius, iterũ fieri prælia: uidelicet dum non prohibẽtur operationes seminatrices bellorum à sanctitate, sed magis adhuc nutriuntur propter malitiam hominũ supercrescẽtem, ut omniũ accidentium malorum causa esse dicanť. qui accesserunt quidem ad uerbũ, sed postea declinauerunt omnes, & simel inutiles facti sunt in mũdialibus malis. Nam quandiu steterint
Matth.5 sales terræ, ad quos dominus dixit: Vos estis sal terrę: & omnia constant salibus temperata. Postquam aũt infatuati fuerint ipsi sales (ut secũdum scripturã dicamus) & ea quæ saliebantur ab eis sicut insulsa infatuãtur, corrumpuntur, & fœtent, & resoluuntur. Adhuc aũt & quandiu steterit lux mundi, omnia diriguntur à claro lumine dispensata. Cũ autem hoc ipsum lumen diminutũ fuerit in animis hominum, dum propria & naturali esca non nutritur, tunc occupantibus omnia tenebris cũ in tristitia facta fuerint omnia & calamitatibus, fiet quasi conuentus super omnia aduersariarũ uirtutũ, dum non uetantur à sanctis & à Christo in eis, qui solebat eos uetare: sed quasi in tenebris sine aliqua prohibitione operabuntur in cordibus hominum, ut excitent gentẽ aduersus gentem, & regnum aduersus rrgnum. Si aũt (quemadmodum & placet quibusdam) & fames & pestilentiæ ab huiusmodi operationib. fiunt, & ab angelis Satanæ: similiter & fames & pestilentiæ tunc inualescẽt ab aduersarijs uirtutibus, quando fuerint sales terræ & lux mundi, Christi discipuli, qui sunt principes potestatis dei, destruẽtes in hominibus prælia quæ faciunt aduersariæ potestates, & omnia quæ ex earũ malitia seminantur. Et aliquando quidẽ in Israel fames & pestilentiæ fiebant propter peccata, & siccitates, quas orationes sanctorũ soluebant, Samuelis, Hieremiæ, cæterorũq; similiũ. Bene autem positũ est: Erunt fames, & pestilentiæ, & terræmotus per loca. Nec enim in semel uult deus perdere humanũ genus: sed iudicans per partes paulatim in eo dum fiunt fames, & pestilentiæ, & terræmotus per loca, dat pœnitentiæ locũ his qui ex modicis castigationibus emendantur & conuertuntur ad deum. Et quemadmodũ incipientibus infirmitatibus possibile est afferre medicinalia adiumẽta: sic incipientibus fame, & pestilentijs, & terræmotibus per loca, possibile est quibusdã hominibus ad conuersationem, & fidem, & sapientiam sanctorũ purgatoria dare. Si autem incipientibus huiusmodi malis non fuerit facta pia correctio, proficient ad peius fames, & pestilentiæ, & terræmotus, cũ locum habuerit abominatio desolationis, nõ cõtenta parte alia mundi: ueniet enim ut etiam in loco sancto consistat. Tamen insurrectionis gentium super gentes, & regnorum aduersus regna, & fames, & pestilentiæ, & terræmotus per loca exurgẽtes, initia esse dicuntur peiorum calamitatũ, quas dominus appellauit dolores. Si ergo tales erunt primitiæ dolorum, qualia putas erunt incrementa dolorum? Qualis autem & finis erit generalium dolorũ in uniuerso mundo, ut non iam per partes sed uniuersum exterminent mundum? Tamen arbitror quę sunt secutura aduersus impios fore tantummodo, ut in doloribus acutissimis, & diutinis crucientur, donec deponant quæ cõceperunt & formauerunt semina peccatorũ ab operationibus cõtrarijs. Et Pharao quidem non bene facere cupiens præcepit omne masculinũ quodcunq; fuerit natum Hebræis, ut proijciatur in flumen: Deus aũt bonus quasi uere bonus occidit semina malorum quæ receperunt, ut per multos labores & dolores ea deponant, quoniam conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem. Et quid aliud decet deũ, nisi ut occidat omnem iniquitatẽ quam generãt peccatores? quibus huiusmodi mortis dies me
Eccl.6 lior est quàm dies natiuitatis ipsius, secundum quod scriptum est, Melior dies mortis super

super diem natiuitatis? Sic & abortum meliorem eo ꝙd nascitur, bene quis dicet. Et dixi bonum super eum abortũ. Nam abortus huiusmodi in uanitate uenit, & in tenebris ambulat, & in tenebris nomen eius contegetur. Et hęc tractauimus abundantius consequentia aspicientes, secundum quod ait: Hæc omnia initia sunt dolorum. Quoniã autem & moralẽ intellectum existimo esse etiam in isto loco, secundũ ea quæ dixi, cõsequenter & hic sunt dicenda: quoniã si quis gloriosam & regalẽ formam uerbi uisurus est, & aduentũ ipsius gloriosum, necesse est ei ut excitetur non solũ audire prelia & auditiones intelligibilium preliorũ, ut uidẽs discat nequaquã terreri: sed etiam ut uideat gentem mendacij alicuius, & motum uerborũ trahentium ad aliquã sectam insurgentem aduersus aliam aliquã mendacij gentem: quoniam huiusmodi gentibus nunquam est pacificus finis. Quod frequenter uidemus inter hæreses fieri, & inter ecclesias malignantium surgere alterius hæresis gentẽ super gentem alterius hæresis. Sic & regnũ alicuius uerbi insurgit aduersus alterius uerbi erratici regnũ, quoniam satanas & omne mendaciũ aduersus seipsum diuidit semper, propterea non potest stare. Ergo qui proficiscitur ad uidendã gloriam Christi, & regnum, hoc est uerbi perfectionẽ, & regnum quod regnat, & dominatur, ponens omnes aduersarios sermones sub pedibus suis, & in conculcationem pedum suorũ: necesse est ei ut quærens ueritatem, frequẽter inopiam sensuum patiatur, quibus proprie anima nutritur ad requisitionẽ eorum quæ sunt quærenda. Et sicut aliquãdo qui ꝓficiscebãtur ad terrã ꝓmissionis, afflicti sunt, famem passi sunt carnalium ciborũ, tantum ut cœleste accipiãt manna: sic oportet inopia sensuum tentari eum frequenter, & nihil pati ex ea, ꝙ perfectione uerbi est nutriendus. Et quotidie hoc ipsum uidemus in nobis, quãdo quærimus aliquẽ ueritatis sensum in scripturis: priusquã inueniamus quod quęrimus, aliquã inopiam sensuum patimur, donec soluitur in nobis eiusmodi inopia sensuũ à Deo, qui dat dignis escam in tempore oportuno ad manducandum, & uestimentũ ad induendum. Oportet etiam eum qui uidet gloriosum aduentum, id est, aduentum sapientiæ in animam suam, necesse est eum uidere pestilentias morbidorũ sermonum, & nihil pati ab eis. Pestiferi aũt sermones sunt omnes qui ab hominibus pestiferis proferũtur, iniquitatem in excelsum loquentibus, & ponentibus in cœlo os suũ in superbia & magna promissione: ut puta Marcionis sermones aduersus creatorẽ mundi, & impiæ blasphemiæ, quædã pestilentiæ sunt animarum, corrumpentes hominũ mentes, & facientes animas in errorũ suspicionibus ægrotare. Valentini etiam de masculinis & fœmininis seculis fabulæ, & de natiuitate creatoris mundi, quã ex falsa sapientia confinxerũt, & quæcunq; alia garrulant, quid aliud sunt nisi pestilentiæ? Basilidis quoq; sermones detrahentes quidẽ eis qui usq; ad mortem certant pro ueritate, ut cõfiteantur corã hominibus Iesum, indifferenter autem agere docentes ad denegandum, & ad sacrificandũ dijs alienis, nõ minus pestificant & corrumpunt audientes se, qui in ijsdem sermonibus docent non esse alias peccatorum pœnas, nisi transcorporationes animarũ post mortem. Nam ut dimittam manifeste falsum esse quod dicitur, adhuc autem tollũt ab hominibus salutarem timorem, & qui uel propter timorẽ futurarũ pœnarum seruaturi se fuerant à multitudine peccatorum nutriunt audaciam impietatis eorũ. Multę igitur fames & pestilentiæ erunt omnibus uidere uolentibus gloriosum Christi aduentum in anima sua, sed nihil eis nocebunt. Videbunt enim tantummodo eas, sed nihil patientur ab eis. Patientur autẽ & motus eorum quæ quærentur in plurimis locis scripturarũ, ueri similitudinem contrarietatis uel mendaciorum habentibus: sed postmodum patientur nihil, nec motus auditionũ falsarum uellet eos ab expectatione gloriosi & diuini & perfecti aduentus Iesu Christi uerbi. Et qui dicturus est, A timore tuo domine in utero tuo cõcepimus, & parturiuimus, Esa. 26
& peperimus spiritum salutis quem fecisti super terram, aut secundum quod dictũ est, Gal. 4
Filij mei quos iterũ parturio donec formetur Christus in uobis: necesse est eum in primis in omnibus istis doloribus fieri famis & pestilentiarũ & motuum: quod sustinens Luca 2
pariet quod concepit & formauit in se Christum uerbũ, ut dicat in natiuitate eius, Ecce Euãgelizo uobis gaudiũ magnum, & gloriam in excelsis deo, & pacem super terram. Tunc tradent uos in tribulationes & occident uos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meũ. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

habebunt inuicẽ,& multi pseudoprophetæ insurgent,& seducẽt multos: & quoniam abundauit iniquitas,refrigescet charitas multorũ:sed qui permanserit in finem,hic saluus erit.Et prædicabit hoc Euangeliũ regni in uniuerso orbe in testimoniũ omnibus gentibus,& tunc ueniet finis.Et sine expositione quidẽ,textus à seipso est manifestus, quoniã frequenter traditi sunt discipuli Christi in tribulationes,& propter uerbũ sunt interfecti,& propter Christũ odio habiti gentibus.Si aũt discutere quis uelit quod ait omnibus gentibus,non satis inueniet certum,quoniã omnibus etiam in ultimis partibus terræ commorantibus gentibus odio habetur populus Christi:nisi forte & hic aliquis dicat propter exaggerationẽ multarum positũ omnibus pro multis.Proponẽs autem tibi quod dicit:Tunc tradent uos,inuenies quæstionẽ.Nec enim postquam insurrexerunt gens contra gẽtem,& regnum aduersus regnũ, & post fames & pestilentias per loca,tunc traditi sunt in tribulationes & occisi sunt,& odio habiti ab omnibus gentibus propter nomen Christi:nam & prius quàm hæc fierent, traditi sunt Christiani in tribulationes,& dantes testimoniũ ueritati sunt interfecti, & odio habiti sunt gẽtibus cum quibus habitauerunt.Aduersus hanc aũt quæstionem qui secundũ uerba uult intelligere,respondebit quoniã tũc maxime tradẽtur Christiani in tribulationes, quemadmodum nunquã,tunc odio habendi maxime ab omnibus gentibus cohabitantibus sibi sicut nunquam:& omnia patientur pro nomine Christi, cũ surrexerit gens contra gentem,& regnũ aduersus regnum,& fient fames & pestilentiæ,& terræmotus per loca.Amant enim qui in calamitatibus sunt,causas earum discutientes, inuenire aliquid quod loquantur.Cum hæc ergo contigerint mundo,consequẽs est quasi derelinquentibus hominibus deorum culturam,ut propter multitudinem Christianorũ dicant fieri bella & fames & pestilentias.Frequenter eñ famis causa Christianos culparũt gentiles,& quicunq; sapiebant quę gentiũ sunt:Sed & pestilentiarum causas ad Christi ecclesiam retulerunt.Scimus aũt & apud nos terræ motum factũ in locis quibusdam, & factas fuisse quasdam ruinas,ita ut qui erant impij extra fidẽ,causam terræmotus dicerent Christianos,propter quod & persecutiones passæ sunt ecclesiæ,& incensæ sunt: Non solum aũt illi,sed & qui uidebantur prudentes,talia in publico dicerent, qa propter Christianos fiunt grauissimi terræmotus. Quod aũt dicitur, Et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum, sic saluare quis poterit, quia nunquã quidem in unum consenserunt omnes gentes aduersus Christianos,cum aũt cõtigerint quę Christus prædixit,tunc quasi succendendi sunt omnes à quibusdam gentibus incipiẽtibus Christianos culpare,ut tunc fiant persecutiones iam non ex parte sicut ante, sed generaliter ubiq; aduersus populũ dei.Tunc continget illud ut multi scandalizentur qui uidentur in fide consistere,& se alterutrum tradent,& erit odium inter ipsos etiam qui uidentur fideles.Tunc pseudoprophetæ multi insurgent, multitudinẽ insensatorum fallentes:tunc & refrigescente charitate,nõ solum apud infideles,sed etiam in ipsis fidelibus:& feruor charitatis ex multis iniquitatibus refrigescet,ita ut pauci remaneant certantes pro ueritate usq; ad finem,qui & saluandi sunt soli.Et in hoc statu constitutis rebus,Euangeliũ quod prius non fuerat prædicatum in toto mundo:multi enim non solum barbararum,sed etiã nostrarum gentium,usq; nunc non audierunt Christianitatis uerbum: tunc autem prædicabitur,ut omnis gens Euangelicã audiat prædicationem, & nemo derelinquatur qui nõ audiuit,& tunc erit seculi finis.Si aũt hæc ita se habent, iam non ignorabimus de eo quod dicit:Tunc tradẽt uos,nec falsum suspicabimur qd ait:Et eritis odio omnibus gentibus propter nomẽ meum:dicentes ueritatẽ huius uerbi nondum esse impletam,quamdiu non est factum quod ait:Tunc scandalizabuntur multi & inuicẽ tradent.Nondum enim multi proditores de ecclesia facti sunt, & nondum falsi prophetæ extiterunt multos fallentes:sic & nondum odio habiti sunt ab omnibus gentibus,etiã in ultimis partibus terræ habitantibus propter nomen Christi:sic & nõdum est prædicatum Euangelium regni in toto orbe. Non enim fertur prædicatum esse Euãgeliũ apud omnes Aethiopas, maxime apud eos qui sunt ultra flumen: sed nec apud Seres,nec apud Oriẽtem audierunt Christianitatis sermonem.Quid autem dicamus de Britãnis,aut Germanis, qui sunt circa Oceanum,uel apud Barbaros, Dacos,& Sarmatos,& Scythas:quorum plurimi nondum audierunt Euangelij uerbum

bum,auditurí sunt autem in ipsa seculi consummatione.Aspice enim quod ait,Et prædicabitur hoc Euangeliũ regni in toto orbe in testimonium omnibus gẽtibus, & tunc erit finis. Si autem uult quis temere dicere prædicatũ esse iam Euangelium regni in toto orbe in testimoniũ omnibus gentibus,cõsequenter dicere poterit & quod ait,Tunc erit finis,iam finem uenisse: Quod dicere temeritatis est magnę & hominis non intelligentis quæ Paulus ad Tessalonicenses Epistola secunda dicit, dicens: Ne quis uos seducat ullo modo quasi instet dies domini: quoniam nisi uenerit primum discessio, & reuelatus fuerit homo peccati, filius interitus,& cætera, non erit domini dies. Hæc secundum simplicem exposuimus traditionem.Si autem debemus secundum quod moraliter supra tradidimus, & hic intelligere moralem tractatũ, talia exponemus: quoniam qui uisurus est secundum uerbi dei aduentũ illum gloriosum in animam suam, necesse est ut secundum mensurã profectus sui ad uerbi perfectionẽ insidias à cõtrarijs operationibus patiatur,quasi magnus athleta,et traditus in tribulationes derelinquatur. Multę emim tribulationes iustorũ:& quanto quis iustior uoluerit fieri,tãto magis quasi angustam & tribulatã cum affectu ambulans uiam in tribulationes incurrit,& tribulatus occiditur mundo: & quanto ad manifestiorem proficiscitur uisionẽ uerbi, tanto amplius tribulatur. Quoniã perfectior inuenitur Christus in eo, ab omnibus odientibus Christum odietur,non tantum à gentibus omnibus secundum carnem,quantum à gentibus spiritalium nequitiarũ. Ipsa enim implantata manifestatio proprietatũ Christi in eo,propter quas & dicitur Christianus,facit eum ab omnibus habẽtibus spiritum mundi odiri,ad perfectionẽ adhuc Christi amplius & amplius contendentem. Sed & in dissensionibus & quęstionibus pauci erunt intenti ueritatẽ plenius attingentes.Plures autem scandalizabuntur,& cadent ab ea,proditores & accusatores effecti alterutrum propter dissensionem dogmatum ueritatis,quam non omnes apprehẽdere possunt:quæ causa fiet,ut odiant se inuicẽ.Et cum huiusmodi quæstiones in plures uenerint,multi quidẽ erunt non sane tradentes de futuris sermonẽ,& quomodo non oportet interpretãtes prophetas,quos pseudoprophetas quis dicere nõ peccabit, seducere multos.Valde autem pauci erunt ueritatẽ inuestigantes.Falsæ autem doctrinæ à proposito ueritatis fontem quidem soluent,eos autẽ qui prurientes sunt aure, multiplicabunt,ad delectamentum eorum loquentes iniquitatẽ legi contrariam: & tantum nocebunt uerba docentium multorũ contraria,ut etiam feruentem dilectionem quæ prius fuerat in simplicitate fidei,refrigescere faciãt existimatione comparationis diuinorum mysteriorum & ueritatis.Sed qui potuerit uidẽs omnia hæc manere in primo Apostolicæ traditionis & ecclesiasticæ inductionis proposito,ipse saluabitur: & sic prædicatum Euangelium in animas omnium,erit in testimonium omnibus gẽtibus,id est, omnibus cogitationibus incredulis omnium animarum. 2.Thes.2

Tractatus XXIX Cap. XXIIII

1 N illo tẽpore,dixit Iesus discipulis suis: Cum uideritis abominationem desolationis,quod scriptum per Danielem prophetam stantem in loco sancto, qui legit intelligat.] Verba prophetæ quę locutus est de abominatione desolationis futuræ, sunt hæc, Et confirmabit testamentum multis septimana una,& in dimidio septimanæ tolletur sacrificium, & libatio,& super templũ abominatio desolationis erit,& usq; ad consummationẽ temporis consummatio dabitur super desolationẽ.Vere quidem cõprehendere sermones Danielis nullius alterius est,nisi spiritus sancti qui fuit in Daniele, ut de septimanis omnẽ manifestet sermonẽ, & de abominatione desolationis dicta ab eo. Si aũt oportet & nos pauca secundum quod nobis uidetur exponere de hoc loco,dicendũ est quoniã septuaginta annos,qui fuerunt post aduentum saluatoris nostri,demonstrare uidetur sermo. Hęc enim septimana quæ propter septẽ decadas annorũ dicitur septimana, confirmat testamentum multis,quando & Apostoli Christi post ascensionẽ ipsius orationi & uerbo instãtes à deo illuminabãtur in omnem scientiã uoluntatis diuinarum scripturarum, & à spiritu sancto.In dimidio aũt septimanæ,id est in tribus & semis decadis annorũ sublatum est sacrificiũ altaris,id est in triginta quinq; annis, & impletum est quod fuerat scriptum, Dan.9

Universidad de Deusto
Biblioteca

In dimidio ſeptimanæ tolletur ſacrificiũ & libatio. Tunc aũt ſuper templum quod fuit in Hieroſolymis facta eſt abominatio deſolatiõis tẽpli, & ciuitatis, in eo uidelicet tempore quando uiderũt circundatã Hieruſalẽ ab exercitu, ut ſecundum quod prophetauerat ſaluator de ea, cognoſcãt quod appropiauit deſolatio eius, Et hanc deſolationis abominationẽ factam ſuper templum ab exercitu Hieruſalẽ circũdante, dicit prophe ta uſq; ad tempus cõſummationis manere, ut conſummatio fiat mundi ſuper deſolatio nem Hieruſalẽ, & templi quod eſt in ea. Et ubi ſunt qui ſe dicũt Iudæos & nõ ſunt? qui dicunt, ædificabitur Hieruſalẽ quę eſt deorſum, priuſquã ſeculi cõſummatio fiat? Con ſummatio, inquit, dabitur ſuper deſolationẽ eius. Si aũt ædificabitur templum, ædifica bitur ei qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur deus, aut colitur, ut ſedeat in templo huiuſmodi oſtendens ſe quaſi ſit deus, quẽ dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuminatione aduentus ſui. Siue ergo placeat quibuſdã ædificari hanc Hieruſalẽ ſuper terram, tamen non erit falſum quod dicitur, conſummatio eſt danda ſuper deſolationẽ ipſius. Si autem oportet & de temporibus aliquid dicere, dicimus quoniã in Chronicis Phlegontis cuiuſdam dicitur, ſi tamẽ debemus & hũc quaſi uera dicentem de templo ſuſcipere, quoniam circa quadrageſimũ annum à quintodecimo anno Tiberij Cæſaris facta eſt deſtructio Hieruſalem, & templi quod fuit in ea. Deduc ergo prędicationis domini fere annos tres, & tẽpus reſurrectionis ipſius, quando per dies quadraginta apparens illis docebat eos de regno dei, & inuenies forſitan plus minus: quoniã circa dimidiũ ſeptimanę cõputans per decadas annorum eſt com- Dan. 9
pletum quod dictum eſt, Tolletur ſacrificiũ meum & libatio: quãdo & ſuper templum abominatio deſolationis eſt facta, quę deſolatio uſq; ad tempus cõſummationis manebit. Conſummatio enim ſecundũ quod diximus dabitur ſuper deſolationem. Si aũt cõ eſt, non ſolum, Tolleť ſacrificiũ meum, & libatio, ſed etiam illud quod ſcriptum eſt, ut abominatio deſolationũ ſuper templũ contingat: ſine dubio manifeſte oſtenditur aduentus Chriſti etiã ex uerbis Danielis prophetæ dicentis, Septuaginta ſeptimanę conciſæ ſunt ſuper populũ tuum, & ſuper ciuitatem ſanctã ut conſummetur peccatũ, & ſignetur peccatũ, & deleantur iniquitates, & ut adducatur iuſtitia æterna, & ut ſignetur uiſio, & prophetia: & ungetur ſanctus ſanctorũ, & cognoſcet intelligens ab exitu uerbi reſpondere & ędificare Hieruſalẽ uſq; ad Chriſtũ ducem ſeptimanæ ſexaginta duæ, & conuertetur & reædificabitur platea & murus, & euacuabũtur tẽpora: & poſt ſeptimanas ſexaginta duas interibit unctio, & iudiciũ non eſt in ea. Ciuitatem autẽ & ſanctum corrũpet cum duce ueniente, & excidetur in diluuio, & uſq; ad finem belli cõciſi interitus, & cõfirmabit teſtamentũ multis ſeptimana una: & in dimidio ſeptimanę tolletur ſacrificiũ, & libatio, & pinnæ uſq; ad conſummationem feſtinationis. Poſt hęc ſequitur ſermo quẽ expoſuimus ſic habens: & confirmabit teſtamentũ multis ſeptimana una, & cætera. Arbitror aũt ſeptuaginta ſeptimanas conciſas ſuper populũ & ſuper ci- Anni mundi.
uitatẽ ſanctã, ut cõſummeť peccatum, quatuor milia nongentos eſſe annos ab Adam uſq; ad ſeptuaginta annos qui fuerũt poſt diſpenſationẽ Chriſti. Cõſummatum eſt eñ peccatũ populi, propter quod & à deo eſt derelictus. Et illorũ quidem peccatũ ſignatum eſt, credentiũ aũt iuſtitia eſt deleta: & poſt deletionẽ eius, adducta eſt in Chriſto uita æterna. Sed quoniam lex & prophetæ uſq; ad Ioannẽ, qui oſtendit Chriſtum, propter ea puto dictum, ſignari uiſionem & prophetiam. Nam quoniã nequaquã ſunt in prophetis uiſiones poſt Ioãnem, ideo ſignata eſt uiſio & prophetia. Signata aũt uiſione & prophetia unctus eſt unigenitus ſanctus ſanctorũ Chriſtus. Quem Chriſtum unctum cognouerunt prophetę, & Daniel, & intellexerunt aliquo modo ab exitu uerbi, quando uerbi domini cœli firmati ſunt, & ab exitu uerbi reſpondere in ſanctis qui ab initio fuerunt & prophetis domini, ſed & ædificari Hieruſalẽ uſq; ad Chriſtum ducẽ tranſierũt ſeptimanę ſexaginta duę, hoc eſt primũ quidẽ anni quadringenti nonaginta, quæ fiunt per decadas cõputatę ſeptimanæ ſeptem. Poſt hoc aũt anni quatuor milia trecenti quadraginta, qui fiũt ſimiliter per decadas cõputatę ſeptimanę ſexaginta duę. Poſt quos reuerſus eſt Chriſtus & ędificauit plateã, in qua ſapientia fiducialiter agit, & murum, in cuius faſtigio prædicatur. Euacuata ſunt autem populi tempora, propterea quod

quod ſuper additas ſeptẽ ſeptimanas, ſexaginta duas ſeptimanas, ſublatũ eſt à populo Chriſma quod fuit in templo, ut iam non ſit iudiciũ apud eos. Sed & ciuitas, & ſanctum corruptũ eſt cũ ſuperueniente poſtea duce populo illi ſiue Herode, ſiue Agrippa. Hũc enim dicit eſſe hiſtoria Iudæorũ. Sed uide ne putes quod ait corrũpi cum duce uenien te, referri ad Chriſtũ. Vbi enim uoluit ipſum intelligi Chriſtũ, utriſq; nominibus uſus eſt Daniel, dicens, Vſq; ad Chriſtum ducem. Quando aũt tacet nomẽ Chriſti, corrumpendũ introducit ducẽ, quoniã defecit dux poſt Chriſtũ, & dux de fœmoribus eius, uenit enim cui repoſita erant. Poſt quẽ exciſus eſt in diluuio populus uſq; ad finẽ belli conciſi ſuper eos. Sed his accidentibus illis confirmauit deus teſtamentũ multis in ſeptimana una: in cuius ſeptimanæ dimidio ceſſare fecit incenſum, & ſacrificia, & tẽplũ, quod arbitror à pinna nominauit interiturũ uſq; ad conſummationem in feſtinatione, quando & derelicta eſt peccãtibus eis domus eorũ. Quæ autem ſequũtur in textu Danielis, ſicut potuimus expoſuimus. Hęc aũt omnia uiſa ſunt nobis ex Daniele iuxta interpretationẽ Euangelici textus opponere, ut manifeſtemus uerbũ quod ait: Cum uideritis abominationẽ deſolationis, quod dictũ eſt per Danielẽ Prophetã ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat. Nunc aũt ipſum textum Euãgelij declaremus. Diximus ſtare quidem in loco ſancto abominationẽ deſolationis, principẽ eſſe qui Hieruſalem circundedit exercitu. Itaq; quoniã peſſima contigerũt his qui tunc fuerant in Iudæa, ideo hæc futura prophetans populo dominus dicit. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes.] Et talia fuerunt quæ cõtigerunt in tempore illo, ut ita dicamus, ut qui eſſet ſuper tectum domus, non haberet tempus deſcendere, & tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro erat, nõ poſſet reuerti in ciuitatẽ, & tollere ueſtimẽtum ſuum. Et nõ erat tunc tẽpus miſericordiæ, neq; ſuper prægnãtes, neq; ſuper lactantes, neq; ſuper infantes earum. Ideo dicit (quantũ ad uerba dico) Væ pręgnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Et quaſi ad Iudęos loquẽs, qui arbitrabantur in ſabbato nõ oportere uel agere, uel ambulare uiã amplius q̃ eſt ſabbati iter, ideo dicit: Orate aũt ne fiat fuga ueſtra in hyeme, uel ſabbato. Nõ ſolũ eñ in ſabbato, ſed etiã in hyeme peſſimũ erat ſalutẽ quærere per fugã. Refertur autem ab his qui Iudaicã hiſtoriam conſcripſerunt de illis quæ tunc contigerunt, quoniã tribulatio magna facta eſt populo, qualis nunquã fuit ab initio mundi uſq; ad tẽpus Chriſti, ſed nec poſtea fieri poteſt, ut talia eis contingant, propterea quod auſi ſunt manus inferre in uerũ Chriſtum dei: cuius myſteriũ & nomen ue-
nerans Dauid, dicebat de Saule perſequẽte, & occidere ſe uolente: Non inijciã manus 1. Reg. 4
meas in Chriſtũ domini. Præciſionẽ aũt dierum illorum futurã propter electos dei qui credunt in Chriſtũ, abbreuiationem intelligimus dierũ illorum. Tunc aũt in magna calamitate populo cõſtituto, & electis qui ſunt in Iudæa pericula patientibus, multi ſeductores dicebant, ecce hic Chriſtus, ecce illic. Quos obſeruare docẽs diſcipulos ſuos, dicebat tunc. Si quis uobis dixerit, ecce hic Chriſtus, ecce illic, nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetę, & dabunt ſigna magna, & prodigia. Dicere aũt quis poteſt aut Simonẽ magũ qui dicebat ſe eſſe uirtutem dei magnã: aut ſi quis ei ſimilis fuit, ſeducere uolens ſi poſſibile eſſet & electos? Hæc prœuenientes diximus non adijcientes in hoc loco aliã expoſitionẽ, niſi eam quę ſecundũ textũ eſt, propter eos q̃ traditione ſimplici delectanť, ut quæ uidentur eis utilia diceremus, quoniam hęc dominus futura, pphetans præſcius ueritatis expoſuit. Si autem oportet propter eos qui uolũt & poſſunt aſcendere uerbo ad altiora, replicemus ab initio poſita Euangelij uerba, & ſecundũ quod poſſumus exponamus eadem iterũ ſpiritaliter. Et primũ quidẽ ſuſcipiamus uerbũ de abominatione deſolationis ſtante in loco ſancto. Debet eñ qui legit diligens eſſe, & intelligere, ut non ſeducať à deſolationis abominatione. Locus igit̃ ſanctus intelligibilis eſt omnis dictio ſcripturæ diuinę, quã locuti ſunt ſancti prophetæ qui fuerũt à ſeculo, Moyſes, & poſt eum cęteri. Non ſolum aũt, ſed etiam dictio Euangeliſtarũ, uel Apoſtolorũ Ieſu Chriſti. In hoc ergo loco ſancto omniũ ſcripturarũ tam ueteris teſtamenti q̃ noui Antichriſtus, qd' eſt falſum uerbum, ſtetit frequenter, per hoc ipſum quod ſtare uideť in ſcripturis diuinis, oſtẽdens ſe quaſi ſit deus, & quaſi ipſe ſit Chriſtus dei uerbũ, & ipſe eſt abominatio deſolationis. Eſt enim frequenter uidere in argumentationibus impijs dogmatũ apud hæreſes hãc abominationem deſo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lationis,id est Antichristũ uerbum falsum abominationum,desolantẽ à deo omnẽ hominem qui receperit eam in se abominationẽ aduersantẽ ueritati, extollentẽ se super omne uerbũ quod est extra eum,quod annunciatur esse uerbũ dei, extollẽtem se & super omne quod unusquisq; hominũ colere uult,siue uere siue mendaciter.Nam unumquodq; hæresum dogma non solum ueritati aduersatur,sed etiã cęteris dogmatibus similiter falsis.Et quoniã sic extollitur,ut etiam in tẽplo scripturarum sedeat, per ipsum templũ,id est per ipsas scripturas,uolens se ostendere,quoniã ipse uere est deus uerbũ, semper ergo qui diuinas legit scripturas intelligat eas:maxime quãdo uiderit abominationem desolationis,secundum ea quæ diximus,stantẽ in eo quẽ expositimus loco sancto sanctarũ scripturarum.Qui aũt intellexerit eum, destruet uera traditione, id est illuminatione aduẽtus Christi qui est ueritas, cum uerbũ qui in alieno loco sancto stare uidetur: & intelligẽs talem abominationẽ desolationis,irritam faciet eam, & eijciet à loco sancto in quo stare uidetur.Maxime aũt destruet eũ Christus qui loquitur in eo uerum lumen.Iste aũt Christus si in aliquo loquatur uolente audire & prodificari, nõ infirmatur,sed omne falsum uerbũ quod est abominatio desolationis stãs in loco sancto, & sedens in templo dei quod est Antichristus, interficiet spiritu oris sui per eos qui se præbuerint capaces ipsius.Quod uerbũ falsum frequenter non stat, sed etiam sedet in templo,quãdo quasi rationabiliter & bene constructum uidetur. Qui aũt uident hanc abominationẽ desolationis,ita ut possint de ea dicere:Non enim uersutias eius ignoramus,in eo dum legunt intelligentes quæ uera sunt,fugiant falsum, & recedant ubi eos mendaciũ comprehendere nõ ualebit.Non aũt potest comprehendere mendaciũ eos qui ex Iudæa litera fugiunt ad spiritalia & intelligibilia, & sublimes ueritatis montes. Vt aũt intelligamus:Fugiant in montes,accipe exemplũ,quod dicitur manifeste de fu-
1 Cor. 6 ga laudabili,quale est quod ait Apostolus: Fugite fornicationẽ, & quod ait sapientia: Quasi à facie serpentis fuge peccatũ:uel quale est,q̃d in mysterio dicit Rebecca Iacob.
Gen. 26 Ecce Esau frater tuus minatur occidere te.Nunc ergo fili audi uocẽ meam, & surgens fuge ad Laban fratrẽ meum in Carrã,& habita cũ illo aliquot dies, donec auertatur ira fratris tui.Et omnis arbitror qui filius est Iacob, opera consummans Iacob, intelligens omnẽ morem odibilẽ deo,qui est Esau,fugit quasi intelligens.Si aũt nõ fugiat eum qui fornicarius est,& pollutus sicut Esau,& quasi nõ fugiens Esau, sed cohabitans ei, non fit filius Iacob qui fugerat eum.Ipse aũt Iacob habitans cũ Laban utiliter sibi & dispensationi quæ erat secundũ deum,abscondit cor suũ,ut non annunciaret ei, quoniã fugiebat,& fugiebat ipse & omnia eius.Bonum est ergo fugere etiam à Laban, à cõciliatore carnaliũ qualitatum,in quibus habitantẽ non oportet permanere in eis, sed fugere cũ omni domo sua.Nam & si uoluerit persequi post eum,deus illum auertet à fugientibus eum:ut etsi cõprehenderit eum postmodũ aliquando,nihil mali facere ei possit fiducialiter pronuncianti: Apud quẽ inueneris deos tuos,nõ uiuat in cõspectu fratrũ nostrorum:cognosce quid tuorũ est apud me,et accipe.Nec enim cognosci poterit aliquid apud Iacob de rebus Laban.In his ergo Euangelicis dictis, quæ in præsenti tractamus, imperatur ut qui cognoscunt abominationẽ desolationis stantẽ in loco sancto, intelligant in eo dum legunt,ut fugiant in montes. Qui ergo in tali Iudæa,quã diximus,id est in uetustate literæ cõstitutus habetur,fugiat in montes spiritalium nouitatũ. Et si quis inuentus fuerit ascendisse super tectũ uerbi, & stare in fastigio ædificationis eius, non descendat inde occasione,ut auferat aliquid de domo sua & uadat.Nihil enim opus habebit manens in tecto,& abstinens se nequando inde descendat. Et si fuerit quis in a-
Matt. 13 gro,siue in eo in quo absconditus est thesaurus:sicut dominus ait in parabola quadam,
Gen. 26 aut qualis fuit ager ille Iacob plenus,cui assimilauerat eum benedicẽs pater ipsius,& dicens: Ecce odor filij mei,sicut odor agri pleni quẽ benedixit dominus. In quo agro secundũ spiritales benedictiones legis,benedicitur omnis qui secundũ legem uixerit,dicente scriptura: Benedictus tu in ciuitate,benedictus tu in agro. Qui ergo est in tali agro totius plantationis quã plantauit pater cœlestis,nõ reuertatur retro. Nõ enim tantũmodo ille qui mittit manũ in aratrũ, & reuersus fuerit retro,non est aptus regno dei: sed etiã qui in agro est quem tradidimus,& reuersus fuerit retro, causa eorũ quæ oportuerat obliuisci,sine dubio incurret in abominationẽ desolationis, id est in seductionẽ uerbi

uerbi mendacis:& maxime si spoliauerit se uestimentũ suũ uetus,id est ueterem hominem cum actibus eius,& iterum conuersus fuerit retro,tollere uestimentũ suum. Diligenter ergo debemus attendere,ne forte aliquid eorũ quæ sunt deorsum, & sunt in domo,uelimus descendentes tollere,aut relictum uestimentũ retro repetere relinquẽtes agrum,& conuersi retro,cum debueramus appetere ea quæ sunt priora,& obliuisci posteriora,& neq; stare in aliqua regione illa,sed in monte saluari, ut non comprehendamur cum his qui sunt combusti,propter quod in Sodomis sunt comprehensi. Vęae autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.] Quoniã sunt & aliquæ animæ concipientes generationes,manifestauit Propheta,dicens:A timore tuo domine in utero concepimus,& parturiuimus,& peperimus spiritũ salutis quẽ fecisti super terrã. Sicut enim in prægnantibus formaẽ & figuratur semen,sic & in anima quæ suscipit uerbum, paulatim formatur & figuraẽ conceptio uerbi in ea.Et hoc puto dicere Paulum ad Ga-
Gal. 4 latas.Filij mei quos iterũ parturio,donec formeẽ Christus in uobis.In epistola ad Timo-
1 Tim. 2 theum dicit idem, saluandam mulierem per filiorũ generationẽ, si permanserit in fide, & dilectione,& sanctitate cũ castitate. Quæ est aũt hæc mulier,nisi anima quę uerbum cõcipit dei & ueritatis,& parit opera bona similia Christo? Irrationabile aũt est existimare de sensibili generatiõe dictũ quod ait:Mulier seducta in preuaricationẽ facta est, salua aũt erit per filiorũ generationem si permanserit in fide,& dilectione, & sanctitate cũ castitate.Animæ ergo quæ nouiter susceperũt uerbũ,& adhuc prægnãtes cõstitutę, necdũ fructificauerũt in eo in utero intelligibiliter habentes,nõ possunt sustinere stantem in loco sancto aduersantẽ ueritati sermonẽ,neq; stare quo minus seducaẽ persuasionibus eius.Propterea si aliquãdo abominationem desolationis secundũ quod tradimus stantẽ in loco sancto uiderit anima in utero habens, quæ necdũ fructificauit ex uerbo,incurrit in uæ quod dominus dicit: Væ prægnantibus.Proijciet enim cõceptionem,& euacuabiẽ à spe quæ est in actibus ueritatis.Sed & si uideaẽ formatũ & fructificatũ uerbũ,nõ aũt fuerit enutritũ sufficienter augentibus & magnũ facientibus eũ nutrimentis,sed manserit immaturũ, secundum similitudinem sugentis factum est, super huiusmodi generationes ueniet quod super sugentes.Si aũt sicut in multis exemplarijs scriptũ est: Væ sugentibus,dicendum est:quoniã animæ quæ lactantur adhuc, ad quas dicit Apostolus:Lac uobis potũ dedi nõ escã,nõdũ enim poteratis, sed nec usq; adhuc
1 Cor. 3 potestis,adhuc emẽ estis carnales.Dicit aũt & alibi.Facti estis opus habẽtes lacte,& nõ solida esca.Omnis enim qui lacte aliẽ,imperitus est uerbo iustitiæ: paruulus enim est. Istæ sunt ergo animæ quæ propter infirmitatẽ,& quia facile seducũtur, nõ possunt inseducibiliter permanere in cõspectu abominationis desolationis stãtis in loco sancto: seductæ enim cõsentiunt ei,utpote deo.Et est uidere hæreticorũ ecclesias plenas de lamentãdis prægnãtibus,uel nutrientibus,uel sugẽtibus.Plerũq; enim animæ quę in ecclesia prægnãtes fuerũt,aut nutrientes,aut sugentes,fuerũt seductæ à desolationis abominatione:& seductę ab eo uerbo falso qui stat in loco sancto per falsam traditionẽ dogmatũ peruersorũ,abominationis illius susceperũt uæ,quod à domino factum est: Væ in utero habẽtibus & nutrientibus.Non aũt quandocunq;, sed in diebus illis abominationis desolationũ. Omnis enim qui audit uerba,iniquitatem in excelsum loquẽtium, & susçipit ea in diebus eius,ille abominatione desolationis subditus fit. Orate autem ut ne fiat fuga uestra hyeme uel sabbato.] Est enim sicut diximus quædam fuga hominum secundum præceptũ uerbi,ut qui fugit quę fugere oportet,melior sit eo qui nõ fugit,sed semetipsum subditũ facit perdentibus animã malis.Quòd est autem cõstituta fuga atq; laudabilis,manifeste docet apostolus dicens:Fugite fornicationem. Fugit autẽ fornicationem qui omnẽ occasionem irritantẽ & prouocantem ad fornicandũ euitat, & neq; iuuenibus in fabulis iuuenilibus cõmiscetur inquãtum potest,ne forte cõsumatur per eas,neq; descẽdit ad cõsuetudines eorũ taliũ,sed auertit se omnino ab huiusmodi hominũ concitationibus.Qui uult fugere fornicationem,audiat & illud quod dicit:
Eccl. 9 Cum saltatrice noli assiduus esse,ne forte cõsumaris in desideriis eius.Fugit autem fornicationem abundantius,qui accendentes & excitatrices seminis escas inquãtum uaIet euitat,& uino si potest fieri nõ utatur,donec transeat feruentior ætas. Si autem uti-
1 Tim. 5 tur,modico utatur,secundũ apostolicũ pręceptum,dicens Timotheo:Iam noli aquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

bibete,sed uino modico utere propter stomachum tuum,& frequẽtes tuas infirmitates.Et quid plura? Ille est qui fornicationẽ fugit,& semper fugam istam laudabilẽ operatur quæ à deo fugere nõ permittit.Operatur autem hanc fugam qui promptus est ad fugiendã fornicationem.Et non solum fornicatio nobis est fugienda,sed & omne peccatum.Ideo bene dixit scriptura. Quasi à facie serpentis,fuge peccatũ.Frequenter autem conuenit fugere ab Antichristo,uerbo & falsi nominis scientia: maxime quando necdum sic idoneus est homo,ut habeat in se dominum operantẽ,qui interficit spiritu otis sui persuasiones mendaciorum: nec ascendit ad tantum altitudinis,ut habeat in se eum qui destruit illuminatione aduentus sui omnem persuasionẽ ueri,similitudinẽ ueritatis habentem,& assimilantem se ueritati. Qui aũt fugit,debet cognoscere etiã locũ ad quem fugere debet,& orare etiam propter tempus,ut non in eo tempore fugiat,qđ est aduersariũ fugæ.Loca ergo fugiẽtibus erũt mõtes, quos Christus ostendit dicens: Tunc qui in Iudæa sunt,fugiãt in montes.Et qui fugiũt in istos mõtes dicant psalmum
Psal.120 graduum sic habẽtem.Leuaui oculos meos in montes unde ueniet auxiliũ mihi. Ideo
Psal. 87 autem tollit oculos suos in montes,quia scit abundantiã quæ est in montibus illis. pro pterea dicit.Fundamenta eius in montibus sanctis.Et si fugerit in montes quos præce
Exod.3 pit dominus,ueniet ad locum sanctum,in quo factus & uidens uisum illum magnũ,di cet quod dictum est,Trãsiens uidebo uisum hunc magnũ.Et qui huiusmodi est,audiet: Solue calceamentũ pedum tuorũ,locus enim in quo tu stas,terra sancta est.Fugiant ergo in montes qui fugiunt secundũ dei mandatũ.Quoniã ergo in tranquillitate animæ constitute possunt impetrare fugam salutis,hyeme aũt cõprehendente incurrũt in eos quos fugiũt,ideo orẽt ut ne fiat fuga eorũ hyeme uel sabbato,si quidẽ uigilauerit Christus in eis.Si aũt obdormierit,tunc descendens procella uenti in stagnũ, descẽdet etiã super eum qui fugit,quia non Iesus fugit cum ipso,ostendens ei fugã optimæ uiæ. Tamen si descenderit aliquãdo procella,& hyemẽ fuerit operata,oret quis & suscitet orationibus suis Christum ut imperet uento & mari,ut tranquillitate facta iterũ fugiat,ut nõ comprehendat̃ à fornicatiõe,aut auaritia,aut à gloria uana,aut ab aliquo malo per sequẽte se,uel ab ipsa abominatione desolationis,id est dogmate falso.Orate ut ne fiat fuga uestra hyeme uel Sabbato.Deus in sex diebus fecit opera mũdi,& requieuit in sabbato.Requieuit autem ab operibus mũdi quæ facere cœpit.Opera aũt iustitię semper sine initio operatur,& operabitur sine fine,& sic hominũ genus ante Christi aduentũ operati sunt omnes opera mundi:& nemo requieuit ab eis,sabbatizãs iugiter ab operibus bonis.Veniens aũt dominus noster sabbatum nostrum,& requies nostra,attulit nobis requiẽ sabbati sui,ut sicut ille requieuit in sabbato ab operibus mundi,nõ aũt requieuit ab operibus iustitiæ,sic & nos per ipsum sabbatizemus ab operib. mũdialibus & carnalibus & nociuis,opera aũt iustitię semper exerceamus. Quoniã aũt ipse nobis allaturus fuerat huiusmodi sabbatũ,in quo nullũ opus faciamus seruile,testat̃ & ipse p
Psal. 94 prophetã dicẽs de indignis Iudeis ita:Donec iurauí in ira mea,si introibũt in requiem meã.Et iterũ Lamech nomen imponens filio suo Noe in mysterio Christi, ita dixit de
Gen.5 eo,& uocauit nomẽ eius dicens Noe,quoniã hic dabit nobis requiẽ à mœoribus nostris,& ab operibus manuũ nostrarũ,& à terra quam maledixit dominus.Omnis ergo qui uiuit in Christo,semper in sabbato uiuit & in requie requiescẽs ab operibus malis: operatur aũt opera iustitię incessanter.Multi aũt nomen Christi habẽtes non gratiam, econtra sabbatizãt ab operibus bonis,operantur aũt opera mala.Mediocres aũt intedũ dimittũt sabbatismũ operũ malorũ,& sabbatizãt ab operibus bonis,nõ bona operantes,sed mala.Quidam aũt ab operibus malis sabbatizant,non aũt exercẽt opera bona,cum oporteat nõ solũ mala fugere,sed etiã bona exercere.In tali ergo sabbato operum bonorũ quãdo bona opera nõ facit homo Christianus,iubet nos Christus orare, ne fuga nostra fiat in illo.Cessante em̃ te ab operibus bonis,si quidẽ steteris ante faciẽ abominationis,& ultro te subdideris ei uoluntarie,mortuus es gladio uerbi mẽdacis. Si aũt uolueris fugere,& abominatio desolatiõis secuta fuerit te,sine persecutionibus suis frãget te,quia nõ operant̃ in te uirtutẽ patientiæ opera tua bona:sine seductionib. suis capiet te,quoniã intelligentię lumẽ non operat̃ in te opera tua bona.Nemo em̃ in tali periculo falsi dogmatis facile superatur & fallit̃,nisi quia nudus est ab operibus bonis.Pro

nis.Propterea & Apostolus dicit de ipso periculo. Pro eo quod charitatẽ ueritatis nõ 2.Thes.2
acceperunt,dabit illis operationem erroris,ut credant mendacio,ut iudicentur homines qui non crediderunt ueritati,sed cõsenserunt iniquitati.Cum aũt uiderimus abominationem desolationis quæ dicta est per Danielem prophetã stantẽ in loco sancto, uidebimus & magnã tribulationem instantem,qualis facta nõ est ab init o mundi usq; ad illã ipsam,neq; fiet postea. Quę enim maior tribulatio q̃ uidere fratres nostros seduci propter sanctum locum à desolationis abominatione stante in eo? Et siquidẽ amici alicuius aut proximi mors corporalis magnã operatur tribulationem ei qui nõ fuerit meditatus ut sufferat eam: qualem putas tribulationem ei qui compatitur quãdo unum passum fuerit membrũ,& ei qui uiderit quãdo scandalizatus fuerit aliquis frater? Si autem & quis uiderit seipsum moueri & conturbari à desolationis abominatione, quasi nõ sit abominatio desolationis, & uiderit se periclitari ꝓpter dilectionem quam habet in sanctum locum,ita ut pene consentiat ei abominatione tanquã sit deus,& tradat semetipsum abominationi quasi deo:quomodo putas eum tribulari magna tribulatione,qualis nõ fuit ei ab initio ex quo uenit in mundũ,usq; ad illud tẽpus? Sed nec alia tribulatio talis eum poterit cõprehendere aliquando:& maxime si quis trahitur ut existimet abominationẽ stantẽ in cœlo sancto,nõ esse abominationẽ desolationis,sed deum uerbũ. Adhuc aũt & si quis manifeste quidem uideat abominationem desolationis stantem in loco sancto,& ii sequatur eam accipiens sibi excusationẽ de diuinis scripturis,quasi indifferenter liceat Christianitatem negare,dicens denegationem nõ esse denegationem,& escas immolatorũ quasi nihil nocentes manducãti fuerit arbitratus,proferens de scripturis exempla & quia indifferenter licet in uno eodemq; tempore mulieribus cõmisceri diuersis,quasi & patribus ista facientibus olim, omnibus istis peccatis maius est abominatio desolatiõis,id est,uerbum quod in loco scripturarũ sanctarum consistit,iniquitatem in excelsum loquens & persuadens à creatore discedere, qui solus & uerus est Deus,& credere alteri nescio cui deo super istum,cui nullus similis est:cũ talis noster saluator dicat: Pater qui misit me maior me est. Magna ergo tribu Ioan.14
latio generat̃ à desolatiõis abominatiõe stante in loco sancto,ita ut talia dicãtur de ea.

Et nisi abbreuiati essent dies illi,nõ esset salua facta omnis caro. Propter electos aũt abbreuiabũtur dies illi.] Tanta autem, & sic magna in illa abominatione desolationis fit tribulatio,ut deus operetur abbreuiationẽ dierũ tribulationis illius, superfluũ eorũ præcidens,quod additur à desolationis tribulatione & abominatione. Aliter em̃ non est possibile ut saner̃ omnis quæ saluãda est caro,nisi acceperit abbreuiationẽ à deo. Dies enim intelligũtur præcepta & dogmata ueritatis,posita in scripturis ad illumina tionem intelligentiũ animarũ. Omnes autem intellectus à sciẽtia falsi nominis uenientes,qui addunt̃ sermonibus scripturarũ,& cõiungũtur,intellige mihi additamẽta esse supra magnitudinẽ naturalẽ dierũ scripturæ: quod additamẽtũ bonus deus abbreuiat per quos uult.Et quotiescunq; uideris aduẽtu uerbi ueritatis in sensu tuo præcidi altitudines extollẽtes se aduersus scientiã dei:toties intellige abbreuiatos dies tribulatiõis, & circũcisam superfluã magnitudinem,quam contra naturã abominatio desolatiõis, semper superaddit diebus domini qui sunt in scripturis.Et propter electos abbreuiantur dies illi,ut uidentes in sensu suo præcisionẽ superfluitatis dierũ,& remanentẽ illam solummodo lucem,quæ secundũ uerbũ est ueritatis,nihil patiantur à desolationis abominatiõe,uel ab eo q̃d additum fuerat super ueros & naturales dies scripturarũ. Tunc si quis uobis dixerit,ecce hic Christus,ecce illic,nolite credere.Exurgẽt enim pseudochristi,& pseudoprophetæ,& dabunt signa magna,& prodigia,ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiã electi.Ecce prędixi uobis,ecce in solitudine est, nolite exire: ecce in domibus,nolite credere.Sicut em̃ fulgur exit ab Oriẽte,& apparet usq; ad Occidentẽ,ita erit aduẽtus filij hominis. Vbicũq; em̃ fuerit cadauer,illic cõgregabunt̃ aquilæ.] Quoniã diximus abominationẽ desolationis stantẽ in loco esse mẽdacij uerbum,q̃d in loco scripturarũ sancto stare uideť,dicet aliquis: & quomodo quasi nõ stãte ea illic ita dicet aliquis discipulus Christi:Ecce hic Christus, ecce illic:alius autem dicet:Ecce in solitudine est,alius aũt, ecce in domibus? Vide ergo si ad hæc dicere possumus quod ait:Ecce hic,ecce illic:quoniã ecce hic,ecce illic,nõ extra scripturam foras

aspicien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

aſpiciendum eſt. Dicet enim qui ſeducere uoluerit nos, & defendere cõtraria ueritati, Ecce hic Chriſtus, demonſtrans (uerbi gratia) hũc Euangelij locum. Alterius autẽ erroris auctor dicet: Ecce hic Chriſtus, offerens ad exemplum alterum textum, qui uidetur defendere mendacij illius uerbum quod propoſuit uindicare: & ſic ex lege & prophetis, & Apoſtolis, pfert unuſquiſq; quæ uidentur defendere mendacium illud utpote ueritatẽ. Vel ſic impletur quod ait: Ecce hic Chriſtus, ecce illic, oſtendens non Chriſtum, ſed aliquem fictum eiuſdem nominis: utputa ſecundum Marcionis doctrinã, & ſecundũ traditiones Valentini, aut Baſilidis longã fabuloſitatem, aut ſecundum Apellis aduerſus Paulum teſtimoniũ falſum. Erunt autem & alij plures qui dicturi ſunt diſcipulis ex diuinis ſcripturis, coniungentes eis ſuum propriũ ſenſum: Ecce hic Chriſtus, ecce illic. Si aũt dixerint uobis: Ecce in ſolitudine, nolite exire: ecce in domibus, nolite credere. Quidam enim ſecreta proferentes dicunt, ecce in ſolitudine. Quando enim ſecretas & non uulgatas ſcripturas proferunt ad cõfirmationem mẽdacij ſui, uidentẽ dicere: Ecce in ſolitudine uerbum eſt ueritatis. Secretę enim ſcripturę, recte ſolitudines appellantur, in quibus aut pauci ſunt credẽtes aut nullus. Quoties aũt Canonicas proferũt ſcripturas, in quibus omnis Chriſtianus conſentit & credit, uidentur dicere: Ecce in domibus uerbum eſt ueritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodũ per ſucceſſionem eccleſiæ dei tradiderunt nobis. Vel ſic. Eorum uerborũ falſorum profeſſores quidã quidem nec ab initio ſimulãt ſcripturas, & ſic fallere tentãt. Ideo (exiſtimo) eos ſermones qui ſunt omnino extra ſcripturã oſtendere uolẽs dixit: Si dixerint uobis, ecce in ſolitudine eſt, nolite exire de regula fidei. Eos aũt qui ad ſchiſma ſimulãt diuinas ſcripturas, oſtendere uolens dixit. Si dixerint uobis, ecce in domibus, nolite credere. Quodcũq; profeſſi fuerint de ſcripturis, & de myſteriis quæ ſunt in eis ad demonſtrationẽ, nolite credere quæ dicunt. Veritas enim ſimilis eſt fulguri egrediẽti ab Oriente, & apparẽti uſq; ad occidẽtẽ. Qualis eſt ueritas eccleſiæ dei: ab ea enim ſola ſonus in omnẽ terram exiuit, & in fines orbis terræ uerba eorum, & uelociter currit ſola uerè ueritas dei.

Tractatus xxx. Cap. xxiiii

N illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Sicut fulgur enim exit ab Oriente & apparet uſq; ad Occidẽtem, ita erit & aduentus filij hominis, Et reliqua.]

I Scire debemus & illud, quoniã ueritatis fulgor non aliquo quidem ſcripturarum loco apparet, ex alio autem ſcripturarum loco non defenditur, ſed ex omni loco ſcripturarũ, id eſt ſiue ex legis, ſiue prophetarũ, ſiue ex Euãgeliorum, ſiue ex Apoſtolorũ ſcriptura defenditur. Et exiens hic fulgor ueritatis ab Oriente (id eſt ab initijs Chriſti) apparet uſq; ad diſpenſationẽ paſſionis ipſius, in qua eſt occaſus ipſius. Et huic tali fulgori ſimilis eſt filij hominis aduentus, id eſt uerbum ueritatis. Et ſic autem intelligere poſſumus quod ait: Exit ab Oriente, & apparet uſq; ad Occidentem. Chriſtus uerbum eſſe & ueritas & ſapiẽtia oſtenditur, à primo initio creaturę mũdi uſq; ad nouiſſimã Apoſtolorũ ſcripturã: id eſt à Geneſi uſq; ad Apoſtolicos libros: poſt quos nullis ſcripturis ita credendũ eſt ſicut illis. Aut ita, quoniã lex & prophetæ uſq; ad Ioannem, in quibus eſt fulgor ueritatis. Et oriẽs quidem eſt lex, occidẽs aũt finis legis Ioannes. Sola aũt eccleſia neq; ſubtrahit huius fulgoris uerbũ & ſenſum, neq; addit quaſi prophetiã aliud aliquid. Sed ſi oportet ſubtiliter quærere quod nõ ſingulariter dicta eſt oriens, neq; ſingulariter occidens, ſed ita, ab orientibus uſq; ad occidentes: dicemus quoniã una oriens, & una occidens, lex & prophetę uſq; ad Ioannem: alia oriẽs uſq; ad occidentẽ, Chriſtus Ieſus uſq; ad Paulũ, cui nouiſſimo Apoſtolorum quaſi abortiuo apparuit Chriſtus. Conſidera aũt & hoc, quoniã unã ſuperius diximus abominationẽ deſolationis quę dicta eſt per Danielẽ prophetã ſtãtem in loco ſancto: ſuperaddit aũt quaſi de multis: Exurgent em̃ pſeudochriſti. Generaliter enim unus eſt Antichriſtus, ſpecies aũt illius multæ: tanq; ſi dicamus, mẽdaciũ generaliter unum eſt, ſecundum differentias autem falſorũ dogmatũ inueniuntur multa eſſe mendacia. Si enim mendaciũ nihil differt à mendacio, puta Baſilidis, aut Marcionis, aut Valentini, aut Apellis, aut aliquorum ſimilium, unum uidetur eſſe mendaciũ. Si autem ſecũdum diuerſa

diuerſa dogmata mentiuntur, multi ſunt qui exurgunt. Hi enim ſunt Antichriſti: & qui cunq; poſt eos reſurrexerint. Sicut autẽ ueri Chriſti, & unius facti ſunt qui à ſeculo fuerunt ſancti prophetę, prænunciãtes Chriſti paſſiones, & poſtmodum glorias eius futuras: ſic mihi intellige ſecundũ unumquenq; pſeudochriſtũ, multos eius falſos prophetas. Non ergo alicuius unius mẽdacij doctores, ſed omniũ pſeudoprophetæ ſunt illius Antichriſti, cuius falſos ſermones prædicant quaſi ueros, & docent. Secũdum hæc ergo quæ diximus, qui Eccleſiaſticè docẽt uerbum, prophetæ ſunt Chriſti. Qui aũt Marcionis, uel alicuius eorũ prædicant uerbum falſum, prophetæ ſunt Antichriſti eius qui eſt ſecundum Marcionem, id eſt, illius mendacij quod introduxit Marcion: & alij falſi prophetæ ſunt mendacij illius quod eſt ſecundũ Baſilidem, alij uero illius quod eſt ſecundum Apellem. Similiter dices & de prædicatoribus ſingularum hæreſum. Omnia enim perſuaſoria quæ proferuntur ad defenſionem Antichriſti uerbi, ſigna ſunt illius Antichriſti & prodigia, quæcunq; ſuggeruntur à ſapiẽtiſſimo omniũ beſtiarum terræ ſerpente, & à magno ſenſu principe Aſſyriorũ, ſigna ſunt magna & prodigia, ut in errorem inducant ſi poſſibile eſt etiam electi. Exaggerationis autẽ ſermo eſt dicens: Si poſſibile eſt. Non em̃ pronunciauit, neq; dixit, ut in errorem mittantur etiã electi, ſed oſtendere uult quoniã frequenter ualde perſuaſorij ſunt ſermones hæreticorum, & cõmouere potentes etiã eos, qui ſapienter audiunt. Sed prædicẽte nobis omnia Saluatore neq; in ſolitudinem exeamus, neq; qui profitẽtur Chriſtum in domibus eſſe credamus. His autem quæ diximus, adijciamus adhuc, quoniã omnis ſermo profitens ſe eſſe ueritatẽ cum non ſit ueritas, ſiue apud gentiles, ſiue apud barbaros, aliquo modo Antichriſtus eſt, uolens ſeducere quaſi ueritas, & ſeparare ab eo qui dixit: Ego ſum ueritas. Propterea non debemus attendere eis qui dicunt: Ecce hic Chriſtus, non aũt oſtẽdũt eum in eccleſia quæ plena eſt fulgore ab Oriẽte uſq; ad Occidentẽ, quę plena eſt lumine uero, quæ eſt columna & firmamentũ ueritatis, in qua tota totus eſt aduẽtus filij hominis, dicentis omnibus qui ubiq; ſunt: Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uitæ uſq; ad cõſummationem ſeculi. Et ubicunq; fuerit, quod eſt ſecundum diſpẽſationem paſſionis eius, cadauer eius, qui ideo cecidit ut erigat eos qui ceciderũt, illuc cõgregabuntur non qualeſcũq;, ſed aquilæ diſcipuli. De quibus etiã propheta dicebat: Pennigerabunt ſicut aquilæ, & current, & non laborabunt, & ibunt, & nõ eſurient. Et Salomon in Prouerbijs aſſimilat eum qui in deo eſt diues, dicẽs: Paratæ ſunt ei pennæ ſicut aquilæ, & conuertẽ in domo præpoſiti ſui. Et uide quoniam non dixit: Vbicunq; fuerit cadauer, ibi congregabuntur uultures, aut coruí, ſed uolens oſtẽdere magnificos & regales eſſe omnes qui in paſſionẽ domini crediderunt, proprie dixit: Vbi fuerit cadauer, illic cõgregabunt & aquilæ. Statim poſt tribulationẽ dierum illorum ſol obſcurabit, & luna nõ dabit lumẽ ſuũ, & ſtellæ cadẽt de cœlo, & uirtutes cœlorũ mouebuntur. Et tunc parebit ſignũ filij hominis in cœlo, & tũc plangẽt ſe omnes tribus terræ.] Conſiderantes maiores propoſitiones incurrere ẽ eſt ſenſus hominũ, etiã eorũ q̃ primũ in ſapientia profecerunt præ alijs, age diſcutiamus ſermonẽ: primũ quidem quę rentes quę facile recipi poſſunt ad expoſitionẽ Euãgelici textus quaſi domino in ipſo prophetãte: deinde requiremus quæ ſit ueritas horũ uerborũ ſecũdum eos qui altius et ſubtilius eſſe aliquid arbitrant in uerbis, ſeruantes cõſequentiã moralium traditionũ etiam in his quẽadmodum ſupra. Dicet ergo aliquis: Quẽadmodũ in magnis ignibus ſuccendi incipientibus, tenebræ ex fumo plurimo uidentẽ extolli: ſic in cõſummatiõe mundi ab igne qui accendendus eſt obſcurabunt etiã luminaria magna, ut ſole obſcurato cõſequenter obſcurationi ſolis etiã luna impedita nec à ſole percipere lumen, nec proprium lumen dare ſinatur. Et ſic neceſſe eſt cõprehẽdant mundi naturã primum tenebræ magnæ: ſic autem permarceſcente ſtellarũ lumine, reliquũ earum corpus craſſius factũ ut nõ ualeat exaltari ſicut primũ cum à lumine ipſo portatum extollebat, cadet de cœlo. His accidẽtibus cõſequens eſt cœlorum rationabiles uirtutes patiẽtes ſtuporem, cõmotionem aliquã pati, & cõturbari, remotas uidelicet à primis functiõibus ſuis. Ita qui hæc ſic intelligit eſſe, adijciet quia ſignũ filij hominis in quo cœleſtia facta ſunt quæ in cœlis erant, & quæ in terris, tunc apparebit: utputa uirtus quã operatus eſt filius ſuſpenſus in ligno; & in cœlo maxime fulgebit ſignum ipſius: & homines ex

omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus tribubus qui prius non crediderũt Christianitati annũciatæ,adhuc aũt male de ea dixerunt,tunc recognoscẽtes per signũ illud manifestatũ,plangent se,& lamentabunt propter ignorantiã suã atq; peccata,quia uerbum domini non receperunt. Alius uero aliter arbitrabitur de his uerbis:quoniã sicut hęc uerba demonstrant,nec per ignem fiet mundi corruptio,sed per defectionem ipsius.Et alius utitur exemplo:quoniam sicut deficiente lumine lucernę paulatim minuit lumen,sic cœlestium luminũ deficiente nutrimine,Sol obscurabit,iam non habens super se uenientia spiramenta ab eis.Maiori aũt luminari hæc patiente,multo magis & luna nec ipsum poterit exhibere splendorem igneum illum,& secundũ defectiones suas apparentem. His ergo contingentibus super solẽ,lumen etiã stellarum deficiet,ut quod remanserit in eis quasi terrenum cadat de cœlo:& omnes cœlorum uirtutes his accidẽtibus mouebuntur.Sicut enim in dispensatione crucis,sole deficiente tenebræ factæ sunt super omnem terrã:sic & signo filij hominis apparẽte in cœlo deficiet solis lumẽ,& lunæ adhuc & stellarũ, quasi consumptum à multa uirtute signi illius.Quo apparente, quæ tũc in terris remanserint tribus plangent se. Vtetur ad hæc exemplo Esaiæ prophetæ dicentis hoc modo.Ecce
Esa.13 dies domini insanabilis uenit,ira & furoris, ponere orbẽ terræ desertũ, & peccatores perdere ex ea.Stellæ enim cœli,& Orion,&omnia ornamenta cœli nõ dabunt lumen suũ, & obscurabitur in oriente sol,& luna non dabit claritatẽ suã. Et præcipiã orbi ter-
Ioel.3 ræ mala,& impijs peccata eorũ.Item & de Ioel talia. Ante faciem eius confundetur terra & mouebitur cœlũ.Sol & luna contenebricati,stellæ non dabũt lumen,& dominus dabit uocẽ suam ante faciẽ uirtutis suę,quia ualida sunt castra eius nimis,quoniam fortia sunt opera uerborũ eius.Itẽ,Et dabo prodigia in cœlo sursum,& in terra sanguinis & ignis & uaporũ.Sol cõuertet in tenebras & luna in sanguinem, priusq; ueniat dies domini magnus & præclarus.Et his similia multa inuenies in scripturis, si nihil aliud in locis Euãgelicis aspicere uolueris præter simplicia uerba.Nam & secũdũ hoc quod dicit,Tunc plangent se omnes tribus terrę,quasi nulla habẽs opus interpretatiõe, acci-
Zach.12 pies de propheta Zacharia talia uerba.Et erit in illa die,quęram auferre omnes gẽtes quæ uenient super Hierusalem,&effundã super domũ Dauid,& super omnes habitantes in Hierusalẽ spiritũ gratiæ & miserationis:& respiciẽt ad me propter quod saltauerunt,& plangent super se planctum sicut super dilectũ,& dolebunt dolore sicut super primogenitũ.In illo die magnificabit planctus super Hierusalẽ,sicut plãctus mali granati in cãpo excisi,& plãget se terra per tribus:tribus domus Dauid seorsum,& mulieres eorum seorsum:Tribus domus Nathan seorsum,& mulieres eorũ seorsum: Tribus domus Leui seorsum,& mulieres eorũ seorsum:Tribus domus Simeõ seorsum,& mulieres eorũ seorsum:Omnes tribus quæ subrelictę sunt,seorsum,& mulieres eorũ seorsum. Videbit ergo quibusdã usq; hoc interpretationẽ debere producere,& nihil discutere supra textũ. Quoniã aũt qui loquit de scripturis diuinis,debet curare non solũ simplices,ut negligat causa eorum illos qui possunt abundantius sustinere uerborum subtilium naturam,ne forte falsæ sint traditiones huiusmodi,& nihil tale,quale debet esse quod à deo dici debeat de huiusmodi rebus:propter huiusmodi ergo uiros pauca quędam secũdum quod possumus moraliter exponemus.Dicẽt aũt huiusmodi homines, Quomodo potest dici de sole,quoniã obscurabitur lumen eius,quãdo Esaias prophe ta,pfectum aliquem solis in consummatione fore declarat,hic aũt sermo ademptionẽ. Similiter & de luna Esaias quidem refert,quoniã erit sicut sol, præsens autem sermo, quia non dabit lumen suũ.De stellis aũt talia dicent,quoniã de terra in cœlũ, multum spatium est maxime ad zonã mediam,in qua non sunt erraticæ stellæ:secundum considerationẽ ergo altitudinis eius est existimare,quoniã nisi supra modum essent magnę stellæ,neq; ex tanto spatio lumen eorũ uideret ab omnibus qui sunt in omni parte terrarum,Sicut autem quidam dicere tentant,aut omnes,aut plures earũ maiores esse ipsa est terra,argumento utentes ad cõmendandam rationẽ uerborũ suorũ, quoniam omne cœlũ in modum sphæræ collectũ uniuersam cõplectitur terrã,dicent etiam aliquid tale:quoniã qui ueritatem dictorũ istorũ simpliciter ex ipso colligunt textu, rem natura ipsa impossibilem dicunt ut possibilem,ut stellæ tantæ magnitudinis cadãt de cœlo.Quò enim & cadãt cũ magnitudine earũ nõ sufficiat terra,nec capere possit (ut ita di-

ita dicam)magnitudinem duarum stellarũ? Pone tamen capere eam duas uel tres,nunquid & tantam multitudinẽ capere potest? Ne ergo aliquid aliud forte moraliter sentire oportet in scripturis diuinis. Et audaciæ quidem est,necessariũ autẽm: tamen multo tractu opus est in his locis,qui uult simul & possibilitatẽ ostendere scripturarũ & ueritatem.Dicet ergo obseruandum,solem esse diabolum, qui trãsfigurat se in angelum lucis,& quasi sol multos seducit,Quoniã ergo in consummatione est arguendus,cum sit tenebræ,simulat aũt esse se solẽ,propterea de illo intelligi potest quod ait: Sol obscurabitur.Et dicet honestiorem esse hanc rationem, cũq; existimare talẽ solem passurũ obscuritatem.Omnes,inquit,consentire cõuenit absq; periculo aliquo huic probato sermoni de huiusmodi sole sic obseruando. Et secundum consequentiã huiusmodi solis intelligenda est etiam luna quæ uidetur illuminari ab huiusmodi sole.Omnis enim ecclesia malignantium,quæ frequenter lumen se habere & dare promittit,tunc autem arguita, & manifestata cum reprobatis dogmatibus suis,non dabit claritatem suam. Sed & qui cunq; siue in dogmatibus,siue in uirtutibus falsis,hominibus quidem promittebãt ueritatem,mendacijs autem seducebant se attẽdentes,hi conuenienter dicẽdi sunt stellæ cadẽtes de cœlo.De cœlo aũt(ut ita dicã)suo,ubi erant altitudines cõstitutæ extollentes se aduersus scientiã dei,Ad cõmendationem aũt sermonis huiusmodi, utẽtur exem plo Prouerbiorum dicente:Lumen iustorum semper inextinguibile est:lumen autẽ im- Prou.4
piorum extinguetur.Scientiã quidem ueram quam illuminauerũt sibi qui audierũt dicentem:Illuminate uobis lumen scientiæ, lumen esse iustorũ, falsam autẽ scientiam lumen esse impiorũ:& sanctorum quidem lumen semper inextinguibile esse,cadentium autem à ueritate lumen extingui. Obscurabitur ergo lumen solis illius quẽ diximus,& lunæ illius quam exposuimus: sed & omnes qui extollunt se cõtra scientiã dei, cadent ab altitudine sua qua se arbitrati sunt esse cœlũ.Forsitan & sic conuenit quod est dictũ, Videbam satanam sicut fulgur cadentẽ de cœlo. His autem accedentibus de huiusmodi sole,& luna,& stellis,uirtutes cœlorũ diuinæ non omnino immobiles erunt:sed mouebuntur quãdo arguitus fuerit ille obscuratus sol,& luna illa nõ exhibebit claritatem suam,& tales stellæ ceciderint,sicut & Iudas dicit in Epistola sua. Tunc quod clarũ est Iude 1
apparebit in cœlo,& omnis qui portauit imaginem cœlestis. Cum autẽ hæc ita fuerint facta, tribus quidem cœli lætabuntur,terræ autem tribus quę imaginẽ portauerunt terræ, plangent se.Adhuc autem pro commendanda huiusmodi sua traditione adijciet dicens qui hãc fecit interpretationẽ,quoniã sensibili sole obscurato (ut hoc ita esse concedatur)& luna claritatem non dante,& cadentibus stellis, nec est possibile esse homi
num tribus in terris. Si autẽ possibile non est, utiq; nec secundũ quod loquitur textus: Luce 5
Et plangent se tribus terrę,Tunc ergo sicut ait dominus in Euangelio: Qui nũc rident, tunc plangent se,& plangent quasi quis in tribubus terræ. Secundum hæc & Esaiæ sermones,& Ioelis tentabit interpretari,qui uult ad moralem expositionẽ subleuare quæ dicta sunt. Adhuc autem ad ea quæ dicta sunt de cadentibus stellis,non sine ratione est assumere de reuelatione Ioannis, de tertia parte stellarũ tracta à cauda draconis in ter- Apoc.12
ram.Dicit enim ita.Et uisum est aliud signum in cœlo,& ecce draco magnus rufus habẽs capita septẽ, & cornua decẽ, & super capita sua coronas septẽ,& cauda eius traxit tertiã partem stellarũ cœli,& misit eas in terrã. Omnia hæc exponere singillatim de capitibus septem draconis,quæ forsitan possunt referri ad aliquos principes rerũ nequitiæ,siue ad tanta ducentium ad mortem peccata,non est tẽporis huius: exponetur autem tẽpore suo in reuelatione Ioãnis. Sed & decem cornua dicere, quoniã sunt regna serpentinæ malitiæ, & habentis serpẽtis naturã, & semper pectore & uentre incedere per peccata,nec modo exponere tempus est. Quid narratio præsens de septem diadematibus quę draco uidet habere super septẽ capita sua? Vtputa diademata per singulos qui iunguntur suscipit aliquod caput draconis.Has aũt principales expositiones atq; probationes oportet fieri cũ ipse liber propositus fuerit nobis ad exponẽdũ:Nunc autem hoc solum oportet de reuelatione illa exponere, quoniã cauda draconis traxit tertiam partem stellarũ cœli,& misit eam in terrã. Existimo enim quoniã qui debet audire,post dominum deum tuũ ibis,& uenite post me,& ad hęc quidẽ obstruit aures suas, peccatũ autẽ sequitur,trahitur à cauda draconis uadens post eum. Si autem contigerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum qui sic uixit ut audiat: Vos estis lux mundi, & aliquando splenduerint opera eius bona: hic aliquando constitutus stella, & in cœlo habens cõuersationem, si auulsus fuerit à dracone in terram, hic erit stella à cauda draconis tracta, & missa in terram. Sic stellæ à cauda draconis trahuntur, & mittũtur in terrã. Sunt autẽ aliæ, quarum pars aliqua obscuratur, & quod maius est quidẽ, luminosum est: quas uidetur ostendere de reuelatione sermo sic habẽs. Et quartus angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars lunæ, & tertia pars stellarũ, ut obscuraretur tertia pars eorũ. Sunt quidam autem qui nec omnino seruauerunt quod dictũ est: Sic luceat lumen uestrũ coram hominibus, nec omnino extincti & obscurati sunt, sed ex parte. Quidam enim propter scientiam quidẽ fulserunt sicut splendor cœli, quidam aũt propter cõuersationẽ facti sunt sicut stellæ. Sed uidemur quibusdam nõ cõsequenter secundum præcedentes expositiones hæc protulisse, & pro parte exposuisse. Quoniã illic quidẽ stellas casuras diximus, qui uidebantur fuisse stellæ, non autẽ erant: hic aũt de his qui uere fuerunt stellæ, & aut ad plenum eciderũt, aut ex parte. Ad quos respondeamus: quoniã proferẽtes exempla hæc quæ protulimus, hoc demonstrauimus quia omnino stellæ homines sunt intelligendi, non quales stellæ. Alioquin ille locus suam habet interpretationem, & hic suam. Tamẽ his ita factis parebit signum filij hominis in cœlo, & plangent se tunc tribus terræ. Ad hęc non est absurdum uti exemplis Zachariæ prophetæ ita habentibus. Et erit in illa die, quærã auferre omnes gentes quæ ueniunt super Hierusalem, & effundam super domũ Dauid, & super habitantibus in Hierusalem spũm gratiæ & miserationis, & respicient ad me quoniã saltauerunt, & plangent super se planctum sicut super dilectum, & dolebunt dolore sicut super primogenitũ. Et in die illo magnificabitur planctus in Hierusalem sicut planctus mali granati excisi in cãpo, & planget se terra per tribus: Tribus domus Dauid secundum se, & mulieres eorũ secundum se: Tribus domus Nathan secundum se, & mulieres eorũ secundum se: Tribus domus Leui secundũ se, & mulieres eorum secundum se: Tribus domus Simeon secundũ se, & mulieres eorũ secundum se: & omnes relictæ tribus secundum se, & mulieres eorũ secundum se. Omne igitur terrenũ agmen cũ sit tribus terræ, quod esse sibi ipsi attribuerũt, maxime si oportet in aliquo peccatorũ abũdantius plangere, plangent cũ similibus suis. Arbitror aũt per hæc ostendi differentias eorũ qui uidentur in fide fuisse & in suo agmine, nõ aũt placuerunt deo: Est ergo domus Dauid plangens, qui ex populo cõstituti digna planctu egerũt, aut de regibus & magnatibus. Qui aũt ex doctoribus male uixerũt, sunt tribus Nathan plangens, quoniã Nathan fuit propheta, docere aũt est prophetare. Ita qui sunt peccatores ex his qui præpositi fuerunt ecclesiæ, & sacerdotiũ habuerunt iumentum, & non bene dispensauerũt præpositurã suam, tribus sunt domus Leui plangens. Et uerum quidem dicere, uel de his quæ diximus, uel de tribu Simeon, dei solius est: nos autem in præsenti aptamus, quoniã omnes qui catechizati fuerũt, & instructi sunt diuino mysterio, nec fuerunt ordinati in aliqua tribuum quas diximus supra, & peccauerũt peccata grauia, quales sunt plurimi laicorũ, tribus sunt Simeon: Reliqui aũt homines, quas dixit tribus relictas, quas specialiter non nominauit. Non aũt qualecunq; est opus dicere & de mulieribus singularum tribuũ plangentibus se secundũ se. Et uide si potes in singulis quibusq; classibus eos quidem qui corporaliores, & mundialiores fuerũt, dicere mulieres: qui aũt eorum cõparatione meliores fuerunt uiros fuisse. Et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute & gloria multa.] Quoniã uidetur suscepisse ecclesia catholica cum alijs traditionibus etiam de Christi aduentu secundo, quoniã erit in gloria manifestũ est, Vtrum aũt secundum quod scriptum est in hoc loco, nubes corporales atq; sensibiles existimare debemus uehiculũ esse ipsius, & secundũ huiusmodi nubes multam illam uirtutẽ & gloriã expectare debemus, aut iuxta obseruationẽ uerbi simplicioris, etiam moraliter est considerandũ, aut nec omnino obseruare debemus simplicitatem uerbi, sed solummodo moralẽ exequi intellectũ, non cuiuscunq; est deliberare, & diligenter scrutari singula loca, & postquã tractauerit uerbũ secundum ea, sic pronunciare quid potissimum uerius sit eorũ, & cõtinens euangelicum sensum, & uoluntatem Christi, qui ista locutus est. Sed age, nos pauca de modica uirtute, si tamen uel ipsam habemus, exponamus his in locis: & primũ quidem secundũ textũ. Videbũt oculis

Matt. 5

Zach. 12

oculis corporalibus filium hominis in specie humana uenientẽ super nubes supernas, quæ ideo nubes cœli dicunt, cũ uirtute & gloria multa, Et cõueniunt huic expositioni quæ superius in euangelio dicuntur hoc modo, Cum assumpsisset Iesus Petrũ, & Ioannem & Iacobum, eduxit eos super montem excelsum nimis, seorsum, & transfiguratus est corã eis, & splenduit facies eius sicut sol, & uestimenta eius facta sunt sicut lumẽ, & uisus est eis Moyses & Helias colloquẽtes cum eo. Et ecce, inquit, nubes lucida obumbrauit eos, et ecce uox de nube dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo complacui, ipsum audite. Sicut ergo quãdo trãsformatus est, resplenduit facies eius sicut Sol, & uestimenta eius facta sunt sicut lumen, & uox uenit de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo complacui: sic cum uenerit iterũ forsitan in speciem transformabitur gloriosam: aut sicut tunc transformatus est coram tribus discipulis suis, postea ueniet non super unam nubẽ, sed super multas, quæ erunt uehiculũ eius. Quoniam aũt consequẽs est ut in meliorem gloriã reformetur, cp̃ fuit transformatus in monte, manifestum est ex eo quod tunc quidam coram tribus tantũmodo transformatus est: in consummatione aũt mundi totius, apparebit in gloria multa, ut uideant eum omnes in gloria. Et tunc quidem descendens lucida nubes adumbrauit eos, postea aũt multæ nubes portabunt filium hominis uenientẽ cum uehiculo digno gloriæ suæ. Dicet aũt aliquis, quoniam sicut in fictione hominis accepit deus limũ de terra, & finxit hominem, sic ut appareat gloria Christi, accepit deus de cœlo & de cœlesti corpore, & corporauit primum quidem in nubem lucidam, in consummatione autem in nubes lucidas, propter quod & nubes cœli dicuntur, secundũ quod & limus terræ est dictus. Et dicet patrẽ talia miranda donare filio suo, qui seipsum humiliauit, & propter dilectionem non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & factus est agnus dei ut tollat mũdi peccata. Propter hoc enim & deus superexaltauit eũ, & donauit illi nomen quod est super omne nomẽ. Non solum aũt exaltauit eum secundum spiritũ, sed etiam secundũ corpus, ut per omnia sit exaltatus. Et corpus quod suscepit de uirtute altissimi, & de uirgine huiusmodi ministeriũ ministrãte, debebat honorari ut & super talibus nubibus ueniret: forsitan super nubibus animatis & rationabilib. ut ne sine anima & irrationabile esset uehiculum filij hominis glorificati, sicut fuit sine anima currus, irrationabiles aũt equi in quibus uisus est assumi Helias, secundũ scripturam dicentẽ: Et ecce currus igneus & equi ignis. Quoniã aũt animatæ & rationabiles nubes eruñt, quæ erũt uehiculũ filij dei, proferimus exempli causa quod dicitur: Et ueritas tua usq; ad nubes. Et iterũ: Mandabo nubibus ne pluant super illam pluuiã. Maxime autem ex eo quod dicitur: Et ecce nubes lucida adumbrauit eos, & ecce uox de nube dicens: Non quia nubes filij erat pater, sed (ut ita dicam) uerbũ dei factum est ad eam, sicut factum est ad prophetas. Et sicut qui audit Esaiam dicentẽ: Filios genui & exaltaui, ipsi aũt me spreuerunt: nõ Esaiã, sed deum patrẽ audit in Esaia: sic qui audiebant de nube uocem dicentem: Hic est filius meus dilectus: non nubem, sed patrem in ea testificantẽ gloriæ filij audiebant. Si ergo ante passionis dispensationẽ talis fuit nubes prophetans, quid debemus dicere de nubibus cœli, super quibus uenientẽ filiũ hominis uidebunt cũ uirtute & gloria multa qui uiderint eum tunc? Et si quidẽ ut ne terram calcaret filius dei in Hierosolymis, diligentes eum strauerunt uestimẽta sua in uia, neq; asellum qui portabat eum uolentes terrã calcare: quid mirum si pater & deus omnium, nubes sternat cœlestes sub corpore filij descẽdentis ad opus cõsummationis? Et primũ quidem uenit Iesus cum uirtute & gloria qua glorificauerat eũ pater, ex qua uirtute faciebat signa & prodigia in populo, & omnem infirmitatẽ & languorẽ sanabat: propter quã & dicebat: Tetigit me aliquis, ego enim scio uirtutẽ de me exisse. Omnis autẽ illa uirtus cõparatione uirtutis illius multę cũ qua in fine uẽturus est, modica erat. Virtus enim erat exinanientis seipsum. Virtus autem illa multa de qua scribitur: Videbũt filium hominis uenientẽ super nubibus cũ uirtute & gloria multa, erit dei uerbi, qui restitutus est in statum quem habuit à principio apud deum prius cp̃ exinaniret seipsum. Sic & multã gloriam eius intellige, incipiens à gloria uultus Moysi, & transiens ad Heliam, qui uisi sunt in gloria quãdo facta est species uultus filij dei altera, & mutatum est uestimentũ. Intelligens autẽ etiam quod dicitur; Si enim quod euacuatur per

Matt. 17

4 Reg. 2
Psal. 36
Esa. 5

Esa. 1

Matt. 9

2 Cor. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

gloriã,multo magis quod manet in gloria:uidebis multam illam gloriã filij, de qua scri
ptũ est:Cum uirtute & gloria multa. Adhuc aũt magis intelliges,de qua loquit textus,
Act.1 accipiens de Actuũ uolumine quod taliter habet:Et cum hæc dixisset, uidentibus illis
eleuatus est,& nubes suscepit eum ab oculis eorũ.Et cum intenderent in cœlum eunte
illo,ecce duo uiri steterũt in ueste alba qui & dixerũt,Viri Galilæi, quid statis aspicien
tes in cœlum?Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlũ, sic ueniet quẽadmodum ui
distis eum euntẽ in cœlum. Si em credimus istis quibus nubes dicitur eũ suscepisse, &
sustulisse in cœlum, quomodo non secundum textũ ueniet de cœlo, sicut uiderũt eum
Apoc.1 euntẽ in cœlũ discipuli eius?Et in reuelatione Ioannes similiter dicit: Ecce ueniet cum
nubibus,& uidebit eũ omnis oculus,& qui eum pupugerunt,Intelligat aũt qui potest,
utrũ id ipsum est super nubes cœli uenire eum, & cũ nubibus eum uenire,aut aliæ qui
dem sunt nubes super quas ueniet, aliæ aũt cum quibus ueniet?Considera autem in ui
Esa.19 sione Ægyptia Esaiã dicentẽ: Ecce dominus sedet super nubẽ leuẽ, & ueniet in Ægy
ptum:utrum Ægyptum dicit hanc quæ cõmuniter intelligitur,an totum mundum. Se
cundum enim ipsum Ioannem,locus in quo dominus eorũ est crucifixus,uocatur spiri
rit aliter Sodoma & Ægyptus,siue totus mundus, siue Iudæa Sodoma & Ægyptus ap
pellatur.Qui aũt super nubem leuem uenit in Ægyptum, primũ ascensionem faciet in
Iudæam.Rationis est enim uenientẽ eum iterum illic primũ fieri. Sodoma autẽ ubi do
minus eorũ crucifixus est appellatur:sicut & aliquãdo dictum est ad populum illum &
Esa.1 principes eius,Audite uerbum domini principes Sodomorũ, attendite legẽ dei plebs
1 Thess.4 Gomorræ.In his traditionibus utitur etiã illud quod dicitur: Rapiemur in nubibus ob
uiam dño in aerem, & sic semper cum dño erimus. Et dicet: Si beati homines in nubi
Exod. 14 bus rapientur in aerem, quid mirũ est in nubibus filiũ dei uenire cũ uirtute & gloria mul
ta?Item nubes obumbrabat populũ uenientẽ ex Ægypto.Si ista credũtur, quomodo
non consequens est, domino populi in uehiculum fieri nubes cœlestes ut sedeat super
eas?Si aũt recipitur liber qui dicit,quoniã sapiẽtia est quæ facta est populo tunc colum
na nubis in die,& flãma ignis in nocte: dicet aliquis quoniã nubes super quibus uide
bunt filium hominis uenientẽ,uirtus altissimi est & spiritus sanctus, quæ fient ei in nu
bibus cœli,ut ueniat illis inuectus.Cũ sit ergo fortior & nõ contẽptibilis ratio hæc,qui
uult quidem secundum utrũq; modum suscipere quæ dicunt, nõ reprobabit & si dixe
rit quis intelligibiles nubes in quibus ueniet filius hominis, siue sanctas & diuinas uir
tutes,siue beatissimos prophetas.Et dicet qui secundũ & glorioſum uerbi aduentũ fu
turum hominib. in cõsummationẽ seculi moraliter cõfitetur, sicut supra diximus tradi
tum,sed nõ destruet etiã textũ. Qui aũt dispiciens glorioſum & admirabilem textũ lo
ci,& sicut dei amicus in solo spiritali putat consistere uerũ,ignoscendũ esse dicet quasi
pueris & paruulis in Christo eis qui corporaliter suscipiunt ista.Cum multa aũt uirtute
uenit quotidie ad animã omnis credentis secundus uerbi aduẽtus in nubibus prophe
ticis,id est in scripturis prophetarũ, & apostolorũ, quæ manifestant eum,& in omnib.
uerbis suis ueritatis lumen ostendunt, & exorientem eum diuinis & super humanã na
turam intellectibus suis declarant. Sic autem eis qui intelligunt manifestatorẽ dogma
tum in prophetis atq; apostolis dicimus apparere etiam gloriã multam,quæ in secũdo
uerbi aduentu uidetur.Et mittet angelos suos cũ tuba magna,& cõgregabunt electos
eius à quatuor uentis,à summis cœlorum usq; ad terminos eorũ.Similiter apud Marcũ
hoc dicit modo.Et tũc mittet angelos suos:& cõgregabunt electos à quatuor uentis,à
summo terrę usq; ad summũ cœli.Quod dicit saluatorẽ mittere angelos suos cum tuba
magna,quæcunq; est illa, ad cõgregandos electos eius,cõsequenter dicitur eis,quæ in
Matt.13 parabola alia referuntur de seminibus & zizaniis: & interpretans parabolam sic dicit:
quoniã messis consummatio est.Messores angeli sunt.Sicut ergo colliguntur zizania,
& igni cremant,sic erit in cõsummatione seculi.Mittet filius hominis angelos suos, &
ibidem colligent de regno eius omnia scandala,& eos qui faciunt iniquitatẽ,& mittent eos in
caminũ ignis:illic erit fletus, & stridor dentiũ. Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno pa
tris sui. Tale & aliquid dicit in parabola sagenæ missæ in mare. Ergo messores angeli
mittunt à Saluatore colligentes uniuersa zizania, ut post hæc sancti fulgeãt sicut sol in
regno patris sui, ut postea cõgregent electi à quatuor uentis, à summis cœlorum usq; ad
terminos

terminos eorũ.Considera utrũ sicut opinant simpliciores,eos tantum qui tunc inuenti
fuerint in corpore congregandos:aut certe omnes qui in deo patre dilecti sunt,& Iesu
Christo sunt cõseruati:& uide nisi melius est dicere, cõgregandos esse ab angelis Chri
sti omnes ab aduentu Christi usq; ad consummationẽ uocatos atq; electos. Quæres au
tem si etiã eos qui fuerunt à cõstitutione mũdi usq; ad aduentũ:si tamẽ electi Christi nõ
solum sunt illi qui ex aduẽtu eius sunt sancti,sicut quidam magistri hæresum dicunt,sed
omnes qui à constitutione mundi fuerũt, qui uiderũt sicut Abrahã Christi diem, & di
uina exultatione exultauerunt in eum.Si autẽ non tantum sicut simplices arbitrantur,
eos qui inuenientur in corpore cõgregaturi sunt angeli,sed omes Christi electos,con
siderare est dignum,quid interea facientes, aut in quo loco cõmorantes cõgregabunt
electos: Quoniã autẽ non tantum illos qui in corpore fuerint cõprehensi,dicit congre
gandos Christi electos,sed etiã illos qui de corporib. sunt egressi,manifestat sermo di
cens cõgregandos electos nõ solum à quatuor uẽtis, sed etiã à summis cœlorũ usq; ad
terminos eorũ.Nemini autẽ super terrã arbitror conuenire quod ait, ut congregentur
à summis cœlorũ: nisi forte eos qui inter homines interim apud angelos docẽtes cœle
stia cõmorantur, cõgregabũt angeli sancti, ut ante eruditos in summis cœli usq; ad ter
minos eorũ & instructos tradãt perfectos magno deo uerbo filio dei ad cõgregãdum
ei,& ad susceptionẽ eorum quæ tradiderit filius dei his qui doctrinã cœlestẽ ante susce
perint.Quoniam aũt umbra est hæc uita nostra in terris, consequens est ut nunc lege
& prophetis eruditur qui in illa plenitudine temporis reliqua sunt scituri,& pleniora
à filio dei scituri secundũ res ipsas cœlestes, ut qui sunt in summis cœlorũ, quasi in qui
busdam eruditionib. sint,ut possint postmodũ capere sapientiã dei,magis autẽ sapien
tiam ipsum filiũ dei,cum uenerit quod uere perfectum est.Et quatuor uẽtos ex quibus
electi Christi cõgregabuntur,intelligimus quærentes quorũ bonorũ futurorũ habue
runt umbram quæ in numeris sunt cõscripta de unaquaq; tribu filiorũ Israel. Vnde pri
mus fuit ordo castrorũ Iuda cum uirtute ipsorum,constituens ad Orientem,& cum his
ex utraq; parte Isachar,& Zabulon.Et ad Aphricũ tribus Ruben, & ex utraq; parte Si
meon,& Gad:& tribus Ephrem secũdũ mare, & ex utraq; parte Beniamin,& Manas
se nouissima. Et tribus Dan ad Aquilonẽ, & ex utraq; parte Aser, & Neptalim. Forsi
tan ergo ex tunc, tribus egressæ umbræ erant castrorũ secundũ mysteria ueri Israel. Et
sicut tunc ex quatuor uentis congregatę sunt in Iudæã, & in hæreditatẽ per Iesum post
Moysen pædagogũ,& procuratorẽ institutæ,sic à quatuor uentis angeli cõgregabunt
electos:à uentis aũt non terrenis,à summis cœlorũ usq; ad terminos eorũ, ut ab Iesu no
stro cõgregati percipiant diuinã & ueram hæreditatẽ. Apud Matthæum ergo qui con
gregãtur Christi electi,ex quatuor uentis cõgregantur, à summis cœlorũ usq; ad termi
nos eorũ. Apud Marcum autem,à quatuor uentis,à summo terræ usq; ad summũ cœli: Marci 13
postea autem à summis cœlorũ usq; ad terminos eorũ.Intelliges aũt eos qui cõgregan
tur à summo terræ,considerans conuersationẽ eorũ qui fuerunt in terris, & secundum
quod possibile est perfectionem eorũ qui sunt cõuersati in terris. Omnes ergo qui su
per terram bene uixerunt,non simpliciter cõgregãtur à terra,sed à summo terræ, utpu
ta à summa conuersantiũ super terrã. Si autem post summã conuersationis quæ fuit in
terris,susceperit subsequens conuersatio eos qui cõuersationẽ habuerũt in cœlis, non
simpliciter à summo cœlo sicut à summo terræ,sed à summis cœlis, quoniã unũquodq;
cœlum suę institutionis & initia habet & perfectiones,id est terminos. Vtputa post cõ
uersationẽ summã quæ fuit super terram, susciꝑit iterum hominẽ cõuersatio unius cœ
li,& perfectio quæ in ea est.Iterũ susciꝑit eum secunda cõuersatio secundi cœli, & per
fectio quæ in ea est, Iterũ susciꝑit eum tertia cõuersatio tertij cœli,& perfectio quæ in
eo est. Et sic intellige mihi multorũ cœlorũ multarũ conuersationum initia esse & ter
minos, id est perfectiones, à quibus initijs & terminis diuersorum cœlorum cõgregat
deus suos electos.Aut ita: A summis cœlorũ usq; ad terminos eorũ. Cœli sunt uel scri
pturæ diuinæ,uel auctores earũ,in quibus habitat deus. Summa aũt scripturarum sunt
initia earũ,termini aũt consummationes earũ. Congregantur ergo sancti à summis cœ
lorum,id est ab eis qui cœpto uiuunt in initijs scripturarũ,usq; ad eos qui uiuunt in cõ
summationibus earũ:ac ut plus dicã, à rudibus eorũ usq; ad perfectos eorũ. Qui autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittuntur angeli à ſaluatore ad congregandũ electos eius, congregabunt eos nõ cum uoce qualicunq;, ſed cum tuba quæ uocatur magna, non uocem dante incertã, ſed certam & manifeſtam, ut qui audierint, & didicerint, parent ſe ad uitam perfectionis, quæ ducit ad filium dei. Quoniã aũt uolumus intelligere quid eſt tuba magna, debemus ſpiritalibus ſpiritalia cõparare, Age nunc & de tubis inquantũ capere poſſumus, breuiter exponamus: ſi tamen poſſumus ex cõgregatione, & admonitione iſtorũ exemplorum intelligere & magnam angelorũ tubam. Scriptum eſt enim in Numeris: Et locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens: Fac tibi duas tubas argenteas: ductiles facies eas, & erũt tibi ad congregandam Synagogã, & erũt tibi ad promouenda caſtra, & tubabis in eis, & cõgregabit in te omnis Synagoga ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij. Si autem in una tuba uenerint ad te omnes principes miliũ Iſrael, tubabis ſignificationẽ primã, & promouebunt caſtra qui cõſiſtunt ad Orientẽ: Et tubabis ſignificationem ſecundã, & promouebunt caſtra qui cõſiſtunt ad auſtrũ. Et tubabis ſignificationẽ tertiam et promouebunt caſtra qui conſiſtũt ſecundum mare. Et tubabis ſignificationẽ quartã, & tollent caſtra qui cõſiſtunt ad aquilonẽ. Ergo tubabunt tuba in promotione eorũ. Et quando congregatis congregationẽ, tubate & non ſignificatione. Et filij Aaron ſacerdotes tubabunt tubis, & erit uobis legitimũ ſempiternũ in generationibus ueſtris. Si aũt exieritis ad bellũ in terra ueſtra cõtra aduerſarios, tubabitis tubis, & rememorabimini in cõſpectu dei ueſtri, & ſaluabimini ex inimicis ueſtris: & in diebus letitiæ ueſtræ, & in feſtiuitatibus, & Neomenijs ueſtris, tubabitis tubis, & in holocauſtis ueſtris, & in ſacrificijs ſalutariũ ueſtrorũ, & erit memoria ueſtri in cõſpectu dei ueſtri. Ego dominus deus ueſter. Vide etiã in iſtis, quoniã in prima ſignificatione tubæ promouẽt caſtra qui ſunt ſecundũ Orientem, in ſecunda aũt promouẽt caſtra qui ſunt ſecundũ auſtrũ, & ut breuiter dicam, ex quatuor uentis congregant ſacerdotes tubantes, eos qui ſunt ex caſtris Iſrael: & ſecundum cõparationem ſacerdotũ tubantiũ, angeli Chriſti cum tuba magna cõgregabunt electos eius, à quatuor uentis. Sed in Numeris quidem hęc facta ſcribuntur in terris, in Euangelijs autem à ſummo terræ uſq; ad ſummũ cœli, Poſt hæc autem à ſummis cœlorũ uſq; ad ſumma eorũ. Et forſitan lex umbram habet futurorum bonorum: & in Numeris quoq; quod poſitum eſt de tubis, & ordinibus Iſrael, umbra eſt futurorum. Ne forte ergo argenteæ tubæ, quoniã argentum in multis locis pro uerbo ſuſcipitur, magna uox uerbi intelligitur tuba argẽtea cõgregans unumquemq; in ordine. Secundũ umbram quidem ſicut Moyſes nominauit, ſecundũ myſterium autem, ſecundum quod dicit Paulus in epiſtola ad Corinthios ſecũda. Primum aũt cum tubis ratio nabilibus promouent caſtra. Ita legislatio fit de his rebus quæ ad bellũ pertinent Iſrael memorantis per illam ſignificationẽ tubarũ bellicas res: quæ tubæ ferunt eos qui commemorantur per eas ſignificationes tubarũ, ad ſaluandũ eos ab inimicis eorum. Voces autem argentearũ & productilium tubarum in diebus lætitiæ Iſrael, quæ aſſumũtur in neomenijs ipſorũ, erant umbræ futurarũ neomeniarũ, de quibus dicit Apoſtolus: Nemo uos iudicet in eſca, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorũ, quæ ſunt umbra futurorũ. Aſſumuntur aũt & in holocauſtis, & in ſacrificijs ſalutarium Iſrael. Quas ſignificationes tubarũ exemplo, & umbra cœleſtis culturę, quaſi alicuius cœleſtis & cõuerſationem habentis in cœlo, exponere cõuenit. Hæc autẽ exempla accepimus, ut uel ex parte intelligere ualeamus quod ſcriptũ eſt: Mittet angelos ſuos cũ tuba magna, & cõgregabunt electos eius. Euãgelicas autẽ tubas oſtendit & in prima ad Theſſalonicenſes Apoſtolus dicens: Hoc aũt uobis dicimus in uerbo domini, quoniam nos qui uiuimus, qui remanebimus in aduentu domini nõ præueniemus eos qui dormierũt, quoniã ipſe dominus in iuſſu, & in uoce archangeli, & in tuba dei deſcẽdet de cœlo. Itẽ ad Corinthios prima: Omnes quidem dormiemus, nõ aũt omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba. Tubabit enim, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Eſt autẽ & aliqua ſecundum legem & tubarum feſtiuitas, neomenia ſeptimi mẽſis, forſitan myſterium alicuius ueræ feſtiuitatis, & tubæ alicuius ſpiritalis & magniloquij. A ficu autẽ diſcite parabolã. Quando enim iam ramus eius factus fuerit tener, & folia producit, ſcitote quia prope eſt æſtas. Sic & uos cum uideritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in limine. Amen dico uobis quoniã non præterbit

Num.10

Coloſſ.2

1 Theſſ.4

1 Cor.15

teribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſient. Quomodo de ficu ſimilitudo eorũ quæ dicta ſunt intelligi poſſit, ſecundum quod poſſumus exponemus, ne forte totus hic mundus & cõſummatio eius fico aſſimiletur: unuſquiſq; proficiſcentiũ ad uitã beatã, ut uideat Chriſti uerbi gloriоſum in ſe & perfectũ aduentum, fico ſimilis habeatur. Sicut enim ficus in tẽpore quidẽ hyemis uitalẽ quidem uirtutem habet in ſe, abſconditam aũt habet eam, & nõ ſatis manifeſtam: poſtmodum aũt cũ uirtus ipſa uitalis prodire cœperit ad manifeſtationẽ prætereunte hyeme, ex ipſa ualetudine eius ramus efficitur tener, producit & folia: & ſicut arbor in uirtute ipſa folia habet & fructus, & primũ quidem eſt gemma, deinde paulatim proficiſcitur, nouiſſime aũt eſt in ipſo effectu: ſic & mundus, & unuſquiſq; eorũ qui ſaluantur, in fine ante Chriſti aduentũ quaſi in hyeme, in ſe abſconſam habet uitalem uirtutem: Chriſto aũt inſpirante qui ſunt teneri & non duricordij rami, & quæ abſcondita erant in eis progrediuntur in folia, ęſtate inſtante, & manifeſtos fructus oſtendũt, quos qui aſpicit in Chriſto iam uidet. Sic & in aliqua parabola refertur Paſtoris, ſi cui placeat etiã illum legere librum, quoniã ſeculum præſens hyems eſt iuſtis, qui apparent ſimiles proximis ſuis natura, & arboribus uidelicet cæteris ſiccis, tempore aũt opportuno in fructibus ſuis apparent. Si aũt & in primo pſalmo tale aliquid ſit quod de beato dicitur ildabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet, & omnia quæcunq; faciet proſperabuntur: & tu conſidera quod eſt ſcriptũ: Hyems tranſijt, abijt ſibi, flores apparuerũt in terra, ſicut ſcriptũ eſt in Cantico canticorũ: ex quo Chriſtus aduenit qui temperiem introduxit, & hyemales ſpiritus fecit ceſſare, & ficus (id eſt mũdus) tenerũ ramum (id eſt eccleſiam) fecit, nunc quidẽ folia proferentem, donec eſt in proximo æſtas, nõdum tamẽ aduenit: facta aũt ætate plenius perfectos & maturos Chriſto ficus præſtabit, quando ſecundum Hieremiã ficus bonæ, bonæ ſunt ualde, cõgregatę in cophinis bonorum ficorum, ex quibus Chriſtus accipere uult, & quaſi edere dulcedinẽ eorum. Abſit autẽ à nobis ut Ieſu ueniente ad nos, & uolente manducare de ficu, ut non inueniat fructus in ea. Si enim non fuerit inuentus fructus in ea, dicet ad eam in ſuo aduentu, quæ non oſtenderit fructus: Nunquã ex te quiſquam fructũ manducet. Poteſt aũt ficus illa intelligi populus circunciſionis, ad quos eſuriens dominus uenit, & cũ non inueniſſet fructum in ea, ſed ſolã ſpeciem uitalem, dixit: Nunquã ex te quiſquã fructum manducet. Propter quod in aduentu eius cõtinuo arefacta eſt illa ficus, id eſt populus ille: illa autẽ altera ficus quæ quantũ ad priora tempora ſterilis erat, quæ fuerat iam excidenda propterea quod nullã habuerat adhibitã ſibi diligentiã à ſuo foſſore, cum ſtercus illi cœperit circũmitti proferet fructus: quæ aliquãdo euacuauerat terrã, nunc aũt largiores fructus producit etiã pro tempore tranſacto in quo ſterilis fuit. Et unuſquiſq; noſtrũ poſt hyemes tentationũ, & poſt triſtitiã periculorũ tranſactorum ad æſtatẽ feſtinet proferẽs tenerũ ramum, non illum durũ, ſed molle cor ad credendũ deo: & profectus noſtri, pfe rant folia interim & flores operũ, ut poſtmodum etiã perfectiſſimos fructus cum uenerit quod perfectũ eſt in Chriſtũ exhibeamus. Adhuc & ipſi qui ſaluanẽ habẽt in ſe uerã uitẽ, eum qui dixit: Ego ſum uitis uera; & ſecundũ exiſtimationem uitis, & ficũ ueram offerentẽ ſalutares fructus, ubi requieſcit unuſquiſq; ſecundũ ſpiritalẽ promiſſionẽ dei ſub uite ſua, & ſub ficu ſua. Et uitis quidẽ illa in his qui proficiunt floret, & dat ſuũ odorẽ: Ficus aũt & ipſa, pfert fructus ſuos, ut poſt dignum profectum, digni efficianẽ cœleſtibus torcularibus fructus eorũ, & cophinis ficorũ ualde bonorũ eius fici, quę teneros fructus & bonos protulit ante æſtum. Cuius fructũ etiã languentes, non aũt pigritãtes orare mediçanẽ, ſicut ſcriptũ eſt de Ezechia rege in Eſaia, qui ſaluatus eſt p ficus, ut ne morereẽ: ſed & ſol ſuper eũ in gradibus demonſtrauit maiorẽ & clariorẽ ei diẽ effectã. Multa eſt ergo ſpes in ficu quæ ex dei uerbis primũ quidẽ fecit tenerũ ramũ ſuũ, poſtea aũt naſcẽtia folia. Talibus prope eſt æſtas, & ppe eſt in limine glorioſus, & in nubibus Chriſti aducẽtus, & aducẽtus gloriæ uerbi dei, & ppe eſt huiuſmodi hominib. regnũ dei. Amẽ dico uobis, quoniã nõ trãſibit generatio hęc, donec oẽia hæc fiant. Cœlũ & terra trãſibũt, uerba aũt mea nõ trãſibũt. Videamus quę ſit generatio hęc de qua loquẽs Chriſtus. Et ſimplices quidẽ ad deſtructionẽ Hieruſalẽ referũt uerba, & de illa generatione

Cant.2

Ioan.15

Universidad de Deusto
Biblioteca

existimant dictũ quæ fuit tempore Christi, & passionem eius aspexit, non transituram priusquã fieret destructio ciuitatis illius. Nescio aũt si uerbũ ad uerbum exponere possunt quod ait: Non uidetis hæc omnia? Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidẽ qui nõ destruatur: usq; ad illud quod ait: Prope est in limine. Forsitan enim in quibusdam poterunt, in alijs aũt omnino non poterũt. Et satis coangustati, nescio si aliquid dicere potuerint. Nos aũt in locis multis obseruantes, nomen generationis dupliciter accipimus. Arbitramur enim duas esse generationes. Vnam quidem Iudæorũ, alteram aũt gentium. Sic intelligimus & Ecclesiasten dicentẽ: Generatio uadit, & generatio uenit, & terra inæternũ stat. De populo enim Iudæorũ propherans, qui fuerat
Eccl.1 trãsiturus, ait, Generatio uadit. De populo aũt gentiũ credituro dixit: Generatio uenit. Tale aliquid puto & in psalmo octogesimonono dici à Moyse in oratione ipsius: Domine refugiũ factus es nobis à generatione in generationẽ. Duarum enim generationum refugiũ est deus: quia unus est deus qui iustificat circuncisionẽ ex fide, & præputium per fidem. Et quoniã non tantum Iudæorum, sed etiam gẽtium est deus, ergo non præteribit generatio noui testamẽti quæ est in facie Saluatoris, neq; abibit ad illas beatas promissiones illius seculi, donec omnia fiant quæ locutus est Christus. Vnicuiq; enim nostrũ oportet omnia fieri quæ prædicta sunt, sicut per singulas expositiones tradidimus. Vna ergo generatio est ecclesiæ quæ cœpit ex doctrina Domini Saluatoris usq; ad consummationẽ: & hæc ipsa generatio transiuit quidem aliquando totum seculum hoc, & pertransibit ipsum ut hæreditet illud futurũ: tamen donec fiant hęc omnia, non transibit. Quando aũt in his omnibus sufficiens fuerit & impassibilis permanserit usq; ad gloriosum Christi aduentũ, tunc pertransibit. Tamen donec fiant hæc omnia, non quædam eorũ quæ dicta sunt, quædam aũt non sunt futura, tamen transibit generatio hæc cum omnia hæc fuerint facta, cũ transierit non solũ terra, sed etiam cœlum: id est non solum ij homines, quorũ uita terrena est, & propterea terra dicuntur, sed etiam illi quorum cõuersatio est in cœlis, & ideo cœlum uocantur. Transibunt aũt ad futura, & omnis status eorũ, ut ueniant ad eminentiora & meliora. Quorũ reuelationem cum sint filij dei, expectatio creaturæ expectat, & omnis creatura congemiscit eis & dolet, donec à timore domini in utero accipientes pepererint spiritũ salutis faciẽtes suas fœturas, & tunc trãsibit generatio de qua loquitur Christus, & cœlum secundũ quod exposuimus, & terra secũdum quod tradidimus. Verba autem quę à Saluatore sunt dicta nõ transibunt, quoniã quæ sua propria sunt operantur & nũc, & semper operabuntur. Perfecti autem & qui non recipiunt, ut iam meliores efficiant, transeuntes quod sunt, perueniunt ad illud quod non sunt. In eo autẽ quod dixit: Verba autem mea nõ præteribunt, & hoc existimo quærendum: ne forte Moysi quidem uerba & prophetarũ trãsierunt, uerba autem Iesu Christi non transierunt: quoniam quæ prophetabantur quidem ab illis impleta sunt, uerba autẽ Christi semper sunt plena, & in actu implentionis sunt semper, & quotidie implentur, & nunquam perimplentur. Ipsa enim sunt quæ in sanctis & impleta sunt & implentur, & adhuc sunt implenda. Aut forte neq; Moysi uerba uel prophetarũ dicere debemus impleta omnino: proprie enim & illa uerba filij dei sunt & semper implentur. Ergo bonum est altitudines uerborũ diuinorũ, uerbis simplicibus explicare: tamen propter paucos discutiamus, hæc tantũ intelligentes, quoniam uerbum quod in uerbo dei humanũ est à creatione mundi usq; ad consummationẽ nõ transijt. Instat enim & operatur, quia neq; principiũ operandi ante tempora dierum accepit, sed cum creatura cœpit, & cum creatura transibit. Verbum autem quod fuit ante creaturam non transibit cum creatura. De die aũt illa & hora nemo scit, neq; angeli cœlorum, neq; filius nisi pater solus.] Videntur hæc arguere eos qui promittunt de consummatione, & corruptione mundi se cõprehendere, & pronunciant quasi instet dies Domini, quales dicũtur fuisse quidam Thessalonicenses in tempore Apostoli, de
2.Thess.2 quibus scribit: Rogamus autem uos fratres per aduentũ domini nostri Iesu Christi, & nostrã congregationem in ipso, ut non cito moueamini à sensu uestro, neq; conturbemini, neq; per spiritum, neq; per uerbũ, neq; per epistolam quasi per nos missam, quasi instet dies domini. Forte quoniam apud Iudæos erant quidam siue per scripturas profitentes de tẽporibus consummationis se scire, siue de secretis: ideo hæc scribit docens discipu-

discipulos suos, ut nemini credant talia profitenti. Et seipsum saluator secundum hunc locum conjungit ignorantibus diem illum, & horã. Et rationabiliter est quærendum quomodo qui confidit se cognoscere patrem, dicens: Nemo nouit patrem nisi filius, & Matt.11
cui uoluerit filius reuelare, patrem quidem nouit, diem aũt & horam consummationis nõ nouit? & quomodo hoc abscõdit pater à filio? Omnino enim ratio esse debet, quod à saluatore tempus cõsummationis absconditũ sit, & ignoret de eo. Audebit autem aliquis dicere quoniam homo qui secundum saluatorẽ intelligitur proficiens sapientia, & ætate & gratia corã deo & hominibus, qui proficiens proficiebat quidem super omnes scientia & sapientia, non tamen ut ueniret iam quod erat perfectum priusquã propriam dispensationẽ impleret: Nihil ergo mirum est, si hoc solum nesciuit ex omnibus, id est diẽ consummationis, & horam. Forsitan aũt & quod ait nescire se diem consummationis & horam, ante dispensationem suã dixit, quia nemo scit, neq; angeli, neq; filius, nisi solus pater. Post dispensationem aũt impletã nequaquam hoc dixit, postquam deus illum superexaltauit, & donauit ei nomen quod est super omne nomẽ. Nam postea & filius cognouit scientiã à patre suscipiens, etiam de die consummationis & hora, ut iam non solum pater sciret de ea, sed etiã filius. Et in Actibus quidem Apostolo- Act.1
rum cõuenientes Apostoli interrogauerunt eum dicentes: Domine si in hoc tempore restitues regnum Israel? Ille aũt dixit ad eos. Non est uestrũ nosse tempora uel momenta quæ pater posuit in sua potestate. Et quoniã in sua potestate tẽpora & momenta consummationis mundi, & restitutionis regni Israel posuit, ideo quod nondũ fuerat prędefinitum à Deo, nemo poterat scire. Vnumquodq; autem eorũ quę præfinit non ab inexperibili præfinit, non possibile est enim hoc. Quod aũt præfinit principium præfinendi faciens. Si autem ita est, præfiniuit quidem consummationẽ facere mundi, non aũt & tempora & momenta præfiniuit quæ posuit in sua potestate, ut si uoluerit ea augere sic iudicans augeat ea: si autem abbreuiare, abbreuiet, nemine cognoscente. Et ideo de temporibus & momentis cõsummationis mundi, in sua posuit potestate, ut cõsequenter humano generi in suo arbitrio constituto talia uel talia agenti definiat iudiciũ debitum. Multa & in prophetis est inuenire ad utilitatem audientium scripta præceptis & denunciationibus quasi non præueniente quicquam de eis, sed puniẽte quidem si peccauerint, saluante aũt si præcepta seruauerint. Et sicut in illis non introduxit scriptura deum præfinientem, sed secundũ utilitatem audientiũ proloquentem: sic intelligendũ est & de die consummationis & hora. Alia expositio quæ famosior est eis quæ iam tradita sunt, aliud dicit de eo quod scriptum est: Neq; filius, nisi solus pater. Dicit, inquit, 1 Cor.15
alicubi de Saluatore apostolus, & de rebus in fine seculi ordinandis, hoc modo. Cum aũt subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. His uerbis uidetur ostendere quoniam priusquam subijceret ei omnia, nõ erat subiectus ei qui sibi subdidit omnia. Quod ex hoc demonstratur, quoniam nisi subiectus fuisset filius patri qui subdidit omnia, nunquam ei patet omnia subiecisset. Et uidetur per hæc dicere subiectionem omnium qui ei erant subijciendi, & aduentum eorũ per filium ad deum & perfectionẽ. Si ergo bene dicitur hoc de filij subiectione ad patrem futura, ut tunc hi qui futuri sunt Christi, & adhęserunt ei, cũ ipso Christo patri subijciantur: quare non & de die illa & hora neminem scire neq; filium similiter exponemus? Donec enim ecclesia quæ est corpus, nescit diem illum & horam, tamdiu nec ipse filius dicitur scire diem illam & horam, ut tunc intelligat scire quando scierint & omnia membra eius. Bene aũt dicitur scire secũdum propriam significationem, sicut est in consuetudine scripturarum. Quid est scire, quoniam cognoscet diem illum & horã qui occurrerit ad finẽ, & abbreuiationẽ diei illius & horæ. Quoniã aũt talis aliqua significatio est scire & cognoscere in scripturis, manifestum est ex eo qd dicitur in Ecclesiaste hoc modo. Qui custodit mãdatum, nõ sciet uerbum malum, id est non experietur uerbũ malum. Et in apostolo de ipso Saluatore est dictũ. Eum qui nesci 2 Cor.5
uit peccatũ, pro nobis peccatũ fecit. Et nescientẽ peccatum saluatorẽ dicit, tanquam si diceret eũ qui non peccauit, nec in natura fuit peccati. Tale aliquid significat & quod dicit, cognouit Adam Euam uxorem suam. Quam diu enim illa non fuit ei admixta, Gen.4
non cognoscebat eam. Et diem ergo cõsummationis huiusmodi & corruptionis seculi

nemo

Universidad de Deusto
Biblioteca

nemo scit,neq; angeli cœlorum,neq; filius dei,de sanctis deo melius prouidente, ut simul fiant in beatitudine quæ futura est post diem & horã consummationis illius. Et sicut apud Hebræos scriptũ est de eis qui testimoniũ habent in fide,quoniã hi omnes testificati per fidem non receperunt promissionẽ dei,deo de nobis melius aliquid prouidẽte,ut nec sine nobis cõsummarentur:sic sciendũ est & in hoc, quia deo melius aliquid prospiciente de his qui erãt saluandi,nondum enim receperunt promissionẽ, qui non cognouerunt de die illa & hora,neq; angeli cœlorũ,neq; filius. Præparat em̃ filius scientiam diei illius & horæ cohæredibus promissionis illius, ex quo seipsum exinaniuit formã serui accipiens,operans uiam quę ducit ad restitutionẽ omniũ propter quos formam serui accepit:ut omnes simul sciant,id est re ipsa experiantur horã illam & diem, quia quod oculus nõ uidit,nec auris audiuit, & super cor hominis non ascendit,præparauit deus diligentibus se,in scientia priorũ exercens, & præparans omnẽ quem uult scire diem illã & horam cũ sanctis angelis,& cum ipso domino nostro Iesu Christo. Et uniuscuiusq; aũt consummationẽ in his quibusdam futurã supradictis,& de singulis solus scit pater:quoniã filius comitans,& præcedens ante sequentes,& uolens (ut ita dicam) uenturus est,& tardat ut possint eum sequi qui certant sequi eum, & sequẽtes eũ inueniantur cũ eo in die illa & hora.Sicut enim fuit in diebus Noe, sic erit & aduentus filij hominis.Sicut enim fuerũt in diebus ante diluuium manducantes,& bibentes,nubentes & nuptũ tradentes,quousq; intrauit Noe in arcã, & nõ cognouerunt donec uenit diluuiũ,& tulit omnes:sic erit & aduentus filij hominis.Eis qui cognoscũt uerborũ præsentiũ textũ,siue spiritaliter ea uolẽtibus intelligere,siue simpliciter,cõsequens est de cõsummatione dicere mundi istius,quoniã subito erit,quasi qui iam ęgrotauerit prius ægrotatione idonea & manifestante corruptionẽ suam futurã.Hoc enim ex eo præcipue demonstratur quod dicit,quoniã similis erit diebus Noe aduentus filij hominis: subito enim tũc perierunt omnia quæ fuerant super terram.Qui aũt uult dicere quoniã paulatim erit cõsummatio mundi,dicet similiter factum & in diebus Noe. Quadraginta enim diebus,& quadraginta noctibus pluuia descendente,consequens fuit primos perisse qui in depressioribus terræ partibus habitabant, post eos aũt qui modice in altioribus,& sic nouissimos qui in altissimis montibus morabantur. Sic inquit in cõsummatione mundi cũ descenderit ignis,incipiet quidem de sublimioribus locis,& paulatim ad inferiora descendet. Lucas aũt subiungẽs etiam similitudinẽ ignis Sodomorũ, dat nobis occasionẽ intelligendi,quoniã subito consummatio est futura. Dicet aũt aliquis quoniã per hoc illud declaratur,quoniã nõ moraliter pluuia illa fuit aut ignis, sed propter peccata hominũ abundantia.Duobus ergo modis mundi corruptio existimatur futura. Vno quidẽ secundum moralẽ ignis detentionem:altero aũt secundum iudicium dei.Gentiles aũt inflãmationem illam, uel causam inflãmationis illius non dicũt fuisse peccata,sed ignis fuisse uirtutẽ. Diuini autẽ sermones omnia teneri & gubernari docent à deo,& non culpant ignis uiolentiã,sed dei pronunciant uoluntatem, saluãtis quidem super terram,qui salute sunt digni in ea,perdẽtis aũt eos in quibus propter abundantiam iniquitatis charitas refrigescit. Cõparatio enim Sodomitici ignis manifestissime docet subitaneã fore mũdi corruptionẽ ex eo quod angelus dixit ad Loth:Ecce admiratus sum faciẽ tuã in uerbo hoc, ut non destruã ciuitatẽ de qua dixisti. Festina ergo saluari illic,nec enim potero facere quicquam,donec tu eas illuc. Vides quoniam ignis ille qui super Sodomã mittebatur,uoluntate cõtinebatur diuina,donec Loth intraret in Segor. Sic puto & in consummatione futurum, secũdum quod saluatus est & Loth:ut tunc ignis ille consummationis obtineat mundũ secundum iudicium dei,cum saluati iusti fulserint sicut sol in regno patris sui:tunc iniquos colligent de regno Christi,& mittent eos in caminũ ignis. Quomodo enim non est manifestũ, quia subito erit corruptio mundi,ex eo quod dicit:Erunt manducantes,& bibentes, nubentes,& nuptum tradentes,quæ pacis & securitatis sunt signa? Fames enim & pestilentiæ forsitan ante aliquod tẽpus cõsummationis erunt:circa ipsam aũt consummationẽ neq; fames, neq; bellum erit.Quomodo aũt manducantes & bibentes,nubentes,& nuptũ tradentes,plãtantes & ædificantes,ementes & uendentes sunt cõprehẽdendi, nisi ita sit ordinatũ? Sed & illud hoc manifestat quod ait apostolus: Quoniã dies domini sicut fur ita in nocte

Heb.11

Luc.21

Gen.19

1 Thess.4

in nocte ueniet cum dixerint,pax & securitas, tunc repentinus illis superueniet interitus,sicut dolorẽ partus in utero habenti,& nõ effugiẽt. Docet nos quoniã subito & insperato eueniet dies cõsummationis hominibus,cũ rerum status quasi ad melius uisus fuerit esse conuersus,de fame priore ad ubertatẽ, de pestilẽtia & prælijs ad pacem atq; securitatẽ. Qui aũt altius Euangeliũ audiunt,& omnia agunt,ut omnino in nulla parte Euãgelij sit eis uelatũ,non multũ curant de cõsummatione seculi generali,utrũ subito, & generalis sit futura,an per partes:sed hoc tantũ considerant,quoniã uniuscuiusq; cõsummatio fit ipso non cognoscente,neq; diem,neq; horã exitus sui:& quia super unũquenq; nostrum dies Domini ita ueniet sicut fur. Propter quod opus est uigilare, siue uesperi,id est in iuuẽtute,siue media nocte,id est in medio uitæ humanæ tenebrosæ, siue gallicantu,quando iam senior est,siue mane,quando iam senectute prouecta est: ut cũ uenerit Deus uerbum afferens consummationẽ profectionis uitæ istius, cõprehendatur qui nõ dedit somnum oculis suis,neq; dormitationẽ palpebris suis, & custodiuit mandatũ dicentis: Vigilate in omni tempore. Tamen uani sunt omnes, siue qui cõsummationem mundi scire se profitentur quando erit,siue qui uitæ proprię finẽ scire se gloriantur,aut per signa auiũ,aut per uentriloquos,aut per magos seducti,& putantes cognoscere diem & horam exitus sui.Sicut enim est, nemo cognoscere potest, nisi forte propheta aliquis fuerit sancto spiritu illuminatus,sicut ille qui uxori regis prophetauit uolenti cognoscere si surgeret ex infirmitate filius eius: & sicut Helias prophetauit Ochoziæ dicens quæ à domino fuerant constituta:hæc dicit Dominus, propterea quod non erat deus in Israel,tu uadis quærere ad Baal aut Beelzebub uirum muscarũ,Deum Accaron:ideo dicit dominus,de lectulo super quẽ ascendisti non descendes,quoniam morte morieris.Hæc etsi in excessu diximus,tamen quasi utilia introduximus, quoniã & de cõsummatiõe uniuscuiusq;,id est de die exitus sui nemo cognoscere potest, quãuis multi profiteantur talia scire,nisi forte qui audierint ex prophetis. Scio & aliã consummationẽ uiri iusti,qui Apostolico ,pfectu dicere potest:Mihi aũt absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi,per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. Cui enim mundus est crucifixus,ei quodãmodo consummatio iam facta est mundi, & qui mortuus est mundialibus rebus, cui transgresso dies non Domini uenit Domini dies in qua fit aduẽtus filij hominis super animã eius, qui iã nõ uiuit peccato & mũdo.

4 Reg.1

Gal.6

Tũc duo erũt in agro, unus assumetur & alter relinquetur.] Sicut in eo quod dicit, Aut facite arborem malã,& fructus eius malos:aut arborem bonã,& fructum eius bonum.Duæ sunt arbores generales in cordibus hominũ,aut bona uirtutis,aut mala malitiæ.Sicut mundus est ager secundũ parabolam quandam, duo generaliter sunt in eo, unus quidem sicut Noe operarius terræ,alter aũt sicut Cain operãs terram. His talibus in agro huiusmodi constitutis unus assumetur, id est qui similis est Noe operarius terræ:& alter relinquetur,qui sicut Cain terrã operans est. Talis enim est omnis qui odit fratrem suum:& propter odium fratris,homicida à Ioãne appellatur Apostolo. Sic aũt & de animabus molentibus in graui mola mundi uel corporis,bona quidẽ anima assumitur,mala aũt relinquitur,donec digna efficiatur assumi.Aut ita: Duo in agro,sensus hominis boni,& sensus hominis mali.Sensus bonus assumitur,malus relinquitur. Nec enim possumus dicere spiritum mali hominis nõ assumi:quia didici apud Ecclesiasten de omni spiritu,quoniam conuertitur ad Deum qui dedit eum:sicut & de omni carne, quoniã reuertitur ad terrã unde sumpta est:& sicut ipse Dominus docuit nos ut timeamus eum qui corpus & animã potest perdere in gehennam:& ex eo quod nihil de spiritu dixit,euidenter ostendit quoniam spiritus cum corpore uel anima peccatrice non simul punitur. Qui enim peccauit diuidit:& pars quidem eius cũ infidelibus ponitur: quod aũt non eius,reuertitur ad Deum qui dedit eum. Duo in lecto uno,unus assumet,& alter relinquet.] Extra eos qui sunt duo in agro,extra eas quæ sunt duæ ad molam,sunt duo corpora in una materia,ex quibus corporibus unũ quidem corpus est iusti quod assumitur,alterum autẽ corpus eiusdem materiæ quod relinquitur. Et corpus quidem quasi infirmum in lecto est carnalium passionũ quamuis assumatur:Anima autem propter multa quæ sustinet in hoc mundo,molit in mola mundi:sensus aũt in agro secundum ea quæ diximus operatur quæ operatur.

Matt.12

1 Ioan.3

Eccl.12

Matt.10

Tractatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tractatus XXXI

IN illo tẽpore, Dixit Iesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis qua hora dñs uester ueniet. Et reliqua.] Nón dantes somnum oculis animæ nostræ, neq; dormitationẽ palpebris, ut expectemus uel nostrũ uel seculi finẽ, siue ut de hac uita egrediamur, siue ut nobis cõsummeẽ hic mũdus. 1

Quæret aũt aliquis quõ præsens iuxta discipulos dñs cõstitutus, ita loquitur quasi nõ præsens, sed uẽturus ad eos, dicẽs: Vigilate, quia nescitis qua hora dñs uester ueniet. Et dicet quidẽ qui simplicior est, quoniã de secũdo aduẽtu in quo uenturus fuerat, hunc dicebat sermonẽ. Alius aũt intelligibilẽ & futurũ in sensum discipulorum uerbi dicebat aduentũ: quia nondũ erat in sensu eorum quemadmodum erat futurus: quoniã sicut per hunc locũ demonstrat, in uigilantibus operaẽ diẽ aduentus sui in animã eorum qui illuminantur à lumine uero ueniẽtis ad animas ipsorũ. Illud aũt sciote, quoniã si sciret paterfamiliãs qua custodia fur uenit, uigilaret utiq;, & non sineret perfodi domũ suam.] Quomodo nõ sineret? Sine dubio per uigilantiã suam. Ideo & uos estote parati, quia qua custodia nõ speratis, filius hominis uenturus est.] Sed Matthæus quidẽ indefinite: Marcus aũt etiã tẽpora diei tanq; furis uenientis definit dicẽs: Vigilate ergo, quia nescitis quãdo dominus domus ueniet, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane. Paterfamiliãs aũt domus est sensus hominis: Domus aũt eius anima. Fur uero qui patrefamiliãs dormiẽte subito uenit & perfodit domũ, puto quod diabolus est, aut omnis sermo cõtrarius, secundũ quod Euãgelista Ioãnes nos docet hoc modo dicens: Amen amen dico uobis, qui non intrat per ianuam in cohortem ouium, sed ascẽdit aliũde, ille est fur & latro. Sicut ergo qui per ianuã intrat in cohortem ouium pastor est ouiũ, cui ostiarius aperit: qui aũt non intrat per ianuam, sed ascendit aliũde, fur est & latro: sic dominus domus fiduciaIiter per ianuam quando uult ingreditur in eam remunerans uigilantẽ. Fur aũt quasi fur, non per naturalẽ introitum intrat in domũ ad animã negligentis, sed quasi qui iam foderit eam, primũ destruens quædam naturalia ædificia animæ eius & naturales intellectus in eo qui non uigilauit, quos ædificauerat deus uerbũ. Et per ipsam dirutionẽ ingressus fur diripit eam exarmans sensum, quãdo & sepeliẽs nõ uigilantẽ patrem familiãs spolia eius distribuet. Alioqui aũt inuenit quis furem in ipsa perfossione, & cõprehendens eum quasi arma sua habẽs percutit furẽ, & percussorẽ sermonem immutans eum, interficit eum, quando & interficiens homicida non existimaẽ, absq; omni dilatione interficiens eum. Si aũt non apud se, sed apud eum qui occulta omnia manifesta facit, cõprehenderit quis eũ qui furatus fuerat bona eius, & intellexerit eum, & redarguerit eum, id est interfecerit eum, nullã uteniã habet mortuo atq; manifestato furi: & ipse enim morietur. Et uide ne forte tale aliquid significet lex Moysi dicẽs: Si aũt in ipsa perfossione inuentus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, non est ei homicidiũ. Quod si ortus fuerit sol super eum, reus est: morietur pro eo. Qui enim priusquã faciat malum cognoscit malum & confringit in seipso, ipse est qui cõprehendit, & interficit in eo, dum perfoderetur ab eo. Qui aũt postquam fecerit malum, quãuis redarguerit eum extra se malum cõprehendisse, & extra domũ suam interfecisse uidetur, nihil ei prodest, reus enim factus est mortis. Nam omnem hominẽ postquã peccauerit reuersum in se, sensus diuinus qui est in nobis illuminat quasi lux, ut intelligamus quod gessimus malum ad præiudiciũ nostrum, non ad salutẽ: tamẽ in textu hoc euangelij in quo loquimur, nõ in die fur uenit, quando illuminata est à sole iustitię anima hominis studiosi, sed in nocte, & in tempore adhuc malitiæ permanentis. In qua cũ fuerit aliquis, possibile est, etsi non habuerit uirtutem solis, tamẽ ut illustretur ex aliquo splendore modico uerbi quod est lucerna, adhuc quidem manens in malis, iam tamen habens propositum meliorũ, & uigilantiã, ut ne perfodiatur propositum eius ad meliora respiciens. Nam sicut legimus apud Pastorẽ, uasa plena non cito quis gustat: nec enim mutantur facile: semiplena aũt quia facile creduntur mutari, frequenter gustantur. Et uide si potes ad talem trahere intellectum illud, quod alibi scribitur. Sint aũt lumbi uestri succincti, & lucernæ ardentes, & uos similes hominib. expectantibus dominum suũ quando reuertatur. Quoniam qui nondũ est in lumine, & in die uirtutum, præbet aũt se iam doctrinæ illuminanti animam suam, secundum quod possibile est, in primis

Ioan. 10

Exod. 22

Lucæ 12

primis succinctus est, & auertẽs seipsum ab effusione malitiæ utitur nondũ quidẽ quasi diei lumine claro uirtutis, sed lucerna qua possibile est illuminari etiã qui in malitia est. Hic ergo cuius sic lucerna accensa est, expectans est dominum suũ deum uerbũ, ut reuertẽs ueniat ad eũ qui interim habuit in semetipso lucernã, & illuminauit totã mẽtem ipsius, uidelicet quasi sol. Et unusquisq; secũdum suum profectũ incendit lucernam aut minus, aut amplius à lumine scientiæ, & oleũ per meditationẽ infundit, & in ipsa uigilans aduersus peccatricia opera, sperans per abstinentiã huiusmodi, & meditationem dominũ susciPere in seipsum. Et tamen qui abundantius proficit, & posteriora quidem obliuiscitur, id est malitiã, modicum aũt eius adhuc habet in se, iam ad uirtutem propinquat, cõuenienter dicit: Nox promouit, dies aũt appropinquauit. Signandum est aũt, quoniã dixit: Dies aũt instat. Instat enim perfectis, & nullũ habẽtibus in se uestigiũ nocti: appropinquat aũt proficienti ad melius, & quæ diei sunt meditanti, & sicut in die honestatẽ susciPienti: & prope est iam iste qui talis est, ut dicat: Non sumus noctis, neq; tenebrarũ. Quoniam aũt semel uenimus in hũc locũ, debemus & de custodijs diuersis reddere rationẽ. Alius quidẽ reprehendit uigilans statim in uespere ipso, & continuat uigilias usq; ad mediã noctem, adhuc aũt usq; ad gallicãtũ, & adhuc usq; ad mane. Qui enim mox ut cœperit malitiã, id est mox, ut cœperit infans plenũ proferre sermonem, ex eo enim incipit esse malitia, quod est in nocte, si statim tradiderit se, ut fiat & auditor legis, & factor, si quidẽ permanserit usq; ad finem in ipso proposito, uigilauit à uespere, & cõtinuauit usq; ad mediã noctem, & non dedit somnũ oculis suis, neq; usq; ad gallicantum, neq; usq; ad mane, inter beatos seruos huiusmodi uir cõputatur. Qui aũt fuerit inuentus post tempus sermonis impleti partẽ aliquã noctis transigere in comessationibus & ebrietatibus & cubilibus, & impudicitijs, cœperit aũt postea uigilare, & iste spẽ bonã habebit si permanserit usq; ad mane, incipiens à media nocte uigilare, id est, à uirilitate. Si aũt perfectus in tẽpore ætatis corporis sui audiẽs diuinã doctrinam susceperit inde lucernã, quasi uolens uiuere secundũ dei præceptũ, & iste habens lucernã à galli cantu, & uigilans, & permanens usq; ad mane, non perdit bonæ seruitutis mercedem in tempore modico. Si possibile aũt est & statim circa ipsam cõsummationẽ noctis (id est postquã pene totum tẽpus uitæ suæ cõsumpserit malitia) ut credens accẽdat sibi lucernã, & uigilet uel reliduo tẽpore, & si uenerit dominus domus cũ gratia sua, quibusdam quidem à uespere cõmorabitur usq; ad mane, alijs autẽ à media nocte, illuminans eos in reliquũ, alijs uero à gallicantu minus cõuersans cũ eis. Sed neq; mane accendentes lucernã, & uigilantes propter expectationẽ domini derelinquet: sed etiã istos inueniens minime dormiẽtes, neq; cubilib. & impudicitijs attendẽtes, honorabit eos honore quo dignos esse cognouerit. Et fur ergo custodia quadã, & hora noctis aduentat, & perfodit domũ eius, quẽ non inuenerit uigilantẽ, neq; habentẽ lucernam accensam. Et quibusdã quidem superuenit uespere, alijs aũt media nocte, quibusdam aũt & gallicantu: sunt aũt & quibus mane. Et dominus custodia quadam & hora noctis uenit, & forsitan dominus illi uenit, cui fur ueniẽs nihil facere potuit, uidelicet non permissus perfodere domũ uigilãtis, & lucernã accensam habẽtis. Ad eum aũt qui domũ habet perfossam, non uenit dñs, maxime si didicerit aliquis, quod dictũ est: Sint lumbi uestri præcincti & lucernæ ardẽtes, & uos similes hominibus expectãtibus dominũ suum, & cõtemnẽs ea quæ dicta sunt dederit somnũ oculis suis & palpebris suis dormitationẽ. Ad manifestandum aũt sensum loci istius qui nobis incurrit, tali utamur exẽplo. In tẽpore tentationũ, uel qualiũcunq; calamitatũ maxime fur solet uenire, uolẽs perfodere animę domũ: sed ueniente fure, qui accidẽtia sustinet, & propter dei dilectionẽ omnia suffert, nihil passus ab eo cõfestim ad se ueniẽtẽ uidebit dominũ. Qui aũt à fure in tẽpore calamitatis suæ perfossus fuerit domũ, quasi indignus aduẽtu ad se domini sui, nõ erit dignus aspicere eã. Quis emi fidelis seruus & prudens, quẽ cõstituit dominus eius super domũ suã, ut det cibos in tẽpore? Quod ad apostolos cæteroscq; episcopos & doctores parabola ista pertineat manifestũ est: maxime ex eo qd apud Lucã Petrus interrogat dicẽs: Ad nos parabolã istã dicis, an ad omnes? Sed tamẽ cũ sint multi dispensatores, difficile est inuenire & fidelẽ & prudentẽ. Propter quod ait apostolus. Ita nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ dei: hic iam quæritur inter dispẽsatores,

Lucæ 12

Ibidem

1 Cor. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut fidelis quis inueniat. Peccat aũt in deũ quicunq; episcopus, qui nõ quasi cõseruis ser
uus ministrat, sed quasi dominus. Frequẽter aũt & quasi amarus dominus dominãs per
uim, similis cõstitutus Aegyptijs qui affligebãt uitã filiorũ Israel cũ ui. Ergo memores
Ioan. 13 esse debẽt uerborum Christi dicẽtis: Vos uocatis me magistrũ & dominum, & bene di
citis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros, & uos debetis alterutrũ lauare pedes.
Luc. 22 Exemplũ em̃ dedi uobis, ut sicut ego feci, sic faciatis. Et illud. Principes gẽtium domi
nant earũ, & maiores eorũ potestatẽ exercẽt in eis. Inter uos aũt nõ sic erit, sed qui uult
inter uos esse primus, erit nouissimus: sicut filius hominis non uenit ministrari, sed mi
nistrare, & dare animã suã redemptionem pro multis. Audire aũt oportet & Paulũ di
1. Thes. 2 centẽ. Cũ possimus oneri esse ut Christi Apostoli, facti sumus paruuli in medio uestrũ,
quemadmodũ si nutrix foueat natos suos, sic desiderãtes cupimus participari uobiscũ
nõ solum Euãgelium, sed etiã animas nostras. Et nõ oportet percutere conseruos, sed
corripere inquietos, cõsolari pusillanimes, sustinere infirmos, & patientes esse ad oẽs:
quoniã seruum dei nõ oportet litigare, sed mansuetũ esse ad omnes, cum modestia do
centẽ eos qui resistunt. Quasi recedẽs aũt ipse à mala inductione cõseruorum, Paulus
2. Cor. 11 culpat eos qui nõ erant tales, q superbis quidẽ erãt subiecti, cõtemnebant aũt mansue
tos, hoc modo dicens: Sustinetis si quis uos in seruitutẽ redigit, si quis deuorat, si qs ac
cipit, si quis extollitur, si quis in faciẽ uos cędit, quasi nos infirmi fuerimus. Considera
aũt in istis quomodo eos qui in seruitutẽ redigunt, & in faciẽ cædũt propter quod ama
rius principentur, reprehenderit ipse dicens se abstinere ab eis: nõ quia infirmus erat,
qđ minus faceret ea, sed ut faciat ipsa quæ docet. Docet aũt cum modestia docere eos
1. Tim. 3 qui resistunt. Propter qđ & definiens quales debeant esse episcopi, sic dicit: Nõ litigio
si, non p̃cussores, sed mãsueti, ornati, & quęcunq; inter fideles, & sapiẽtes seruos inue
Luc. 12 niunt, & dispensatores, quos cõstituit dominus super familiã suã, sicut dicit Lucas. Ex
his aũt cognoscere est, quoniã non solum qui fideles sunt & sapiẽtes, illos cõstituit do
minus super domũ suã, sed etiã malos seruos dicentes in cordibus suis, semp moram fa
cit dominus meus uenire: propterea percutiunt conseruos, mãducant & bibunt cum
ebrijs, uel ebriosis, & inebriantur. Si quando ergo arbitrant se esse in magno fastigio
qui præsunt ecclesijs Christi, ꝓpterea quod constituit eos dñs super familiam suam, co
gnoscãt quoniã nõ hoc eos saluat, qđ cõstituti sunt à domino super familiã eius, sed il
lud ut dent in tempore cibos, & ut abstineãt se à percussionibus, & à comessationibus,
& potationibus cum ebriosis. Si aũt non se abstinuerint ab huiusmodi, & magnum
sapuerint propterea quod constituit eos dominus super familiã suam, sciant q̃niam ue
nit dñs eorum in die qua non putant, & hora qua nesciunt, & diuidet eos, & partẽ eorũ
cum hypocritis & infidelibus ponet: & cum fuerint inter hypocritas & infideles posi
ti, nihil eis ꝓderit qđ cõstituti à domino sunt super familiã eius. Vt aũt timeamus illud
quod ait: diuidet eum, cõuenit recordari ea quæ à Daniele sunt dicta contra presbyte-
Dan. 13 ros malos. Quoniã angelus domini habens gladiũ scindet te medium. Scindens aũt di
uidet. Ausi sumus uti in hoc loco Danielis exemplo, nõ ignorantes quoniã in Hebręo
positũ nõ est, sed q̃niam in ecclesiis tenet. Alterius aũt temporis est requirere de huius-
modi. Attende aũt etiã illud qđ ait: Fidelis seruus & prudens, beneuolenter audiẽs uer
bum, & acquiescens uoluntati Christi ea dicentis, & conscribentis Matthæi. Diligen-
ter ergo est audiendũ de fideli seruo atq; prudẽti, qui in fide proficit. Aut si nondũ in ea
perfectus est qui cõmuniter & ipse fidelis uocat, & qui naturalẽ habet mentis uelocita
tem, & dicit prudens. Et uillicus ergo iniquitatis prudenter facit, non quidẽ faciens se
cundũ prudentiã ex uirtutibus, sed quia uelox erat ingenio. Et filij seculi huius pruden
tiores sunt q̃ filij lucis in generatione sua. Nõ quia secundũ prudentiã unam ex uirtuti
bus sunt prudẽtes, aut qui filij lucis secundũ aliud aliquid sunt eis minores in sapiẽtia,
aut in acumine naturali mẽtis sunt inferiores. Scit em̃ & prudentiã unã esse ex uirtuti-
Prou. 7 bus sermo diuinus, sicut in Prouerbijs docet dicẽs. Dic sapientiã sororẽ tuã esse, noram
aũt fac tibi prudentiã, ut custodiat te à muliere aliena. Nunc autem communiter audi-
re debemus quod ait: quis est seruus fidelis & prudens: quasi quidã quidem secundum
cõmuniter intellectã fidem sint fideles, non aũt sint prudentes, neq; ueloces ingenio:
& iterum alij quidem sint ueloces, & secundum quod hic significatur, prudentes, non
autem

autem omnino & fideles. Si quis aũt considerat multitudinẽ uolẽtium esse se Christia-
nos, inueniet quidẽ fideles multos & studiũ fidei exercẽtes, nõ aũt & prudẽtes, ut sint
filij huius seculi prudentiores eis in generatione sua, scientes quoniã quæ stulta sunt mũ
di, elegit deus ut cõfundat sapiẽtes. Et uidebit iterũ alios q credidisse putant, ueloces
quidem esse, & sapiẽtes, modicę aũt fidei: & si non infideles, tamen minus fideles, quo
niã stulta mundi quæ deus elegit contemnunt, Cõuenire aũt in unũ fidelem atq; pru-
dentem, ut secundũ utrumq; det cõseruis suis cibũ in tempore, ualde rarissimũ est. Vt
enim in tempore det cibum, necessariã habet quis prudentiã: ut aũt non adimat cibos
in tempore indigentiũ, opus est fide. Non aũt est importunũ monere propter peccata,
quę in hominibus qui uidenť credere Christo, & in dispensatoribus ecclesiarũ plerũq;
fieri solent: quoniã & secundũ simplicẽ intellectum multi opus habemus ut fideles si-
mus pariter & prudentes ad dispensandos ecclesiæ reditus: fideles quidem ut nõ deuo
remus quæ sunt uiduarum, & ut memores simus pauperũ, & occasionẽ accipientes ex
eo quod scriptũ est, Dominus cõstituit his q Euangeliũ prædicãt de Euangelio uiue- 1. Tim. 6
re, amplius quęramus cibo simplici, & necessarijs uestimẽtis, ut ne amplius teneamus
nobis q̃ demus esurientib. fratribus, & sitientibus, atq; nudis, & eis qui necessitatẽ pa-
tiunt in secularibus curis. Prudẽtes aũt ut unicuiq; secundũ dignitatẽ uniuscuiusq; sub
ministremus recordantes qđ dictũ est: Beatus qui intelligit super egenũ & pauperem.
Nõ em̃ simpliciter de rebus Ecclesiasticis dare oportet, ut unũ hoc obseruemus, ut ne
quę pauperũ sunt deuoremus, aut furtũ faciamus de eis: sed ut prudenter intelligamus
indigentiũ causas, ꝓpter quas sunt indigentes: & uniuscuiusq; dignitatẽ quomodo ad-
uocatus est, quantũ necessariũ habet, uel ꝓpter quã causam indiget. Nõ ergo similiter
est agendũ in eis qui ab infantia duriter sunt educati & strictę, & in eis qui large & deli
ciose nutriti sunt, & postea ceciderũt. Nec eadẽ sunt ministrãda uiris & mulieribus, aut
multũ senib. & iuuenibus, aut iuuenibus quidẽ, & debilibus, ꝓpter quod nõ possunt si
bi acquirere escas, & eis qui uel ex parte possunt sibi succurrere. Requirendũ est aũt &
si multos habeãt natos nõ negligẽtes, sed omnia faciẽtes, & nõ sibi sufficienter occur
rentes. Et ne plura dicamus, multa sapiẽtia opus est q uult bene dispẽsare ecclesiasticos
reditus, ut etiã in istis fidelis & prudẽs dispẽsator inuentus, beatus efficiat. Forsitã autẽ
& ꝓpter multitudinẽ Christianorũ qui non satis circa requisitionẽ uerbi habent, & ta
les sunt ad principatũ subleuati, magis necessariũ habemus audire, qs est fidelis seruus
& prudens quẽ constituit dñs super familiã suam, ut det illis cibum in tempore: ut non
effundãt rationabilẽ & spiritalẽ cibũ conseruis quibuscunq; simpliciter, & quibus nõ
oportet, uolentes se ostendere esse prudentes: & magis necessarium habẽtibus uerbũ
quod mores eorum ædificet, & uitã componat, q̃ qđ producit ad sapientiã, & illumi-
nat sciẽtiæ luce eos quorũ mẽs potest sufferre huiusmodi lucis splendorẽ: aut ut ne eis
qui possunt acutius audire, pigeat exponere altiora, ut ne exponẽtes uilia, ab ingenio-
sioribus cõtemnant qui naturaliter sunt ingeniosi, aut per exercitationẽ forsitã secula
ris sapiẽtię habent acuti. Difficile est ergo utrũq; in uno, ut & prudens sit & fidelis: nõ
aũt & impossibile: nec enim beatificat eum qui nõ potest esse, dicẽs: Beatus seruus ille
quem dñs ueniens inuenerit faciẽtem sic. Amen dico uobis, quod super omnia bona
sua cõstituet eum. Beatus ille seruus, quẽ ueniens dñs inuenerit facientem sic. Magna
promissio fidelibus & prudentibus dispensatoribus prædicat, & cum eis quibus ait:
Esto potestatẽ habens super quinq; ciuitates, aut esto potestatem habẽs super decem
ciuitates. Nã super omnia bona patrisfamiliâs fieri, quid aliud manifestat nisi hæredes
dei & cohæredes Christi, & cõregnãtes cũ Christo? Cui omnia sua tradidit pater, sicut
ipse dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: & quẽadmodũ boni patris fi- Matt. 28
lius super omnẽ patris substantiã constitutus participat huiusmodi dignitatẽ & gloriã
fidelibus & prudentibus dispensatoribus suis, ut sint & ipsi super omnem creaturã, &
potestatẽ, ut sint cũ Christo. Et uide interpretationẽ eius quod dicit: Amen dico uobis
quod super omnia bona sua constituet eum. Intellige mihi quasi in exemplũ accipiens
aliquẽ regem omne regnũ sub se habentẽ: cum quo sunt gẽtes multę, & ciuitates & lo
ca diuersa. Itaq; diuidat ipse satrapis & cęteris principibus qui aliqđ præclare gesserũt
plenitudinẽ regni sui; omnes quidẽ constituet super omne regnum suum, non autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

singulos super omnia, sed unumquenq; eorũ super aliquã partem regni sui, utputa hũc quidem super decẽ ciuitates, aliũ super quinq;. Et sic omnes erunt super omnia bona. ipse aũt solus teneat omnia quasi solus omnium rex. Et tale est quod dicit: Super oĩa bona sua constituet eum. Sicut aũt audiuimus de beatitudine danda seruis fidelibus & prudentibus, sic audiamus & de tormentis malorũ seruorum. Dicit eĩ malus seruus in corde suo præsentẽ uoluptatẽ prẽponens bonis futuris, & cõtemnens dominũ suum, dicit. Morã facit dñs meus uenire. Mentiens aũt hoc dicit, uolens mãducare & bibere cum ebriosis: & semper somniat, q̃a post multũ temporis uẽturus est dñs eius: & quasi domino moras faciente percutit cõseruos sufferentes, & in seruitutẽ redigit eos, & in faciem eos cædit. Et percutiens manducat, & bibit cũ ebriosis, occasione obsequij Ecclesiastici: & nõ esurientes suscipit, sed epulat cum ebriosis & multis huiusmodi quib. Ecclesiastica cura cõmissa est: quibus ueniet dñs faciens consummationẽ eorum in die qua nesciunt, & hora qua non putãt, & diuidet eos qui non timuerunt eum, qui potẽs est animã & corpus perdere in gehennã. Diuidit aũt eum quando spiritus quidem eius reuertit ad deum qui dedit eum: anima aũt cũ corpore suo uadit in gehennã. Iustus aũt non diuidit, sed anima eius uadit cũ spiritu ad regna cœlestia. Propter q̃d scriptum est. Psal.139 Benedicite spiritus & animę iustorũ domino. Eorũ aũt qui diuiduntur & deponũt spiritum reuertentẽ ad eũ qui dederat eum, & nõ habent postmodũ in se partẽ aliquã quę erat ex deo, relinquit eis pars eorũ quę erat ipsorũ, id est anima, quę cũ corpore suo puniretur à Dño ueniente cũ infidelibus & hypocritis in tormentis. Vide ergo differentiam seruorũ q̃s Dñs constituit super domũ suã: quoniã quidã quidem quasi fideles & prudentes dispensatores qui dederunt cõseruis cibum in tempore, super omnia bona patrisfamiliãs constituunt: qui aũt cõtraria eis egerunt, extra q̃d ceciderunt de gloria tanta, adhuc diuidẽt, & pars eorũ cum hypocritis & infidelibus ponet. Ibi erit fletus Lucæ 6 eis qui male in hoc mundo ridentes fuerũt, dicente scriptura: Væ qui nũc ridetis, quoniam flebitis & plangetis. Cõsequenter aũt ꝓpter requiẽ & resolutionẽ qua requieue runt & resoluti sunt, rationabiliter erit eis dentiũ stridor. Quod hoc forsitan significat, quoniã qui puniunt cogitãtes fore finẽ doloris, & ꝓpter hoc uolẽtes uiriliter eos sufferre, cõpulsi tormentis insufferibilibus, dentib. stridũt. Illis uidelicet dentibus quibus mãducauerunt acerbitatem malitiæ, & ꝓpterea patiunt dentiũ dignum stridorem.

Tractatus xxxii.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnum cœlorum decem uirginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiã 1 sponso & sponsæ. Quinq; aũt ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Et reliqua.] In omnibus quæ didicerũt uerbum dei, regnum cœlorum assimilatur uirginibus decem. Et siquidem in eis sunt qui recte & credunt & uiuunt, & ideo iuste assimilat quinq; prudentibus: qui aũt profitent quidem fidem in Iesu, non aũt præparant se bonis operibus ad salutem, reliquis quinq; assimilant uirginibus fatuis: nõ irrationabiliter dicimus sensus omniũ qui didicerunt diuina, quomodocunq; uerbũ domini receperunt, siue occasione siue ueritate, q̃d uirgines sunt uirginificatæ per uerbum dei qui crediderunt, aut credere uolũt. Tale est enim uerbũ Dei, ut de sua mũditia accõmodet omnibus qui per suã doctrinam recesserũt quidem ab idolorum cultura, uel cultura elementorum creationis dei: accesserũt aũt per Iesum Christum ad Dei culturã, quamuis non fuerunt subsecuta opera pietatis, neq; ad beatitudinẽ præparauerint semetipsos. Sicut aũt secundum uerbum ueritatis sequunt seipsas alterutrum uirtutes quæ sunt substantia Christus, ita ut qui unã habuerit omnes habeat: & qui unam minus habuerit, nec unã habeat: Christus eĩ à seipso inrecessibilis est: sic & sensus omnes alterutrũ se subsequuntur: & ubicunq; minus fuerit unus de sensibus secundum rectã uerbi doctrinã, ibi omnino & omnes sensus quasi fraudati à uerbo sapietiæ infatuantur. Sensus aũt dico & eos qui cõmuniter intelliguntur, uisio, auditio, odoratio, gustatio, palpatio: & eos qui in Prouerbijs appellant diuini, hoc modo dicẽtibus, Sensum diuinum inuenies. Iterum autem quoniam uerbum dei causa est ut rectus fiat sensuum usus, & nõ est possibile eum cum sit in sensibus, ut in quibusdam quidem sen

sibus operet, & diligenter tribuat quæ prudẽtiæ suæ sunt, in alijs autem negligat: ideo si unũ de sensibus fecerit sapientẽ, ut uirgo cõstituat, necesse est ut in alijs sensibus sapientiam suã effundat. Propterea non est uidere de quinq; sensibus in aliquo, quosdam quidẽ fatuos, quosdã aũt prudentes: sed necesse est, ut aut omnes quinq; sint prudẽtes, aut omnes fatui. Oĩes isti sensus lampades suas accipiunt, id est, organa sua naturalia, siue secundũ uerbum dei uti uolentes, siue contra uoluntatẽ dei, tamen accipiunt eas quando recipiunt sponsum esse ecclesiæ uerbũ dei, & filiũ dei: & egrediunt de mũdo, & de erroribus deorũ multorum, & ueniunt in obuiã saluatori, qui semper paratus est uenire ad uirgines eas ut simul ingrediant cũ dignis eorum ad beatã spõsam ecclesiã. Sed quãdiu quidem post uerbũ receptũ lucet lumen fideliũ corã hominibus, ut uidentes opera eorũ bona, glorificent patrẽ eorum qui in cœlis est, hę & prudẽtes sunt, & accipientes oleum nutrimentũ luminis sui q̃d semper infundit actibus bonis, id est uerbum doctrinæ, & uasa animarũ suarum ab hoc uerbo implentes à doctoribus & tradítoribus qui illud uenundant, quod satis sit eis etiã tardante exitu & remorãte uerbo ueniente ad consummationẽ eorum, ut cõsummatę & extra mundũ factæ festinent illuc. Quãtis aũt nõ fuit cura post inchoationẽ Christianitatis tãtã accipere uerbi doctrinã, quanta sufficeret eis durare usq; ad finem, negligentes circa susceptionẽ doctrinę quæ confortat fidem & bonorũ actuum lumen illuminat: quid aũt sic confortat sicut mora lis sermo, q̃d oleum luminis appellat? hę fatuę sunt, & acceperũt lampades in primis quidẽ accensas, sed ad tantum iter obuiã exeundi sponso oleum nõ acceperũt. Moram aũt sponso faciẽte dormitauerũt omnes uirgines, & dormiebant.] Ita sponso tardante, & nõ cito ueniente uerbo ad consummationẽ uitæ eorũ, hinc patiũtur aliquid quasi sensus, & quasi in nocte mundi agentes & dormitãtes. Dormierunt quidẽ, utpote remissius egerunt à sensu uitali: nõ tamen & lampades perdiderunt, neq; desperauerunt de cõseruatione olei illę prudẽtes. Media aũt nocte clamor factus est, ecce spõsus uenit, exurgite obuiã ei. Tunc surrexerunt uirgines illæ omnes, & composuerunt lampades suas, Fatuę aũt prudẽtibus dixerũt: Date nobis de oleo uestro, quia lãpades nostræ extinguunt. Respõderunt autem prudentes, dicentes: Ne forte nõ sufficiat nobis, & uobis, ite potius ad uendentes, & emite uobis. Abeuntibus aũt illis emere, uenit sponsus. Et quæ paratæ erant intrauerũt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime aũt uenerunt & reliquæ uirgines dicentes: Domine, dñe aperi nobis. At ille respõdens ait: Amen dico uobis, nescio uos] Media aũt nocte, id est in altitudine remissionis, & in medio tempore iam trãsacti luminis uespertini, & adhuc sperati diurni, factus est clamor omnes suscitare uolentium sicut existimo angelorum, qui omnes sunt ministratorij spiritus qui mittunt ad ministerium propter possessuros salutem, qui & solicíti fuerũt eos qui sunt sensibiles excitare in obuiã sponso, & dicũt intus clamãtes in sensibus omniũ dormientiũ: Ecce sponsus uenit, surgite in obuiã ei. Et suggestionẽ quidẽ oportere in obuiã ire sponso uerbo, & ecclesię immaculatæ, omnes quidem audierunt & surrexerũt: nõ aũt omnes decentẽ imposuerunt lãpadibus suis ornatum, sed quę audierunt prudentiam eas ornantẽ. Ita nõ in tempore opportuno, fatuæ dixerũt prudentibus, date nobis de oleo uestro, quasi qui nõ sibi congregauerant antè prudẽtiam: ut intelligant quoniã non omnium habentiũ oleũ, est etiã dare ex eo uolentibus alijs, sed eorum tantummodo, qui adhoc ipsum positi sunt ut uenundent, & tribuant, & accipiant preciũ olei uenundati, cuius preciũ est perseuerantia & instãtia & amor discendi & diligentia, & labor cupiẽtium discere. Date nobis de oleo uestro, quoniam lãpades nostrę extinguunt.] Nam etsi fatuæ erant tamen hoc intelligebant, quoniã cum lumine debebãt obuiã ire sponso, omnes lãpades sensuum illuminatas habentes. Videbãt aũt & illud, quoniã ex eo quod minus habebant oleũ rationabile iam propinquãtibus tenebris, lãpades earum fuerant obscurandæ. Sed sapientes transmittũt fatuas ad olei uenditores, uidentes quoniã non tantum oleum, id est, uerbũ doctrinæ cõgregauerãt, ut sufficeret & ipsis ad uitã, & illas docerent ornare lampades suas. Et si consideraueris aliquem aliquando, q̃d congregauit quidem doctrinã uerbi quod sibi sufficiat ad beneuiuendũ, nõ tamen ut etiã doctor fieri possit, uidebis hunc talem respondentem uolentibus ab eo discere quę sunt dei, & dicentẽ: Ne forte nõ sufficiat nobis & uobis.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sufficienter enim mihi ad bene uiuendū habeo doctrinā,nō tamen ut & uobis possim accōmodare doctrinā.Et respondebunt uolentibus à se discere. Ite magis ad uēditores,& emite uobis.] Id est ad doctores,& ab eis accipite.Et fatuæ nō quando oportebat eūtes ad doctrinā sibi emendam,perdunt tēpus intro eundi cū sponso ad nuptias. Et est uidere eos qui talia patiuntur:qui quando debuerūt quidem discere,neglexerūt discere aliquid utile ex eis à quibus discere debuerunt.In ipso aūt exitu uitę suę dū disponunt discere,cōprehenduntur à morte,& propterea nō ingrediunt cum uerbo ad sponsam ecclesiā,nec cum Christo ad eos qui simul in requie sunt futuri,& in beatitudine regnaturi.Claudit aūt postea ostiū adhuc fatuis uirginibus oleū accepturis, quæ & sine causa postea uenient dicētes:Domine, dñe aperi nobis.Itaq; respondens sponsus dicit: Nescio uos] Itaq; quoniā parabola omnibus audiētibus dicebatur,subiungit ad discipulos suos,dicēs: Vigilate ergo,quia nescitis diem & horā.] Ornātes aūt lampades sensuū Euāgelicis usibus,atq; rectis,ut sit quidē oculorū ornamentū rectus usus uidendi,ut oculi uideant quidē admirandū factorē,claudant autem ut ne uideāt iniquitatē.Auditus aūt est ornamentū quando quis auditionem quidem non suscipit uanā,sed obturat aures suas,ut nō audiant iudiciū sanguinis. Audit aūt Iesum dicentē ad se,Adaperire,ut tantū ad uerba salutaria & necessaria præbeant.Sic & de ornamento gustus qs dicere potest,& de odorationis & palpationis,secundū ea quę dicta sunt. Quoniā qui male utunt sensibus suis,eorū nullum est ornamentū,aut in oculis, aut in auribus aut in reliquis sensibus.Obseruādum est autem,quoniam scriptum est quidē, fatuas transmissas ad oleum comparandum,non tamen referuntur emisse,aut accepisse:sed hoc in silentio prætermisso,postea dictum,quoniam post hoc uenīūt & reliquæ uirgines dicentes:Domine domine aperi nobis.Cum potuisset dicere,postea uenerūt accepto oleo uel comparato,conuenienter siluit,ut ne habentibus oleum,uel in extremo ornantibus lampadas suas diceret:Nescio qui estis.Nec enim scribitur,quia ornantes lampadas suas uenerūt.Tamen finis uerbi est iste,ut in omni tempore præparemus nos ad exitum,ut non demus somnum oculis nostris,neq; palpebris nostris dormitationem,quia nescimus diem & horam exitus nostri.

Tractatus XXXIII.

N illo tēpore,dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam peregre proficiscens uocauit seruos suos,& tradidit eis bona sua. Et reliqua.]

1 Et primum quidem uideamus quare peregrinanti homini assimilatur dominus noster,qui unus est dominus noster,de quo ait Apostolus.Nobis autem unus dominus Iesus Christus per quē omnia, & nos per ipsum, si tamen ab eo tantūmodo dominemur,& neq; māmona dominū habeamus,neq; aliquē dominorum eorū,qs multos esse significās ipse Apostolus dicit:Sicut enim sunt dij multi,& domini multi.Ergo primū quæramus de peregrinatione ipsius,maxime quia peregrinationi eius uidet esse cōtrariū q̄d ipse de se discipulis suis promittit,dicens. Vbi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo,ibi sum in medio eorū.Itē illud.Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad cōsummationē seculi.Et quod Baptista dicit de eo, ubiq; eum esse demonstrans,ita:In medio aūt uestrum stat quē uos nescitis,ipse est qui post me uenit.Propterea dicet aliquis:si in medio etiā nescientiū se stat,si ubicūq; duo uel tres cōgregati fuerint in nomine eius,inter eos habet,si per omnes dies uitæ discipulorū cum eis est usq; ad cōsummationē seculi, quomodo in ista parabola proponit peregrinans? Tractantes aūt assumere debemus & illud q̄d Paulus ait de se,Ego autē absens corpore,præsens aūt spiritu,iam iudicaui ut præsens congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute dñi Iesu,eum qui talis est tradere Satanę in interitū carnis, ut spiritus eius saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.Si em uirtus Iesu congregat cum his qui cōgregātur in nomine eius,nō peregrinat à suis,sed semper prę sto est eis.Quod si semper omnibus suis est prę sens,q̄modo introducūt eū parabolę eius peregrinantē? Vide si possumus soluere hoc modo q̄d quęrit.Qui em dicit discipulis suis: Ecce ego uobiscū sum usq; ad cōsummationē seculi:& itē, Vbi fuerint duo,uel tres cōgregati in nomine meo,& ego sum in medio eorū,&cętera:& q in medio etiā nescientiū se cōstitit,unigenitus dei est deus uerbū,& sapiētia,& iustitia,& ueritas,qui nō est corpore o ambitu

Matt.18

1.Cor.5

ambitu circumclusus.Secundū hanc diuinitatis suæ naturā non peregrinatur, sed peregrinatur secundū dispensationē corporis quod suscepit. Secūdū quod & turbatus est, & tristis factus est dicēs:Nunc anima mea turbatur.Et iterū: Tristis est anima mea usq; ad mortē.Hæc aūt dicentes nō soluimus suscepti corporis hominē,cum sit scriptum apud Ioannē:Omnis spiritus qui soluit Iesum nō est ex deo:sed unicuiq; substantię proprietatem seruamus. Si enim omnis homo fidelis qui cōiungitur dño unus spiritus est: quanto magis homo ille quem secundum dispensationē carnis Christus suscepit, non est soluendus ab eo,nec aliter est dicendus ab eo.Et uide quō ait: Sicut homo peregre futurus:quoniā non erat homo,sed sicut homo:& quasi homo peregrinabitur,qui erat ubiq; secundum diuinitatis naturā.Simul cōsidera, quoniā nō uidetur redditio sermonis ita conscripta:Sicut homo peregrinans sic & Iesus:aut ita,sic & filius hominis:quoniam ipse est qui in parabola proponitur peregrinās quasi homo.Nec enim est homo, qui est,ubicunq; duo uel tres in nomine eius fuerint congregati. Neq; homo nobiscū est omnibus diebus usq; ad cōsummationē seculi.Nec cōgregatis ubiq; fidelibus homo est præsens,sed uirtus diuina quæ erat in Iesu.Possumus etiam talia dicere de hoc loco. Nihil contrariū eum ipsum Iesum secundū quendā quidem intellectum esse ubiq;, secūdum aliū aūt peregrinari. Si enim nos dum sumus in corpore,peregrinamur à dño: per fidem enim ambulamus, non per speciem: in omnibus qui sunt in corpore & peregrinantur à domino,peregrinatur ab eis & dominus per fidem ambulantibus non per speciem.Si aūt peregrinantes à corpore cum domino fuerimus,& ipse tunc erit nobiscum & pro eo quod per fidem ambulauimus,ut & per speciē postea ambulemus. Speciem aūt dicimus uerbi & sapientiæ,& ueritatis,& iustitiæ, & pacis, & omnium quicquid est unigenitus deus,Speciem autem uerbi,& speciem sapiētiæ intelliges,cum intellexeris quod ait apostolus:Filij mei quos iterum parturio,donec formetur Christus in uobis.Formatum enim Christum intelligens in aliquo,uidebis consequenter secundum formationē huiusmodi etiam speciē Christi. Iste ergo qui quasi homo peregre est profectus,uocauit seruos suos,& tradidit eis probatam pecuniam suam in eloquijs castis. Quoniam eloquia eius,eloquia sunt casta, argentum ignitum,probabile, purgatū septies. Et uni deditquinq; talenta,alij autem duo, alij uero unum. Vnicuiq; autem secundum propriam uirtutem, Et profectus est statim. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat,& operatus est in eis, & lucratus est alia quinq; talenta, Similiter qui duo accepit,lucratus est in eis alia duo.Qui autē unum accepit,abiens fodit in terrā & abscondit pecuniam domini sui.] Ergo si quando uideris eorum qui acceperūt à Christo dispensationē eloquiorū dei, alios quidem habere amplius & diuinius & abūdantius, alios autem minus,& ut ita dicam, neq; in dimidio intelligentes rerū negotia, cōparatione eorum qui multo sunt meliores,alios autē adhuc minus habere, uidebis differentias eorum qui eloquia Dei susceperūt à Christo: quoniam alia fuit uirtus eorū quibus data sunt quinq; talenta,alia quibus duo, alia quibus unū, & alter alterius nō capiebat mensurā.Et qui accepit talentū unum,accepit quidem datum non contēptibile:multū est enim & unū talentū talis domini.Tamē tres sunt proprij serui eius qui peregre profectus est quasi homo,sicut & tria genera sunt eorum qui fructum faciunt.Quorū quidam quidem faciunt centū,quidam aūt sexaginta,quidam uero triginta. Sed ibi etiam ille qui triginta fecit saluatur: hic autē sermo arguit eum qui unum acceperat talentū, & abscondit in terrā. Et quæro qui quinq; acceperant talenta,si possunt intelligi perfectiores,qui diuiniorem & sublimiorē acceperunt sensum scripturæ:qui duo autem acceperunt,super literā quidem,paulo autem superius ascenderunt,& nō ad magnitudinem illam ascendere potuerunt:tertij aūt,qui nihil super literam quā acceperunt in primis.Est ergo & de numeris omnino in his quæ loquimur dignus sermo tali nostro domino saluatore.Dico autē de quinq;,& duobus,& uno.Nos autem modici & talia minus explicare potētes existimamus, ne forte quia omnia quidem sensibilia scripturarū possunt deducere ad sēsus diuiniores quos Salomō diuinos appellat,& quos dicit Hieremias sensus cordis, & q ad Hebræos dicunt à Paulo sensus exercitati ad discretionē boni quoq;,& hi sunt q extra quinq; talēta alia quinq; sūt lucrati operātes in eis, & per doctrinā exercitātes seipsos,& ad maiorē scientiā erigentes. Conuersati em salutariter

Matt.25

1.Ioan.12

Matt.26

1.Ioan.4

Gal.4

Sap.7

Hier.4

Heb.6

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ſtudioſe docẽtes, operati ſunt & lucrati ſunt alia quinq; : quia nemo facile additamẽ
tum accepit uirtutis alterius, niſi eius quã habet: utputa ſapiens in ſapientia creſcit, fide
lis in fide. Aut ita. Alia acquiſiuit quinq;, quoniã unuſquiſq; quod ipſe ſcit hoc docet al
terum, & quanta ipſe ſcit tanta alterũ docet, nõ amplius. Propterea quicquid habuerit
quis in ſe, hoc alterũ docendo acquirit in altero, faciens eum habere quod habet ipſe.
Propterea quinq; habuit, & nõ amplius acquiſiſſe dicit, niſi quinq; quæ habuit. Et qui
duo, nõ amplius niſi duo quæ habuit. Si aũt debemus & de duobus talẽtis dicere, & de
illis dicimus, quoniã qui non permanſerunt in litera, ſed quærẽtes aſcendere ſenſu ſuo
ſuper eam, nõ aũt potentes peruenire ſuper ordinem prædictorũ duorũ, hi ſunt qui ab
eo qui cognoſcebat uirtutem eorũ, acceperunt talenta duo, corporalem doctrinã edo
cti: Duo enim uidẽ carnalis numerus eſſe: & ſuper hæc lucrati ſunt duo, id eſt corpora
lem eruditionẽ, & aliam paulo eis ſublimiorem. Erat aũt aliquis ſeruorũ minorem colli
gẽs ſibi uirtutẽ, propter quã quaſi minus potẽti unũ talentũ paterfamiliãs dedit: quod
accipiens ſeruus habens aliquã terrã fodit, & in altitudines poſuit eius, cum debuiſſet
ſurſum & in menſas id mittere. Quoniã aũt proprij ſerui tres referuntur illius patris fa
miliãs eſſe, quæro ſi poſſunt poſtq; crediderunt & ſerui facti ſunt eius, quaſi potẽtes ne
gotiari. Poſtea acceperũt à patrefamiliãs pecuniã eius, ut quidam quidem operatus ſit
& lucratus, alius autẽ lucratus, alius uero præ timore non ſatis fidelis, domini ſui info
dit & abſcondit pecuniam. Et apparet in ipſa defenſione per quã loquit, quoniã timuit
quidem dominũ habens dei timorem, ſicut alter zelum dei, non aũt ſecundũ ſcientiam
timens, abſcondit talentũ ſuum in terra. Tales ſunt aũt qui neq; mouent, neq; diſcutiũt
quæ dicunt, neq; ſeipſos ad prodificandas animas tradunt, ſed latere uolunt quæ acce
perunt, & crediti ſunt. Si quãdo ergo uideris aliquem qui uirtutẽ quidem aliquã acqui
ſiuit & habet dicendi, & animas quantũcunq; prodificantẽ, & hanc uirtutem occultat,
ut tantũmodo tradat uerbũ nudum quod creditus eſt & accepit, & depoſitum eius do
mino ſuo, & uiuit in obſcuro multis ignotus etiã magna peccata habentibus, & non ſe
profert in bono quod à deo accepit, quãuis habeat quãdam religionem cõuerſationis
non uituperabilem multis, non dubites dicere eum talem eſſe qui unũ talentũ accepit,
& abſcondit id in terra. Si autẽ propter illud quod ſcriptum eſt, eum talem mitti in te
nebras exteriores, diſplicet tibi quod dicit, ſi propterea quod nõ docuit quis iudicatur
quaſi qui data ſibi uirtute & prodificationẽ animarum nõ eſt uſus, recordare apoſtoli-
1 Cor.9 cum dictum quod ait: Væ ẽ mihi eſt ſi nõ euangelizauero. Non enim propter aliam
quancũq; cõuerſationẽ ſuã uituperabilẽ, ſed propter hoc ſolũ ſi nõ prædicauerit Euan
gelium, Vę ſibi conſitetur futurum. Manifeſte enim apparet, quoniã ille ſperauit audire,
ſerue male, & piger, & cætera, niſi Euangelizaſſet: quãuis alia uitæ eius recta fuiſſent.
Hæc enim & his ſimilia debent in mente habere maxime qui mittũt manũ ſuã, id eſt a
ctum ac aratrũ docendi doctrinã Chriſti, ut cognoſcentes quibus eſt Væ, non propter
aliud niſi quia nõ docẽt repoſitũ, non cõuertantur retro poſtq; ſemel miſerint manum
ſuã ad aratrũ arantẽ animas hominũ, ut poſt hoc & ſemina ſuſcipiãt uerbi. Iſte aũt qui ſi
cut homo peregre profectus uocauit ſeruos ſuos, & tradidit eis bona ſua, poſt multum
tẽporis uenit, poſtq; dimiſit aptos ad negotiandũ animarũ ſalutẽ: & ideo forſitan nõ fa
cile inuenit quis ex eis qui apti fuerint ad huiuſmodi opus, ut cito trãſeat de hac uita: ſi
Ioan.21 cut eſt manifeſtũ ex eo quod & apoſtoli ſenuerũt, ex quibus dicit ad Petrũ. Cum ſenue
Philem.1 ris extendes manũ tuã, & cætera. De Paulo autẽ dictũ eſt ad Philemonẽ. Nunc autẽ ut
Paulus ſenex, cũ eſſet adoleſcẽtulus quãdo Stephanus pro Chriſti teſtimonio lapida-
batur, & ipſe ueſtimẽta ſeruabat interficientiũ eũ. Hoc aũt diximus propterea quod di
cit: Poſt multũ temporis uenit dominus ſeruorũ illorũ. Et obſerua in hoc loco, quoniã
non ad dominũ uadunt ut iudicent & digna actibus ſuis recipiant, ſed dominus uenit
ad eos cum fuerit impletũ quod dictũ eſt, quoniã uenit tempus. Veniẽs autẽ ponet ra
tionem cum eis de omnibus quæcunq; egerunt, compenſans lucra bonorum operum,
& diſpendia peccatorum, ut ponens rationem, & diligenter uniuerſa diſcutiens, uno-
quoq; ſicut oportet utatur. Debemus ergo quaſi qui peccãdo damnum fecimus, bona
autem operantes lucremur, ſic omni cuſtodia corda noſtra ſeruare, ut cum uenerit do
minus noſter & poſuerit rationem nobiſcum, nõ inueniamur nec pro otioſo ſermone
damnum

damnũ feciſſe. Et accedẽs qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinq; dicẽs: Dñe
quinq; talenta mihi dediſti, ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Ait ei dominus eius: Eu
ge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituã, intra in
gaudiũ domini tui. Accedens aũt & qui duo talenta acceperat, ait: Domine duo talen-
ta mihi dediſti, ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dominus eius. Euge ſerue bone & fi-
delis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te cõſtituã, intra in gaudiũ domini tui.
Ita acceſſit primus quaſi qui habuit fiduciã eo quòd operatus fuerat & lucratus. Nam fi
ducia ipſa fecit eum audere, ut ad dñm primus accederet, & audacter faceret ſermonẽ
dicẽs: Domine quinq; talẽta mihi dediſti, ecce alia quinq; talẽta lucratus ſum ſuper ea.
Ad quẽ dominus dixit uocẽ omnibus nobis optabilẽ, cũ poſuerit rationẽ etiã nobiſcũ
dominus noſter dicẽs: Euge ſerue bone & fidelis: contrariã ei uoci quã dixit ad tertiũ,
ſerue male & piger. Quis non optet exhortationẽ accipiens ex iſta ſcriptura, ut audiat
à domino ſuo, fidelis? Quod ſimile eſſe exiſtimo ei quod dictũ eſt de Abrahã, Quoniã Gen.16
credidit Abrahã deo, & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã, ſicut & ei qui audiuit à domino ſuo,
ſerue fidelis. Sine dubio fides eius ad iuſtitiã reputata eſt ei, ut reputata eſt ad iuſtitiã fi-
des ipſius qui in modico fuit fidelis. Modica aũt ſunt omnia uitę iſtius, ut omne reſurre
ctionis myſteriũ ei credaꝛ & adminiſtratio ſupernorum bonorũ. Videamus aũt & quò
ingreditꝛ ſeruus iſte bonus & fidelis, qui in modico uitæ iſtius fuit fidelis. Intra, inquit,
in gaudiũ domini tui. Omnia enim ibi delectabilia, & omnia gaudia, quando qui hic
flent, ibi ridebũt, & qui laudabiliter lugent, conſolationem accipient dignã. Quod au
tem dicit uel in eo qui quinq; talenta acceperat, uel in iſto qui duo, accedens, intellige
mihi acceſſum & tranſitũ de hoc mundo ad illum: & uide quoniã non aliã uocẽ domi-
nus protulit ad ſecundũ, niſi quã protulit ad priorẽ dicens: Euge ſerue bone & fidelis,
ſuper modica fidelis fuiſti, ſuper magna te conſtituã. Quęro quoniã eadẽ dicta ſunt am
bobus, ne forte & qui minorem habuit uirtutẽ, & torã illam quam habuit ſecũdũ quod
oportebat exercuit, nihil minus habiturus ſit apud deum, cũ ille qui fuit in maiore uirtu
te, ut impleaꝛ in eis quod dictũ eſt: Qui multũ, non abundauit: & qui modicũ nõ mino
rauit. Tale aliquid oſtendit & circa mandatũ dilectionis ad deũ uel ad proximũ dicens
ita: Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente Matt.22
tua. Sine dubio enim cũ ex toto corde ſuo quis dilexerit deum, & ex tota anima ſua, &
ex tota uirtute ſua, talem dilectionis habet mercedẽ, qualem ille qui maius habuit cor,
uel qui eminentiorẽ habet animam, uel qui maiorẽ accepit uirtutẽ, Hoc enim ſolũ quæ
ritur, ut quicquid habuerit homo ex deo, toto eo utatur ad gloriã dei. Accedens aũt
& qui unum talentũ acceperat, ait: Domine ſcio quia homo durus es, & metis ubi non
ſeminaſti, & congregas ubi non ſparſiſti, & timens abij, & abſcõdi talentũ tuum in ter-
ra. Ecce habes tuũ. Reſpondens aũt dominus eius dixit ei: Male ſerue & piger, ſciebas
quia meto ubi non ſeminaui, & cõgrego ubi non ſparſi. Oportuit ergo te cõmittere pe
cuniam meam nummulariis, ut ueniens recepiſſem eam cum uſuris.] Videtur mihi iſte
qui unum talentũ accepit, fuiſſe inter credentes quidem, nõ aũt & fiducialiter agentes
in fide, ſed latere uolentes, & omnia facientes ut non cognoſcanꝛ quaſi Chriſtiani. For
ſitan aũt & alij mores eorũ non ſatis erant culpabiles, & quod acceperunt cuſtodiunt
quidem, nõ aũt & addunt, neq; negotianꝛ, neq; fiducialiter agunt in eo: propterea uer-
bum in eis nõ profecit ad maius, neq; alios acquiſiuit. Adhuc uidenꝛ mihi qui huiuſmo
di ſunt, timorem dei habere & ſapere de eo quaſi de aliquo auſtero, & duro, & implaca
bili. Sic enim uerba ipſa ſignificãt reſpondentis, & dicentis: Sciebam quia durus es: &
quaſi qui ſciebat eum metere ubi non ſeminauit, & congregare ubi nõ ſparſit. Propter
quod reſpõdens ei dominus eius, & arguens eum quaſi malum ſeruũ & prigrũ, nõ qui
dem confeſſus eſt ſe eſſe hominẽ durum, ſicut ille arbitrabatur, cæteris aũt ſermonibus
eius conſenſit dicens: Et ſciebas quia meto ubi nõ ſeminaui, & cõgrego ubi nõ ſparſi.
Quomodo aũt intelligamus quod uere dominus noſter metit ubi nõ ſeminauit, & cõ-
gregat ubi non ſparſit? Mihi hoc uidẽ in loco iſto, quoniã iuſtus ſeminat in ſpiritu, ex
quo & metet uitam æternã. Omnia autem quæ ab altero, id eſt à iuſto uiro ſeminantur,
& metunꝛ ad uitã æternam, metit deus. Dei enim eſt poſſeſſio iuſtus, qui metit ubi non
ipſe ſeminauit: ſed ille iuſtus. Conſequenter & illud dicemus, quoniam iuſtus diſperſit
dedit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedit pauperibus. Dominus aũt in suo colliget uniuersa, quãta cunq; iustus dispersit, & dedit pauperibus. Metens aũt quæ non seminauit, & congregans quæ non sparsit, sibi cõputat & sibi arbitraf esse collata, quęcũq; pauperibus fidelibus fuerint seminata uel sparsa, dicens ad eos qui bene proximis suis fecerunt: Venite benedicti patris mei, hæreditate regnũ quod uobis paratũ est, Esuriui enim & dedistis mihi mãducare, & cætera. Et quia uult metere ubi non seminauit, & congregare ubi nõ sparsit, cum non inuenerit dicet ad eos qui nõ præbuerunt ei metere & cõgregare: Discedite à me maledicti in ignem æternũ, quẽ præparauit pater meus diabolo, & angelis eius, Esuriui enim & non dedistis mihi manducare, & cætera. Nam & uere durus est, secũdum quod ait Matthæus, & austerus secundũ quod ait Lucas. Sed his qui misericordia dei abutunf ad ne
Rom. 11 gligentiã suã non ad conuersionẽ suam, sicut ait apostolus: Vide bonitatẽ dei & seueritatẽ. In eos quidẽ qui ceciderunt seueritatẽ, in te aũt bonitatẽ si permãseris in bonitate. Qui eñ bonũ iudicat deum, credẽs indulgentiã accipere si fuerit cõuersus ad eum, illi bonus est deus. Qui aũt existimat eum sic bonum, ut nõ curet de peccatis peccantium, illi nõ est bonus deus, sed austerus. Zelans est enim super peccata hominũ contẽnentiũ se. Tamen quasi Christo metẽte quæ nos seminauimus, & cõgregante quæ nos sparsimus, seminemus in spiritu, & spargamus pauperibus, & talentũ dei nõ abscondamus in terra. Nec enim bonus huiusmodi timor, nec liberat nos talis timor ab exterioribus tenebris illis cũ fuerimus damnati quasi mali serui, & pigri. Mali quidẽ, quia nõ sumus usi probata illa pecunia dominicorũ uerborũ cũ quibus poteramus negotiari & discutere Christianitatis eloquia, & acquirere bonitatis dei altiora mysteria. Pigri aũt, quia nõ fuimus operati cũ eloquijs dei salutẽ uel nostrã uel aliorũ, cũ deberemus mittere pecuniã domini nostri, id est eloquia auditoribus nummularijs qui omnia tentant, & probant, ut bonũ quidem dogma & uerũ teneant, reprobũ aũt & falsum repellant, ut cum uenerit dominus, eloquia illa quę cõmisimus nos cũ usuris recipiat, & cum additamentis ab eis qui acceperũt à nobis. Oñis enim pecunia, id est omne uerbũ quod habet in se formã dei regalem & imaginẽ uerbi eius, legitimũ est. Nummularijs ergo uiris iubet credere uerbũ, qui possunt eius reddere usuras. Reddit aũt usuras uerbi qui iterũ festi-
2. Tim. 2 nat saluare cum eo, sicut ipse saluatus est: sicut Andreas, Petrus, Philippus, Nathanael, Matthęus publicanus. Et hoc est quod dicit apostolus, Quę audisti à me per multos testes, hæc cõmenda fidelibus hominibus qui idonei erunt & alios docere. Similiter &
Matt. 5 dominus dicit: Nemo accẽdit lucernã, & ponit eam sub modio, sed super candelabrũ, ut introeuntes uideant lumẽ. Tollite ab eo itaq; talentũ, & daf ei qui habet decẽ talenta. Vides quia tollitur talentũ à malo seruo & pigro, & date ei qui habet decem talenta. Quomodo autem tollitur ab aliquo quod datũ fuerat ei, & alteri datur bene agenti, ut habeat etiam hæc super illa quæ acquisiuit, non satis facile est explicare: tamen possibile est. Quoniã qui idoneũ facit in aliquo sensum in dogmatibus ueritatis, potest sua diuinitate deus auferẽs sufficientiã ab eo qui pigrius ea est usus, dare ei qui eam multiplicauit, Omni enim habenti dabitur & abundabit, ab eo autem qui nõ habet, & quod habet auferetur ab eo. Vtputa fidem habenti quæ est ex nobis, dabitur gratia fidei quę est per spiritũ fidei, & abundabit: & quicquid habuerit quis ex naturali creatione, cum exercuerit eũ accipit idipsum & ex gratia dei, ut abundet & firmior sit in eo ipso quod habet. Non enim de sapientia sola, sed de omni uirtute intelligẽdum est nobis quod ait
Sap. 9 Salomon: Et si fuerit quis perfectus inter filios hominũ, si abfuerit ab illo sapientia tua, in nihilum reputabitur, Sic & qui perfectus fuerit in castitate, aut in iustitia, aut in ueritate aut pietate, non fuerit aũt ei aut castitas, aut iustitia, aut uirtus, aut pietas quæ uenit ex gratia dei, in nihilum reputatur huiusmodi homo. Propterea si uolumus ut detur nobis uirtus perfectior, & abũdet in nobis quod perfectum est inter homines per diligentiam omnimodo acquiramus: & postq; acquisierimus, quasi intelligentes quoniã in nihilum hæc reputantur sine gratia dei, humiliemus nosmetipsos sub manu ualida dei, & oremus sine ira & disceptatione leuãtes puras manus, ut omniũ bonorũ quę sunt in nobis pfectio detur ex deo, et faciat nos perfectos, & acceptabiles deo quasi filios dei. Iste aũt qui unũ acceperat talentũ, & absconderat ipsum in terra, nõ solũ quasi malus & piger arguitur, sed quasi inutilis mittitur in tenebras exteriores, ubi nulla illuminatio est, forsitan

forsitan nec corporalis, nec est respectio dei illic, sed quasi indigni speculatiõe dei qui talia peccauerũt cõdemnanf in his quæ exteriores tenebræ appellanf: forsitan donec intellexerint, ut conuertanf & digni efficianf exire ab eis. Forsitan & propter aliam causam quam nos ignoramus: quoniã legimus aliquẽ qui fuit ante nos exponentẽ de tenebris abyssi, & dicentẽ, quoniã abyssus est extra mundum foris & tenebræ. Consideremus ergo si potest uera esse expositio eius, ut exteriores tenebras illas intelligamus, ut quidã quasi indigni toto mũdo in abyssum illã quã ille exposuit foras eiciant, in qua sunt tenebræ nemine eas illuminante, cum sint extra totum mundum.

TRACTATVS XXXIIII Cap. XXIIII

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis. Cũ uenerit filius hominis in gloria sua, & omnes angeli cũ eo, tunc sedebit super sedem gloriæ suæ, & cõgregabuntur ante eum omnes gentes, & cætera.] Indiscussus quidem sermo uidef esse manifestus, quasi exhortãs homines ad dandũ & largiẽdũ, & auertẽs ab omni inhumanitate & parcitate. Videamus tamẽ quid quærere oportet in eo propter eos qui nihil arbitranf aliud in eo nisi exhortationẽ humanitatis, Certe secundũ & glorioſum Christi aduentũ fore credit omnis ecclesia, quando & filius dei qui assumptus est in gloria, sic cũ gloria huc reuertef in specie sua & pulchritudine sua, ut corpus eius sit quale fuit cũ transformatus fuisset in monte corã tribus discipulis coascẽdentib. ei: ut iam nõ tribus, nec alijs paucis, sed uniuersis gentib. cõgregatis ante eũ appareat, & sedeat super sedẽ gloriæ suæ, & tunc segregabit malos à bonis. Vtrũ aũt omnes ab omnibus qui in omnibus generationibus fuerint, aut illę tantũ quæ in cõsummatione fuerint derelictæ, aut illę tantũ quæ crediderũt in deũ per Christũ, & ipsę utrũ omnes, an nõ omnes, nõ satis est manifestũ, Tamen quibusdam uidetur de differentia earũ quæ crediderunt hæc esse dicta. Quantũ ergo ad simplicẽ textum, nec qui à dextris cõsistunt alia causa laudanf, & in præparatũ regnum uocantur, nisi propter solam humanitatẽ: nec qui sunt à sinistris alia causa confundunf & deputanf in ignem, nisi propter inhumanitatẽ. Quid ergo? Si isti qui humani fuerunt circa uirtutes cæteras negligentes fuerunt, cõsequenf talia hæc promissa: aut illi qui nõ fuerunt humani, si alias impleuerunt uirtutes maledicti erunt omnino, & in ignẽ sunt condemnãdi, & hoc cum ipso diabolo? Vides ergo quia necessariã habet sapientiã sermo. Item tractandũ est utrũ in loco futurus est saluatoris aduentus in gloriã, an alterã exposition em debemus exquirere. Quis enim erit locus ille, ut capiat in uno aspectu, & omnes angelos uenientes cum Christo, & omnes gentes illic cõgregatas? Et de sede glorię eius quid est dicendum? Putas corporale aliquod subselliũ erit? an etiã hoc opus habet interpretationem subtiliorẽ? Propterea qui uult omnia rationabiliter intelligere, multã sapientiã inueniet & in istis. Et periculosum quidẽ est de huiusmodi rebus exponere, sed ne propter intellectus difficultatẽ plenius tacẽtes derelinquamus eos qui moueruntur in istis ad fluctuandũ, pauca de multis secundũ quod possibile est exponamus. Existimo ergo quoniã erit tempus aduentus Christi quãdo tãta manifestatio futura est Christi & diuinitatis, ut nõ solũ nullus iustorũ, sed nec aliquis peccatorũ ignoret Christum secundũ quod est, quãdo & peccatores cognoscẽt in cõspectu suo sua delicta, & iusti manifeste uidebunt semina iustitiæ suæ, ad qualem eos perduxerint finem. Et hoc est quod dixit: Congregabuntur ante eũ omnes gentes. Si enim modo quãdo nec omnes cognoscunt Christũ secundũ quod est, nec ipsi qui uidenf cognoscere palam eum cognoscũt, sed in fide tantũ intrant homines in conspectũ eius, quando agnitionẽ eius accipiũt per fidẽ, sicut scriptũ est: Intrate in cõspectu eius in exultatiõe, quãto magis re
Psal. 99 cte dicunf omnes gentes ante eũ cõgregandæ, & constituendæ, quãdo palam omnib. tam bonis quàm malis, tam fidelib. q̃ infidelibus fuerit factus manifestus, ante oculos mentis eorum iam non fidei aut diligentiæ alicuius inquisitione repertus, sed ipsius diuinitatis suæ manifestatione prælatus? Nõ in aliquo quidẽ loco apparebit filius dei cũ uenerit in gloria sua, in altero aũt nõ apparebit, sed sicut ipse secundũ cõparationẽ fulguris exeuntis, aduentũ suũ uoluit demonstrare dicens: Si dixerint uobis ecce in deserto, nolite exire: ecce in domo, nolite credere: sicut enim fulgur egreditur ab Oriẽte, &

apparet

Universidad de Deusto
Biblioteca

apparet usq; ad Occidentẽ,sic erit aduẽtus filij hominis, Sicut enim fulgur egrediẽs ab Oriẽte,& propterea quod oĩa implet, apparet usq; ad Occidentẽ:sic cũ uenerit Christus in gloria sua,propterea q; ubiq; futurus est,& ipse in cõspectu omniũ erit ubiq;, & omnes ubiq; erunt in conspectu ipsius, & sic cõstituentur ande sedem gloriæ eius, hoc est ante regnũ eius & potestatẽ dominationis ipsius. Sedes aũt eius aut certe quidã perfectiores sanctorũ dicunt, de quibus scriptũ est, Quoniã illic sederũt sedes in iudicio: aut quædã uirtutes angelicæ,de quibus dicitur:Siue sedes,siue dominatiões. Ergo rex seculorũ deus uerbũ, qui in forma factus est hominis, sedebit super huiusmodi sedem gloriæ suæ:& cõgregabunt ad eum omnes gẽtes iam nõ dispersæ in dogmatibus falsis & multis de eo: & sic erunt ante eum, ut nõ localiter audiamus oĩes gentes fieri ante eum, sicut nec localiter audimus iustos ea dicturos quæ sunt dicturi. Quandiu ergo cõfusi sunt iniqui,nec se cognoscentes, nec Christũ, sed in erroribus intenebricati tenentur:& iusti quãdiu per speculum & in ænigmate uident, & ex parte seipsos cognoscũt, non secundũ quod uere sunt:tandiu non sunt segregati boni à malis: Cum aũt propter manifestationem filij dei omnes ad intellectũ uenerint suũ,tunc saluator segregabit bonos à malis. Matt.xi Oues aũt dicti sunt qui saluantur, propter mansuetudinẽ quã didicerũt ab eo qui dicit:Discite à me quia mitis sum & humilis corde:& propter quod usq; ad occisionẽ parati fuerũt uenire imitantes Christũ, qui sicut ouis ad occisionẽ ductus est,& sicut agnus corã tondente se sine uoce:& non simpliciter sine uoce,id est corã auferente quæ sunt ipsius & diripiẽte. Hœdi aũt dicunt mali, quia aspera & dura saxa male ascendunt,& per præcipitia eorũ incedũt. Sic intellige mihi & sanctos à dextris qui dextra opera operati sunt,& plenius sunt conuersi ad iustitiam, quæ semper à dextris est dei. Propterea secundum dignitatẽ actuum suorum dextrorũ à dextris cõsistunt, & acceperunt mercedẽ suorũ dextrorũ,dexterã regis,in qua requies & gloria est. Qui autem ad peruersitatem uitæ seipso s separauerunt à dextris propter opera sua pessima & sinistra, ceciderũt in sinistrã,id est in tristitiã tormentorũ damnati,propter quod à sinistris consistunt. Tunc dicet ad eos qui sunt à dextris,inuitans eos ad se, Venite:ut quicquid minus fuerat eis,cum perfectius uniti fuerint Christo cõsequantur audientes: Venite: Luce 21 & facientes. Tale est & quod dicit apud Lucã. Auferte talentũ ab eo, & date ei qui habet decem,Omnis enim qui habet,additur ei:qui aũt non habet,& quod uidet habere auferetur ab eo, Vocat aũt illos benedictos patris, addito benedicti patris mei,ut eminentia benedictiõis eorũ manifestet, qui benedicti sunt à domino qui fecit cœlũ & terrã:& forsitan quia sunt aliqui qui benedicti quidẽ sunt,nõ aũt patris. Accipite regnũ quod uobis præparatũ est à cõstitutione mundi.] Quod in latino habet,A constitutione mundi, in Græco sic habet: A depositione mundi, & secundũ Græcum sermonem exponit,quę secundũ latinũ non conueniebat exponere. Quare aũt nomine depositionis de mundo frequenter utuntur scripturæ sicut & hic dicens: A depositione mundi, quærat qui potest,sciens quia non oĩe quod creatũ est depositũ dicitur,nec scriptũ est alicubi,à depositione sedium,aut dominationũ,aut principatuũ. Congregans autẽ ex omnibus nomen depositionis,si forte in altero aliquo dictum est, & cõparans ea cum his quæ dicunt de mundi depositione,ascendens per uerbũ ad cætera creata quidẽ,nõ aũt deposita,ex eo quod nõ est eorũ facta depositio,uidebis causam nominatæ depositionis,quod nomen tantũ de mũdo susciptur. Credere aũt hęc talia literis quæ possunt & in manus hominum male moratorũ uenire, & calumniatorũ,& nouitatis amatorũ, non est religiosum,ut ne margaritæ nimis exoperatæ ante porcos mittantur, neq; sancta canibus dentur. Esuriui, & dedistis mihi manducare,& cætera.] Videtur mihi per hæc,quia non unius iustitiæ species remuneratur,sicut existimãt multi. Absurdum est enim nihil aliud intelligere uirtutis in eo qui ita remuneratur,nisi tantũ cõmunicationem humanitatis. Non enim hoc dicimus, ut negligentius studeamus humanitatẽ, cũ sit omnibus fidelibus præcipue obseruanda,sed ut oĩa æqualiter,aut ut pene æqualiter studeamus,ut propterea ex omnibus omnẽ benedictionẽ percipiamus in cœlestibus in Christo Iesu. Primũ aũt sciendũ est, quoniã sicut quantum ad textum non sufficit ad consequendam regni cœlestis hæreditatem, dare esurientibus mãducare, nisi & cætera fecerimus quę subsequunt: sic nõ est possibile oĩa illa secundũ textũ implere, sicut

sicut existimant multi, nisi ex parte egerimus contra dei mandatũ. Necesse est eum & quæstuosum esse,ut det cibum,& potum, & uestimentum Christo esurienti,& sitienti, & algẽti in sanctis, ut hoc modo & peregrinum eum colligat, & infirmũ uisitet, & eat ad eum in carcerem. Vere aũt siue secundũ simpliciora & corporalia bene facta intelligamus,siue secundũ spiritalia,certum est,quoniã siue hoc,siue illo modo quis faciat opus bonũ & nutriat animas spiritalibus cibis, siue qualemcũq; speciẽ boni operis quis fuerit operatus propter deũ,Christo esurienti & sitienti dat cibũ & potũ. Siue quæ facimus sanctis qui sũt diuites meritis,pauperes rebus,siue in quibuslibet qui meritis pauperes sunt,etsi fuerint diuites rebus,siue in qualibuscũq; causis mãdatũ Christi quis fecerit,Christũ cibat & potat,qui fideliũ iustitiã & ueritatẽ manducat & bibit. Item Christum algentem teximus uestimento,accipientes sapiẽtiæ tecturam à deo,ut per doctrinam aliquos doceamus,& induamus eos uiscera misericordiæ,castitatem, mansuetudinem,humilitatem,cæterasq; uirtutes:quæ omnes uirtutes spiritalia sunt uestimẽta eorum,qui audiunt doctrinam docentiũ eas,secundum eum qui dicit: Induite uos uiscera misericordiæ,benignitatem,humilitatem,mansuetudinẽ & cætera. Magis autem & ipsum Christum qui hæc omnia fidelibus est, secundum eum qui dixit: Induite dominum Iesum. Cum ergo huiusmodi uestimentis uestierimus unum de minimis in Christo credẽtibus,ipsum dominũ uidemur uestisse,ut ne quantũ ad nos nudũ sit uerbũ dei in mundo. Sed & peregrinum dei filium constitutum,& domesticos corporis eius peregrinos in mũdo ab omnibus actibus corporalibus, sicut ipse & de se & de discipulis suis dicit: Et isti non sunt de hoc mundo,sicut & ego nõ sum de hoc mundo. Et quærit Christus cum suis animã ubi succedat. Quando ergo præparamus cor nostrũ diuersis uirtutibus ad receptaculum eius,uel illorũ qui sunt ipsius, ipsum peregrinantẽ suscipimus in domũ pectoris nostri facientes cœnaculum magnũ,mundatum & ornatum ad susceptionem Christi peregrinãtis in mundo, cæterorũq; discipulorũ ipsius. Quorum enim uerbum suscipimus, & ipsos suscepisse uidemur in nobis, & per ipsos Christum, cuius baiulant uerbũ. Item in infirmatis hominibus,siue à fide siue ab aliquo opere bono,aut scandalum patientibus Christus infirmatur, & scãdalum patitur,sicut ipse dicit ad Petrum, quæ carnis sunt,sapientem, Scandalum mihi es, hoc est infirmitas mihi es. Sed & omnes discipuli eius dilecti simul cum talibus infirmant, & scandalũ patiuntur dicentes: Quis infirmat, & non infirmamur? Quis scandalizatur,& nõ urimur nos? Et si discipuli eius coinfirmant infirmis,quãto magis ipse saluator creator ipsorum? Nam quem maior misericordia tenet hominũ infirmorum, grauior constringit infirmitas talis. Cum ergo unum fratrum infirmorum uisitauerimus,aut per doctrinã,aut per increpationem,aut per cõsolationẽ,aut precibus, aut terrore iudicij,aut aliqua bona opera facientes in eũ, fecerimus meliorare in Christo,ipsum Christũ uisitauimus, & cõforrauimus infirmatũ,& cęteros discipulos Christi talibus passionib. coinfirmãtes refrigeramus,sicut Paulus ad Philemonem dicit: Gaudiũ enim magnum habuimus, & consolationem in charitate tua,quia uiscera sanctorum requieuerunt per te frater. Et ne putes esse blasphemum infirmũ dicere Christũ. Ipse em̃ ex infirmitate est crucifixus propter misericordiã,& ipse infirmitates nostras portat,& oĩes noti ipsius. Deinde oĩe quod hic est, carcer est Christi & eorũ qui sunt ipsius. Propterea eamus ad eos qui in domo uinculorum istorũ habentur quasi in carcere, & sunt in hoc mũdo degentes,quasi carcere naturæ necessitate cõstricti. Cum ergo abierimus ad tales, & omne opus bonũ secerimus in eis,uisitauimus eos in carcere, & Christum in eis. Videamus aũt nisi generaliter hæc intellecta,& ad simplicem humanitatẽ nos exhortantur,& ad omnia laudabilia facta,ut benedictionẽ dignis dicẽtem: Venite benedicti patris mei, cõsequi quis ualeat digne. Non autem iusti obliti eorũ quæ gerunt,tunc respondebunt ei dicentes: Domine quando te uidimus esurientẽ,& cętera: sed humilitatis causa laude benefactorum suorum indignos se proclamantes. Ipse autẽ uolens eis ostẽdere suã cõpassionem in suis, etiã se pronunciat esse in quibus fuerint fratres eius, dicens: Amen dico uobis, ex eo quod fecistis uni minimorũ istorum fratrum meorum,mihi fecistis.] Videamus nunc quod dicit iustis: Venite benedicti patris mei: Inluistis aũt: Discedite à me: cũ fuissent utiq; fideles:& intelligemus impletũ in eis quod scriptum est: Omni habenti dabi

 tur,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,& abundabit:ab eo autem qui non habet, etiam quod uidetur habere auferetur ab eo. Nam propinqui sunt uerbo, qui seruãt dei mandatũ,& uocant̃ ut adhuc magis propinquiores efficiantur audientes: Venite benedicti patris mei. Longe autẽ ab eo sunt, etsi uideantur assistere ei, qui nõ faciunt mandata ipsius. Propter hoc tolletur ab eis, & quod sibi uidebantur assistere ei audiẽtes: Discedite à me: ut qui modo uel uident̃ esse ante eum, postea nec uideant̃. Propter quod & nos debemus nos conseruare ne audiamus & ipsi,& quasi elongãtes nos ipsos à domino: Discedite à me:& omnia faciamus, ut dicat ad nos: Venite benedicti patris mei. Considerandum est autem, quoniã in sanctis non solum dictum est benedicti, sed cum additamento, nõ qualemcũq; honorem habentes, id est benedicti nõ alicuius alterius, nisi dei patris. Econtra autem quibus dicitur maledicti, nõ dicit̃ maledicti patris mei. Nam benedictionis quidem ministrator est pater, maledictionis aũt unusquisq; sibi est autor, qui maledictione digna est operatus. Qui aũt recedunt ab Iesu, decidunt in ignem æternũ, qui alterius generis est ab hoc igne quẽ habemus in usu. Nullus em̃ ignis inter homines est æternus, sed nec multi tẽporis, extinguitur em̃ cito. Æternus aũt ignis est ille, de quo & Esaias dicit in fine prophetiæ suæ. Vermis eorum non morietur,& ignis eorũ non extinguetur, Forsitan talis subitantiæ est, ut inuisibilia cõburas ipse inuisibilis constitutus, secundũ quod ait apostolus: Quoniam quæ uidentur temporalia sunt, quę autem non uidentur æterna. Si ergo quæ uidentur temporalia sunt, quæ autem non uidentur æterna sunt: necesse est si uisibilis est ille ignis,& temporalis sit. Si aũt æternus est, & inuisibilis est, quo puniuntur qui recedunt à saluatore. Tale est quod dicit & Iob: Comedet eũ ignis qui nõ accenditur. Ne aũt mireris audiens esse inuisibilem ignem & punientẽ, cũ uideas inter homines calorem corporibus accidentẽ, & non mediocriter cruciantẽ, maxime eos qui ab eo ualidissime molestantur. Et cõsidera, quoniã regnũ quidẽ non alijs præparatũ dicit à cõstitutione mundi, nisi iustis, & ideo redder eis ipsum rex eorũ Christus. Ignem autẽ æternũ nõ illis quibus dicit̃: Discedite à me maledicti, paratũ ostẽdit, sicut regnũ iustis, sed diabolo & angelis eius. Quia quantũ ad se homines non ad perditionẽ creauit, sed ad uitã & gaudiũ: peccantes aũt cõiungunt se diabolo,& sicut qui saluantur sanctis angelis coæquant̃,& fiunt filij resurrectionis & filij dei & angeli: sic qui pereunt, diaboli angelis coæquant̃,& fiunt filij eius. Esuriui enim & non dedistis mihi mãducare, & cætera.] Scriptũ est ad fideles: Vos estis corpus Christi, & mẽbra ex parte, Sicut ergo anima habitãs in corpore cũ non esuriat quantũ ad suã substantiam spiritalem, esurit tamẽ unũquenq; corporis cibũ: quia copulata est corpori suo: sic & saluator patitur quæ patit̃ corpus eius ecclesia, cũ sit ipse impassibilis quantũ ad suam diuinitatẽ. Sanctis em̃ indigentibus cibo, & ipse esurit. Alijs aũt membris suis necessariã habentibus medicinam, & ipse quasi infirmus necessariã habet. Item alijs susceptione opus habẽtibus, ipse quasi peregrinus in eis quærit ubi caput suũ reclinet. Sic & in nudis alget, & in uestitis uestitur. Et si ex dilectione Paulus dicit: Quis infirmat̃ & non infirmor? & hoc magis ad laudẽ respicit apostoli, ostẽdentis magnitudinẽ charitatis suæ circa fideles: quomodo nõ magis q̃ Paulus & omnis homo dilectione ornatus filius charitatis dei saluator dicere potest cõueniẽter? Quis infirmat̃ & nõ infirmor? quis scandalizatur, et nõ ego uror? Propter q̃d dicit, infirmus fui, sic & in carcere fui, & non uisitastis me. In carcere enim mẽbro Christi cõstituto, ipse nõ est solutus à carcere qui dicit de iusto: Cum ipso sum in tribulatione, hoc est cõtribulor ei. Sicut em̃ qui meus est, in tribulatione mecũ est, sic & ego in tribulatiõe cũ eo sum. Et hoc dico nõ ignorãs uulgariorẽ illã traditionẽ. Et hoc cõsidera, quia immorat̃ in unoquoq; uerbo loquẽs ad iustos, & laudans eos, & per singulas species eorũ benefacta dinumerat, Loquens aũt ad iniustos pręcidit cõpendians & cõcolligẽs malefacta eorũ in breue: id est iustis quidẽ de infirmitate dicit: Infirmus fui, & uisitastis me. Separatim aũt de carcere: In carcere fui & uenistis ad me. Ad iniustos aũt cũ potuisset similiter facere, infirmus fui, & nõ uisitastis me, in carcere fui, & nõ uenistis ad me: pręcidens narrationẽ subunauit utrũq; dicens: Infirmus fui & in carcere, & nõ uisitastis me. Quoniã misericordia iudicis erat, benefacta quidẽ hominum largius prædicare & ampliare, malefacta aũt eorũ transitoriè memorare & breuiare. Sed & iusti immorant̃ in unoquoq; uerbo dicẽtes: Quãdo te uidimus esuriẽtem & ciba

Esa. ult.

Iob. 20

1 Cor. 12

2 Cor. 11

Psal. 91

& cibauimus, aut sitientẽ & potauimus, aut nudũ & uestiuimus, aut peregrinũ & collegimus? Aut quãdo te uidimus infirmũ, aut in carcere? Quoniã propriũ est iustorũ, beneficia sua relata sibi in facie, diligenter & per singula refutare causa humilitatis: tanq̃ si dicente domino, hoc & hoc & hoc bonum in me feciſtis, illi recusantes dicant, nec hoc nec hoc nec hoc fecimus tibi. Iniusti non ita per singula, sed cursim dicũt: Quando te uidimus esurientem, aut sitientem, aut peregrinũ, aut nudum, aut infirmũ, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? uerbũ ministrauimus tibi ad omnia referentes, & quasi præcidentes & prætereuntes crimina singula, ut nõ grauiora uideãtur diligenter & singillatim enumerata: quia proprium malorum hominũ est culpas suas excusationis causa, aut nullas uelle ostendere, aut leues & paucas, Sed & responsio Christi tam ad iustos facta q̃ ad iniustos, hũc ipsum significat intellectũ. Volẽs enim iustorũ benefacta ostẽdere grandia, peccatorũ aũt culpas nõ grandes, ad iustos quidem dicit: Ex eo quod feciſtis uni ex minimis istis fratribus meis, mihi feciſtis. Ad iniustos aũt sic: Ex eo quod non feciſtis uni ex minimis istis, nec mihi feciſtis: non adijciens fratribus meis, quem admodũ cũ loquerer̃ ad iustos. Nam abusiue quidem omnes credentes in Christo fratres sunt Christi: Reuera aũt fratres eius sunt, qui perfecti sunt, & imitatores sunt eius, sicut ille qui dixit: Imitatores mei estote sicut & ego Christi: qui possunt dicere: Pater noster qui es in cœlis. Gratius est aũt apud deum opus bonũ quod fit in sanctioribus, quàm in minimis sanctis: & leuior culpa est negligere minus sanctos q̃ sanctiores. Minimos aũt hic dicit, aut quasi in mundo minimos existimatos, aut quia apud seipsos minimi erant, Volentes enim apud deũ fieri magni, seipsos minimos faciebant, quasi charissimi discipuli eius qui dixit: Discite à me quia humilis & mitis sum corde. Et hoc attende, quoniã cum prius dixisset: Venite benedicti: deinde: Discedite maledicti: quoniã propriũ boni dei est prius recordari benefacta bonorũ q̃ malefacta malorũ: postea in exitu utrorumq; prius nominat pœnã malorũ, deinde uitam bonorum dicens: Et abibunt illi in pœnã æternam, hi aũt in uitam æternam: ut primum quæ timoris sunt euitemus mala, postea quæ honoris sunt, appetamus bona. Et factum est postq̃ cõsummauit Iesus omnes sermones hos, dixit discipulis suis.] Volens ostendere quod omnia in pondere & numero & mensura constituit deus, dicit in aliquo loco ad matrẽ suã: Non dum uenit hora mea. Item: Nunc anima mea turbatur, & quid dicã? Pater salua me ex hac hora. Sed propter hoc ueni in hanc horã, Item: Pater uenit hora, clarifica filiũ tuũ, ut & filius tuus clarificet te. Sic & horã constituit passionis filij sui. Ideo etsi frequenter insidias passus est à Iudæis, nihil potuit pati discedẽte ab eo diabolo usq; ad tempus: & nihil pati poterat, donec cõsummaret omnes sermones suos, quos proposuerat dicere discipulis suis. Propterea postq̃ cõsummauit omnes sermones hos, tunc dixit discipulis suis. Et uide quia non dixit simpliciter, postquã consummauit omnes sermones, sed addidit hos omes, id est quos iam locutus fuerat, nõ quos adhuc fuerat locuturus. Adhuc enim oportebat eum etiã alios loqui sermones, postquã traderetur, & in Bethania in domo Simonis leprosi de muliere accedente ad se: Item & pascha facere cũ discipulis suis, & conuincere proditorẽ latentem, & gratias agere, & porrigere eis panẽ & calicem. Oportebat eum & prædicere discipulis suis, quod essent scandalizãdi: & Petro, quoniã ante galli cantum ter fuerat negaturus. Adhuc aũt oportebat eum hora appropinquante magis orare non semel, nec bis, sed ter, donec hora plenius adueniret.

1 Cor. 10

Matt. 11

Ioan. 2 12 17

TRACTATVS XXXV Cap. XXVI

1 In illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis: Scitis quia post biduũ pascha fiet, & filius hominis tradet̃ ad crucifigendũ. Et reliqua.] Si ergo etiã hora fuerat definita secundũ quod diximus, ut nõ traderet̃ ante omnẽ doctrinã, quõ nõ magis & dies fuerat definitus, ut pascha nostrũ Christus immolaretur, dissoluens ludaicũ pascha, & tradens secundũ nouum testamẽtum discipulis suis? Oportebat etiam mensem esse definitũ paschæ. Ego autẽ puto etiam annum, de quo & propheta dicebat: Prædicare annum dñi acceptũ & diem salutis. Prędicit ergo discipulis suis pręmuniens eos, ut ne prius q̃ audiant quæ fuerãt euentura subito uidẽtes tradi ad crucẽ magistrũ, obstupescãt pauore propter passionẽ domino acci

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentem. Ideo dixit eis: Scitis quia post biduũ pascha fiet, & filius hominis tradet ad crucifigendũ.] Non aũt sicut arbitrabant quidam, hoc dicere uult, quia post biduũ paschæ dies aduenit, sed quia post biduũ nouũ pascha fiet. Nec enim dixit, post biduũ pascha erit, aut uenit, ut ne ostenderet illud pascha futurũ quod fieri solebat secundũ legẽ: sed pascha fiet, hoc est quale nũq̃ fuerat factũ, ut per hoc nouũ pascha illud succidat antiquũ. Deniq̃ sic addit: Et filius hominis tradet ad crucifigendũ.] Post duos aũt dies factũ est pascha secundũ quod fuerat prophetatũ ab eo, quãdo traditus est in nocte, & dixit osculãti se Iudæ: Amice ad quid uenisti? Si aũt post biduũ pascha factũ est, quarta decima luna, manifestũ est quia quãdo ista dicebat, secundũ Iudæos undecima erat luna, quãdo et parabolas supradictas exposuit. A quo aũt traditus est, hic non est scriptũ. Congregabis aũt de scripturis, quoniã & pater tradidit eum secundũ quod scriptũ est:

Rom.8 Qui unico filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Secundũ alias aũt scripturas Iudas tradidit illum. Sed & satanas qui intrauit in Iudã tradidit eum. Sed & principes sacerdotũ & seniores tradiderũt eum, Propterea hic impersonaliter posuit tradet, nõ dicens à quo: quod uerbũ potest ad omnes respicere qui tradiderũt eũ. Sed non omnes eodem proposito tradiderunt. Deus eñ tradidit eum propter misericordiam circa genus humanũ, quod unico filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Cæteri aũt tradiderunt eum iniquo proposito, unusquisq̃ secũdum malitiam suam, Iudas propter auaritiã, sacerdotes propter inuidiã, diabolus propter timorẽ, ne auelleretur de manu eius genus humanũ per doctrinã ipsius, non aduertẽs quoniã magis eripiendum fuerat genus hominũ per mortẽ ipsius, q̃ fuerat ereptũ per doctrinam & mirabilia. Traditus est enim ad crucifigendum, ut exuens principatus & potestates fiducialiter triumphet eos in ligno. Tunc cõgregati sunt principes sacerdotũ & scribæ & seniores populi in atriũ principis sacerdotũ qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenentes occiderẽt. Dicebant aũt: Non in die festo, ut ne tumul-

Psal.2 tus fiat in populo.] Quod dixit propheta: Et principes conuenerunt in unum aduersus dñm & aduersus Christum eius, tunc impletum uidetur cũ principes sacerdotum & seniores populi congregati sunt in domũ principis sacerdotũ aduersus dñm & aduersus Christum eius. Non ueri sacerdotes, sed populi, & seniores non aliorũ, sed illius

Matt.27 Esa.1 qui uidebatur populus dei, uere aũt populus erat Gomorræ, quoniã dixerunt: Crucifige, crucifige eum, & tolle talẽ de terra, Et quod dixerat Esaias: Audite uerbũ domini principis Sodomorum, attendite legem dei plebs Gomorræ, cõuenit illis insidiantibus

Ezech.16 Iudæis qui fuerunt in generatione tẽporis Christi. Et quod dicit Ezechiel ad Hierusalẽ: Iustificata est magis Sodoma ex te, magis cõuenit dici ad Hierusalem super quam dominus fleuit, & ad tempus prophetæ. Peiora enim Sodomis peccauerunt principes populi: quia nõ intelligentes summũ sacerdotẽ dei, insidiati sunt ei: & seniores populi nõ cognoscentes primogenitũ uniuersæ creaturæ, & seniorẽ omnibus creaturis, consiliati sunt cõtra eũ. Et propter atriũ puto illud in quo cõsiliũ fecerunt ut Iesum dolo tenerẽt, desolata est Hierusalẽ. Oportebat enim iam nõ esse ciuitatẽ quæ aduersus totius mũdi egerat fundatorẽ: quæ prius quidem occiderat prophetas, postmodũ aũt dominũ prophetarũ. Vt dolo eum tenerent.] Ideo cõuenienter de eis dixit propheta: Disperdat dominus uniuersa labia dolosa. Dolo aũt eũ tenere & occidere uoluerũt, ut ne tumultus fiat in populo illo, qui multa signa & prodigia Iesum uiderat facientẽ. Et propterea multi quidem ex his erant pro eo qui forte dixerãt, quia magnus propheta surrexit in Israel. Alij aũt erant aduersus eũ qui dixerãt: Hic nõ ejicit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ. Necesse ergo erat tumultũ fieri dño cõprehenso, propter diuersa studia populi diligentis Christum & odientis, credentis & non credentis. Stetit enim consiliũ eorũ quasi firmum, cum ipsi qui cõsiliabantur staturi non essent, ut non in die festo occideretur, sed in alio die: uidelicet ut pascha nostrũ immolaret Christus, ut relinquẽtes azyma Iudæorũ festiuemus in spiritalibus azymis & ueris. Considera aũt si potes omne uerbũ quod profitet quocũq̃ modo doctrinã dei, dicere principẽ esse sacerdotũ dei. Cum sint aũt multa falsorũ dogmatũ uerba quasi sacerdotes dei, nõ aũt dei sed populi qui seductus ab eis est, cõsiliantur aduersus unũ & uerũ dei uerbũ. Verbum autem dei præbet quidem se insidiantibus, nihilominus tamen resurget, nõ immutatũ neq̃

neq̃ corruptum ab eis: & in cœlum ascendet, ut suscipiat eos qui tollũt crucẽ suam & sequunt eum. Cum aũt esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi accessit ad eum mulier habens alabastrũ unguenti preciosi, & effudit super caput eius, recũbente eo. Videntes autem discipuli eius indignati sunt, & cætera.] Multi quidem existimant de una eademq̃ muliere quatuor euangelistas exposuisse, quia conscripserunt tale aliquid de muliere, & omnes similiter alabastrũ unguenti nominauerunt. Ioãnes aũt pro alabastro posuit librã unguenti. Sed & quod dicit: Potuit hoc uenundari, & pauperibus dari, dixerunt Matthæus & Marcus & Ioannes: & quoniã ad sepulturam suam unguentum illud Christus pronunciauit effusum, ipsi exposuerũt: & quoniã in Bethania in domo Simonis leprosi factum est, ipsi tres cõscripserunt. Ioannes autẽ Bethaniã quidem dixit, ubi fecerunt ei cœnã, & Martha ministrabat, & Lazarus unus erat ex discũbentibus, & Maria accepit librã unguẽti nardi pistici precios, & cætera. Ex quibus apparet, quia ipsi ei fecerunt cœnã. Lucas aũt, quãuis non leprosum posuit Simonẽ, tamen pharisæum dixit fuisse, qui rogauerat Iesum ut manducaret cum eo, sicut de nomi Lucæ 7
ne eius dominus ipse testatur, dicens ad eum ibi: Simon Simon habeo quid tibi dicere. Multa ergo similitudo & cognatio quędã de muliere apud quatuor euangelistas. Dicã tamen ad eos qui arbitrant unam fuisse mulierẽ de qua omnes euangelistæ scripserũt. Putas quod hæc mulier quæ effudit super caput Iesu preciosum unguentum, sicut Matthæus & Marcus exposuerunt, ipsa & myrrha unxit pedes ipsius, sicut Lucas & Ioannes exposuerũt? Non est aũt possibile, ut de eadem muliere exponẽtes euangelistę cũ essent consummati in eodem intellectu, & in eodẽ spiritu, & in eadẽ sententia qui fuerant ministraturi salutẽ ecclesiarum, cõtraria sibi dixissent. Si aũt aliquis arbitrat ipsam fuisse quæ unxit unguento domini pedes apud Lucam & Ioannẽ, dicat nobis si Maria ipsa erat quæ apud Lucã fuisse scribitur in ciuitate peccatrix, quæ discens quoniã recubuit in domo pharisæi attulit alabastrum unguenti, & stans retro secus pedes eius plorans lachrymis lauabat pedes eius. Nec enim credibile est, ut Maria quam diligebat Iesus, soror Marthæ quę meliorẽ elegerat partem, peccatrix in ciuitate fuisse dicat. Et putas quia mulier quæ secundũ Matthæũ & Marcũ effudit super caput Iesu preciosum unguentũ, euentu nõ scribitur fuisse peccatrix? Quæ aũt secundũ Lucam peccatrix refertur, nõ fuit ausa ad caput Christi uenire, sed lachrymis pedes eius lauit, quasi uix etiam ipsis pedibus eius digna, præ tristitia pœnitentiã in salute stabilem operante. Et quæ secundum Lucã est, plorat & multũ lachrymat ut pedes Iesu lachrymis lauet: quæ aũt secundum Ioannem est Maria, neq̃ peccatrix, neq̃ lachrymãs introducit. Forsitan ergo quis dicet quatuor fuisse mulieres, de quibus conscripserunt euangelistæ: ego autẽ magis consentio tres fuisse: & unã quidẽ de qua cõscripserunt Matthæus & Marcus, nullam differentiam expositionis sue facientes in uno capitulo: alterã aũt fuisse de qua scripsit Lucas: aliam autẽ de qua scripsit Ioannes: quoniã differt ab alijs mulieribus, nõ solum in his quę scripta sunt de unguẽto: sed quoniã & diligebat Iesus Mariã & Marthã: quamuis & ipsa in Bethania referatur fuisse, sicut & mulier de qua exponũt Matthęus & Marcus. Tertia differentia est, quoniã Matthæus quidem & Marcus in domo Simonis leprosi hoc factum fuisse exponunt: Ioannes aũt, quoniã Iesus ante sex dies paschę uenit in Bethaniã ubi erat Lazarus, quem suscitauerat Iesus, & fecerunt ei cœnam: & non simul, sed Maria & Martha, forte & Lazarus: & Martha ministrabat, Lazarus aũt erat unus ex discumbentibus. Adhuc aũt secundum Ioannem ante sex dies paschæ uenit in Bethaniã, quando & fecerunt ei cœnã Maria & Martha. Hic autẽ quando & recumbentem in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, post biduũ pascha erat futurum, sicut dictũ est supra. Restat ut aliquis dicat: Si de altera muliere Matthæus & Marcus scripserunt, de altera autẽ Ioannes, de tertia uero Lucas, quomodo in persona unius mulieris semel à Christo increpati discipuli quasi male indignantes de facto mulieris nõ se emendauerũt, ut ne super alterã mulierẽ similiter facientẽ indignarent? Propterea sciat quia apud Matthæũ & Marcũ discipuli indignant ex bono ppositio, apud Ioannem aũt solus Iudas furandi affectu, apud Lucã aũt murmurat nemo. Ex his ergo & alijs quæ & ipse poteris obseruare, certum est quoniã aut sibi contraria dicunt euangelistæ, ut quidam eorum mẽtiantur: aut si hoc impium est credere, necesse est dicere

Universidad de Deusto
Biblioteca

non de eadem muliere omẽs cõscripsisse euãgelistas, sed aut de tribus, aut de quatuor. Dicet aũt aliquis paulo audacior. Forsitan secundum historiã una quędam mulier fuit quæ tale aliquid fecit, Pone aũt & alterã si uis & tertiã, tamẽ & principaliter euãgelistarum propositũ fuit respiciens ad mysteria: & non satis curauerunt, ut secundũ ueritatẽ enarrarẽt historiæ, sed ut rerũ mysteria quæ ex historia nascebantur, exponerent. Propter quod & adtexuerũt quosdã sermones mysteriorũ intellectibus cõuenientes & cõsonos. De his autem quę apud quatuor exponunt euãgelistas causa mulierũ uel uniusmulieris, sicut existimãt multi, diligẽtius tractauimus exponẽtes euangelium secundũ Ioannem, quæ uidebãtur nobis cum similia essent & cognata, quasi cõtraria & distantia. Nunc aũt ea breuiter perstringamus. Rationabiliter ergo Lucas cũ de peccatrice muliere loqueretur, introduxit eam flentẽ abundãtius, ut etiã Iesu pedes lauaret: & nõ infundentẽ quidem unguentũ, sed tantum ungentẽ non caput, sed pedes. Illa aũt quæ non accusabatur peccatrix, non unxit, sed effudit, & nõ super pedes, sed super caput. Si aũt quis & quæ de Maria Lazari sorore scripta sunt tractet, quę & ipsa unxit dñi pedes notet sibi quæ scripta sunt ibi, quoniam omnis domus repleta est ex odore unguenti: quod nõn est scriptũ de ea quæ dicebat esse peccatrix. Sed nec de muliere de qua scripserunt Matthæus & Marcus, quæ non dicebatur fuisse peccatrix, tale aliquid scriptũ est, quia omnis domus repleta est ex odore unguenti. Forsitan per differẽtias istarum mulierum, differentiæ fideliũ demonstrant: quorum quidam quidem effundunt super caput Iesu pretiosum unguentũ: alij aũt non caput ungunt, sed pedes: alij aũt nõ infundunt largiter, sed ungunt tantum. Vngentium uero quidam tali ungunt unguento, ut omnis domus impleat ex odore diuinitatis ipsius: alij aũt non tali quidẽ, tamen & ipsi acceptabili apud Christũ, quoniam & ipsi ungunt pedes eius unguento, quos pharisæus nec oleo unxit, Oportebat aũt hæc in Bethania fieri, quæ interpretatur domus obedientiæ, & ab hac quę super caput dñi effudit unguentũ, non accusata quasi peccatrix in ciuitate, & à Maria, apud quã cũ fieret conuiuiũ Iesu, accessit ad eũ & unxit. Domũ autem obedientiæ, ecclesiam intelligi oportere dubitat nemo. Illa aũt quæ apud Lucã dicebatur peccatrix, adhuc non erat digna in Bethania esse, quamuis pœnitentiam peccatorum suorum agebat. Adhuc enim minus habebat, ut postmodum inueniretur in domo obedientiæ facta, ut iam consummata neq; peccatrix diceretur, nec lachrymans & lauans domini pedes, sed & ipsa effundens unguentũ super caput ipsius. Sed & Simon obedientiæ mysteriũ est, quoniam sic interpretatur, sed obedientialiter non spiritus: propter quod Simon eleuatus à litera legis per Iesum ad legem spiritalẽ, iam nõ erat Simon tantũ, sed factus est etiã Petrus, & pro ædificatione Iudaica dignus habitus est ædificatione ecclesiæ super petrã fundãdę. Factus est ergo Iesus in domo Simonis quidẽ, & alicuius obedientis, tamen leprosi, & adhuc opus habẽtis mũdatione ab Iesu. Nõ aũt memoratũ est apud Lucam de Simone, quoniã & leprosus erat. Existimo quoniam ipse debitor erat quinquaginta denariorum, & iam acceperat remissionẽ eorum, quoniam dilexerat modicum. Tamen diligens aliquantulum, rogauit eum ut manducaret cum eo. Accessit aũt mulier, non peccatrix secundum Matthæũ & Marcũ alabastrum habens unguenti pretiosi. Et considera q̃ caute apud hos qui peccatricẽ non retulerũt, unguentũ eius quasi pretiosum laudatur. Apud Lucam aũt qui exposuit peccatricem, unguentum simpliciter nominat, nec pretiosum, nec nardi pistícæ, ut ex odore eius impleretur domus. Adhuc enim habere non poterat unguẽta huiusmodi: sed hoc erat magnũ, quia uel unguento poterat ungere domini pedes. Huius aũt mulieris pretiosum fertur unguentũ. Nec enim decebat esse nõ pretiosum quod super caput saluatoris effundebat. Et super unguentũ quidem peccatricis ungẽtis domini pedes, & non effundẽtis, neq; indignati sunt discipuli, neq; doluerũt, nec dixit Iudas: Quare unguentum hoc nõ est uenundatũ trecentis denarijs, & datũ est pauperibus? Super mulierẽ autem apud Matthæũ & Marcum indignati sunt discipuli, & doluerunt perditionem unguenti quod decurrebat à capite eius ad cæterũ corpus. Nã etsi poterat uenundari unguentũ illud multo precio & dari pauperibus, tamẽ nõ debebat fieri hoc, qa cõueniẽs erat ut super caput Christi infunderẽt sancta & decenti infusione. Qui aũt cõtendunt intelligere ista secundum simplicẽ textũ, dicant effusum unguentũ super caput Iesu laudabiliter

dabiliter, qualem habebat secundum textum decorẽ, ut effunderẽtur super caput talis & tanti magistri. Non erat ergo unguentum illud pauperibus dignum, nec cõueniẽs, quantum ad suũ honorem, ut diuideret in multos, sed ut integrũ manens effunderet super caput tantummodo Iesu. Propter quod & mulierem quæ fecerat hoc, suscipit Iesus, & indignantibus discipulis dicit: Sinite eam, & nolite ei molesti esse, quoniam bonum opus operata est in me. Vsq; adeo aũt efficax est huiusmodi laus operis boni, ut exhortet omnes nos odoriferis & diuitibus operibus implere domini caput: ut & de nobis dicat, quia semper quidẽ habemus quãdiu in hac uita cõsistimus, pauperes nobiscum, & opus habentes cura eorũ qui profecerunt in uerbo, & diuites facti sunt in sapientia dei, non autem possunt sufficere, ut semper diebus & noctibus habeãt secum filium dei, uerbum dei & sapientiã, & omnia quicquid est dñs noster saluator. Vide & quod ait: Bonum opus operata est in me, quia non dixit de peccatrice ungente pedes ipsius: quia bonum opus fecit in me. Si autẽ oportet discutere & quod ait: Ad sepeliendum me fecit, comparans ei quod dicitur: Consepulti sumus Christo per baptismũ, & Rom. 6
consurreximus ei. Adhuc aũt hoc cõsidera, quoniam de muliere secundũ Lucam non est dictum, Amen dico uobis, ubicunq; prædicatũ fuerit Euãgelium hoc in toto mundo, dicetur & quod fecit hæc in memoriã eius. De muliere autẽ secundum Matthæum & Marcum, hoc scriptũ est. Iustum enim erat nõ de illa quæ unxerat pedes, sed de hac quæ unguentũ effuderat super caput eius, dici: Vbicunq; prædicatũ fuerit Euãgelium hoc in toto mundo, dicet & quòd fecit hæc in memoriã eius. Si ergo uolumus ut de nobis dicatur quod facimus in Iesu, effundentes pretiosum unguentũ super caput ipsius, proficiamus ab unctione pedũ eius ad effundendũ pretiosum unguentũ sup caput eius. Quid aũt est oleũ, & quid unguentũ? Vnguentũ aũt quod ꝓficit ad corpus Christi ungendũ, & q̃d ad caput, difficile est explicare. Tamen id quod nobis uidetur, demonstrare tentabimus, certissime cognoscentes, quia oleũ ubicq; in scripturis aut opus misericordię intelligit, quo lucerna uerbi enutrita clarescit: aut doctrina, cuius auditu assiduo uerbũ fidei quod est accensum in nobis nutritur, & clarius lucet. Sicut ergo generaliter omne quo quis ungitur oleum appellatur, olei aũt aliud est unguẽtum, item unguẽti aliud est mediocre unguentũ, aliud pretiosum: sic omnis actus iustus opus dicitur bonum. Operis aũt boni, aliud est quod facimus propter homines, uel secundum homines: aliud aũt quod propter deum & secundũ deũ. Item hoc ipsum quod facimus propter deũ, aliud est quod proficit ad usum hominũ, aliud quod non ꝓficit ad usum hominũ, sed tantum ad gloriã dei. Vtputa, bene quis facit homini naturali iustitia motus, non propter deum, quomodo faciebãt interdũ & gentes, & multi faciũt homines: opus illud oleũ est uulgare, nõ magni odoris, & ipsum tamen acceptabile apud deũ: sicut Daniel significat dicẽs ad Balthasar deum non cognoscentẽ: Audi consiliũ meum Dan. 4
rex, & peccata tua eleemosynis redime. Tale aliquid dicit & Petrus apud Clemẽtem, quoniã opera bona quæ fiunt ab infidelibus in hoc seculo eis prosunt, non & in illo ad consequendã uitã æternã. Et cõuenienter, qa nec illi ꝓpter deum faciunt, sed propter ipsam naturam humanã. Qui aũt propter deum faciunt, id est fideles, non solum in hoc seculo proficit eis, sed in illo, magis aũt in illo. Quod aũt fideles faciunt propter deum, hoc est unguentum boni odoris. Hoc ipsum aũt opus fidelium propter deum, q̃d est unguentum, aliud fit ad utilitatẽ hominũ, utputa eleemosynæ, infirmorum uisitationes, peregrinorũ susceptiones, humilitas, mansuetudo, indulgentia, & cętera huiusmodi quæ hominibus prosunt. Hæc qui facit in Christianos, pedes domini ungit unguento, quia ipsi sunt domini pedes cũ quibus ambulat semper: quod precipuè solẽt facere pœnitentes pro remissione peccatorũ suorũ. Et illud est opus quod dicit unguentum odoriferum quidem, non autem summum. Qui autem castitati studet, in ieiunijs & orationibus permanet, in aduersis patientiã habet sicut Iob, in tentationibus ueritatem dei non timet confiteri: quæ omnia cæteris hominibus nihil prosunt, sed tãtum ad gloriam dei proficiunt: hoc est unguentũ quod ungit caput domini Christi, & exinde per totum corpus Christi, id est per totam decurrit ecclesiam: & hoc est unguentum ualde pretiosum, ex cuius odore tota repletur domus, hoc est ecclesia Christi. Et hoc opus est proprium non pœnitentium, sed perfectorum sanctorum. Aut certe doctrina quę

Universidad de Deusto
Biblioteca

necessaria est hominibus, per quã nutriũtur animæ pauperes in spiritalibus bonis, aut forte & debiles in peccatis, hoc est unguentũ mediocre, quo pedes domini unguntur. Agnitio aũt fidei ueræ quę ad solum pertinet deũ unguentũ est preciosum, quo ungitur caput Christi deus. Tunc abiit unus de duodecim qui dicit ludas Scariot ad principes sacerdotũ & dixit eis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eũ tradã? At illi constituerũt ei triginta stateres, & exinde quærebat opportunitatẽ, ut eũ traderet eis.] Iudas interpretatur cõfessor. Cũ sint ergo duo discipuli hoc nomine nominati, secũdũ quod Lucas Euãgelista dinumerat inter duodecim fuisse Apostolos, Iudã Iacobi, & Iudam Scariotã: Quum nihil ergo à mysterio uacuũ sit apud Christum, existimo duos discipulos Iudas in mysterio fuisse Christianorũ confitentium fidem Christi: quorũ una quidem pars fideliter permanet apud Christũ, cuius mysteriũ fuit Iudas Iacobi, altera aũt pars postquã credidit & confessa est fidem Christi, ꝓpter auaritiam reliquit Christum, & facta proditrix ueritatis ipsius, transiit ad hæreses, & ad falsos sacerdotes ludęorum falsorum, id est simulatorũ Christianorum, & tradidit eis Christum quantũ ad se, id est, uerbum ueritatis, ut crucifigatur & occidat uerbum ueritatis ab eis: cuius mysterium fuit Iudas Scariota, qui abiit ad sacerdotes, & de traditione Christi pactus est precium. Audiui quendam exponentẽ patriam proditoris Iudę secundum interpretationẽ Hebraicam exsuffocatũ uocari. Quod si ita est, magna conuenientia inuenit nominis patriæ eius cum exitu mortis ipsius, quoniã & ipse laqueo se suspẽdens, ꝓphetiam nominis patrię suę suffocatus impleuit. Hic ergo Iudas ad quẽ dictum est per prophetã: Tu aũt homo unanimis mihi dux meus & notus meus, cecidit cũ fuisset unus eorũ quos
Psal. 82 Christus ad ducatũ suscepit populi Christiani. Et uide quomodo q̃d scriptum est: Vos aũt sicut homines moriemini, & sicut unus de principib. cadetis, referẽ modo ad illum principem qui cecidit tanquam fulgur de cœlo: modo ad Iudam, qui electus ad principatum Apostolatus, & quasi in cœlo cõstitutus, & ipse quasi fulgur ante constitutus cecidit in proditionis ruina, uadens aduersus unum principem sacerdotum, qui in æternum factus fuerat sacerdos secundũ ordinẽ Melchisedec, ad multos principes sacerdotum & aduersarios unius sacerdotis summi, ut uenderet precio uolentem redimere totũ mundũ à maledictione legis & totius peccati, & redimere nos nõ corruptibilib. pecuniis, sed precioso sanguine suo. Quid aũt dixit Iudas ad sacerdotes, audiamus. Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? Volebat enim accipere pecuniã, & tradere uerbũ dei. Quod faciunt omnes qui accipiunt aliquid corporaliũ aut mundialium rerum, ut tradant & eijciant ab anima sua saluatorẽ, & uerbũ ueritatis quod erat in eis. Et opportune hoc uteris exemplo ad omnes qui quodcũq; peccatũ facientes ꝓpter auaritiam & causam pecuniarũ, aut alicuius lucri, uerbũ dei tradunt & contemnunt. Nam huiusmodi homines quasi manifeste clamare uidẽtur, & dicere uirtutibus aduersarijs præstantibus lucrũ aliquod pro peccato transgressi uerbi dei: Quid uultis mihi dare & ego eum uobis tradã? Quod & si traditus fuerit, fit quidem extra tradentẽ: uincens aũt eos qui eum susceperunt uidenẽ, operaẽ decentia se, ut euacuare cupientes eũ, nihil operenẽ in ipsum. At illi statuerũt ei triginta stateres, tantã ei dationẽ constituentes, quantos annos saluator peregrinatus fuerat in hoc mundo. Triginta enim annorum baptizatus cœpit Euãgeliũ prædicare, quasi Ioseph factus triginta annorũ erogaret frumẽta fratribus suis. Nam sicut tunc propter filios q̃dem Israel à deo fuerat præparatũ frumentum illud, erogatũ est aũt etiam Aegyptijs: sic Euangelium sanctis quidem fuerat præparatũ, tamẽ prædicatum est etiam infidelibus & iniquis. Ex tunc quęrebat opportunitatem ut traderet eum. Qualem aũt opportunitatem quærebat Iudas, Lucas manifestius explanauit dicẽs:
Luc. 22 Et quærebat opportunitatẽ, ut traderet eum eis sine turba: id est quãdo populus nõ erat circa eũ, sed secretius erat cum discipulis suis. Quod & fecit eum tradens post cœnã cũ secretus esset in prædio Gessemani. Arbitrabatur enim Iudas opportunitatẽ sibi esse post pactũ quod fecit, quãdo cũ multitudine nõ erat Iesus. Et uide nisi usq; nũc opportunitas ista uidetur proditoribus uerbi ueritatis, qui uolũt prodere Christũ deum uerbum in tẽpore persecutionis Christianorũ, quãdo multitudo credentiũ non est circa uerbũ ueritatis, nec potest impedire aut prohibere persecutores, maxime ubi pauci fideles habentur. Et cum sit omnium rerum tẽpus, Salomone dicente

dicente, Tempus pariendi, & tempus moriendi & cætera: tempus proditorũ ueritatis Eccl. 3
propriũ hoc est, quando non sunt circa Christũ multi fideles. Prima aũt azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes ei. Vbi uis paremus tibi pascha manducare? Iesus aũt dixit: Ite in ciuitatẽ ad quendam, & dicite ei, & cętera.] Apud Marcum aũt sic dicit: Et prima die azymorũ quando pascha immolabaẽ, dicunt ei discipuli eius: Quo uis eamus & præparemus tibi ut mãducemus pascha? Et misit duos ex discipulis suis, dicens: Ite in ciuitatẽ, & ingredientibus uobis occurret uobis homo amphoram aquę portans: & ubicunq; ingressus fuerit, dicite patrifamiliãs. Magister dicit: ubi est diuersorium meũ, ubi cum discipulis meis manducem pascha? Et ipse uobis ostẽdet locũ in superioribus stratũ magnum paratũ, illic parate nobis. Sic ergo apparet quod una eademq; dies erat paschæ, quãdo oportebat immolare pascha azymorũ, & quãdo oportebat tollere fermentũ uetus, & azyma manducare cũ carnibus agni. Et dies quidẽ paschæ una erat, azymorum aũt septem, cõnumerata uidelicet die paschę cũ cæteris sex. Secundum hæc forsitan aliquis imperitorũ requiret, cadens in Ebionismũ ex eo quod Iesus celebrauit more iudaico pascha corporaliter, sicut & primã diem azymorũ & pascha, dicens quia conuenit & nos imitatores Christi similiter facere: non considerans quoniã Iesus cum uenisset tẽporis plenitudo & missus fuisset, factus est de muliere, factus est sub lege, nõ ut eos qui sub lege erant sub lege relinqueret, sed ut educeret eos ex lege. Si ergo ideo uenit ut educeret eos qui erãt sub lege, quanto magis nõ cõuenit illos introire in legẽ, qui prius fuerant extra legẽ? Ergo de litera quidẽ egredimur legis: infra uirtutẽ aũt spiritalem legem cõstituti, spiritaliter celebrãtes implemus omnia, quæ illic corporaliter celebranda mandanẽ. Expellimus enim uetus fermẽtum malitiæ & neqtiæ, & in azymis synceritatis & ueritatis celebramus pascha, Christo nobiscum coepulante secundum uoluntatẽ agni dicentis: Nisi manducaueritis carnẽ meã, Ioan. 6
& biberitis sanguinẽ meum, non habebitis uitam manentẽ in uobis. Qui tulit peccatũ mundi, & prohibet uerum exterminatorẽ nõ solius Aegypti, sed totius generis humani exterminatorẽ tangere nos celebrantes festiuitatẽ paschæ secum. Et ascendimus ipso domino nobiscũ cõstituto ab inferioribus ad locum superiorẽ, in quo diuersorium est quod demonstratur ab intellectu, qui est in unoquoq; homine paterfamiliãs, discipulis Christi. Hæc aũt domus superior sit nobis magna, ut capiat Iesum uerbũ dei & sapientiam & ueritatẽ, & omne quod est filius dei, qui nõ capitur nisi à magnis sensu. Et sit domus hæc præparata à patrefamiliãs intellectu filio dei, non solũ in loco superiori, nec tantummodo magna, sed etiam mũdata. nullo modo habens malitiæ sordes, quasi à scopis legis coadunatas atq; prolectas. Sit domus ista & in ciuitate dei, id est in ecclesia. Sit aũt domus illius princeps non qualiscũq; cognitum habens nomẽ, ideo & mystice dicit Iesus: Ite ad quendam. Et illi dicant, qui Christo præparant pascha: Magister dicit, apud te faciam pascha cum discipulis meis: Annunciẽt etiam patrifamilias illi & quod dicit, Magister dicit, ubi est diuersoriũ ubi cum discipulis meis manducem pascha? ut paterfamilias ille qui præparat diuersorium Iesu & discipulis eius ascendat locum superiorẽ & stratum & paratũ & magnum, ut ueniens illuc Iesus festiuet cum discipulis suis. Ego aũt puto quod homo qui ingredientibus discipulis in ciuitate occurrit eis amphoram aquæ portans, quẽ uoluit Iesus ut sequerentur discipuli eius euntem in domum, qui subtilem illam aquam domui apportabat, ut non solum esset mundata, sed etiam aquis plenius eluta: erat quidam ministrans patrifamiliãs, id est intellectui, portans mundatoriã aquam in fictili uase, ut sublimitas uirtus sit dei. Aut certe potabilem aquã subministrabat in illo fictili uase, ut filius quidem dei generationem prębeat uitis: ille autem intellectus minister ex lege & prophetis aquam portet quæ miscetur cum uino Euangelici uerbi. Nos ergo qui optamus de ecclesia esse, uolentes celebrare pascha cum Iesu, sequamur hominẽ illũ qui uas baiulat huiusmodi aquæ, quem puto esse Moysen legis datorem, spiritalem doctrinam portantem in corporalibus historijs. Qui autem accedunt ad legem & prophetas quasi ad eloquia ipsius dei, non autem sequuntur eum spiritaliter qui uas baiulat aquæ uiuæ, non celebrant pascha cum Iesu, nec calicem bibunt noui testamenti. Præparent autem discipuli pascha Iesu: & post sermones discipulorum quibus catechizauerunt patremfamiliãs, id est intellectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum,ueniat & diuinitas unigeniti coepulãs discipulis suis in domo prædicta.Scire tamen debemus quoniã qui in epulationib.& solicitudinibus secularibus sunt,nõ ascẽdunt in domum illam superiorẽ,nec uident magnitudinẽ eius,nec considerant stratus illius ornatũ.Propterea nec celebrant cum Iesu pascha,nec accipiũt panẽ benedictionis ab eo,nec calicẽ noui testamenti. Vespere aũt facto discubuit cũ discipulis suis,& edentibus eis dixit:Amen dico uobis,quoniã unus ex uobis tradet me.] Discipulis edẽtibus pascha secundũ legis mandatũ,dixit Iesus:qui sciebat quid esset in homine,& propterea non habebat opus ut aliquis testimoniũ daret ei de homine,& dixit de Iuda cũ cõsueto sibi iureiurãdo.Amẽ dico uobis,quoniã unus ex uobis me tradet.Cũ enim potuisset à principio proditorẽ specialiter demonstrare,hoc quidẽ non fecit: dixit aũt generaliter,quod unus ex uobis me tradet,ut ex testimonio percussi cordis singulorũ qualitas probaretur:ut & discipulorũ ostẽderet bonitatẽ,quia plus credebãt uerbis Christi,q̃ conscientiæ suę:& Iudę malitiã,quia nec cognitori consiliorũ suorũ credebat ut turbaretur aut tristaretur:existimo,quia in primis putauit latere quasi hominẽ.Qui postq̃ uidit cõscientiam suã notam Christo,amplexus est occultationẽ positam in uerbis ipsius:quorũ primum infidelitatis erat,secundum aũt impudentiæ. Et cõtristati nimis cœperũt singuli dicere:Nunquid ego sum domine?] Quæret aũt aliquis quomodo si bonæ cõscientię erãt undecim Apostoli,quia mundi erant ab omni proditione magistri,ut qd cõtristati sunt de auditu,quasi potuisset fieri ut unus esset ex ipsis de quo dicebatur? Existimo aũt quoniam unusquisq̃ discipulorũ sciebat ex his quæ docuerat Iesus,quoniã mutabilis & ad malum uertibilis est natura humana:& quoniã in collocutione aduersus principatus & potestates & rectores huius mũdi tenebrarũ potest fieri ut decidat homo,aut circumuentus,aut uim passus ab aduersarijs,uirtutibus ad malum perficiendũ.Hoc ergo cõsiderantes unusquisq̃ discipulorũ,ne forte ipse esset qui præcognitus esset proditor,cõtristati sunt ualde,propterea qd dictũ fuerat eis, unus ex uobis me tradet:& cœperũt dicere quasi nescientes singuli futurũ de se:Nunquid ego sum domine? Si aũt habet rationem,quoniã propter hanc causam timẽs unusquisq̃ eorum dixit,nunqd ego sum domine? de omnibus futuris timendũ est nobis infirmis,qui nõ
Rom.8 dum sapientiã perfectionis accepimus,secundum quã dixit Apostolus:Confido enim quia neq̃ mors,neq̃ uita & cętera,potest nos separare à charitate dei quæ est in Christo Iesu.Qui aũt nondũ perfectus est,dubitat de seipso quasi possit & cadere.Secundũ quã infirmitatẽ humanã scribẽs Corinthijs Paulus dicebat: Sed castigo corpus meũ,
1.Cor.9 & seruituti redigo,ne forte cũ alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. Et uide quod dicit:Ne forte cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar,sic pronũciat quasi timẽs ne forte & cadere possit & reprobus fieri. Quod aũt dixit:Cõfido & cætera,confidentis hominis infirmi est propter suam perfectionẽ, quoniã mille contraria separare eũ à charitate Christi non ualeãt.Quod autem Apostoli adhuc erãt infirmi,& iuste timebant,manifestũ est ex eo quod dicit qui sciebat propositũ singulorum:Quoniã omnes uos scandalũ patiemini in me in hac nocte.Et q̃d proponens quis meliora aliquoties ad malitiã trãsuertit uictus in colluctatione cõtrariarũ uirtutũ, manifestũ est ex eo qd̃ scriptũ est de Petro:quoniã ipse quidẽ considerans propositũ suum,qualẽ circa Christum haberet affectũ,respondit non cum simulatione,sed ex ueritate cordis sui quantũ ad se,Quoniã si omnes scãdalizati fuerint,ego solus non scandalizabor, Saluator aũt sciens infirmũ eũ in suis ,pmissionibus fore, & quoniã breuis timor hominis facturus esset eũ recedere à proposito meliori,dixit ad eũ:Amen dico tibi,quoniã in hac nocte priusquã gallus cantet,ter me negabis.Et talibus non est importunũ dicere semper:ne glorieris in domino,nec emẽ scis quid pariat dies superuentura. Et Paulus similiter,Fratres,inquit,si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,uos qui spiritales estis,cõsitmate huiusmodi in spiritu mãsuetudinis,cõsiderantes ne & uos tentemini,docẽs quoniam incertus est exitus noster de nobis,quamuis forte meliorũ propositũ habeamus. Hæc aũt omnia recordãtes,quoniã nescimus quid pariat nobis dies superuẽtura,nõ inflabimur,neq̃ superbiemus,neq̃ gloriabimur aliquãdo,quãuis sciamus nos multa bo
1 Cor.4 na habere:sicut & Paulus cũ dixisset de se:Nihil mihi cõscius sum,superaddit,Sed non in hoc iustificatus sum,tanq̃ sciẽs deũ sanctificantẽ quos prȩcognoscit, & q̃s prędestinauit uocantem. Qui intingit mecum manum in paropside,hic me tradet.] Videns eos de seipsis timentes,demonstrauit proditorẽ indicio propheticę uocis dicẽtis: Qui manducat panem meum mecũ,amplificauit aduersus me supplantationẽ.Nec emẽ discrepat illud ab hoc quod dicit: Qui intingit mecum manũ in paropside,hic me tradet. Et hoc quoq̃ cõsiderandum est,quid uticq̃ nos uolens docere Saluator signum dat discipulis de Iuda proditore, ex eo quod cum Iesu manũ suam in paropsidẽ intulisset,in quam sicut existimo intingebãt carnes pascha edentes.Existimo autẽ quod malitiam eius multã manifestam facere uolens hoc dixit:quoniã quem suscepit ad mensam communem,& cõmanducauit ei,forte quia à principio bene agebat, ipse Iesum prodidit tantis honoribus se cõplectentem: & neq̃ salis eiusdem,neq̃ mensæ,neq̃ panis communicati memor est factus,sed omnia illa transgrediens propter triginta staterum pro missionem tradidit largitorẽ tantorum bonorum.Et hæc est uere propria consuetudo hominum nimis malorũ,ut post salem & panem insidiẽtur hominibus, maxime nihil nocentibus eis,cum quibus cõmunicauerunt panem & salem. Deniq̃ Daniel de quibusdam huiusmodi hominibus feralibus & ualde malis ita prophetans dicebat: Super Dan.11
mensam unam falsa loquentur.Si autẽ potes spiritalem mensam & cibum spiritalẽ & dominicã intelligere cœnam,quibus omnibus dignificatus fuerat à Christo,abundantius uidebis multitudinẽ malitiarum eius,quibus magistrũ cum cibo diuinæ mensę & calicis & hoc in die paschæ tradidit saluatorẽ:non recordatus nec in corporalibus bonis magistri dilectionẽ,nec in spiritalibus doctrinam eius sine inuidia semper cõmunicatam. Tales sunt omnes in ecclesia qui insidiãtur fratribus suis,cũ quibus ad eandem mensam corporis Christi,& ad eundem potum sanguinis eius frequẽter simul fuerũt. Si aũt oportet & ipsius paropsidis interpretationem accipere, nos quidẽ ab huiusmodi nos abstineamus,ne aliquid frigidũ quibusdã dicere uideamur. Tamẽ qui uult etiã in hoc aliquid inuenire morale, cõsideret in lege ubi dona à principibus singularũ tribuum offeruntur in dedicatione altaris.Forte intelliget ibi etiam paropsidẽ aliqd esse intelligendã.In prima,inquit,die obtulit donum suum Naason filius Aminadab prin- Num.4
ceps tribus Iuda:& obtulit donũ suum paropsidem argenteã,siclorum triginta & centum pondus eius,& phialam unam argenteã siclorum septuaginta,secũdum siclũ sanctum. Et filius quidẽ hominis uadit sicut scriptum est de eo: Væ autẽ homini illi per quem filius hominis tradetur.] Et Iesus quidem secũdum quod uidebatur ibat passus per crucem:secundũ autem quod uere erat,& ibat,& remanebat in mundo cum discipulis suis custodiẽs eos in fide.Nec enim potuissent permanere in fide ipsius,prȩcipuè cum mortuum eum uidissent,nisi ab ipso inuisibiliter custodita fuissent corda eorum. Et nõ dixit,uę homini illi à quo traditur,sed per quem tradit̃,ostendens alterum à quo tradebatur,id est,à diabolo:ipsum Iudam aũt ministrum esse traditionis. Væ autẽ non solum Iudæ,sed omnibus ,pditoribus Christi. Quicũq̃ enim discipulos Christi tradit, ipsum Christum tradit.Propterea à diabolo quidem tradunt̃,tamẽ per homines illos: & ideo uæ illis.Nam si omnem malitiã in hominibus diabolus per homines operatur, & quicũq̃ interficitur ab aliquo,etsi nõ ab ipso,tamẽ per ipsum est interfectus,Et si iudex aliquem interfecerit iniuste mortis sententiã ferens in aliquem, sciendum est quia ipse locũ diabolo dans in se,ministrũ se præbuit diabolo ad interfectionẽ hominis innocentis. Bonũ erat ei si non fuisset natus homo ille.] Hoc est, illi bonũ erat si natus non fuisset:quia nec hoc bono fuerat dignus ut non nasceretur.Sed quoniã aptus fuerat ex arbitrio suo ut hoc ministeriũ proditionis cõsummaret̃ per eum, ideo natus est malo suo,ut in malum quod secundum propositum suum merebatur incideret. Respondens autem Iudas dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Et uide quoniã expectans Iudas tantum sermonẽ Christi de se,non præcidit narrationem eius sua responsione, sed post omnes respondit dicẽs:Nunquid ego sum Rabbi? Non ex affectu discẽdi, sed secundum consuetudinẽ nominandi magistrũ,eum uocauit magister: quasi subsannans eum,quia uocabat̃ magister,eum nõ esse hoc uocabulo dignũ. Et dixit ei Iesus:Tu dixisti.Vt ex ore ipsius iudicaret eum:quoniã ille quasi dubitans dixerat, Nunqd ego sum Rabbi? Non quidem secundũ conscientiã dubitans,sed fingens se de hoc dubitare.Non enim habebat ipsum timorẽ quem cæteri Apostoli habuerũt:sed ille sine timore,quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

re,quasi timẽs dicebat.Et ideo forsitã post omniũ Apostolorum singillatim interroga
tiones,& post Christi narrationẽ de ipso,uix aliquãdo & ipse interrogauit,quasi ex co
gitatu quodã & uersuto consilio,ut similia cæteris Apostolis interrogãdo,celaret inte
rim proditionis suæ consiliũ.Nam uera tristitia & urgens non sustinet morã, sicut nec
Apostolorũ sustinuit. Edentibus aũt eis accipiẽs Iesus panem & gratias agens, fregit
& dedit discipulis suis dicẽs:Accipite & manducate,Hoc est enim corpus meũ.Et ac-
cipiẽs calicẽ,& gratias agens dedit eis dicens: Bibite ex hoc omnes.Hic est enim san-
guis meus noui testamẽti,qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum.] Pa-
nis iste quem deus uerbũ, corpus suum esse fatetur,uerbum est nutritoriũ animarum,
uerbum de deo uerbo procedẽs,& panis de pane cœlesti,qui positus est super mẽsam
Psal.23 de qua scriptũ est:Præparasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulãt me.
Et potus iste quem deus uerbũ sanguinem suum fatetur,uerbũ est potans & inebriãs
præclare corda bibentiũ,qui est in poculo de quo scriptũ est.Et poculum tuum inebri
Ioan. 15 ans q̃p̃ præclarum est.Et est potus iste generatio uitis ueræ quæ dicit:Ego sum uitis ue-
ra.Et est sanguis uuæ illius,quæ missa in torcular passionis protulit potum hũc. Sic &
panis est uerbũ Christi factum de tritico illo quod cadẽs in terram bonã multum red-
didit fructum. Cur aũt non dixit,hic est panis noui testamẽti:sicut dixit,hic est sanguis
noui testamenti? Quoniã panis est uerbum iustitiæ,quã manducantes animæ nutrium
tur:Potus aũt est uerbum agnitionis Christi,secundum mysterium eius natiuitatis &
passionis.Quoniã ergo testamentum dei in sanguine passionis Christi positum est ad
nos,ut credentes filiũ dei natum & passum secundum carnem,salui efficiamur non in
iustitia,in qua sola sine fide passionis Christi salus esse nõ poterat,ideo tantum de cali-
ce dictum est:Hic est calix testamenti. Amen dico uobis,qd̃ amodo non bibam de
generatione uitis huius,nisi cum bibã illud uobiscũ nouum in regno patris mei.] Sed
Luc. 22 & de pane dictum est apud Lucã similiter. Desiderio desideraui hoc pascha manduca
re uobiscũ. Dico uobis quod amodo nõ manducabo illud,nisi impletum in regno dei.
Ergo mãducabit saluator & bibet,panẽ illum & potum paschalẽ renouatum in regno
dei,& manducabit & bibet cum discipulis suis.Sicut enim nõ rapinã arbitratus est esse
se æqualem deo,sed semetipsum humiliauit usq; ad mortẽ,sic manducabit panẽ, & bi-
bet de generatione uitis,& bibet nouum,& ꝓpter multam bonitatẽ suam & dilectio-
nem hominũ mãducabit & bibet cum discipulis suis,cum tradiderit regnum deo & pa
tri. Attende eñ quod dicit:Cum bibero ipsum uobiscũ nouum, non alio tempore nisi
in regno patris mei.Et alias aũt non regnũ dei esca & potus. Corporaliter enim & se-
cũdum similitudinẽ præsentis cibi & potus,non est regnum dei esca & potus his qui
exhibuerunt se dignos pane cœlesti & pane angelorũ,& esca illa de qua dicit saluator,
Ioan.4 Mea esca est,ut faciã uolũtatem eius qui me misit,& perficiam opus eius. Quoniã au-
tem in regno dei manducabimus & bibemus: ex multis locis scripturarũ est demõstra-
Luc. 14 re,præcipuè ex eo qd̃ scriptũ est:Beatus qui manducauerit panem in regno dei.Ergo
implebitur in regno dei hoc pascha,& mãducabit eum Iesus cum discipulis suis,& bi-
Col.2 bet:Et quoniam quod dicit Apostolus,Nemo uos iudicet in esca & in potu,&cętera,
quæ sunt umbra futurorũ,reuelationẽ habet ad futura mysteria de escis & potibus spi-
ritalibus quorũ umbra fuerũt quæ de escis & potibus in lege fuerant scripta. Manife-
stum est autem quoniã ueram escam & uerum potũ manducabimus & bibemus in re-
gno dei,ædificantes per ea & confortantes uerissimã illam uitam,& quod dicit: Accí-
piens Iesus panem,similiter & accipiens calicẽ,qui paruulus quidem est in Christo,&
in Christo adhuc carnalis,intelligit cõmuniter,prudentior autem quærat, à quo acci-
piens Iesus,Deo enim dante accipit & dat eis qui digni sunt à deo accipere panem &
Gen.28 calicem.Quomodo aũt dat deus panem,significat & Iacob dicens: Si fuerit dominus
meus mecum,& dederit mihi panem ad manducandũ & uestimentũ ad uestiendum,
omnia quæcunq; mihi domine dederis decimã decimabo tibi. Item scriptum est in Eu
Ioan.6 angelio secũdum Ioãnem:Non Moyses dedit uobis panem,sed pater meus dat uobis
panem de cœlo uerum.Et semper Iesus his qui secum pariter agunt festiuitatẽ, accipí-
ens panem à patre gratias agit,& frangit,& dat discipulis secundum qnod unusquisq;
eorũ capit accipere,& dat dicẽs: Accipite & manducate:& ostendit quando eos hoc
pane

pane nutrit,proprium esse corpus,cum sit ipse uerbum,quod & nunc necessariũ habe
mus,& cum fuerit in regno dei impletũ:Sed nunc quidem nondum impletũ, tunc au-
tem impletum,cum nos pręparati fuerimus ad capiendũ pascha plenum, quod uenit
ut impleat,qui non uenit soluere legem,sed adimplere.Et nunc quidem implere quasi
per speculũ in ænigmate impletionis:tunc autem facie in faciem implere,cum uenerit
quod perfectũ est.Si ergo & nos uolumus panem benedictionis accipere ab Iesu, qui
consuetus est eum dare,eamus in ciuitatem in domum cuiusdam,ubi facit Iesus pascha
cũ discipulis suis præparantibus ipsum notis ipsius:& ascẽdamus ad superiorem partẽ
domus magnam & stratam & præparatã:ubi accipiens à patre calicẽ,& gratias agens,
dat eis qui cũ ipso ascenderint,dicens:Bibite,quia hic est sanguis meus noui testamen
ti,qui & bibitur & effunditur:bibitur quidem à discipulis,effunditur aũtẽ in remissio-
nem peccatorum cõmissorum ab eis à quibus bibitur & effunditur.Si aũt quæris quo
modo etiam effunditur,discute cum hoc uerbo etiã quod scriptum est, Quoniam cha-
ritas dei diffusa est in cordibus nostris.Si autẽ sanguis testamenti infusus est corda no
stra in remissionem peccatorũ nostrorum,effuso eo potabili sanguine in corda nostra,
remittuntur & delẽtur omnia quæ gessimus ante peccata.Ipse autem qui accepto cali
ce dicit:Bibite ex hoc omnes,nobis bibentibus nõ discedit à nobis,sed bibit eum no-
biscum cum sit in singulis ipse: quoniã non possumus soli,& sine eo uel mãducare de
pane illo,uel bibere de generatione illius uitis ueræ. Nec mireris quoniã ipse est & pa
nis,& manducat nobiscũ panem,ipse est & potus generationis de uite, & bibit nobsi-
cum. Omnipotens enim est uerbũ dei,& diuersis appellationibus nuncupatur, & in-
numerabilis est ipse secundũ multitudinem uirtutum,cum sit omnis uirtus unus & ip-
se.Deinde docebat discipulos qui festiuitatẽ celebrauerant cũ magistro, & acceperãt
benedictionis panẽ,& manducauerant corpus uerbi, & biberant calicẽ gratiarum a-
ctionis,pro his omnibus hymnum dicere patri,& de alto trãsire in altũ:quia fidelis nõ
potest aliquando aliquid agere in conualle:propterea ascenderunt in montẽ Oliueti,
in quo unaquæq; oliua quasi arbor faciens fructũ dicere potest, Ego autem sicut oliua
fructifera in domo dei.Et qui nondũ sunt facti quasi oliua fructifera in domo dei, sed
sunt adhuc quasi nouella oliuarũ in circuitu mensæ spiritalis patris sui, possunt esse in
monte Oliueti,de quo prophetat & Zacharias.Et quàm apte mõs misericordiæ est e-
lectus,ubi prænunciaturus fuerat scandalum infirmitatis discipulorũ suorum:quia nõ
optabat ut fieret,sed prænunciabat quod erat futurũ, iam tunc præparatus nõ ut repel
leret discipulos discedentes,sed ut reciperet conuertentes. Tunc dicit eis Iesus: Om
nes uos scandalũ patiemini in me in hac nocte.Scriptũ est enim: Percutiam pastorem,
& dispergentur oues gregis.Cum autẽ surrexero,præcedam uos in Galileam.] Qui
scandalizantur,non in die scandalizantur,sed in nocte,& in nocte illa in qua proditur
Christus.Sic enim & Petrus denegans,nõ in die denegat,sed in nocte,& in nocte cui
nondum propinquauerat lux.Ante cãtum enim galli negat. Si quis autẽ quærat quo-
modo post tanta & talia signa,& prodigia & sermones non ex inferiori uirtute, quàm
ex qua facta fuerant signa & ꝓdigia,dicto scãdalizãtur discipuli:sciat quia uult osten-
dere per hæc sermo:quoniã sicut nemo potest dicere dominũ Iesum nisi in spiritu san-
cto,sic nemo potest sine scandalo esse sine spiritu sancto.Quando aũt implebat quod
dixerat Iesus:Omnes uos scandalũ patiemini in hac nocte,nondum datus erat spiritus
sanctus adhuc,quoniã Iesus nondum fuerat honorificatus. Nos autem postquã cõfes-
si fuerimus dominum Iesum in spiritu sancto,quoniã qui spiritu dei agũtur,hi filij dei
sunt,si post spiritum sanctũ scandalum passi fuerimus,aut denegauerimus,non habe-
mus excusationis locum,quasi scandalizati sine spiritu sancto,aut denegantes sine spi
ritu sancto.Et illi quidẽ scandalizati sunt quasi adhuc consistentes in nocte,nobis au-
tem iam nox remota est,dies autẽ appropinquauit.Propter quod dicitur: Sicut in die Rom.13
honeste ambulemus.Qui autẽ honeste ambulat,in luce est,nõ denegat Christũ, quia
non est in nocte.Adhuc aũt ideo illi scandalizati sunt in nocte,sicut dominus ipse te-
statur,quoniam secundum scripturam pro nobis omnibus pater filio unico nõ peper
cit,sed tradidit eum pro nobis in passionem,ut ad modicum dispergantur oues gregis
scandalum passi, post hoc aũt congregentur à resurgente Christo,& præcedente eos

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Galilæam, qui se sequi uoluerint in Galilæam, ut gentiũ populus qui sedebat in tenebris uideat lumen magnum, & qui in regione & umbra mortis, lux eis oriatur. Respondens autem Petrus dixit ei. Si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor. Dixit ei Iesus: Amen dico tibi, quoniã in ista nocte priusquam gallus cantet, ter me negabis. Dicit ei Petrus: Et si oportuerit me tecũ mori, non te negabo, Similiter
Rom.3 & omnes discipuli dixerunt.] Dicit Apostolus in epistola ad Romanos, Sit aũt deus uerax, omnis aũt homo mendax, sicut scriptum est: non præcipiens omnem hominem fieri mendacem, sed pronuncians esse mendacẽ, Psalmo dicente: Ego dixi in excessu mentis meæ, omnis homo mendax. Hic autẽ Petrus audiens saluatorẽ dicentem: Omnes uos scandalum patiemini in me hac nocte, dominũ nostrum profitebatur facere mendacem per ea quæ sibi confidens dicebat: Si omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor: non considerans quoniã qui dixit: Ego sum ueritas, mentiri non poterat. Propter hoc, sicuti existimo, omnes quidem discipuli scãdalizati sunt tantũ in Iesum: Petrus autem qui existimauit mendacem posse facere ueritatẽ, non tantum scandalizatus est, sed etiam derelictus propter audacem suam promissionem, iuxta scandalum etiam denegauit. Et quoniã non solum inconsideratè, sed penè etiam impie dixit: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor, nec cogitans lubricã naturam humanam, magnum protulit uerbum: ideo nec ad modicũ est derelictus, ut scilicet denegaret, uel semel denegaret, sed abundantius derelinquitur, ut ter denegaret: ut arguatur audacia promissionis eius per unam ancillam, & hoc uerbum interrogãtem, & dicentẽ: Et tu cum Iesu Galilæo eras. Et denegauit coram omnibus dicens: Nescio quid dicis. Et iterum denegauit non simpliciter, sed cum iuramento. Et tertia uice non solũ cum iuramento, sed cum aduocatione, quia nescio hominẽ. Per hoc autem instruimur, ut nunquam sine consideratione aliquid promittamus super habitudinẽ nostram humanam, quasi qui ualeamus Christi implere confessionẽ ex nobis, aut aliquid præ-
Rom.11 ceptorum dei, ammonente nos Apostolo, & dicente: Noli altum sapere, sed time. Debuerat enim, postquã audiuit, quia omnes uos scãdalum patiemini in hac nocte, & postulasse dominũ, & dixisse: Et si omnes scandalizati fuerint in te, esto in me, ut non ego scandalizer: & dona mihi præcipuè gratiam hanc, ut in tempore cum omnes discipuli tui fuerint scandalum passi, ego in denegationem non cadam, nec ab initio scandalizer. Si enm postulasset, forsitan amotis ab eo ancillis cæterisq; ministris, non denegasset. Nec enim poterat fieri, ut facta interrogatione potuisset dicere dominũ Iesum in spiritu sancto, aut confessus fuisset, cum spiritus sanctus nondum fuisset datus. Quæres autem, si possibile erat ut nec scãdalizaretur semel Saluatore dicẽte: Quia omnes uos scandalum patiemini in me? Ad quã quæstionem aliquis respondebit, quoniã necesse erat ore uerissimo prædicẽte, quia omnes uos scandalizabimini, fieri quod prædictũ erat ab Iesu. Alius autem dicet: quoniã qui exoratus à Niniuitis quę prædixerat per lonam non fecit propter pœnitentiã Niniuitarum, sic possibile fuit ut repelleret etiam à Petro scandalum deprecante. Nunc autem promissio eius audax ex affectu quidem prompto, non tamen prudenti, facta est ei causa ut non solum scandalizaretur, uerũ etiam ter denegaret. Quæres adhuc, si postquam audiuit Iesum dicentẽ: Amẽ dico tibi, priusquam gallus cantet in hac nocte, ter me negabis, nõ addidisset, Si fuerit mihi mori tecum, non te negabo: sed deprecatus fuisset, ut repellereẽ ab eo præcognita ipsius denegatio, si forte non denegasset. Et aliquis quidem dicit, quoniã locum quidẽ habebat deprecatio Petri, cum dixisset: Omnes uos scandalum patiemini in me, auxiliũ accipere ut ne scandalizaretur. Nec enim cum Amen prolatũ fuerat, dictum est, omnes uos scandalum patiemini. Postquã autem cum affirmatione iuramenti pronunciauit, nõ erat possibile ut nõ denegaret. Si enim iuramẽtum erat Christi amen, mẽtitus fuisset dicens: Amen dico tibi, si uerum dixisset Petrus, quia non te negabo. Videntur autem mihi cæteri discipuli Iesu cum prospectu & cogitatu, quod primũ quidem fuerat dictũ, Omnes uos scandalũ patiemini in me in hac nocte, nihil dixisse, neq; professos fuisse quasi non essent scandalizandi, Videbant enim ueracẽ esse Iesum hæc prædicentem. Ad hoc autem quod soli dictũ est Petro, Amen dico tibi antequam gallus cantet, ter me negabis: promiserunt similiter & Petro: Et si fuerit nobis mori tecum, non te negabi-

negabimus. Quod Petrus quidem non cõuenienter fecit post Christi prophetiam de eo negaturo ter ante galli cantum. Cæteri autẽ quasi qui non erant comprehensi in illa prophetia, nec tenebantur in illis quæ ad Petrum fuerant dicta, responderunt, pmittentes, non promissionibus suis mendacem dominũ facere cupientes, sicut facere uoluit Petrus. Sicut enim cũ trãsfiguratus fuisset in monte excelso, apparentibus in gloria simul cum Iesu Moyse & Helia dixit: Vis, faciamus hic tria tabernacula, unum tibi, *Matt.17*
& unum Moysi, & unum Heliæ, nesciens quid loqueretur, sicut scriptura testatur de eo: sic & hic nesciens qd loqueretẽ dixit: Si fuerit mori mihi tecũ, non te negabo. Cum Iesu enim mori pro nobis omnibus moriente ut nos uiuamus, hominum nõ erat: quoniam omnes fuerant in peccatis, & omnes opus habebant ut pro eis alius moreretur, non ipsi pro alijs. Tunc uenit Iesus cũ illis in prædiũ quod dicitur Gethsemani.] Scienti Hebraicorũ nominũ interpretationem, etiam nomen huius prædij quod uocant Gethsemani prodest ad manifestationẽ loci istius, quoniam nõ sine causa positum est apud Matthęũ & Marcum etiã prædij nomen. Nos aũt prætermittentes illud, hoc solum suggerimus, quomodo Iesus cum discipulis uenit ad prædiũ hoc qđ uocaẽ Gethsemani, accipiens eos ex loco illo, in quo pascha cum eis manducauit. Nec enim cõueniebat cum proderetur, ab illo capi loco, ubi cũ discipulis manducauerat pascha. Conueniebat autem & priusquã proderetur orare, & orandi eligere locum mundũ ad orationem. Sciebat enim quoniã sicut differt aer ab aere mundiore, sic terra sancti loci & sanctioris, sicut scriptũ est: Locus in quo tu stas, terra sancta est. Et quæras, si præter affe *Exod.3*
ctum orãtis, etiã ex loco orationis in quo quis orat, fit oratio mũdior & acceptabilior, secundũ quod scriptũ est: Domus mea, domus orationis uocabitur. De qua & alibi di- *Esa.56*
citur: Et exaudiuit de templo sancto suo uocem meã. Et uir quidẽ Iudaicus nec dubitat *Psal.17*
de huiusmodi: qui autẽ propter Christi doctrinã recessit à Iudaicis fabulis, & ab omnibus quæ corporaliter ab eis intelliguntur, dicit non propter locum fieri orationem distantem ab oratione, sed quia melius est cũ nullo orare quàm cum malis orare. Ad demonstrationẽ autem traditionis istius utetur exemplo, quod Iesus in domo Iairi sacerdotis oraturus pro mortua filia eius, omnes eiecit foras, & tres tantũ elegit secum, qui & super montẽ facti fuerant testes transfigurationis ipsius. Propter hoc enim & in ecclesiis Christi cõsuetudo tenuit talis, ut qui manifesti sunt in magnis delictis, ejiciantur ab oratione communi, & ne modicum fermentũ non ex corde mundo orantiũ totam unitatis conspersionem & cõsensus corrumpat. Habet autem & hic sensus, quod iuste objiciatur his qui non quomodo debent sic intelligunt, accipiẽtes sic occasionẽ, ut dicant proximo suo: Ne appropinques mihi, quia mũdus sum. Quod fecit & Pharisæus
ad Publicanum longe orantẽ & pectus suum percutientem & dicentem: Domine, ppi- *Lucæ 18*
tius esto mihi peccatori. Mensuratè ergo facere hoc debemus, ut nec cũ indignis oremus propter honorẽ orationis, secũdum eum qui dixit: Si duo in uobis cõuenerint in *Matt.18*
idipsum, de omni re quãcunq; petierint fiet eis. Nec inferiores spernamus nos præponentes propter iactantię casum, secundum eum qui dixit: Qui se exaltat humiliabitur. *Lucæ 18*
Hæc autẽ tractauimus propterea quod dictum est: Sedete hic donec eo illuc orare. Accipiens autem Petrum, & duos filios Zebedæi, cœpit tristari, & tædiari.] Vel sicut Marcus exponit, cœpit pauere & tædiari. Hos ipsos autem discipulos assumpsit, & super montẽ cum esset transfigurandus, & ad filiam Iairi sacerdotis. Et quæro si aliquid secretius forte uidit in tempore priusquã pateretur Iesus, & ibi uadens uoluit orare. Forsitan enim uidit assistentes reges terræ, & principes cõgregatos in unũ aduersus dominum, & aduersus se Christum eius. Propter quod quasi multis illis constitutis, & in malitia potentibus cœpit tristari & tædiari, uel & pauere. Et considera quia non dixit tristabatur & tædiabatur, sed cœpit tristari & tædiari. Multũ enim interest inter tristari & incipere tristari. Si ergo aliquis defendens passiones humanas profert nobis etiam ipsum tristatũ fuisse Iesum, audiat quoniã qui tentatus est per omnia secundum similitudinẽ pręter peccatum, hic non est tristatus tristitia passionis ipsius, sed factus est secundum humanam naturã tantum in ipso principio tristitiæ & pauoris, ut ostendat discipulis suis præsentibus maxime Petro magna de se existimãti, rebus ipsis, quod postea eis dixit: Quia spiritus prõptus est, caro aũt infirma. Et non est aliquando

Universidad de Deusto
Biblioteca

confidendum in ea,sed semper timendum de ea:quia incauta confidentiã ad iactantiam ducit,timor autem infirmitatis ad auxilium dei cõfugere adhortatur,sicut & dominum ipsum paululum progredi,& cadere in faciẽ,& orare.Ergo cœpit quidem tristari secundum humanam naturã quæ talibus passionibus subdita est,non autẽ secũdum diuinam uirtutẽ,quę ab huiusmodi passione longe remota est.Et hęc dicimus de Iesu, ut non arbitreris,sicut quædam hæreses,hominẽ eum fuisse,sed deum ueram humani corporis suscepisse naturã,qui poterat compati infirmitatibus nostris, quoniam & ipse circundatus erat infirma natura humani corporis: similiter & ipse participans corHeb.2 pus & sanguinem,quemadmodum & pueri de quibus dicit: Ecce ego & pueri quos mihi dedit deus,participãt carni & sanguini.Videns ergo instans sibi certamen quod non erat ei aduersus carnem & sanguinẽ,sed aduersus tantos reges terræ assistentes,& principes congregatos in unum aduersus se,quantos nunquam, cœpit pauere,uel tristari,nihil amplius tristitiæ uel pauoris patiens nisi principium tantum.Nec enim scriptum est,quia pauit,uel tristatus est,sed cœpit pauere, & cœpit tristari,quando & dixit, Tristis est anima mea usq; ad mortem.] Quod ipsum tale aliquid significare uidetur,tanquam si dicat:tristitia cœpta est in me,ut non omni modo sim sine gustu tristitiæ:non semper,sed usq; ad tempus mortis in me est,ut cũ mortuus fuero peccato,moriar & uniuersæ tristitiæ,cuius principiũ tantum fuit in me. Sustinete hic, & uigilate mecum.] Ac si dicat:etsi alijs discipulis dixi:Sedete hic donec uado illuc orare, & adduxi uos tres usq; huc,nolo uos ulterius progredi,necdum enim potestis,Propter hoc manete hic uigilantes,sicut & ego uigilo,scientes quoniã cęteros quidem iussi sedere ibi quasi inferiores,ab agone isto seruãs eos securos:uos autem quasi firmiores adduxi,ut mecũ conlaboretis in uigilijs & orationibus.Tamen & uos manete hic, ut unusquisq; in gradu suæ uocationis consistat:quoniam & omnis gratia quamuis fuerit magna,habet & superiorẽ.Quod autem hoc significat dicens: Manete hic, manifestũ est ex eo,quod in sequentibus dicitur: Progressus autem pusillũ cecidit in faciem suam.
1 Cor.9 Propter quod maneamus ubi præcepit Iesus,secundũ quod & Apostolus mandat.Vunusquisq; in qua uocatiõe uocatus est,in hac maneat apud deum,ut omnia faciamus; ut cum eo pariter uigilemus,qui non dormit,neq; dormitat custodiens Israel. Ad hoc autem adduxit eos,maxime Petrum magna de se confidentẽ,ut uideant & audiant ubi est posse hominis,& quomodo impetratur.Videant quidem cadentẽ in faciem suam,audiant autẽ dicentem:Pater,si possibile est transeat,calix iste à me: & discãt non magna de se sapere,sed humilia æstimare,nec ueloces esse ad promittendũ, sed solicIti ad orandum.Ideo & illos duxit qui uidebantur fideliores,& fortes similes Petro, in quibus similiter facile poterat locũ inuenire iactantia propter fiduciã fidei.Mediocres autem quantum ad periculũ dico iactãtiæ,ipsa fidei exiguitate muniti sunt. Et progressus pusillum cecidit in faciem suam orans,& dicens : Pater,si possibile est transeat calix iste à me. Qui dixit,discite à me quia mitis sum & humilis corde, laudabiliter se humilians,& nunc cadit in faciem orans,& adhuc amplius postmodum humiliat se factus obediens usq; ad mortem:quoniã precium exaltationis humilitas est. Nec enim
Matt.11 exaltatur à deo,nisi qui humiliauerit se propter deum.Cadit autem in faciem orans,nõ multum progressus sed pusillum à tribus discipulis suis manentibus secum. Nolebat enim longe fieri ab eis,sed iuxta eos cõstitutus orare.Quod autem dicit orãs:Si possibile est,transeat calix iste à me,mãifestans in oratione suã deuotionem, quasi dilectus filius & complacens dispositionibus patris,addidit. Sed non sicut ego uolo, sed sicut tu.] Docens ut non oremus nostram fieri uoluntatem,quando factum fuerit ut aliquid aliud uelimus quàm deus.Pater si possibile est transeat calix iste à me, sed non sicut ego uolo,sed sicut tu.Secundum quod cœpit pauere & tristari,secundum illud & orat calicẽ passionis transire à se, sed nõ sicut uult,sed sicut uult pater.Suscipiens enim naturam carnis humanæ omnes proprietates impleuit,ut nõ in phantasia habuisse carnem existimaretur,sed in ueritate:secundum quod in hoc loco orat calicem passionis transire à se,sed non sicut uult ipse,sed sicut uult pater.Quoniam proprium est omnis hominis fidelis,primũ quidem nolle pati aliquid doloris, maxime quod ducit usq; ad mortem,quia homo est carnalis:si autem sic uoluerit deus,acquiescere etiam cõtra uoluntatem

luntatem suam,quia fidelis est,ne plus uideatur in se desperare,quàm in deum sperare. Nam sicut multũ confidere non debemus ne nostram uirtutem uideamur profiteri:sic multum pusillanimiter agere,& diffidere nõ debemus,ne dei adiutoris nostri impotentiam uideamur pronunciare.Hæc ergo uoluntas quam dicit: Si possibile est transeat calix iste à me,sed non sicut ego uolo,sed sicut tu: non est secundum substantiam eius diuinam & impassibilem,sed secundum naturam humanã eius & infirmam. Alterа autem interpretatio loci huius est talis,quoniã quasi filius charitatis dei, secundum præscientiam quidem diligebat eos qui ex gentibus fuerant crediturí:Iudæos autem quasi semen patrum sanctorum,quorũ adoptio,& gloria,& testamenta,& repromissiones,diligebat quasi ramos bonæ oliuæ. Diligens aũt eos uidebat qualia erant passuri petentes eum ad mortem,& Barabbã eligẽtes ad uitã, ideo dicebat dolens de eis: Pater si possibile est transeat calix iste à me.Rursus reuocans desideriũ suum,& uidens quanta utilitas mũdi totius esset futura per passionẽ ipsius,dicebat: Sed non sicut ego uolo,sed sicut tu. Videbat adhuc propter illum calicẽ passionis,etiã Iudam qui ex duodecim unus erat,filium fore perditionis.Rursus intelligebat per illum calicẽ passionis principatus & potestates triũphãdas in corpore suo.Propter hos ergo quos in passione sua nolebat perire dicebat: Pater si possibile est transeat calix iste à me. Propter salutẽ aũt totius humani generis quę per mortẽ eius deo fuerat acquirẽda,dicebat quasi recogitans: Sed non sicut ego uolo, sed sicut tu. Id est si possibile est, ut sine passione mea omnia illa bona proueniant,quę per passionẽ meam sunt prouẽtura, trãseat passio hæc à me,ut & mundus saluetur,& Iudæi in passione mea nõ pereãt. Si aũt sine perditione quorundam,multorũ salus non potest introduci,quantũ ad iustitiã tuam non transeat sicut ego uolo,sed sicut tu, Ac si dicat:ista quidem est mea uolũtas, sed quoniã tua uoluntas multũ eminentior est,quasi ingeniti dei,quasi patris omniũ, ꝓpterea magis uolo tuam uoluntatẽ fieri,quàm meam,Calicem aũt hunc qui bibitur passionis in multis locis nominat scriptura,precipuè quæ à martyribus propriè bibit̃,sicut est ibi: Quid retribuã domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiã & Psal.115 nomen domini inuocabo.Si ergo calix salutatis calix martyrij est,necesse est ut saluemus calicẽ illum,totũ illum bibentes,quia calix est salutaris,ut nihil fundamus ex eo. Bibit ergo calicem totũ,qui patitur pro testimonio quicquid fuerit ei illatũ. Effundit aũt accipiẽs,qui uocatus ad martyrium denegat ne aliquid patiatur. Est & alterius generis calix inebrians quẽ bibit quis postquã manducauerat præparatam sibi mẽsam à deo aduersus illos qui tribulant iustum.Notandum est autem quoniã Marcus quidem & Lucas hoc ipsum scripserunt, qui & tentatũ exponunt à diabolo Iesum.Ioannes autem passionẽ quidem exponit quemadmodũ alij: orantem Iesum ut transiret ab eo calix non introducit,sicut nec tentatum exponit à diabolo Iesum.Causam aũt hanc arbitror esse,quoniam hi quidem magis secundũ humanam eius naturam exponũt de eo, quàm secundum diuinam:Ioannes autem magis secundũ diuinã quàm secundum humanam interpretabatur naturam,diuinitas autem intentabilis erat. Ideo tres quidem Euangelistæ exposuerunt tentatũ:Ioannes autem secundum quod cœperat, In principio erat uerbum,& uerbũ erat apud deum,& deus erat uerbum : nescit deum uerbum posse tentari.Sic & hic tres quidem isti retulerunt Iesum postulasse à patre ut transiret calix ab eo,quoniam & propriũ hominis erat quantũ ad infirmitatem pertinet carnis, uelle euadere passionem.Ioannes autẽ propositum habẽs exponere Iesum deum uerbum,sciens quia ipse est uita & resurrectio,nescit deum impassibilem refugere passionem. Et uenit ad discipulos suos,& inuenit eos dormientes. Et dixit Petro : Sic non potuistis una hora uigilare mecum? Vigilate, & orate ne intretis in tentationem.] Quamdiu quidem affuit Iesus discipulis suis,nõ dormierunt:pusillum autem progrediente eo ab eis, nec una hora potuerũt uigilare eo absente. Propter quod oremus ut nec modicum aliquando Iesus progrediatur à nobis,sed impleat quod promisit in nobis dicens:Ecce ego uobiscum ero,omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Matt.28
Sic enim uigilabimus eo excutiente somnum ab anima nostra, sine quo possibile non est implere mãdatum quod dicit:Nec des somnũ oculis tuis,aut palpebris tuis dormi- Psal.131 tationem,ut euadat sicut damula ex retibus & sicut auis ex laqueo. Tamen ueniens ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

discípulos,& inueniens dormientes,ſuſcitat eos uerbo ad audiendum,ut iam quaſi audientibus dicat,quod dicet ſic.Non potuiſtis una hora uigilare mecū? Præcipit autem uigilare,ut uigilantes oremus.Vigilat autem qui facit opera bona:uigilat qui ſolicite agit de fidei ueritate,ne in aliquod tenebroſum dogma incurrat.Qui enim ſic uigilans orat,illius exauditur oratio.Hoc enim ſignificat dicens: Vigilate,& orate: ut primum uigilemus,& ſic uigilantes oremus.Vt ne intretis in tentationē.Hoc ſecundum quod multi intelligunt tale eſt,ac ſi dicat,ut non tentemini:Si autē ſic placuerit deo, acquieſcite deo,ſicut me audiſtis orantem.Cōſidera autem ſi poſſibile eſt ſic intelligere magis,quoniam uita noſtra ipſa tentatio eſt ſecundum Iob,Intrare autem in tentationem aut uenire in tentationem,eſt cadere in tentationem & uinci ab ea.Et puto quia nemo uenit ad Ieſum ſimul & in tentationē: ſed ſi quidem uenit ad Ieſum, non uenit in tentationem:ſi autem uenit in tentationem,nō uenit ad Ieſum.Ad Ieſum enim nemo uenit,niſi quem trahit pater ad Ieſum,ut reſuſcitetur ab eo.Ad Ieſum ergo uenimus,ut & ſi tentator nos fuerit perſecutus,& mala ex eo,nō comprehendamur ab eis ſicut ſcriptum eſt:Perſequentur te mala,& non comprehendent.Ad peccatorē autem dicitur: Conſequentur te mala,& cōprehendent te. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.] Sicut & tuus ò Petre ſpiritus fuit promptus ad promittendum, caro autem erat infirma ad cōfitendum.Sed hoc eſt conſiderādum,utrum ſicut omniū hominum caro infirma eſt,ſic omnium ſpiritus promptus eſt: an omnium hominū caro quidem infirma eſt,non autē & omnium hominum ſpiritus promptus eſt, ſed tantum ſanctorum. Ergo ad ſolos Apoſtolos,uel ad eos qui ſimiles eis inueniuntur dicit,quoniā ſpiritus promptus eſt,caro autē infirma.Infidelium autem & ſpiritus ſegnis eſt, & caro infirma.Si ergo ad ſanctos tantum Chriſtum dicere hoc procedit,prouocat nos,ut quęramus quoniā eſt & aliis caro infirma,eorum tamen ſolorū quorum ſpiritus promptus eſt.Ego autem dico carnē infirmā eſſe illius,qui non habet peccatum, nec carnis ſapientiam fortē ſed defectam,qui cum ſpiritu prompto carnis opera mortificauit, & ſapientiam carnis ad nihil reduxit,ut ſemper mortē Chriſti circūferat in corpore ſuo, prędicens uidelicet ſpiritu in concupiſcentiis ſuis aduerſus concupiſcentias carnis:quoniam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,ſpiritus autē aduerſus carnem. Et hæc in imperfectis quidē aduerſantur inuicem:in perfectis aūt iam nō aduerſatur caro ſed mortificata eſt, & infirmata eſt ſapientia carnis in carne,& concupiſcentia eius extincta eſt: uiuit autem in ea ſapientia ſpiritus,uiuit autem & operatur.De qua infirmitate & dominus ad Apoſtolum dicit:Quoniā uirtus in infirmitate perficitur,id eſt in infirmitate carnis & ſapientiæ eius.Propter quod ait Apoſtolus:Cum enim infirmor, tunc potēs ſum.Potens enim tunc fit unuſquiſq; noſtrum,cum infirmata fuerit caro ipſius, ut non perficiat opera carnis,ſed habitet uirtus Chriſti in ea. Vnde dicebat: Sic certe repugno,& caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo.Quoniā per multas caſtigationes facit homo carnem ſuam infirmam proficiens ſpiritu,& mortificans opera carnis. Hoc ergo dicere uult ad diſcipulos ſuos ſecundum iſtam traditionem. Vigilate & orate ne intretis in tentationem,uos quorū ſpiritus quidem promptus eſt,caro autē infirma. Quoniam qui ſpiritalior & perfectior eſt, ſolicitior eſſe debet ne magnum bonū ipſius grauem habeat lapſum. Iterum uadens Ieſus orauit dicens:Pater meus ſi non poteſt hoc tranſire à me niſi illud bibam,fiat uoluntas tua.] Petit autem nūc ut trāſeat calix ab eo:& ſi non ſic quomodo uoluit ipſe,tranſeat quomodo uult pater.Hic iam ſecundum quod poſſumus intelligere exponemus,ut cum hoc etiā præcedentia uideamur expoſuiſſe.Exiſtimo enim quoniā calix ille paſſionis omnium quidē ab Ieſu fuerat tranſiturus,ſed cū differentia:ut ſi quidem biberet eum & ab ipſo tranſiret poſtmodum,& ab uniuerſo genere hominū.Si autem non biberet eum & ab ipſo quidē forſitan tranſiret,ab hominibus autem non tranſiret,ſed maneret apud eos donec perficeret eos.Hunc ergo calicem paſſionis principaliter quidem uolebat à ſe tranſire, ſic ut omnino neq; guſtaret amaritudinē eius,ſi tamen poſſibile eſſet quantum ad iuſtitiam dei.Quod enim dicebat:Si poſſibile eſt,non ad potentiam dei referebat ſolam, ſed etiam ad iuſtitiam eius: quoniam inquantum ad potētiam quidem dei omnia poſſibilia ſunt,ſiue iuſta ſiue iniuſta,Quantum autem ad iuſtitiam eius,qui nō ſolum potens eſt, ſed etiam

2. Cor. 12

1. Cor. 9

ſed etiam iuſtus,non ſunt omnia poſſibilia,ſed ea ſola quæ iuſta ſunt.Si autem non poterat fieri,magis uolebat ut biberet eum,& ſic tranſiret ab eo,et ab uniuerſo genere hominum,q̄ ut faceret contra uoluntatem paternam bibitionem eius effugiens.Propter exitum ergo bonū qui erat futurus poſt bibitā amaritudinē calicis,orat uice ſecūda dicens,Pater meus ſi non eſt poſſibile ut trāſeat niſi bibero eum,fiat uoluntas tua.Manifeſtum eſt itaq;,quia bibere eum uolebat.Quantū ad cōparationē enim, melius erat ut propter bibitionem eius tranſiret,q̄ ut non tranſiret propter quod nō biberat eum.Po ne enim dominū non bibiſſe calicē illum, & propter hoc eum nō tranſiſſe, ſine dubio nec à genere humano tranſiſſent ſpiritus operantes peccata. Conueniēter autem neq; pœnæ tranſiſſent quæ debebantur peccatis. Ergo expediebat omnibus, ut tranſiret calix ab eo,propterea quod biberat eum ſaluator, ut nos omnes credentes in eum qui biberat eum,non bibamus calicē illū uini meri, qui potat & potaturus eſt omnes gentes, ut bibentes inebrientur,& euomant,& inſanire deſiſtant. Sicut enim pro nobis omnibus mortuus eſt,ut tranſeat nos mors inimica Chriſti:ſic pro nobis omnibus qui debitores eramus ut in æternū biberemus,calicē illum bibit,ut per hoc ipſum quod tranſit ab eo calix, tranſeat & à nobis non bibentibus illum. De quo calice dicit Hieremias: Dixit dominus deus Iſrael ad me. Accipe calicem uini meri huius de manu mea,& potabis omnes gentes ad quas ego mitto te,& bibent, & euoment, & inſanire deſiſtent à facie gladij quem ego mitto in medio eorū. Qui ergo audiūt dominū, & uiuunt ſecundum uerbum eius,& ſunt emundati per fidem ipſius, iam non opus habent illa mundatione quæ fit per calicē illum iræ.Sicut enim qui loti ſunt non opus habent lauari, quia ſunt mundi,quia Chriſti diſcipuli ſunt: ſic qui nō ſunt mūdi,neceſſarium habent calicē illum,domino eos hortāte:Bibite,& inebriamini, & euomite. Audi eñ quomodo loquitur Hieremias, magis autem deus in Hieremia exhortans eos qui neceſſariū habēt calicem illum talem: quoniam uoluntarie debent eum bibere,qui neceſſariam habent talem mundationē.Quoniā aūt exhortās ad bibendum hæc dicit Deus,cōſidera quod dicit inferius.Et erit,inquit,cum noluerint ſuſcipere calicem de manu tua adbibendū, dices eis:Hæc dicit dominus uirtutū: Bibentes bibetis, quoniā in ciuitate ſuper quam inuocatū eſt nomē meum, ſuper ipſam incipiā ego inducere mala, & uos mundatione mundabimini,Vide autem quoniā poſt primam orationē uenit ad diſcipulos, & inuenit eos dormientes: ſimiliter poſt ſecundam ueniens inuenit eos dormientes. Quoniam erant oculi eorū grauati.] Puto aūt non tantum corporum eorum oculi, quantū animarum eorum.Adhuc enim nondum amouerat ab oculis diſcipulorū ſuorū grauamen impoſitum,nec enim fuerat adhuc honorificatus.Et ſicut nōdum erat ſpiritus datus,quoniam Ieſus nondum erat honorificatus,ſic oculi eorū nondum fuerant releuati à grauamine,quoniā Ieſus nondum fuerat honorificatus. Vnde nō eos reprehendit, ſed uadens iterū tertia uice orauit idipſum:docens & nos per hoc ipſum,ut non deficiamus in oratione,ſed permaneamus in ipſo uerbo orationis,donec impetremus ea quæ poſtulare iam cœpimus. Tunc ueniens dixit diſcipulis ſuis:Dormite nūc,& requieſcite.Ecce appropiat qui me tradet.] Tunc ſine dubio poſt orationem. Non autem eſt ille ipſe ſomnus quem iubet nūc diſcipulos ſuos dormire,& ille qui bis ſuperius ſcribitur contigiſſe diſcipulis.Illic enim dormientes inuenit, & nō requieſcentes: & iterum dormientes inuenit grauatos oculos habentes:Nunc autem præcepit eis non ſimpliciter dormire, ſed cum requie. Multum enim differt ſecundum præceptum Chriſti dormire,& requieſcere à dormitatione contra uoluntatem ipſius dicentis: Manete hic & uigilate mecum:& improperātis propter ſomnū,& dicentis: Sic nō potuiſtis una hora uigilare mecū? Non ergo contraria ſibi dixit, dicens illic: Vigilate mecū, hic aūt Dormite,& requieſcite:ſed ut ordo ſeruetur,ut primū quidem uigilemus orantes,ut nō intremus in tentationē,& poſtea dormiamus & requieſcamus ſecūdum dei præceptum. Quem ſomnum & Salomon ponit in promiſſione bene uiuentibus, dicens in Prouerbijs ſuis:Si enim ſederis,ſine timore eris,Si autē dormieris,ſuauiter dormies, & non timebis pauorem ſuperuenientē,nec impetus impiorū irruētes. Et Dauid diuerſas ſciēs uigilias & dormitiones,iurauit domino & uotum uouit deo Iacob,nō aſcendere ſupra lectum ſtratus ſui,nec dare ſomnum oculis ſuis, nec palpebris ſuis dormitationem: &

Hier. 25

Ibidem

Prou. 3

Pſal. 131

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc tamdiu facere donec inueniat locum domino, tabernaculũ Deo Iacob: ut cum inuenerit locum domino ascendat supra lectum stratus sui; & det somnũ oculis suis renouantibus se, & post requiem præparantibus ad nouam & diuiniorem surrectionem, secũdum quod solet corporalibus hominibus euenire post somnum naturalẽ & sanum. Forsitan autem & anima nõ potens semper sufferre labores quasi creata & incarnata, & non sufficiens sine intermissione seruare bonũ, remissiones sine reprehensione aliqua cõsequetur, quæ moraliter somnia atq; dormitationes dicũtur: ut usq; aliquantulũ temporis habẽs remissionem, surgens renouata resuscitetur. Si autem hoc erit semper an nõ, abundãtius quærat qui potest de talibus & quærere, & intelligere de diuinis scripturis, & sine periculo pronũciare. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ.] Propter hanc horam puto & ad matrem suã dicebat: Nondum uenit hora mea. Et hic enim docet, quoniã hora appropiãs hoc agebat, ut filius hominis traderetur in manus peccatorũ. Vtinam & in illorum peccatorum tantũmodo manus Iesus traditus tunc fuisset: nunc aũt arbitror semper in manus peccatorum traditur Iesus, quãdo hi qui uidentur in Iesum credere, habent Iesum in manibus suis cũ sint peccatores. Sed & quotienscũq; iustus habens in se Iesum in potestate factus fuerit peccatorum faciẽtium ei quod possunt, Iesus est traditus in manus peccatorum. Surgite eamus, ecce appropiauit qui me tradet.] Postquã suscitauit eos ab illo somno quem diximus, consequenter dicit discipulis suis: Surgite eamus. Et uidens in spiritu appropinquantem Iudam traditioni, qui nondum uidebatur à discipulis eius, dixit: Ecce appropiauit qui me tradet. Ego aũt puto non esse idipsum, ecce appropiauit mihi, & ecce appropiauit qui me tradet. Nec enim ipsi Iesu appropinquabat traditor eius, qui se elõgauerat peccatis suis ab Iesu, & proditione qua tradere eum consiliatus est, sed appropiauit ad tradendum filium dei quẽ iam prodiderat. Sed & omnes transgressores prius produnt Iesum, postea tradunt. Et adhuc eo loquente, ecce Iudas unus ex duodecim uenit, & cũ eo turba multa cum gladijs & fustibus missi à principibus sacerdotũ, & senioribus populi.] Quæret aũt aliquis etiam causam cur multa turba fuerit congregata cum gladijs & fustibus super eum. Erat autem secundũ Ioannem, multa hæc turba cohors militũ, & ministri à principibus sacerdotũ trãsmissi. Et potest dicere aliquis, quoniam propter multitudinẽ eorum qui iam crediderãt in eum ex populo, tanti uenerũt aduersus eum, timẽtes ne multa multitudo credentiũ de manibus eorum raperet eum. Ego aũt existimo alterã causam congregatæ multitudinis cõtra eum, quoniam qui putabant eum in Beelzebub eijcere solere dæmonia, arbitrabantur eum ex quibusdã maleficis disciplinis & magicis posse effugere de medio uolentiũ eum tenere. Et forsitan quidam eorum audierant, quomodo aliquãdo cum iam præcipitandus fuisset de supercilio montis effugit manus iam tenentiũ se, non fuga simplici & humana, sed alia quadam extra naturam humanam. Propter hanc etenim causam etiam apud Marcũ Iudas dicebat turbæ, quæ ueniebat cum ipso cum gladijs, & fustibus: Quemcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & adducite diligenter: maligne & cum significatione uidetur dixisse, tanquã si dicat, nisi diligenter eum tenentes adduxeritis, cum uoluerit effugiet uos. Illi aũt audiẽtes secundum existimationem Iudæ quasi non paterna diuinitate adiutum hoc agere, uel alia multa, omnia faciebant ut diligenter eum tenerent, & custodirent. Multi & nunc cum spiritalibus gladijs, specie malignorum, & fustibus similiter contra Iesum militãtes, quẽadmodum illi: quorum insidijs omnino melior fit Iesus, quãuis pro tempore suscipiat in se eorum incursus, ut impleãtur peccata insidiantium ei, & manifesta fiat malitia uoluntatis eorum aduersus ueritatem unigeniti uerbi. Qui autem sic cum gladijs & fustibus militant contra læsum, uarijs & diuersis dogmatibus uenientes, exposito insidiantur Iesu. Sunt autẽ & qui à presbyteris impij sui transmissi populi cõtra uerbum militant ueritatis, quod est in Iesu. Qui autem tradidit eum dedit eis signum dicens: Quẽcunq; osculatus fuero ipse est, tenete eum. Et confestim accedẽs ad Iesum dixit: Aue Rabbi. Et osculatus est eum. At Iesus dixit ei: Amice ad quid uenisti?] Dignum est quærere quã ob causam cũ palam do cuisset Iesus per singulas ciuitates, & uicos, & synagogas, prædicãs euangelij uerbũ, ita ut fama eius exiret in omnem regionem & secundum faciem manifestatus esset omnibus habitãtibus in Iudæa, quasi

quasi non cognoscentibus effigiem eius dedit signũ Iudas missis à principibus sacerdotum dicens: Quemcunq; osculatus fuero, ipse est. Quod autem & ipsi qui uenerãt cum Iuda ad cõprehendendum eum, frequẽter eum uidissent, manifestatur ex eo quod ipse Iesus dicit ad turbas. Quasi ad latronem uenistis cum gladijs & fustibus comprehendere me, quotidie uobiscũ sedebã in templo docens, & nõ tenuistis me. Similiter & Ioannes refert eum dixisse: Ego palam locutus sum huic mundo, ego semper docui in synagoga, & in tẽplo, ubi omnes Iudæi conueniunt. Venit ergo traditio talis ad nos de eo, quoniã non solum duæ formæ in eo fuerunt, una quidẽ secundum quã omnes eum uidebant, altera aũt secundum quã transfiguratus est corã discipulis suis in mõte, quãdo & resplenduit facies eius tanq; sol, sed etiam unicuiq; apparebat secũdum quod fuerat dignus. Et cum fuisset ipse, quasi non ipse omnibus uidebatur. Secũdum quod de manna est scriptum, quando deus filijs Israel panẽ misit de cœlo omnem delectationem habentem, & ad omnem gustum cõuenientem: quando desiderio offerentis obsequens ad quod quis uoluerat uertebatur. Et nõ mihi uidetur incredibilis esse traditio hæc, siue corporaliter propter ipsum Iesum, ut alio & alio modo uideret hominibus: siue propter ipsam uerbi naturã, quod non similiter cunctis apparet. Si autem hoc ita se habet, possibile est solutionem eius inuenire quod quæritur. Quoniã & si frequenter eum uiderunt turbæ uenientes cum Iuda, nihilominus opus habebãt propter transfomationes eius qui eum ostenderet eis, habens notitiã eius familiariorem per multam cõmorationem cum eo, ut intelligeret transformationes eius secũdum quas suis apparere solebat, Hoc idem significatur etiam per Ioannem euangelistam, ubi sciens Iesus quæ superuentura erant ei, procedens foras dixit: Quem quæritis? At illi dixerunt, Iesum Nazarenum. Et dixit eis: Ego sum. Et abierunt & ceciderunt retrorsum. Vides quia non eum cognoscebant cũ frequenter uidissent, propter transfigurationes ipsius. Si autem etiã illam causam quærat aliquis, cur osculo Iudas tradidit Iesum, hãc dabimus rationẽ. Quoniã secundum quosdam quidem, uoluit reuerentiã quandam ad magistrum seruare, nõ audens manifeste in eum irruere, & impudenter profiteri se proditorẽ magistri. Secundum alios aũt hoc ideo fecit Iudas, timens ne forte si manifestum se aduersarium præbuisset, & proditorem magistri, ipse ei fieret causa euasionis, cum posset quantũ ad ipsius opinationem ex quibusdam secretioribus disciplinis effugere, & facere se in paruum. Vt ergo nihil tale suspicans Iesus secundũ quod Iudas opinabatur, sed putãs eum amicũ, quomodo nescit sic insperatè comprehendatur, ideo hoc dedit signũ sciens iam quoniã si noluisset comprehendi, nunq; cõprehensus fuisset, sed uolens præbuit se manibus peccatorum. Ego autem puto quod etiã omnes proditores ueritatis amare ueritatem fingentes, & osculi signo utentes quasi quadam indicatione charitatis produnt uerbũ dei uolentibus ipsum tenere aduersarijs eius, nihil pacificum indutis: bellicos autem gladios, & iniurias & fustes habentibus. Et dicit proditor Iesu, Rabbi. Omnes eñ hæretici quemadmodum Iudas sic Iesu dicunt, Rabbi: qui & osculãtur eum sicut & Iudas. Ad quos omnia placabilia dicit Iesus, cum sint omnes Iudas proditor. Iuda osculo filium hominis tradis? Dicit autẽ ei improperans simulationẽ amicitiæ eius. Amice ad quid uenisti?] Hoc enim nomine neminẽ bonorum in scripturis cognoscimus appellatum. Ad malum enim, & non indutum nuptialibus uestimẽtis, dicit: Amice quid huc uenisti non habens uestem nuptialem? Malus aũt est qui & in parabola denarij audit: Amice nõ tibi facio iniuriã, Nonne ad denarium cõueniſti mecum? Accipe quod tuũ est, & uade. Volo aũt & huic nouissimo dare sicut & tibi. Tũc accedẽtes, manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.] Post osculum continuo nihil differentes turba illa, forsitan timentes ne de manibus eorũ effugiat Iesus, manus iniecerunt in eum.

Exod.16

Matt.22

Matt.20

Et ecce unus ex his qui erant cũ Iesu extendẽs manũ exemit gladium suum, et percutiens seruũ principis sacerdotũ amputauit auriculam eius.] Vnus aũt eorum qui erant cum Iesu, nondum manifeste concipiens apud se euangelicam patientiam illam traditam sibi à Christo, nec pacem quã dedit discipulis suis, sed secundum potestatẽ datam Iudæis per legem de inimicis, extendens manũ accepit gladiũ, & percussit seruũ principis sacerdotũ, & amputauit auriculam eius. Sicut autem dicit Ioannes, ei dextram auriculam amputauit, apud quem & nomen seruí dicitur, quia Malchus uocabatur. Et forsitan

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitan quod agebat Petrus mysteriũ erat: quoniam Iudaici populi dextra auditio fuerat amputanda propter malitiam eorũ demonstratam in Iesum. Nam & si uidentur audire legem modo, cum sinistro auditu audiunt umbram traditionis de lege, non ueritatẽ: cum sint serui sermonis profitentis seruitium dei, non aũt seruientis in ueritate. Huius sermonis mysterium erat aduersus Christum, aduersarius Christi princeps sacerdotum Caiphas. Videtur aũt mihi, quoniã qui ex gentibus crediderunt omnes unus populus constituti in Christo, per hoc ipsum quòd crediderunt in Christum facti sunt causa, ut præcideretur Iudæorũ auditio dextra, secundũ quod fuerat prophetatũ de eis: Graua aures populi huius, & oculos eorũ deprime, ut ne uidentes uideant, & audiẽtes intelligant & cõuertant, & sanem eos. Tunc ait Iesus ei. Conuerte gladium tuũ in locum suum.] Mox Iesus ad eum qui fuerat gladio usus, & abstulerat auriculam serui illius dexteram, non dicit, exime gladiũ, sed conuerte gladium in locũ suum. Est ergo gladij alius locus, ex quo non licet accipere eum qui nõ uult perire, maxime in gladio. Pacificos enim uult esse Iesus discipulos suos, ut bellicũ gladiũ hunc deponentes, alterũ pacificum accipiãt gladiũ, quẽ dicit scriptura gladiũ spiritus. Simile aũt mihi uidetur quod dicit: Omnes qui accipiunt gladiũ, gladio & peribunt. Id est, omnes qui nõ sunt pacifici, sed belli cõcitatores, in eo bello peribunt quod concitant, ut sit in eis gladius mysteriũ belli & litis. Et puto quod omẽs tumultuosi, & cõcitatores bellorũ, & cõturbantes animas hominũ, maxime ecclesiarũ, accipiunt gladiũ in quo & ipsi peribũt. Quoniam qui fodit foueã, ipse incidit in eam. Quoniã conuertetur dolor eorũ in caput ipsorũ, & iniquitas eorum in cerebrũ eorum descendet. Sed & simpliciter audientes quod dicit, Qui accipiunt gladiũ, gladio peribunt, cauere nos cõuenit, ut ne occasione militiæ aut uindictæ propriarũ iniuriarum eximamus gladium, aut ob aliquam occasionẽ, quam omnem euangelica abominatur hæc Christi doctrina, præcipiens ut impleamus quod
Ioan.15 scriptum est: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Si ergo cum odientibus pacem debemus esse pacifici, aduersus neminem gladio uti debemus. Ita uolens ad eum qui non didicerat loquens nos docere omnes, quoniã uolens tradidit semetipsum pro nobis omnibus, addidit & dicit. An putas quoniã non possum modo rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum?] Tanquam si dicat: Tu quidem sic gladium exemisti, & percussisti principis seruum, quasi mihi auxilium præstans: ego autem si uoluissem poteram rogans patrem non humanũ auxilium impetrare, sed meliorũ, id est angelorum, nec unius, sed plusq; duodecim legionũ. Ex hoc demõstratur, quoniam secundum multitudinem angelorũ militiæ mundialis sunt & angelorum legiones militiæ cœlestis, militantiũ contra legiones dæmonũ habitan-
Lucæ 2 tium in sepulchris. Nam & apud Lucã multitudo militiæ cœlestis audita est laudantiũ deum propter Christi natiuitatẽ. Si autem multitudo militiæ cœlestis erat laudantium Deum, militia autem omnis propter aduersarios intelligitur constituta, cõsequẽter &
Gen.28 illa militia propter aduersarios militat deo, Sed etiam Iacob locum aliquem uocauit castra domini, quoniam militiam illic aspexit angelorũ. Et ubicũq; sunt deum timentes, circa eos sunt castra angelorum. Immittet enim angelus domini in circuitu timentium
4 Reg.6 eum, & eripiet eos: sicut fuisse & circa Helisæum liber refert Regnorum. Et attende, putas, quasi angelis inferior saluator, aut indigens auxilio angelorum dicebat: An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorũ? Aut forte secundum existimationẽ Petri uolentis ei auxilium ferre, & gladium proferentis, & amputantis auriculã serui, talia est locutus? Magis enim angeli opus habẽt auxilio unigeniti filij dei, quàm ipse illorum. Propter hoc & quod scri-
Psal.91 bitur: Quoniam angelis suis mandauit de te ut custodiãt te in omnibus uijs tuis, nõ de filio dei unigenito intelligitur dictũ: sed aut in persona Christi de omni uiro iusto quẽ Christus portabat in corpore suo, aut de Christo secundum humanam eius naturam, Deniq; & quod dicit: Liberabit te à ruina, & dæmonio meridiano, nequaquam conue nit filio dei. Sed & quod dicit: Non timebis à timore nocturno, à sagitta uolante per diem, à negotio perambulante in tenebris, magis conuenit uiro iusto, quàm filio dei. Cum ergo posset accipere legiones, nolebat accipere, ut per patientiam eius impleren tur scripturæ prophetantes de ipso, quoniam ita eum pati conueniebat. In illa hora dixit

dixit Iesus ad turbas. Sicut ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me: quotidie apud uos in templo sedebam docens, & non tenuistis me.] Voluntas eorum quæ in hoc loco dicũtur talis mihi uidetur, quod dicit saluator ad turbas. Si quis latronem uult tenere, non est incongruum cum gladijs & fustibus uenire ad eum, quia talis est & latro, ut omnia audeat, dummodo nihil mali patiatur: & si potest, paratus est & gladio uti, & fuste aduersus comprehẽdere se uolentes, potius quàm ut ultro tradat se in manus eorum. Ego autem quod non sum talis, omnes qui sunt in Iudęa sciunt, alij quidem uidentes doctrinam meam & opera mea, alij autem auditum habentes de me, aut conuersationem meam sequentes: quoniam quotidie sedens in loco sancti templi, quasi cõgruo ad doctrinas diuinas, manifestabam quæ pertinentia erant ad pietatem & uitam sanam secundum legem dei, & per hoc commendabam pacificum me esse. Quod autem nullam habet rationẽ idoneam, neq; insidiatio uestra aduersus me, neq; militia uestra cum gladijs & fustibus facta, manifestũ est omnibus cognoscentibus me. Quomodo autem & non estis placati quotidie permansionem meam uidentes in templo dei, & præbentem me omnibus uolentibus me audire, ut cõiungerem eos mihi ad prodificationem eorum per uerbum & uitam ad beatitudinẽ Dei? Aut tunc quidem non tenuistis me uidentes docẽtem & nihil facientẽ dignum reatui, nunc autem quasi mutatum me existimatis, ut quasi latronem debere comprehendi putetis? sed nec in hoc occasionem aliquã inuenitis, quasi ad uerbum mutatum ab eis quæ in primis proposueram prodesse uolentibus uerbis & factis, Et uide postquam dixit ad Petrum: Reconde gladium tuum in thecam suam, quod est patiẽtiæ, postquam auriculam restituit amputatã, sicut alter dicit euangelista, quod & summæ benignitatis indicium fuerat pariter & diuinæ uirtutis, tunc ista uerba locutus est, ut fidelia uiderentur ex præcedentibus uerbis & factis: ut & si præterita benefacta non recordantur, uel præsentia recognoscant. Hoc autem totum factum est, ut implerẽtur scripturæ prophetarũ de huiusmodi.] Multum autem est nunc eligere de prophetis, qualia quæ tunc impleta sunt eloquia prophetarũ, quãdo hæc se pati Christus dicebat: & studiosi hominis est & multa scientis congregare uerba prophetarũ quæ sunt impleta. Et in centesimooctauo psalmo forte pleraq; inuenies conuenientia istis qui uenerunt cum Iuda comprehendere Iesum, sicut & alia de Iuda in eodem dicta sunt psalmo. Tunc simul omnes derelicto eo fugerunt.] Timentes ergo turbas, & principem eorum Iudam fugerunt. Nec enim habebãt adhuc spiritum, quoniã Iesus nondum fuerat honorificatus, nec spiritum uirtutis, & charitatis. Quem si habuissent, non essent infirmati, nec aliquid aliud extra diuinam charitatem egissent. Et illi tenentes Iesum duxerunt ad Caipham principẽ sacerdotum, ubi scribæ, & seniores conueniebant.] Arbitror enim, quoniã sermo deseruitionis Iudaicæ quo nunc derelicti deseruire profitenẽ, Caiphas est qui aduersus ueritatem militat Iesu, qui dicitur princeps sacerdotũ. Iesus aũt secundum ueritatem sacerdos est uerbum dei, sub quo constituti sunt omnes, qui acceptabiliter seruiũt deo patri. Vbi aũt Caiphas est princeps sacerdotũ, ibi congregantur scribæ, id est literati, qui pręsunt literæ occidenti. Et secundum literæ qualitatem scribarũ sunt seniores, qui non in ueritatẽ, sed in uetustatẽ literæ simplicis sunt recũbentes, & nihil amplius negotiari uolentes. Petrus autem sequebatur eum de longe usq; in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut uideret exitum rei.] Cum duceretur autẽ magister, sequebatur quidem Petrus: non autem poterat de proximo eum sequi, sed de longinquo, nec omnino recedens ab eo, nec cum eo incedens, nec iuxta eum, sed de longe sequens peruenit ad atrium principis sacerdotum. Et ingressus Petrus intus sedebat, neq; quod illi ministri ministrans, neq; faciens quæ docuerat Iesus, sed expectabat exitum omnium horum uolens uidere: quoniam adhuc non intelligebat, neq; uidebat exitum dispensationum Christi quo tenderent, Nec enim est exitus eorũ in atrio Caiphæ, nec ubi scribæ, & seniores populi illius congregantur. Si tamen proprie quis uideat exitum ipsum, uidebit uerbum dei & sapientiam dicentem, Ego sum α & ω, prin- Apoc.1
cipium & finis. Principes autem sacerdotum, & seniores, & uniuersum concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent, & non inuenerunt: & multi falsi testes accesserunt, & non inuenerunt.] Et per hæc manifestum est, quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniã peccatum nõ fecit Iesus, nec fuit dolus in ore eius. Mundissimam autem fuisse uitam ipsius,& omnino irreprehensibilem, & auferentem occasiones eorum qui quærunt occasiones,ex hoc demonstratur,quia non inueniebant aduersarij eius quod dicere possent aduersus eum,uel colorare:sed quærebãt omnes sacerdotes & conciliũ uniuersum,& nihil uerisimile poterãt inuenire. Quoniam falsa testimonia tunc locum habent,quando cum colore aliquo proferũtur: aduersus Iesum autẽ nec color inuenieba tur qui posset contra Iesum adiuuare mendacia: & hoc cum essent multi uolentes gratiam tribuere Caiphæ,& principibus sacerdotum,& scribis, & senioribus,& uniuerso concilio hoc ipsum audire desideranti. Et hæc qui cõsiderat, maximã laudem exhibet Iesu propter uitam eius,& doctrinã ipsius,qui sic omnia irreprehensibiliter & dixit, & fecit,ut nullam uerisimilitudinẽ reprehensionis inuenirent in eo, nec mali, nec multi, nec tales astuti,& ingeniosi. Nouissime autẽ accedentes duo falsi testes dixerũt.Hic dixit:Possum destruere templum dei,& post triduũ illud reædificare.] Non arbitreris Matthæum duos hos testes sine causa falsos dixisse, cũ uera uiderentur esse testimonia eorũ ex eo quod exponit Ioannes Christum dixisse:Soluite templum hoc,& ego in tribus diebus excitabo illud:quando & additur:Hoc aũt dicebat de templo corporis sui. Sed uide uersutiã falsorũ testiũ duorum, qua persuasione utentes sumpta ab aliquo dicto uero quod dixerat Iesus,finxerunt testimoniũ falsum. Iesus autem non dixit soluo templum hoc,& in tribus diebus suscito ipsum:sed Soluite tẽplum hoc,& in tribus diebus excitabo ipsum. Falsi aũt testes retulerunt eum dixisse quod non fuerat dictum ab eo,nec dixit:Possum soluere templũ dei,& in tribus diebus reædificare illud. Impietatem ergo solutionis templi,non ipse promisit facere, sed illis qui fuerant apti ad huiusmodi opus cõmisit dicẽs:Soluite templum hoc.Sibi aũt quod reseruauit, id est: Et ego in triduo suscitabo ipsum.Et quod ille dixit de tẽplo corporis sui,ludẽi prępediti malitia transaudierunt,& intellexerũt de templo illo lapideo. Quod manifestum est ex eo quod respondentes dixerunt: Quadraginta & sex annis ædificatũ est templum hoc,& tu in tribus diebus suscitas illud? Et considera quoniã non unus fasus testis processit in testimoniũ hoc:nec enim sufficiebat unus uolẽtibus interficere Iesum:quoniã lex pręcipiebat:Non manebit testis unus testimoniũ dare aduersus hominẽ. Sed nec tres erãt multis enim accedentibus testibus falsis, uix duo inuenti sunt,qui aliquid dicere uiderentur.Sed nec ipsorũ testimonia cõuenientia erant, sicut Marcus exponit: dicit enim hoc modo,quoniã principes sacerdotum,& conciliũ uniuersum quærebant contra Iesum testimonium,ut eum morti traderent,& nõ inuenerũt.Multi enim falsum testimonium dixerunt aduersus eum,& cõuenientia nõ erant testimonia eorum. Alij aũt exurgentes falsum testimoniũ dicebãt aduersus eum, quoniã nos audiuimus eum dicẽtem: quoniã ego soluo templum hoc manibus factum,& in tribus diebus aliud nõ manibus factum faciã.Sed nec sic cõuenientia erant eorũ testimonia. Tunc enim est conuenies testimonium quando eadem dicunt:non aũt sunt conuenientia quando dissonant sibi, qualia erant testimonia horũ qui aduersus Iesum testimonia proferebãt.Et si uerum dicunt Matthæus & Marcus,quod credere nos oportet,tẽtemus ostẽdere quomodo nõ erant cõuenientia neq; duorũ ipsorum testimonia,quoniã non eadem protulerunt.Secundum Matthæum enim dixerunt:Hic dixit: Possum soluere templum dei, & in tribus diebus reædificare illud.Secundum Marcum aũt,quoniam nos audiuimus eum dicentem,quoniã ego soluo hoc templum manibus factum,& in tribus diebus aliud reædificabo non manibus factũ,Siue ergo bis dicentes hæc,quoniã non eadem dixerunt, nõ sunt inuenta testimonia eorũ cõuenientia sibi: siue autem unus quidem dixit quod exponit Matthæus, alter aũt secundũ quod scripsit Marcus, ac per hoc testimonia eorum nõ erant cõuenientia sibi. Et exurgens princeps sacerdotũ dixit ei:Nihil respondes ad ea quæ isti testificantur aduersus te? Iesus autem tacebat.] Potest in istis impleta intelligi prophetia quę dicit:Dum cõsistit peccator aduersus me,obmutui,& humiliatus sum, et silui à bonis:ut peccator ille in istis prophetatus intelligatur Caiphas qui consistit contra Iesum. Simul & discimus ex hoc loco contẽnere calumniantiũ, & falsorum testium uoces,ut nec responsione nostra dignos eos habeamus,nec defendere nosmetipsos,ubi nõ sunt cõuenientia quæ dicunt aduersus nos. Quid enim opus est illis resiste

Ioan.18

Marci 14

resistere qui sibiipsi contraria dicẽtes resistunt? maxime ubi maius est libere & fortiter silere q̃ defendere sine ullo profectu,ut nõ humiliemur à testibus falsis, & calumniatoribus improbis. Et dixit ei princeps sacerdotũ: Adiuro te per deũ uiuum,ut dicas nobis si tu es Christus filius dei. Et dixit ei Iesus: Tu dixisti.] Et in lege quidem adiurandi usum inuenimus, In Numeris em̃ dicit lex: Quoniã adiurabit eam sacerdos, id est mulierẽ illam in cuius uiro factus est spiritus zeli,& dicet mulieri sacerdos: Si non dormit aliquis tecum,& nisi transgressa es ut maculeris à uiro non tuo,innocẽs eris ab aqua argutionis hac maledicta.Et post pauca.Et adiurabit, inquit,sacerdos mulierem in adirationibus maledictionis huius.Itẽ in tertio Regũ dixit rex Achab ad Michęam.Adiuro te ut loquaris ad me ueritatẽ in nomine domini. Adiurauit aũt rex propherã,& adiurauit nõ sicut sacerdos in Numeris.Ille enim ex legis præcepto, iste aũt ex arbitrio suo. Et nunc in loco præsenti Iesum sacerdos adiurat per deum uiuũ. Existimo aũt quoniã non oportet ut uir qui uult secundũ euangeliũ uiuere,adiuret alterum. Simile est enim quod dicit in euangelio dominus ipse: Ego aũt dico nõ iurare omnino, & nõ adiurare omnino.Si enim iurare nõ licet quantũ ad euangelicum Christi mandatum, uerum est quia nec adiurare alterũ licet.Propterea manifestũ est quoniã princeps sacerdotũ illicite Iesum adiurauit,quãuis uideatur per Deũ uiuũ adiurasse.Quæret aliquis si conuenit uel dæmones adiurare:& qui respicit ad multos,qui talia facere ausi sunt, dicet, non sine ratione fieri hoc.Qui autem aspicit Iesum imperantẽ dæmonibus,sed etiam potestatem dantẽ discipulis suis super omnia dæmonia,& ut infirmitates sanarent, dicet quoniam non est secundum potestatẽ datam à Saluatore adiurare dæmonia: Iudaicum est enim.Hoc & si aliquando à nostris tale aliquid fiat, simile fit ei, quod à Salomone scriptis adirationibus solent dæmones adiurari.Sed ipsi qui utuntur adirationibus illis, aliquoties nec idoneis cõstitutis libris utuntur: quibusdam aũt & de Hebræo acceptis adiurant dæmonia.Tamen non decebat dominũ nostrũ ad adiurationẽ principis sacerdotum respondere,quasi uim passum ab adiurãte contra propriã uoluntatem.Propterquod nec negauit se Christũ filium dei esse,nec manifeste confessus est,sed quasi ipsum testem accipiens adiurantẽ quoniã ipse est qui in interrogatione sacerdotis pronuncias est Christus filius dei, dicens: Tu dixisti. Et quoniã omnis qui facit peccatũ ex diabolo natus est:faciebat aũt peccatũ etiam princeps sacerdotũ insidians Iesu:& propterea de diabolo erat natus,& quasi de diabolo natus imitabatur propriũ patrem qui his dubie interrogat Saluatorẽ,si tu es filius dei,sicut scriptũ est in tẽtationibus eius. Simile est enim,si tu es filius dei,& si tu es Christus filius dei, Recte enim quis dicere potest in loco hoc,quoniã dubitare de filio dei utrũ ipse sit Christus, opus diaboli est,& principis sacerdotũ insidiantis domino nostro:sed nõ talis inuẽtus est Petrus. Nam sine aliqua dubitatione pronũciauit,tu es Christus filius dei uiui, nec posuit ibi,si.Propter q̃d beatus est appellatus,quia nõ caro & sanguis reuelauerat ei, sed deus pater q̃ est in cœlis.Qui aũt cum dubitatione dicunt, si tu es filius dei, ab omni beatitudine sunt alieni. Nam quia nõ erat dignus princeps ille sacerdotũ Christi doctrina, propterea nõ eũ docet,nec dicit quia ego sum,sed uerbũ oris eius accipiens in redargutionem ipsius,conuertit dicẽs:Tu dixisti,ut eo modo uiderẽ argui,nõ doceri. Amen dico uobis,amodo uidebitis filiũ hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem supra nubes cœli.] Quoniã non est scriptũ à dextris Dei, sed apud omnes euangelistas ad dexteram uirtutis sedere filium hominis:item tres euangelistæ similiter scribunt, uidebitis sedentem: simplicibus quidem cõceditur qui nihil altũ possunt audire in eo quod dicit sedentem, ac si dicat,supra uirtutem fundatum. Quibus aũt possibile est spiritu omnia perscrutari etiã altitudines Dei, & quod scriptum est: Qui sedes super Cherubim appare, & Vidi dominum sedẽtem super sedem excelsam & eleuatam,&: dixit dominus domino meo sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellum pedem tuorũ, & alia similia quæ de Deo sedente dicta sunt,similiter & de Christo dicunt: quæ conferre oportet cũ dicto præsenti, ut ex humili existimatione & fabulosa uideamus quid significet more humano sessio Christi. Videtur autem mihi,quoniã fundationem quãdam,& firmitatem regalem significat sessio filij hominis.Iuxta uirtutẽ ergo qui solus est uirtus, & proprie nominatur,& à dextris fundatus est, & qui accepit omnẽ potestatem à patre sicut

Num.5

3 Reg.22

Matth.5

Psal.80
Esa.5
Psal.109

Universidad de Deusto
Biblioteca

in cœlo & in terra. Et hanc fundationem uidebunt etiã aduersarij, postꝙ cum lætitia ut
Marci 14 derint eum beati. Sed secundum Marcum quidem non habet amodo, sed puriter, id est
uidebitis filium hominis à dextris sedentẽ uirtutis: secundum quẽ nihil erit cõtrarium
his quæ tradidimus. Secundum Matthæum autẽ qui dicit: Amodo uidebitis, & secun-
Lucæ 22 dum Lucã dicentẽ: Ex hoc erit filius hominis, & cætera, quærendũ est, si ex quo hæc di
xit saluator impleta sunt & in eis qui audierũt quod dixit: Amodo uidebitis filium ho-
minis sedentem à dextris uirtutis. Et dicimus quoniã potest impletũ uideri, quoniam
ex illo, id est tempore dispensationis filius hominis sedit ad dextrã uirtutis, & uiderunt
eum discipuli resurgentem à mortuis, & per hoc uiderũt eum fundatum ad dexterã uir
tutis, secundum quod tradidimus supra, Aut ita: uide si potes horã & diem metiri non
secundum breuitatem, quæ est apud homines horarũ atꝙ dierũ, sed secundum longi-
Matt. 20 tudinem, quę est apud dominum sempiternum, cui à constitutione mundi usꝙ ad con-
summationẽ eius est unus dies: quod demonstrat parabola, ubi dicit de cõductis mane
in uineam, & tertia hora, & sexta, & usꝙ ad undecimam. Nihil ergo mirum et quod hic
dicit saluator amodo spacium esse breuissimũ usꝙ tunc in quo spatio dicebat: Videbi-
tis filium hominis sedentẽ à dextris uirtutis, ad illos qui tunc eum audiebant, forte tũc,
quãdo dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorũ: in quibus erãt & illi ad quos dicebat: Amodo uidebitis. Inimi
cus enim erat & Caiphas qui insidiabatur Christo. Et nõ solum sedentem eum ad dex-
tram uirtutis uisuros hos prophetabat, sed etiã uisuros eum uenientẽ sicut Matthęus
quidem dicit super nubes cœli. Quæ sunt autem nubes super quas ueniet qui fundatus
Psal. 35 est à dextris uirtutis, aut cũ quibus ueniet, aut ad quas pertinget ueritas Dei secundum
quod scriptum est: Et ueritas tua usꝙ ad nubes? Hæ sunt uiuæ nubes, prophetæ Dei, &
apostoli Christi, quibus mãdat pluere cum oportuerit, aut non pluere super uineam si-
ne fructu. Si quas autẽ nõ uult esse huiusmodi nubes super quas & cum quibus ueniet
filius hominis apparens, ipse scit. Semper enim super illas, & cum illis uenit, ostendens
suum aduentum dignis se deus uerbum, & sapientia & ueritas & iustitia, Hę autẽ quas
tradidimus nubes, quasi portãtes imaginem cœlestis nubes sunt cœli non transeuntis
sedis Dei, & regno Dei dignificatæ, quasi hæredes Dei & cohæredes Christi, & contre
gnant ei. Tunc princeps sacerdotum conscidit uestimẽta sua dicẽs: Blasphemauit.]
Hęc Domino prophetante inimicus Dñi sacerdos illi quasi qui non erat propinquus,
ut uideret filius hominis, & uirtutem à cuius dexteris sedebat, quasi inclinatus & non
potens aspicere sursum, non audiens quę dicebat, conscidit uestimenta sua: ostendens
turpitudinem suam, & nuditatem animæ suæ, & mysterium manifestans, conscinden-
dum esse sacerdotium uetus, & stolam sacerdotij eius, & culturæ quæ secundum literã
fuerat. Blasphemiam autem arbitratus est esse magnitudinem uerborũ Christi, & glo-
riam existimauit Iudaicam & fabulosam historiã literæ occidentis. Et putabat quasi in-
telligẽs Christi sermones sufficientes esse ad testimoniũ contra ipsum, qui testes erant
diuinitatis ipsius, quantũ ad eos qui intelligere possunt: & dicit ad eos qui eadem sapie
bant: ecce nunc audistis blasphemiã eius, quid uobis uidetur? donec respõdentes &
ipsi aduersus animam suam pronuncient de Iesu, quoniã reus est mortis. Quantum pu
tas fuit erroris ipsam principalem omnium uitam ream mortis pronũciare, & tantorũ
resurgentiũ testimonio nõ aspicere fontem uitę, de quo in omnes uiuẽtes uita fluebat:
quoniã sicut pater uitã habet in se, sic & filio dedit uitam habere in semetipso. Tunc
expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Alij aũt palmas in faciẽ ei dede
rũt dicẽtes: Prophetiza nobis Christe quis est qui te percussit.] Pessime, sicut arbitror,
illi qui audierunt dicentẽ Iesum: Amen dico uobis quoniã amodo uidebitis filiũ homi
nis sedentẽ à dextris uirtutis Dei, & uenientẽ in nubibus cœli, ausi sunt expuere in fa-
ciem eius. Arbitrabantur enim in eo quod confunderent eum mentientẽ, & quia non
sustineret expuitionis opprobrium, qui sedebat ad dexterã uirtutis, & uenturus erat in
nubibus. Quoniã ignorabant sermones Esaiæ prophetæ hæc eadem prophetantis de
Esa. 50 eo, & dicentis ex persona ipsius Domini Saluatoris: Quid, quoniã ueni & non erat ho
mo, uocaui, & nõ erat qui obediret. Nunquid nõ ualet manus mea eruere, aut nõ pos-
sum eripere? Ecce increpatiõe mea desertũ faciam mare, & ponam flumina deserta, &
siccabun

siccabuntur pisces eorum ex eo quod nõ habent aquam, & moriẽtur in siti, & induam
cœlum tenebris, & sicut saccum amictum eius, Dominus dat mihi linguã doctrinæ, ut
sciam quomodo me oporteat dicere uerbũ. Posuit me mane, apposuit mihi aurẽ ad au-
diendum, & doctrina Domini aperiet aures meas. Ego autẽ non sum incredulus, neꝙ
contradico. Dorsum meum præbui ad flagella, & maxillas meas ad palmas. Faciem au
tem meã non auerti à confusione sputamentorum, & dominus deus factus est adiutor
meus. Omnes enim qui sunt ab ecclesia, cõfitentẽ Christũ esse qui dicit: Dominus deus
dedit mihi linguam doctrinæ, & cætera quæ exposui. Ego autẽ cõuenienter & ea quæ
superius his erãt cõiuncta exposui, uolens ostendere de illo glorioso esse hoc ꝓpheta
tum, ut expuaꝛ, colaphizetur. Cui autẽ alij conuenit dicere, ueni, nisi Christo qui uenit
in mundũ? aut quem decebat dicere: Vocaui & nõ erat qui obediret, nisi eum qui uenit
ad uocandum populum ludæorũ, & nõ est auditus, & ideo nõ eruit populum, neꝙ eri
puit eum, sed dereliquit? Christus est aũt qui dicit: Ecce increpatione mea desertum fa
ciam mare, & ponam flumina deserta: qui consummationẽ facturus est mundi. Ipse est
enim qui cœlum induet tenebras, & induet id uelut saccũ: & accipiẽs à patre linguam
doctrinę sciebat quomodo oporteat dicere uerbũ quod cõmiserat ei deus: & apposuit
ei aurẽ ut amplius audiat audientibus cunctis, & doctrina patris aperuit ei aurem: quia
non fuit incredulus patri mittenti, sed neꝙ cõtradicens, & opere ipso docuit discere cu
pientes mansuetudinẽ laudabilemꝙ humilitatẽ. Opus aũt erat in eo quod factis ista do
cebat, dorsum suũ exhibens ad flagella, & maxillas ad palmas, & faciem non auertẽs à
cõfusione sputamentorũ, ut nos sicut arbitror qui digni fueramus omnes has infamias
pati, erueret ipse pro nobis patiẽs eas. Nõ emꝫ mortuus est pro nobis, ut nõ moriamur,
sed ut pro nobis nõ moriamur: & alapis cæsus est pro nobis, & exputus est, ut ne nos
qui digni fueramus omnib. his, propter nostra peccata patiamur ea, sed ut pro iustitia
patientes ea gratanter excipiamus. Et Paulus quidem dicit de saluatore: quoniã humi- Philip. 2
liauit se factus obediens usꝙ ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Non enim est indecorũ ei qui
uult numerare in quantis se Christus humiliauit, ut dinumeret extra ea quæ Paulus ex-
posuit dicẽs: Humiliauit se factus obediens usꝙ ad palmas, usꝙ ad cõfusionẽ sputamẽ-
torum, & flagellorũ & mortis: propter quæ omnia exaltauit eum deus, Nec enim pro-
pter mortẽ solam quã pertulit propter nos exaltauit eũ, sed etiã propter palmas & spu-
tamenta, & cætera. Quoniã autem ad extremam iniuriam accipitur sputamẽtorum in-
iuria, manifestũ est etiã in lege: in qua scriptum est ut mulier defuncti, si noluerit frater Deut. 25
uiri eius accipere eam, accedens ad eum qui noluit eam accipere sibi uxorẽ corã senio
ribus excalciabit calciamentũ eius unum ex pedibus, & expuet in faciẽ eius, & dicet:
Sic facient homini qui non ædificauerit domum fratris sui. Non ergo auertit faciẽ suã
Christus à confusione sputamentorũ, ut magis glorificetur uultus eius, quàm fuit uul-
tus Moysi glorificatus, tanta & tali gloria, ut cõparatione glorificationis istius, uultus
illius glorificatio destruaꝛ: sicut in conspectu solis lumẽ lucernæ destruiꝛ, & sicut scien
tia quæ ex parte est, destruitur cum uenerit quod perfectũ est, Sed & colaphis ceciderunt sanctum ecclesiæ caput, propter quod ipsi colaphizantur à Satana: nõ ut non ex-
tollantur, neꝙ ut uirtus eorũ perficiatur: sed ut traditi inimico & uindici, recipiãt quod
fecerunt peccatum colaphizantes Iesum. Et non contenti tantummodo expuere in fa
ciem eius, & colaphis eum cędere, sed adhuc & palmis eum ceciderunt, & deludentes
dixerunt. Prophetiza nobis quis te percussit. Propter quod receperunt alapã æternã,
& ab omni prophetia priuati sunt, percussi & castigati, & nec sic uolẽtes recipere disci
plinam, secũdum quod prophetauerat hoc ipsum de eis Hieremias. Flagellasti eos, & Hier. 5
non doluerunt, & noluerunt suscipere disciplinam. Et nunc qui iniuriant unũ aliquem
de ecclesia, & faciunt ei hæc, in faciẽ expuunt Christi: & Christum colaphis cædentes
castigãt & palmis. Petrus uero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eũ una ex ancillis
dicens: Et tu eras cum Iesu Galilæo? At ille negauit corã omnibus dicens: Nescio quid
dicis: Exeunte aũt illo ianuã, uidit illum alia ancilla, & ait ei ibi. Et hic erat cum Iesu Na
zareno. Et iterum negauit cum iuramento, quia non nouit hominẽ. Post pusillum au-
tem accedentes qui stabant, dixerũt Petro. Vere ex illis es tu, etenim loquela tua mani
festum te facit. Tunc cœpit deuotare, & iurare quia nescio hominẽ. Et continuo gallus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cantauit. Et rememoratus est Petrus uerbi Iesu dicentis ei: quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, amarissime fleuit.] Abundantius considerantes Petri negationem dicimus, quoniã nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto, sicut Paulus nos docet, Et nondũ erat tunc in hominibus spiritus sanctus, quo-
Ioan.7 niam Iesus nondum fuerat honorificatus, sicut dicit Ioannes. Propterea non erat possibile, neq; illum talem Petrũ tunc Iesum confiteri: nec tamen erat reprehendendus non
Matt.10 confitens Iesum. Quoniam ad cõfitentes dicitur: Non estis uos qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Non autẽ cũ sit potens spiritus ille patris nostri loqui in nobis, & cum in nostra sit potestate locum dare in nobis spiritui sancto, & nõ diabolo, si denegauerimus, excusationem ullam habemus. Forsitan autem & quicunq; est in atrio Caiphæ principis sacerdotũ non potest confiteri dominum Iesum, nisi fuerit egressus ex atrio eius, & foris fuerit factus ab omni doctrina contraria Iesu. Nam qui illic sunt, Iudaicas tradunt traditiones, et non secũdum uoluntates scripturarũ, sed secundum mandata hominũ & doctrinas. Considera enim quoniã Petrus foris sedens ab Iesu segregatus, & in atrio principis constitutus, corã omnibus Iesum denegauit: & iterum uice secunda similiter, nõ extra ianuam foris factus, sed uolens exire, nondum autem egressus ianuam denegauit. Sed & tertia uice quando qui stabant dixerunt: Vere ex illis es, & quando cœpit se deuotare, & iurare quia nescio hominẽ, adhuc nõ erat foris. Et omes denegationes factæ sunt ei in nocte, & in tenebris priusquã ueniat dies,
Rom.13 & signum diei, id est gallicantus, qui suscitat uolentes à somno. Et ut uerbi gratia dicã, si post gallicantum Petrus negasset, ut diceretur: Nox promouit, dies autem appropinquauit, sicut in die honeste ambulemus, nulla excusatione dignus fuisset Petrus. Forsitan autem & omnes homines quando denegant Iesum, ita ut peccatũ denegationis eorum recipiat medicinã, ante galli cantum denegare eum uidenẽ nondum eis nato sole iustitiæ, nec appropinquante eis ortu ipsius: Si autẽ post ortum huiusmodi solis ad animam, uolentes peccauerimus, postq; accepimus sciẽtiam ueritatis, iam nõ relinquitur nobis sacrificiũ pro peccato, sed terribile iudicium, & zelus ignis qui comesturus est inimicos. Et in Petro quidem tunc denegante non conueniebat dicere, quomodo ne putatis peiora mereri supplicia qui filium dei conculcauerint, & sanguinem testamẽti communem existimauerint unde sanctificati sunt, & spiritũ gratiæ iniuriauerint? Non dum em̃ sanctificatus fuerat Petrus sanguine Christi, qui fuerat sanguis noui testamenti, nec iniuriauit spiritũ gratiæ quem à principio nec acceperat, quoniã Iesus nondum fuerat honorificatus, nec erat in hominibus spiritus sanctus. Si autem in nobis hoc impium fuerit factum denegationis peccatum, omnia hæc dicere conuenit: quoniã & in sanguine testamenti sanctificati sumus, & spiritũ gratiæ suscepimus. Propterea cõmunẽ putare sanguinẽ testamẽti preciosissimũ, & iniuriare spiritum gratiæ, omnibus peccatis deterius est, ita ut nec in hoc seculo, nec in futuro remissionẽ possimus accipere si dei filium denegemus. Quoniã ergo nobis nox promouit, dies autẽ appropinquauit, & signum diei galli cantus insonuit nobis, ꝓpterea usq; ad sanguinem stemus contra peccatũ certantes, & propter charitatem nunq; excidentem omnia sufferamus, ut cum perfectis in ea consequamur hæreditatẽ. Et hoc attende quoniã ante galli cantũ, & ante spiritum sanctum, & in tẽpore noctis profundæ, etiã si frequenter denegauerit quis uiuere potest, quod manifestum est ex eo quod ter denegauit Petrus. Si autẽ post galli cantum uel semel in quocunq; periculo cõstitutus denegauerit quis, impossibile est eum renouari in pœnitentiã, ut iterum crucifigat sibi filium dei. Qui autẽ in huiusmodi
Esa.5 denegationis peccato fuerit cõprehensus, aspiciat illud quod scriptũ est: Væ his qui attrahunt peccata sua sicut funem longum, & sicut iuge lorum uituli iniquitates, & nõ di-
Ezech.33 cat, peccata nostra in nobis sunt, & quomodo uiuemus? Viuo, inquit, dñs, quoniã nolo mortẽ peccatoris, sed pœnitentiam, Ipse autẽ scit deus, de quo scriptũ est: Et ipse sapiens adducet super eos mala, qualia mala adducet super denegantes & non pœnitentes, & qualia super denegantes & pœnitẽtes, qualia bona super eos qui nunq; denegauerunt, neq; uerbo corã hominibus, neq; operibus: longe autẽ efficiamur à priore ancilla, & altera, & ab omnibus qui stant in atrio eius, uel in ianua eius, ut ne in proximo existamus facientibus denegare eum, qui fuerit iuxta eis, Cognoscemus autem quę sit ancilla

ancilla principis, si intellexerimus quæ sit ancilla dei, de qua scriptũ est: Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ. Quæ sint autẽ atria principis, poteris scire si intellexeris quæ sint atria domus domini: de quibus scriptũ est: Ecce nunc benedicite dominũ omnes serui Psal.134
domini, qui statis in domo domini in atrijs domus dei nostri. Si autẽ & de ancilla altera debemus aliquid dicere, ut etiam ab illa recedamus, intelligamus quod scriptum est. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Puto primam ancillam intelligi principis facientem denegare discipulos Christi, synagogam esse ludæorum secundum carnem, qui denegare frequenter cõpulerunt fideles. Secundam autẽ ancillam, congregationem gentium, qui & ipsi persequentes Christianos, denegare cogebant. Tertios autẽ stantes in atrijs, ministros esse hæresum diuersarum, qui & ipsi ueritatem Christi denegare cõpellunt. In nocte autẽ non solum ter denegat Petrus, sed etiã deuotat seipsum & iurat, quia nescio hominem. Et quidem tunc adhuc secũdum carnem Christum sciebat, nec adhuc poterat dicere: Et si Christũ cognouimus aliquando secundũ carnẽ cognouimus: sed nunc iam nõ cognoscimus. Quamdiu enim signũ diei nõ existebat, denegans Petrus uerborum Iesu non fuit memor, Postq; autem angelus diei clamauit ei, tunc recordatus est uerborum Iesu dicentis ad se: Antequã gallus cantet ter me negabis. Et quãdo recordatus est uerbũ Christi, iam nõ erat in atrio principis sacerdotũ, nec iuxta ianuam eius, sed foris: alioquin nequaquã plorasset: Sicut enim scriptum est, egressus foras, amarissime plora
Luc.7 uit. Ergo & secundum Lucã peccatrix mulier iuxta pedes domini pœnitens fleuit, & hic Petrus egressus atriũ principis, ad ianuam eius plorat ex amaritudine peccati, examaricans in pœnitentia fletum suũ. Mane autem facto, consilium acceperũt omnes principes sacerdotũ, & seniores plebis aduersus Iesum, ut eũ morti traderent: & uinctũ eum adduxerũt, & tradiderũt Pontio Pilato præsidi.] Qui in tenebris & nocte offendit, uenia dignus est: qui autẽ in die clara offendit, nunq; potest culpare errorẽ quasi continentem se, maxime quando habens in se lucernam corporis offendit, sed incõtinentiam suam. Hoc autẽ diximus, ostendentes quoniam Christi quidem discipuli in nocte scandalizantur, secundum quod dominus eis prædicit: Omnes uos scandalum patiemini in me in hac nocte, & quia Petrus ante galli cantum ter denegauit. Qui autem consilium accipiunt cõtra Iesum omnes principes & seniores plebis mane facto, in lumine peccant, id est scientes, secundũ quod scriptũ est de hoc consilio: Quoniã cõsiliati sunt ex consensu in unũ, sicut scriptũ est in psalmis, ut morti traderent Christũ: putantes per mortem extinguere eius doctrinam, & fidem eius apud eos qui crediderunt in eũ quasi in filium dei. Talia autẽ cõtra eum cõsiliantes principes culturæ literæ occidentis, & ministri damnationis seniores, alligauerunt Iesum soluentem à uinculis, & dicentẽ eis Psal.2
qui sunt in uinculis, Exite: & cõpeditos soluentẽ, atq; dicentẽ: Dirũpamus uincula eo- Luc.13
rum: & qui filiam Abrahæ alligatam à Satana decẽ & octo annis à uinculis soluerat, ut iam nequaq; sit inclinata, quæ nõ poterat sursum aspicere prius: & alligauerũt eum uolentem, & in eo quod alligaretur uinculis ipsis insidias dirũpentem, ut iam non habeãt principes sacerdotũ, & seniores ludæorũ aduersus homines uincula, domino ea uidelicet dirumpente in se. Si quis autem exigit à me scripturã hæc de dissũpendis uinculis ostendentẽ, quibus alligauerũt Iesum principes sacerdotũ, & seniores, intelligat quod propter ipsum hoc dicit ipse Iesus per prophetam: Dirũpamus uincula eorũ, tanquam si dicat, principũ, sacerdotũ & seniorum, aut multo magis eorũ principum qui sunt operati in eis, & regum terræ illorũ qui astiterunt, & principũ qui cõuenerunt in unum aduersus dominũ, & aduersus Christum eius: quorum & iugum proijciamus à nobis. Adhuc autẽ amplius te placabit, ut suscipias quoniam etsi alligantes Iesum induxerunt qui consiliũ fecerunt aduersus eum, tamen dirupit Iesus uincula: si intellexeris quæ scripta sunt de Sampsone, qui frequenter fuit ligatus: & dirupit alienigenarũ uincula, quo Iud.16
niam Nazareus fuerat dei, & habebat comã plenã uirtutis. Si ergo ille propter comæ uirtutẽ quam habebat in capite, potuit rumpere uincula alienigenarũ, quibus alligauerant eum frequenter: quãto magis Christus, qui post tanta prodigia & uirtutes quas fecit uolens tradidit se ad uincula, soporãs in se diuinitatis uirtutẽ, & acquiescẽs ut alligaretur, sine dubio dirupit uincula circũdantia se? Quorum uinculorũ mysteria, uincula

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sampsonis fuerũt. Et tradiderunt eum Pontio Pilato. Vtrum aũt etiam nomina utraq; præsidis habeãt aliquã rationem conuenientem dispensationi domini saluatoris: nõ facile est sententialiter respondere. Poterunt enim aliquẽ mouere principalia ex quibus hæc uocabula deducũtur, Pontius & Pilatus. Vtrum aũt bene quis moueatur, an non, unusquisq; potentiũ considerare cognoscat. Tunc uidens Iudas qui eũ tradidit quoniã damnatus est, pœnitentia ductus, retulit trigínta argenteos principibus sacerdotũ & senioribus dicens: Peccaui quod tradiderim sanguinẽ iustum. At illi dixerũt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis in tẽplo recessit, & abiens laqueo se suspẽdit. Principes aũt sacerdotũ acceptis argẽteis dixerunt: Non licet mittere eos in corbonã, quia precium sanguinis est. Consilio autem accepto inter se, emerunt agrum figuli in sepulturã peregrinorũ. Propter hoc uocatus est ager ille Acheldemach, quod est ager sanguinis, usq; in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiã prophetam dicentẽ: Et acceperunt trigínta argenteos, preciũ appreciati quod appreciauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut cõstituit mihi dominus.) Respondeant mihi qui de naturis quasdam fabulas introducunt, existimãtes se dicere uera, & non cognoscentes quod eorum opinio iniquitatem creatoris accusat: qui fecit quędam quidem uasa in honorem, non ex causa uirtutis eorum ducentia eos ad honorem: quędam aũt in contumeliã, non propter peccata eorum ducentia eos ad contumeliam. Si eñ perdibilis naturę erat Iudas, quomodo pœnitentiã tantam suscepit, ut non uinceretur cupiditate trigínta argenteorũ, propter quam impiam proditionis suscepit
Matt.7 audaciam? Si enim ad proprietatem naturarũ referunt quod est dictum: Non potest arbor mala fructus bonos proferre, dicant, nisi bonitatẽ aliquam spiret: & si nõ perfecte, neq; sicut debuit conuersus fecit Iudas hoc ipsum quod retulit trigínta argẽteos: unde est & quod dicit cognoscens peccatum suũ: Peccaui tradens sanguinẽ iustum: nisi ex bona plantatione mentis, & ex seminatione uirtutis quæ seminata est in omni rationabili anima, quã non coluit Iudas, & ideo cecidit in tale peccatum. Si autem naturæ pereuntis est aliquis hominũ, sine dubio magis huiusmodi naturæ pereuntis fuit & Iudas. Quod sine dubio fuisse uideretur, si tradẽs sanguinẽ iustũ, aut nõ retulisset pecunias cõ delectatus in eis, aut auferens non dixisset, quia peccaui tradens sanguinẽ iustum. Et si quidem post resurrectionẽ Christi ex mortuis dixisset Iudas quæ dixit, forsitan uerisimiliter erat dicendum, quoniam cõpulit eum pœnitere de facto, & cõfiteri de suo peccato, ipsa uirtus resurrectionis ipsius. Nunc aũt mox ut uidit eum traditum esse Pilato cõpunctus pœnituit: forsitan aũt & recordatus ea quæ frequenter Iesus dixerat discipulis suis de resurrectione sua futura. Videṡ igiṫ Iudas magnitudinem facinoris sui, pœnituit quidem, & locutus ex pœnitentia cordis, confessus peccatũ suum eo quod tradiderit sanguinẽ iustum: non aũt & secũdum scientiã pœnituit, sicut debuit pœnitere. Existimauit enim præuenire in morte moriturum magistrum, & occurrere ei cum anima nuda, ut cõfitens, deprecans, misericordiã mereret. Propter quod ipse se iudicauit, & condemnauit in eo quod sciens peccauit, & non aspexit in hoc quod dixerat Iob in tantis cladibus constitutus: Vtinam possim me interficere, aut aliquem rogare ut faceret mihi hoc: nec uidit quia non conuenit seruum dei seipsum expellere de hac uita, sed expectare etiã de hoc dei iudiciũ. Videamus nunc si quod latet multos, loci istius deo donante possimus explicare quod dictum est: Videns aũt Iudas qui tradidit eum, quoniam cõdemnatus est, pœnitẽtia ductus retulit trigínta argẽteos principibus sacerdotum, & cætera. Si enim scriptũ fuisset post sententiam Pilati, postquam flagellis cæsum Iesum tradidit Iudæis ut crucifigerent eum, quod ita fecisset Iudas, nihil sine dubio huiusmodi quęreremus in eo quod dictũ est: Videns aũt quia condẽnatus est. Nunc autẽ quomodo uidit Iudas quia condẽnatus est? Neq; enim adhuc condẽnatus fuerat Iesus, neq; à Pilato interrogatus. Forsitan ergo dicit aliquis uim faciens, quoniã consideratione mentis suæ uidit exitũ rei quia cõdemnatus est, ex eo quod traditum aspexit à principibus sacerdotũ, & seniorib. plebis. Alius aũt dicet hoc modo: quoniã quod scriptũ est: Videns aũt Iudas quia condemnatus est, ad ipsum Iudam refertur. Cum enim tradidissent Iesum principes sacerdotum, & seniores plebis Pilato, tunc sensit malum suum Iudas, & intellexit quoniam qui talia ausus est, sine dubio iudicatus, & condemnatus à deo

deo est. Forsitan & Satanas qui post panem intinctum fuerat ingressus in Iudam, præsto fuit ei donec Iesus traderetur Pilato: postquã fecit quod uoluit, recessit ab eo: Recedente autem diabolo intellexit & uidit, quoniã tradens sanguinem iustum condemnatus à deo est, & potuit intelligere sensus eius iam uacans & non habens diabolũ operantem in se. Potuit ergo à se recedente diabolo capere pœnitentiam, & referre trigínta argenteos his qui dederãt eos: & potuit dicere recedente diabolo, quod priusquam ab eo recederet, dicere nõ potuisset. Nec enim adhuc implẽte diabolo cor eius potuit dicere: Peccaui tradens sanguinẽ iustum. Sed non hoc dicimus, quoniam diabolus recedens ab aliquo talí iam nequaquam ei insidiatur, sed obseruat iterũ tempus, si potuerit iterum se apponere ei: & postq; cognouerit secundum peccatum suum quis, obseruat etiam tertiæ deceptionis locum in eo diabolus. Si autẽ opus est & exemplis uti, uideamus in epistola ad Corinthios prima, eum qui uxorem habuit patris: nec eñ in huiusmodi malo sine magno opere diaboli potuit esse. De quo malo pœnituit, sicut scríptura ipsa testatur, & tristatus est tristiciã secundum deum, tristiciam quæ pœnitẽtiam
2.Cor.7 in salutem stabilem operatur, sed postq; suscepit huiusmodi tristiciam, apposuit iterum se ei diabolus, uolens ipsam tristiciam eius supra modũ exaggerare, ut iam nõ esset secundum deum, sed ut abundantior facta absorberet tristantẽ supra mensuram, & ultra quàm tristare deberet, & sic eum absorberet Satanas in abundantiori tristicia. Quod prænoscens Apostolus consilium Corinthijs dat, ut confirmẽt charitatem in eum, dicens huiusmodi causam, Vt ne, inquit, abundantiori tristicia absorbeatur qui huius-
2.Cor.2 modi est. Non enim uersutias eius ignoramus. Simile aliquid factum est & in Iuda qui tradidit Iesum: & secundum similitudinẽ illius tristiciæ, quæ pœnitentiam in salutem stabilem operatur, tristatus & ipse, postquã pœnitẽtia ductus est retulit trigínta argenteos principibus sacerdotũ dicens: Peccaui tradens sanguinem iustũ: quod ipsum pœnitentiæ erat, & tristiciæ salutaris. Sed quia nunq; seruauit cor suũ, neq; sapienter tristatus est, sed suscepit abundantiorẽ tristiciam à diabolo sibi submissam, qui uoluit eum absorbere in abundantiori tristicia, ideo referens argenteos illos in templum, abiens, laqueo se suspendit. Si enim postquam retulit pecuniam, & confessus est se peccasse eo quod tradidit sanguinem iustum, non abiens laqueo se suspendisset, sed locum pœnitentiæ requisisset, & tẽpus pœnitẽtiæ obseruasset, forsitan & inuenisset eum qui dixit:
Ezech.33 Viuo ego quoniã nolo mortẽ peccatoris, sicut pœnitẽtiam eius. Ego autem existimo, quoniam & maius aliquid de saluatore intelligens Iudas non alibi profecit trigínta argenteos nisi in templum, ubi sciebat dominũ eiecisse de templo oues & boues, & dixisse uenditoribus columbarũ: Tollite hæc hinc, & nolite facere domum patris mei domum negociationis. Satis ergo desperãs ex se quod intellexit magnitudinem sui peccati, iactans argenteos illos in templũ, abijt, & laqueo se suspendit. Accipientes autem argenteos illos, uoluerũt aliquid legitimũ obseruare, & nõ mittere eos in corbonam, ubi data populi propter necessitates pauperum cõgregabantur: sanguinis enim precium impium existimabant mittere in corbonã. Propter quod consiliũ accipiẽtes, comparauerũt ex pecunia illa agrum figuli, & operantis lutũ. Videbant enim quoniã circa mortuos magis eam pecuniam conueniebat expendi, & circa locum mortuorũ, & sepulturę, quoniã precium sanguinis erat, quàm in corbona, aut in aliqua necessitate honesta. Sed quia & inter loca mortuorũ differentiæ sunt: quoniam multi quidem secundum uotũ optabiliter sepeliuntur in monumentis suis paternis: quida autem propter quasdam calamitates frequenter in peregrinis monumentis sepeliunt: ideo accipientes precium sanguinis Iesu, usi sunt eo ad comparationẽ agri figuli alicuius, ut in eo peregrini mortui sepeliantur, non secundum uotum, sed secundum casum aliquem contrarium hoc promerentes. Si autem & peregrinos spiritaliter intelligere cõuenit, peregrinos dicimus esse qui usq; ad finem extranei sunt à deo, & peregrini testamẽtorum eius. Tales igitur peregrini huiusmodi habent finẽ, ut in agro figuli sepeliantur,
Rom.6 qui precio sanguinis est cõparatus. Nam iusti sunt qui dicunt: Consepulti sumus Christo in nouo monumento quod excisum habetur in petra, in monumento dolato, ubi nondum quisquam mortuorum positus est. Qui autem usq; ad finem peregrini sunt à Christo, & alieni à deo, dicent sine dubio consequẽter: Consepulti sumus peregrinis

Universidad de Deusto
Biblioteca

in agro figuli operantis lutũ, qui precio sanguinis est cõparatus, & sumus in agro qui ager sanguinis nominatur. Sed quoniã quod post hæc dicit Euãgelista, Tunc impletum est quod dictum fuerat per Hieremiam prophetam dicentem. &c] inter ea quæ scripta sunt, non inuenit hoc Hieremias alicubi prophetasse in libris suis, qui uel in ecclesiis leguntur, uel apud Iudæos referuntur: si quis autem potest scire, ostendat ubi sit scriptum: suspicor aut errorem esse scripturæ, & pro Zacharia positum Hieremiam, aut esse aliquã secretam Hieremiæ scripturam in qua scribitur, Talis est autẽ textus a-
Zach.11 pud Zachariam Prophetã. Et dicam ad eos: Si bonum est in cõspectu uestro, date mercedem meam, aut abnegate: & statuerunt mercedẽ meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me. Depone eos in fornacem, & uide si probũ est, sicut probatus sum pro eis. Et accepit triginta argenteos, & misit eos in domũ domini in fornacem. Si autem hæc dicens aliquis existimat se offendere, uideat ne alicubi in secretis Hieremiæ hoc prophetatur, sciens quoniã & Apostolus scripturas quasdam secretorũ profert, sicut
1.Cor.2 dicit alicubi, Quod oculus non uidit, nec auris audiuit: in nullo eñ regulari libro hoc positum inuenit, nisi in secretis Heliæ prophetæ. Item quod ait, Sicut Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, nõ inuenitur in publicis scripturis, sed in libro secreto, qui suprascribitur, Iamnes & Mambres liber. Vnde ausi sunt quidam epistolã ad Timotheum repellere, quasi habentẽ in se textũ alicuius secreti, sed non potuerunt. Primam autem epistolam ad Corinthios, propter hoc aliquem refutasse quasi adulterinam, ad aures meas nunq; peruenit. Iesus autem stetit ante præsidẽ. Et interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iudæorũ? Dixit ei Iesus: Tu dicis.] Vere Iesus non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Et non semel, sed frequẽter pro omnibus seipsum humiliauit. Et nunc ergo Iudex totius creaturæ constitutus à patre, rege regum, & domino dominorum, uide in quantum se humiliauit ut acquiesceret stare ante iudicẽ tũc terrę Iudææ: & uocatus, interrogatus est interrogationẽ, quam forsitan deridens, aut dubitans Pilatus interrogauit dicens: Tu es rex Iudęorũ? Ad quam interrogationem quod putauit esse cõdecens, respondit dicens: Tu dicis. Et à principe quidem sacerdotũ adiuratus ut diceret si ipse est Christus filius dei, respõdit: Tu dixisti: à Pilato aũt interrogatus: Tu es rex Iudęorũ? respõdit: Tu dicis. Vide interrogationes, nisi illa quidẽ interrogatio: Si tu es Christus filius dei, Iudaicę cõueniebat personæ: Romano autem iudici dicenti interrogatorię, non tu es Christus, sed tu es rex Iudæorum? Qui autem caute considerat ipsos apices Euangelicorum sermonum, uidebit quoniam princeps quidẽ sacerdotum dubitanter dixit: Si tu es Christus filius dei. Si enim syllaba, dubitationẽ interrogationis ostendit. Pilatus autem pronunciatiue: Tu es rex Iudæorum. Quoniam autem pronunciatiue hoc dixit Pilatus, illud quoque confirmat, quod etiã alibi suprascribit in titulo, Rex Iudæorũ, in tribus linguis, Hebraice, Græce, & Latine, ut Hebræi, & Græci, & Romani cognoscerent quoniã & Pilatus sciebat eũ regem Iudæorũ esse. Propter q̃d apparet cũ qua reuerentia requirebat de Iesu, & ꝓuocabat populum ut Iesum magis ad dimittẽdum peterent, quam Barabbam. Reuerentiæ autẽ Pilati illud etiã fuit signum, quod lauans manus suas dixit: Innocẽs ego sum à sanguine huius, uos uideritis. Quod aũt dixit ad principẽ sacerdotum, Tu dixisti, dubitationem eius oblique arguens cõuincit. Et quod ait Pilato: Tu dicis, sententiam eius pronunciãtis confirmat. Marcus aũt pro, si tu es Christus filius dei, sic scribit: Tu es filius benedicti? Forsitan aut illud quod simpliciter scriptum est, aut hoc quod dubitãter, nescio si non mẽdosa habeant exemplaria, cũ debuissent ambo æqualiter dicere, Si tu es, aut, Tu es.

Et cum accusaret à principibus sacerdotũ, & senioribus plebis, nihil respondebat. Tunc dixit ei Pilatus. Non audis quãta aduersus te dicũt testimonia? Et non respondit ei ullum uerbũ, ita ut miraretur prędes uehementer. [Iudaicæ literæ occidentis ministri & seniores filij sunt eorum sacerdotũ & seniorum qui accusauerunt Iesum, accusationem eorum usq; nunc suscipientes, & accusantes Iesum. Propterea permanente eis ipso peccato, & præueniente eos semel ira, usq; in finem adhuc patiuntur operatores ipsi, derelicti cũ populo uniuerso sicut tabernaculum in cucumerario, & sicut ciuitas quæ expugnatur. Accusatus autem Iesus, sicut tunc nihil illis respõdit, sic & modo aduersus accusationes istorum sacerdotum, & seniorum, nihil respondit. Tacet enim eis uerbum

uerbum dei, & iam nõ audiunt uerbũ dei, sicut aliquando factũ fuerat ad prophetas & in cõsummatione seculorũ caro factus est, & habitauit in nobis. Et nõ solis principibus sacerdotũ & senioribus plebis falsa accusantibus non respõdit, sed neq; Pilato, quoniã uolebat eum audire defendentẽ se contra accusationes eorum mendaces. Quãdo eñ dixit ei Pilatus post accusationes principũ sacerdotum & seniorum: Non audis quãta te accusant? neq; ipsi respondit. Nec enim erat dignũ respondere, uel dubitãti utrũ debeat aduersus occasiones eorũ falsas respondere. Hoc diximus, non oblíti quod dictũ est de Pilato, quia uel momentũ aliquod benignum erga Christũ habebat. Hoc eñ uerum esse de Pilato, ex omni narratione eius ostendit. Nõ aũt dicere quis audebit, quoniam permanens & firmũ erat in eo de Christo iudiciũ. Trahebatur enim & ad contraria: propterea & nunc trahẽti ad deteriorem opinionẽ, dominus non respõdit, cõtemptis omnibus quæ dicta fuerant in accusationẽ ipsius. Miratus est aũt Pilatus cõstantiam eius, forsitan sciens quomodo cũ idoneus esset pronunciare & remittere crimẽ, miratus est uidens eum in tranquilla & quieta sapiẽtię grauitate, & inturbabili eũ iudicio stare, in quo ad mortẽ periclitari existimabaẽ ab his qui fuerãt ibi, & fortior erat humana natura, & omni eius infirmitate uolẽte obtũdere uirtutẽ spíritus eius, non aũt prævalente facere hoc. Quod aũt scriptũ est, non solum mirari Pilatũ, sed etiam ualde mirari, mouet me ut existimem, quoniã dignum ei uidebaẽ magno miraculo, ut exhibitus ad criminale iudiciũ Christus inturbabilis maneret, & staret ante mortẽ quæ apud omnes homines terribilis existimatur. Per diem aũt solennem cõsueuerat præses dimittere populo unum uinctũ quem uoluissent.] Non mireris si adhuc primordiũ habẽs Romanus principatus in eis, & nouiter Iudæis iugũ suscipiẽtibus Romanorũ, ꝙa donatum erat Iudæis ut in solennitate paschali peterent unũ quẽ uoluissent, quamuis mille homicidijs obnoxius uideretur. Sic enim quasdam gratias prestant gentes eis quos subijciũt sibi, donec confirmeẽ super eos iugum ipsorum. Tamẽ cõsuetudo hęc absoluendi uincti fuit aliquãdo & apud Iudæos. Nam cũ Saul decreuisset ut ne quis accipe- 1.Reg.14
ret cibum, Ionathas aũt fauum mellis gustasset contra regis decretũ, inuenit obnoxiũ Ionatham: & quamuis filiũ constitutũ, tamen ꝓpter aliquod iuramentum suum decreuerat interficere eum: sed nõ interfecit, omni populo Israel interueniẽte, & petẽte eum ad uitã. Sed quod Pilatus dimisit unũ uinctum populo, uel Saul secundũ petitionẽ populi quod dimisit Ionatham, non est mirũ: sub culpa enim erat amborũ petẽtiũ uitam, quoniã Iudæi semper obnoxij erãt. Sed illud quæramus, si tale aliquid fiat & in iudicio dei, & omnis ecclesia petere possit aliquem peccatorẽ ut soluaẽ à condemnatione peccati, maxime aũt si quãdo habeat perditionis cætera opera, ad benefaciendũ autem ecclesiæ impiger sit. Tales enim inuenies sæpe in potentibus constitutos, alias quidẽ peccatores, tamen pro Christianis quantũ possibile eis est multa agentes. Adduceris aũt magis ad requirendum talia, si rationẽ habet idoneã quod etiam Israel pro uita Nabuchodonosor & Balthasar filij eius deũ orabat. Sed hoc si uidetur alicui dignũ requisitione, requiret. Quod aũt manifestum est, omnes curare tentemus, ut ex petentibus inueniamur esse, & in ordine eorũ qui bene uixerunt, magis quàm ex illis pro quibus petitur quasi pro omnibus malis. Nam etsi concedaẽ aliquis peccator ad preces ecclesię, non tamen iustũ est gloriam & beatitudinem consequi eum, qui huiusmodi est: sufficit enim quod à pœna dimittitur. Arbitror aũt propter istum diem festũ Iudęorum in quo Barabbas ad uitã electus est, Christus aũt neglectus, dominũ dicere per prophetam: Le Isa.1
iunia, & festas, & dies festos uestros odit anima mea: & quia magis solennitatem agere uoluerunt cũ latrone dimisso, ꝙ cum Iesu. Verbi gratia dicã: Si egissent solennitatem recte sicut Iosias, aut aliquis similis ei, & data eis fuisset quę uellẽt petendi licentia, sine dubio Iesum postulassent, Barabbam aũt condemnassent. Nos aũt oremus ut festũ diem colentes, nõ in fermento ueteri, neq; in fermẽto malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & ueritatis, Barabbã quidẽ condemnare, Iesum autem ab omnibus uinculis liberũ accipere nobis mereamur in regem & dominũ. Et quamdiu hæc facimus nõ conuertunt dies festi nostri in luctũ, neq; cãtica nostra in lamentationẽ, sed erũt in nobis solennitates ueræ, solennitates dei. Habebat aũt tunc uinctum insignem qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo eis, dixit eis Pilatus. Quem uultis dimittã uobis,

Iesum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesum Barabbã, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per inuidiã tradide
runt eum.] In multis exẽplaribus non continẽ, quod Barabbas etiã Iesus dicebatur,
& forsitan recte, ut ne nomen Iesu cõueniat alicui iniquorũ. In tãta eñ multitudine scri
pturarũ neminẽ scimus Iesum peccatorẽ, sicut in alijs nominibus inuenimus iustorũ,
ut eiusdẽ nominis inueniantur esse etiã iniqui, utputa Iudas Apostolus Zelotes, & Iudas
patriarcha, itẽ & Machabæus Iudas, omnes laudabiles: sed Iudas proditor. Et in Genesi
inueniunt eiusdẽ nominis esse filij Set, & filij Cain, sicut Enoch, & Lamech, & Matusa
lem: nõ aũt cõueniebat esse tale aliquid & in nomine Iesu. Et puto quod in hæresibus
tale aliquid superadditũ est, ut habeant aliqua cõuenientia dicere fabulis suis, de simili
tudine nominis Iesu, & Barabbæ. Existimo eñ in istis, rerũ aliquod mysteriũ demon
strari, ut Barabbas quidẽ constitutus sit ad seditionem, & bella, & homicidia faciẽda in
animabus hominũ: Iesus aut quasi filius dei, & pax cõstitutus, & uerbũ, & sapientia, ad
omnia bona. Hi ergo duo cũ sint uincti in rebus humanis & corporibus, populus ille
sibi postulauit absolui Barabbã: ꝓpter quẽ non cessat gens illa habẽs seditiones, & ho
micidia & latrocinia, secundum quosdã gentis suæ in rebus quę foris habent: secundũ
omnes aũt ludęos qui non credũt Iesum, intus in anima. Vbi eñ non est Iesus, illic sedi
tiões, & lites, & prælia sunt. Vbi aũt est Iesus, ut dicere possint: Si aũt Christus in nobis,
corpus quidem mortuũ, ꝓpter peccatum, spiritus aũt uita propter iustitiã: ibi sunt om
nia simul bona, & innumerabiles diuitiæ spirituales in manibus eius, & pax. Ipse est eñ
pax nostra qui fecit utraq; unũ. Et si quis uideat contrariã illam operationẽ, cognoscet
quoniã ipse est in omnibus uinctus insignis Barabbas, quẽ sibi soluí desiderant, nõ so
lum tunc peccãs Israel secundũ carnem, sed & oẽs qui eis similes sunt, uel in dogmate,
uel in uita, Quicunq; ergo mala agit, solutus est in corpore eius Barabbas, Christus au
tem uinctus. Qui aũt bona agit, Christus ei solutus est, Barabbas aũt uinctus. Sedẽte
aũt eo pro tribunali, misit ad eũ uxor eius dicens: Nihil sit tibi, & iusto illi. Multa enim
passa sum hodie per uisum ꝓpter eum.] Et Iesus quidem per inuidiam traditus erat: &
ita per inuidiam manifestã, ut etiã Pilatus eam nõ ignoraret. Volunt aũt Euãgelistę nõ
præterire rem diuinæ prouidentiæ laudẽ dei cõtinentem, qui uoluit per uisum conuer
tere Pilati uxorẽ, ut quantum ad se uetaret uirum suum, ut ne audeat contra Iesum pro
ferre sententiã. Et uisum quidem non exposuit Matthæus, tãtum aũt dixit, quia multa
passa erat per uisum ꝓpter Iesum. Et ideo per uisum passa est, ut ne amplius pateretur.
Vt beatam fuisse dicamus Pilati uxorẽ, quę per uisum passa est multa propter Iesum, &
recepit per uisum quod erat passurus. Ex quo audebit quis dicere, quoniã melius est re
cipere aliquẽ mala in uisu, quàm recipere in uita. Quis enim nõ eligat per uisum mala
sua recipere in uita sua, nisi forte talia mereat, ut expediat ei acriora recipere in uita sua,
potius quàm recipere leuiora in uisu? Consolat enim, & requiescit in sinibus Abrahę,
qui recepit mala in uita sua, & nõ hæc mala quę recepit in uisu suo: secundum quod &
consolationẽ habebit. Vtrum aũt & initium habeat conuersiõis ad deum ex eo quod
multa propter Iesum fuerat passa per uisum, deus scit: tamen continetur etiã hoc in scri
pturis quibusdã nõ publicis. Et uide, quia iustum appellauit Iesum uxor Pilati, ne for
te mysteriũ sit hæc uxor Pilati ecclesiæ ex gentibus: quæ aliquando quidem regebat ã
Pilato, nunc aũt iam non est sub eo ꝓpter fidem suam in Christo. Principes autẽ sa
cerdotum, & seniores persuaserunt populo ut peterent Barabbã, Iesum uero perderẽt.
Respondens aũt præses dixit illis. Quẽ uultis de duobus dimittam uobis? At illi dixe
runt, Barabbã.] Et est uidere usq; nunc quomodo populus Iudæorũ à senioribus suis,
& Iudaicæ culturæ doctoribus suadetur, & excitatur aduersus Iesum ut perdant eum,
quantum ad se, & habeãt Barabbam solutũ. Credunt enim turbę principibus, & sacer
dotibus suis. Plerunq; & præses quidẽ dicit ad populũ, Quem uultis ex duobus dimit
tam uobis? Turbæ autem, quasi ueræ turbę, & multæ, quæ spatiosam & perducentem
ad perditionem ambulant uiam, petierũt Barabbã solui, uolentes eum sibi habere so
lutum. Dicit eis Pilatus. Quid ergo faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt om
nes. Crucifigatur, & cætera.] Volens eis pudorẽ tantæ iniquitatis incutere Pilatus, di
cit eis: Quid ergo faciam de Iesu qui dicitur Christus? Non solum aũt, sed & mẽsuram
colligere uolens impietatis eorum. Illi aũt nec hoc erubescentes, quod Pilatus Iesum
Christum

Christum esse confitebat, nec modũ impietatis seruantes, dixerũt omnes, crucifigatur.
& siquidẽ Barabbam petissent dimittere, non aũt econtra & Christum postulassent ad
crucẽ, utputa Barabbam quidẽ petissent absolui, hũc aũt non petissent crucifigi, sed in
potestate dimississent Pilati, ut faceret de eo quod uellet: adhuc magnę esset impietatis,
quod relicto iusto, homicidã petissent. Nunc aũt multiplicauerunt impietatis suę men
suram, non solũ homicidã postulantes ad uitam, sed etiã iustũ ad mortem, & ad mor
tem turpissimã crucis. Adhuc aũt permanens in eo ipso quod cõfundere eos uolebat,
ut uel confusi ad electionẽ iusti uenirent, etsi nõ ex iudicio cordis, dicit eis. Quid enim
male fecit?] Cõtra hoc nihil habentes quod responderent, amplius clamauerunt, non
deponẽtes, sed augentes irã, animositatẽ, blasphemiã, & dixerũt, Crucifigatur. Pilatus
aũt uidens quod nihil proficeret, Iudaico usus est more, uolens eos de Christi innocen
tia nõ solũ uerbis, sed etiã ipso facto placare si uoluerint: si aũt noluerint, condemnare,
faciens nõ secundum aliquã consuetudinẽ Romanorum. Accepit enim aquã in cõspe
ctu omniũ, & lauans manus suas dixit: Innocẽs ego sum à sanguine huius, uos uideri
tis.] Et ipse quidẽ se lauit: illi aũt non solũ se mundare noluerũt à sanguine Christi, sed
etiã super se susceperũt dicẽtes. Sanguis eius super nos, & super filios nostros.] Pro
pter hoc rei facti sunt non solũ in sanguine prophetarũ, sed implentes mẽsurã patrum
suorũ facti sunt rei in sanguine Christi, ut audiãt deum sibi dicentẽ: Cum expanderitis Esa.1
manus uestras ad me, auertã oculos meos à uobis, manus enim uestræ sanguine plenæ
sunt. Propterea sanguis Iesu nõ solũ super eos factus est qui tũc fuerunt, uerumetiam su
per omnes generationes Iudęorũ pòst sequẽtes usq; ad cõsummationẽ. Propterea usq;
nũc domus eorũ derelicta est eis deserta. Pilatus aũt oblitus uerborũ suorũ bonorum
quibus cœperat defendere innocẽtiã Christi, declinãs ad malũ, nõ solũ tradidit Iesum,
sed etiam flagellis cæsum tradidit, ut crucifigerẽt eum. Tunc milites præsidis susce
perunt Iesum in prætoriũ, & cõgregauerũt ad eum totã cohortem, & induerunt eum
chlamydem coccineã, & purpuram circundederunt ei, & coronã de spinis posuerũt su
per caput eius, & arundinẽ in dextera eius, & adgeniculãtes se, deludebant eum dicen
tes: Aue rex Iudæorũ.] Verisimile est, ut in primordijs tunc nouiter erecti imperato
ris, milites nondũ disciplinæ ordinẽ conseruantes decentem, extra consuetudinẽ disci
plinæ quæ nunc est, facerent in saluatorẽ, quando accipientes eum in prætoriũ congre
gauerunt totã cohortẽ, & fecerunt quæ fecisse dicuntur, lusum sibi Iesum faciẽtes, pro
pter quod nominatus fuerat rex Iudæorũ. Ego aũt puto milites fecisse, operantibus in
se inuisibilibus regibus, & principibus seculi huius, qui astiterunt & cõuenerũt in unũ
aduersus dominũ, & aduersus Christũ eius, ut uideatur illa deluſio eorũ potius fuisse ꝙ
hominũ. Eorum aũt qui non cognouerũt in illa dispensatione sapientiã dei: si enim co
gnouissent, nunq; dominum maiestatis crucifixissent. Ergo cohors illa mysteriũ erat
militię alicuius malignę. Et expoliauerunt eũ uestimenta eius quæ desursum habebat,
tunicã inconsutilem & stolã: hæc enim uestimenta eius talia describit Ioãnes: & indue
runt eum deludentes ꝓpter nomen eius regale, coccineã chlamydem, nõ intelligẽtes
quod agunt. Illa aũt coccinea chlamys mysteriũ erat coccinei signi, quod scriptũ est in Ioſ.2
Iesu Naue, ꝙd ad salutem suam habuit illa Raab, & in Genesi quod factũ est in uno fili- Gen.38
orum Thamar ad manũ nascentis, ut coccum alligaret in signo futuræ passionis Chri
sti. Ergo & nunc suscipiens dñs coccineam chlamydem, in se sanguinem mundi susce
pit: & in spinea illa corona, suscepit spinas peccatorum nostrorũ intextas in capite suo.
Et de chlamyde scriptũ est, quoniã denuo spoliauerũt eũ chlamydem coccineã, de co
rona aũt spinea nihil tale Euãgelistę scripserũt, propterea quod & nos quærere uolue
runt exitũ rei de corona spinea semel imposita, & nunquam detracta. Ego igitur arbi
tror quoniã spinea illa corona cõsumpta est à capite Iesu, ut iam nõ sit spinæ nostrę an
tiquæ posthac semel eas à nobis abstulit Iesus super uenerabile caput suum. Si aũt & de
calamo quidẽ posuerunt in dextera eius, aliquid dicere conuenit, huiusmodi dicimus
rationẽ. Calamus ergo ille mysteriũ fuit sceptri uani & fragilis, super quẽ incumbeba
mus omnes priusq; crederemus sceptrum maligni. Confidebamus enim in uirga cala
mina Aegypti, uel Babylonis, uel cuiuscũq; regni cõtrarij contra regnũ dei: & accepit
calamũ illũ, & uirgã fragilis regni de manib. nostris, ut triũphet eũ, & conterat in ligno
crucis

Universidad de Deusto
Biblioteca

crucis: & pro calamo illi priori ſuper quẽ prius recumbebamus, dedit nobis ſceptrũ regni cœleſtis, & uirgã de qua ſcriptũ eſt: Virga æquitatis, uirga regni tui: uel uirgã quæ
1.Cor. 4 corripiat eos qui opus habẽt correptiõe, de qua dicit Apoſtolus. Quid uultis in uirga ueniam ad uos? Dedit nobis & baculũ ut celebremus paſcha, ſecundum quod ſcriptũ
Exod.12 eſt, Baculi veſtri in manibus veſtris ſint: ut celebremus paſcha deponentes uirgã calami eam quã habebamus prius quàm celebraremus domini paſcha. Percutiũt aũt cum hoc fragili & uano calamo caput Ieſu uenerabile, quoniã & ſemper regnũ illud contrium cõuitiat & uerberat deum patrẽ caput domini ſaluatoris. Et in his omnibus unigenita uirtus nocita nõ eſt, ſicut nec paſſa eſt aliquid, facta pro nobis maledictũ, cũ naraliter benedictio eſſet: ſed cũ benedictio eſſet, cõſumpſit, & abſoluit, & diſſipauit omnem maledictionẽ humanã. Exeuntes aũt inuenerunt hominẽ Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerũt ut tolleret crucẽ eius.] Sicut enim ſecũdum tres Euangeliſtas tentaſ à diabolo Ieſus: ſecundum Ioãnem aũt qui ſpiritalis naturæ eius fecit ſermonem, non tentaſ: nec enim tentatur ueritas, & uita, & reſurrectio, & lumen uerum: ſed tentabatur ſecundum hominẽ quem ſuſceperat unigenitus deus: ſic ſecundũ Ioannem quidẽ ſaluator imponentibus eis qui ſuſceperũt eum, crucẽ ſuam portãs egreſſus eſt in locũ qui diciſ Caluariæ locus, ſecundum reliquos autẽ ſibi eam non portat. Exeuntes eñ qui ducebant eum ad crucifigendum, inuenerunt quendam Cyrenæũ nomine Simonẽ, quẽ angariauerunt ut acciperet crucem Chriſti. Non aũt ſolum ſaluatorẽ conueniebat accipere crucẽ ſuam, ſed & nos cõueniebat portare eam, ſaluatorẽ nobis angariã adimplentes. Nec iterum aũt ſic prodificandi fueramus crucẽ eius accipiẽtes, quantũ modo prodificamur à cruce eius, cũ & ipſe ſibi accipiat eam & portet. Queres ſi ſecundũ textum utrunq; eſt factum, & nõ diſſonãt ſibi Euãgeliſtę ab inuicẽ, & quid eorum prius eſt factũ: utrum eñ qui ſuſceperunt Ieſum ad crucifigendum, & imponentes ei crucem, ut portãs eam exeat in locũ Caluariæ, hoc primũ fecerunt, antequã angariarent Simonẽ Cyrenæum: aut egreſſi quidẽ angariauerunt Simonẽ, facti autẽ ad locũ in quo eum fuerunt ſuſpenſuri, poſuerũt crucẽ ei ipſi, ut ipſe eam portaret. Et qui poteſt diſcutere quærat diſcutiens in utroq; ut inueniat, utrum finẽ portãdæ crucis accepit, aut magis Cyrenæus Simon, nõ fortuitu angariatus, ſed ſecundum aliquã de eo præſcientiam dei, ſecundum diſpoſitionẽ dei ductus ad hoc, ut Euãgelica ſcriptura dignus inueniretur, & miniſterio crucis Chriſti, in qua mũdus crucifigiſ ſanctis, & ſancti mundo. Quidam aũt & moraliter exponere uoluerũt hunc ipſum Simonẽ Cyrenæum, ex eo quod de Pentapoli eſſet Cyrenes ſecundũ Libyam, accipientes occaſionem de ſenſibus quinq;: ut dicant, quaſi quinq; ſenſus portauerunt diſpẽſationis illius crucem. Simon aũt interpretaſ obedientia. Cui aũt magis conueniebat ut crucem Chriſti portaret niſi obedientię? aut ſicut ſecũdus Liæ filius uocaſ Simeonis? Dupliciter enim apud Græcos nominaſ & patriarcha, & Petrus ſecũdum ꝓprietatem Hebraici ſermonis, ut cõueniat ei qui ita uocaſ, ut & Simon dicatur, & Simeon, quoniã ijſdem literis ſcribunt Hebræi & Simeonis nomen, & Simonis. Locus autẽ Caluarię dicit non qualemcunq; diſpenſationẽ habere, ut illic qui pro hominibus moriturus fuerat moreret. Venit enim ad me traditio quædã talis ꝺd corpus Adæ primi hominis ibi ſepultũ eſt ubi crucifixus eſt Chriſtus: ut ſicut in Adam omnes moriunt, ſic in Chriſto omnes uiuificent: ut in loco illo qui dicitur Caluariæ locus, id eſt locus capitis, caput humani generis reſurrectionẽ inueniat cũ populo uniuerſo per reſurrectionẽ domini Saluatoris, qui ibi paſſus eſt, & reſurrexit. Inconueniens eñ erat, ut cum multi ex eo nati remiſſionem acciperent peccatorũ, & beneficiũ reſurrectionis cõſequerentur, non magis ipſe pater omniũ hominum huiuſmodi gratiam conſequeret. Et dederunt ei acetũ bibere felle mixtũ. Et cũ guſtaſſet noluit bibere.] Sufficiebat enim nobis, ut tantũ guſtaret pro nobis ſicut mortẽ triduí temporis nõ longiorẽ, ſic & acetũ felle permixtum, Aliud aũt uinum non mixtũ cum felle, nec cũ alio aliquo cõtrario accepit & bibit, & gratias agens diſcipulis dedit, & promiſit ſe bibiturũ nouum ipſum in regno dei. Poſtquam autẽ crucifixerunt eum, diuiſerunt ſibi ueſtimenta eius, ſortem mittentes: & ſedentes ſeruabant eum.] Et ſunt uſq; nunc qui ipſum quidẽ non habentes, ueſtimenta aũt uerba in ſcripturis poſita habent, nec ipſa ad plenum, ſed ex parte nihilominus hoc ipſum propheta

propheta dicente myſterium quod nunc eſt impletũ. Vtrum aũt cõſciſſum eſt aliquod ueſtimẽtorũ eius in illa partitione, aut mãſit unumquodq; eorũ integrum ſicut fuit, & qualia illa ueſtimẽta fuerunt, non legimus apud tres Euãgeliſtas: apud Ioãnem autem didicimus quod milites poſtq; crucifixerũt Chriſtum, acceperũt ueſtimẽta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuiq; militi partẽ. Tunicã aũt quoniam erat non conſutilis, ſed à ſurſum textilis per totũ, dixerunt ad inuicẽ: Non conſcindamus eã, ſed ſortiamur de ea. Nõ ergo omnes acceperũt eam, ſed qui ſortitus eſt. Diſputãs aũt aliquis de differentia eorũ qui ueſtimẽta domini habent, inueniet ſine dubio qui in dogmatibus ſuis, etſi nõ habent ipſum, tunicã tamẽ deſurſum textilem per totum habent: alij aũt nec ipſam, ſed aliquã particulam ueſtimenti eius. Et hoc conſidera, quod ſecũdũ Matthæum quidẽ Ieſus accipiens acetũ cum felle permixtũ guſtauit, & noluit bibere: ſecũdũ Marcum aũt cum dareſ & myrrhatũ uinum non accepit. Et ſedentes ſeruabant eum ibi. Et *Marc.15*
milites quidẽ ſeruabant corpus, ſubmiſſi à principibus ſacerdotũ, quaſi furãdum à diſcipulis eius ſi non ſeruaretur: diſpenſatio aũt reſuſcitauit eum, & teſtes reſurrectionis eius eſſe fecit non duos tantũ, au tres, ſed multo plures. Viſus eſt enim Cephæ, poſtea illis undecim, deinde apparuit amplius quàm quingentis fratribus, nouiſſime aũt omnium Paulo. Et non erat modicum ſignũ reſurectionis eius, quod à tantis eſt uiſus, his qui ſuſceperunt periculum, ut prædicent eum uiuentẽ in populis qui petierãt eum ad crucem. Et nunc noui principes ſacerdotũ, uidelicet filij principum illorũ, uerbũ ueritatis poſitum in ſcripturis crucifigũt falſis expoſitionibus ſuis, & occidunt mẽdacijs: uerbum aũt ueritatis, quia apud illos quidẽ occiditur, uiuit aũt in ſua natura, ſemper inuenit, & eligit ſibi uaſa in quibus reſurgat, & uiuat, & adhuc cõfundat ſuos interfectores, multis teſtimonijs uiuere demõſtratũ. Et impoſuerũt ſuper caput eius cauſam eius ſcriptã, hic eſt Ieſus rex Iudęorũ.] Siue occaſione ſiue ueritate, Chriſtus rex pronunciatur, & omnis litera regnũ eius teſtaſ, ſiue Græcorũ, ſiue Romanorum, ſiue Hebraicorum, & ꝓ corona ſuper caput eius ſcriptũ, Hic eſt Ieſus rex Iudæorum. Et cum nulla inueniatur cauſa alia mortis eius, nec enim erat, hæc habeẽ ſola, rex fuit Iudæorum: de qua & locutus eſt, dicens: Ego aũt conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montẽ ſanctũ *Pſal.2*
eius. Et princeps quidẽ ſacerdotum ſecũdum literã legis portabat in capite ſuo formã ſigni, & ſanctificationẽ domini ſcriptam in metallo: uerus aũt princeps ſacerdotum, & rex Ieſus, in cruce quidẽ habet ſcriptum, Hic eſt rex Iudęorũ: aſcendens aũt ad patrem & ſuſcipiens patrẽ in ſe pro literis & pro nomine habet qui nominaſ, & habet eum conronam, & dignus eo effectus, & domus dei patris digna effectus, ſolus ſufficienter patrem capere poteſt. Tunc crucifixerunt cum eo duos latrones, unũ à dextris, & unũ à ſiniſtris.] Crucifixus inter latrones dominus ſicut ipſi latrones impleuit prophetiã dicentẽ de ſe, & cũ iniquis deputatus eſt: Et eſt uidere diſcipulos eius teſtimoniũ dantes culturæ dei quę per eum eſt introducta, cũ iniquis reputari, & cum eis crucifigi, aut paſſiones reliquas ſuſtinere, ſicut & illi. Mundus enim & ſpiritus qui in eo eſt, ſummos ſemper perſequitur uiros, & punit malitiæ quidẽ ſummos propter utilitatẽ multorum: ſummos aũt uirtutis, quoniã non eſt dignus mundus iſte eis qui non cõſiderãt quæ uidentur, ſed quę non uidentur: & contemnunt eum, ſicut & olim ſancti ambulantes in melotis, & in pellibus, & in ſpelũcis & in foueis terræ, quorũ non erat dignus mũdus.

Tranſeuntes aũt blaſphemabant eum mouentes capita ſua, & dicẽtes: Vah, qui deſtruebas tẽplum, & in triduo reædificabas. Libera teipſum. Si filius dei es, deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotũ deludẽtes eum cũ Scribis, & ſenioribus, & Phariſęis dicebãt: Alios ſaluos fecit, ſeipſum nõ poteſt ſaluũ facere. Si ipſe eſt rex Iſrael, deſcendat nũc de cruce, & credimus illi. Cõfidit in deũ, liberabit nunc eũ ſi uult: dixit eñ, quia filius dei ſum.] Nemo ſtans Ieſum blaſphemat, neq; recte incedens. Tranſeũtes enim blaſphemabãt eum, & ſicut in Græco habet prætereũtes, qui etiã maceriæ uineę diſſoluta à deo, uindemiãt eos qui remãſerunt. Scriptũ eſt enim: Vt quid poſuiſti maceriẽ eius, & uindemiãt eam omnes qui prætereũt uiam? Quamdiu ergo quis nõ prę teriuit uiã, neq; declinauit à uia, ſtans dicere poteſt deo, Statuiſti ſupra petrã pedes meos, & nõ blaſphemat Ieſum. Si aũt ceciderit, aut præterierit, uel tranſierit, uel declinauerit, tunc eũ blaſphemat. Sicut adhuc qui in mala opera ceciderũt, & ſicut qui dereliquerũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

terminos æternos,& uiã ecclesiæ cœlestis,& fluctuantur,& circũferunt ab omni uento doctrinæ in fallacia hominũ,in astutia,ad remediũ erroris.Omnes em hæreses prætereũtes & declinãtes esse si quis dixerit,nõ peccabit:propterea quod & ipsi inter prætereuntes habentur,& blasphemãt Iesum non habẽtes caput firmũ, sed mouentes ipsum sursum & deorsum:quoniã nõ sunt prudẽtes, nec habẽt oculos suos in capite suo, Eccl.2 in q̃ habere debuerãt Ecclesiaste dicẽte:Sapiẽtis oculi in capite eius sunt. Prætereuntium ergo & declinantiũ opus est Iesum blasphemare filiũ dei, quia nemo in spiritu loquens dicit anathema Iesu. Diuersi aũt blasphemantium sermones habentur, quorũ unum est blasphemũ,quod dicitur ab eis qui non intelligunt,nec audiunt quæ dicũtur, nec de quibus affirmant:Iesus em dixit:Soluite tẽplum hoc,& ego in triduo suscitabo illud.Prætereũtes aũt quasi falsi testes cõtra Iesum dicebant q̃d non erat dictum de eo, appetentes eum:Vah qui destruit templũ dei,& in triduo reædificat illud. Nõ enim ip se destruit tẽplum,sed quod alij destruũt ipse ædificat:siue tẽplum proprium corporis, quòd à Iudæis fuerat traditũ morti, siue templũ testiũ suorum & omniũ qui habuerunt uerbũ dei in se,& ex insidijs impiorũ propter pietatem mortui sunt. Venit enim hora, quando omnes qui in monumentis sunt audient uocẽ filij dei & resurgent. Et nõ solũ in eo q̃d dicebant.Qui destruit templum,mentiti sunt,sed etiã illud quod dixerunt,Et ego in triduo reædificabo ipsum.Nec em dixit reædificaturũ se tẽplum, sed resuscitaturum.Sermo enim ædificationis non ostendit subitaneũ opus,suscitationis autẽ ostendit.Et qui quidem deridebant,dicebant,Salua teipsum:ipse aũt accipiens uirtutẽ à patre,& hoc fecit,& amplius.Cunctis enim capientibus uerbum suũ,salutem suam ostendit.Et illi quidem deridẽtes dicebant:Si filius dei es,descende de cruce: Ipse aũt filium dei se deridentibus quidem non ostendebat,ostẽdit aũt credẽtibus sibi postq̃ dispensauit quæ oportebat eum dispensare in tribus illis diebus,postq̃ descendẽs ad inferos mortificatus corpore,uiuificatus autem in spiritu,spiritibus qui erant in carcere prædicauit quod non crediderant aliquando quando expectabatur patientia dei in diebus Psal.16 Noe,cum fabricaretur arca in qua pauci,id est octo animę,sunt saluati per aquam. Et non est derelictus illic,sicut ipse dicebat:Quoniã non derelinques animã meam in inferno.Oportebat aũt eum & ascendere ad ꝓprium patrẽ & deum,ut ascendens in altũ captiuet captiuitatem,& accipiat dona in homines,& post hæc ostendat se fortiorem morte dicens ad eam. Vbi est mors aculeus tuus? Similiter aũt cæteris prætereũtibus, & blasphemantibus eum,principes quoq̃ sacerdotũ, & scribę prætereũtes,& ipsi dicebant ad eum uicti uirtutibus ante gestis ab eo: Alios saluos fecit, seipsum saluũ facere non potest. Videlicet nõ credẽtes,quoniã qui alios saluare potuit,multo amplius poterat & seipsum saluare,& ꝓmittebãt se credituros in eũ,quasi in regem Israel,si descẽdens à cruce,uideretur ab eis.Ipse aũt nõ curabat indignũ aliquid agere ꝓpter derisionis iniuriã,& facere quod dicebatur ab eis extra rationẽ & ordinem.Id ipsum autem et latrones qui crucifixi erãt cum eo,improperabãt ei.Et apud Ioannẽ sicut potuimus ex posuimus de duobus latronibus qui fuerũt crucifixi cũ Christo,qui secundum Matthę um quidẽ & Marcum improperauerunt ei ambo in cruce. Secundum Lucã autem dicẽtem quoniã unus de pendẽtibus latronibus blasphemabat dicens:Si tu es Christus, Lucæ 23 salua teipsum &nos:Respondens aũt alter increpabat eum,dicẽs:Non times tu deum quod in eadem damnatione es? Et nos quidẽ iuste,nam cõdigna factis recipimus, iste aũt nihil mali fecit.Et dicebat ad Iesum.Memẽto mei cum ueneris in regnũ tuum.Respõdens aũt Iesus dixit ad eum,qui increpauerat blasphemantẽ: Amẽ dico tibi, hodie mecũ eris in Paradiso.Cõueniẽs ergo est,ut in primis quidẽ ambo latrones intelligantur dominũ blasphemasse:post hoc aũt unũ ex eis cõuersum esse,& credidisse tractantem apud seipsum his miraculis quæ audiebat facta ab eo:forsitan aũt & uidens cõuersionẽ aeris,& tenebras fieri insuetas,& nõ sicut fieri frequenter solebant. Aut ne forte sicut & illic diximus,alij sunt hi duo latrones,qui ambo blasphemarũt. Sed ille latro q̃ saluatus est,potest esse mysteriũ eorum qui post multas iniquitates crediderũt in Christum,& dixerũt Christo:Cõfixi sumus & cõfigurati in morte Christi:& semper dicunt filio dei:Memor esto nostri cũ ueneris in regnũ tuum,& ideo in Paradiso sunt cũ ipso.

A sexta aũt hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terrã usq̃ ad horam nonam.

Ad hunc

Ad hunc textum quidã calumniantur Euangelicã ueritatem,dicẽtes quomodo secundum textũ potest esse uerum q̃d dicit,quia factę sunt tenebrę super omnẽ terrã à sexta hora usq̃ ad nonã,quod factum nulla refert historia? Et dicunt,quia sicut solet fieri in solis defectione,sic facta est tũc defectio solis. Defectio aũt solis à seculo semper fuit in suo tẽpore facta. Sed defectio solis quę secundũ cõsuetudinẽ temporum ita currẽtium fieri solet,nõ in alio tẽpore fit,nisi in cõuẽtu solis & lunę,quãdo luna subtus currẽs solis impedit radios occurrẽtes ei,& occursu suo lumẽ eius obtũdit.In tẽpore aũt q̃ passus est Christus,manifestũ est quoniã cõuentus nõ erat lunę ad solẽ,quoniã tẽpus erat paschale,quod cõsuetudinis erit agere quãdo luna solis plenitudinẽ habet,& in tota est nocte.Quomodo ergo poterat fieri defectio solis cũ luna esset plena & plenitudinẽ solis haberet? Quia aũt credentiũ uolẽtes defensionẽ aliquã introducere cõtra hæc, angustiati sermonibus profitentiũ talia,ita dixerunt.Si nullũ ꝓdigiũ nouum factũ fuisset in tempore passionis Christi,sed omnia secundũ cõsuetudinẽ,crederẽ secundũ cõsuetudinẽ facta fuisse illa defectio solis.Nunc aũt cum constet cætera prodigia quæ tunc facta sunt nõ secundũ consuetudinẽ facta fuisse,sed noua & admirãda:nam & uelũ templi scissum est in duas partes à sursum usq̃ deorsum,& terra cõtremuit,et petrę diruptę sunt,& monumenta aperta sunt,& multa corpora dormientiũ sanctorũ resurrexerunt: manifestũ est quoniã & illa defectio solis cõsequenter secũdũ cætera ꝓdigia,noua contra cõsuetudinem facta est.Itẽ aduersus hæc filij seculi huius,qui prudẽtiores sunt filijs lucis in sua generatione,talia dicũt.Pone quia extra cõsuetudinem facta est illa defectio solis in tẽpore non antiquo sub principatu Romanorũ,ita ut tenebræ fierẽt super omnẽ terrã usq̃ ad horam nonã,q̃modo hoc factum tam mirabile,nemo Grecorũ,nemo Barbarorũ,factũ cõscripsit in tẽpore illo,maxime qui Chronica cõscripserunt, & notauerũt sicubi tale aliq̃d nouũ factũ est aliquãdo,sed soli hoc scripserũt uestri auctores? Et Phlegõ quidẽ in Chronicis suis scripsit,in principatu Tiberij Cęsaris factũ, sed nõ significauit in luna plena hoc factũ. Vide ergo ne fortis est obiectio hæc,& potens mouere omnẽ hominẽ sapientẽ,qui nec illis dicentibus,nec istis scribentibus consentit,sed omnia cum ratione & iudicio audit.Et nõ est quidẽ durũ,quod unusquisq̃ fide lium qui credit quidẽ,non tamẽ cum ratione,& cum iudicio credit,ut ita sit constãs in fide,ut etsi mille crimina obijciãt contra Euangelicã fidem uolentes destruere fidẽ nostrã,ut in nulla parte eorum commoueat sermonibus,qui fingens se credere scripturis Euãgelicis,per occasionem unius aut alterius quæstionis aut difficilis,aut forte & indissolubilis,aduersantes scripturis festinant fidẽ Christi & Euangeliorũ eius tollere de anima nostra,introducentes quasdã mirabiles res,& mirabilia dei uirtute cõsummata ad seculares quasdã consuetudines transferre uolentes.Iudicaui igitur bonũ,ut accipiens bonũ ꝓpositũ eorum qui in fide cõstantes esse desiderãt, solutiones criminationũ eorũ,inquãtum mihi ex deo est uirtus,inueniã pro Euangelica ueritate: ut fideles non solum fide simplici,sed etiã ratione fidei muniant in fide.Dicimus ergo quod Matthæus & Marcus non dixerunt defectionẽ solis tunc factã fuisse,sed neq̃ Lucas, secũdum pleraq̃ exemplaria habentia sic:Et erat hora fere sexta,& tenebræ factę sunt super om- Lucæ 23
nem terrã usq̃ ad horã nonam,& obscuratus est sol.In quibusdã aũt exemplaribus non habet,Tenebræ factæ sunt,& obscuratus est sol:sed ita,Tenebrę factæ sunt super omnem terrã sole deficiente.Et forsitan ausus est aliquis quasi manifestius aliquid dicere uolens,pro,Et obscuratus est sol,ponere,deficiente sole,existimans quod nõ aliter potuissent fieri tenebræ,nisi sole deficiente. Puto autẽ magis quod insidiatores ecclesiæ Christi mutauerunt hoc uerbũ,quoniã tenebræ factæ sunt sole deficiente,ut uerisimiliter Euangelia arguí possint secundum adinuentiones uolentium arguere ea. Arbitror ergo:sicut cætera signa quæ facta sunt in passiõe ipsius,in Hierusalẽ tãtummodo facta sunt:sic & tenebræ tãtummodo super omnem terrã Iudæam sunt factæ usq̃ ad horam nonam. Quę aũt dico in Hierusalem tantummodo hæc facta sunt,quod uelum templi scissum est,quod terra cõtremuit,quod petræ diruptæ sunt, quod monumenta aperta sunt.Nec em extra Iudæã,petrę diruptæ sunt,aut monumenta aperta sunt alia nisi ea tantũ quæ in Hierusalẽ erãt,aut forte in terra Iudæa.Nec alia terra tremuit tunc nisi terra Hierusalẽ:nec enim refertur alicubi quod omne elementũ terrę tremuerit in tẽpore

Universidad de Deusto
Biblioteca

illo,ut sentirẽt(uerbi gratia)& qui in Aethiopia erãt,& in India,& in Scythia: quod si factũ fuisset,sine dubio inuenirẽ in historijs aliquibus eorũ q in Chronicis scripserũt noua aliqua facta.Sicut ergo quod dicit: Terra cõtremuit,referẽ ad terrã Hierusalem, aut si latius uoluerit quis extendere ad terrã Iudęam: sic & tenebræ factæ sunt ab hora sexta usq; ad nonã super omnem terrã,intellige quod super omnem terrã Iudææ sunt factę,aut certę super Hierusalẽ tãtũ.Sic ergo qui intelligit,sine culpa intelligit, & nõ magnitudinẽ miraculi ostendere uolẽs,incidat in risum sapientium seculi huius,& magis infidelitatẽ in hominibus sapientibus operetur quã fidem.Dicit aũt aliquis cõtra hęc. Si nõ ex defectione solis factæ sunt tenebræ,tũc super omnẽ terrã Iudæam,& Hierusalem,sed ex altera causa,ostende causam.Cui talia respõdemus.Primũ quidẽ,quod omnino Euãgelistæ nec nominauerunt solẽ in isto loco,sed tantũ quia tenebrę factæ sunt super omnẽ terrã.Si enim tenebrę factæ sunt super omnẽ terrã sole nõ nominato,sine dubio consequens est intelligere quasdã tenebrosissimas nubes, & forte nõ unã, sed multas & maiores cõcurrisse super terrã Iudęam & Hierusalẽ,ad cooperiẽdos radios solis,& ideo ꝓfundæ factæ sunt tenebræ à sexta hora usq; ad nonã. Quomodo aũt factæ sunt in tali loco diximus,ne forte & tenebræ palpabiles in Aegyptũ hoc modo factę fuerũt tribus diebus,non ex solis defectione,siue aũt ex eo quod nubes tenebrosæ concurrerunt in unũ,siue quod aer illic tunc spissior factus est super Aegyptios tantũ. Omnibus enim filijs Israel,sicut testat scriptura,fuerat lumen,in quibus fuerant cõmorati.Nam & impossibile est in solis defectione,quę fit ex cõcursione lunæ ad solẽ,tribus diebus cõtinuis fieri tenebras:& crederẽ aliqua alia tenebrarũ causa fuisse in Aegypto, si uel nominatus fuisset Sol,siue quasi obscuratus in tẽpore illo,nũc aũt scriptu
Exod.9 ra Exodi nihil aliud dicit,nisi quia Moyses extendit manũ suã in cœlũ,& factę sunt tenebræ,& caligo,& cętera super totam terrã Aegypti tribus diebus,& nemo uidit fratrem suũ,neq; surrexit aliquis de lecto suo tribus diebus.Quod aũt dico super omnem terrã Iudęam uel Hierusalẽ,ut non omne elementũ terræ intelligamus, illud est argu-
3.Reg.18 mentũ,ꝙd scriptũ est in tertio libro Regnorũ,ubi Abdias dispẽsator Achab dixit Heliæ: Quid peccaui,ꝙa dedisti seruũ tuũ in manus Achab, ut mortificet me? Viuit deus tuus si est gẽs aut regnũ ubi non misit dñs meus quærere te,& dixi:non est:& cõbussit regnum & regiones eius,quoniã non inueniat te, Quis enim tam lapideus sit legens ista,ut existimet quoniã rex Israel Achab in omnem gentem mundi,& in omne regnũ orbis terræ misit quærens Heliam, & cõbussit ubicunq; dictum est,nõ est Helias? Sed sine dubio exaggeratorie dicta sunt illa,ostendentia ꝙd satis eũ quæsiuit in gentibus, quæ fuerunt circa Iudæam secundum quod potuit requirere.Diximus aũt etiã in alijs locis,quod cum duæ creaturæ generales in sexta die factæ fuissent,primum quidẽ animalia,deinde homo secundum dei imaginẽ factus,cõsequens est ut & dies ille sextus diuisus fuisse intelligat̃ in duas species creaturæ:ut ante sextam quidem animalia intelligant̃ fuisse creata,in sexta aũt hora dixisse dominũ,faciamus hominem ad imaginem nostrã,& fecisse eum tunc.Propter quod conueniebat pro salute eiusdẽ hominis morientẽ,in ipsa hora sexta suspẽdi,ac à sexta hora propter hoc tenebras fuisse factas super omnẽ terram usq; ad nonã.Et sicut Moyse manus extendente in cœlũ factæ sunt tenebræ super Aegyptios seruos dei tenẽtes in seruitute,imago futurarũ tenebrarum quæ cõprehensuræ fuerãt Aegyptios:similiter & Christo in sexta hora manus extendente in cruce ad cœlum super populum qui clamauerat: Tolle de terra hunc,& crucifige,crucifige eum, factæ sunt tenebræ,& ab omni lumine sunt priuati & imago fuit tenebrarum illa futurarũ quæ cõprehensuræ fuerant gentem Iudæam,quia ausi sunt lumini uero manus suas inferre. Vnde ex tunc omnis illa gens tenebris est repleta, sicut
Psal.69 dicit propheta.Obscurent̃ oculi eorũ ne uideant.Item sub Moyse factæ sunt tenebræ, & caligo super omnẽ terrã Aegypti,tribus diebus:& nemo uidit fratrem suũ,neq; surrexit de lecto suo aliquis tribus diebus.Omnibus aũt filijs Israel,erat lumẽ in omnibus locis in quibus cõmorabant̃.Sub Christo aũt tenebrę factę sunt super omnem terram Iudææ tribus horis,lumen aũt fuit super omnẽ reliquã terrã,quod ubicq; illuminat omnem ecclesiam dei in Christo.Et si usq; ad nonã horam tenebræ fuerunt super omnem terram Iudæam,manifestũ est quoniam iterũ lumen eius refulsit: quia cum plenitudo gentium

gentiũ intrauerit,tunc omnis Israel saluus futurus est.Quod aũt tribus horis factę sunt tenebrę super terrã Iudæam,illud ostendit quoniã propter peccata sua priuati sunt à lumine dei patris,& à splendore Christi,& ab illuminatione spiritus sancti. Circa nonã autem horam clamauit Iesus uoce magna, dicẽs. Eli Eli lama zabachthani,hoc est Deus meus,deus meus,ut quid me dereliquisti? Qui aũt illic stãtes erant, & audiẽtes, dicebant,quia Heliam uocat iste.] Digne deo requirendũ est quę fuit illa magna uox Christi,utrũ magna rebus significãtibus magna mysteria,aut magna sensibili & corporali magnæ uocis auditu.Puto aũt quod omnis uox Christi filij dei magna est,& si fuerit lenis:& testat̃ de hoc ipso scriptura in locis maxime illis,in quibus uult erigere audi torẽ,ut transgrediat̃ illud quod multi intelligere possunt in locis, & non manet in eo, quamuis secundũ simplicẽ intellectũ habeo in eo aliquã ueritatẽ,ut intelligere possit aliqua digne ꝓpter magnã domini uocem. Quoniã ergo his uerbis ostendit aliquid esse absconditum magnũ ꝙd clamat ad deũ dicẽs: Quare me dereliquisti? ideo requirẽdum est quid est ꝙd à deo derelictus est Christus.Nec emꝫ fas est credere eum mentiri dicentẽ: Quare me dereliquisti? Et quidã colore religionis pro Iesu,& quia nõ possunt exponere quid sit Christũ derelinqui à deo,arbitrantur & dicunt:uerũ quidẽ est quod dictũ est,tamẽ per humilitatẽ dictum est. Nos aũt uidẽtes eum,qui in forma dei fuerat constitutus,ab huiusmodi magnitudine descendentẽ,& semetipsum exinanientẽ per hoc quod formã serui suscepit,& uidens in his uoluntatem eius qui ad hęc talia eũ misit:intelligimus quoniã quãtum ad illa in quibus fuerat forma dei inuisibilis, & imago secundũ patrẽ,derelictus à patre est,quando suscepit serui formam,& derelictus ꝓ hominibus,ut talia & tanta susciperet,& usq; ad mortẽ ueniret,& mortẽ crucis, quę inter homines turpissima esse uidetur.Extremũ enim dilectionis eius factũ est quando crucifixerũt eum, & posuerunt super caput eius, quasi deridentes eũ, literas dicẽtes: Hic est Iesus rex Iudæorũ.Extremũ aũt dilectionis eius erat & illud,quod inter latrones est crucifixus,& quod prætereuntes blasphemabãt eum mouentes super eum capita sua: & ꝙd principes cum scribis dicebãt: Alios saluos fecit,seipsum non potest saluũ facere.Adhuc aũt & illud,quod etiam latrones improperabant ei in cruce.Ergo manifeste intelligere poteris quid sit quod dicit: Quare me dereliquisti? faciẽs cõparationẽ gloriæ illius quã habuit apud patrem,ad confusionẽ quã contẽnens sustinuit crucẽ. Si emꝫ ille erat sicut sol in conspectu dei,& sicut luna perfecta in æternũ,& erat testis eius fidelis in cœlo,postea aũt & pro quibus dicit: Quare me dereliquisti,superaddit dicẽs: Tu aũt repulisti,& pro nihilo deduxisti,& distulisti Christũ tuum,euertisti testamentũ serui tui,profanasti in terra sanctitatẽ eius,& cætera.Et quandiu quidẽ fuit solis lumẽ etiã tãta & talia sustinẽs,nõ dicebat: Quare me dereliquisti? postquam aũt uidit super omnem terrã Iudæã usq; ad horã nonam tenebras factas,dixit magna uoce sua: Quare me dereliquisti? Illud ostendere uolens per hęc,quoniã uolẽs dereliquisti me pater,& talibus exinanitum calamitatibus tradidisti,ut populus qui fuerat apud te honoratus, recipiat quæ in me ausus est,implẽs mensurã patrum suorũ,& quę super prophetas fecit, ut priuetur à lumine tuæ prospectionis,& efficiatur in tenebris quasi te deo iã nequaquã eis pręsente.Sed & pro salute gentiũ dereliquisti me,ut derelictio Israel fieret gentium salus.Quid aũt tam bonum fecerunt qui ex gentibus crediderũt,ut precioso sanguine meo super terrã effuso ꝓ eis,emerẽ eos à maligno qui tenuerat eos? & quare faciem tuã auertisti,& factus sum conturbatus,ut dicã: Tristis est anima mea usq; ad mortem? Aut quid tale dignũ facturi sunt homines pro quibus patior ista,ut ꝓ eis ego patiar hæc? sicut & ꝓpheta iam ante de hoc ipso prædixit,quasi clamans ad te, & dicens: Quæ utilitas ò pater hominibus facta est in sanguine meo dum descẽdo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis,aut annunciabit ueritatem tuã? Forsitan aũt & uidẽs peccata hominũ pro quibus patiebatur,dicebat: Quare me dereliquisti? ut fierẽ quasi qui colligit stipulã in messe,& sicut ꝙ colligit racemos in uindemia,cũ nõ sit botrio ad mãducandũ primitiua. Et hæc dico,quia perijt timoratus à terra, & ꝙ corrigat inter homines nõ est. Vnde nõ existimes humano more Saluatorẽ ista dixisse propter calamitatẽ quę cõprehenderat eum in cruce. Si enim ita acceperis,nõ eris audiens magnã uocẽ in qua ista locutus est,nec digna uoce diuina requires. Ergo tenebrę quidẽ à

Universidad de Deusto
Biblioteca

sexta hora factæ sunt super omnẽ terram usq; ad nonã: prius aũt quàm finiretur nona, clamauit dominus circa eam uoce magna, dicẽs quæ scripta sunt, quasi postulans ut oriatur sol terræ, soluẽs in ea tenebras trium horarũ, secundum quod tradidimus supra. Quidam aũt illic stãtes, & audiẽtes dicebant, quia Heliã uocat iste. Cętert aũt dicebant. Sine uideamus si uenit Helias, & liberet eum.] Tanq; si audissent quoniã deum uocat, utiq; mirati fuissent orationẽ eius in cruce maiorẽ q̃ fuit oratio Ionæ in utero ceti, & prodificati fuissent, ut etiã in extremis calamitatibus cõstituti orare non desinant deum. Maiorem aũt dico orationẽ Christi fuisse, q̃ Ionę in utero ceti, propter magnitudinẽ rerum quæ demonstranẽ ex ea, & propter magnũ affectũ uolũtariæ passionis eius. Et cõtinuo accurrens unus ex eis accepta spõgia impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere.] Et impleuit prophetiã in se dicentẽ de se: Et dederũt in escã meã fel, & in siti mea potauerũt me aceto. Ideo & secundũ Ioannem cũ accepisset Iesus acetũ cum felle, dixit: Consummatũ est, etiam hoc qd' de me scriptura prędixerat. Lucũ de aũt quis potest uti hoc textu aduersus eos qui maligna uel scripserũt uel scri-
Esa. 10 bunt aduersus Christũ, de quibus dicit Esaias: Væ qui scribunt maligna. Scribẽtes enĩ maligna scribunt. Dico aũt de illis qui conscriptiones aliquas dimiserũt iniquitatẽ in excelsum loquentes: & uteẽ quis hoc textu uidens eos quibusdã auditionib. siue ethnicorum uerborũ, siue barbaricorũ sermonum congregantes, & facientes narrationem quasi spongiã quandam, adimplentes eam nõ de uerbo potabili, neq; uiuo lætificante cor hominis, neq; de aqua refectionis, sed de aliquo cõtrario, & nociuo & non potabili aceto intelligibili: & hanc spongiã imponunt calamo scripturæ suæ, & quantũ ad se, læsiones inferunt Iesu ex huiusmodi potu. Et quidã quidem dant Iesu bibere uinũ cum felle permixtũ, quod non uult bibere Iesus filius dei: alij autem nõ uinum, sed acetum. Et forsitan quanticũq; secundũ doctrinã quidẽ ecclesiasticam sapiunt, uiuũt aũt male, dant ei uinũ bibere felle permixtũ: qui aũt alienas à ueritate sapientias applicant Chri-
Ioan. 19 sto quasi eo ea dicenti, hi spongiã implentes aceto imponunt calamo, & potant eum. Sunt aũt qui & acetũ, & fel sicut Ioannes scribit, offerũt ori eius: & forsitan qui sapiunt tantũmodo male, spongiã implẽt aceto, & imponũt calamo scripturę suę, & potãt eũ qui aũt & sapiunt male de dispensationibus Christi, & uiuunt neqter, hi spongiam plenam ex aceto cũ felle & hyssopo imponẽtes calamo scripturę, offerũt ori eius. Qui aũt neq; uinũ eius bibere uult propter fellis cõmixtionem, multo magis nõ bibet acetum, neq; acetũ felle permixtum. Propterea nos uinũ mundũ ab omni acerbitate & amaritudine, uinum quod lætificat cor hominis, & cor ipsius filij dei, accipientes ex eo ipso saluatore nostro Iesu, qui est uitis uera, potemus eum & discipulos eius, ut dicat de nobis bene potãtibus eum & discipulos eius, sitij, & dedistis mihi potum. Accipiamus & aquã refectionis cũ qua nutrit iustos pastor bonus, ut qui pascunt ab eo dicant, Super aquã refectionis educauit nos. Iesus autem iterum clamans uoce magna emisit spiritum.] Quantũ ad Matthæum quidẽ dicentẽ iterum clamasse Iesum uoce magna, & emisisse spiritũ, non aũt manifestantẽ quę fuerit illa magna qua clamauit iterũ, erat dicere quoniam eandẽ uocem clamauit iterũ quam supra clamauerat dicẽs: Deus deus meus. Lu-
Lucæ 23 cas manifeste scribit, quã uocem clamauit cũ emitteret spiritum, dicens: In manus tuas cõmendo spiritũ meũ. Est intelligere & in isto loco, quòd uox illa quã iterũ clamauit emittens spiritũ fuit ista, In manus tuas cõmendo spiritum meum. Si ergo emittere spiritũ, aut sicut Ioannes scribit tradere spiritũ idipsum erat quod est mori, simpliciter erat intelligendũ quod dicit in hoc loco, emisit spiritum. Nunc aũt cum mortẽ nihil aliud esse definiãt sapiẽtes, nisi separationẽ animæ à corpore, uideamus ne forte aliud est simpliciter mori, aliud aũt magna uoce clamare & emittere spiritũ, sicut prẽsens exponit Matthæus: aut in manus dei cõmendare spiritum, & dimittere spiritũ, secundum quod dicit Lucas: aut inclinare caput & tradere spiritum, sicut Ioãnes exponit. Et mori quidem omniũ hominũ est, etiã malorum, quoniam omnium animæ separant̃ à corpore, etiam iniquorũ, qui dicere non possunt quæ dixit Christus exiens de corpore suo: Magnam aũt uocem clamare, & sic emittere spiritũ, quod est in manus domini commendare spiritum, & sic dimittere spiritum, aut inclinare caput & tradere spiritum, non est nisi tantum sanctorũ qui bonis operibus deum sibi prępararuerunt sicut & Christus, qui

possint

possint exeuntes de mundo fiducialiter in manus dei cõmendare uel tradere spiritum suum. Si ergo intelleximus quid est magnã uocem clamare, & sic emittere spiritum id est in manus dei commendare: sic enim exposuimus supra proferentes expositionem euangelistæ Lucę: si intelleximus quid est inclinare caput, & tradere spiritum, festinemus uitam nostrã seruare, ut in exitu nostro possimus & nos magnam uocẽ clamare, et sic emittere spiritũ, aut inclinare caput & tradere spiritum, sicut Iesus qui inclinauit caput, & quasi supra patris gremiũ illud repausans exijt, qui poterat illud in sinu suo foue-
re, & cõfortare. Quod si uis audire quid profuit Christo magnã uocem clamasse, & sic emisisse spiritũ, id est in manus domini cõmẽdasse spiritũ, & sic emisisse: aut inclinasse Psal. 16
caput super gremium patris, & tradidisse spiritum: audi quod dicit Propheta: Propter hoc enim non derelinquit animã eius in inferno, nec dedit eũ uidere corruptionẽ. Si ergo & nos ita nos gesserimus ut possimus cõmendare spiritus nostros in manus dei, aut inclinare caput super gremiũ dei, & sic tradere spiritũ: sine dubio neq; nostras animas derelinquet in inferno, nec dabit nos in corruptione in perpetuum manere: sed qui illum post diem tertiũ reuocauit ab inferis, & nos reuocabit in tẽpore opportuno: et qui illi donauit, ut nõ uideat caro eius corruptionẽ, nobis donabit, nõ quidẽ ut nõ uideat caro nostra corruptionẽ, sed ut liberetur à corruptione tẽpore opportuno: quoniã ille quidem peccatum nõ fecit, neq; dolus inuentus est in ore eius: nos autẽ iusti erimus, si uel aliquando à peccatis recesserimus. Deinde aũt quoniã iterum uoce magna clamãs & dicens: Pater, in manus tuas cõmendo spiritum meum, emisit spiritum, ideo eo spiritum emittente signa facta sunt super eum, & prodigia testificantia dignitatẽ eius hoc modo. Et ecce uelum tẽpli scissum est in duas partes à summo usq; deorsum.] Quan diu quidem Iesus non susceperat pro hominibus mortem, ipse expectatio gentiũ constitutus, uelum tẽpli interiora templi uelabat: oportebat enim ea uelari, donec ille qui solus ea poterat reuelare, manifesta faceret ea uidere uolentibus, ut per mortẽ Christi Iesu destruentis credentiũ mortẽ, qui liberati fuerint à morte, possint aspicere quæ sunt intra uelum, Quæ aũt fuerint illa non est tẽporis huius exponere, quoniã multã & difficilem interpretationẽ sunt habentia. Conuenit aũt ea exponere in tertio libro Regnorum, & in secundo libro Paralipomenon, in quibus scriptũ est de templo, & de his quę posita sunt intra uelum: hic aũt hoc tantum scriptum est, quia uelum templi conscissum est in duas partes, à sursum usq; deorsum. Quæret aũt aliquis qui nõ negligenter intelligit scripturas, & aspicit duo esse uela, unum quidem interius quod uelat sancta sanctorum, alterum autem exterius siue tabernaculi, siue templi, quæ figuræ erãt tabernaculi sancti, quod præparauit ab initio pater. Quorũ uelorum tẽpli unum scissum est in duas partes, à summo usq; deorsum, quando uoce magna clamans Iesus emisit spiritum: hoc ostendens sicut puto mysteriũ, quoniam in passione domini saluatoris uelũ quod erat à foris, cõscissum est à summo usq; deorsum, ut ab initio mundi usq; ad deorsum, id est usq; ad finem eius, conscisso uelamine mysteria publicentur, quæ usq; ad Christi aduentum rationabiliter fuerãt occulta. Et nisi ex parte cognosceremus, sed iam nunc manifestarentur omnia, adhuc in corpore constitutis dilectis Christi discipulis, utrumq; uelum fuerat conscindendum, id est quod à foris est & interius. Nunc aũt quoniã ad scientiam rerum nouarũ producimur, ideo quod à foris quidem fuerat uelum, interim conscindit̃ à sursum usq; deorsum: ut quando uenerit quod perfectũ est, & reuelata fuerint cætera quæ restabant, tunc auferatur etiam secundũ uelum, ut uideamus etiã quæ intra secundum uelum sunt occultata, ueram arcã testamẽti, & sicut ipsa se habet natura, uideamus Cherubim, & propiciatorium uerũ, & repositionem mannæ in aureo uase, & omnia manifesta atq; maiora illis, quæ per legẽ Moysi fuerãt demõstrata, in quibus dixit deus ad eum: Facias omnia secundũ formã eorum, quæ tibi ostensa sunt in mõte. Ni- Exod. 26
hil ergo est mirũ quod uelum tẽpli cõscissum est, quod interiora uelabat mysteria, ut uideãt discipuli Christi accipiẽtes oculos spirituales, ea quæ nulli ante Iesum fuerãt demõstrata. Nemo enim nisi solus princeps sacerdotũ, quæ fuerant ante uelum secundum uidet. Sed Aaron quidem, & qui ex eo erant, neq; uirtutem, neq; dignitatem habebant reuelare quæ ipsi uidebant alicui alteri: solus autem qui cum iureiurãdo factus est princeps sacerdotũ in æternũ secundũ ordinem Melchisedec, potuit per dispensationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortis suę conscindere uelum tẽpli in duas partes à sursum usq; deorsum, ut uideantur quæ fuerãt intus oculis qui talia possunt uidere. Et terra mota est, & petræ scissę sunt & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorũ dormientium resurrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionẽ ipsius introierunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.] Et terra mota est, id est omnis caro, nouo uerbo, & nouis rebus secundũ Nouum testamentũ, & nouo cantico, & nouis omnibus, atq; cœlestibus uenientibus super terrã, sicut & propheta de hoc ipso in aliquo dicit loco: Cõturbati sunt omnes qui uidebant eos, id est discipulos Christi, & timuit omnis homo. Item per alterum prophetam dns dicit: Adhuc semel & ego mouebo cœlum & terram, & mare, & aridã. Dicentes aũt pauca de motu terræ, non inutiliter iterũ dicamus & de petris scissis in passione domini saluatoris, quæ mysteriũ fuerunt sicut arbitror prophetarũ: manifestatę sunt enim in Christi aduentu lex & prophetæ: propter quod ad dominũ conuertentib. cũ legit Moyses uelamẽ quod positũ erat super cor eorũ tollit, & quod in lectione ueteris testamẽti positũ erat uelamẽ, in Christo aboletur. Apertæ sunt ergo nunc petrę, & scissæ sunt, ut in profundo eorũ posita spiritalia mysteria uideamus. Probamus aũt scissas tunc petras esse prophetas, primum quidẽ ex eo quod Christus dicitur petra spiritalis, & rationis est, omnes imitatores Christi, dici similiter petras esse, sicut & lux mundi dicuntur, ex eo q; ipse dominus eorũ lux est mundi: deinde etiã ex eo quod ipse Petrus à domino petra est appellatus cũ dicitur ei: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum nõ prævalebũt ei. Maxime aũt hoc demonstrat ex eo quod omnes quibus non prævalent portæ inferorũ, qui opus nominis petræ habẽt in se, id est apostoli & prophetæ, petræ sunt ipsi, & sunt fundamẽta eorum qui super eis ædificant, secundũ quod ait apostolus: Superædificati super fundamentũ apostolorũ & prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo domino nostro. Superædificant aũt apost. & prophetis maxime qui sunt de ecclesia immaculata, & apostolos Christi imitant, & prophetas nõ spernũt, sed scrutant etiã eorum scripturas. Nũc & de monumẽtis apertis dicamus. Venit aũt hora secundũ quod promiserat Christus, ut qui in monumentis sunt, audiãt uocẽ filij dei, & uiuãt. Propterea audientib. eis uocẽ filij dei, monumẽta sunt aperta, quę clausa quidẽ fuerũt quãdiu mortui erãt in eis: aperta sunt aũt ut qui resurrexerãt egrediant ex monumentis, nõ ante resurrectionem primogeniti ex mortuis, sed post resurrectionẽ ipsius, & resurgentes derelinquãt quidem monumẽta, ingrediant aũt in ciuitatẽ sanctam, & appareant & manifestent multis uolentibus & potentibus sanctã ciuitatẽ dei uidere, & quæ in ea resuscitata sunt corpora sanctorũ, Monumenta enim dicunt corpora peccatricũ animarũ, id est mortuarũ deo. Cum aũt per gratiã dei animæ huiusmodi fuerint suscitatæ ad fidem, corpora earũ quæ fuerant prius monumenta mortuarũ animarũ, efficiunt corpora sanctarum, & uidentur à seipsis exire, cum desierint esse monumenta mortuarũ animarũ, & cœperint corpora esse sanctarũ. Magna ergo sunt facta ex eo quod magna uoce clamauit Iesus, & emisit spiritũ, & semper hæc eadem magna quotidie fiunt, Velum enim tẽpli ad reuelanda quæ intus habentur, qñ non scindit sanctis à sursum usq; deorsum, & à principio usq; ad finem: quãdo & terra eis qui salute sunt digni nõ mouetur, & tremit, quæ ante Christi mortẽ immobilis erat: quando & petræ secundũ quod tradidimus nõ finduntur: Sic semper & monumẽta aperiuntur, & multa corpora sanctorum quidẽ dormientiũ surgunt, & egrediuntur de monumentis, post resurrectionẽ tamen eius in eis qui mortuus est pro nobis, & sequuntur eum qui resurrexerunt, & in nouitate uitæ ambulant cum eo, Sic & qui digni sunt habere conuersationẽ in cœlis dicentes: Nostra autem cõuersatio est in cœlis, ingrediunt in sanctã ciuitatẽ per singula tẽpora, & lumen eorũ lucet corã hominibus, & multis apparent uidentibus & intelligentibus opera bona ipsorũ, & propterea glorificantibus patrẽ ipsorũ qui est in cœlis. Sed & dicere debemus de istis & sapere, quoniã omnis quidẽ litera euangelij quasi litera uiuificans angelicos, ut ita eos appellem, scribas: spiritus aũt qui supergredit literarũ naturã diuinioribus motibus magis eos illuminat quibus euangeliũ non est uelatũ: omnia enim agunt ut uideant quæ in anima sua per resurrectionẽ Christi fiunt mysteria. Prodificant em̃ quadam prodificatione eum qui credit scripturis, maiori aũt repletur scientia qui uidet quod

Aggæ.2

Matth.16

Ephes.2

conscin-

conscinditur uelũ scripturæ à sursum usq; deorsum, & uidet quæ sunt intra ipsum. Beatus est aũt & cui terra, & omnia terrena mouent: propterea enim & à Christo sunt mota: nec mouebuntur pedes eius nec dicet: Mei autem pene moti sunt pedes. Quanto autem beatior est qui uidet oculis animæ scissas petras, q̃ illi qui tũc corporaliter fieri ista uiderunt? Si aũt quis uidens & monumenta aperta, & corpora multa dormientiũ sanctorũ surgentia, & de monumẽtis egredientia post resurrectionẽ corporis Christi, omnino alienus efficit à monumentis, & domesticus efficit ciuitatis dei ingressus in eam, quanto magis prodificabitur amplius eis, qui corporaliter prodigia ista uiderũt? Satis autem puto distare hunc qui ingreditur in ciuitatẽ sanctam, & apparet multis quia est in ea, ab illo qui secundũ historiã credit & non ascendit à fide simplici ad altiora mysteria. Centurio aũt, & qui cũ eo erant custodientes Iesum, uiso terræ motu, & his quæ fiebant, timuerunt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste.] Marcus aũt sic scribit. Videns centurio qui astabat ibi, quoniã clamãs expirauit, dixit: Vere hic homo filius erat dei. Lucas aũt: Videns Centurio quæ facta sunt, glorificauit deum, dicens: Vere hic homo iustus erat. Secundũ Marcũ quidem: Centurio non quia uelum templi fuerat scissum à sursum usq; deorsum, nec quia alia facta sunt signa, secundum quod refert Matthæus, id est quia mota est terra & quia petræ sunt fissæ, aut aperta sunt monumenta, est ammirans. Dignum est ergo uidere quid postea factum est super illud quod scriptum est apud Marcum ut miraret Centurio dicens: Vere hic homo filius erat dei. Et uide si dicere possumus secundũ unum quidẽ modũ, quoniam miratus est in his quę dicta fuerant ab eo ad deum cum clamore & magnitudine sensuum, secũdum quod capiebat intelligere, suspicans admiratus est, & dixit: Vere hic homo erat filius dei. Secundum alterum aũt modum, quoniã forte præstare uolens Pilatus populo uniuerso qui dixerat: Crucifige, crucifige eum, & timens populi totius tumultum, non iussit secundũ cõsuetudinem Romanorũ de his qui crucifigunt percuti sub alas corporis Iesu: quod faciũt aliquando, qui condẽnant eos, qui in maioribus sceleribus sunt inuenti. Quoniã ergo maiorẽ sustinẽt cruciatũ qui non percutiunt post fixionẽ, sed uiuunt cum plurimo cruciatu, aliquãdo aũt & tota nocte, & adhuc post eam tota die: Iesus ergo cum non fuisset percussus, & sperare diu pendens in cruce maiora pati tormenta, orauit patrẽ, & exauditus est, & statim ut clamauit ad patrem receptus est: aut sicut qui potestatem habebat ponendi animã suã, posuit eam quando uoluit ipse, quod prodigiũ stupuit Cẽturio factum, & dixit: Vere hic homo filius erat dei. Miraculum enim erat quoniã post tres horas receptus est, qui forte biduũ uicturus erat in cruce secundũ consuetudinẽ eorũ qui suspendunt quidẽ, nõ aũt percutiunt: ut uideretur beneficiũ dei fuisse quod expirauit, & meritũ orationis eius magis q̃ uiolentia crucis. Illud etiam quod in sequentibus exponit Marcus, cum Ioseph intrasset ad Pilatũ, & petisset corpus Iesu, hoc ipsum significat. Sic enim dicit, quoniã Pilatus miratus est si iam mortuus esset, & uocans centurionem interrogauit eum si iam mortuus esset: & cũ audisset à cẽturione, donauit corpus eius Ioseph. Si enim cõsuetudo quæ apud Romanos fuerat de crucifixis, atq; percussis, in Christo seruata fuisset, quomodo miratus fuisset Pilatus si iam mortuus est? Vide ergo nisi nouũ demõstrat miraculũ quod iam mortuus erat, & quod uocauit Centurionem Pilatus, & interrogauit si iam mortuus est. Vide aũt nisi huiusmodi cruciatũ fuisse Christi etiã Matthæus ostendit, dicens: Centurio & qui cum eo erant seruabant Iesum. Quare aũt eum seruabant, nisi ut diutius pendens in cruce amplius cruciaretur, neq; interfectus, neq; depositus? Tamen Centurio secundũ Matthęum nõ tantũ dixit de Iesu: Vere filius dei erat iste, sed & timuit eum, terræ motu eum in timorẽ mittente. Forsitan autẽ & experimẽto sciebat, super terræ motus qui in gentibus fiunt, eum terræ motum fuisse: & in hoc stupuit uidens. Et obserua quoniã apud Marcũ ubi Centurio nullũ miraculum uidisse refertur, hominẽ dixit Iesum filium dei: qui aũt conscissione ueli, uel à terræ motu stupuit, hominẽ illum fuisse non dicit, sed filiũ dei. Consentit autẽ nobis ad tractatum quem fecimus de scriptura Marci, etiã sermo cõscriptionis Lucę, quoniã & ipse sic scribit: Vere hic homo iustus erat: apud quẽ nihil aliud dicitur, nisi de uelo. Videns, inquit, quæ facta sunt Centurio glorificauit deum, dicens: Vere iustus erat hic homo. Quoniã aũt tale aliquid factum est in tẽpore condemnationis Christi, & nõ iussit Pilatus

Matth.15

Luc. 23

Marc.15

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pilatus consuetudinem seruare ut percutiatur corpus Christi, manifestat etiã Ioannes hoc modo scribens, quoniã rogauerũt Pilatũ ut frangerentur crura eorum, & tolleren tur. Quid aũt necessariũ fuerat rogare, & preces offerre de hoc, si secundum consuetudinem factũ fuisset? Miserti sunt ergo Iudæi post crudelem cõdemnationẽ eorum, qui quãtum ad existimationem eorũ uiuebant in cruciatu terribili. Et prioris quidem crura fregerũt, similiter & secũdi: Iesus aũt nõ opus habuit intercessionibus eorũ, aut precibus quas obtulerunt Pilato: propter quod uenientes ad Iesum, quoniã iam mortuus erat, crura eius non fregerunt. Aut forte non propter misericordiã hoc fecerunt Iudæi, sed principaliter propter sabbatũ, ut non maneãt corpora super crucẽ in sabbato. Erat enim magnus dies ille sabbati. Hæc tractauimus propterea quod scriptũ est, quod centurio & qui cũ eo seruabant Iesum, & cætera, uidentes terræmotũ, & quæcunq; fiebãt, timuerunt. Verisimile est quod uiderunt quomodo uelum templi cõscissum usq; deorsum, & cętera mysterium ostendentia eorum quæ supra tradidimus, & timuerũt ualde: hoc enim significat quod dicitur ualde, Vide aũt ne forte & moralẽ expositionẽ suscipit sermo hoc modo, quoniã sunt quidã qui suscipiunt Christum & seruant: quasi quando uiderint secundũ quod tradidimus uelũ scindi, & petras sicut exposuimus findi, & monumenta secundũ quod exposuimus aperiri, & corpora mortuorũ sanctorũ exeuntia de monumẽtis, & introeuntia in ciuitatẽ sanctã, id est ecclesiam, adducunt in timorẽ dei, & testimoniũ perhibent quoniã filius dei est qui talia passus est. Et non erit mirũ si confessus fuerat aliquis filium dei, uerbũ & sapientiã & ueritatẽ, & omnia quæcunq; dicitur filius dei. Et laudabilis est, qui non conturbatur in his quæ uidentur contigisse ei more humano, & confiteꝰ quia filius erat dei. Erãt aũt ibi mulieres à longe uidentes, quæ secutæ fuerant Iesum à Galilæa ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorũ Zebedæi.] De istis mulieribus prophetasse referũt Esaiã dicentem: Mulieres uenientes ad spectaculũ uenite: nõ enim est populus habens sapientiã. Vocat enim mulieres quæ fuerãt de longe, & de lõge uidebant Iesum, uocat eas ad uerbũ, ut derelinquãt quidẽ populũ insensatũ & derelictũ, & accedant ad Nouum testamentũ. Beatas aũt arbitror esse mulieres quę ædificant ad beatitudinẽ à spectaculo uerbi & à morte corporis Iesu. Omne enim quod est in Christo, si uere uideatur, beatũ facit uidentẽ. Aspiciunt ergo mortificationẽ corporis Iesu, & modũ quo cũ precibus spiritũ suum cõmendauit patri. Hæ primũ secutæ sunt à Galilæa, & ut audens dicã, utens auctoritate scripturæ dicentis: A Galilæa gentium secutæ sunt, nõ à recta neq; à firma, sed circuitũ quendã habente: hoc enim intelligiꝰ Galilæa, id est uolutatio uel uertigo: quã relinquentes secutę sunt Iesum, nõ otiose, sed facientes quæ mãdabãtur ab eo, & delectabant eum, ministrãtes enim sequebãtur eum. Omnis anima aũt diuisionẽ aliquam gratiarũ, & ipsum dominũ participans, ministrat Iesu ministeriũ simile ministeriis angelorũ, de quibus scriptũ est, quoniã accedentes angeli ministrabant ei. Multæ ergo erant expectantes tunc Iesum: præcipuæ aũt nominatæ sunt, & quasi attentius spectãtes, & amplius ministrantes, & melius sequentes, Maria Magdalena, magis interpretationi nominis patriæ suæ cõueniens quæ Magdalena appellatur. Interpretaꝰ aũt magnificatio locus ille. Et erat hæc Maria Magnalena de magnificatione propter nihil aliud nisi quia secuta fuerat Iesum & ministrauerat ei, & spectauerat mysterium passionis ipsius. Erat aũt inter præcipuas & Maria Iacobi & Ioseph
Marci 15 mater, aut sicut Marcus dicit, Iacobi minoris & Ioseph mater, secundum nomen patriarchæ Iacob supplantatoris fratris sui, & Ioseph super quẽ natũ genitrix dicit: Adiciat mihi dominus filium alterum. Et hęc igitur sequens dominũ, & ministrans, & spectans dispensationem passionis ipsius, quoniam fidelis alicuius fuerat mater, non magni alicuius qualis fuerat patriarcha Iacob, sed minoris, Ioseph alterius. Erat autem inter mulieres & mater filiorum Zebedęi, forsitan aliqua cõsistẽs in mysterio tonitrus propter fidem & uitã sanctam, & quia dominũ sequebatur, & ministrabat, & spectatrix fuerat omniũ quæ gesta fuerant circa eum, quia filij Zebedæi uocati sunt filij tonitrui. Erant enim filij eius Ioannes & Iacobus: ideo Ioãnes audiuit septẽ tronitruũ uerba, quæ quasi eminentiora omni scriptura ut non scriberet accipit mandatũ. Si autẽ oportet opinari, & dicere etiam nomen matris filiorum Zebedæi, dico quoniã hæc ipsa fuerat Salome pacifica

pacifica appellata. Opinatus sum autem hoc uidens apud Matthæũ & Marcũ tres præcipuas mulieres nominatas, de quibus præsens sermo habetur. Et duas quidẽ esse præsens euangelista exponit, Mariam Magdalenam, & Mariam Iacobi: tertiam autẽ dici matrem filiorum Zebedæi. Apud Marcum aũt tertia illa Salome appellatur: & secundum Marcum, quæ secutæ fuerant Iesum à Galilæa, cũ Christo ascenderũt in Hierusalem, Iste est emꝰ finis eorũ qui derelinquũt Galilæam gentiũ, & sequũtur Iesum, ut non solum ascendant in Hierusalem, sed etiã cũ Iesu ascendant in eam. Hoc enim significat quod simul ascendisse referuntur cũ Christo. Cum sero aũt factũ fuisset, uenit quidã homo diues ab Arimathia nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatũ, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.] Qui petit corpus domini à Pilato, nõ qualiscũq; aliquis erat, sed laudabilibus diuitijs diues: & quia decurio cõstitutus, mysteriũ nominis Christi portabat in ueritate, quod est decem: ideo libẽter pro beneficio magno postulauit corpus Iesu à Pilato, & nõ permisit eum pendere in ligno. Propterea laudatur ab euãgelistis quasi iustus: & discipulus fuerat Iesu, & fructus discipulatus sui reddidit forte sicut in multis sic & in corpore Christi, quia expectans erat regnũ dei, sicut docuerat Iesus. Et accepto corpore Ioseph inuoluit in Sindone munda, & posuit ipsum in monumento suo nouo, quod excidit in petra, & aduoluit lapidem magnũ ad ostium monumenti, & abijt.] In sindone munda inuoluit, & in monumento posuit nouo ubi nemo mortuus erat, seruans corpus Iesu ad resurrectionem præcipuam. Puto autem magis munditiã sindo illa habebat ex quo inuolutũ est corpus Christi ꝙ prius: corpus enim Iesu etiã in morte constitutũ, quasi corpus Iesu mundabat omnia quæcũq; tangebat, & magis innouabat monumentũ illud nouum quod fuerat excisum in petra. Et ne existimes quia fortuito scriptũ est, & euentu dictũ est, quoniã inuoluit corpus in sindone munda, & in monumento posuit nouo, & quia monumentum illud erat excisum in petra monumentũ mundũ quod à corpore Iesu mundius erat factum ꝙ fuerat prius quàm ponereꝰ Iesu corpus in eo. Quæres aũt si sunt homines nihil amplius habentes ꝙ corpus Iesu, noui quidem & excisi in petra, & monumentum sunt eius mundum, & ideo salui efficiuntur. Consequenter aũt & alij sunt extra eos qui habẽt Iesum uiuentẽ: & quidam eorum habent Iesum & ante passionem uiuentẽ, quidam autem resurgentẽ à mortuis, quidam secundum quod multis apparet, non habentem speciem neq; decorem. Alij autẽ habent in gloriam reformatũ, alij aũt uident eum ascendentẽ, & sperant cũ eo rapi in nube, ut semper habeant cum ipso. Ergo Matthęus nouũ esse monumentũ conscripsit, & in petra excisum nõ exposuit manifeste. Et quod nouum erat ab omni corpore mortuo manifestauerunt Lucas & Ioannes: quorũ unus quidem dixit, in quo nondum erat aliquis positus: Ioannes aũt in quo nondum aliquis positus erat, plane si nunc ꝙ aliquis positus fuerat ibi, postea autẽ positi sunt: nam quod dicit: In quo nondum aliquis positus erat, caute considerantibus uerbum hoc significatur. Dicimus ergo ne forte simpliciter intelligere debemus hunc locum, quoniã qui dixit: Consepulti sumus Christo per baptismũ, & consurreximus ei, in monumẽto nouo Rom. 6
& intelligibili excisо in petra consepultus est & ipse post Christum cum Christo, & omnes qui consepulti sunt Christo in baptismo ut resurgant cum eo ex nouo monumento primogeniti ex mortuis, & in omnibus primatũ tenentis. Voluit autem Ioseph non lapides multos ad ostium monumẽti, sed unum, & magnũ, & maiorem ꝙ poterat esse insidiantium uirtus, non tamen maiorem ꝙ uirtus erat angeli descendentis de cœlo, & reuoluentis ab eo lapidem, & sedentis super ipsum: quoniam omnia quæ sunt circa corpus Christi Iesu munda sunt & noua, & nõ simpliciter magna, sed ualde omnia magna. Erat autem ibi Maria Magdalena, & altera Maria sedentes contra sepulchrũ.] Post hæc charitas duarum Mariarum, Magdalenæ & matris Iacobi & Ioseph, colligauit eas ad monumentũ nouũ, propter corpus Iesu quod fuerat ibi. Et hoc obserua, quoniam superius duæ istæ Mariæ, & mater filiorum Zebedæi quam existimamus ipsam esse Salomen, de longe spectabant mirabilia quę in passione Christi fiebant, & corpus eius suspensum in ligno. Hic aũt non permanserũt tres: mater enim filiorum Zebedæi non scribitur cum Maria Magdalena, & cũ Maria matre Iacobi & Ioseph simul sedere contra sepulchrũ. Forsitan enim usq; hoc peruenire potuit mater filiorũ Zebedæi: istæ autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

aũt quasi maiores in charitate, neq; his quæ postea gesta sunt defuerũt. Altera aũt die quæ est post Parasceuen, cõuenerunt principes sacerdotũ & pharisæi ad Pilatũ, dicentes: Domine, rememorati sumus quod ille seductor dixit adhuc uiuẽs: Post tertiũ diem resurgã. Iube ergo custodiri sepulchrũ usq; in diem tertiũ, ne forte ueniãt discipuli eius & furentur eũ, & dicant plebi: Resurrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait aũt illis Pilatus. Habetis custodes: ite custodite sicut scitis. Illi aũt euntes munierũt sepulchrũ, signãtes lapidẽ cũ custodibus.] Rationis est interrogare principes sacerdotũ qui uenerunt ad Pilatũ ut dicerẽt hæc quæ dixerũt: Dicite sacerdotes: cũ dixisset Iesus: Soluite tẽplum hoc, & ego in triduo illud suscitabo, ad quod propositũ eũ dixisse putastis: an de solutiõe & resurrectiõe corporis sui: an de tẽpli destructione, & reparatione ipsius? Si eṁ intellexistis sic, quia de resurrectiõe sua ista dicebat, quomodo testimoniũ dantes aduersus eũ dixistis, quoniã hic dixit: Possum destruere tẽplum hoc, & in triduo reædificare illud? Si aũt uere de tẽplo illo nõ intellexistis secundũ quod & testimoniũ præbuistis, unde modo scitis quoniã dixit, post tres dies à mortuis se resurrecturũ? Vide ergo quõ impietas seipsam suis uerbis expugnat. Per hæc enim uerba ipsi testimoniũ suũ illud cõdemnant, quoniã uere intelligẽtes eũ de resurrectione corporis sui illa dicere, & sciẽtes cõuerterũt sermones eius ad destructionẽ & reparationẽ illius insensibilis templi. Adhuc aũt interrogo: Quid dicitis sacerdotes? nempe quia dicebat hominibus: Post tres dies resurgã, et secreto mandabat discipulis suis, ut furentur eum noctu, & dicãt post tres dies, quia surrexit à mortuis. Sed hoc ex hoc ipso incredibile est, post tantos sermões morales quos in populo docuit uniuerso, & post tales & tãtas uirtutes quas ubiq; in omni ludæa ostẽdit, ut falleret discipulos suos uerbis, ut etiã ipsi curarent ista mandantẽ, & ideo nequaq; facerẽt quod mãdabat, maxime propter periculum quod imminebat eis à populo, si cõfiterent eum qui ante modicũ fuerat crucifixus & doctorẽ se habere et Christũ. Si aũt hoc dixisse eũ incredibile est, uide nisi cõsequẽs est, ut sicut prodigia fecit, ut sicut Euangeliũ suũ prædicandũ in toto mundo prædixit, & sicut: Ante præsides & reges stabitis, & sicut Hierusalem destruet ab exercitu: sic & de resurrectione sua prædixit quod ait: Soluite tẽplum hoc, & ego in triduo suscitabo ipsum. Propterea & in præiudiciũ suũ locuti sunt sacerdotes & pharisæi ad Pilatũ dicẽtes, quoniã ille seductor dixit adhuc uiuẽs, quoniã post tres dies resurgã. Adhuc autem uide quoniã quidam uenientes de custodibus in ciuitatẽ nunciauerũt nõ alijs, sed ipsis principibus sacerdotũ omnia quæcũq; fuerant facta, ut ex omni parte inexcusabilis eorum constituat impietas: illi aut nec sic miserrimi acquieuerunt documẽtis tãtis, ut susciperent quia Iesus erat Christus, sed & post omnia hæc malignabantur propter duritiã cordis sui. Sicut induratũ fuerat cor Pharaonis super tantis & talibus prodigijs quæ in Ægypto fuerãt facta: sic & isti sunt indurati, ut congregati cũ senioribus & consiliũ accipiẽtes darẽt pecuniã auaris, ut dicãt, quia discipuli eius ueniẽtes noctu furati sunt eum dormientibus nobis: & qui legebãt in lege: Nõ falsum testimoniũ dices, etiã alios ad falsum testimoniũ inuitabãt, expendentes pecuniã multã, ut milites quidem falsum testimoniũ dicant, propter auaritiã periculis se subdentes si furatum esset corpus Iesu: præsidẽ aũt multo magis placarent, & ei suaderent tantis pecunijs quantis poterat præses placari, siue aũt & precibus, uolẽtes eruere eos de periculis aduersus se ipsos falsum testimonium præbuerunt dicentes, contra disciplinam militarẽ obdormisse se tunc tanto somno, ut discipuli ausi essent: uenire simul & multi, confidentes quoniã milites dormiunt abundantius, & sic furarenṫ corpus Iesu. Et hæc omnia gerebantur ab operantibus cõtrarijs uirtutibus contra Christi doctrinã, existimantibus quoniã poterant extinguere à uita hominũ, de resurrectiõe domini prouidentiã dei, & fidẽ. Et sicut nimia duritia Pharaonis nõ est mollita multis prodigijs factis per Moysen, sic aut amplius duritia cordis istorum non solum factis signis & prodigijs nõ est flexa, sed neq; custodibus nunciantibus crediderunt: qui uenerunt in ciuitatem, & nunciauerũt omnia quæcũq; fuerãt facta. Et Pharaoni quidem dictum est: Ad hoc ipsum te suscitaui ut ostendam in te uirtutem meam & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra: istos autem supportauit magnanimitas dei ut uasa iræ præparata in interitum, fiat salus in gentibus.

Ioan. 2

Exod. 9

Finis tractatuum Origenis in Matthæum.

Prologus

PROLOGVS SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI IN EXPLANATIONEM sancti Lucæ ab Adamantio Origene.

ANTE paucos dies quorundam in Matthæo & in Luca cõmentarios uos legisse dixistis: è quibus alter & sensibus hebes esset, & uerbis, alter in uerbis luderet, in sententijs dormitaret. Quamobrem petistis ut contemptis istiusmodi nugis, saltem Adamãtij nostri in Lucã Homilias sicut in Græco habentur interpreter, molestam rem & tormento simílem, alieno (ut ait Tullius) stomacho & non suo scribere. Quam tamen idcirco nunc faciam, quia sub limiora non poscitis. Siquidem illud quod olim Romæ sancta Blesilla flagitauerat, ut XXXVI Tomos illius in Matthæum, & quinq; alios in Lucã, & XXXIX in Ioannem, nostræ linguæ traderem, nec uirium mearum, nec otij, nec laboris est. Perspicitis enim, quantũ apud me, & auctoritas uestra, & uolũtas ualet. Prætermisi paululum Hebraicarum quæstionum libros, ut ad arbitrium uestrum lucrati operis hæc, qualiacunq; sunt, non mea, sed aliena dictarem, præsertim cum à sinistro oscinem coruũ audiam crocitantem, & mirum in modum de cũctarum auium ridere coloribus, cum totus ipse tenebrosus sit. Fateor itaq; anteq; ille obijciat in his Origenem tractatibus, quasi terum talis luderem, alia sunt uirilia eius, & senectutis seria. Quæ si libuerit, si potuerõ, si dominus ut in latinũ sermonẽ uertam dederit cõmeatum, & prætermissum opus prius expleuero, tunc uidere poteritis, imo per uos Romana lingua cognoscet, quantum boni & ante nescierit, & scire nunc cœperit. Præterea commentarios uiri eloquentissimi Hilarij, & beati martyris Victorini, quos in Matthæo diuerso sermõe, sed una gratia spiritus ediderunt, post paucos dies ad uos mittere disposui, ne ignoretis quantum nostris quoq; hominibus sanctarum scripturarum quondam studium fuerit.

IN PROOEMIVM LVCAE VSQVE AD EVM LOCVM VBI AIT, SCRIBERE TIBI OPTIME THEOPHILE, DICTAE HOMILIAE IN DIEBVS DOMINICIS.

Homilia Prima.

SICVT olim in populo Iudæorum multi prophetiam pollicebãtur, & quidam erant pseudoprophetæ, è quibus unus fuit Ananias filius Agot: alij uero Prophetæ: & erat gratia in populo discernendorum spirituum, per quem alij inter prophetas recipiebantur, nonnulli quasi ab exercitatissimis trapezitis reprobabant: ita & nunc in Nouo testamento multi conati sunt scribere Euangelia, sed non omnes recepti. Et ut sciatis non solum quatuor Euãgelia, sed plurima esse conscripta, è quibus hæc quæ habemus electa sunt, & tradita ecclesiis, ex ipso proœmio Lucæ quod ita cõtexitur cognoscamus. Quoniã quidẽ multi conati sunt ordinare narrationem. Hoc quod ait: Conati sunt, latentẽ habet accusationẽ eorum qui absque gratia spiritus sancti ad scribenda Euangelia prosilierunt. Matthæus quippe, & Marcus, & Ioannes, & Lucas non sunt conati scribere, sed spiritu sancto pleni scripserunt Euangelia. Multi igitur conati sunt ordinare narrationem de his rebus quæ manifestissimè cognitæ sunt in nobis. Ecclesia quatuor habet Euangelia, hæreses plurimas: è quibus quoddã scribitur secundum Ægyptios, aliud iuxta duodecim apostolos. Ausus fuit & Basilides scribere Euangelium, & suo illud nomine titulare. Multi conati sunt scribere, sed & multi conati sunt ordinare: Quatuor tantum euangelia sunt probata, è quibus sub persona domini & saluatoris nostri proferenda sunt dogmata. Scio quoddam Euangelium, quod appellatur secundum Thomã, & iuxta Matthiam, & alia plura legimus ne quid ignorare uideremur, propter eos qui se putant aliquid scire, si ista cognouerint. Sed in his omnibus nihil aliud probamus, nisi quod eccle

Luc. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

sia, id est quatuór tantum euangelia recipienda. Hæc idcirco, quia in principio lectum est: Multi conati sunt ordinare narrationem de his rebus quæ cõfirmatæ sunt in nobis. Illi tentauerunt, atq; conati sunt de his rebus scribere, quæ in nobis manifestissime sunt compertæ. Effectum suum Lucas indicat ex sermone quo ait: In nobis manifestissime sunt ostensę, id est περπληροφορημένων, quod uno uerbo latinus sermo nõ explicat. Certa eñ fide & ratione cognouerat, neq; in aliquo fluctuabat, utrũ ita esset, an aliter. Hoc autem illis euenit, qui fidelissime crediderunt, & id quod propheta obsecrat, consecuti sunt, & dicunt: Confirma me in sermonibus tuis: unde & Apostolus de his qui erãt firmi, atq; robusti, ait: Vt sitis radicati & fundati in fide, Si quis enim radicatus in fide est atq; fundatus, licet tempestas fuerit exorta, licet uẽti flauerint, licet se imber effuderit, non cõuelletur, nec corruet, quia super petram ædificium solida mole fundatũ est. Nec putemus oculis istis carnalibus firmitatem fidei dari, quam mens & ratio tribuit. Infideles quiq; credant signis, atq; portentis, quæ huma acies contuetur: Fidelis uero magis prudẽs atq; robustus, rationem sequatur & uerbum, & sic dijudicet quid uerũ quid ue falsum sit. Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis. In Exodo scriptum est: Populus uidebat uocem dei. Et certe uox auditur potius quàm uidetur, sed propterea scriptũ est, ut ostẽderetur nobis alijs oculis uidere uocem dei, quibus illam aspiciunt qui merentur. Porrò in Euangelio non uox cernitur, sed sermo qui uoce præstantior est. Vnde nunc dicitur: Sicut ab initio tradiderunt nobis, qui à principio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur Apostoli ipsi uiderunt sermonem: non quia aspexerant corpus domini saluatoris, sed quia uerbum uiderunt. Si enim iuxta corpus uidissent Iesum, hoc est dei uidissent sermonẽ, ergo & Pilatus qui cõdemnauit, sermonem dei uidit, & Iudas proditor, & omnes qui clamauerũt, Crucifige, crucifige eum, tolle de terra, talem dei uiderunt sermonem. Sed absit ut quisquã incredulus sermonem dei uiderit. Videre sermonẽ dei, tale est quale saluator ait: Qui uidet me, uidet & patrem qui misit me. Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipsi uiderũt, & ministri fuerunt sermonis. Clàm Lucæ sermonibus edocemur, quòd cuiusdã doctrinæ finis sit ipsa doctrina, alterius uero doctrinæ finis in opere computetur. Verbi gratia. Scientia geometriæ finem habet ipsam tantum scientiam atq; doctrinam. Alia uero scientia est cuius finis opus exigit: uelut in medicina oportet me rationẽ, & dogmata scire medicinæ, non ut tantummodo nouerim quid debeam facere, sed ut faciam, id est ut secem uulnera, uictum moderatũ castigatumq; disponam, æstus febrium in pulsu uenarum sentiam, ut curationibus cyclicis humorum abundantiam siccem, temperem atq; restringam. Quæ si quis tantũ scierit, & non opere fuerit subsecutus, cassa erit eius scientia. Simile quid scientiæ medicinæ & operi, etiã in notitia ministerioq; sermonis est. Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis. Vt ex eo quod dixit: Ipsi uiderunt, doctrinam & scientiam significari, & ex eo quod dixit: Ministri fuerunt sermonis, demõstrari opera cognoscamus. Assecuto à principio. Visum est & mihi assecuto ab initio: Inculcat, ac replicat, quoniã ea quæ scripturus est non rumore cognouerit, sed ab initio ipse fuerit cõsecutus. Vnde & ab apostolo merito collaudatur dicente: Cuius laus in euangelio est per omnes ecclesias. Hoc enim de nullo alio dicitur, & nisi de Luca dictum traditur. Visum est & mihi assecuto à principio omnia diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile. Putat aliquis quod ad Theophilum quempiam euangelium scripserit: omnes qui nos auditis loquentes, si tales fueritis ut diligamini à deo, & uos Theophili estis, & ad uos euangelium scribitur. Si quis Theophilus est, iste optimus & fortissimus est, hoc quippe significantius Græco sermone dicitur κράτιστος. Nemo Theophilus infirmus est. Et quomodo scriptum est de populo Israel quando egrediebatur ex Ægypto quod non fuerit in tribubus eorum infirmus: sic ut audacter loquar, dicam, quod omnis qui Theophilus est, sit robustus, habens fortitudinem robustam à deo tanquam à sermone eius, ut cognoscere possit eorum uerborum quibus conditus est ueritatem, intelligens sermonẽ euangelij in Christo, Cui gloria in secula seculorum, Amen.

Psal.118
Eph.3
Exod.19
2 Cor.8

De eo

De eo quod scriptũ est: Erant aũt iusti ambo in cõspectu dei, ambulantes in omnibus mãdatis, & iustificationibus domini sine querela, Cap. I. Homilia II.

QVI uolunt peccatis suis obtendere aliquam excusationẽ, existimant nullum esse absq; peccato, & utuntur testimonio quod in Iob scriptũ est: Nemo mundus à sorde, ne si unius quidem diei fuerit uita eius super terram. Numerabiles autem menses eius. Cuius sonum tantummodo proferunt, interpretationem penitus ignorantes. Aduersus quos breuiter respõdebimus, quoniam absq; peccato esse in scripturis, dupliciter intelligitur: ut sit alterũ, nunquam omnino peccasse, alterum, peccare desisse. Si igitur aiunt eum absq; peccato dici qui nunquã peccauerit, & nos assentimus nullum esse absq; peccato: quia omnes homines aliquando peccauimus, licet postea uirtutem secuti sumus. Si uero sic intelligũt hominem non esse absq; peccato, ut negẽt quempiã post uitia ita se ad uirtutes referre, ut nunquam omnino peccet, falsa eorũ sententia est. Potest enim fieri, ut qui ante peccauerit, & peccare desierit, sine peccato esse dicatur. Sic & dominus noster Iesus Christus exhibuit sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam: nõ quia ecclesiasticus uir nunq; habuerit maculam, sed quia nequaquam ultra maculetur, non habentem rugam, non quod ruga ueteris hominis in eo aliquando non fuerit, sed quod eam habere desierit. In hunc modum & illud quod sequitur est intelligẽdum, ut sit sancta & immaculata, non quod à principio immaculata fuerit: hoc eñ suspicari quidẽ de homine nõ potest, quod anima eius maculosa nõ fuerit: sed q̃d reputeẽ pura atq; syncera, quæ maculari ultra desierit. Hæc idcirco diximus, ut doceremus posse hominẽ ob id quod peccare desiuit, uocari absq; peccato, & immaculatum. Vnde & manifestissimè de Zacharia & Elizabeth scribitur: Erant iusti ambo in conspectu dei ambulantes. In omnibus autem erant iusti ambo ante dominũ, incedentes in mãdatis & iustificationibus domini sine querela. Diligẽtius laudes Zachariæ & Elizabet, quas sanctus Lucas in sua scribit historia, contemplemur: non tantum ut sciamus illos fuisse laudabiles, sed ut sanctũ zelum assumentes, etiam ipsi laude digni efficiamur. Potuerat simpliciter scribere, erãt iusti ambo ambulantes in omnibus mandatis: nunc autem necessario additur, iusti ambo in conspectu dei. Potest quippe fieri ut sit aliquis iustus in conspectu hominum, sed in conspectu dei non. Verbi gratia, quando non habet homo quod de me male loquatur, & in me uniuersa considerans nihil cui detrahat reperit, iustus sum in cõspectu hominum. Finge omnes de me æqualem habere sententiã, & quærere quid detrahãt mihi, & tamen inuenire non posse, sed cõsono me ore laudare, iustus sum in conspectu homínum plurimorũ: uerum hominum non est certum iudiciũ. Nescíunt enim utrum in abscondito cordis mei aliquãdo peccauerim, utrũ uiderim mulierẽ ad cõcupiscendum eam, & adulteriũ mihi in corde sit natum. Ignorant homines cum me uiderint secundũ uires meas eleemosynã facere, utrum propter mandatum dei fecerim, an hominũ laudem fauoremq; quæsierim. Difficilis res est in cõspectu dei iustum esse, ut nõ ob aliam causam quid boni facias nisi propter ipsum bonum, & deũ tantũ quæras boni operis retributorem. Tale quid & Apostolus loquitur. Quorũ laus non ex hominibus, sed ex deo est. Beatus qui in cõspectu dei iustus est atq; laudabilis. Homines enim quãuis certum iudiciũ habere uideantur, tamen non possunt ad líquidũ pronũciare. Euenit quippe interdum, ut laudent eum qui non est laudabilis, & ei detrahant qui minime detractione dignus est. Solus deus & in laude & in uituperatione iustus est iudex. Vnde dighè & nunc additur in laude iustorũ: Erant iusti ambo in cõspectu dei. Tale quid & Salomon in Prouerbijs cohortatur dicens: Fili, prouide bona in cõspectu dei & hominũ. Sequitur Zachariæ & Elizabet alia laudatio. Ambulantes in omnibus mandatis & iustificationibus domini. Quãdo bene & recte de aliquibus iudicamus, in iustificationibus domini gradimur. Quãdo hoc aut illud facimus, in mãdatis illius ambulamus. Vnde puto & sanctũ Lucã uolentem eos prædicare laude perfecta, dixisse: Erãt iusti ambo, ambulantes in omnibus mandatis & iustificationibus domini. Dicat mihi quispiã: Si laus ista perfecta est, quid sibi uult hoc quod dicitur, sine querela? Sufficiebat eñ dicere, ambulantes in omnibus uijs & iustificationibus domini, nisi posset fieri ut ambulet quis in omnibus mandatis dei, & tamen sine querela nõ ambulet. Et quomodo po-

Rom.2
Prou.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

teſt euenire,ut in omnibus mandatis & iuſtificationibus dei ambulans ſub querela ſit: Cui breuiter dicam. Niſi hoc ita eſſet, nunquam in alio loco noſceremus ſcriptũ referri: iuſte id quod iuſtum eſt ſequere. Niſi enim eſſet iuſtum aliquid quod nõ iuſte ſequeremur, nequaquam nobis præciperetur, ut iuſte id quod iuſtum eſt ſequeremur. Quando enim facimus mandatum dei, & in conſcientia noſtra uanæ gloriæ ſordes reſpergimus, ut placeamus hominibus, aut alia quęcunq; non placet deo boni operis cauſa præcedit, quamuis faciamus præceptum dei, tamen illud abſq; querela nõ facimus, & iniuſte id quod iuſtum eſt ſequimur. Difficile ergo eſt ambulare in omnibus mãdatis & iuſtificationibus domini ſine querela, ſecundum teſtimonium & laudem dei in Chriſto Ieſu. Quæ laus reddenda eſt in die iudicij ab eo, cui omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal eius, ut recipiat unuſquiſq; quæ per corpus geſſit, ſiue bona, ſiue mala. Omnes enim ſtabimus ante tribunal dei, ut recipiamus quod meremur in Chriſto Ieſu. Cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

De eo quod ſcriptũ eſt: Apparuit ei angelus domini ſtans à dextris altaris accenſi. Cap. I. Homilia III.

Q VAE corporalia ſunt, & ſenſu carent, ut uideãtur ab alio, ipſa nihil efficiunt, ſed tantũmodo oculus alterius intentus in ea, ſiue uoluerint illa, ſiue noluerint, uidet quando in ea contemplationẽ direxerit. Quid enim poteſt homo, aut alia res quæ circundatur corpore craſſo, cũ in præſenti fuerit, facere ne cernat? Ecõtrario ea quæ ſunt ſuperna & diuina, ea cũ in præſenti fuerint nõ uidentur niſi ipſa uoluerint: & in uoluntate eorũ eſt uideri uel nõ uideri. Gratia dei fuit ut appareret Abrahã, uel cæteris prophetis: nõ quod oculus tantũ cordis Abraham in cauſa fuerit ut cerneret deũ, ſed quod gratia dei ultro ſe aſpiciendã præbuerit uiro iuſto. Hoc aũt non ſolum ſuper deo patre intelligas, ſed etiam ſuper domino ſaluatore, & ſuper ſpiritu ſancto, & ut ad minora peruenią, ſuper Cherubim & Seraphim. Fieri eñ poteſt, ut & nunc nobis loquentibus aſſiſtat angelus, & tamẽ quia nõ meremur eum uidere nequeamus. Quamuis enim oculus ſiue corporis, ſiue animæ noſtræ ad contemplandũ intendat, niſi ſponte apparuerit angelus, & ſe uidendũ præbuerit, & ille qui uere deſiderat non uidebit. Itaq; ubicunq; ſcriptũ fuerit, apparuit deus illi, uel illi, ut & nunc: Apparuit ei angelus domini ſtans à dextris altaris incenſi, ita ut dixi, intellige. Siue deus, ſiue angelus Abrahæ uel Zachariæ cum uoluerit uel noluerit, aut non uidebitur, aut uidebitur. Et hoc nõ tantũ in præſenti ſeculo dicimus, ſed etiam in futuro cum migrauerimus è mundo, quod non omnibus uel deus, uel angeli appareant, quod ſcilicet & angelos & ſpiritũ ſanctum & dominũ ſaluatorẽ & ipſum deum patrem, is qui de corpore exierit ſtatim mereatur uidere: & ille tantũ uidebit qui mundum habuerit cor, et talem ſe præbuerit ut dignus dei ſit aſpectu. Et quamuis in eodem loco ſit qui mũdo corde eſt, & is qui adhuc aliqua ſorde reſpergitur, unus locus nec nocere quempiam poterit, nec iuuare: quia qui mundum cor habuerit deum uidebit: qui autem talis fuerit, id quod alij cernunt non uidebit. Tale quid mihi intelligendũ & de Chriſto, qui quondam in corpore uidebatur, quod non quicunq; eum uidebant poterant uidere. Videbant quippe tantum corpus illius: ſecũdum uero hoc quod Chriſtus erat, eum uidere non poterant. Porro diſcipuli eum uidebant, & magnitudinem diuinitatis illius contemplabantur. Propter quod puto & ad Philippum deprecãtem atq; di-
Ioan.4 centem: Oſtende nobis patrem & ſufficit nobis, reſpondiſſe ſaluatorẽ: Tanto tempore uobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe qui uidet me, uidet & patrem. Nec enim Pilatus qui uidebat Ieſum intuebatur patrẽ, nec proditor Iudas: quia nec ipſe Pilatus, nec Iudas Chriſtum ſecundum hoc quod erat Chriſtus uidebant, nec multitudo quæ coarctabat eum. Illi tantum uidebant Ieſum, quos aſpectu ſuo dignos eſſe ſciebat. Laboremus ergo & nos, ut & impræſentiarũ nobis deus appareat. Sanctus quippe ſcripturarum ſermo promiſit, quod inuenietur ab his qui non tentant eum, apparet autem his qui nõ ſunt increduli in eũ: & in futuro non abſcondaẽ à nobis, ſed uideamus eum facie ad faciẽ, & habeamus fiduciã bonæ uitæ, fruamurq; cõſpectu omnipotẽtis dei in Chriſto Ieſu, & ſpiritu ſancto: cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia

Homilia Quarta, de eo quod ſcriptũ eſt: Ne timeas Zacharia, uſq; ad eum locum ubi ait de Ioanne: Præcedet coram ipſo in ſpiritu & uirtute Heliæ. Cap. I. Homilia IIII.

Z ACHARIAS cum angelũ uidiſſet, expauit. Noua quippe facies humanis obtutibus ſe præbens turbat mentẽ, animumq; conſternat. Vnde angelus ſciens hanc eſſe humanã naturam, primũ perturbationi medetur dicẽs: Noli timere Zacharia: & trepidantem refocillat, nouoq; lætificat nuncio inferens: Exaudita eſt oratio tua, & uxor tua Elizabet pariet filium, & uocabis nomen eius Ioannẽ, & erit tibi gaudium & exultatio. Quando iuſtus quis oritur mundo, & ſtadium huius uitæ ingreditur, miniſtri natiuitatis eius lætantur, & ſe efferunt in ſublime. Quando uero ille naſcitur qui malæ uitæ præparatus eſt, & quaſi ob pœnas in ergaſtulum relegatus, miniſter conſternatur & concidit. Vis exemplum accipere ſancti uiri cuius omis fructus in laude ſit? Vide Iacob duodecim genuiſſe mares, qui omnes populi dei & partis illius patriarchæ & principes extiterũt: in his omnibus Iacob lætabatur pater, ſicut & nunc de Ioannis natiuitate cunctis gaudium nunciatur: & qui ſemel ob utilitatem aliorum ad liberorum opera deſcenderit, & ſe uoluerit huic miniſterio mancipare, obſecret deum ut talis ei filius ingrediatur ſeculum, ſuper cuius natiuitate lætior ſit. Scribitur ergo de Ioanne: Erit magnus in conſpectu domini. Magnitudinem animæ Ioannis oſtendit, quę oculis dei pateat: & aliquid minus, quod proprie in animæ uirtute conſpicitur. Ego ita intelligo & illud quod in euangelio dicitur: Nolite contemnere unum de minimis iſtis qui in eccleſia ſunt. Minimus ibi ad diſtinctionem maioris intelligitur. Non mihi præcipitur, ut eum qui grandis eſt contemnã, quia non poteſt contemni ille qui grandis eſt: ſed dicitur mihi, ne contemnas unum ex minimis. Vt autem ſcias quod minimus & paruus non fortuitu dicatur, ſed cum ea ratione quam poſuimus, ſcriptum eſt: Quicunq; ſcandalizauerit unum de minimis iſtis. Minimus ſcandalizatur, grandis non poteſt ſcandalum ſuſtinere. Sequitur de Ioanne: Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc de utero matris ſuæ. Et natiuitas Ioannis plena mira culo eſt. Quomodo enim domini noſtri ac ſaluatoris aduentum archangelus nunciauit, ita & Ioannis ortum archangelus nũciat. Spiritu ſancto replebitur adhuc de utero matris ſuæ. Populus Iudæorũ facientem dominũ noſtrum ſigna atq; portenta, & curantem infirmitates eorum, nequaquam uidebat: Ioannes uero adhuc in utero matris conſtitutus exultat, etenim non poteſt, & ad aduentum matris Ieſu de utero geſtit erumpere. Ecce eñ, ait Elizabet, ut facta eſt ſalutatio tua in aures meas, exultauit in gaudio infans in utero meo. Adhuc in matris utero erat Ioannes, & iam ſpiritum ſanctum acceperat. Non enim illud principium erat ſubſtantię eius, atq; naturæ, de qua ſcriptura loquitur, quod plurimos filiorum Iſrael conuertet ad dominum deum ipſorum. Ioannes plurimos conuertit, dominus autem non plures, ſed omnes. Hoc opus illius, ut omnes conuertat ad deum patrem. Et præcedet corã ipſo in ſpiritu & uirtute Heliæ. Non ait in anima Heliæ, ſed in ſpiritu & uirtute Helię. Fuit in Helia uirtus, & ſpiritus ſicut in oñibus prophetis, & ſecundum diſpenſationem corporis in ipſo quoq; domino ſaluatore, de quo poſt paululum ad Mariã dicitur. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Spiritus ergo qui fuerat in Ioanne, & uirtus quæ in illo erat, in hoc quoq; apparuit. Ille translatus eſt, hic uero præcurſor domini fuit. Et mortuus eſt ante eum, ut ad inferna deſcendens illius prædicaret aduentũ. Ego puto, quod ſacramentum Ioannis uſq; hodie expleatur in mundo. Quicunq; crediturus eſt in Chriſtum Ieſum, præcurrit antè ſpiritus & uirtus Ioannis ad animam illius, & præparat domino populum perfectum, & in cordis aſperitatibus planas facit uias, et dirigit ſemitas parare domino plebem perfectam. Non illo tantum tempore præparatæ ſunt uiæ, & directæ ſemitæ ſed uſq; hodie aduentũ domini ſaluatoris ſpiritus Ioannis uirtusq; præcedit. O magna myſteria domini, & diſpenſationis eius. Angeli præcurrunt Ieſum: Angeli quotidie aut aſcendunt, aut deſcendunt ſuper ſalutem hominum, in Chriſto Ieſu, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Matt.18

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eo quod Zacharias obmutuit. Cap. 1. Homilia V.

ZACHARIAS ſacerdos cũ in tẽplo offerret incenſum, ſilentio cõdemnat, & retinetur, imò tantũ nutibus loquitur, & mutus uſq; ad ortũ Ioānis filij perſeuerat. Quo hæc tendit hiſtoria? Silentiũ Zachariæ ſilentiũ prophetarũ eſt in populo Iſrael. Nequaq; loquitur eis deus, & ſermo qui à principio erat apud patrẽ deus, ad nos trāſiit, nobisq; non tacet Chriſtus, apud illos uſq; hodie ſilet: quãobrẽ & Zacharias propheta tacuit. Manifeſtiſſimè ex ſermonibus ipſius cõprobatur, quod & propheta fuerit & ſacerdos. Quid uult aũt hoc quod ſequitur, Annuebat eis, et damnũ uocis nutibus compenſabat? Ego puto talia eſſe opera abſq; ſermone, quæ ratione nihil nutibus differũt. Vbi uero ratio & ſermo præceſſerit, & ita opus fuerit ſubſecutũ, non debent exiſtimari ſimplices nutus qui ornãtur ſermone, aut ratione. Si igitur uideris conuerſationem Iudæorum ſine ratione atq; ſermone, ita ut non queant eorum quæ agunt rationem reddere, intellige quod tunc in Zacharia præceſſit, in imagine ipſius hucuſq; compleri. Circumciſio eorum nutibus ſimilis eſt. Niſi enim circunciſionis ratio reddatur, nutus eſt circumciſio & opus mutum. Paſcha & aliæ ſolẽnitates nutus magis ſunt q̃ ueritas. Vſq; hodie populus Iſrael ſurdus & mutus eſt: neq; poterat fieri, ut non ſurdus eſſet & mutus, qui à ſe ſermonem abiecerat. Et olim quidem Moyſes loquebaṫ, Ego aũt alogos ſum: quod licet Latinus aliter expreſſerit, tamẽ proprie trāsferri poteſt abſq; ſermone ſiue ratione: & poſtq̃ hoc ait, accepit rationẽ & ſermonẽ, quẽ cõfeſſus fuerat ſe antea non habere. Populus aũt Iſrael priuſquam legem acceperat, abſq; ratione & ſermone quodam modo mutus erat: dein de accepit ſermonem, cuius imago fuit Moyſes. Iſte igitur non confitetur modo quod tunc confeſſus eſt Moyſes, eo quod ſit mutus & alogos, ſed nutibus & ſilentio indicat ſe nõ habere ſermonem, & nõ habere rationẽ. Nónne tibi uideṫ cõfeſſio eſſe ſtultitiæ, quando nullus eorũ poteſt legalium præceptorũ, & prophetici uaticinij rationẽ reddere? Ceſſauit Chriſtus eſſe in eis, reliquit eos ſermo, cõpletum eſt illud quod in Eſaia ſcribitur: Relinquetur filia Sion ſicut tabernaculũ in uinea, & ſicut cuſtodia in cucumario, ut ciuitas quæ expugnaṫ. Quibus relictis ſalus translata eſt ad nationes, ut illi cõcitentur ad zelum. Intuentes ergo diſpenſationem & arcanũ dei, quomodo Iſrael abiectus ſit in ſalute noſtra, cauere debemus ne forte & illi noſtri cauſa eiecti ſint, & nos maiori ſupplicio digni ſimus, propter quos & alij derelicti ſunt, & nos nihil dignũ adoptione dei & eius clementia fecerimus, qua adoptauit nos, & in ſuos filios reputauit, in Chriſto Ieſu. Cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Exod. 14

Eſa. 1

De eo quod ſcriptũ eſt: Cum autem concepiſſet Elizabet abſcondebat ſe: uſq; ad eum locum ubi ait: Hic erit magnus. Cap. 1. Homilia VI.

QVANDO concepit Elizabet abſcondebat ſe menſibus quinq; dicens: q̃a ſic mihi fecit dñs in diebus quibus reſpexit auferre opprobrium meum in hominibus. Quæro quam ob cauſam poſtq̃ intellexit ſe eſſe prægnantẽ, publicũ declinarit? Ni fallor hoc eſt etiã quod hi q̃ nuptijs copulati ſunt non oñe tẽpus coitus liberũ inter ſe habẽt, ſed eſt tẽpus quando recedũt ab opere nuptiarũ. Si eñ uir ſenex fuerit & mulier anus, pudoris eſt maximi ſeruire eos libidini, ſeruire cõiugio, quæ uel curæ corporis & ſenectæ eſſe dei uidentur uoluntate ſublata. Hæc autem quæ ad ſermonem angeli & diſpenſationem dei rurſum fuerat uiro copulata, erubeſcebat quod anus & penè decrepita ad opus iuuenũ reuertiſſet. Vnde & abſcondebat ſe menſibus quinq; : non uſq; ad nonum menſem, donec partus ingrueret, ſed uſquequo conciperet Maria. Quando enim illa concepit, & uenit ad eam, & facta eſt ſalutatio in aures eius, exultauit in gaudio infans in utero Elizabet, & prophetauit ſpiritu ſãcto plena, & locuta eſt quæ euãgelicus ſermo deſcribit. Et diffamatæ ſunt per omnẽ montanã uerba hæc. Quando enim in populo rumor egreſſus eſt habere eam in utero prophetã, & aliquid maius eſſe homine qui geſtabatur à uirgine, tunc non abſcondit, ſed tota libertate ſe prodit, & exultat ſe habere præcurſorẽ in utero ſaluatoris. Deinde ſcriptura cõmemorat, quod menſe ſexto conceptus Elizabet, miſſus ſit angelus Gabriel à deo in ciuitatẽ Galilææ, cuius nomẽ Nazareṫ, ad uirginem deſponſatã uiro, cui nomen Ioſeph de domo Dauid, & nomẽ uirginis Maria. Rurſum in mea mẽte uoluens quæro quare deus cũ ſemel ſaluatorẽ iudicaret naſci ex uirgine, non elegit puellã abſq; ſponſo, ſed eam potiſſimũ quæ iam fuerat deſpõſata. Et niſi fallor hæc cauſa eſt. Debuit de ea uirgine naſci, quæ nõ ſolũ ſpõſum haberet, ſed, ut Matthæus ſcribit, iam uiro tradita fuerat, licet eã uir necdũ noſſet, ne turpitudinẽ uirginis habitus ipſe monſtraret, ſi uirgo uideretur utero tumenti. Vnde elegãter in cuiuſdam martyris epiſtola ſcriptũ reperi, Ignatium dico epiſcopum Antiochię poſt Petrũ ſecũdum, qui in perſecutione Romæ pugnauit ad beſtias, Principem ſeculi huius latuit uirginitas Mariæ: latuit propter Ioſeph, latuit propter nuptias, latuit quia habere uirũ putabatur. Si enim non habuiſſet ſponſum & putabaṫ uirum, nequaquam potuiſſet principi mundi huius abſcondi. Statim enim cogitatio diaboli tacita ſubrepſiſſet: Quomodo iſta quæ non concubuit cum uiro prægnans eſt? Debet iſte cõceptus eſſe diuinus, debet aliquid humana natura eſſe ſublimius. Ecõtrario diſpoſuerat Saluator, diſpenſationem ſuam, & aſſumptionem corporis ignorare diabolum: unde & in generatione ſua celauit eam: & diſcipulis poſtea præcipiebat, ne manifeſtũ eũ facerẽt. Et cũ ab ipſo diabolo tentaretur, nuſquã confeſſus eſt dei ſe eſſe filium, ſed tantummodo reſpondebat, Non oportet ut adorẽ te, nec ut lapides iſtos panes faciam, ut me de alto præcipitem. Et cum iſta diceret, tacuit ſemper ſe eſſe filium dei. Quære & in alia ſcriptura, & reperies uoluntatis Chriſti fuiſſe, ut aduentũ filij dei diabolus ignoraret. Apoſtolus enim paſſionẽ eius aſſerẽs neſciſſe contrarias fortitudines, ait: Sapientiam loquimur in ter perfectos, Sapientiam aũt nõ ſeculi huius, neq; principũ ſeculi huius qui deſtruuntur, ſed loquimur dei ſapientiã in myſterio abſconditam, quam nullus principũ huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Abſconditum igitur fuit à principibus ſeculi myſterium Saluatoris. Quod aũt econtrario obij̃ci poteſt, ſoluendum mihi uidetur antequã ab alio proponatur, qua ratione quod principes huius ſeculi latuit, dæmonẽ non latuit eum præſertim qui in Euãgelio loquebatur, ueniſti ante tempus torquere nos, ſcimus te qui ſis filius dei. Sed conſidera, quia minor in malitia nouerit Saluatorẽ: qui uero maiòr eſt in ſcelere, & uerſipellis, & nequã, ex eo ipſo quod in malo maior eſt, impediṫ noſſe filium dei. Nos quoq; ipſi ſi minus habuerimus mali, facilius poſſumus ad uirtutẽ procedere. Si uero magis in nobis fuerit mali, ingenti labore ſudandum eſt, ut maiori malitia liberemur. Hæc de eo quod ſponſum habuerit Maria. Quia uero angelus nouo ſermone Mariam ſalutauit, quẽ in omni ſcriptura inuenire nõ potui, & de hoc pauca dicenda ſuut. Id enim quod ait: Aue gratia plena, quod Græce dicitur κεχαριτωμένη, ubi in ſcripturis alibi legerim nõ recordor: ſed neq; ad uirum iſtiuſmodi ſermo eſt, ſalue gratia plene. Soli Marię hęc ſalutatio ſeruatur. Si enim ſciſſet Maria & ad aliũ quẽpiã ſimilem factũ eſſe ſermonem, habebat quippe legis ſcientiam, & erat ſancta, & prophetarũ uaticinia quotidiana meditatiõe cognouerat, nunquã quaſi peregrina eam ſalutatio terruiſſet. Propter quod loquiṫ ei angelus: ne timeas Maria, inueniſti enim gratiã coram domino. Ecce concipies in utero & paries filium, & uocabis nomen eius Ieſum. Is erit magnus & filius altiſſimi uocabitur. Dicitur & de Ioanne, erit magnus: & hoc ipſum Gabriel angelus cõteſtatur: ſed quãdo uenit Ieſus uere magnus, uere ſublimis, ille qui prius magnus fuerat minor eſſe cœpit. Ille enim (inquit) fuit lucerna ardens & lucens, & uos uoluiſtis ad horã exultare in lumine eius. Magnitudo Saluatoris noſtri nõ tunc apparuit quãdo natus eſt, ſed nunc poſtquam oppreſſa ab aduerſarijs uidebatur, emicuit. Vide magnitudinẽ domini: in omnem terrã exiuit ſonus doctrinæ eius, & in fines orbis terrarum uerba illius. Dominus noſter Ieſus, qui uirtus eſt dei, in omnem diffuſus eſt orbem, & impręſentiarum nobiſcum eſt, iuxta illud quod in Apoſtolo legitur, Congregatis uobis & ſpiritu meo cum uirtute domini noſtri Ieſu Chriſti. Virtus domini Saluatoris & cũ his eſt qui ab orbe noſtro in Britannia diuidũtur, & cum his qui in Mauritania, & cum uniuerſis qui ſub ſole in nomine eius crediderunt. Vide ergo magnitudinẽ Saluatoris quomodo in toto orbe diffuſa ſit, & certe necdum eius ueram magnitudinẽ expoſui. Aſcende de cogitatione in abyſſos, & uidebis eum etiam illuc deſcendiſſe. Qui enim deſcẽdit,

1. Cor. 3

Matt. 4

1. Cor. 2

1. Cor. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse est & qui ascēdit, ut impleret omnia, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriū, & infernorum. Considera uirtutē domini q̄d impleuerit mundum, id est cœlestia, terrestria, & infernalia, quomodo & cœlum ipsum penetrauerit, & in superna ascēderit. Legimus enim, quod pertransierit cœlos filius dei. Si hæc uideris, pariter intueberis non trāsitorie dictū, Magnus erit, sed uerbum opere completū. Magnus est dominus noster Iesus, & præsens, & absens, tribuitq̄ consortium fortitudinis suæ huic cœtui nostro atq̄ conuentui: quod ut & singuli mereamur accipere, deprecemur dominum deum, Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo q̄d scriptum est, Exurgens autem Maria cum festinatione uenit in montana, usq̄ ad eum locum, ubi ait: Erit consummatio eorū quæ dicta sunt. Cap. I. Homilia VII.

MELIORES ad deteriores ueniunt ut eis ex aduentu suo aliquid tribuant emolumenti. Sic & Saluator uenit ad Ioānē, ut sanctificaret baptisma illius: & Maria statim ut audiuit angelū nunciantē, quòd conceperit Saluatorem, & q̄d cognata illius Elizabet haberet in utero, cōsurgens cum festinatione uenit in montana, & ingressa est domum Elizabet. Iesus uero qui in utero illius erat, festinabat adhuc in uētre matris Ioannem positum sanctificare. Denicq̄ antequam ueniret Maria, & salutaret Elizabet, non exultauit infans in utero: sed statim ut Maria loquuta est uerbū, q̄d filius dei in uētre matris suggesserat, exultauit infans in gaudio, & tunc primū præcursorem suum prophetā fecit Iesus. Oportebat quoq̄ Mariam cum dei prole dignissima, post alloquiū dei ad montana conscendere, & in sublimioribus cōmorari. Vnde & scriptum est. Cōsurgens Maria in diebus illis, uenit in montana. Debuerat etiā cum esset solicita non pigra, properare solicitudine, & spiritu sancto plena ad sublimiora perduci, & uirtute dei protegi, à qua fuerat obumbrata. Venit ergo in ciuitatē Iudæ, & in domū Zachariæ, & salutauit Elizabet. Factū est cum audisset salutationē Mariæ Elizabet, exultauit infans in utero eius, & repleta est spiritu sancto. Non est itaq̄ dubiū quin quæ tunc repleta est spiritu sancto, propter filium sit repleta. Neq̄ enim mater primum spiritum sanctum meruit, sed cum Ioannes adhuc clausus in utero spiritū sanctum recepisset, tunc & illa post sanctificationē filij repleta est spiritu sancto. Poteris hoc credere, si simile quid etiam de Saluatore cognoueris. Inuenitur beata Maria sicut in aliquantis exemplaribus reperimus, prophetare. Non enim ignoramus, quod secundum alios codices, & hæc uerba Elizabet uaticinetur. Spiritu itaq̄ sancto tunc repleta est Maria, quando cœpit in utero habere Saluatorem. Statim enim ut spiritū sanctum accepit, dominici corporis conditorem, & filius dei esse cœpit in utero, etiā ipsa cōpleta est spiritu sancto. Exultauit ergo infans in utero Elizabet, & repleta est spiritu sancto, & clamauit uoce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres. Debemus in hoc loco ne simplices quiq̄ decipiantur, ea quæ solent opponere hæretici, confutare. In tantam quippe nescio quis prorupit insaniā, ut assereret negatam fuisse Mariam à Saluatore, eo quòd post natiuitatē illius iuncta fuerit Ioseph: & loquutus est: quæ quali mente dixerit, ipse nouerit qui locutus est. Si quādo igitur hæretici uobis tale quid obiecerint, respondete eis, & dicite. Certe spiritu sancto plena Elizabet ait: Benedicta tu inter mulieres. Si sancto spiritu benedicta canit Maria, quomodo eam Saluator negauit? Porrò quòd asserūt eā nupsisse post partū, unde approbent nō habent. Hi enim filij qui Ioseph dicebantur, nō erant orti de Maria, neq̄ est ulla scriptura quę ista cōmemoret. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde mihi hoc, ut ueniat mater domini mei ad me? Quod ait: Vnde mihi hoc, non ignorans dicit: & maxime spiritu sancto plena, quasi nesciat quod iuxta dei uoluntatē mater domini uenerit ad eam: sed isto sensu loquit̄. Quid boni feci? quæ opera mea tāta sunt, ut mater domini ad me ueniat? per quā iusticiā, ex quibus bonis, de qua fidelitate mētis hoc merui, ut mater domini mei ueniat ad me? Ecce em̄ ut facta est salutatio tua in aures meas, exultauit in exultatione infans in utero meo. Sācta erat anima beati Ioānis, & adhuc in matris utero clausa, uēturaq̄ in mūdū quasi per experientię sensum sciebat q̄ Israel ignorabat. Vnde exiliuit: & nō simpliciter exiliuit, sed in gaudio.

Senserat enim uenisse dominū suum, ut sanctificaret seruū suum, anteq̄ de matris utero ꝓcederet. Vtinā mihi eueniat, ut ab infidelibus stultus dicar, qui talibus credidi. Ipsum opus ostendit & ueritas, nō me stultitiæ, sed sapiētiæ credidisse: & quia hoc quod stultū apud illos putat̄, mihi salutis occasio sit. Nisi enim fuisset cœlestis, & beata natiuitas Saluatoris, nisi habuisset diuini aliquid, & humanitatem hominū superegrediens, nunq̄ totum orbē illius doctrina penetrasset. Si tantum modo fuisset in Mariæ utero, & nō dei filius, quomodo poterat fieri, ut & illo tēpore & nunc, non solū corporum, sed etiam animarū morbi multiplices curarent̄? Quis nostrū nō insipiēs fuit, qui nunc propter misericordiā dei habemus intelligentiam, & sitimus deum? Quis nostrū non incredulus iustitiæ, qui nunc propter Christū iusticiam habemus, sequimurq̄ iusticiam? Quis nostrū non errabundus & uagus, qui nunc propter aduentū Saluatoris non fluctuamus, atq̄ turbamur, sed sumus in uia, in illo uidelicet qui ait: Ego sum uia: possumus & reliqua congregantes uidere quoniā omnia quæ scripta sunt de eo, diuina admiratione digna referuntur: quòd & natiuitas illius, & nutrimenta, & uirtus, & passio, & resurrectio non solum illo tempore, sed etiā nunc operentur in nobis. Quis uos ò catechumeni in ecclesia congregauit? quis stimulus impulit, ut relictis domibus in hunc cœtū coeatis? Neq̄ enim nos domus uestras singillatim circuiuimus, sed omnipotens pater uirtute inuisibili subiecit cordibus uestris quos scit esse dignos, hūc ardorem, ut quasi inuiti, & retractantes ueniatis ad fidem, maxime in exordio religiōis, cum ueluti trepidi, & pauentes salutis fidē cum timore suscipitis. Obsecro uos ò catechumeni nolite retractare: nemo uestrū formidet, & paueat, sed sequimini præeūtem Iesum. Ille uos trahit ad salutem, congregat in ecclesiam, nunc quidem super terram, si autem dignos fructus feceritis, in ecclesiam primitiuorū qui scripti sunt in cœlestibus. Beata quæ credidit, & beatus qui credidit, quia erit perfectio his quæ dicta sunt ei à domino. Super quibus & beata Maria magnificat dominum Iesum. Magnificat autē anima dominum, spiritus deum. Quæ quam habeant interpretationem, si concesserit dominus ut rursus in ecclesiam congregemur, ut festiui ueniatis ad domum dei, & diuinæ lectioni præbeatis aures, quæremus, uētilabimus, differemus, in Christo Iesu: cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est, Magnificat anima mea dominum, usq̄ ad illum locum ubi ait, Timentibus efficit uirtutem, Cap. I. Homilia VIII.

ANTE Ioannē prophetat Elizabet, ante ortum domini saluatoris prophetat Maria. Et quomodo peccatū cœpit à muliere, & deinceps ad uirū usq̄ peruenit: sic & principiū salutis à mulieribus habuit exordium, ut cęteræ quoq̄ mulieres, sexus fragilitate deposita, imitarentur uitam, cōuersationemq̄ sanctarum earū quæ uel maxime nūc in Euangelio describuntur. Videamus ergo uaticiniū uirginale. Magnificat (ait) anima mea dominū, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Duæ res, anima scilicet & spiritus, duplici laude funguntur. Anima dominū prædicat, spiritus deū. Nō quòd alia laus domini, alia dei sit: sed quia qui deus est, idē & dñs est: & qui dominus est, idem & deus sit. Quæritur quomodo magnificet dominum. Si enim dominus nec augmentū, nec decrementum recipere potest, & quod est, est: qua ratione nunc Maria loquit̄: Magnificat anima mea dñm? Si considerem dominū Saluatorē imaginē esse inuisibilis dei, & uideā animā meam factam ad imaginem cōditoris, ut imago esset imaginis, neq̄ enim anima mea specialiter imago est dei, sed ad similitudinē imaginis prioris effecta est: tūc uidebo quoniam in exemplū eorū qui solēt imagines pingere, & uno (uerbi causa) uultu regis accepto ad principalē similitudinē exprimendā artis industriā cōmendare, unusquisq̄ nostrū ad imaginē Christi formās animā suam, aut maiorem ei, aut minorē ponit imaginem, uel obsoletā, uel sordidā, aut clarā, atq̄ lucentē, & splendentem ad effigiem imaginis principalis. Quando igitur grandem fecero imaginem imaginis, id est animā meam, & magnificauero eam opere, cogitatione, sermone, tunc imago dei grandis efficitur, & ipse dominus cuius imago est in nostra anima magnificat̄. Et quomodo crescit dominus in nostra imagine, sic si peccatores fuerimus minuit̄, atq̄ decrescit. Sed nos pro

imagine

imagine ſaluatoris alias nobis imagines induimus: ꝓ imagine uerbi ſapientię, iuſtitiæ, cæterarumq́ uirtutum, diaboli formã aſſumimus, ut dicatur de nobis: Serpentes, generatio uiperarum. Et leonis perſonam induimus & draconis, & uulpium, quando uenenati, crudeles, callidi ſumus: necnon & hirci, uel porci, quãdo ad libidinẽ promptio
Deut. 4 res. Memini quondam Deuteronomiũ diſſerentẽ in eo loco ubi ſcriptũ eſt: Ne faciatis omnẽ ſimilitudinẽ omnis animalis, dixiſſe me quoniã ſpiritalis eſt in alios facere imaginẽ maſculi, in alios fœminæ: illum ſimilitudinẽ habere uolucrum, illum reptiliũ, atq́ ſerpentium, & alium facere ſimilitudinẽ dei. Hæc quomodo intelligantur ſciet qui illa legerit. Anima itaq́ Mariæ primũ magnificat dominum, & poſtea exultat in deo. Niſi enim antea crederemus, exultare nõ poſſemus. Quia reſpexit (inquit) in humilitatem ancillæ ſuæ. In quã humilitatẽ Marię reſpexit dominus. Quid habebat mater Saluatoris humile atq́ deiectũ, quæ dei filiũ geſtabat in utero? Quod ergo dicit: reſpexit in humilitatẽ ancillę ſuę, tale eſt quaſi dixerit: Reſpexit in iuſticiam ancillæ ſuæ, reſpexit in temperantiam, reſpexit in fortitudinẽ, atq́ ſapientiam. Dignũ quippe eſt, ut uirtutes reſpiciat. Reſpondeat aliquis: & dicat: Intelligo quomodo deus iuſticiã ancillæ ſuę ſapientiamq́ reſpiciat: quomodo aũt intendat humilitatem, non ſatis liquet. Conſideret qui quęrit talia, quoniam proprie in ſcripturis una de uirtutibus humilitas prędicetur.
Matt. 11 Ait quippe Saluator: Diſcite à me, quia manſuetus ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Quod ſi uis nomen huius audire uirtutis, quomodo etiã à philoſophis appellatur, auſculta eandem eſſe humilitatem quam reſpiciat deus, quę ab illis ἀτυφία, ſiue μετριότης dicitur. Sed & nos quodam eam poſſumus appellare circuitu, cum aliquis non eſt inflatus, ſed ipe ſe deiicit. Qui enim inflatur, cadit ſecundum
1. Tim. 3 Apoſtolum in iudicium diaboli: ſiquidem & ille ab inflatione cœpit, atq́ ſuperbia. Vt non (inquit) inflatus in iudicium incidat diaboli. Reſpexit ſuper humilitatem ancillæ ſuę. Humilem me (inquit) & manſuetudinis ſectãtem deiectionisq́ uirtutem reſpexit deus. Ecce enim amodo beatã me dicũt omnes generationes. Si ſimpliciter intelligam oẽs generationes, ſuper credentibus illud interpretor. Si aũt altius aliquid fuero ſcrutatus, animaduertã quanti profectus ſit dicere: Quia fecit mihi magna qui eſt potens: quoniã omnis qui ſe humiliat exaltabit. Reſpexit aũt deus in humilitatẽ beatę Mariæ, propterea fecit illi magna qui potens eſt, & ſanctũ nomen eius. Et miſericordia eius in generationes generationũ. Miſericordia dei nõ in unã generationẽ, nec in duas, neq́ in tres, ſed nec in quinq́, uerũ in ſempiternũ extendit in generationes generationum, timentibus potentiam eius. Fecit uirtutẽ in brachio ſuo. Licet infirmus ad dominũ ac ceſſeris, ſi timueris eum, audire poteris repromiſſionẽ quã tibi ob timorẽ ſuũ dominus pollicetur. Quæ eſt iſta repromiſſio? Timẽtibus (inquit) ſe fecit uirtutẽ. Virtus ſiue imperiũ, poteſtas eſt regia. Etenim κράτος quod nos imperiũ poſſumus appellare, ab eo dicitur quod imperet, ſiue ſub ſe uniuerſa cõtineat. Si ergo timueris dominũ, dat tibi fortitudinẽ ſiue imperiũ, dat regnũ, ut factus ſub rege regũ, poſſideas regnũ cœlorũ, in Chriſto Ieſu: cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

De eo quod ſcriptũ eſt: Manebat cum ea menſibus tribus, uſq́ ad eum locum ubi ait: Et loquebatur benedicens dominum Cap. I. Homilia IX.

T AM eorũ quæ dicta ſunt, q̃ illorũ quæ facta referuntur, debet ratio eſſe ſancto ſpiritu digna, & Chriſti fide, ad quam credentes uocamur. Vnde & nunc cauſa quærenda eſt, quare Maria poſt coceptũ uenerit ad Elizabet, & manſerit cum ea menſibus tribus: aut quid cauſæ fuerit, ut Lucas qui Euãgeliũ ſcribebat hiſtoriam, etiam hoc ſcriberet, quod manſerit cum ea menſibus tribus, & poſtea regreſſus ſit in domũ ſuam. Vtiq́ debet aliqua eſſe ratio: quã, ſi dominus aperuerit cor noſtrum, ſequẽs ſermo monſtrabit. Si enim eo quòd tantum uenit Maria ad Elizabet, & ſalutauit eã, exultauit infans in gaudio, & ſpiritu ſancto plena Elizabet, ꝓphetauit ea quæ in Euangelio ſcripta ſunt, & in una hora tantos profectus habuit, noſtræ cõiecturę relinquitur, qd in tribus menſibus Ioannes profecit aſſiſtente Maria Elizabet. Valde quippe indignũ eſt in puncto horæ atq́ momento exultare infantem, & quodãmodo gaudio laſciuiſſe, repletamq́ eſſe ſpiritu ſancto Elizabet: per tres uero menſes

menſes, nec Ioannẽ, nec Elizabeth ex uicina matris domini & ipſius ſaluatoris preſentia profeciſſe. Exercebat ergo, & quodãmodo in athletico ſancta matre per tres mẽſes ungebat Ioãnes, & prꝑparabat in matris utero, ut mirabiliter natus, mirabilius nutriretur. Quod em̃ extra cõſuetudinẽ nutritus eſt, nõ referẽ ſcriptũ quomodo matris fuerit lactatus uberibus, q̃modo in ſinu gerulæ cõſtitutus, ſed ſtatim ſequit: Et erat in deſertis, uſq́ ad diem oſtenſionis ſuę ad Iſrael. Deinde legimus. Elizabet aũt cõpletũ eſt tempus ut pareret, & peperit filiũ. Multi putãt ſuperfluẽ dici, Elizabet aũt cõpletũ eſt tempus ut pareret, & peperit filiũ. Quæ em̃ mulier poteſt parere, niſi tẽpus pariendi ante cõpleuerit? Sed qui ſcripturas diligentiſſime contemplat, & audit populũ loquẽtem, attendat lectioni, obſeruãs tã in ueteri, q̃ in nouo teſtamẽto ſicubi ſcriptũ in ortu peccatoris inueniat, cõpletum eſt tẽpus ut pareret: nunq́ omnino reperiet. Sed ubicunq́ iuſtus naſcitur, ibi cõplent dies, illic in mundũ cõplet aduentus ſui. Ortus iuſti, plenitudinem habet, peccatoris natiuitas, ut ita dicamus, uacuitatem atq́ inanitatẽ. Hæc de eo q̃d ſcriptũ eſt, Completũ eſt tempus ut pareret. Congratulabant matri eius uicini, & cognati, & uolebant in honorem patris puero nomen ponere, ut uocaretur Zacharias. Porrò Elizabet, ſancto ſpiritu ſuggerente aiebat. Ioannes eſt nomẽ eius. Deinde cum illi cauſas iuſtas quærerent, cur Ioannes potiſſimum uocaret, cũ in genere ipſius nullus haberet hoc nomen, interrogant patrẽ: qui non ualens reſpondere, manu & literis eſt locutus. Scripſit enim in pugillari, Ioãnes eſt nomẽ eius. Statimq́ ut ſtylus impreſſus eſt ceræ, lingua quæ prius fuerat uincta, laxata eſt. Recepit eloquiũ, non humanum, quoniam ligata fuit lingua eius, Humana tamen non fuit. Vinxerat em̃ eã incredulitas. Statim ut ſoluta eſt, humana eſſe deſiuit, & loquebat benedicens deũ & prophetauit ea quæ ſcripta ſunt in Euãgelio, de quibus præbẽte dño Ieſu Chriſto cũ tempus fuerit diſſeremus: cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

De eo quod ſcriptũ eſt, Plenus ſpiritu ſancto prophetauit uſq́ ad eum locum ubi ait: Antecedit enim coram domino parare uias eius.

P LENVS ſpiritu ſancto Zacharias, duas prophetias generaliter nunciat: primam de Chriſto, alteram de Ioanne. Quod manifeſte de uerbis ipſius approbatur, in quibus quaſi de præſentia, & qui uerſaretur in mundo loquitur Saluatoris, ac deinde de Ioanne. Repletus enim ſpiritu ſancto prophetauit dicens: Benedictus dominus deus Iſrael, quia uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Viſitante enim & deo uolente redimere populum ſuum, mãſit Maria cum Elizabet, poſtq́ ei locutus eſt angelus menſibus tribus, ut per ineffabilẽ quandã uirtutem, non ſolum Ioannẽ, ſicut dudum diximus, ſed etiam Zachariam, ut nũc Euangelicus ſermo declarat, præſens Saluator inſtrueret. Paulatim quippe & hic per tres menſes ſancti ſpiritus augmẽta capiebat, & cũ neſcit erudiebat, & de Chriſto prophetauit dicẽs: Qui dedit redẽptionẽ populo ſuo, & ſuſcitauit cornu ſalutis nobis in domo Dauid, in qua fecũdũ carnẽ natus eſt Chriſtus. Et uere quia fuit cornu ſalutis in domo Da
Iſa. 5 uid, prophet[illegible]ocinit. Vinea em̃ facta eſt in cornu. In quo cornu? In Chriſto Ieſu, in illo in quo [illegible]cribit: Suſcitauit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui, ſicut locutus eſt per os ſanctorum ſuorũ prophetarum, Salutem ex inimicis noſtris. Nõ putemus nunc de corporalibus inimicis dici, ſed de ſpiritalibus. Venit enim dñs Ieſus, foris in prælio, deſtruere omnes inimicos noſtros, ut nos de inſidijs eorum liberaret. De manu inimicorũ noſtrorũ, & de manu eorũ qui nos oderunt. Facere miſericordiã cũ patribus noſtris. Ego puto, q̃d in aduentu domini Saluatoris: & Abrahã, & Iſaac, & Iacob fruiti ſint miſericordia dei. Neq́ enim credibile eſt, ut qui prius uiderũt diem illius, & lętati ſunt, poſtea in aduentu ipſius, & natiuitate de uirgine, nihil utilitatis acceperint. Et quid de patriarchis loquor? Ad altiora ſcripturarũ autoritatẽ ſequens auda
Ephes. 2 cter aſcendam, quoniã prędentia domini Ieſu & diſpenſatio illius non ſolũ terrena, ſed etiam cœleſtia iuuerit. Vnde & Apoſtolus ait: Pacem faciẽs per ſanguinẽ crucis ſuę, ſiue ſuper terrã, ſiue in cœlis, Si aũt in cœlis & in terra præſentia dñi profuit, cur pauebas dicere quod aduentus illius etiam maioribus profuit, ut impleatur quod dicitur: Facere miſericordiam cum patribus noſtris, & recordari teſtamenti ſancti ſui, iuramenti

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod iurauit ad Abraham patrẽ nostrũ,ut daret nobis absq; timore de manu inimicorum liberari. Crebro de hostiũ manu aliqui liberantur,sed non absq; timore. Cũ enim metus & discrimẽ ante præcesserint,& ita de inimicorũ manu qs fuerit erutus, liberat quidẽ,sed nõ sine timore. Porrò aduentus dñi Iesu,de manu inimicorum absq; timore nos eruit. Non em̃ sensimus inimicos nostros nec eos uidimus repugnantes,sed nescimus quomodo repente de faucib. eorũ & insidijs erepti sumus,in pũcto atq; momento,& trãstulit nos in hæreditatẽ partemq; iustorũ. Et liberati sumus de manu inimicorum sine metu,ut seruiamus deo in sanctitate & iustitia corã eo omnib. diebus nostris. Et tu puer ,ppheta altissimi uocaberis. Apud memetipsum quærens rationẽ quare nõ quasi de Ioanne,sed ad Ioannẽ ipsum dicens: Et tu puer ,ppheta altissimi uocaberis,& reliqua: superfluũ enim fuit ad non audientem loqui,& ad paruulũ atq; lactentem apostrophã facere: hãc puto posse me reperire: quod quomodo mirabiliter Ioannes natus est,& angelo prædicãte uenit in mundũ,& tribus mensibus Maria iuxta Elizabet commorante fusus est in terrã,sic etiã cuncta quę super eo scripta sunt mirabiliter facta referuntur. Quod si dubitas statim de utero matris effusum posse uerba patris audire & scire quid sit hoc qd̃ ad se dicit: Et tu puer propheta altissimi uocaberis,considera multo fuisse mirabilius quod præcessit. Ecce ut facta est uox salutationis tuę in aures meas,exultauit infans in gaudio in utero meo. Si enim adhuc in uẽtre matris cõclusus audit Iesum,& audiẽs exiliuit,atq; lætatus est: quare nõ credas eum iam genitũ prophetiã patris audire & intelligere potuisse,dicentẽ ad se: Et tu puer propheta excelsi uocaberis,antecedes em̃ corã dño parare uias eius. Ideo reor Zachariam festinasse ut loqueret ad paruulum,quia sciebat eum post paululũ in eremo moraturũ,nec se eius posse præsentiã habere. Puer em̃ erat in desertis usq; ad diẽ ostensionis suæ ad Israel. Et Moyses in desertis moratus est,sed post & expletis iã ætatis suę annis,fugit ex Aegypto,& per alios annos pecora custodiuit. Ioãnes uero statim ut natus est,transiit ad deserta,& qui maior fuit inter natos mulierũ,maiori nutrimẽto dignus apparuit. De quo ,ppheta loquit. Ecce mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã. Recte angelus dicit, q̃ missus fuerat corã domino,& prophetantem patrẽ statim ut natus est audire potuit,& intelligere. Quãobrem nos qui tãtis mirabilibus credimus,credamus pariter resurrectioni,credamus & repromissionibus quæ uenturæ sunt,regnoq; cœlorum quod nobis quotidie spiritus sanctus pollicet. Quæ omnia ut scripta sunt mirabiliter plus q̃ sentire possumus,accipiamus in Christo Iesu: cui est gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

Malach.3

De eo quod scriptum est,Puer aũt crescebat & confortabat̃ spiritu,usq; ad eum locum,ubi ait: Hæc est descriptio prima quæ facta est sub Præside Syriæ Cyrino Cap. I, & II. Homilia XI.

IFARIE in scripturis sanctis crescere quid dicit: unum corporaliter,ubi uoluntas humana nihil prodest: alterum spiritaliter,ubi causa crescendi in studio consistit humano. De hoc ergo quod secundum posuimus,id est spiritaB li,nunc Euangelista narrat: Puer autem crescebat,& confortabatur spiritu. Quod dicit,tale est: crescebat spiritu,nec in eadẽ permanebat mensura qua cœperat,sed semper crescebat in eo spiritus,& per singulas horas atq; momẽta spiritu succrescente,anima quoq; sua incremẽta capiebat: & non solum anima,sed etiã sensus
Gen.1 & mens augmenta spiritus sequebant̃. Illud quod præcepit deus: Crescite & multiplicamini,qui simpliciter & iuxta literã accipiũt quomodo exponere potuerint,nescio. Esto enim multiplicamini referat̃ ad numerũ,& dum plures fiunt quàm prius fuerant,multiplicatio habet locũ: hoc uero quod sequit̃: Crescite,non est in nostra potestate. Quis em̃ hominum nõ uelit ad staturã suam adijcere ut longior fiat? Si ergo propterea quid præcipitur ut fiat: stultũ est quippe præcipere,quod is cui præcipias facere nõ possit: & præcipitur nobis ut crescamus,utiq; id præcipitur quod facere nõ possumus.
Gen.21 Vis scire quomodo intelligit̃,Crescite? Ausculta quid Isaac fecerit,de quo dicit̃: Isaac proficiebat,& maior fiebat,donec factus est magnus,uel uehemẽter nimis. Semp em̃ uolũtas illius ad meliora se tendẽs,habebat profectus suos,& mẽs diuinius aliquid cõtemplabat̃,& exercebat se memoria,ut plura in thesauro suo conderet,ut firmius retineret

neret. Atq; in hunc modũ euenit,ut qui omnes uirtutes suas in animæ agro excoluerit,impleret mandatum præcipiens,crescite. Quamobrem & Ioãnes adhuc paruulus crescebat,& multiplicabatur. Difficillimũ autem est paruulũ spiritu crescere,& inter mortales perrarũ. Puer aũt crescebat,& confortabatur spiritu.] Aliud est crescebat,aliud confortabatur. Infirma est humana natura,& ut fieri possit fortior,diuino auxilio indiget. Legimus: Caro infirma. Quo igitur auxilio cõfirmanda est? Vtiq; spiritu. Sanctus enim spiritus promptus,caro aũt infirma. Qui uult fortior fieri,non debet nisi in spiritu confortari. Multi confortantur carne,corpore roborant̃: Athleta aũt dei spiritu roborandus est: & cum sic fuerit confortatus,sapientiã carnis elidet,& spiritalis effectus subdet corpus animi imperio. Non putemus ergo simplicẽ de Ioanne historiã esse conscriptã,& quæ nihil ad nos pertineat,in eo quod dicitur,crescebat & cõfortabat̃ spiritu: sed ad imitationẽ nostrã,ut multiplicati spiritaliter iuxta eũ quẽ diximus sensum,incrementa capiamus. Et erat in desertis usq; ad diẽ ostensionis suæ ad Israel. Dixi nuper qd̃ & conceptus Ioannes stupendum quid habuerit quãdo exultauit infans in utero,& suũ necdum genitus dominũ recognouit: & natiuitas non impar miraculũ,quando ad eum uelut audientẽ Zachariæ prophetãtis sermo conuertit̃,dicens: Et tu puer,propheta altissimi uocaberis. Digne igitur qui sic cõceptus fuerat,& natus,nõ expectauit ut à patre nutriret̃ usq; ad diem ostensionis suæ ad Israel,sed recessit,fugiẽs tumultum urbiũ,populi frequentiã,uiciniã ciuitatũ,& abijt in deserta,ubi purior aer erat & cœlũ apertius,& familiarior deus: ut quia necdũ sacramẽtũ baptismi,nec prædicationis tempus aduenerat,uacaret oratiõibus,& cũ angelis conuersaret̃,appellaretq; dominum,& illũ audiret respondentẽ atq; dicentẽ: Ecce adsum. Sicut enim Moyses loquebatur,& deus respõdebat ei,sic puto q̃ Ioannes locutus fuerit in deserto,& dominus responderit ei. Hoc arbitror,certa de scripturis ratiõe cõmotus. Si enim maior in natis mulierum Ioãne baptista fuit nemo,Moysi aũt respõdit deus,cõsequenter respõdit & Ioãni qui maior Moyse fuit,q̃ est nutritus in eremo,cuius natiuitatẽ idẽ archangelus qui & dñi nunciauit,cuius pater qui eum nasci non credebat obmutuit. Erat igit̃ in deserto Ioannes,& nutriebat̃ nouo & extra humanã naturã modo,id ipsum Matthęo memorante. Cibus aũt eius erãt locustæ,& mel syluestre. Quia enim minister fuit primi salua *Matt.3*
toris aduẽtus,& tantũmodo de dispensatione carnis dominicæ loquebat̃,ac prophetia illius eũ qui natus fuerat ex uirgine præcinebat,nõ habuit domesticũ mel,& humana diligẽtia percolatũ,sed syluestre mel,& uolucre nõ grande,nõ in sublime se elcuãs,uerũ uolucre paruũ,& uix à terra cõsurgens,& saliẽs potius q̃ uolãs. Quid plura? Manifestissime dicit̃ quod locustæ fuerint cibus eius,paruulũ animal & mundũ. Cõsiderate ergo fratres charissimi,qd̃ qui nouẽ natus fuerat,nouẽ nutritus est. Post quæ scriptura subijcit. Factũ est aũt in diebus illis,exiuit edictũ à Cæsare Augusto,ut describeretur omnis orbis. Hæc fuit descriptio prima,à præside Syriæ Cyrino. Dicat aliquis. O Euãgelica narratio,q̃niã prima descriptio uniuersi orbis sub Cæsare Augusto fuerit,& inter omẽs etiã Ioseph cum Maria despõsata sibi atq; prægnãte nomẽ retulerit in censum,ac priusq; descriptio cõpleret̃ ortus fuerit Iesus,diligentius intuenti sacramentum quoddam uidet̃ significare,quod in totius orbis professione describi oportuerit & Christũ,ut cum omnibus scriptus sanctificaret oẽs,& cum orbe relatus in censum,cõmunionem sui præberet orbi,ut post hãc descriptionem,describeret quoq; ex orbe secũ in libro uiuentiũ,ut quicũq; credidissent in eo,postea cum sanctis illius scriberẽtur in cœlis: cui est gloria,& imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est: Angelum uenisse de cœlo,& ortum domini nunciasse pastoribus. Cap. II. Homilia XII.

ATVS est dominus meus Iesus,& angelus descendit de cœlo annunciãs natiuitatem eius. Videamus itaq; quum quæsierit,ut eis nunciaret aduentum.
N Non uenit Hierosolymam,non quæsiuit Scribas,& Pharisæos,non synagogam ingressus est ludæorum,sed pastores reperit super greges suos uigilias excubãtes,eisq; loquit̃: Natus est hodie saluator,qui est Christus dominus. Putas ne nihil aliud diuinius scripturarum sermo significat,sed tãtum hoc quod ad pa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtores uenerit angelus, & eis locutus ſit: Audite paſtores eccleſiarũ, paſtores dei, quòd ſemper angelus eius deſcẽdat è cœlo, & annũciet uobis, quoniã natus eſt uobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus. Etenim paſtores eccleſiarũ, niſi ille paſtor uenerit, per ſe bene gregẽ ſeruare nõ poterũt: infirma eſt eorũ cuſtodia, niſi Chriſtus cũ eis pauerit, atq; ſeruauerit. Dudũ in Apoſtolo lectũ eſt, Dei cooperatores ſumus. Paſtor bonus, q imitaf paſtorẽ bonũ, cooperator eſt dei & Chriſti. Et ꝓpterea paſtor bonus eſt, qui habet ſecum paſtorẽ optimũ cõpaſcentẽ ſibi. Poſuit enim deus in eccleſia Apoſtolos, ꝓphetas, Euangeliſtas, paſtores, doctores, omnia in perfectione ſanctorũ. Et hæc quidẽ ſunt dicta ſimplicius. Cęterũ ſi ad ſacratiorẽ oportet aſcendere intelligentiã, dicam ꝙſdã fuiſſe paſtores angelos qui res humanas regerent. Et cũ horũ unuſquiſq; ſuã cuſtodiã cõſeruaret, & diebus ac noctibus uigilans iam laborẽ ferre non poſſet, & hoc ageret induſtriẽ, ut gẽtes quę ſibi creditę fuerãt gubernaret, ueniſſe angelũ nato domino, & annũciaſſe paſtoribus quòd uerus eſſet paſtor exortus. Verbi gratia, ut ad exemplum ueniã, erat quidam paſtor Macedoniæ, hic neceſſariũ habebat auxilium domini: propterea apparuit in ſomnis uir Macedo Paulo, dicens: Tranſiẽs in Macedoniã, adiua nos. Quid de Paulo loquar? cũ hæc non Paulo, ſed q in Paulo erat, locutus ſit Ieſus? Indigent itaq; paſtores præſentia Chriſti. Quãobrem angelus deſcẽdit de cœlo, & ait: Nolite timere. Ecce enim annuncio uobis gaudium magnũ. Vere gaudiũ magnũ, his quibus hominum fuerat & prouinciarũ cura permiſſa, Chriſtũ ueniſſe in mundũ. Multum utilitatis accepit angelus, qui diſpẽſabat Aegyptias res, poſtq; dominus deſcẽdit è cœlo, ut Aegyptij Chriſtiani fierent. Profuit & cunctis, qui diuerſas ꝓuincias obtinebant. Verbi cauſa, Præſidi Macedoniæ, ꝓſidi Achaię, reliquarũq; regionũ. Neq; enim fas eſt credere, malos angelos ſuis præeſſe prouincijs, & bonos nõ eaſdẽ ꝓuincias habere permiſſas. Hoc aũt ꝙd de ſingulis ꝓuincijs dicit, puto etiam de uniuerſis hominibus generaliter debere credere. Vnicuiq; duo aſſiſtunt angeli, alter iuſticiæ, alter iniquitatis. Si bonæ cogitationes in corde noſtro fuerint, & in animo iuſticia pullularit, haud dubiũ quin nobis loquaf angelus dñi. Si uero mala fuerint in noſtro corde uerſata, loquitur nobis angelus diaboli. Quomodo igiſ per ſingulos homines bini ſunt angeli, ſic opinor & in ſingulis diſpares eſſe ꝓuincijs, ut ſint & boni, ſint & mali. Verbi gratia, in Epheſo propter eos qui in illa urbe peccatores erant, peſſimi angeli præſidebant. Rurſus quia multi erant credentes in ea, erat & angelus eccleſię Epheſiorũ, utiq; bonus. Hoc aũt quod de Epheſo diximus, ſuper omnibus ꝓuincijs cognoſcendũ. Ante aduentũ domini ſaluatoris, iſti angeli parũ poterant creditis ſibi utilitatis afferre, & conatus eorũ ſequi non ualebat effectus. Quoddam eſt ſignum, quàm parũ prodeſſe poterant ſubiectis: Auſculta quod dicimus: Quando angelus Aegyptiorum Aegyptios adiuuabat, uix unus proſelytus credebat in deum: & hoc fiebat, Aegyptios angelo diſpenſante. Deniq; quia pleriq; de Agyptijs & Idumæis proſelyti accipiebant fidem
Deut.23 Chriſti, propterea ſcriptura dicit: Non abominaberis Aegyptiũ, quoniã aduenę eratis in terra Aegypti: & Idumæũ, quia frater tuus eſt. Filij ſi nati fuerint eis, in generatione tertia intrabunt in eccleſiam dei. Atq; ita fiebat, ut de omnibus gentibus nõnulli proſelyti fierent, & hoc ipſum angelis qui gentes habebant ſubditas adnitentibus. Nunc autem populi credentiũ accedunt ad fidem Ieſu, & angeli quibus creditæ fuerint eccleſię roborati præſentia ſaluatoris multos adducunt proſelytos, ut congregẽtur in omni orbe cõuenticula Chriſtianorũ. Quapropter conſurgentes laudemus dominũ, & fiamus pro carnali Iſrael, ſpiritalis Iſrael. Benedicamus omnipotẽti deo opere, cogitatione, ſermone, in Chriſto Ieſu, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

De eo quod ſcriptum eſt: Et facta eſt multitudo exercitus cœleſtis, uſq; ad eũ locum ubi ait: Inuenerunt Mariam, & Ieſum poſitum in præſepe. Cap. II: Homilia XIII.

OMINVS noſter, atq; ſaluator naſcit in Bethleẽ, & multitudo cœleſtis exercitus laudat deum, & dicit: Gloria in excelſis deo, & ſuper terrã pax hominibus bonæ uoluntatis. Hæc aũt loquit multitudo cœleſtis exercitus, ꝙa iam defecerat præbere hominibus auxilium, & uidebat ſe opus ꝙd ſibi creditum fuerat implere nõ poſſe, abſq; eo qui uere ſaluare poterat, & præſules quoq; ipſos

ipſos iuuare, ut homines ſaluarent. Quomodo igiſ ſcriptũ eſt in Euangelio, quòd quidam remis ſulcãtes mare aduerſus cõtrarios uẽtos iam feſſi erant, & uigintiquinq; ſiue triginta ſtadijs laborantes, portũ tenere nõ poterãt, & poſtea dominus ſuperuenit, & quieſcere fecit fluctus tumẽtes, nauẽq; cuius hinc inde latera tundebantur ab immi
nenti diſcrimine liberauit: ſic intellige ꝙniã & angeli uolebant quidẽ hominibus præbere auxiliũ, & eis ab ægrotationibus ſuis tribuere ſanitatẽ, quia omnes ſunt apparitores ſpiritus in miniſteriũ miſſi propter eos qui cõſecuti ſunt ſalutẽ, qui quãtũ in ſuis uiribus erat, adiuuabãt homines. Videbant aũt multo inferiorẽ ſuam eſſe medicinã, q; illorũ cura poſcebat. Porro ut de exẽplo poſſis intelligere ꝙd dicimus, uide mihi urbẽ in qua ægrotẽt plurimi, & medicorũ frequẽs adhibeaf manus: ſint diuerſa uulnera, quotidie in emortuã carnẽ ſerpens putredo penetret: & tamen medici qui adhibiti ſunt ad curandũ nequeant alia ultra inuenire medicamina, & artis ſuæ ſcientia magnitudinem mali uincere: cũ hæc in talibus nacti ſint, eueniat aliqs archiater qui habeat ſummã in in arte noticiã, et illi q prius ſanare nequerãt cernẽtes magiſtri manu putredines ceſſare uulnerũ, nõ inuideãt, nõ liuore crucient, ſed in laudes erũpant archiatri & prædicẽt deum qui & ſibi & ægrotantibus tantæ ſcientiæ hominẽ miſerit. In hanc ergo ſimilitudinẽ, & multitudo exercitus angelorũ audita eſt dicẽs: Gloria in excelſis deo, & ſuper terrã pax in hominibus bonæ uolũtatis. Poſtq; enim dñs uenit ad terrã, pacẽ fecit per ſanguinem crucis ſuæ, ſiue eorũ qui in terra erãt, ſiue eorum quæ in cœlis. Siquidẽ uolentes angeli ut recordarent homines creatoris ſui, cũ feciſſent omnia quæ in ſuis uiribus erãt ut ſanarent, & noluiſſent illi reſpicere ſanitatẽ, cernũt eum qui ſanare potuit, & glorificãtes dicũt: Gloria in excelſis deo & ſuper terrã pax. Diligẽs ſcripturæ lector inquirat ꝙmodo ſaluator loquit: Non ueni pacẽ mittere ſuper terrã, ſed gladiũ: & nũc angeli in eius natiuitate decantãt, ſuper terrã pax. Siquidem & in alio loco ex perſona ipſius dicitur: Pacẽ meã do uobis, pacẽ relinquo uobis. Non ſicut mũdus iſte dat pacẽ, Ioan.14
ego do pacem. Videat ergo quod inferimus, an poſſit ſoluere quæſtionem. Si ſcriptũ eſſet ſuper terrã pax, & hucuſq; eſſet finita ſentẽtia, recte quæſtio naſceret. Nunc uero in eo quod additũ eſt, hoc eſt, quod poſt pacẽ dicitur, in hominibus bonæ uoluntatis, ſoluit quæſtionẽ. Pax enim quã non dat dñs ſuper terram, non eſt pax bonæ uolũtatis. Neq; enim ait ſimpliciter, non ueni pacem mittere, ſed cum additamento ſuper terrã: Matt.10
neq; econtrario dixit, non ueni pacem mittere ſuper terram hominibus bonæ uoluntatis. Hæc locuti ſunt angeli ad paſtores, qui nõ ſolum eo tempore loquebantur, ſed uſq; Pſal.127
hodie niſi locuti fuerint ad paſtores, & ſua eis opera copularint, dicit ad eos: Niſi dominus ædificauerit domũ, in uanum laborauerunt qui ędificant eam. Niſi dominus cuſto
dierit ciuitatẽ, inuanum laborabit qui cuſtodit eam. Si audacter expedit loqui ſcriptu Cant.
rarum ſenſum ſequenti, per ſingulas eccleſias bini ſunt epiſcopi, alius uiſibilis, alius inuiſibilis: ille uiſui carnis, hic ſenſui patẽs. Et ꝙmodo homo ſi cõmiſſam ſibi diſpenſatio
nem bene egerit, laudaf à domino: ſi male, culpæ & uitio ſubiacet: ſic & angelus. Scriptum eſt em in Apocalypſi Ioannis. Sed habes ibi nomina pauca quę polluerunt illud Apoc.2
uel illud: & rurſus habes ibi q doctrinã Nicolaitarũ doceãt: ac deinde habes illa, uel illa peccata facientes: & accuſantur angeli, quibus creditæ ſunt eccleſiæ. Si aũt angelis ſollicitudo eſt quomodo eccleſiæ gubernent, quid neceſſe eſt de hominibus dicere quãtum metum habeant, ut poſſint cum angelis laborantibus laborãtes ſalutẽ conſequi? Ego puto inueniri ſimul poſſe & angelũ & hominẽ bonos eccleſiæ epiſcopos, & quodammodo unius operis eſſe particípes. Quod cum ita ſit, petamus omnipotentẽ deũ, ut angeli & homines eccleſiarũ epiſcopi adiumẽto ſint nobis, & ſciamus quoniã utriq; pro nobis à domino iudicent. Quod ſi illi fuerint iudicati, & uitiũ atq; peccatũ non in eorum incuria, ſed in noſtra negligentia fuerit inuentũ, nos arguemur, atq; plectemur. Illis enim uniuerſa facientibus, & pro noſtra ſalute nitentibus, nos nihilominus à peccatis uacabimus. Porro frequẽter euenit, ut nobis laborãtibus illi ſuũ officiũ nõ exple- bucuſq;
ant, & in culpis ſint. Et factũ eſt (inquit) cum abiſſent ab eis angeli in cœlos, paſtores dixerũt ad inuicẽ. Trãſeamus uſq; Bethleem, & uideamus hoc uerbum qd factum eſt, quod dominus oſtendit nobis. Venerunt feſtinantes, & inuenerũt Mariam & Ioſeph & puerum. Quia feſtinantes uenerant, & nõ pedetentim, neq; feſſo gradu, ideo inuene

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt Ioseph dispensatorem ortus dominici, & Mariam quę Iesum fudit in partum, & ipsum saluatorem iacẽtem in præsepio. Illud erat, de quo propheta uaticinatus est dicẽs:
Esa.1 Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Bos animal mũdũ est, asinus animal immundum. Cognouit asinus præsepe domini sui: Non populus Israel cognouit præsepe domini sui, sed immundum animal ex gentibus. Israel uero me non cognouit, & populus meus me non intellexit. Intelligentes hoc præsepe, nitamur cognoscere dominum, & digni fieri scientia eius, assumere quoq; natiuitatem & resurrectionem carnis eius, sed & inclytum ac secundum maiestatis eius aduentũ, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptũ est: Cum aũt impleti essent dies circuncisionis eius, uscq; ad eũ locũ ubi ait: Par turturũ & duos pullos columbarũ. Cap. II. Homilia XIIII.

QVOD mortuus est Christus, pro peccato mortuus est. Non quia ipse peccauerit, neq; enim peccatum fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, sed mortuus est, ut nos qui mortui sumus illo moriẽte peccatis, nequaq; peccato & uitijs uiueremus. Vnde scribitur: Sicut igitur commortui sumus tunc illo morien-
Rom.6 te, & consurreximus resurgenti: sic cum eo circũcisi sumus, & post circumcisionem solenni purgatione mundati. Vnde nõ iam indigemus circuncisione carnali. Et tu scias propter nos fuisse illũ circuncisum, audi Paulũ manifestissime prædicantẽ. In quo habitat (inquit) omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleCol.1 ti qui est caput omnis principatus, & potestatis, in quo & circuncisi estis circuncisione sine manib. in expoliatione corporis carnis, in circũcisione Christi, cõsepulti ei in baptismate, in q̃ & cõsurreximus p fidẽ operationis dei qui suscitauit eũ à mortuis. Et mors igit̃, & resurrectio, & circuncisio eius, pro nobis factæ sunt. Cum impleti, inquit, essent dies circuncidendi puerũ, uocatũ fuerat nomen eius Iesus, quod uocatum est ab angelo anteq̃ cõciperet̃. Vocabulũ Iesu glorioſum omni adoratu, cultuq; appellari, neque ab eis efferri in mundũ, sed ab excellẽtiori quadã maioriq; natura. Vnde signãter Euãgelista addidit dicẽs. Et uocatũ est nomẽ eius Iesus, q̃d uocatũ fuerat ab angelo anteq̃ in utero conciperet̃. Dehinc sequit̃. Cũ iam impleti essent dies purgationis eorũ secũdum legẽ Moysi, duxerũt eum Hierosolymã. Propter purgationẽ (inqt) eorũ. Quorũ eorũ? Si scriptũ esset, ppter purgationẽ eius, id est, Mariæ quę pepererat, nihil quęstionis oriret̃, & audacter diceremus Mariã quæ homo erat, purgatiõe indiguisse post partum. Nunc uero in eo quod ait dies purgationis eorũ, non uidetur unũ significare, sed alterũ siue plures. Ergo Iesus purgatiõe indiguit & immũdus fuit, aut aliqua sorde polIob.15 lutus. Temerarie forsitã uideor dicere, sed scripturarũ autoritate cõmotus. Vide quid in Iob scriptũ est. Nemo mundus à sorde, nec si unius quidẽ diei fuerit uita eius. Nõ dixit nemo mundus à peccato, sed nemo mũdus à sorde. Neq; em̃ id ipsum significãt sordes atq; peccata, Et ut scias aliud sordẽ, aliud sonare peccatũ: Esaias manifeste docet di-
Esa.4 cens. Lauabit dñs sordem filiorũ & filiarũ Sion, & sanguinẽ mundabit de medio eorum, spiritu iudicij sordẽ, & spiritu cõbustionis sanguinẽ. Omnis anima quæ humano corpore fuerit induta, habet sordes suas. Vt aũt scias Iesum quoq; sordidatũ sentiẽdum secundũ ignominiam crucis, non secũdum ipsam quam assumpsit sanctã carnẽ de qua
Zach.3 Apostolus ait: in similitudine carnis peccati fuisse, ppria uoluntate, quia pro salute nostra humanũ corpus assumpserat, Zachariã prophetã ausculta dicentẽ: Iesus erat indutus uestibus sordidis. Quod quidẽ & aduersus eos facit, qui negant dominũ nostrũ humanũ habuisse corpus, sed cœlestib. & spiritalibus fuisse cõtextũ. Si em̃ de cœlestibus, & ut illi falso asserũt, de sideribus & alia quadã sublimiori spiritaliq; natura corpus eius fuerit, respõdeãt quare potuerit spiritale corpus esse sordidũ, aut quomodo hoc interpretẽtur quod posuimus, Iesus erat indutus uestibus sordidis. Si aũt fuerint necessitate cõpulsi ut suscipiãt spiritale corpus sordidũ intelligi uestimentũ, debẽt consequenter dicere quoniã illud quod in repromissionibus ponit̃ cõpletũ sit, id est, Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale: & quod polluti & sordidi resurgamus, q̃d etiã co-
1.Cor.16 gitare piaculũ est maxime eum qui scit scriptũ esse, Seminatur in corruptiõe, surgit in incorruptione, seminatur in ignobilitate, surgit in gloria, seminat̃ in infirmitate, surgit in for-

in fortitudine, seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. Oportet ergõ, ut prõ domino & saluatore nostro qui sordidis uestimentis fuerat indutus, & terrenũ corpus assumpserat, ea offerrenẽ quæ purgare sordes ex lege consueuerant. Quod frequenter inter fratres quæritur, loci occasione cõmota retracto. Paruuli baptizanẽ in remissionem peccatorũ. Quorũ peccatorũ? uel quo tẽpore peccauerunt? aut quomodo potest ulla lauacri in paruulis ratio subsistere, nisi iuxta illũ sensum de q̃ pauloante diximus, Nullus mũdus à sorde, nec si unius diei quidẽ fuerit uita eius super terrã? Et quia p baptismi sacramentũ natiuitatis sordes deponunt̃, propterea baptizantur & paruuli. Ni si enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nõ poterit intrare in regnũ cœlorũ. Cum (inquit) expleti essent dies purgationis eorũ. Explent̃ dies & iustitiæ. Neq; enim statim ut nata fuerit anima purgatur, nec potest perfectã in ipso ortu cõsequi puritatem: sed sicut scriptũ est in lege, si masculum peperit, septem diebus mater sedebit in sangui ne immũdo, ac deinde triginta tribus in sanguine puro, & ad extremũ & ipse infans sedebit in sanguine purissimo: sic quia lex spiritalis est, & umbrã habet futurorũ bonorũ, possumus intelligere purgationẽ ueram nobis euenire post tempus. Ego puto, q̃d & Caue
post resurrectionẽ ex mortuis indigeamus sacramẽto eluẽte nos atq; purgante: nemo enim absq; sordibus resurgere poterit: nec ullam posse animã reperiri quę uniuersis statim uitijs careat. Vnde in regeneratione baptismi assumitur sacramentum, ut quomodo Iesus secundũ dispensationẽ carnis oblatione purgatus est, ita etiam nos spiritali regeneratione purgemur. Duxerunt illum secundum legem Moysi in Hierosolymã, offerre ante conspectum domini. Vbi sunt qui deum legis negant, qui aiunt nõ istum, sed alium à Christo fuisse in Euangelio prædicatũ? Misit deus filium suum factum ex muliere, factũ sub lege. Ergo putandum est, ut filium suum bonus deus sub lege fecerit creatoris, & sub inimici iure, quod ipse dederat? Quin potius ideo sub lege factus est, ut redimeret eos qui sub lege erant, & aliæ legi subijceret, de qua dudum lectũ est, Attendite populę meus legẽ meam, & reliqua. Adduxerunt ergo eum, & statuerunt ante conspectum domini. Cuius scripturæ præcepta cõplentes? Nempe illius: Sicut scriptum est (inquit) in lege Moysi, quia omne masculinum quod aperit uuluã, sanctum domino uocabitur, & ter per annum apparebit omne masculinũ in conspectu domini
Num.8 dei. Masculina quæ ex eo quod uuluã matris aperuerunt sancta erant, offerebantur ante altare domini. Omne (inquit) masculinũ quod aperit uuluam. Sacratum quippiam sonat. Quemcunq; enim de utero effusum marẽ dixeris, non sic aperit uuluam matris
Caute lege suæ, ut dominus Iesus: quia omniũ mulierum non partus infantis, sed uiri coitus uuluam referat. Matris uero domini eo tẽpore uulua reserata est, quo & partus editus, qa
Luc.1 sanctum uterũ & omni dignatione ueneretionis uenerandũ ante natiuitatẽ Christi masculus omnino nõ tetigit. Audeo quid loqui, quia & in eo q̃d scriptũ est, Spiritus dei ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit te, principium seminis & cõceptus sue rit, & sine uuluæ reseratione nouus in utero fœtus adoleuerit. Vnde & saluator loqui-
Psal.22 tur: Ego sum uermis & non homo, opprobriũ hominum, & abiectio plebis. Videbat in matris utero immundiciã corporum, uisceribus eius hincinde uallatus, terrenę fecis patiebat̃ angustias: unde assimilat se uermi, & dicit: Ego sum uermis, & nõ homo. Ex mare quippe ac fœmina homo nasci solet: ego uero non ex masculo & fœmina secũdũ titum humanum atq; naturam, sed in exemplum uermis natus sum, cuius non est aliun de semen, sed in ipsis, & ex ipsis in quibus coalescit corporibus origo est. Propter q̃d quia omne masculinũ quod aperit uuluam, sanctum domino uocabitur, ductus est in Hierosolymam, ut appareret ante conspectũ dei: & propter illud quod sequitur, ut daretur munus pro eo quod in lege domini scriptũ est, Par turturũ, aut duos pullos colũbarum. Turturum par, & duos pullos colũbarũ, pro saluatore uidemus oblatos. Ego & aues istas beatas puto quę pro ortu domini oblatę sunt: & quomodo asinã Balaam miror, & felicitate accumulo, quia digna fuerit non solum uidere angelũ dei, sed etiam ore referato in humanũ sermonẽ erumpere: sic multo amplius has uolucres prædico, easq; sustollo, q̃d pro domino nostro & saluatore oblatæ sunt. Vt offerrent pro eo par turturũ, aut duos pullos columbarũ. Nouum quid forsitan uidear inferre, sed pro maie state rei parum dignũ. Sicut noua fuit generatio saluatoris, non ex uiro & muliere, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex sola tantum uirgine: sic & par turturum & duo pulli columbarum non fuerunt tales quales oculis carnis aspicimus, sed qualis spiritus sanctus est qui in specie colũbæ descẽdit, & uenit super saluatorem quando in Iordane baptizatus est. Tale fuit & par turturum: non erant illę uolucres ut istæ quæ per aerem uolitant, sed diuinum quiddam & humana contemplatione augustius, sub specie colũbę & turturis apparebat, ut non talibus uictimis qualibus omnes homines, ille qui pro toto mundo nascebatur, & pati habebat, corã domino mundaret̃, sed ut dispensatio eius noua omnia ita nouas quoq; haberet hostias, secundum uoluntatem omnipotentis dei in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De Simeone, quod in spiritu ad templum uenerit, usq; ad eum locũ ubi ait: Nũc dimittis seruum tuum domine in pace. Cap. II. Homilia XV.

D IGNA dei munere quærenda est ratio. Simeon uir sanctus & domino placens, sicut in Euangelio scriptum est, expectãs consolationem Israel, responsum acceperat à spiritu sancto, nõ se prius mortẽ obiturũ quàm uideret Christum domini. Quid ei profuit ut uideret Christum? Vtrum hoc tantũ in promissione habuit, ut uideret illum, nihilq; ex usu eius consequeretur utilitatis? an latet aliquod donum dignum deo, quod beatus Simeon & meruit, & accepit? Fimbriam uestimenti Iesu mulier tetigit, & sanata est. Si illa ad extremam partem uestimenti tantum emolumenti habuit, quid putandum est de Simeone qui in suas ulnas accepit infantẽ, & brachijs tenens lætabatur, atq; gaudebat uidens paruulũ à se gestari qui ad uinctos uenerat resoluendos, seq; ipsum nodis corporis liberandum, sciens neminem posse de claustro corporis quempiam emittere cum spe futuræ uitæ, nisi eum quem in brachijs cõtinebat? Vnde ad eum loquitur: Nũc dimittis domine seruũ tuum in pace. Quãdiu enim Christum non tenebam, quamdiu illum meis brachijs nõ arctabam, clausus eram, & de uinculis exire non poteram. Hoc autem nõ solum de Simeone, sed de omni humano genere sciendũ est. Si quis egreditur è mundo, si quis è carcere uinctorum domo dimittitur ut ad regnandũ uadat, sumat Iesum in manibus suis, & circundet eum brachijs suis, totum habeat in sinu, & tunc exultans ire poterit quo desiderat. Considerate quanta dispensatio præcesserit ut filiũ dei Simeon mereretur tenere. Primum responsum à sancto spiritu acceperat, nõ eum uidere mortem nisi prius uidisset Christum domini. Deinde nõ fortuitu, ac simpliciter ingressus est templum, sed uenit in templum in spiritu dei. Quotquot enim spiritu dei agũtur, hi filij sunt dei. Spiritus igitur sanctus eum duxit in templum. Tu quoq; si uis tenere Iesum & amplexare manibus, & dignus fieri exire de carcere, omni labore nitere, ut ducẽ habeas spiritum, ueniasq; ad templum dei. Ecce nũc stas in templo domini Iesu, hoc est in ecclesia eius: hoc est templũ de uiuis lapidibus extructum. Stas autem in templo domini, quãdo uita tua, & conuersatio ecclesiæ fuerit appellatione dignissima. Si uenerís spiritu ad templum, inuenies paruulũ Iesum: leuabis illum brachijs tuis, & dices: Nunc dimittis seruum tuum domine in pace, secũdũ uerbum tuum. Simulq; attende, quòd solutioni, & dimissioni pax addita sit. Non enim ait: dimitti uolo, sed cum additamento in pace dimitti. Nam & beato Abrahæ hoc idem promissum est. Tu aũt uades ad patres tuos in pace, nutritus in senecta bona. Quis est qui moriatur in pace, nisi qui habet pacem dei quæ omnem sensum superat, custoditq; cor possessoris suiꝰ Quis est qui de seculo isto recedit in pace, nisi is qui intelligit quòd deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, nihilq; inimicum habet aduersarium dei, sed omnẽ pacem atq; concordiam bonis in se operibus assumpsit, & sic in pace dimittitur pergere ad sanctos patres, ad quos & sanctus Abrahã profectus est? Quid de patribus loquar? ad ipsum quoq; qui patriarcharum princeps & dominus est, ire Iesum, de quo dicitur: Melius est resolui & esse cum Christo. Ille habet Iesum, qui audet loqui: Viuo iam nõ ego, uiuit uero in me Christus. Vt igitur & nos stantes in templo, & tenentes dei filium amplexantesq; eum, digni remissione, & profectione ad meliora simus, oremus omnipotentẽ deum, oremus & ipsum paruulum Iesum, quem alloqui & tenere desideramus in brachijs: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Philip. 1

De eo

De eo quod scriptum est: Erant pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de eo, usq; ad eum locum ubi ait: Ecce iste positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel. Cap. II. Homilia XVI.

E T erant (inquit) pater illius & mater admirantes super his quæ dicebãtur de eo. Cõgregemus in unũ ea quæ in ortu Iesu dicta scriptaq; sunt de eo, & nunc scire poterimus singula quæq; digna esse miraculo. Quamobrem mirabatur et pater: sic enim appellatus est Ioseph, quia nutricius fuit: mirabatur & mater super omnibus quæ dicebantur de eo. Quænam ergo sunt quæ de paruulo Iesu fama disperserat? Pastores erãt in regione illa, uigilãtes & obseruantes custodias noctis supra gregem suũ. Venit angelus sub ipsa hora natiuitatis Iesu, & ait ad eos. Annuncio uobis gaudium magnum. Ite, & inuenietis infantem inuolutũ pannis, & positũ in præsepio. Nec dum angelus uerba finierat, & ecce multitudo cœlestis exercitus laudare cœpit et benedicere deũ. Cũ hoc pastores trepidi perspexissent & angelus recessisset ab eis, dixerũt ad inuicẽ. Eamus Bethleem, & uideamus factum quod dominus ostendit nobis. Venerunt & inuenerunt paruulum. Tam illi q; parẽtes uidentes quæ facta fuerant, admirabantur super hoc. Et de Simeone scribitur, quod rumorem auxerit miraculi, uel magna pars fuerit, tenuitq; puerum in brachijs suis, & ait: Nunc dimittis domine seruũ tuum in pace secundum uerbum tuũ, quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Fastigium, &, ut ita dicam, culmen super his quæ iactabantur de Iesu, & pater & mater illius mirabant̃, sermo Simeonis fuit. Non enim sufficit ei tenere paruulum, & ea quę de semetipso scripta sunt proloqui, sed benedixit patri illius & matri, & de ipso quoq; prophetauit infante dicẽs: Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorũ in Israel, & in signum cui contradicetur. Tuam quoq; ipsius animam pertrãsibit gladius, ut reuelentur de multis cordibus cogitatiões. Quid sibi uult quod ait: Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionẽ multorum in Israel? Huic quid simile in euangelio secundum Ioannem reperi scriptũ, In iudicium ego in mundum istum ueni, ut qui non uident uideant, & qui uidẽt cæci fiant. Quomodo ergo in iudicium uenit, ut non uidentes de nationibus uiderent, & qui prius uidebant de Israel cæci fierẽt: sic uenit in ruinam & resurrectionem multorũ. In aduentu enim domini saluatoris qui prius steterant corruerunt, & qui ceciderant surrexerunt. Vna hæc est interpretatio de eo quod dictum est: Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionẽ multorum in Israel. Est autem et altius quid intelligendũ aduersus eos uel maxime qui contra conditorem latrant, & hincinde de Veteri testamẽto, quæ non intelligunt testimonia cõgregantes simplicium corda decipiunt. Aiunt enim. Ecce deus legis & prophetarũ, uidete qualis sit. Ego, inquit, occidam, & uiuere faciam: percutiã, & ego sanabo: & non est qui eruat de manibus meis. Audiunt occidam, & non audiunt uiuificabo: audiũt percutiã, & audire contẽnunt, & ego sanabo. Istiusmodi occasionibus creatorẽ calumniantur. Igitur antequam interpretet̃ quem sensum habeat: Ego interficiam & uiuificabo, percutiã & sanabo, opponã eis testimoniũ euangelij, dicamq; aduersum hæreticos. Innumerabiles quippe hæreses sunt, quæ euangeliũ secundũ Lucam recipiunt. Si propterea cruentus, & in tantũ sæuus & crudelis est conditor, quia dicit: Ego interficiã & uiuificabo, percutiam & sanabo, manifestissimè est & Iesum ipsius esse filium: eadem siquidẽ de eo scripta sunt: Ecce hic positus est in ruinã & resurrectionẽ multorũ in Israel. Non in resurrectionẽ tantũ, sed & in ruinã. Si malum est interficere, malũ sit & in ruinã uenire. Quid respondebũt? Vtrúmne recedent à cultu eius, an quærent aliquã interpretationem, & ad tropologias cõfugient, ut quod in ruinã uenerit, benignitatẽ magis q; austeritatem sonet? Et quomodo iustum erit quãdo quid in euãgelio tale reperitur, ad allegorias & nouas intelligentias confugere: quãdo uero in Veteri instrumento, statim accusare, & nullam explanationem, quãuis probabilis sit, recipere? Sed & hoc quod sequitur: In iudicium ego ueni in mundũ istum, ut nõ uidentes uideant, & qui uident cæci fiant, quã uis quærant ut edisserant, implere nõ poterunt. Ego uero quia opto esse ecclesiasticus, & non ab hæresiarcha aliquo, sed à Christi uocabulo nũcupari, & habere nomẽ quod benedicit̃ super terrã, & cupio tam opere quàm sensu & esse & dici Christianus, æqualem & in ueteri & in noua lege quæro rationem. Loquitur deus: Ego interficiã: libẽter

Deut. 32

habeo

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeo ut interficiat me deus. Quando enim uetus in me homo est, et uiuo adhuc quasi homo, cupio ut occidat in me deus ueterem hominem, & uiuificet me ex mortuis. Primus enim, ait, homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Secundum hunc sensum intelligitur & illud: In iudicium ego ueni in mundum istum, ut qui non uident uideant, & qui uidẽt cæci fiant. Habemus in nobis omnes homines, & aspectum & cæcitatem. Adam & uidebat, & non uidebat. Eua quoq; antequam aperirentur oculi eius, uidisse describitur. Vidit, inquit, mulier lignum, quia bonum ad comedendũ, & optimũ oculis ad uidendum, & tollens de fructu ligni comedit, & dedit uiro suo, & comederunt. Igitur non erant cæci, sed uidebant. Deinde sequitur: Et aperti sunt oculi eorum. Ergo cæci fuerant, nec uidebant, quorũ oculi postea sunt aperti: Sed qui bene ante uiderant, postquam domini mandatum prętergressi sunt, cœperunt uidere male, & aspectum obedientiæ subripiente delicto postea perdiderunt. Ego sic intelligo & illud quod dicit deus: Quis fecit mutũ & surdum, uidentem & cæcum? Nónne ego dominus deus? Est oculus corporis quo terrena ista conspicimus, oculus secundum sensum carnis, de quo scriptura dicit: Frustra incedis inflatus sensu carnis. Cui habemus alium contrariũ meliorem, & diuina sapientem: qui quia cæcus in nobis erat, uenit Iesus ut faceret eum uidere, ut qui non uidebant, uiderent, qui autem uidebant cæci fierent. Iuxta hunc ergo sensum, & hoc quod nunc habemus in manibus est intelligẽdum: Ecce iste positus est in ruinam, & in resurrectionem multorũ in Israel. Habeo aliquid in me quod male stat, & peccati superbia se erigit: hoc cadat, hoc subruatur. Quod si ceciderit, quod anterat, surgens stabit. Interior homo meus quondam iacebat elisus, & exterior stabat erectus. Antequam crederem in Iesum, bonũ in me iacebat, malum stabat. Postquã ille uenit, tunc quod in me malum fuit, corruit, & expletũ est illud, Semper mortificationem Iesu in corpore circumferentes: & illud: Mortificate membra uestra super terram, fornicationem, immunditiam, luxuriam, idololatriam, ueneficia, & cætera. Horum omnium utilis ruina facta est. Et de hac ruina dicitur: Vbicunq; erit cadauer, illic congregabuntur aquilæ. Cadauer quippe, à casu nomen accepit. Vna est hęc ruina, ad quam primum uenit Iesus: nec potest facere resurrectionem, nisi ruina pręcesserit. Venit ante destruere quod in me malum fuit, ut illo destructo & mortificato, cõsurgat in me, & uiuificetur id quod bonum est, ut consequamur regnum cœlorum per dominũ nostrũ Iesum Christum: Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

1 Cor. 15

Gen. 3

Exod. 4

Col. 2

Col. 3

Matt. 24

De eo quod scriptũ est: Erant pater eius & mater ammirantes super his quæ dicebantur de eo, & rursum usq; ad eum locum ubi de Anna scribitur. Cap. II. Homilia XVII.

VCAS qui scripsit: Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, propter hoc & quod natũ fuerit sanctũ, uocabit filius dei: & qui manifeste nobis tradidit, quoniã uirginis filius Iesus est, nec de humano conceptus est semine: iste patrẽ eius Ioseph testatus est, dicẽs: Erãt pater illius & mater ammirantes super his quæ dicebãtur de eo. Quæ igitur causa extitit, ut eum qui pater nõ fuit, patrem esse memorarent? Qui simplici expositione cõtentus est, dicit: Honorauit eum spiritus sanctus patris uocabulo, quia nutrierat saluatorẽ. Qui autem altius aliquid inquirit, potest dicere, quia generationis ordo à Dauid usq; ad Ioseph deducitur, & ne uideretur frustra Ioseph nominari, qui pater non fuerat saluatoris, ut generatiõis ordo haberet locum, pater appellatus est domini. Ammirabantur igit pater illius & mater super his quæ dicebantur de eo tam ab angelo, q̃ à multitudine cœlestis exercitus, nec nõ à pastoribus. Omnia quippe hæc audiẽtes, ue hementissimè mirabantur. Dehinc scriptura ait: Benedixit eis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce iste positus est in ruinam & in resurrectionẽ multorũ in Israel, & in signum cui contradicitur. Et tuã ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelẽtur ex multis cordibus cogitationes. Quomodo saluator in ruinã & in resurrectionẽ multorum uenerit, est contemplandũ. Qui simpliciter exponit, potest dicere in ruinã eum uenisse infidelium, & in resurrectionẽ credentium. Qui uero curiosus interpres est, dicit ne

cit nequaquam eum cadere qui ante non steterit. Da mihi igitur qui fuerit ille qui stetерit, & in cuius ruinã saluator aduenerit, nec nõ & eum qui cõsurgat. Nam utiq; ille consurgit, qui ante corruerat. Videndũ est utiq;, ne forte saluator nõ alijs atq; alijs in ruinã uenerit & resurrectionẽ multorũ, sed ijsdem & in ruinã & in resurrectionẽ uenerit. In iudiciũ, ait, ego ueni, ut qui nõ uidebant uideant, & qui uidebãt cæci fiant. Est enim in nobis quod uidebat prius, & postea uidere desiuit, & aliud quod nõ uidebat, & postea cœpit uidere. Verbi gratia, uolo uidere illis oculis quibus antea nõ uidebã, & qui mihi postea reserati sunt, quoniã post inobedientiam & Adam & Euæ oculi sunt aperti, de quibus superiori sermõe tractauimus. Nũc aũt interpretandũ quid sibi uelit hoc quod ait: Ecce hic positus est in ruinã, & in resurrectionẽ multorum in Israel. Me oportet primum cadere, & cũ cecidero postea bene resurgere, ne saluator causa fuerit malæ ruinę. Sed propterea cadere me fecit, ut cõsurgam, & multo mihi ruina utilior fuerit, q̃ illud tempus quo uidebar stare. Stabam enim in peccato eo tẽpore quo peccato uiuebam: & quia peccato stabam, prima mihi utilitas fuit ut caderẽ, & peccato morerer. Deniq; & sancti prophetę quando augustius aliquid contemplabant, cadebant in faciẽ suam. Propterea aũt cadebant, ut peccata per ruinã plenius purgarentur. Hoc ipsum & saluator tibi primũ concedit, ut corruas. Ethnicus eras, cadat in te ethnicus: diligebas scortum, primũ in te scortũ intereat: peccator eras, cadat in te peccator, ut possis dehinc resurgere & dicere: Si commortui sumus, & conuiuemus: & si mortis consormes, simul & resurrectionis erimus. Iste igitur in ruinã & in resurrectionẽ multorũ positus est in Israel, hoc est in his qui plena possunt acie, & ratione conspicere. Et in signũ cui cõtradicetur. Omnibus quæ narrat historia de saluatore, contradicit. Virgo mater est, signũ est cui contradicitur. Marcionitę cõtradicunt huic signo, & aiunt, penitus eum de muliere non esse generatũ. Ebionitæ cõtradicunt signo, dicẽtes ex uiro & muliere ita natũ esse, ut nos quoq; nascimur. Habuit corpus humanũ: & hoc signũ est cui contradicitur. Alij enim dicunt eũ uenisse de cœlis: alij rale quale nos corpus habuisse, ut per similitudinẽ corporis etiã nostra corpora redimeret à peccatis, & daret nobis spẽ resurrectionis. Resurrexit à mortuis: & hoc signũ est cui contradicit, quomodo resurrexit, & utrũ ipse, & talis qualis mortuus est, an certe in melioris substantiæ corpus resurrexerit. Et est infinita cõtentio: alijs dicẽtibus, fixurã clauorũ Thomę ostẽdit in manibus suis: alijs è regione tractãtibus, si idem corpus habuit, quomodo clausis ingressus est ostijs, et stetit? Vides igitur quẽadmodum argumentis uarijs etiã resurrectioni eius quæstio cõcitetur, & fit signũ cui cõtradicit. Ego & hoc quod prophetarum ore prædictum est, puto signũ esse cui cõtradicit. Sunt enim plures hæretici, qui asserunt eum à prophetis penitus nõ fuisse prædicatũ. Et quid me necesse est multa prosequi? Omnia quę de eo narrat historia, signũ est cui contradicitur. Non quod contradicant hi qui credunt in eum: nos quippe omia scimus uera esse quæ scripta sunt: sed quia apud incredulos uniuersa quæ de eo scripta sunt, signũ sit cui contradicitur. Deinde Simeon ait: Et tuã ipsius animã pertransibit gladius. Quis est iste gladius qui nõ aliorũ tantum, sed etiã Mariæ cor pertransiit? Aperte scribitur, quod in tẽpore passionis omnes sint apostoli scandalizati, ipso quoq; domino dicẽte: Omnes uos scandalizabimini in nocte hac. Ergo scandalizati sunt uniuersi, in tantũ ut Petrus quoq; apostolorum princeps tertio denegarit. Quid? putamus quod scandalizatis apostolis mater domini à scãdalo fuerit immunis? Si scandalum in domini passione non passa est, nõ est mortuus Iesus pro peccatis eius. Si aũt omnes peccauerũt & egent gloria dei, iustificati gratia eius & redempti, utiq; & Maria illo tempore scandalizata est. Et hoc est quod nunc Simeon propherat dicens: Et tuam ipsius animã, quæ scis absq; uiro peperisse te uirginem, quæ audisti à Gabriele: Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, pertransibit infidelitatis gladius, & ambiguitatis mucrone ferieris, & cogitationes tuæ te in diuersa lacerabunt, cum uideris illum quẽ filiũ dei audieras, & sciebas absq; semine uiri esse genera tum, crucifigi & mori, & supplicijs humanis esse subiectũ, & ad postremũ lachrymabiliter conquerentẽ atq; dicentẽ: Pater si possibile est, pertrãseat calix iste à me. Et tuam ergo animã pertrãsibit gladius, ut reuelentur ex multorũ cordibus cogitationes. Cogitationes erãt malæ in hominibus, quæ propterea reuelatæ sunt, ut prolatæ in medium perderen-

Ioan. 9

Matt. 26

Matt. 26

perderẽt,& interfectæ atq; emortuę, esse desinerẽt, & occideret eas ille qui pro nobis mortuus est. Quamdiu enim absconditæ erant cogitationes, nec prolatæ in mediũ, impossibile erat eas penitus interfici, Vnde et nos si peccauerimus, debemus dicere: Peccatum meũ notũ feci tibi, & iniquitatem meã non abscondi. Dixi annunciabo iniustiPſal. 32 tiam meã contra me domino. Si emẽ hoc fecerimus, & reuelauerimus peccata nostra nõ solum deo, sed & his qui possunt mederi uulnerib. nostris atq; peccatis, delebunt peccaIſa. 44 ta nostra ab eo qui ait: Ecce delebo ut nubem iniquitates tuas, et sicut caliginẽ peccata tua, Post Simonis prophetiam, quia necesse erat ut mulieres etiã saluarentur, uenit prophetes mulier, de qua scribit. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. Quàm pulcher ordo. Non uenit ante uirũ mulier, sed primũ uenit Simeon, qui apprehendit infantẽ, & tenuit in brachijs suis: deinde mulier, cuius nõ sunt quidem uerba digesta, sed dictum est generaliter quod cõfessa sit domino, & locuta de eo omnibus qui expectabant redẽptionem Israel. Et iuste sancta mulier spiritum prophetandi meruit accipere, quia longa castitate, longisq; ieunijs ad hoc culmen ascenderat. Videte mulieres testimoniũ Annæ, & imitamini illud, si quando uobis euenerit ut perdatis uiros. Considerate quid de ea scriptũ sit, Septem annis uixit à uirginitate sua cum uiro suo, & reliqua, propterea prophetes fuit. Neq; enim ut libet & fortuito spiritus sanctus habitauit in ea. Bonum est, & primum, si qua potest uirginitatis gratiam possidere. Si aũt hoc non potuerit, sed euenerit ei ut perdat uirum, uidua perseueret. Quod quidem non solum post mortem uiri, sed etiã cum ille uiuit debet habere in animo, ut etiam si nõ uelit uoluntas ipsius & propositũ, à domino coronet, & dicat: Hoc uoueo atq; promitto si mihi humanũ aliquid q̃d non opto cõtigerit, nihil aliud faciam cẽ incontaminata uidua q; perseuerem. Nunc uero & secundę & tertiæ & quartæ nuptiæ, ut de pluribus taceam, reperiuntur, & non ignoramus quod tale cõiugium eijciet nos de regno dei. Sicut enim ab ecclesiasticis dignitatibus nõ solũ fornicatio, sed & nuptiæ repellunt, neq; enim episcopus, nec presbyter, nec diaconus, nec uidua possunt esse digami: sic forsitan & de cœtu primitiuorũ immaculatorumq; ecclesiæ, quæ non habet maculã, neq; rugam, eijciet digamus: non quo in æternũ mittat incendiũ, sed quo partem nõ habeat in regno dei. Memini cum interpretarer illud quod ad Corinthios scribitur: Ecclesiæ dei quæ est Corinthi cũ omnib. qui inuocant eũ, dixisse me diuersitatẽ ecclesiæ, & eorum qui inuocant nomẽ domini. Puto enim monogamũ & uirginẽ, & eum qui in castimonia perseuerat, esse de ecclesia dei: eũ uero qui sit digamus, licet bonã habeat cõuersationẽ, & cæteris uirtutibus polleat, tamen nõ esse de ecclesia, & de eo numero, qui non habent rugã aut maculã, aut aliquid istiusmodi: sed esse de secundo gradu, & de his qui inuocant nomen domini, & qui saluantur quidem in nomine Iesu Christi, nequaq; tamen coronantur ab eo. Cui est gloria & imperium in secula seculorũ, Amen.

De eo quod scriptũ est: Puer autem crescebat & cõfortabatur, usq; ad eum locũ ubi ait: An nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Cap. II Homilia XVIII

N ATVS est dominus meus Iesus, & ascenderunt parentes eius in Hierosolymã, ut cõplerent ea quæ fuerãt in lege præcepta, & offerrent pro eo par turturũ, & duos pullos columbarũ. Tenuit eum brachijs suis Simeon, ut dudum lectum est, & prophetauit de eo quæ narrat historia: & postquã omnia in more completa sunt, reuertuntur parentes quo Iesus nunc agebat, & tamen crescebat & confortabatur sapientia & gratia. Necdum quadraginta dies purgationis impleuerat, necdũ Nazareth uenerat, & iam totam sapientiã respiciebat. Potuit scriptura dicere, crescebat & cõfortabat, & accipiebat spiritũ, sed qui euacuauerat se formã serui accipiens, statim ut pro mũdatione eius sacrificiũ oblatũ est, id quod uacuefecerat adimpleuit: non quod corpus eius illico maius fuerit effectum, sed quod sacratius quippiã demõstraretur, scriptura referente: Puer aũt crescebat & confortabatur, & replebatur sapiẽtia. Quęramus sicubi alibi de paruulo scriptũ sit, crescebat & cõfortabat, ut ex collatiõe multorũ quid plus in domino nostro dicat, intelligere ualeamus. De Ioãne: Puer aũt crescebat & confortabatur, & tamen non additur, & repleba

replebatur sapientia, sed cõfortabat spiritu. Hic uero de domino: Crescebat, inquit & confortabat, & replebat sapientia, & gratia dei erat super eum. Hæc omnia de puero, qui necdũ duodecim annos impleuerat, dicta sunt. Cum aũt duodecim esset annorũ, remanet in Hierusalem. Parẽtes eius ignorantes, quærũt eum solicite, & non inueniunt. Quærunt inter affines, quærunt in comitatu, quærunt inter notos, & in his omnibus nõ reperiunt. Quærit ergo Iesus à parẽtibus suis cum patre, qui nutricius & comes fuerat Ægyptũ descẽdentis, & tamen non statim ut quærit inuenitur. Nõ enim inter cognatos & carnis propinquos inuenitur Iesus, non in his qui corporaliter ei iuncti sunt. In multorũ comitatu Iesus meus nõ potest inueniri. Disce ubi eum quærentes reperiãt, ut & tu quærens cũ Ioseph Mariaq; reperias. Et quærentes, inquit, inuenerũt illum in templo. Non ubicunq; in alio loco, sed in templo. Neq; in templo simpliciter, sed in medio doctorũ, audientem & interrogantem eos. Et tu ergo quære Iesum in templo dei, quære in ecclesia, quære eum apud magistros, qui in templo sunt, & nõ egrediuntur ex eo. Si enim ita quæsieris, inuenies eum. Porrò si quispiam dicit se magistrum esse, & Iesum non habet, iste nomine tantum magister est, & ideo apud eum nõ potest inueniri Iesus uerbum dei & sapientia. Inuentus est, inquit, in medio doctorum. Quomodo in alio loco de prophetis scriptum est, sic & nunc intellige in medio doctorũ. Si, inquit, alteri reuelatũ fuerit sedenti, primus tacet. In medio doctorũ sedentem inueniunt eum: & non solum sedentem, sed & scisscitantẽ & audientẽ eos. Et nunc prẽsens est Iesus, interrogat nos, & audit loquentes. Et mirabantur, inquit, omnes. Super quo mirabantur? Non super interrogationibus eius, licet & ipsæ mirabiles erãt, sed super respõsionibus eius. Aliud est em̃ interrogare, aliud respondere. Interrogabat magistros: & quia respondere non poterant, ipse his de quibus interrogauerat, respõdebat. Quod aũt respõsio non uicissitudinẽ sermocinandi, sed doctrinã in scripturis sanctis sonet, lex diuina te doceat. Moyses loquebat, deus aũt respõdebat ei uoce. Responsio illa eorũ erat, super quibus ignorantẽ Moysen dominus instruebat. Interdum interrogat Iesus, interdũ respõdet, sicut supra diximus. Quanquam mirabilis eius interrogatio sit, tamen multo mirabilior est respõsio. Vt igitur & nos audiamus eum, & proponat nobis quæstiones quas ipse dissoluat, obsecremus illum, & cum labore nimio & dolore quæramus, & tunc poterimus inuenire quem quærimus. Non enim frustra scriptum est: Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Oportet enim qui quærit Iesum, non negligenter, nõ dissolutè, nõ transitorie quærere, sicut quærunt nonnulli, & ideo inuenire non possunt. Nos autem dicamus: Dolentes quærimus te. Et cum hoc dixerimus, ad laborantẽ animã nostram, & cum dolore quærentem, respõdebit, & dicet: Nescitis quia in his quę sunt patris mei me oportet esse? Vbi sunt hæretici impij atq; uesani, qui asserunt non esse patris Iesu Christi legem & prophetas? Certe Iesus in templo erat, quod à Solomone cõstructum est, & confitetur templum illud patris sui esse, quem nobis reuelauit, cuius filium esse se dixit: Respondeant quomodo alter bonus, & alter sit iustus deus. Quia igitur saluator creatoris est filius, in cõmune patrem filiumq; laudemus, cuius lex, cuius & templum est. Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptũ est: Puer autẽ crescebat & cõfortabatur, usq; ad eum locũ ubi ait: Seniores in templo interrogat. Cap. II Homilia XIX

Q VIA nõnulli qui sanctæ scripturæ uidẽt credere, quasi in gloriã omnipotentis dei diuinitatẽ saluatoris negant, iustum mihi uidetur ut ipsarum scripturarum auctoritate doceantur in humanũ corpus quiddam uenisse diuinum, & non solum in humanum corpus, sed in humanam quoq; animam. Quanquam si diligenter sensum intendimus scripturarum, plus aliquid anima illa habuit, quàm cæteræ hominum animę. Omnis quippe anima hominis antequã ad uirtutes ueniat, uitijs sordidat. Porrò anima Iesu, nunquã peccati sorde maculata est. Siquidem anteq; ad duodecimũ ætatis peruenerit annũ, spiritus sanctus de eo in Lucæ scribit euangelio: Puer autem crescebat & confortabatur, & replebatur sapientia. Hoc hominum natura non recipit, ut ante duodecim annos sapientia cõpleatur. Aliud est partem habere sapiẽtiæ, aliud sapientia esse cõpletum. Non ambigimus ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo diuinum aliquid in carne Iesu apparuisse: & non solum super hominem, sed super omnem quoq; rationalem creaturam. Et crescebat, inquit. Humiliauerat enim se, formã serui accipiens, & eadem uirtute qua se humiliauerat crescit. Apparuerat infirmus, quia infirmum corpus assumpserat, & ob id iterũ cõfortatur. Euacuauerat se filius dei, & propterea rursum completur sapientia, & gratia dei erat super eum. Non quando uenit ad adolescentiam, non quãdo manifeste docebat, sed cum adhuc esset paruulus habebat gratiam dei: & quomodo omnia in illo mirabilia fuerant, ita & puericia mirabilis fuit, ut dei sapientia compleretur. Ibant itaq; parentes eius iuxta consuetudinem in Hierusalem ad solennem diem Paschæ. Et cum factus fuisset annorum duodecim. Diligenter obserua, quia priusquam duodecim esset annorum, sapientia dei & cæteris, quę de eo scripta sunt, complebatur. Cum ergo, ut diximus, duodecim esset annorum, & iuxta mortem dies solennitatis expleti essent, & reuerterentur parẽtes cum infantulo Iesu, remansit puer in Hierusalẽ, & nesciebant parẽtes eius. Et hic sublimius quiddam ꝙ humana natura patitur intellige. Non em̃ simpliciter remãsit, & parentes eius ubi esset ignorabant, sed quomodo in Ioannis euangelio scriptũ est, quoniã insidiabantur ei Iudæi, & elapsus est de medio eorũ, & non apparuit, sic & nunc puto remansisse puerũ in Hierusalem, & parentes eius ubi remanserit ignorasse. Nec miremur parẽtes uocatos, quorũ alter ob partũ, alter ob obsequium, patris & matris meruerunt uocabula. Sequitur: Dolentes, inquit, quærebamus te. Non puto eos idcirco doluisse, quia putarent erasse puerum uel periisse: nec poterat accidere, ut Maria quę sciebat se de spiritu sancto concepisse, quæ & angelum loquentẽ, & currentes pastores, & Simeonẽ audierat prophetantẽ, timeret, ne puerũ perderet oberrantẽ. Amoue hanc opinionem maxime de Ioseph, cui ab angelo præceptum fuerat, ut tolleret puerũ, & in Ægyptũ pergeret: qui audierat: Ne timeas tollere Mariam coniugẽ tuam, quod enim in ea natũ est, de spiritu sancto est. Nunc̃ fieri poterat ut perditũ formidaret infantẽ, quem diuinũ esse cognouerat. Aliud quiddã dolor & quæstio parentũ, ꝙ simplex lector intelligit, sonat. Quomodo enim tu siquando scripturas legis, quęris in eis sensum cum dolore quodã actor mento, non quo scripturas errasse, aut perperã quid habere arbitreris, sed quod illæ intrinsecus habeant ueritatis sermonẽ atq; rationẽ, et tu nequeas inuenire quod uerũ est: ita & illi quærebant ne forte recessisset ab eis, ne relinquens eos ad alia transmigrasset, & quod magis puto, ne reuertisset ad cœlos, cum illi placuisset, iterum descẽsurus. Dolentes ergo, quærebant filium dei. Et cum quærerent, non inuenerunt inter cognatos. Neq; enim poterat humana cognatio dei filiũ continere, Non inuenerunt inter cognatos, quia diuina maiora erant notitia scientiaq; mortali. Vbi igit̃ inueniunt eũ? In templo, Ibi enim inuenitur filius dei, Si quando & tu quæsieris filium dei, quære primũ in templo, illuc propera, ibi Christum sermonem atq; sapientiã, id est filium dei, reperies. Quoniã uero paruulus erat, inuenitur in medio præceptorum, sanctificans & eruditẽs eos. Quia paruulus erat, inuenitur in medio non eos docẽs, sed interrogãs, & hoc pro ætatis officio, ut nos doceret quid pueris, quamuis sapientes & eruditi sint, cõueniret, ut audiant potius magistros, ꝙ docere desiderent, & se uana ostentatione nõ iactent. Interrogabat, inquam, magistros, non ut aliquid disceret, sed ut interrogãs erudiret. Ex uno quippe doctrinæ fonte manat & interrogare & respondere sapienter: & eiusdem scientiæ est, scire quid interroges, quidue respondeas. Oportuit primũ saluatorem eruditæ interrogationis magistrum fieri, ut postea interrogationibus respõderet iuxta rationem dei, atq; sermonem. Cui est gloria & imperium in secula seculorũ, Amen.

De eo quod scriptũ est: Quid est quod quærebatis me, usq; ad eum locũ ubi ait: Conseruabat Maria omnia uerba in corde suo. Cap. II Homilia XX

Q Værebant Maria & Ioseph inter affines Iesum, & non inueniebãt: in comitatu, & inuenire non poterant. Quæsierunt in templo, sed apud magistros, & in medio præceptorum inueniũt eum. Vbicũq; magistri fuerint, in medio magistrorum inuenit̃ Iesus, si tamen magister sedeat in templo, & nunquam egrediatur ex eo. Profuit Iesus magistris suis, & eos quos interrogare uidebatur, docuit in medio eorum loquens, & quodammodo cõcitabat eos ad quæ-

ad quærenda, quæ usq; ad id locorũ, utrum scirent, an ignorarent, nosse non poterant. Inuenitur Iesus in medio magistrorũ, & inuentus dicit quæsitoribus suis: Quid est quia quærebatis me? Nesciebatis quia in his quæ sunt patris mei oportet me esse? Primũ simpliciter sentiẽtes armemur aduersus impios hæreticos, qui dicunt non esse cõditorem patrem Christi Iesu, neq; deum legis, sed nec prophetarũ. Ecce pater, deus templi asseritur. Erubescãt Valentiniani audientes Iesum inquientem: In his quæ sunt patris mei oportet me esse. Erubescant omnes hæretici, qui euangeliũ recipiunt secundũ Lucam, & quæ in eo sunt scripta contẽnunt. Hæc ut dixi, sint intellecta simplicius. Quoniã uero infertur: Ipsi aũt non intellexerunt sermonem, sensum scripturæ diligentius uentilemus, si erant stulti & insipientes, ut nescirẽt quid diceret, quia hoc quod ait: In his quæ sunt patris mei me esse oportet, significaret in templo, an aliud quiddã altius significet, & quod magis ædificet audiẽtes. Vnusquisq; nostrũ si bonus fuerit atq; perfectus, possessio dei patris est, & habet in medio sui Iesum. Credamus quippe dicenti, quoniam in his quę sunt patris mei me oportet esse. Magis rationabile atq; uiuẽs, & uerũ templum dei hoc esse suspicor, ꝙ illud quod typice terreno opere cõstructũ est. Vnde illo in tẽplo ut typice fuit, ita recessit & typice. Egressus est enim de tẽplo terreno dicens: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta, & relinquẽs domum illã uenit ad possessionẽ dei patris, ad ecclesias in toto orbe dispersas & dicit: In his quę sunt patris mei me oportet esse. Tunc ergo non intellexerunt uerbũ, quod locutus est eis. Simul & illud attẽdite, quod quamdiu in possessione patris sui fuit sursum erat, quia necdum plenã fidẽ Ioseph & Maria habebãt, propterea sursum cũ eo manere nõ poterãt, sed dicitur descendisse cum eis. Crebro Iesus descendit cum discipulis suis, nec semper uersatur in mõte, nec absq; fine sublimia tenet. In monte cum Petro est, cum Iacobo, cum Ioanne, & rursum in alio loco cũ cæteris discipulis. Porrò quia nõ ualebant hi qui uariis ægrotationibus laborabant in montem conscendere, idcirco descẽdit, et uenit ad eos qui deorsum erant. Nunc quoq; scribitur, descendit cum eis, & uenit Nazareth, & subiiciebatur eis. Discamus filij subiecti esse parentibus nostris, maior minori subijcit̃. Nam quia maiorem Ioseph uidebat ætate, propterea eum parentis honore coluit, omnibus filijs exemplum tribuens, ut subijciantur parentibus. Quod si patres ijs nõ fuerint, subijciant̃ his qui patrũ ætatem habent. Quid loquor de parentibus & filijs? Si Iesus filius dei subijcitur Ioseph & Mariæ, ego nõ subijciar episcopo qui mihi à deo ordinatus est pater? Nõ subijciar presbytero, qui mihi domini dignatione prępositus est? Puto quod intelligebat Ioseph, quia maior se erat Iesus, quod subijciebatur sibi, & sciens maiorẽ esse subiectum, trepidus moderabat̃ imperiũ. Videat ergo unusquisq;, quod sępe melioribus prępositus sit inferior, & nonnunq̃ accidat, ut ille qui subiectus est, melior sit eo qui sibi uidetur esse præpositus. Quod cum intellexerit dignitate sublimior, nõ eleuabitur superbia ex eo quod maior est, sed sciet ita sibi meliorem esse subiectum, quomodo & Iesus subiectus fuit Ioseph. Deinde sequitur. Maria aũt conseruabat omnia uerba hæc in corde suo.] Plus aliquid ꝙ de homine suspicabatur, unde & custodiebat omnia uerba eius in corde suo, non quasi pueri qui duodecim esset annorũ, sed eius qui de spiritu sancto conceptus fuerat, quẽ uidebat proficere sapiẽtia & gratia apud deum & homines. Iesus proficiebat sapiẽtia, sapientior per singulas uidebat̃ ætates. Nunquid sapiens nõ erat, ut sapientior fieret? An quoniã euacuauerat se formã serui accipiens, id quod amiserat resumebat, & replebat̃ uirtutib. quas pauloante assumpto corpore uisus fuerat relinquere? Proficiebat ergo nõ solũ sapiẽtia, sed ætate. Est ætatis profectus. Duæ in scripturis feruntur ætates, altera corporis quæ non est in potestate nostra sed in lege naturæ, altera animæ, quæ proprie in nobis sita est, iuxta quam si uolumus quotidie crescimus, & ad summitatem uenimus: ut non simus ultra paruuli fluctuantes, & qui circumferamur omni uento doctrinæ, sed esse paruuli desinẽtes, incipiamus esse uiri, atq; dicamus: Quãdo factus sum uir, destruxi ea quæ erãt paruuli. Huius ut dixi ætatis profectus, qui incrementũ habet animæ, in nostra est potestate. Si autẽ nõ sufficit testimonium, etiã aliud de Paulo sumamus exemplum. Donec perueniamus, inquit, omnes in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis corporis Christi. In nobis ergo est ut ad mensurã perueniamus ætatis corporis Christi, & si in nobis est, omni labore nitamur

1 Cor. 13

Ephes. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur deponere paruulũ, & destruere illũ & ad ætates reliquas peruenire, ut nos quoq; audire possimus: Tu autem ibis ad patres tuos cũ pace, nutritos in senecta bona, utiq; spirituali, quæ est uere senectus bona, canescens & in finem usq; perueniens in Christo Iesu: Cui est gloria & honor & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptũ est: Quintodecimo anno imperij Tiberij Cæsaris, usq; ad eum locum ubi ait: Rectas facite semitas eius. Cap. III. Homilia XXI.

Esa.1

QVANDO ad Iudæos tantũ sermo propheticus mittebat, Iudaici reges ponebant in titulo: Verbi gratia, uisio quã uidit Esaias filius Amos aduersus Iudæã, & aduersus Hierusalẽ in regno Osiæ & Ioathan, & Achaz, & Ezechiæ: nec aliũ quemquã exceptis Iudææ regibus Esaiæ uideo tẽpore designatũ. In quibusdã prophetis & Israel reges legimus, sicut ibi: Et in diebus (inquit) Hieroboam filij Ioas regis Israel. Quando uero sacramentũ euãgelij prædicandum erat, & in toto orbe euangeliũ disseminandũ, cuius princeps Ioannes in eremo fuit, & orbem Romanũ Tiberij regebat imperiũ, & tunc in quintodecimo anno uerbum domini ad Ioannem factũ esse describit. Et si tantũ his qui de nationibus crediturí erãt annunciãda salus fuisset, & penitus excludendus Israel, sufficerat dicens: In quintodecimo anno Tiberij Cæsarijs, præside Iudææ Põtio Pilato. Quia uero & de Iudæa & de Galilæa multi crediturí erant, ideirco & hęc regna ponuntur in titulo: dicitur q̃, Tetrarcha Galilææ Herode, & Philippo fratre eius Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysanía Tetrarcha Abilenæ, sub principibus sacerdotũ Anna & Caipha factum est uerbum domini ad Ioannem filium Zachariæ in deserto. Olim uerbũ dei fiebat ad Hieremiã filium Elchiæ in Anathoth in diebus Iosiæ regis Iudę: nunc sermo dei fit ad Ioannẽ filium Zachariæ, qui nunquã factus est ad prophetas in deserto. Sed quia plures filij crediturí erant desertæ magis quàm eius quæ habet uirũ, idcirco factum est uerbum dei ad Ioannem filium Zachariæ in deserto. Simulq; considera quod magis rationem habet si mystice intelligatur desertum, & non secundũ simplicem literam. Qui enim in deserto prædicat, superflue facit ibi uociferari, ubi se loquentem nullus exaudiat. Præcursor ergo Christi, & uox clamantis in deserto, prædicat in deserto animæ, quæ non habebat pacem. Non solum aũt tunc, sed & in præsenti primũ lucerna ardens & lucens uenit, & prædicat baptisma pœnitentiæ in remissionẽ peccatorũ, deinde lux uera subsequitur: quando lucerna ipsa loquitur: Illum oportet crescere, me autẽ minui. Fit uerbum in deserto, & uenit ad omnem circa regionem Iordanis. Quæ enim alia loca debuit circuire baptista nisi uicina Iordanis, ut quicunq; uoluisset agere pœnitẽtiã, præsto essent ad lauacrum aquæ? Porro Iordanis descendens interpretatr. Descendẽs autẽ & largo impetu currens fluuius dei saluator noster dñs est, in quo baptizamur. Quam uerã aquam salutarem, in remissionẽ quoq; peccatorũ in baptisma prædicat, uenite catechumeni, agite pœnitentiã, ut in remissionem peccatorũ baptisma consequamini. In remissionem peccatorũ ille accipit baptisma, qui peccare desistit. Si quis enim peccans ad lauacrũ uenit, ei nõ fit remissio peccatorũ. Propterea obsecro uos ne absq; cautela & diligenti circũspectione ueniatis ad baptismũ, sed ostendatis primũ fructus dignos pœnitentiæ. Facite aliquid tẽporis in cõuersatione bona, mũdos uos à cunctis sordibus uitijsq; seruate, & tunc uobis remissio peccatorũ fiet, quãdo cœperitis & ipsi propria peccata contẽnere. Dimittite delicta uestra, & dimittentur uobis. Hoc autem ipsum quod nunc de Veteri instrumento ponit, in Esaia propheta scriptũ legimus. Ibi enim dicit: Vox clamantis in deserto: Parate uiam dñi, rectas facite semitas eius. Vult dominus in uobis reperire uiã, ut possit in uestras animas ingredi & iter suum facere. Præparate ei semitã, de qua dicitur: Rectas facite semitas eius: Vox clamantis in deserto. Vox clamat, præparate uiã. Primo eñ uox ad aures peruenit: deinde post uocẽ imò cum uoce, auditum sermo penetrat. Iuxta hunc sensum à Ioanne annũciatus est Christus. Videamus ergo quid uox de uerbo annunciet. Præparate (inquit) uiam domino. Quam uiam domino pręparemus? Nunquid corporeã? Aut potest sermo dei tali itinere pergere? An intrinsecus præparanda est domino, & in corde nostro recta & æqualis semita

semita cõponenda? Hęc est uia per quam ingressus est sermo dei, qui in humani corporis capacitate cõsistit. Magnũ est cor hominis & spatiosum & capax, si tamẽ mundum fuerit. Vis eius magnitudinem latitudinemq; cognoscere? Vide quantã diuinorũ sensuum magnitudinem capiat. Ipse ait: Dedit mihi eorũ, quæ sunt, notitiã, rationem mundi scire, & opera elementorũ, principium & finem & medietatem seculorũ, temporum uarietates, & translationem mensium, annorum circulos, & siderum sedes, naturas animalium, & furores bestiarũ, spirituũ uiolentias, & cogitationes nominum, diuersitates arborum, & uim radicum. Vides non paruum esse cor hominis, quod tãta capiat. Neq; in corporis quantitate, sed in fortitudine eius intellige, quæ tantam scientiã capiat ueritatis. Vt autem & simplices quosq; quotidianis exemplis ad credendum adducã quod grande sit cor hominis, uideamus. Quascunq; urbes transiuimus, habemus illas in animo, & qualitates, & situs platearum, murorumq;, & ædificiorũ in corde nostro uersantur. Viam quam ingressi sumus, in memoriæ pictura ac descriptione retinemus, mare quod nauigauimus tacita cogitatione amplectimur. Non est paruum, ut dixi cor hominis, quod potest tanta capere. Si autẽ non est paruum tanta capiens, consequenter in illo uia domini præparatur, & recta fit semita, ut ambulet in illa sermo dei, atq; sapientia. Præpara uiam domino per conuersationem bonam, & egregijs operibus tene semitã, absq; offensa ulla deambulet in te uerbum dei, & donet tibi mysteriorũ suorum aduentusq; notitiam. Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Sap.7

De eo quod scriptum est: Omnis uallis implebitur, usq; ad eum locum ubi ait: Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Cap. III. Homilia XXII.

VIDEAMVS quæ in Christi prædicentur aduentu, inter quæ primũ de Ioanne scribitur: Vox clamantis in deserto: Parate uiam dñi, rectas facite semitas eius. Et quod sequitur proprie de domino saluatore est. Neq; enim à Ioanne omnis uallis impleta est, sed à domino saluatore. Seipsum unusquisq; consideret, quis erat antequã crederet: tunc animaduertet uallẽ humilem, uallem se fuisse præcipitem & in ima demersam. Quando uero uenit dominus Iesus, & misit spiritum sanctum uicariũ suũ, uallis omnis expleta est. Expleta est autem operib. bonis, & fructibus spiritus sancti. Charitas non sinit permanere te uallẽ. Quod si pacem habueris, & sapientiã & bonitatẽ, nõ solum uallis esse desistes, sed etiã mons esse incipies dei. Quod tamen de gentibus quotidie magis fieri uidemus, atq; comple ri: Omnis uallis implebitur, q̃ de populo Israel, qui de excelso depositus est: Omis (inquit) mõs & collis humiliabitur. Mons erat quondam ille populus & collis, qui depositus est atq; destructus. Illorũ delicto salus gentibus data est ad æmulandũ eos. Quod & si contrarias fortitudines, quæ aduersus mortales erigebantur, dixeris mõtes & colles esse depositos, non peccabis. Vt enim impleantur huiusce modi ualles, humiliandę sunt. Sed & hoc quod in aduẽtu Christi prophetatũ est, utrum expletum sit cõtemplemur. Sequitur enim: Et omnia praua erũt in directa. Vnusquisq; nostrum prauus erat, si tamen non & usq; hodie perseuerat, & per aduentum Christi qui factus est ad animã nostrã, praua quæq; directa sunt. Quid enim tibi prodest, si Christus quõdam uenit in carnem, nisi quoq; ad tuam animã uenerit? Oremus ut illius quotidie nobis aduentus fiat, & possimus dicere: Viuo autẽ iam non ego, uiuit aũt in me Christus. Si enim Christus uiuit in Paulo, non uiuit in me, quid mihi proderit? Cum autem & ad me uenerit, & fruitus illo fuero, sicut fruitus est Paulus, tunc & ego Paulo similiter loquar: Viuo iam non ego, uiuit uero in me Christus. Consideremus ergo cætera, quæ in Christi præ dicentur aduentu. Nihil te asperius erat. Vide pristinos motus tuos, uide iram, & cæteras uitia, si tamen cessauerunt esse quæ fuerant, & intelligis nihil te asperius, & (ut significantius loquar) nihil fuisse inæqualius. Conuersatio tua inæqualis erat, & sermo & opera inæqualia. Venit ergo dominus meus Iesus, & exæquauit asperitates tuas, incõposita quæq; uertit in uias planas, ut fieret in te iter sine offensione, & leue, atq; purissimum, gradereturq; in te deus pater, & Christus dominus mãsionem apud te faceret, diceretq; Ego & pater meus ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Sequitur: Et

Gal.2

Ioan.14

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidebit omnis caro salutare dei, Tu quondam caro eras, imò ut mirabilius loquar, eum adhuc in carne sis uides salutare dei. Quid autem sibi uelit quod dicitur, omnis caro, eo quod nulla excipiatur quæ non uideat salutare dei, relinquo intelligendũ his qui scitũ scripturarum mysteria. Quænam egredientibus ad baptismum Ioannes loquitur, attendendum. Si quis uult baptizari, egrediatur. Manens em̃ in pristino statu, & mores suos & consuetudinem non reliquens, nequaq; rite ad baptismum uenit. Vt autem intelligas quid sit egredi ad baptismum, accipe testimoniũ & ausculta uerba quibus deus loquitur ad Abraham: Egredere de terra tua, & reliqua. Egredientibus itaq; ad lauacrum turbis, non egressis, sed tantũ egredientibus, Ioannes loquitur quæ sequuntur: Si enim iam egressi fuissent, nunquam ad eos diceret, generatio uiperarum. Quæcũq; igitur ad illos loquit̃, ad uos, ò catechumeni & catechumenæ, loquit̃. Qui disponitis uenire ad baptismum, cõsiderate ne forsitan uobis dici possit, generatio uiperarum. Sed & illud quod sequitur, nisi prauitatẽ uenenaq; serpentum de corde uestro expuleritis, dicetur ad uos: Quis ostendit uobis fugere ab ira uentura? Magna huic seculo impendet ira, omnis iram dei passurus est mũdus: tantam uastitatem cœli, & latitudinem terræ, & stellarum choros, splendorem solis, & lunæ nocturnæ solatia, dei ira subuertet. Hæc enim omnia propter hominum peccata transibũt. Et olim quidem super omnia tantũ in terra uenit ira dei, quia omnis caro reliquerat uiam suam super terram: nunc autẽ & super cœlum, & super terrã uentura est ira dei. Cœli pertrãsibunt, tu aũt permanebis (ad deũ dicitur) & omnes sicut uestimentum ueterascent. Videte qualis & quanta ira sit, quæ mundum omnem consumptura sit, & puniet eos qui pœna digni sunt, inueniet̃q; materiam in qua se exerceat. Vnusquisq; nostrum ex eo quod gessit, iræ materiam præparauit. Secundum duritiam enim tuã & impœnitẽs cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, dicitur ad Romanos. Dein sequitur: Quis ostendit uobis fugere ab ira uentura? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Et uobis qui uenitis ad baptismum dicitur: Facite fructus dignos pœnitẽtiæ. Vultis scire qui sunt fructus pœnitentię? Charitas fructus est spiritus, gaudium fructus est spiritus, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, & reliqua huiuscemodi. Si hæc omnia habuerimus, fecimus fructos dignos pœnitentiæ. Rursum dicitur ad eos qui ad Ioannis baptismũ ueniebant. Et ne incipiatis dicere intra uosmetipsos, patrem habemus Abraham: dico enim uobis, quia potest deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Prophetat Ioannes nouissimus prophetarũ expulsionem prioris populi, & uocationẽ gentiũ. Illis enim qui de Abrahã gloriabant̃ dicit: Et ne incipiatis dicere in uobismetipsis, patrem habemus Abraham, Et de gẽtibus rursum loquitur: Dico enim uobis, quia potest deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. De quibus lapidibus? Non utiq; lapides irrationabiles corporeosq; monstrabat, sed homines insensibiles & quondam duros, qui quia lapides & ligna adorabant, impletum est illud quod in psalmo cantabat: Similes illis fiunt qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Vere qui faciunt idola, & confidunt in eis, similes sunt dijs suis, absq; sensu, siue ulla ratione, in lapides lignaq; conuersi sunt. Cum enim tantũ uideant creaturarũ ordinem, decorem, officiũ, tantam mundi pulchritudinem, nolunt de creaturis intelligere creatorem, neq; considerãt tantæ dispensationis aliquam prouidentiam aliquem esse rectorem, sed sunt cæci, his tantum oculis mundum ujdentes, quibus irrationabilia iumenta & bestiæ uident. Non enim animaduertunt in his quæ uident ratione regi, aliquam in esse rationem. Hæc propterea, quia Ioannes dixerat: Potest deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Et nos igit̃ obsecremus deum, ut siquando fuimus lapides, uertamur in filios Abrahę pro his filijs qui eiecti sunt, & repromissionem adoptionemq; suo uitio perdiderũt. Vnum testimonium adhuc de lapidibus ponam. Siquidẽ in cantico Exodi scribitur: Vertantur in lapides donec pertranseat populus tuus dñe, donec transeat populus tuus iste quem possedisti. Rogatur itaq; deus, ut paulisper conuertantur in lapides: hoc em̃ Græcus sermo significantius sonat, ἀναλιθοῦντωσαν, donec pertranseat populus Iudæorum. Haud dubium quin postquam illi transierint, gentes lapideæ esse cessabunt, & pro duro corde recipient humanam in Christo rationabilemq; naturam. Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Gen.12

Psal.102

Rom.2

Exod.15

De eo

De eo quod scriptũ est: Ecce securis ad radices arborũ posita est, usq; ad eũ locum ubi ait: Venerũt autẽ & Publicani, ut baptizarentur ab eo. Cap. III Homila XXIII.

OANNES illo iam tempore loquebatur: Ecce securis ad radices arborũ posita est: Et siquidẽ iam ingrueret cõsummatio, & temporũ finis instaret, nulla mihi quæstio nasceretur. Dicerem enim hoc quod ait: Ecce securis ad radices arboris posita est: & illud: Omnis enim arbor quę non facit fructũ bonũ præcidetur, et in ignem mittetur: propterea prophetatũ, quia in illo tempore cõplebatur. Cum autem tanta post secula fluxerint, & tam innumerabiles anni ab illo tempore usq; ad præsentẽ diem transierint, quomodo spiritus sanctus in propheta dicat: Ecce securis ad radices arborum posita est, debemus inquirere. Ego puto Israelitico populo prophetari, quod præcisio eius uicina sit. His enim qui egrediebantur ad eum ut baptizarentur, inter cętera loquebatur: Facite fructus dignos pœnitentiæ, & quasi Iudęis dicebat: Ne incipiatis dicere in uobismetipsis, patrem habemus Abrahã. Dico enim uobis, quia potest deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Hoc ergo quod ait: Ecce securis ad radices arborum posita est, Iudęis loquitur. Cui sensui & apostolicũ illud congruit, fractos esse ab hac securi infidelitatis ramos, atq; succisos, ut amputaret ex arbore non radicem, sed ea quæ de radice pullularunt, ut in radice pristinæ arboris, rami possint oleastri inseri. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum præcidetur, & in ignem mittetur. Hunc enim finem habet, ut incendio concremetur. Deinde tres ordines inducuntur scisitantum Ioannem super salute sua: unus quẽ scriptura appellauit populos exeũtes ad baptisma, alius quẽ publicanos nominat, tertius qui militũ appellatione censetur. Interrogabant enim turbæ, dicentes: Quid faciemus? Qui respõdens, ait eis: Qui habet duas tunicas, det ei qui nõ habet: & qui habet cibos, similiter faciat. Quod quidem, nescio si turbæ cõueniat præcipi. Magis em̃ apostolis quàm uulgo congruit, ut qui duas tunicas habet, unã tribuat non habenti. Et ut scias magis hoc apostolis q̃ populis conuenire, audi quid à saluatore dicatur ad eos: Neq; duas tunicas tollatis in uia. Duplex itaq; uestimẽtum quo unus quisq; uestitur, & præcipitur ut alterum tribuat non habenti, aliam intelligentiam sonat. Vult enim nos saluator, quomodo nõ habemus duobus seruire dominis, sic nec duas habere tunicas, nec duplici ueste circumdari, ne sit unum indumentum ueteris hominis, & alterum noui. Econtrario autem cupit ut expoliemus nos ueterẽ hominem, & induamus nouum. Hucusq; facilis expositio est. Porro quæritur, quomodo iuxta hanc interpretationẽ iubeatur nobis non habenti tribuere uestimentũ. Quisnam est ille qui ne unum quidem indumentum super carnem suam habet, qui nudus est, qui omnino nulla ueste cooperatus? Neq; uero hoc dico, quo non præcipiatur liberalitas, & in pauperes misericordia. Hyperbolica clementia: ut etiam nudos, altera tunica protegamus. Sed hoc aio, quod & profundiorem locus iste respiciat intellectum, & oporteat ei dare tunicam qui omnino nõ habebat. Quis est ergo iste, qui tunicã non habet? Nempe ille qui penitus deum non habet. Debemus igitur exuere nos, & ei dare qui nudus est. Alius habet deũ, alius omnino non habet, contraria uidelicet fortitudo. Et quomodo scriptum est, ut in profundo maris præcipitemus delicta nostra, sic proijci à nobis oportet uitia atq; peccata, & iacere super eum qui eorũ nobis causa extitit. Et qui habet (inquit) cibum, similiter faciat. Qui habet cibos tribuat non habenti, ut non solum ei uestimentum, sed etiam id quod possit comedere largiatur. Venerunt aũt & Publicani baptizari ab eo. Hoc et iuxta simplicem intelligentiã docet publicanos, nihil amplius quærere, q̃ in lege præceptum est, qui enim plus exegerint, non Ioannis mandatũ præuaricant, sed spiritus sancti qui locutus est in Ioanne. Nescio autem utrum, ut secundum ἀναγωγὴν, aliud quid dam excellentius sermo significet, & an debeamus in tali auditorio res tã mysticas prodere, maxime inter eos qui scripturarum medullas nõ introspiciunt, sed tantum superficie delectant̃. Periculosum quidem est, sed tamẽ strictim, breuiterq; tangendũ. Cum exierimus à seculo, & hæc uita nostra fuerit commutata, erunt quidam in finibus mundi sedentes uelut publicanorum officio diligentissime perscrutantes, ne quid sui in nobis inuentãt. Videtur mihi princeps seculi huius quasi publicanus esse, unde scriptum est de eo: Venit princeps mundi istius, & in me habet nihil. Illud quoq; quod in aposto

Ioan.14

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.13 lo legimus: Reddite omnib. debita, cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui honorem, honorẽ, nemini quid debeatis nisi ut inuicẽ diligatis: sacratè intelligendum est. Quamobrẽ consideremus ne forte cum non habuerimus quod pro uectigali quea mus reddere, ipsi trahamur ob debitũ, ut solet apud seculi quoq; fieri uectigales, quando quis pro debito ipsi reipublicę seruiturus includitur. Cõplures è nobis, ab istiusmodi publicanis tenẽdi sunt: quos Iacob ille uir sanctus non magnopere formidabat, nec uerebatur, ut de publicanorum uectigalibus in eo aliquid reperiretur. Vnde & audaGen.31 cter ad publicanum illum loquebatur Laban: Cognosce si quid tuarũ rerum est apud me. Super quod agit testimoniũ scriptura dicens: Et non cognouit Laban apud Iacob quicquã. Docet igitur saluator noster & spiritus sanctus qui loquutus est in prophetis, non solum homines, sed etiã angelos, & uirtutes inuisibiles. Quid loquar de saluatore? Prophetæ quoq; ipsi & apostoli, omne quod resonant, nõ solum hominibus, sed & anPsal.148 gelis prædicant. Quod ut scias uerum: Attende (inquit) cœlum & loquar: & in conspectu angelorum psallam tibi: & Laudate dominum cœli cœlorũ, & aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen domini: & Laudent eũ angeli: & In omni loco potestatis eius benedic anima mea domino. Inuenies in plurimis locis, & maxime in psalmis, & ad angelos sermonem fieri, data homini potestate, ei tamen qui spiritum sanctũ habet, ut &Apoc.2 angelos alloquatur. E quibus unum exemplum ponã, ut sciamus angelos quoq; humanis uocibus eruditi. Scriptum est in Apocalypsi Ioannis: Angelo Ephesiorũ ecclesiæ scribe. Habeo aliquid contra te, Et rursum: Angelo ecclesiæ Pergami scribe. Habeo quippiã contra te. Certe homo est qui scribit angelis, & aliquid præcipit. Ego non ambigo & in cœtu nostro adesse angelos, non solum generaliter omni ecclesiæ, sed etiamMatt.18 singillatim. De quibus saluator ait: Angeli eorum semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. Duplex hic adest ecclesia, una hominum, altera angelorum. Si quid iuxta rationem, & iuxta scripturarum dicimus uoluntatẽ, lætantur angeli, & orant nobiscũ. Et quia præsentes angeli sunt in ecclesia, in illa duntaxat quæ meretur & Christi est, propterea orantib. fœminis præcipitur, ut habeant uelamen super caput propter angelos, utiq; illos qui assistunt sanctis, & lætantur in ecclesia. Quos quidem nos quia peccatoIoan.1 rum sordibus oculi nostri obliniti sunt nõ uidemus, sed uident apostoli Iesu ad quos loquitur: Amen amẽ dico uobis, uidebitis cœlum apertũ, & angelos dei ascẽdentes & descẽdentes super filiũ hominis. Quod si haberẽ hanc gratiã, ut quomodo apostoli, sic uiderẽ, & sicut Paulus aspexit intuerer, cernerẽ nũc angelorũ multitudinẽ, quod uidebat Helisæus, & Giezi qui cũ eo steterat nõ uidebat, In metu erat Giezi ne ab hostib. caperetur, solus Helisæus uidẽs. Sed Helisæus ut prophetes domini, deprecat, & dicit: O domine aperi oculos pueri istius, & uideat quoniã multo plures nobiscũ sunt q̃ cum illis. Et statim ad preces sancti uiri, angelos quos prius Giezi non uidebat intuitus est,4 Reg.6 Hæc idcirco diximus, ut ostẽderemus & publicanos doceri à Ioane, & nõ solũ eos qui reipub. uectigalibus seruiũt, sed etiã illos qui ueniebãt ad pœnitentiã. Et alij erãt à corporalibus publicani, sicut & alij milites, qui egrediebant ad baptismũ pœnitentiæ. Venit enim nõ Ioannes & propheta tantũ, sed etiã ipse saluator, & hominibus, & angelis, & uirtutib. cæteris salutarẽ pœnitentiã prædicare, ut in nomine Iesu omẽ genu flectat, cœlestiũ, & terrestriũ, & infernorũ: & omis lingua cõfiteat, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris: Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptũ est: Ego quidẽ baptizo uos aqua, usq; ad eum locũ ubi ait: Ipse uos baptizabit spiritu sancto & igne. Cap. III. Homilia XXIIII.

I Oannẽ qui minor est Christo suscepit populus, reputãs & cogitãs ne forte ipse esset Christus: eũ uero qui maior illo uenerat nõ suscepit. Vis causam scire? Cognosce: Ioãnis baptisma uidebatur, Christi baptismus inuisibilis erat. Ego eẽ, inquit, baptizo uos in aqua: qui aũt post me uenit maior me est, ipse uos baptizabit spiritu sancto & igni. Quãdo baptizat Iesus spiritu sancto, & rursum quãdo igne baptizat? Nunquid uno atq; eodẽ tẽpore spiritu & igni baptizat, an uario atq; diuerso? Vos autẽ baptizabimini spiritu sancto, non post multos hos dies, Baptizati sunt apostoli post ascensionẽ eius ad cœlos spiritu sancto: quod

eo: quod aũt igni fuerint baptizati, scriptura nõ memorat. Sed q̃modo Ioannes iuxta Iordanem fluuiũ ueniẽtes ad baptismũ pręstolabat, & alios abigebat dicẽs, Generatio uiperarũ, & reliqua: porro eos qui confitebant uitia atq; peccata suscipiebat: sic stabit in igneo flumine dominus Iesus iuxta flammeã romphæã, ut quẽcunq; post exitũ uitæ huius qui ad paradisum trãsire desiderat, & purgatione indiget, hoc eũ amne baptizet, & ad cupita trãsmitat: eum uero qui nõ habet signũ priorũ baptismatũ, lauacro igneo nõ baptizet. Oportet enim prius aliquẽ baptizari aqua & spiritu, ut cũ ad igneũ fluuium uenerit, ostendat se & aquæ & spiritus lauacra seruasse, & tunc mereat etiam ignis accipere baptismũ in Christo Iesu, Cui est gloria & imperiũ in secula seculorũ, Amen.

De suspicione quam habebat populus de Ioanne, ne forte ipse esset Christus. Cap. III. Homilia XXV.

H ABET periculũ & dilectio, si modum transeat. Debet enim qui aliquem diligit naturas & causas cõsiderare dilecti, & non eũ plus diligere q̃ meretur. Nam si mensuram charitatis, modũq; transcenderit, & qui diligit, & q diligitur, in peccato erũt. Quod ut manifestius fiat, ponamus exemplum. Ioannem populus mirabatur, & diligebat eum: & re uera erat dignus miraculo, ut plus ei q̃ cæteris hominibus deferretur, quia aliter quàm cuncti mortales uixerat. Nõ omnes sumus simplici cõtenti cibo, sed uarietate delectamur escarũ: unum nobis ad potãdũ uinum sufficit, uarij gustus uina mercamur: Ioãnes uero semper locustis, semper uescebat melle syluestri, & cõtentus erat simplici & tenui cibo, ne corpus illius crassioribus pulmẽtis pingueſceret, & exquisitis dapibus grauaret. Huiusce modi quippe natura corpora nostra sunt, ut escis superfluis aggrauentur: & cũ corpus fuerit aggrauatũ, anima quoq; onerẽt, quę per totũ diffusa corpus, passiõibus illius subiacet. Quamobrem rectè pręcipit eis qui obseruare possunt. Bonũ est nõ mãducare carRom.14 nem, neq; bibere uinũ, neq; in quo frater tuus scandalizet. Erat igitur Ioãnes uitæ mirabilis & multũ ab aliorum hominũ cõuersatione diuersus. Nõ habebat sacculũ, nõ famulũ, non saltẽ uile tuguriũ. Morabat in deserto nõ solum usq; ad diẽ ostẽsionis suę ad Israel, uerũ eo tẽpore quo pœnitentiã populo prædicabat erat in solitudine Iudææ, & aqua simplici irrigabatur, ut & in potu esset diuersus à cæteris. Nos qui uersamur in uribus, qui in medio populorum sumus, & uestes quærimus lautiores, & cibos, & habitia: ille uero qui in eremo morabat, uidete quali uestimẽto indutus fuerit. De pilis camelorũ sibi tunicã fecerat, & zona pellicea cingebat. Omnia ergo in illo nouerant, & propter dissimilitudinẽ uitæ uniuersi qui uidebãt admirabant eum, & mirãtes studiosissime colebãt, super omnia quod pœnitentes in remissionẽ peccatorũ baptizabat. Quas ob causas diligebant quidẽ eum iustissime, sed nõ seruabant in charitate modũ. cogitabãt eũ ne forte ipse esset Christus. Quã inordinatã & irrationabilẽ charitatem cauens Apostolus Paulus, de semetipso loquebat. Timeo aũt ne quis de me cogitet su2. Cor.12 per id q̃ uidet in me, aut audit ex me, & ne magnitudo reuelationũ extollat me, &c. Q̃ metuens ne etiã ipse incurrat, nolebat omnia de se indicare quæ norat, ne quis de eo plus arbitret esse q̃ cerneret, & mensuram honoris excedẽs diceret quod dictũ fuerat de Ioãne, qa ipse esset Christus. Quod quidẽ nõnulli etiã de Dositheo Samaritarũ hęresiarcha dixerũt, alij uero de Iuda Galilæo. Denicq; in tãtã quidã dilectiõis audaciã proruperũt, ut noua quædã & inaudita super Paulo monstra cõfingerent. Alij eẽ aiũt hoc quod scriptũ est, sedere à dextris Saluatoris & sinistris, de Paulo, & de Marcione dici, quòd Paulus sedet à dextris, Marcio sedeat à sinistris. Porrò alij legentes, Mittam uobis aduocatũ spiritũ ueritatis, nolũt intelligere tertiã personã à patre & filio, & diuinam sublimẽq; naturã, sed Apostolũ Paulũ. Nonne tibi omnes uidẽtur plus amasse q̃ expedit, & dum uirtutẽ uniuscuiusq; mirant, dilectiõis perdidisse mẽsurã? Quod quidem in ecclesia patimur: plericq; eẽ dum plus diligunt q̃ meremur, hæc iactant & loquuntur, sermones nostros doctrinãq; laudantes, quę cõscientia nostra nõ recipit. Alij uero tractatus nostros calũniãtes, ea sentire nos criminant, quę nunq̃ sensisse nos nouimus. Sed neq; hi q plus diligũt, neq; illi qui oderũt, ueritatis regulã tenẽt: & alij p dilectionẽ, alij per odiũ mentiuntur. Vnde oportet charitati frena imponere, & tantũ et

Universidad de Deusto
Biblioteca

uagandi permittere libertatem,quantũ in prærupta non corruat.Scriptũ est in Eccle-
siaste.Ne sis iustus multũ,neq; ampliora cogites,ne forte obstupescas. Quod exemplũ
sequẽs possum simile quid dicere,Ne diligas hominẽ ex tota anima tua,& ex tota uir-
tute tua:ne ames angelũ de toto corde,de tota anima,de tota uirtute,sed præceptũ iux-
Matt.22 ta eloquiũ saluatoris soli serua deo.Diliges enim,inquit,dominũ deũ tuũ ex toto cor-
de tuo,& ex tota anima tua,& ex tota uirtute tua.Respõdeat mihi aliquis,& dicat:Sal
uator præcipit,Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,&
ex tota uirtute tua,& proximũ tuum tanquam teipsum. Volo diligere Christum:doce
ergo me q̃modo eum diligam.Si enim dilexero eum ex toto corde meo,& ex tota ani
ma mea,& ex tota uirtute,contra præceptũ facio, ut alterũ absq; uno deo sic diligam.
Sin autem minus eum dilexero,quàm omnipotentẽ patrem,timeo ne in primogeni-
tum uniuersæ creaturæ impius & profanus inueniar.Doce me & ostende rationẽ,quo
modo inter utrunq; medius incedens,diligere debeam Christũ.Vis scire qua charita-
te Christus diligendus sit? Breuiter ausculta.Diliges dominũ deũ tuũ in Christo.Puta
diuersam habere posse in patre & filio charitatẽ? Simul dilige dominũ Christũ,Dilige
patrẽ in filio,filiũ in patre,ex toto corde,& ex tota anima,& ex tota uirtute. Quod si ali
Rom.8 quis scisciatur,& dicit:hoc quod asseris de scripturis proba:audiat Apostolũ Paulum,
qui habebat rationabilem charitatẽ,loquentẽ.Certus enim sum,quia neq; mors, neq;
uita,neq; angeli, neq; potestates,nec præsentia,nec futura,nec fortitudo,nec altitudo,
nec profundũ,nec alia creatura poterit nos separare à charitate dei,quæ est in Christo
Iesu,domino saluatore nostro,Cui est gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

De eo q̃d scriptũ est, Cuius uentilabrũ in manu, & mũdabit aream suã,usq; ad eũ
locum ubi ait:Et cõgregabit triticũ in horreũ. Cap. III. Homilia XXVI.

CHRISTVS est deus:& qui adorat eũ,in spiritu & ueritate oportet adora-
re.Deus quoq; noster,ignis cõsumens est.Dupliciter appellatur deus &
C spiritus,& ignis.Iustis spiritus,ignis peccatoribus.Sed dum & angeli spi-
Heb.1 ritus ignisq; dicuntur:Qui facit,inquit,angelos suos spiritus,& ministros
suos ignẽ urentẽ:angeli sanctis quibusq; sunt spiritus:his uero qui meren
tur,addicunt ignẽ,& feruorẽ subministrant.Iuxta quem sensum,& deus noster atq; sal
uator cũ sit spiritus,ignẽ uenit mittere super terrã.Spiritus,secundũ illud quod scribi-
2 Cor.3 tur,Cum aũt conuersus fueris ad dominum,auferetur uelamen:& dominus spiritus
Lucæ 12 est.Ignẽ aũt uenit mittere nõ super cœlũ,sed super terrã,ut ipse demõstrat dicẽs:Ignẽ
ueni mittere super terrã,& quid uolo nisi ut iam ardeat? Si enim cõuersus fueris ad do
minum qui est spiritus:Christus tibi spiritus erit,& non uenit ignẽ mittere super ter-
ram. Quod si non cõuerteris ad deum,sed habes terrã & fructũ eius,ignẽ uenit mitte
re super terrã tuam:Huic quid simile etiã de deo scriptum est:Ignis accẽsus est furoris
eius,nõ usq; ad cœlũ sursum,sed usq; ad infernũ deorsum:& deuorabit non cœlũ,sed
terrã & germina eius.Quorsum ista memorauit? Quia & baptismus q̃ baptizat Iesus,
in spiritu sancto est,& igni.Memini eorũ quę nuper locutus sum,nec præterit explana
tio superior,sed uolo & nouũ aliquid inferre.Si sanctus fueris,spiritu sancto baptiza-
beris:si peccator,in ignem mergeris:& unum atq; idem baptisma indignis & peccato
ribus in condemnationẽ ignemq; uertetur:his uero qui sancti sunt & tota fide ad do-
minũ cõuertunt,spiritus sancti gratia salusq; tribuẽda est.Is ergo qui spiritu sancto &
igne dicitur baptizare,habet uentilabrũ in manu sua,& mundabit aream suam,& con
gregabit triticum suum in horreũ,paleas aũt comburet igni inextinguibili. Volo in-
uenire rationẽ,quare dominus noster habeat uentilabrum:& quod blando uẽto leues
paleæ huc illucq; rapiantur,graue uero triticum in unum deferatur locum:neq; enim
absq; uento possunt triticum & paleæ separari:existimo tentationes pro uento intelli
gi,quæ confuso credentium aceruo,alios paleas,alios triticum esse demonstrãt. Cum
enim anima tua fuerit aliqua tentatione superata,nõ tentatio te uertit in paleas,sed cũ
esses palea,leuis uidelicet & incredulus,ostendit te esse tentatio quod latebas. Econ-
trario autem cum fortiter tentamenta toleras,non te facit fidelem tentatio,atq; patien
tem,sed uirtutem quæ in te erat patiẽtię & fortitudinis,& latebat,profert in medium.

Putas enim,ait dominus,aliter me tibi locutum fuisse quàm ut pareres iustus? Et alibi.
Afflixi te,& affeci penuria,ut manifesta fierent quæ erant in corde tuo.In hunc modũ
& tempestas non facit super arenam ædificium consistere,sed super terram. Quæ cum
fuerit exorta,id quod super terram fundatũ est,non euertet:quod uero super arenã flu
ctuat, probat illico nõ bene fuisse fundatum.Quapropter antequam oriatur tempe-
stas,antequam uentorum flabra consurgant,priusquã intumescant flumina, dum ad-
huc silent uniuersa,omne studium nostrũ ad ædificiorum fundamenta uertamus,ædifi
cemus domum nostram uarijs firmisq; lapidibus præceptorum dei,ut cum p̃secutio sę
uierit aduersus Christianos,durusq; turbo surrexerit,ostendamus nos habere ædifici-
um super petrã Christum Iesum.Si quis autem (quod procul absit à nobis) negauerit,
iste sciat non se illo tempore quo negasse uisus est,Christum negasse,sed semina & ra-
dices habuisse negandi iam ueteres,tunc uero fuisse agnitum quod habebat,& in me-
dium esse productum.Oremus igitur dominũ,ut simus ædificium quod tempestas nul
la subuertat,fundatum supra petram per dominum nostrũ Iesum Christum, cui est glo
ria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est:Multa quidem & alia exhortans annunciabat,usq; ad
eum locum,ubi ait:Spiritus sanctus descendit super eum.
Cap. III. Homilia, XXVII.

VI Euangelij sermonem docet,nõ unam rem nũciat, sed plurimas. Hoc
quippe scriptura significat dicẽs:Multa quidem & alia exhortans annun
Q ciabat.Itaq; etiã alia quę scripta non sunt,Ioãnes populo prędicabat: quę
aũt scripta sunt, cõsiderate quanta fuerint quę annunciant Christũ.Mon-
strauit enim baptismũ spiritus sancti, prędicauit publicanis salutẽ,docuit
milites disciplinã,aream purgari,succidi arbores,& cætera quæ Euãgelij narrat histo-
ria,exceptis ergo his quę scripta sunt,etiã illa quæ scripta nõ sunt annũciasse monstra-
tur in eo quod dicitur:Multa quidẽ & alia exhortans annũciabat populo. Et quomo-
do in Euãgelio secũdum Ioannẽ de Christo refertur,quia multa & alia locutus est quę
nõ sunt scripta in libro isto,quæ si scriberẽtur,neq; ipsum puto mundũ capere potuisse
libros qui scribẽdi erãt:sic & in præsenti loco intellige,quod forsitan Lucas quoniam
maiora quædã à Ioanne annunciabãtur quàm ut deberent literis credi, uoluerit ea no
minatim dicere,sed tantũ significauerit quod dicta sint:& idcirco dixisse,Multa quidẽ
& alia exhortãs annunciabat populo.Miremur quidẽ Ioannem ex his quæ sequũtur,
maxime q̃d inter natos mulierũ maior Ioanne baptista nemo fuerit,& in tantam opi-
nionem merito uirtutis ascenderit,ut à plerisq; Christus putaretur:sed aliud multo mi-
rabilius: Herodes Tetrarcha habebat regiam potestatẽ,& poterat eum cum uoluisset
occidere:& cum rem fecisset iniustam,& contra legẽ Moysi ut uxorẽ fratris sui accipe
ret, quæ habebat filiam de priori uiro,non eum timuit,nõ accepit personam,non co-
gitauit,ut dixi, regiã potestatem,nõ formidauit interitum, sciebat enim etiã si prophe
ta non esset,quod lacessitus eum posset occidere.Hęc igitur uniuersa cum nosset,liber
tate prophetica corripuit Herodem,& incestas nuptias arguit,& ob id clausus in car-
cere,non de morte solicitus,non de incerto iudicij,sed in uinculis de Christo quẽ an-
nunciauerat,cogitabat.Et quia ipse ad eum ire non poterat,mittit discipulos suos sci-
scitantes:Tu es qui uenturus es,an alium expectamus? Animaduertis,quod & in car-
cere docuerit,uidẽs eum & in illo loco discipulos habere,& quam ob causam ibidem
per se erudiebat.Inter quæ etiam cum de Iesu orta esset quæstio,mittit ex discipulis &
interrogat:Tu es qui uenturus es,an alium expectamus? Reuertunt discipuli,& nun-
ciant magistro,quæ Saluator iusserat nunciari: cuius uerbis Ioannes armatus ad præ-
lium confidenter emoritur,& libẽter capite trũcatur ipsa uox,domini uoce firmatus,
uerum esse dei filium quem credebat.Hæc de Ioanne & libertate eius, & Herodis in-
sania,qui super multa scelera etiam hoc addidit,ut Ioãnem primum carcere cluderet,
& postea decollaret.Quia uero dominus baptizatus est, & cœli aperti sunt, & spiri
tus sanctus descẽdit super eum, uoxq; de cœlis intonuit dicens: Hic est filius meus di-
lectus in quo mihi complacui: dicendum est in baptismo Iesu, cœlum esse reseratum

& ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ad dispensationem, remissionemq; peccatorum, non illius qui peccatū non fecerat, neq; inuentus est dolus in ore eius, sed totius mūdi apertos esse cœlos, & spiritum sanctum descendisse: ut postq; dominus ascendisset in excelsum, & captiuam duxisset captiuitatē, tribueret nobis spiritū qui ad se uenerat: quē quidē dederat & resurrectionis
Ioan.20 tēpore dicēs: Accipite spiritū sanctum. Si cui dimiseritis peccata dimittentur eis: sicui tenueritis, tenebūtur. Descēdit em̄ spiritus sanctus super Saluatorē in specie colūbæ, auis mansuetæ, innocentis, & simplicis. Vnde & nobis præcipitur, ut imitemur innocentiam columbarum. Talis est spiritus sanctus, mundus, & uolucris, & sublime cōsur
Psal.55 gens. Quāobrem orantes dicimus: Quis dabit mihi pennas ut columbæ, & requiescā? id est, quis dabit mihi pēnas spiritus sancti? Et in alio loco sermo ꝓphēticus pollicet:
Psal.68 Si dormieritis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in uirore auri. Si em̄ inter medios cleros ueteris & noui testamēti requieuerimus, dabunt nobis pennæ colūbæ deargentatæ, id est sermones dei, & posteriora eius auri fulgore & uirore radiantia, ut sensus noster spiritus sancti sensibus compleat, id est sermo & mēs illius cōpleat aduentu, & nec loquamur aliq̄d nec intelligamus, nisi qd ille suggesserit, sed omnis sanctificatio tam in corde quàm in uerbis, & in opere, à sancto spiritu ueniat in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De Genealogia Saluatoris, eo quod in Matthæo & in Luca diuersi eius referantur autores. Cap. III. Homilia XXVIII.

D OMINVS noster atq; saluator, qui multorum saluator, cuius generationē scriptura non docuit, quæ melior fuit, nunc secundum patrū ordinem natus esse describitur. Et cum diuinitas eius nō subiaceat exordio, propter te qui ortus in carne es, nasci uoluit, & tamen nō æque ab Euāgelistis natiuitatis eius ordo narratur: Quæ res nonnullos plurimum conturbauit. Matthæus enim incipiēs natiuitatis illius seriē texere, ab Abraham usq; ad id peruenit ut diceret, Christi autem Iesu generatio sic erat: & describit nō eum qui baptizatus est, sed qui uenit in mundum. Lucas uero exponens natiuitatem eius, non à superioribus ad inferiora deducit: sed cum baptizatum ante dixisset, usq; ad ipsum peruenit deum. Nec eædē personę sunt in generatione eius, quādo descendere dicit, & quādo cōscendere. Qui enim fecit eum cœlis tibi descendentē, mulieres non quaslibet, sed peccatrices, & quas scriptura reprehenderat introducit: qui uero baptizatū narrat nullius facit
Matt.1 mulieris mentionē. In Matthæo enim ut diximus nominatur Thamar, quæ cū socero fraude cōcubuit, & Ruth Moabitis nec de genere Israel: & Raab, q̄ unde sumpta sit scire nequeo: & coniunx Uriæ, quæ uiolauit mariti thorum. Quia enim dominus noster atq; saluator ad hoc uenerat ut hominū peccata susciperet, & eū qui non fecerat peccatum, pro nobis peccatum fecit deus: ꝓpterea descendens in mundū assumpsit peccatorum hominū uitiosorūq; personam, & nasci uoluit de stirpe Salomonis, cuius peccata conscripta, & Roboam cuius delicta ferunt, & de cæteris è quibus multi fecerūt malū in cōspectu dei. Quādo uero de lauacro cōscendit, & secūdus ordo esse describit, non per Salomonem, sed per Nathan nascitur, qui eius arguit patrem super Uriæ morte ortuq; Salomonis. Sed in Matthæo semper generationis nomen adiungit: hic uero pene tus sile: Scriptū est enim ibi: Abrahā genuit Isaac: Isaac genuit Iacob: Iacob genuit Iudā, & fratres eius: Iudas genuit Phares & Zarā de Thamar: & usq; ad finē, genuit, semper apponitur. In Luca uero ubi de lauacro cōscendit Iesus filius dicitur sicut putabat filius Ioseph: & in tam multa serie nominū, excepto quod putabatur filius Ioseph generationis nomen ascriptū non est. In Matthæo nō est scriptum incipiebat: hic uero quia de baptismate cōscēsurus erat, incipiebat legitur, scriptura referente: Et ipse erat Iesus incipiens. Quando em̄ baptizatus est, & mysteriū secundæ generationis assumpsit, ut tu quoq; priorē natiuitatē destruas, & in secunda regeneratione nascaris, tunc dicit in cepisse. Et quomodo populus Iudæorū quando erat in Aegypto nō habebat initium mensium: quādo uero egressus est ex Aegypto nunc dicitur ad eum, mēsis iste initium mensium primus erit uobis de mensibus anni: sic qui necdū est baptizatus, nec cœpisse narratur. Nec enim frustra additū putemus ad id quod dicitur, Ipse erat Iesus, quod

sequitur, incipiens. Sed & quod ait: Quasi annorū triginta, considerandum. Ioseph triginta annorū erat quando dimissus è uinculis, & interpretatus somniū Pharaonis Aegypti effectus est princeps, ubertatisq; tempore triticū cōgregauit, ut famis tēpore haberet quod distribueret. Ego puto quod triginta anni Ioseph, in typo triginta annorū præcesserint Saluatoris. Iste em̄ Ioseph non tale triticū congregauit, quale in Aegypto ille Ioseph, sed triticū uerū, atq; cœleste, ut tēpore ubertatis tritico cōgregato haberet quod distribueret, cū fames esset missa in Aegyptum, non fames panis, neq; sitis aquę, sed fames audiendi sermonē dei. Cōgregat de prophetis, de lege, de Apostolis, uerba abundantiæ: unde quando iam non scribunt libri, nec nouū aliquod conficitur instrumentum, nec mittūtur ab Apostolis ea quę ab Iesu in horrea Apostolorū fuerant comportata, hoc est in animas eorum, omniumq; sanctorū, tunc distribuat & nutriat Aegyptum fame periclitantē, maximeq; fratres, de quibus scribit: Narrabo nomē tuum fra- Psal.31
tribus meis, in medio ecclesiæ cantabo te. Habent & alij homines uerba patientiæ: uerbaq; iudicij & relíquarum uerba uirtutū: hoc est triticum quod Ioseph Aegyptijs distribuit. Sed aliud est frumentū quod fratribus, id est, discipulis suis distribuit de Iessen tera, de ea quæ ad orientem respicit, triticum Euangelicum, triticum Apostolicum. De hoc tritico debemus panes facere, ita tamen ut non commisceatur ueteri fermento, habeamusq; panem nouū de scripturarum tritico, farinamq; commolitam in Christo Iesui, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est, Iesus autem plenus spiritu sancto reuersus est: & de tentatione eius prima. Cap. IIII. Homilia, XXIX.

Q VANDO legis in Euāgelio, Iesus autē plenus spiritu sancto reuersus est, & in Actibus Apostolorū ubi dicitur quod repleti fuerint spiritu sancto, uide ne æquales putes esse Apostolos Saluatori: sed & Iesum, & Apostolos & aliū quemlibet sanctorum plenos spiritu sancto cognosce secundū mensurā uasculi sui: & quomodo, uerbi gratia, si uolueris dicere hæc uasa plena sunt uino uel oleo, non statim iudicas quod æquali mēsura plena sint: siquidem aliud sextariū capere potest, aliud urnā, aliud amphorā: eodem modo & Iesus & Paulus pleni erant spiritu sancto: sed multo uas Pauli minus erat uase Iesu, & tamen erat secundum mensurā suam utrunq; cōpletū. Accepto itaq; baptismo, Saluator plenus spiritu sancto, qui super eū in specie columbæ de cœlis uenerat, ducebatur à spiritu. Quia enim quotquot spiritu dei ducūtur, hi filij sunt dei, iste autē extra omnes proprie filius dei erat, ideo & ipsum oportebat spiritu sancto duci. Siquidem scriptum est: Ducebat aūt in desertum à spiritu. Quadraginta diebus tentatur Iesus, & quę fuerint tentamenta nescimus: quę ideo forsitan prætermissa sunt, quia maiora erant q̄ ut literis crederentur. Et si sic oportet dicere, sicut mundus capere nō poterat oēs libros si scripta fuissent quæ fecit & docuit Iesus: sic quadraginta dierum tentationes quibus tētatus est dominus à diabolo, mundus ferre non poterat si scriptura docuisset. Sufficit nobis hoc tantum scire, qd quadraginta diebus in deserto fuerit & tentabatur à diabolo, & non comederit quicq; in diebus illis. Mortificabat em̄ sensum carnis iugi continuoq; ieiunio: & cum cōpleti fuissent dies, esurijt. Dixit aūt ei diabolus. Si filius dei es, dic lapidi huic ut panis fiat. Dic, inquit, lapidi huic. Cui lapidi? utiq; monstrabat diabolus quē uult panem fieri. Quęnā est ista tentatio, ut rogato patre à filio panē, nec lapidem quod ne ipse quidem aduersarius uoluit uersipellis fallax, det lapidē pro pane? hoc est enim quod diabolus uoluit, ut lapis panis fieret: & nō potius, ut non in panem lapidem, sed hominem in lapidem uerteret, quē diabolus pro pane mōstrauerat? Ego puto quod usq; hodie lapidē diabolus ostendat, & hortetur singulos ad loquendū: Dic ut lapis iste panis fiat. Omni tentatione qua tētandi erant homines, primus secundum assumptionē carnis tentatus est dominus. Tentatur aūt ob id, ut nos quoq; illo uincēte uincamus. Obscurū fit forte quod dico, nisi manifestius exemplo fiat. Si uideris hæreticos dogmatū suorum mendaciū pro pane comedere, scito lapidem eorū esse sermonē, quem monstrat diabolus. Neq; uero existimes unū eum habere lapidem: habet plures lapides, de

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus à Matthęo introducitur loquēs: Dic ut lapides isti panes fiāt. Dixit & Marcio & lapis diaboli ei factus est panis. Dixit Valentinus, & alius lapis ei est uersus in panē. Habuit & Basilides eiusmodi, & cæteri hæretici. Vnde sollicite prouidēdum, ne forte diaboli lapidem comedentes, putemus panē uesci dei. Alioquin quæ erat tētatio de lapide panē fieri, & à saluatore comedi? Fingamus enim quod diabolo proponēte dominus lapidē in panem uertit, & id quod uirtute sua ipse fecerat comederit, & satiarit esuriem, quęnā esset ista tentatio, quę uictoria diaboli, si hæc simpliciter scriberētur? Quæ ut diximus ratione perspecta & tentationē ostendūt fuisse si fierent, & uictoriam quod contempta sunt fieri. Simulcp mōstratur istum panē qui de lapide fiat, nō esse uerbum
Deut. 6 dei quod pascit hominem, de quo scriptū est: Nō in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo qđ egredietur per os dei uiuet homo. Respondeo tibi ò uersipellis, & nequam qui me tentare non metuis: alius est panis, sermo dei qui uiuificat hominē. Simulcp uideamus quod hęc loquatur non filius dei, sed homo, quē filius dei dignatus est assumere, quasi de homine enim respōdet, & dicit: Scriptū est, nō in pane solo uiuit homo, ex quo manifestum, non deum, sed hominem fuisse tentatum. Scripturę sensum diligēter euētilans, reor inuenire me causam quare Ioannes tentationē domini nō descripserit: sed tantū Matthęus, Lucas, & Marcus. Ioannes enim qui à deo exordiū fecerat dicens:
Ioan. 1 In principio erat uerbū, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbū: nec poterat diuinæ generationis ordinē texere, sed tantūmodo quod ex deo & cū deo esset expressit, adiecit: Et uerbum caro factum est. Porrò quia deus tentari non potest, de q ei erat sermo, ideo tētari illū à diabolo nō introducit. Quia uero liber generationis Iesu Christi de eo in Matthæi Euāgelio narratur, & in Luca generatio eius describit, & in Marco homo est qui tentatur, propterea eius fertur simile respōsum, Nō in pane solo uiuit homo. Si igitur filius dei deus, pro te homo factus est, & tentatur, qui natura homo es, non debes indignari si forte tentaris. Quod si tentatus illum imitatus fueris qui pro te tentatus est, & omne uiceris tentamentū, habebis spē cum eo qui tunc homo fuit, nūc aūt homo esse cessauit. Nam si qui quondam homo erat, postcp tentatus est, & recessit ab eo diabolus uscp ad tempus mortis, à mortuis resurgens ultra non morietur, omnis aūt homo morti subiacet: iste ergo qui nequaquā moritur iam non est homo, sed deus est. Si aūt deus est qui quondam homo fuit, & oportet te illi similem fieri quando similes eius fuerimus, & uiderimus eum sicuti est, te quocp necesse erit deum fieri, in Christo Iesu, Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Tentatio Saluatoris Secunda, Cap. IIII. Homilia XXX.

T AM filio dei, quàm Antichristo regnandi studiū est. Sed antichristus regnare desiderat, ut occidat quos sibi subiecerit: Christus ad hoc regnat ut saluet. Et unusquiscp nostrū si felix est, regnat à Christo, sermone, sapientia, iustitia, ueritate. Si aūt amatores uoluptatis sumus magis quàm amatores dei, regnamur à peccato, de quo Apostolus loquitur: Nō ergo regnet
Rom. 6 peccatū in uestro mortali corpore. Duo igitur reges certatim regnare festināt: peccati rex peccatoribus diabolus, iustitiæ rex iustis Christus. Sciēscp diabolus ad hoc uenisse Christum ut regnū illius tolleret, & hi qui sub eo erant, inciperēt esse sub Christo, ostēdit ei omnia regna mundi, & hominū huius seculi, quomodo alij regnent à fornicatione, alij ab auaritia, illi populari rapiantur cura, hi formę capiantur illecebris. Necp uero arbitrandum est, quod regna ei mundi ostendens, Persarū, uerbi gratia, regnum, Indorumcp monstrauerit: sed ostendat ei omnia regna mūdi, id est, regnū suum quomodo regnaret in mundo, ut cohortās eum facere quod uolebat, inciperet etiam Christū habere subiectū. Vis, inquit, in hominibus his regnare? Ostēdit innumerabiles hominū multitudines, quę suo tenebantur imperio. Et reuera si miseriā & infelicitatē nostram simpliciter uolumus confiteri, penè totius mūdi rex diabolus est: unde & princeps istius seculi à Saluatore uocat. Quod ergo dicit: Vides hos homines qui sub meo regno sunt: ostendit ei in puncto temporis, hoc est in præsenti temporū cursu, qui ad cōparationem æternitatis puncti instar obtinet. Necp enim necessariū habuit Saluator, ut ei dignitates seculi istius & negocia monstrarentur: statim ut aciem luminum suorum ad contemplandum uertit, & peccata regnantia, & eos qui regnarentur à uitijs cōspexit, & ipsum principem seculi diabolum superuenientē, atcp gaudentem in propriam perniciem, quia tantos sub suo habebat imperio. Dicit ergo ad dominū diabolus. Ideo uenisti ut aduersus me dimices, & tollas de imperio meo quos nūc subiectos habeo? Nolo contendas, nolo nitaris, ne habeas ullam in certando molestiā. Vnum est quod precor: procidēs adora me, & accipe regnū omne quod teneo. Verū dominus noster atcp Saluator uult quidem regnare, & omnes gentes subiectas esse ut seruiant iustitiæ, ueritati, cæterisćp uirtutibus: sed uult regnare quasi iustitia, ut absćp labore regnet, ut nihil faciat indecorum, & non uult absćp labore subiectus diabolo coronari, nec sic regnare cæteris, ut ipse regnetur à diabolo. Vnde loquitur ad eum Iesus. Scriptum est: Dominum deum adorabis, & ipsi soli seruies. Hos, inquit, omnes propterea uolo mihi esse subiectos, ut dominum deum adorent, & ipsi soli seruiant. Hæc est cupido regni mei. Tu autem à meuis accipere peccata, quæ dissoluturus ueni, quæ etiam à cæteris auferre desidero. Scito atcp cognosce me in hoc manere quod dixi, ut adoretur dominus deus solus, & hos omnes sub meam faciam potestatem, meocp regno subijciam: cui gaudeamus nos quocp esse subiectos, & deprecemur dominum, ut regnans peccatum in corpore nostro mortificet, & regnet nobis solus Christus Iesus: cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De tertia tentatione Saluatoris. Cap. IIII. Homilia XXXI.

S CRVTAMINI scripturas, ut & in his quæ putantur esse simplicia, reperiatis non minima sacramenta. Scrutemur principiū Euāgelicæ lectionis, & quot hodie audiuimus, & id quod latebat, pcedit in mediū. Adduxit autē diabolus Iesum in Hierusalem. Hoc incredibile est, ut diabolus duceret filium dei, & ille sequeretur. Sequebatur planè quasi athleta ad tentationē, sponte proficiscēs. Non formidabat tentantē, necp insidias callidissimi pertimescebat inimici, & quodammodo loquebat. Duc quo uis, tenta ut placet. Ad tentandū sponte me tribuo, sustineo quæ suggesseris. Præbeo me in quibuscūcp tentaueris, inuenies me in omnibus fortiorem. Adduxit ergo eum in Herusalem, & posuit super pinnam templi, & dixit: Si filius dei es, mitte te deorsum. Adduxit eum in culmen ad summitatem templi, & hortatur ut se inde præcipitet. Quod cū ille fraudulenter proponeret, & sub ostentatione gloriæ niteretur, dicebat Saluator, Scriptū est: Non tentabis dominum deum tuū. Simulcp considera quomodo tentet diabolus. Nō aliunde tētare audet, nisi de diuinis libris, & de psalmis sumens testimoniū ait: Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptū est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manib. tollēt te, ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Vnde tibi diabole hoc scire quod ista scripta sunt? Nūquid legisti prophetas, uel diuina eloquia cognouisti? Licet tu taceas, ego p te respōdebo. Legisti nō ut ipse ex lectione sanctorū melior fieres, sed ut simplicitate eos qui amici sunt literę interficias. Scis quia si de alijs ei uoluminibus loqui uolueris non decipies, necp habere poterunt auctoritatē assertiones tuę. Sic legit scripturas Marcion ut diabolus, sic Basilides, sic Valentinus, ut cū diabolo dicerent Saluatori: Scriptū est, quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidē pedem tuum: Si quando testimoniū de scriptura audieris, uide ne statim loquēti acquiescas, sed considera illum cuius sit, ac cuius sententiæ, cuius sit uoluntatis: ne forte simulet sanctum se esse quod nō est, & uenenis infectus hæreseos, sub ouis pelle lupus latitet, ne forte loquatur in eo diabolus de scripturis. Quomodo aūt diabolus per occasiōnem temporum de scripturis loquitur, sic econtrario Paulus pro utilitate eorū qui audiunt non solum de scripturis, sed etiā de secularibus libris assumit testimoniū, & ait: Cretenses semper mēdaces, malæ bestiæ, uētres pigri. Et rursum de alio. Ipsius enim & genus sumus. Necnon & de Comico: Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Sed necp diabolus si de scripturis loquutus fuerit, poterit me hac occasiōe decipere: necp Paulus, si de gētilibus literis aliquod exemplū sumpserit, quoquo modo me eloquio deterrebit. Ideo enim assumpsit Paulus uerba etiam de his quę foris sunt, ut sanctificet ea. Videamus ergo quid de scripturis diabolus loquat ad dominū. Scriptum est em: Angelis suis mandauit

Tit. 1
Act. 17
1 Cor. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

dauit ad te,& in manibus tollẽt te,ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuum. Vide quo modo & in ipsis testimonijs uersipellis est. Vult enim imminuere gloriam Saluatoris: quasi angelorũ indigeat auxilio, offensurus pedẽ, nisi eorũ manibus subleuetur. Assumit testimoniũ, & interpretaẽ illud de Christo, ꝙd non de Christo, sed de sanctis generaliter scriptũ est. Libere quippe & tota cõfidẽtia cõtradico diabolo, super Christi persona hoc nõ posse intelligi. Neꝙ enim indiget angelorũ auxilio, qui maior angelis, & melius ipsis hæreditatem consecutus & nomen. Nulli angelorũ unquam dixit deus: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ad nullum eorum quasi ad filium loquutus: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem: sed ad filium proprie suum, de quo innumerabilia loquitur in prophetis. Non indiget inquã angelorũ auxilio filius dei. Quin potius disce diabole, quod nisi Iesus adiuuerit angelos, offendẽt pedem suum. Et si quis angelorum uisus est offendere, de quibus dudũ lectum est, quia angelos iudicabimus, ideo offendit, quia non extendit manũ suam ad Iesum, ut apprehẽsus ab eo non offenderet. Quoniã enim in propria uirtute confidens, non inuocas præsidium Iesu, offendis, & credere in Iesum Christum filiũ dei noluisti. Vt autem scias quod male interpretatus est, & nõ de Christo, sed de sanctis intelligi quæ sequantur, auscultа. A ruina & dæmonio meridiano non Iesum Christũ liberat deus, sed sanctos. Lege nonagesimum psalmũ, cuius principiũ: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabit, & inuenies hæc magis iusto uiro, quàm dei filio conuenire: Cadent à latere tuo mille, & decẽ milia à dextris tuis, ad te autem nõ appropinquabit, ueruntamen oculis tuis uidebis, & retributionẽ aspicies peccatorum, & reliqua, super personam iusti interpretans. Sed & sic quoꝙ peruerse afferens diabolus testimonia, ut assereret super Saluatore intelligi, silet & transit uersiculos qui contra se scripti sunt. Cum enim dixisset: Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollẽt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ, tacuit illud quod sequitur: Super aspidem & basiliscũ ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconem. Quare diabole siles, nisi quod tu es basiliscus, tu es omnium serpentiũ regulus nocentiora habẽs uenena quàm cæteri? Qui statim ut uideris aliquem, interficis, & aliam fortitudinẽ contrariam sociam tui assumis, quæ aspis appellaẽ, & uiro iusto subiecta est, & idcirco omnia taces. Tu es draco, tu es leo, de quibus scribitur: Super aspidem & basiliscũ calcabis, & conculcabis leonem & draconẽ. Sed licet tu taceas, nos qui scripturas rectius legimus, scimus habere uos potestatem conculcandi te, & datam nobis hanc ditionem, non solũ in ueteri testamento sicut nunc cantatur in psalmo, sed etiã in nouo, Saluatore dicente: Ecce do uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebunt. Sumamus arma tanta potestate firmati, & uniuersa faciamus: ut per conuersationem nostrã leonem conculcemus & draconem. Porro ut scias quomodo conculcetur leo, & conteratur draco, Pauli epistolam lege, in qua asserit conculcari peccatores filio dei. Sicut ergo qui peccator est conculcat filio dei, sic ecõtrario qui iustus est conculcat leonem & draconem, & omnem uirtutem inimici conculcat in nomine Iesu Christi, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Hebr.1

Luce 10

De eo quod scriptũ est: Reuersus est Iesus in uirtute spiritus, usqꝫ ad eum locum ubi ait: Et omnium oculi erant in synagoga intendentes in eum. Cap. IIII. Homilia XXXII.

RIMVM quidẽ Iesus plenus spiritu sancto reuersus est à Iordane, & agebaẽ in spiritu in deserto diebus quadraginta, Cũ tentareẽ à diabolo, quia adhuc ui certaturus erat aduersus eum, & semel, & bis, non cũ additamento aliquo spiritus ponitur. Quãdo uero tres tentationes quas scriptura cõmemorat pugnando superauit, quid de spiritu signanter cauteꝙ ponatur ait: Et reuersus est Iesus in uirtute spiritus. Virtus addita est, quia conculcauerat draconem, & tentatorem cominus uicerat. Reuersus est ergo Iesus in uirtute spiritus in Galilæam terram, & fama exijt per omnẽ regionẽ de eo: & ipse docebat in synagogis eorum, & glorificabaẽ ab omnibus. Caue ne beatos illos tantũ iudices, & te arbitreris priuatũ esse doctrina. Si uera sunt quæ scripta sunt, non solũ tunc in congregationibus lu

dæorum

dæorum, sed & hodie in hac cõgregatione dñs loquiẽ: & non solum in hac, sed etiã in alio cœtu, & in toto orbe docet Iesus, quærens organa per quæ doceat. Orate, ut me quoꝙ cõpositum ad canendũ, aptumꝙ reperiat. Sicut eñ queꝛit omnipotens deus, pphetas eo tẽpore quo ,pphetia mortales indigent, & inuenit, uerbi gratia, Esaiã, Hieremiam, Ezechielẽ, Danielẽ: sic queꝛit deus organa per quę doceat sermonẽ suũ, uel eruditat populos in synagogis eorũ, & glorificeẽ ab omnibus. Nunc magis glorificatur ab omnibus Iesus, cꝙ illo tẽpore quo tantũ in una prouincia cognoscebatur. Deinde uenit Nazareth ubi nutritus fuerat, & ingressus iuxta morẽ in synagogam die sabbatorũ surrexit legere, & datus est ei liber Prophetæ Esaiæ, & reuoluẽs librũ, inuenit locum ubi erat scriptũ: Spiritus dñi super me, propter quod unxit me. Non fortuitu reuoluit librum, & apud se uaticinans reperit lectiones, sed & hoc prouidentiæ dei fuit. Sicut enim scriptũ est, in laqueũ non cadit passer sine uoluntate patris, & quia capilli capitis Apostolorum omnes numerati sunt: sic forsitan & hoc quod Esaiæ potissimum liber inuentus est: & lectio nõ alia, sed hæc quæ Christi mysterium loquebatur: Spiritus domini super me, propter quod unxit me. Christus est enim qui ista cõmemorat, non ut libet & casu uenisse arbitrandum est, sed prouidentia, & dispẽsatione dei. Quæ sunt igitur queꝛ in ,ppheta loquebaẽ, & postea de se ipse in synagoga personet, cõtemplemur. Euãgelizare (ait) pauperibus misit me. Pauperes, nationes significãt. Isti eñ erant pauperes, nihil omnino possidentes, non Deũ, non legem, non prophetas, nõ iustitiã, reliquasꝙ uirtutes. Ob quã causam misit eum deus, ut pauperibus nunciaret, Prędicare captiuis remissionẽ. Captiui nos fuimus, quos tãtis annis uinxerat Satanas, habẽs captiuos sibiꝙ subiectos. Venit Iesus prędicare captiuis remissionẽ, & cæteris ut uiderent. Sermone qppe, & prædicatiõe doctrinæ eius, cæci uidẽt. Prędicatio ergo remissionis intelligaẽ non solũ super captiuis, sed etiã super cæcis. Emittere confractos in libertatem. Quid ita fractũ, arꝙ collisum fuit, ut homo qui à Iesu dimissus est & sanatus: Prędicare annum domini acceptum. Iuxta simplicẽ intelligentiam aiunt uno anno Saluatorem in Iudæa Euãgeliũ prædicasse, & hoc esse quod dicitur: Prædicare annũ domini acceptum, & diem retributionis: nisi forte quiddã sacramenti in prędicatione anni domini diuinus sermo significat. Futuri sunt enim alij dies, nõ tales quales nũc in mundo cernimus, & mẽses alij, & Calendarũ ordo diuersus. Sicut igitur ista alia, sic annus domini futurus est placens. Ista aũt omnia prædicta sunt, ut post uisionẽ ex cæcitate, post libertatem ex uinculis, post sanitatẽ à diuersis uulneribus ueniamus ad annum domini acceptum. Cum enim hæc legisset Iesus, inuoluens librũ reddidit ministro & sedit, & omniũ oculi erant in synagoga attẽdentes in eũ. Et nunc si uultis, in hac synagoga cœtuꝙ possunt oculi uestri attẽdere in Saluatorẽ. Cum enim principalẽ cordis tui direxeris aciem ad sapientiã & ueritatem, deiꝙ unigenitũ contemplandum, oculi tui intuentur Iesum. Beata congregatio, de qua scriptura testatur, quod omniũ oculi erant attendentes in eum. Quàm uellem istum cœtũ simile habere testimoniũ, ut omnium oculi, & catechumenorũ, & fidelium, & mulierũ & uirorũ, & infantium non corporis oculi, sed animæ aspicerent Iesum. Cum enim respexeritis ad eum, de lumine eius & intuitu clariores uestri uultus erunt. & dicere poteritis: Signatum est super nos lumen uultus tui domine, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Luce 4

Psal.4

De eo quod scriptum est: Vtiꝙ dicitis mihi parabolam istam, & cętera, usqꝫ ad eum locum ubi ait: Sed nullus eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Homilia XXXIII.

IN Capharnaũ quantum ad lucẽ historiæ pertinet, necdum moratus est Iesus, nec aliquod in ea signũ fecisse describiẽ, quippe in qua nõ fuit. Porro antequam ueniret in Capharnaum, in patria sua, hoc est in Nazareth, fuisse signatur. Vtiꝙ dicitis mihi parabolam istã. Medice cura teipsum. Quæ cunꝙ audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hic in patria tua. Vnde puto aliquid in sermone præsenti latitare mysterij, & Nazareth in typo ludæorũ, Capharnaum in typo præcessisse gentiliũ. Sciẽs itaꝙ Iesus quod nõ haberet in patria sua honorẽ, ne ipse, nec propheta, nec Apostoli, noluit ibi prędicare, sed prędicauit in gentibus, ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi à patriæ suę hominibus diceretur: Vtiq; dicitis mihi parabolā istam, Medice cura te ipsum. Erit enim tempus, quando dicturus sit populus ludæorū: Quæcūq; audiui facta in Capharnaum apud gentes signa atq; portēta, fac & apud nos in patria tua. Quæ ostendisti uniuerso orbi, ostende & nobis. Prædica sermonē tuum populo Israel, ut saltem cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiat. Quamobrem mihi uidetur cōsequenti ordine Nazarenis interrogantibus respondisse Saluator: Nemo propheta acceptus est in patria sua. Et puto plus iuxta sacramentū quàm iuxta literam uerū esse qđ dicit, licet Hieremias in Anatoth patria sua nō fuerit acceptus, & Esaias quæcūq; fuit patria illius, & reliqui ꝓphetæ: sed magis mihi uidetur sic intelligi, ut dicamus patriam fuisse omniū prophetarum, populum circūcisionis, & hāc nō recepisse prophetas, & eorū uaticinia: porro nationes quæ longe fuerant à prophetis, & eorum notitiam nō habebāt, susceпisse uaticinium Iesu Christi. Nemo est ergo propheta acceptus in patria sua, hoc est in populo ludęorū. Nos aūt qui eramus alieni à testamēto & peregrini à promissionibus, toto ꝓphetas corde suscepimus, magisq; habemus Moysen & prophetas de Christo prędicantes, q̄ illi qui ex eo quod non susceperunt Iesum, nec illos susceperūt qui de illo annunciauerant. Vnde ad id quod dixerat: Nemo propheta acceptus in patria sua, & aliud adiungit: In ueritate enim dico uobis, quia multæ uiduæ erant in diebus Heliæ in Israel, quando clausum est cœlū annis tribus, & mensibus sex. Quod dicit tale est. Helias ꝓpheta erat, sed erat in populo ludæorū. Sed quando mirabile quid facturus erat cū essent plures uiduę in Israel, reliquit eas, & uenit ad uiduam in Sareptā Sidoniæ ad gentilem mulierculā, figuram futuræ rei explicās, quia occupante fame nō panis, neq; liti aquę, sed fame audiendi sermonem dei, uenit ad uiduam, de qua & propheta testatur dicens: Multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet uirum. Et cum uenisset, panem illius & alimēta multiplicat. Tu eras uidua in Sarepta Sidoniæ, è cuius finibus Chananæa mulier egreditur, & cupit sanari filiam suā, & propter fidem meruit accipere quod petebat. Multæ ergo uiduę erāt in populo Israel, sed ad nullam earum missus est Helias nisi in Sareptis ad mulierē uiduam. Sed & aliud ad eūdem sensum pertinēs loquit. Multi erant leprosi in Israel in diebus Helisæi prophetæ, & nemo eorū mundatus est nisi Naaman Syrus, qui utiq; nō erat ex Israel. Cōsidera usq; ad præsentē diem multos leprosos in Israel secundū carnem, uide econtrario lepræ squalore perfusos, atq; spiritali Helisæo domino nostro & Saluatore, te aūt purgari baptismi sacramēto, & dici ad te: Surge & uade in Iordanem, & lauare, & restitueris tibi caro tua. Surrexit Naaman & abijt, & locutus impleuit mysteriū baptismi, & facta est caro eius quasi caro pueri, qui in lauacro regenerationis ortus fuerit in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Esa. 54

4. Reg. 5

De eo quod scriptum est: Magister quid boni faciens uitam æternam possidebo, usq; ad eum locum ubi ait: Vade & tu fac similiter.

Homilia XXIIII.

C

VM multa in lege præcepta sint, hæc tantum Saluator in Euāgelio posuit quæ quondam cōpendio ad æterna obedientes ducerēt. Ad id em respicit quod legis doctor interrogauerat eum dicēs: Magister quid faciēs uitam æternam possidebo? Quę lectio secundū Lucam hodie uobis recitata est, respondit. In lege quid scriptū est? Quomodo legis? Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota uirtute tua, & ex tota mente tua, & proximū tuum tanquā teipsum. Ac deinde, Bene (ait) respondisti: hoc fac, & uiues. Haud dubium quin sempiternā uitam hoc faciendo accepturus sis, de qua & legis doctor interrogauerat. Simulq; perspicuè docemur in legis præcepto, ut diligamus deū. In Deuteronomio scriptū est. Audi (inquit) Israel, dominus deus tuus, deus unus est. Et diliges dominum deum tuū ex tota mente tua, & reliqua, & proximū tuū quasi teipsum. Et Saluator super his testatus est dicens: In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Volēte aūt doctore legis iustificare semetipsum & ostēdere quod nemo sibi esset proximus, atq; dicēte: Quis est proximus meus, intulit dominus parabolam cuius exordium est: Homo quidā descēdebat de Hierusalē in Hiericho, & reliqua: & docet nullius fuisse

Deut. 6

Matt. 22

Lucæ 10

fuisse proximum descendentē, nisi illius qui uoluerit custodire præcepta, & prępparare se, ut sit proximus omni homini qui auxilio indiget. Hoc em est quod post parabolā in fine ponitur. Quis de his tribus uidet tibi proximus esse eius qui in latrones incidit? Nec enim sacerdos, nec Leuites proximi eius fuerūt, sed ut ipse quoq; legis doctor respondit, ille qui fecit misericordiā, proximus eius fuit. Vnde & à Saluatore dicitur, Vade, & tu fac similiter. Aiebat quidā de presbyteris uolens parabolā interpretari, hominem qui descēdit esse Adam: Hierusalē, paradisum. Hiericho, mundū, latrones contrarias fortitudines, sacerdotem, legem, Leuitē, prophetas, Samaritē, Christum: uulnera uero inobedientiam, animal, corpus domini: Pandochium, id est, stabulum quod uniuersos uolētes introire suscipiat, ecclesiam interpretari. Porro duos denarios, patrē & filiū intelligi: Stabularij ecclesiæ præsidē cui dispensatio credita est. De eo uero quod Samarites reuersurū se esse promittit, secundum saluatoris figurabat aduentū. Hæc cū rationabiliter pulchreq; dicant, non est tamen existimandum quod ad omnem hominem pertineāt. Neq; enim omnis homo descēdit de Hierusalem in Hiericho, nec uniuersi propterea in præsenti seculo cōmorātur, licet ille qui missus est, propter perditas oues uenerit domus Israel. Homo igit qui de Hierusalem descendit in Hiericho, quia uoluit ipse descēdere, propterea in latrones incidit. Latrones aūt nulli sunt alij, nisi de quibus saluator ait: Omnes qui ante me uenerunt, fures fuerunt & latrones. Veruntamen nō incidit in fures, sed in multo furibus nequiores latrones, qui descendentē eum de Hierusalē cum incidisset in illos spoliauerūt, & imposuerūt ei plagas. Quæ sunt plagæ; quę uulnera quibus uulneratus est homo? Vitia, atq; peccata. Deinde quia latrones qui nudauerant eū, & uulnerauerāt, non assident nudo, sed plagis rursus impositis relinquūt eū, idcirco scriptū est: spoliātes eum, & uulnera apponentes abierunt eo non mortuo, sed seminece. Factum est aūt ut in eadem uia primus sacerdos, deinde leuites descenderēt, qui forsitan alijs hominibus bona quædā fecerant, non tamen huic, q̄ descenderat ab Hierusalem in Hiericho. Hunc em uidit sacerdos, puto lex uidit: Leuites ut reor, sermo propheticus. Et cū uidissent reliquerunt, & transierūt. Seruabat quippe seminecem prouidentia ei qui fortior erat lege & prophetis, Samaritano uidelicet qui interpretatur custos. Iste est qui nō dormitat, neq; dormit custodiens Israel: propter seminecē, ꝓfectus est iste Samaritanus non de Hierusalem in Hiericho, sicut sacerdos & leuita descēdens: aut si descendit, idcirco descēdit, ut saluaret, custodiret q̄ moriturum. Ad quem locuti sunt ludæi: Samaritanus es tu & dęmoniū habes. Qui cum negasset se habere dęmoniū, Samariten negare se noluit. Sciebat enim se custodē. Itaq; cū uenisset ad seminecē, & uidisset eū in suo sanguine uolutari, misertus accessit ad eū ut fieret eius proximus. Ligauit uulnera, infudit oleum uino mixtum: neq; dixit quod in propheta legitur, Nō est malagma imponere, neq; oleum, neq; alligaturas. Iste est Samaritanus, cuius cura & auxilio omnes qui male habent indigent. Huius uel maxime Samaritani indigebat auxilio qui de Hierusalē descendens inciderat in latrones: & uulneratus ab eis, semianimis fuerat derelictus. Vt aūt scias qđ iuxta prouidētiam dei Samarites iste descenderit ut curaret eū qui inciderat in latrones, manifesto doceberis ex eo q̄d secū habebat alligaturas, secum oleū, secum uinum. Quæ quidem ego puto non propter istum unum seminecē, sed propter alios quoq; qui ob uarias causas fuerant uulnerati, & indigebant alligaturis, & oleo, & uino, secū portasse Samariten. Habebat oleum de quo scriptum est: Vt exhilaret faciem in oleo, haud dubiū quin eius qui curatus fuerat, oleo etiā tumores uulnerum sedarent. Sed & uino mundat uulnera, asperitatis aliquid admiscens: eumq; qui fuerat uulneratus imposuit iumento, id est proprio corpori, iuxta id quod est hominē dignatus assumere. Iste Samaritanus peccata nostra portat, & pro nobis dolet, portat seminecē, inducit in pandochion, id est, in ecclesiā, quę omnes suscipit, & nulli auxiliū suum denegat, ad quam cunctos ꝓuocat Iesus dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Et postquā induxit eū non statim recedit, sed uno die in stabulo cū seminece perseuerat, & curat uulnera nō solum in die, uerū etiam in nocte, reliquā solicitudinem suam & industriam tribuens. Cūq; uellet mane proficisci, de probato argēto suo, de probata pecunia sua tollit duos denarios, & onerat stabularium, haud dubium quin angelum ecclesiæ, cui præcipit ut

Psal. 104

Ioan. 10

Ioan. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

diligenter cũret eum, & ad ſanitatem uſq; perducat. quem pro anguſtia temporis etiã ipſe curauerat. Duo denarij notitia mihi uidetur eſſe patris & filij, & ſcientia ſacramenti, quomodo pater in filio, & filius in patre ſit, qui uelut mercedes donant angelo, ut diligẽtius curet ſibi hominem cõmendatum: & promittitur ei quicquid de ſuo in medelam ſeminecis expenderit, illico eſſe reddendũ. Vere legis & prophetiç cuſtos animarum iſte uicinior, qui fecit miſericordiam ei qui inciderat in latrones, & proximus eius apparuit nõ tam ſermone quàm opere. Quia ergo poſſibile eſt iuxta illud quod ſequitur, imitari nos Chriſtum, & miſereri eorum qui inciderãt in latrones, accedere ad eos, ligare uulnera, infundere oleũ & uinũ, imponere ſuper propriũ iumentũ, & ferre onera ipſorum, propterea ad talia nos cohortans filius dei, non tam doctori legis ꝙ nobis quoq; omnibus loquitur. Vade & tu fac ſimiliter. Quæ ſi ſimiliter fecerimus, uitã conſequemur æternã in Chriſto Ieſu, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorũ, Amen.

De eo quod ſcriptum eſt: Quando uadis cum aduerſario tuo & cætera, uſq; ad eum locum ubi ait: Et nouiſſimum minutum reddes.

Homilia XXXV.

ISI eſſet nobis natura inſitũ id quod iuſtum eſt iudicandi, nunquã Saluator diceret: Quare autẽ & à uobiſmetipſis non quod iuſtum eſt iudicatis? Verum ne ad probationem huius ſententiæ longius euagemur, maxime cum multa difficiliora huic capitulo ſubnexa ſint, tantũ ſuperbos ſignificaſſe ſufficiet. Quin potius animarum noſtrarum ad deũ uela pandamus, deprecemurq; aduentum ſermonis eius, ut interpretetur parabolam de qua ſcribitur:

Matt.5 Quãdo uadis cum aduerſario tuo ad principẽ, in uia da operam, ut liberes te ab eo, ne forte tradat te iudici, & iudex tradat te exactori, & in carcerẽ mittaris. Amen dico tibi non inde exies, donec nouiſſimum minutum reddas. Quatuor perſonas poni uideo, aduerſarij, principis, iudicis, exactoris, & quia uidetur Euangeliſta Matthæus ſimile

Ibidem quid locutus in eo quod ait: Eſto beneuolus aduerſario tuo dum es in uia cũ eo, quæro utrum idem ſenſus ſit, an aliqua ſit uicinia, ſiquidem apud Matthæum una perſona prætermiſſa ſit, & alia immutata. Prætermiſſus eſt princeps, & pro exactore miniſter iuſtus: aduerſarius uero, & iudex ſimiliter ab utroq; ſunt poſiti. Imus itaq; cum aduerſario noſtro ad principem, & oportet nos dum adhuc in uia ſumus fortiter laborare, ut liberemur ab eo. Quoniam ambiguum quippe uerbum eſt, & poteſt tamad principẽ quàm aduerſarium, referri: Ne forte tradat te, ſiue aduerſarius, ſiue princeps iudici, & iudex tradat te exactori, & non inde exies, donec nouiſſimũ minutũ reddas: pro quo

Ibidem Matthæus ait: Donec reddas nouiſſimũ quadrantem, uerbum uero nouiſſimũ utercq; ſcribit: diſcrepare autem ſunt uiſi, quod hic quadrantem, ille minutũ poſuit: quædã mihi ſunt ſecretiora tangenda, ut intelligamus alium eſſe aduerſariũ, alias tres perſonas, id eſt principem, iudicem, exactorem. Legimus (ſi tamen cui placet huiuſcemodi ſcripturam recipere) iuſtitiæ & iniquitatis angelos ſuper Abrahæ ſalute & interitu diſceptantes, dum utræq; turmæ ſuo eũ uolunt cœtui uẽdicare. Quod ſi cui diſplicet, tranſeat ad uolumen quod titulo paſtoris ſcribitur, & inueniet cũctis hominibus duos adeſſe angelos: malum qui ad peruerſa exhortatur, & bonum qui ad optima quæq; puſuadet. Scribitur alibi, quod aſſiſtant homini ſiue in bonã, ſiue in malam partem duplices

Matt.18 angeli: De bonis etiã Saluator meminit, dicens: Angeli eorum ſemper uident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Simul quære utrũ paruulorũ in eccleſia ſemper uideant angeli faciem patris, & aliorum angeli non habeant libertatem uultum patris attendere: Neq; enim ſperandum eſt, omniũ angelos uidere faciem patris qui in cœlis eſt. Si fuero de eccleſia, quamuis minimus ſim, habet libertatẽ angelus meus & fiduciã ſemper uidere faciem patris mei qui in cœlis eſt. Si autem forinſecus, nec de illa eccleſia quæ non habet maculam aut rugam, aut quid iſtiuſmodi, & ipſa re probor alienus eſſe à tali congregatione, non habet fiduciam angelus meus reſpiciẽdi uultum patris mei qui in cœlis eſt. Quam ob cauſam angeli pro bonis ſoliciti ſunt, ſcientes quod ſi nos bene gubernauerint, & ad ſalutem uſque perduxerint, habeant etiam ipſi fiduciam uidendi faciem patris. Quomodo enim ſi per curam eorum & induſtriam ſalus hominibus

nibus cõparatur, faciem patris ſemper attendunt: ſic ſi per negligentiam eorum homo corruerit, etiam ſui periculi rem eſſe nõ neſciunt. Et ſicut bonus epiſcopus, & optimus eccleſiæ diſpenſator ſcit ſui meriti eſſe atq; uirtutis, ſi oues gregis ſibi crediti fuerint cuſtoditæ, ita intellige & de angelis. Ignominia angelo eſt ſi homo iuſtus creditus fuerit, et peccauerit: ut ecõtrario gloria eſt angelo ſi creditus ſibi ſaltẽ minimus in eccleſia fuerit. Videbunt enim nõ aliquando, ſed ſemper, faciem patris qui eſt in cœlis, cũ alij ſemper nõ uideant. Secundum meritũ eñ eorũ quorũ angeli ſunt, aut ſemper aut nunquã, uel parũ, uel plus, faciẽ dei angeli cõtemplabuntur. Cuius rei ad liquidũ notitiam deus nouerit, & ſi quis (licet raro) fuerit inuẽtus quẽ Chriſtus illuxerit. Videamus ergo primũ quis ſit aduerſarius cum quo iter faciamus. Semper nobiſcum eſt aduerſarius. Infelices nos, atq; miſerabiles. Quotieſcũq; peccauerimus, aduerſarius noſter exultat, ſciens quoniã habet facultatẽ apud principẽ ſeculi huius qui ſe miſerat exultãdi & gloriandi, eo quod aduerſarius (uerbi gratia) huius, uel illius, eum fecerit principi ſeculi huius eſſe ſubiectũ per talia totq; peccata, per hoc illudq; delictũ. Euenit autẽ interdum, ut ſi qui fuerit præparatus armatura dei, & ex omni parte ſe texerit, conetur quidẽ aduerſarius uulnus inferre, ſed facultatẽ non habeat percutiendi. Semper nobiſcum aduerſarius graditur, nunquã nos deſerit, quærit occaſionẽ inſidiarum, ſi quo modo nos ſubuertere queat, ut in principali cordis noſtri malam ſubiiciat cogitationẽ. Quãdo uadis ad principem. Quiſnã iſte princeps eſt? Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando diſſeminabat filios Adam, ſtatuit terminos nationũ ſecundum numerũ angelorum dei, & facta eſt portio domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Iſrael. Igitur principib. id eſt angelis, ab exordio terra diuiſa eſt. Daniel ꝙppe manifeſtius quos Moyſes angelos nominarat, principes eſſe teſtatur, dicens: Princeps regni Perſarũ, & princeps regni Græcorum, & Michael princeps gentiũ. Et unuſquiſq; noſtrum ſecum habet aduerſariũ cohærentem, cuius opus eſt ducere nos ad principẽ, & dicere. O princeps, uerbi gratia, regni Perſarũ, iſte qui ſubter erat tibi, eum ut opus fuerat cuſtodiui: nullus enim de reliquis principibus ad ſe potuit trãſducere, ne ille quidẽ, qui ad hoc ſe ueniſſe iactabat, ut de cunctis hæreditatibus Perſarũ, ſiue Græcorũ, omniũq; nationũ raperet homines, & hæreditate dei faceret eſſe ſubiectos. Chriſtus dominus noſter omnes principes uicit, & terminos eorũ tranſiẽs captiuos populos ad ſe trãſtulit in ſalutẽ. Et tu de parte alicuius principis eras, uenit Ieſus & rapuit te de poteſtate peruerſa, & deo patri obtulit. Aduerſarius ergo noſter ambulat, ducẽs nos ad principẽ ſuũ. Vnde ego credens omnia ſcripturarũ uerba habere rationẽ, nõ puto fruſtra iudicẽ apud Greꝯ cos cum articulo poſitũ, qui ſingularitatis ſignificator eſt, principem uero ſine articulo ſcriptũ eſſe ſimpliciter. Quãdo uadis cum aduerſario tuo. Signãter ait tuo. Neq; enim omnes omnium ſunt aduerſarij, ſed ſinguli ſingulos habent, qui ubiq; eos ſequantur, & ſint comites. Quãdo uadis cũ aduerſario tuo ad principem. Non cum articulo principẽ poſuit, ne certum uideretur oſtendere, ſed ſine articulo, ut è pluribus unum eſſe monſtraret: quod apud Græcos magis intelligitur. Vnuſquiſq; enim noſtrum, non habet proprium principem. Qui Syrus eſt, ſub Syrorũ principe eſt, & unuſquiſq; ſub ſuo principe gentis eſt: ſi tamẽ hucuſq; proceſſiſſe me ſufficit, & ab hac diſputatiõe ad aliã tranſire maiorem, ut cæteras quoq; gentes etiam cẽmemorem. Vnde dicitur: Videte Iſrael ſecundum carnẽ. Prudenti cœpiſſe, dixiſſe eſt: licet & hoc in populo cœpiſſe ſermonem. Qui te uult, inquit, ducere ad principẽ ſuum, & ab alio principe conducere, quando uadis cum aduerſario tuo ad principẽ, in uia da operam ut libereris ab eo. Niſi omni ſtudio laboraueris, dum adhuc uiam carpis, antequam ingrediaris ad principẽ priuſquã princeps tradat te iudici ab aduerſario præparatum, poſtea fruſtra conaberis. Da ergo operã, ut libereris ab eo, ſiue à principe ad quem te trahit aduerſarius. Da operam ut habeas ſapientiam, iuſtitiam, fortitudinem, atq; temperantiam, & tunc cõplebitur: Ecce homo, opera eius ante faciem ſuam. Niſi dederis operã, non poteris aduerſarij pactum infringere, cuius amicitia eſt in deum. Quãdo uadis cum aduerſario tuo ad principem, in uia da operam. Latitat in hoc loco neſcio quid, & ſecretum eſt, in uia da operã. Saluator ait: Ego ſum uia, ueritas, & uita. Si dederis operã ut libereris ab aduerſario, eſto in uia: & cum ſteteris in eo qui dicit: Ego ſum uia, ſtetiſſe non ſufficit, ſed da

Dan.10

Num.18

Ioan.14

Universidad de Deusto
Biblioteca

operam ut libereris ab aduersario. Nisi dederis operã ut ab aduersario libereris, quæ te
sequãtur ausculta. Trahit te ad iudicem aduersarius, siue princeps cum te susceperit ab
aduersario trahit te ad iudicem. Quàm elegãs uerbũ, trahit, ut ostendat quodammodo
retractantes & nolentes ad cõdemnationem trahi, & ire compelli? Quis enim homici
da concito gradu pergit ad iudicem? quis gaudens ad condemnationem suam ire festi
nat, & non inuitus trahitur, ac repugnans? Scit enim se ad hoc ire, ut sententiam mor
tis accipiat. Ne forte trahat te ad iudicem. Quis putas iste iudex est? Ego nescio aliũ
Matt.25 iudicem nisi dominũ meum Iesum Christum, de quo alibi dicitur. Et statuet oues à de
xtris, hœdos autem à sinistris. Et iterum: Qui confessus fuerit me, confitebor & ego eũ
coram patre meo qui in cœlis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo
eum corã patre meo qui in cœlis est. Trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori,
Vnusquisq; nostrũ per singula peccata damnũ sustinet, & iuxta qualitatẽ rationemq;
delicti, damni magnitudo reputatur. Debeo aliquod de scripturis afferre testimonium
super damno, mulctaq; pecuniæ. Alius damnũ sustinet quingentorũ denariorũ, & de
bet eos, alius quinquaginta denarijs cõdemnatur: quæ summa ambobus à creditore
Matt.18 conceditur. Porrò alius, sicut scriptura dicit: Oblatus est ei unus qui debebat decẽ mi
lia talenta, decem milibus talentorum cõdemnatur. Et quid me necesse est plura perse
qui? Vnusquisq; pro qualitate & quantitate peccati, diuersam mulctæ sententiã expen
dit. Si parũ est quod peccas, ferieris dãno minuti, ut Lucas scripsit, ut uero Matthæus,
quadrantis. Veruntamen etiam necesse est hoc ipsum quod extitisti debitor, soluere.
Non enim inde exies nisi & minima quæq; persoueris. Qui uero fidelis est, nullo dam
no percutitur, sed quotidie ditatur. Totus enim mundus diuitiarũ eius est. Infidelis aũt
nec obulũ habet. Alius damnatur denario, alius mna, alius talento. Est quæsitor huius
negotij, qui mensuras uniuersorũ nouerit peccatorũ. Hoc delictum talento cõdemna
tur: illud peccatũ mulctam istiusmodi meretur. Scriptum est enim. Cum autem cœpis
set facere rationẽ. Supputanda est omnibus nobis gratia. Non est aliud tempus facien
dæ rationis nisi tempus iudicij, quãdo liquido cognoscetur quid nobis creditum est, &
quid lucri, quidue detrimenti fecerimus, quis nostrum acceperit mnam, quis unũ talen
tum, quis duo, quis quinq;. Necesse nõ est plura indicare, cum hoc in cõmune dixisse
sufficiat, reddituros nos esse rationem: & si debitores inuenti fuerimus trahi ad iudi
cẽ, & à iudice exactori tradi. Singuli exactores proprios habemus: omnis uero multitu
Esa.3 do, pluribus traditur, secũdum id quod in Esaia scriptum est: Populus meus, exactores
uestri spoliant uos, & qui potentes sunt dominantur uestri. Dominanẽ exactores, si de
buerimus aliquid. Si autem habuerimus fiduciam, & fronte libera uixerimus, seruabo
Rom.13 præceptũ libens: Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui timorem timo
rem, cui uectigal uectigal, cui honorẽ honorem. Si omnibus uniuersa reddidero, uenio
ad exactorem, & intrepida mente respondeo, nihil tibi debeo. Venit exactor ad depo
scendum, resisto ei. Scio enim quod si nihil debuero, in me non habet potestatẽ. Quod
si debitor fuero, mittet me exactor meus in carcerẽ illo ordine q prædictus est. Aduer
sarius enim me ducit ad principẽ, princeps ad iudicem, & iudex tradet me exactori, &
exactor mittet in carcerẽ. Quæ est lex carceris istius? Non egredior ex eo, neq; me exa
ctor patitur exire, nisi debitũ omne persoluero. Non habet exactor potestatẽ, ut mihi
saltem quadrantem, uel minimam portionẽ ualeat concedere: unus est, qui debitoribꝰ
non habentibus unde persoluãt, potest cõcedere. Accessit, inquit, ad eum unus qui de
bebat quingentos denarios, & alius quinquaginta: & cũ non haberent unde redderẽt
ambob. donauit. Qui donauit, dominus est: iste uero qui exactor est, non est dominus,
sed à domino ad exigẽda debita prepositus. Nõ fuisti dignus ut tibi quingẽti, siue quin
quaginta denarij donarentur, nec audire meruisti, dimissa sunt tibi delicta tua: sed mitte
ris in carcerẽ, & ibi exigeris per laborẽ & opera, siue per pœnas atq; supplicia, & non
inde exies nisi reddideris quadrantẽ, uel nouissimum minutum, quod Græce tenue di
ci potest. Peccata aũt nostra pinguia sunt. Scribitur enim: Incrassatũ est enim cor po pu
li huius. Aut comparatione maioris, tenue atq; subtile. Beatus est igitur, primũ qui non
peccat, secundo ut in collatione aliquis saltem tenue peccatum habeat. Et inter ipsa
quoq; tenuia atq; subtilia, est diuersitas peccatorũ. Nisi esset pecunia subtilis, nunquam
dice-

diceretur: Nõ exies inde, donec reddas nouissimum quadrantẽ. Quomodo sine pecu
nia diceret nouissimum minutũ, quod est denarius, siue nummus, sine obolus, uel state
ra. Quod si magnam pecuniam debuerimus, sicut ille qui scribitur decem milia talenta
debuisse, quanto tẽpore claudamur in carcere donec reddamus debitũ, nõ possum ma
nifeste pronũciare. Si enim qui parum debet, nõ egredit nisi exoluat minutũ quadran
tem: utiq; qui tanto debito fuerit obnoxius, infinita ei ad reddẽdũ debitũ secula nume
rabuntur. Quapropter demus operã, ut liberemur ab aduersario dũ sumus in uia, & iun
gamur domino Iesu: Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptũ est: Qui uoluerit animã suã saluare perdet eam, usq; ad eum
locum ubi ait: Regnum dei intra uos est. Homilia XXXVI.

Q VI quæsierit, inquit, animam suam saluare, perdet eam: & qui perdiderit
eam, saluabit eam. Martyres quærunt saluare animam suã: propterea per
dunt, ut saluent eam. Qui uero uolunt saluare animam suam ut non per
dant eam, hi & corpus & animam perdunt pariter in gehennam. Quãob
rem nolite timere eos, ait, qui possunt corpus occidere, sed timete magis
eum qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Hoc ad propositũ, iuxta uí
res ingenij nostri breuiter dixerimus. Animalis autem non recipit ea quæ sunt spiritus,
& idcirco saluari non potest. Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. Porrò
qui adhæret domino, spiritus unus efficitur. Si ergo qui domino copulat, cum anima
lis esset per id in spiritalem uertitur, & unus est spiritus: nos quoq; perdamus animã no
stram, ut adhærentes domino in unum spiritũ transformemur. Sed & de regno dei in- Luc.17
terrogatus, respondit saluator pharisæis. Quãdo uenerit, inquit, nõ uenit regnũ dei cũ
obseruatione, neq; dicũt ecce hic, aut ecce ibi. Regnũ emi dei intra uos est. Nõ omnib.
saluator dicit, regnũ dei intra uos est: siquidẽ in peccatoribus regnũ peccati est, & absq;
ulla ambiguitate, aut regnũ peccati, aut regnũ dei in corde nostro imperat. Vnde siue
quæ facimus, siue quę loquimur, siue quæ cogitamus contẽplemur attentius, & tunc ui
debimus utrum dei imperium regnet in nobis, an imperium delictorũ. Quã diuersita
tem sciens etiam apostolus, quosdam commonet, dicens: Nõ regnet peccatũ in morta
li uestro corpore. Si quis nostrum desiderat regnũ dei, regnatur ab eo. Si quis auaritiæ
ardore cruciatur, regnatur ab auaritia. Porrò qui iniustitiã reginam habet, regnatur ab
ea. Qui uanæ glorię ambitione sustollitur, regnat ei aura popularis. Qui mœret, qui ali
quid reformidat, qui amat, qui desiderat, imperant ei singula, prout perturbationibus
uarijs possidetur. Quæ omnia cognoscentes, & quàm multa sint genera regnorũ surga
mus, precemurq; deum, ut auferat à nobis regnum inimici, & possimus sub regno esse
dei omnipotentis, id est sub regno sapientiæ, pacis, iustitiæ, ueritatis, quæ cuncta in uni
genito dei filio intelliguntur, cui est gloria & imperium in secula seculorũ, Amen.

De eo quod à discipulis pullus asinæ solutus est.
Homilia XXXVII.

L ECTVM est in Euãgelio secundum Lucam, quomodo cum uenissent sal
uator Bethphage, & Bethaniam iuxta montẽ oliueti, miserit duos è discí
pulis suis, ut soluerent pullum asinæ qui uinctus erat, & super quem nul
lus hominũ aliquãdo sederat. Quod quidem mihi uidetur magis ad altio
rem intelligentiam, q̃ ad simplicem historiam pertinere. Asinus uinctus
erat. Vbinam? Contra Bethphage, et Bethaniã, E quibus Bethania interpretat domus
obedientiæ, Bethphage uero domus maxillarum, sacerdotalis quidam locus. Maxillæ
enim sacerdotibus dabantur, sicut in lege præcipit. Illuc ergo ubi obediẽtia, ubi locus
sacerdotibus mancipatus, mittit saluator discipulos suos, ut soluãt pullum asinæ super
quem nullus hominum aliquãdo sederat. Porrò quid aliud super asinum sedere potest
absq; homine? Volo paulisper exẽplum sumere, ut quod dicturus sum, possit intelligi. Esa.30
Scriptum est in Esaia: Visio quadrupedũ in tribulatione & angustia, & reliqua, usq; ad
eum locum ubi ait: Non proderunt eis diuitiæ aspidum. Vnusquisq; nostrũ consideret
quantas opes aspidũ ante portauerit, quantas diuitias bestiarũ, & quomodo nunquam

rationa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationabilis homo sederit super asinum nostrum,nõ sermo Moysi,non Esaiæ,non Hieremiæ,nec reliquorum omnium prophetarum: & uidebit tũc sedisse super nos sermonem dei atq; rationẽ,quando uenit dominus Iesus, & præcepit discipulis suis, ut eunt es soluerent pullum asinæ qui prius uinctus fuerat,ut liber incederet.Solutus itaq; pullus asinæ adducitur ad Iesum, ad cuius solutionem mittens discipulos dixerat: Si quis uos interrogauerit quare soluitis pullũ, dicite ei quia dominus necessariũ illum habet. Multi erant domini huius pulli antequã Saluator eũ haberet necessarium: postq; uero ille cœpit esse dominus,plures domini esse cessauerunt.Nemo enim potest deo seruire & mammonæ.Quando malitiæ seruierimus, multis sumus passionibus uitijsq; subiecti.Soluitur ergo pullus,quia dominus necessarium eum habet. Vos estis pullus asinę quid uestri filius dei necessariũ habet? quid à uobis expetit? Salute uestra opus habet, cupit uos solui uinculis peccatorum. Deinde mittunt discipuli uestes suas super asinũ, & sedere faciunt saluatorem. Assumunt sermonem dei, & imponũt eum super animas auditorum. Vestibus exuuntur,substernunt eas in uia. Super nos sunt uestimẽta apostolorũ:opera eorum bona,ornamenta nostra sunt: uolunt apostoli indumenta sua cal cari à nobis. Et reuera solutus à discipulis asinus & portans Iesum incedit super uestimenta apostolorum, quando doctrinam eorum imitatur & uitam. Quis nostrum ita beatus est, ut sedeat super illum Iesus? Qui quamdiu in monte fuit, cum suis apostolis morabatur: quando uero cœpit uicinus esse descensui, tum occurrit ei turba populorum.Si non uenisset ad descensum,non ei poterat occurrere multitudo. Descendit,seditq; super pullum asinę,& omnis populus uoce cõsona laudabat deum.Quod Pharisæi uidentes dicebant domino:Increpa eos. Quibus ille respondit.Si isti tacuerint,lapides clamabunt.Quando nos loquimur,lapides silent:quãdo nos tacemus,lapides clamant. Potest enim dominus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Quo tempore nos tacebimus? Quando refrixerit charitas multorum, quando illud quod è saluatore prædicatum est fuerit impletum:Putas ueniens filius hominis inueniet fidem super terram? Propterea domini misericordiam deprecemur,ne nobis tacẽtibus lapides clamitent, sed loquamur & laudemus deum in patre,& filio,& spiritu sancto: Cui est gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

De eo quod scriptũ est: Cum autem appropinquasset uidit ciuitatem, & fleuit super eam, usq; ad eum locũ ubi ait: Eiecit omnes uendentes columbas.
Cap. XIX. Homilia XXXVIII.

C VM appropinquasset Hierusalẽ dominus noster,uidens eam fleuit,& dixit.Si cognosceres & tu in die ista quæ ad pacem sunt tibi, nunc autẽ abscondita sunt ab oculis tuis,quoniam uenient dies super te, & circumdabunt te inimici tui uallo.Sacramenta sunt quæ dicuntur,& speramus pandente deo aperire posse quod latitat.Primum ergo de fletu eius uidendũ, Matt.11 5 Omnes beatitudines quas locutus est in euangelio Iesus,suo firmat exemplo, & quod docuit pro testimonio probat.Beati,inquit,mites.Huic simile est de semetipso: Discite à me,quoniam mitis sum.Beati pacifici. Et quis alius ita pacificus ut dominus Iesus,qui est pax nostra,qui soluit inimicitiã, & in sua eã carne destruxit? Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã. Nemo sic persecutionẽ passus est propter iustitiam ut dominus Iesus,qui pro peccatis nostris crucifixus est. Omnes igitur beatitudines in semetipso dominus ostendit.Ad quam similitudinem etiam illud quod dixerat, Beati flentes,ipse fleuit,ut huius quoq; beatitudinis iaceret fundamenta. Fleuit autem super Hierusalem dicens:Si cognouisses & tu in die ista quæ ad pacem sunt tibi,nũc autem abscondita sunt ab oculis tuis,& reliqua,usq; ad eum locum ubi ait: Eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuæ.Dicat aliquis auditorum: Manifesta sunt quæ dicuntur,& opere completa de Hierusalem. Circũdedit enim eam Romanus exercitus, & ad internecionem usq; uastauit,tempusq; ueniet quãdo lapis super lapidẽ non relinquetur super eam. Non nego & illam quidem Hierusalem propter habitatorũ scelera fuisse destructam, sed quæro si & ad hanc nostrã Hierusalem fletus iste pertineat. Nos enim sumus Hierusalẽ quæ defleꝛ, qui nobis uidemur intuitũ habere maiorem. Quod si post

si post mysteria ueritatis,post sermonẽ euãgelij,post doctrinã ecclesiæ,post uisionẽ sacramentorũ eius,aliquis è nobis peccauerit,plangit,atq; fletur. Nemo eĩ gentilis fletur,sed ille qui fuit de Hierusalẽ,quod post peccata circundent eã inimici, cõtrariæ uidelicet fortitudines,spiritus nequã, & immittãt in circuitu eius uallũ, & obsideãt eam, & lapidẽ super lapidẽ nõ relinquãt: maxime si post multã cõtinentiã,post aliquot annos castitatis uictus quis fuerit,blandimẽtisq; carnis illectus patientiã pudicitiãq; amiserit. Si fueris fornicatus, lapidẽ super lapidẽ non relinquent super te. Ait enim in alio loco.Non recordabor priorũ iustitiarũ eius:in peccato suo in quo deprehensus fuerit, in ipso iudicabo eum.Hæc est ergo quæ defletur Hierusalem. Post quæ dicitur:Ingressus est templum.Quod cum fuisset ingressus,eiecit, eos qui uendebant columbas. Nõ eiecit ementes,qui enim emunt,& non emerint possident.Illos eiecit de templo patris Iesus qui uendunt & abijciunt quod habuerãt in similitudinem illius luxuriosi filij,qui substantiã suam accepit à patre,& uniuersa perdidit nimiè potando. Si quis ergo uendit ejicitur,precipue si uendebat columbas.Quare alias aues nõ posuit nisi columbas? Hoc animal simplex est, & decorum. Vereor ne & in nobis uitium istiusmodi deprehendatur. Si enim ea quæ mihi à sancto spiritu reuelata sunt & credita ut in uulgus eferrem, precio uendidero, & absq; mercede non docuero, quid aliud facio nisi columbas,id est spiritum sanctum uendo? Quem cum uendidero,ejcior de templo dei. Qua propter rogemus dominum,ut omnes emamus potius quàm uendamus. Si enim non uendiderimus,cognoscimus & intelligimus salutem nostram:alioquin inimici circumdabũt urbem nostrã. Quod si semel nos exercitus hostilis cinxerit,lachrymas dei non merebimur.Surgamus ergo diluculo, & obsecremus dominũ, ut saltem micas quæ de mensa eius cadunt comedere possimus.Miratur scriptura reginam Saba uenisse ab extremo terræ audire sapientiam Salomonis:quæ cum uidisset prandiũ,& supellectilem, & ministeria domus eius, obstupuit, & tota in miraculo fuit.Nos si tantas domini nostri opes, tantam sermonis supellectilem & abundantiam doctrinarum non libenter amplectimur,si non comedimus panem uitæ,si non carnibus Christi uescimur,& cruore potamur,si contẽnimus dapes saluatoris nostri, scire debemus quod habeat deus & benignitatem,& seueritatẽ.E quibus benignitatẽ eius magis orare debemus, in Christo Iesu domino nostro. Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen. 3 Reg.10

De quæstione Sadducæorum quam proposuerant domino, mulieris eius quæ septẽ uiros habuit.Et rursus de denario quem sibi saluator iussit ostendi. Cap. XX. Homilia XXXIX.

E ST Hæresis in Iudæis quæ dicitur Sadducæorũ: hæc resurrectionẽ mortuorum negat, & putat animam interire cum corpore, nec post mortem ultra respirare. Igitur quæstionem domino proponentes, composuerunt fabulam mulieris septem uirorum, quæ post primum uirum ad resuscitandum semen prioris alterum duxerit: quo mortuo, tertium quoq;, & rursum quartum:atq; in hunc modum ad septimũ usq; peruenerat. Quæritur ergo in resurrectione mortuorum quis eam sibi è septem fratribus sit uendicaturus uxorem.Hoc autem problema insidiantes uerbis saluatoris eo tempore proposuerunt, quo eum uiderant de resurrectione docere discipulos. Quibus respondens saluator, ait: Erratis, nescientes scripturas neq; uirtutem dei. In resurrectione enim mortuorum, neq; nubent, neq; nubẽtur, sed erunt sicut angeli in cœlis. Qui erunt sicut angeli, utiq; angeli erunt. Simulq; discendum quod angeli connubia non habeant.Hic uero ubi mors,& nuptiæ & liberi necessarij sunt: ubi immortales, nec coniugio opus est, nec filijs. Proponam mihi quæstionem ualde molestam,& quæ nõ facile soluitur,ex persona eorum qui studiosissimi scripturarum sunt, & die ac nocte meditantur in lege domini. Vbi inquiunt scriptum est,quia neq; nubent,neq; nubentur? Tam uetus quàm nouum Testamẽtum memoria ac mente perlustrans,nusquam memini tale quid relatum. Quod si forte me fallit,qui plus nouit doceat.Libenter disco quod nescio.Sed quantũ ego existimo,nec in ueteri,nec in nouo instrumento quicquam tale reperiet. Omnis ergo eorum error, de prophetica quam non intelligunt lectione surrexit:è quibus illud est in Esaia,Lecti Esa.65

mei

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deut. 28 mei non habebunt liberos in maledictionē: & in Deuteronomio in benedictionibus:
Benedicti filij uteri tui. Et putant hæc futura in resurrectione, non intelligentes spirita
les benedictiones esse prædictas. Paulus enim uas electionis omes has benedictiones
quæ ponuntur in lege, spiritaliter interpretans, & sciens nō esse carnales, ad Ephesios
Ephes. 1 loquitur: Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in o-
mni benedictione spirituali, cum à mortuis resurgentes æternam beatitudinē conseque
Psal. 127 remur. Sed & in psalmis simile quid reperientes, eodem labuntur errore, Vxor, inquit,
tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ, filij tui sicut nouellæ oliuarū in circui-
tu mensæ tuæ: usq; ad eum locum ubi ait: Benedicat te dominus ex Sion, & uideas que
bona sunt Hierusalem. Ergo cum instructa fuerit Hierusalem & instaurata in antiquū
statum, tunc uisurus est bona quæ scriptura commemorat. Qui spiritaliter intelligunt
Hierusalē, & de ea dici sciunt quę cœlestis est, quæ sursum est, quæ est mater nostra: ut-
debunt bona illius de quibus sæpe diximus, & id quod nūc de psalmo posuimus: Vxor
tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ, filij tui sicut nouellæ oliuarū in circui-
tu mensæ tuæ. Quæ omnia corporaliter intelligentibus Sadducæis qui erant portio Iu
dæorum, dicit saluator: Nescitis scripturas, neq; uirtutem dei. Hæc de quæstione quam
Sadducæi domino proposuerunt, breuiter dicta sint. Porro quia adiectū est de ima-
gine Cęsaris, etiam super hoc debemus pauca perstringere. Putant quidam à saluatore
dictum esse simpliciter: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, id est tributū reddite quod
debetis. Quis enim nostrum de tributis reddendis Cæsari contradicit? Habet igitur lo
cus quiddam mystici atq; secreti. Duæ sunt imagines hominis: una quam accepit à deo
Gen. 1 factus in principio, sicut in Genesi scriptum est, Iuxta imaginem & similitudinem dei:
altera Choici, id est terreni, postquam propter inobedientiam atq; peccatum eiectus
de paradiso assumpsit eam, principis seculi huius suasus illecebris. Sicut enim nummus
atq; denarius habet imaginem Imperatorum mūdi, sic qui facit opera rectoris tenebra-
rum istarum, portat imaginem eius cuius habet opera, Quam præcepit Iesus esse red-
dendam & proijciendam de uultu nostro, assumēdamq; eam imaginem, iuxta quam à
principio ad similitudinem dei conditi sumus. Atq; ita fit ut quæ Cæsaris sunt Cæsari,
& quæ dei, reddamus deo. Ostendite, inquit, mihi nummum. Pro quo in Matthæo scri
bitur denarius. Quem cum accepisset, ait: Cuius scriptionem habet? Qui respōdentes,
dixerunt: Cęsaris. Ad quos rursum: Reddite ergo, inquit, quæ sunt Cæsaris Cæsari, &
1 Cor. 1 quæ sunt dei deo. Quorum consequentiam & Paulus locutus est, dicens: Sicut portaui
mus imaginem choici, portemus & imaginem cœlestis. Quod ergo ait: Reddite quæ
sunt Cæsaris Cæsari, hoc dicit: deponite personam choici, abijcite imaginē terrenam,
ut possitis uobis personā cœlestis imponentes, reddere quæ sunt dei deo. Repetit nos
deus. Quidnam repetit? Lege Moysen. Et nunc quid dominus repetit à te? Et reliqua
quæ sequuntur. Postulat igitur à nobis deus, & deprecatur, non quia necessarium ha-
bet aliquid ut ei tribuamus: postulat ut postquam ei dederimus idipsum tribuat in salu-
tem. Quod ut manifestius fiat, ponam parabolam mnarū. Qui unam acceperat mnam
& fecerat decem, & obtulit domino à quo sibi credita mna fuerat, accepit & aliā quam
antea non habebat. Illius enim mnam qui non multiplicauerat quod accepit, iubet do
minus auferri, & dari ei qui alias habet. Tollite, inquit, mnam, & date ei qui habet de-
cem mnas. Atq; in hunc modum quæ dederimus deo, nobis ea ipsa restituet cum his
quæ ante non habueramus. Exigit & postulat à nobis deus ut habeat occasionem do-
nandi, ut ipsi tribuat qui erogauit. Ipsius enim gratia duplicata est mna, & dignis qui-
busq; plus datum est quām sperabant. Quapropter surgentes oremus deum, ut digni ſi
mus offerre ei munera quæ nobis restituat, & pro terrenis cœlestia lar-
giatur, in Christo Iesu. Cui est gloria & imperium
in secula seculorum, Amen.

COMMENTARIORVM
ORIGENIS ADAMANTII IN EVANGELIVM IOANNIS,

TOMVS PRIMVS.

PRAEFATIO.

QVEMADMODVM qui olim populus Dei cognominabatur, in duodecim tribus, ordinemq; Leuiticum diuisus erat, cùm cæteras tribus honore præstantem, tum etiam deum pluribus ordinibus sacerdotalibus, & Leuiticis colentē, ita meo iudicio quisquis fuerit Christi populus, iuxta interiorem cordis hominē, scilicet in occulto ludæus, & spiritu circūcisus, tribuū ipsarum proprietates habet, idq; sacratius (ut ab Ioanne ex Apocalypsi apertius possumus disce re) cum nec reliqui Prophetæ, ijs, qui sciunt audire, talia reticuerint. Sic autē inquit Io annes. Et uidi alterum angelū ascendentem ab ortu solis, habentem sigillum dei uiui, Apoc. 7
& clamauit uoce magna quatuor angelis, quibus datū est nocere terræ & mari, dicēs:
nolite nocere terræ, neq; mari, neq; arboribus, quoad usq; signemus seruos dei nostri
in frontibus suis. Et audiui numerū signatorū: centū quadraginta quatuor millia signa
ti ex omni tribu filiorū Israel: Ex tribu Iuda duodecim millia signati: Ex tribu Ruben,
duodecim millia signati. Cumq; cęterarū tribuū diuisionē fecisset, Tribu Dan omissa, Apoc. 14
deinceps post plura subiungit. Et uidi, & ecce agnus stans, & cum eo centū quadragin
ta quatuor millia habentia nomen eius, & nomen patris sui scriptum in frontibus suis.
Et audiui uocem de cœlo, tāquam uocem aquarum multarum, & tanq; uocē tonitrui
magni. Et uocem audiui citharædorum citharizantiū citharis suis, & cātant quasi can-
ticū nouū ante sedē, & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere cāti
cum, nisi illa centū quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, q cum
mulieribus nō sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi sequunt agnum quòcunq; ie-
rit. Hi empti sunt ex hominibus primitię deo, & Agno, & in ore eorū non est inuētus
dolus. Sine macula enim sunt ante thronum Dei. Quòd autem hæc dicantur apud Io-
annem de his, qui crediderūt in Christum, qui etiam ipsi sunt ex tribubus, etiam si cor-
porale ipsorū genus ad semen Patriarcharum non uideat referri, hūc in modum colli-
gere possumus. Nolite, inquit, nocere terræ & mari, neq; arboribus, quoadusq; dei no-
stri seruos signauerimus in frōtibus suis. Et audiui numerū signatorū, centum quadra-
ginta quatuor millia signati, ex omni tribu filiorū Israel. Cum igitur qui signant ex om
ni tribu filiorum Israel in frontibus suis, cētum quadraginta quatuor millia sint nume-
ro, & hi centum quadraginta quatuor millia uirgines existētes, & cum mulieribus nō
inquinati, in sequentibus apud Ioannem nomen Agni, & patris eius in frontibus suis
scriptum habere dicant: Quodnā aliud esse poterit sigillū frontibus ipsorū impressum,
quām nomen Agni, & nomen patris eius? cum utrisq; in locis, frontes, alicubi quidem
sigillum, alicubi uero literas, nomen Agni, & nomen patris eius continentes, habere
dicantur? Quin etiam, si hi qui sunt ex tribubus, ijdem sunt cum uirginibus, ut antea
ostendimus, pauci autem sunt ex Israel secundum carnem, qui credāt: ut fortassis ausit
quis dicere, ne numerū quidem centum quadraginta quatuor millium cōpleri ex cre-
dentibus, qui sint ex Israele secundū carnem, perspicuū est eos, qui ex gentibus diuino
adhæserunt uerbo, constituere illa centum quadraginta quatuor millia eorū, qui cum
mulieribus non sunt coinquinati: adeo ut non sinamus à ueritate aberrare dicentem,
Primitias cuiusq; tribus esse uirgines ipsius. Nam subiungit, hi empti sunt ex homini-
bus primitiæ deo, & Agno, & in ore eorū nō est inuentū mendaciū, irreprehensibiles Apoc. 14
enim sunt. Non est aūt ignorandū, sermonem de centum quadraginta quatuor milli-
bus uirginum anagogicam interpretationē recipere, superfluum uero æque tunc, atq;
ab instituta disputatione alienū est, prophetarū testimonia apponere, idem de ijs, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex gentibus crediderũt,nos docentia.Atqui,quid hæc omnia sibi uelint, dices, in hæc scripta incidens ò Ambrosi,uere homo dei,& homo in Christo,& qui pro uirili contẽdis esse spiritualis,nec amplius homo:audi igit̃.Alij quidẽ sunt ex tribubus,qui decimas,& primitias offerunt deo per Leuiticos sacerdotes,cum tamen ipsi nullis fruant decimis, aut primitijs.Leuitæ uerò,& sacerdotes in omnibus decimis fruentes,& primitijs,deo decimas,atq; etiã(ut opinor)primitias offerũt per Põtificem: Eodẽ modo, complures ex nobis,qui ad Christi disciplinam accesserunt,maiori ex parte in tuenda uita occupati,paucas actiões Deo offerẽtes,fortasse sunt ijs similes,qui ex tribubus parum cõmunicãt cum sacerdotibus,& paucis cultores Dei nutriũt.Qui uerò diuino dicati sũt uerbo,& in solo dei cultu syncere, legitimeq; immorant̃,Leuitę,Sacerdotesq; uocari poterunt,iuxta differentiã eorum motuũ & actionũ,quæ huc,& illarum, quę illuc spectant.Fortassis autem præstantes,atq; proximi progenitoribus nobilitatis suæ, summi sacerdotes erunt,iuxta Aaronis ordinem,non iuxta ordinẽ Melchisedech.Qđ si quis obijciat,nos minus in hoc piè sentire,qđ summi sacerdotis nomen ad homines redigimus,quoniã sæpe Iesus magnus sacerdos à Prophetis uocatur:Habemus eñ inquit sacerdotem magnũ,qui cœlos penetrauit,Iesum filium dei,Huic respondendum est,Apostolũ id notasse,cum diceret ꝓphetã de Christo locutũ fuisse, cũ inquit: Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinẽ Melchisedech,& non secundum ordinẽ Aaron, à quo & nos sumentes,dicimus fieri posse,ut homines iuxta Aaronis ordinẽ,sint summi sacerdotes,cum iuxta ordinem Melchisedech,sacerdotem esse ad Christũ dei filiũ pertineat.Toto itaq; ordine uitæ,atq; nostro instituto deo dicato,quoniam ad præstantiora magno studio contendimus,cupientibusq; nobis primitias ipsas omnes multarũ primitiarũ habere,nisi hoc existimantes decipimur,quæ nam aliæ nobis primitię præstantiores esse debuerunt,post eaquam mutua corporis consuetudine seiũcti sumus,q̃ instituere de Euangelio disputationem? Etenim audendum est dicere,omniũ scripturarum primitias Euangelium esse.Ex quo igitur tempore Alexandriam peruenimus, quas nam alias esse oportuit nostrarum actionum primitias,quam in scripturarũ primitijs? Sed sciamus necesse est,non idem esse ἀπαρχὴν quod est,si interpreteris,primitias, & πρωτογέννημα quod sonat primã genituram.Siquidem post omnes fructus dedicat̃ ἀπαρχὴ, hoc est primitiæ, ante omnes uero fructus πρωτογέννημα,hoc est, prima genitura.Proinde haud equidem quis aberrabit,si ex omnibus scripturis,quæ in omnibus ecclesiis,& feruntur,& creduntur esse diuinæ,Moysis legem dixerit πρωτογέννημα quasi primam genituram:Euangelium uerò ἀπαρχὴν id est primitias.Quandoquidẽ post oẽs prophetarum fructus,qui fuerunt usq; ad dominum Iesum,perfectus ille sermo germinauit.Quòd si ꝓpter interpretationem datã τῇ ἀπαρχῇ hoc est,primitijs, reclamet aliqs dicens:Rursum post Euangelia circũferri etiam tũm acta,tũm epistolas Apostolorũ, & idcirco hoc minus uerum esse,quod superius de hoc uocabulo tradidimus, nempe Euangelium totius scripturæ ἀπαρχὴν,hoc est, primitias esse:huic primum dicendũ est, eorum,qui in Christo sunt sapientes,quicq; adiumẽtum ob prædictas epistolas afferentes opus habent testimonijs in lege, ac prophetis positis,quò fidẽ sibi concilient, mentem esse,ut Apostolica scripta sapientiæ plena quidẽ,& irreprehensibilia,& ualde certa esse dicant,haud tamen similia huic dicto.Hæc dicit dñs omnipotens.Et hãc ob causam,inspice cõplectatur nec ne suas epistolas Paulus,cum dicit;Omnis scriptura afflatu ꝓdita utilis est:Et cum ait: Dico ego, nõ dñs: & illud:Sic in omnibus ecclesiis ordino.Itemq; qualia passus sum Antiochiæ,Iconij,Listris,& his similia,interdum ab ipso scripta,& iuxta potestatem,non tamen secundũ accuratã synceritatem sermonum qui sunt ex diuina inspiratione. Deinde huic etiam ostendendũ est ueterem scripturã non esse Euangeliũ:quæ uenientẽ non ostendit,sed prenũciat:omnẽ uero nouam Euangelium esse,quæ non solum(ut in Euangelij initio scriptũ est)ait:Ecce Agnus dei,ecce q̃ aufert peccatum mundi,uerumetiã,quæ uarias opiniones, doctrinasq; continet eius, per quem Euãgelium est Euangeliũ.Præterea si deus posuit in ecclesia Apostolos, & Prophetas,& Euãgelistas,pastoresq;,& Doctores, cũ accuratè examinauerimus,qđ nam sit Euangelistę officiũ,& inuenerimus pertinere ad eũ,non semper enarrare,quo nam pacto Seruator cæcũ à natiuitate sanauerit,fœtentẽ mortuũ excitarit, uel aliquid

2.Tim.3
1.Cor.7

supra hominum opinionem fecerit:non dubitabimus affirmare aliquo modo Euãgelium esse,quæ scripserint Apostoli:cũ ad Euãgelistę munus attineat,adhortatoria etiã oratione fidẽ ijs,quę de Iesu tradita sunt,acquirere.Quantũ uerò attinet ad hoc,q̃d secundo loco tradidimus,si obiecerit aliquis,ꝙ minus ꝓbè nominauerimus totũ Testamentum nouũ Euangeliũ,eo quòd Euangelij inscriptionẽ non habeãt epistolæ: huic dicemus,scripturas à nobis frequenter duas,uel plures eodem uocabulo nuncupari, etiam si magis propriè uni earũ illud attribuit̃. Verbi gratia, dicente Seruatore:Ne uocetis magistrum super terrã,inqt Apostolus,magistros in ecclesia ordinatos fuisse.Nõ erunt ergo hi magistri secundũ exactam intelligentiã uocis huius Euãgelij:Sic etiam non erit Euangelium,qualiscunq; tandẽ illa fuerit scriptura,quæ sub nomine epistolarum fuerit,si conferat̃ cum scriptura, quæ actiones,passiones, sermonesq; Iesu contineat. Attamen totius scripturæ primitiæ est Euangelium,actionũq; omnium,quæ ex animi sententia nobis cessuræ sunt,primitias facimus in primitijs Euangelij. Arbitror uerò ego etiã si quatuor sint Euãgelia,ueluti elementa fidei ecclesiæ,ex quibus elemẽtis totus constat hic mũdus,deo per Christũ recõciliatus (sicut inquit Paulus) Deus erat in Christo,mundũ sibi recõcilians,cuius mundi peccatũ sustulit Iesus:(De mundo enim ecclesiæ sermo ille est scriptus,Ecce Agnus dei,qui aufert peccatũ mũdi,)Euangeliorum primitias Euangeliũ esse Ioannis,nobis propositum,cuius sensum pro uirili nostra iussi sumus abs te inuestigare. Idq; arbitror considerãs genealogiã texẽtem,& incipientem ab eo,qui genealogia caret.Nam Matthæus quidẽ cũ scriberet Hebræis, qui uenturũ ex Abrahamo,& Dauide expectabant,Liber,inqt,generatiõis Iesu Christi filij Dauid,filij Abraham.Marcus uerò sciẽs id quod scribit,initium enarrat Euangelij,fortassis quod inueniamus finem ipsius apud Ioannem,qui in principio uerbum Deum fuisse,inquit.Lucas etiam cum dixisset. † Sed nimirum maiores, perfectioresq; de Iesu sermones reseruat ei,qui supra pectus Iesu recubuit. Nullus eñ illorum adeò pure manifestauit illius diuinitatẽ,ut Ioannes,quippe qui inducat illũ dicentẽ:Ego sum lux mundi: Ego sum uia,ueritas & uita.Ego sum resurrectio. Ego sum ostium. Ego sum pastor bonus,& in Apocalypsi,Ego sum α & ω. Principium & finis, primus & nouissimus.Audeamus igitur dicere primitias scripturarum omniũ Euãgelium esse,Euangeliorũ uero primitias,Euangeliũ à Ioanne traditũ:cuius sensum percipere nemo potest,nisi qui supra pectus Iesu recubuerit,uel acceperit à Iesu Mariã,quę etiam ipsius mater fiat:adeo talem,tantũq; esse necesse est, qui Ioãnes alius sit futurus, ut quemadmodũ Ioannes,itidem etiã & iste à Iesu Iesus existere ostendat̃.Nam si nullus est Marię filius,iudicio eorũ,qui de ipsa sanè senserunt,præterquàm Iesus:dicitq; Iesus matri:Mulier ecce filius,& non ecce etiam hic est filius tuus:perinde est,ac si dixisset,ecce hic est Iesus,quem genuisti.Etenim quisquis perfectus est, non amplius uiuit ipse,sed in ipso uiuit Christus.Cumq; in ipso uiuat Christus,dicit̃ de eo Mariæ:ecce filius tuus Christus:Quid ergo attinet dicere,quanta nobis opus sit mẽte,ut in testaceis abiectæ literæ thesauris reconditum uerbum dignè ualeamus interpretari? Præsertim cũ litera passim à quibusuis legat̃,uerbumq; per uocem sensibile audiat̃ ab omnibus, qui auditũ præbent corporalẽ? Qui eñ hæc accuratè apprehensurus sit, uere is dicat, oportet:Nos autẽ Christi sensum habemus,ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Quòd uerò omne testamentum nouum sit Euangeliũ,adduci possumus ad credẽdum ex his,quę Paulus dicit: quãdo alicubi scribit,secundũ Euangeliũ meum. Inter scripta enim Pauli,nullus extat liber,qui uocari Euangeliũ cõsueuerit.Sed quicquid uel prædicauit,uel dixit,est Euangelium,quę uero prędicauit,& dixit,hęc etiam scripsit,ergo ex his colligit̃ ipsius scripta Euangeliũ esse.Quod si Pauli scripta sunt Euangelũ,profectò idem censendũ est de Petri etiam scriptis,& ut in uniuersum loquar, omnia quæ ipsius Christi cõfirmãt aduentũ,& quę stabiliũt præsentiã illius,quæq; inducũt ipsam in animos cupientiũ suscipere dei sermonẽ,stantem pro foribus,& pulsantẽ,& ingredi uolẽtem in animas,sunt Euangeliũ.Sed tempus iam est accuratius exquirere, quid uox Euãgelij significet,& quare hi libri inscriptionem hanc habeant. Est igitur Euangelium oratio,quæ bonam & conuenientem rationi rerum annuntiationẽ continet, quæ lætũ reddunt auditorem propter utilitatẽ, simulatq; ab ipso admissa fuerint, quæ

1.Cor.2
Rom.2
Ioan.8.& 14
Ioan.10
Apoc.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuntiantur. Nec uero minus talis oratio est Euangeliũ, quãuis ex habitu audiẽtis perpendatur. Vel Euangeliũ oratio est, continens boni præsentiam cuicunq; credenti. Vel, oratio affirmans adesse bonum, quod expectabatur. Omnes aũt, quas prædiximus, diffinitiones ijs conueniunt, quæ inscribunt Euangelia. Vnumquodq; em Euangelium cõtinens res nunciatas utiles credenti, ei qui à se illud non reiecerit, cum pro suo iure afferat utilitatem, iure optimo etiam lætitiã affert dicẽs salutarem aduentũ ad homines, & propter homines primogeniti omnis creaturæ, nempe Iesu Christi. Quin etiam quod Euangeliũ unumquodq; sit oratio, docens boni patris in filio aduentũ ad uolentes eum excipere, credenti cuilibet perspicuum est. Quòd aũt expectatũ etiã bonum, per hos libros promittitur, non est obscurum. Totius namq; populi ferè ore lo-
Matt. 11 quẽs Baptista Ioanes in legatione ad Iesum missa ait: Num tu es ille uenturus, an alium
expectamus? Expectatum enim à populo bonum, Iesus erat: de quo prophetis annun-
Ioan. 4 tiantibus, etiam è uulgo quilibet homines qui sub lege, & prophetis erant, in eo spem habebant. Samaritide illa hoc testãte, atq; dicente: Noui quòd Messias uenit, qui dicitur Christus. Cum ergo uenerit ille, nobis nuntiabit omnia. Quin & Simon, & Cleophas inter se sermones conferẽtes de omnibus, quę ipsi Iesu Christo, qui resurrexerat,
Lucæ 24 accidissent, nondum ipsum è mortuis excitum fuisse scientes inquiunt: Tu solus peregrinus es Hierosolymis, neq; cognouisti quæ facta sunt illic his diebus? cũq; illa dixisset, quæ? responderũt de Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta, & potens opere & sermone coram Deo, & toto populo, & quomodo tradiderũt eum summi sacerdotes, & principes nostri in condemnationẽ mortis, & crucifixerũt eum. Nos aũt sperabamus,
Ioan. 1 eum esse illum, qui redẽpturus esset Israel. Ad hæc Andreas frater Simonis Petri, reperto fratre suo Simone dicit: Inuenimus Messiã, q̃d est, si interpreteris Christus. Cumq;
Ioan. 1 paulò post Philippus reperisset Nathanaelẽ, dicit illi: De quo scripsit Moses in lege, & prophetę, inuenimus Iesum filiũ Ioseph Nazarenum. Quòd si quis repugnare uelit primæ diffinitioni, quia cadant & alia sub eam, quę non inscribantur Euangelij titulo, dicatq; legẽ, & ꝓpheticos sermones continere ꝓmissionẽ rerum cõuenienter rationi factam, quæ propter utilitatẽ, lætum reddunt auditorem, simul ac ab ipso approbatę fuerint: respondebimus, nõ habuisse legem, & propheticos sermones ante Christi aduentum, quia nondum aduenisset ille, qui in his contenta reseraret mysteria, eam ipsam ꝓmissionem, quæ in Euangelij diffinitione continetur. Seruatorem uerò, ad nos cũ accessisset, & ut Euangeliũ corpore esset prædítum effecisset, perfecisse cũ Euangelio, ut omnia essent instar Euangelij. Neq; præter propositum exemplo utere, qui pauca.

† Quando em filijs hominũ diuinitate sua ablato, quod in lege, & prophetis erat, uelamine, Deum certis rationibus ostendit palam ob oculos ponẽs his, qui sapientiæ eius discipuli uellent fieri, quæ nam uera, lex Mosis contineret, quorũ exemplum, & umbrã colebant antiqui: & quæ nam sit ueritas rerũ in historijs cõtentarum, quæ in figura cõtingebant illis, ꝓpter nos scripta, ad quos fines seculorũ deducti sunt.
1. Cor. 10 Nullus ergo, ad quẽ Christus accesserit, uel in Hierosolymorũ urbe, uel in Samaritarũ monte Deum adorat. Sed cum didicerit deum spiritũ esse, spiritualiter illum colẽs spiritu & ueritate, nõ amplius sub figuris patrẽ uniuersorũ, mundiq; opificẽ adorat. Quãobrem ante illud Euangeliũ, q̃d per Christi aduentũ est ortũ, nihil rerum antiquarum Euangeliũ erat. Porrò Euangelium, quod est nouũ testamentũ, cùm nos à uetustate literæ abduxisset, spiritus nouitatem nunquã senescentem, & ad nouum testamentum propriè pertinẽtem, quæ in omnibus est scripturis, luce cognitionis illustrauit. Siquidem necesse erat, ut id, quod efficiebat, ut in testamẽto ueteri putarẽ Euangeliũ esse, præcipuè Euãgeliũ appellarẽ. Attamẽ non ignorandũ nobis est Christi aduentũ, animę; corpore ad terras descẽderet, intelligibilẽ multò ante factũ fuisse ꝓfectioribus, mi-nimeq; paruulis, quippe qui à pædagogorũ, curatorũq; cura, ac tutela liberi essent, ob oculos habentes plenitudinẽ eã tẽporis, quæ mente cernebaẽ. Vt erant illi patriarchę, & Moses ille tantus seruus, ac reliqui ꝓphetę, qui Christi gloriã cõtemplati sunt. Cęterum ut ante corporalẽ, & manifestũ aduẽtũ ad perfectos aduenerat, sic etiã post diuulgatam ipsius prę̃sentiã ad eos, qui etiam num sunt paruuli, quia sint sub curatoribus, & administratoribus, ac nondũ peruenerint ad tẽporis plenitudinẽ, sermones q̃dam prę cursores

cursores Christi aduenerunt, animis puerilibus accõmodati, qui iure pędagogi uocentur. At uero ipse filius, ipse glorificatus deus uerbum nondum aduenit: nimirum expectans, ut dei homines diuinitatem illius percepturi decentem apparatum faciant. Iam & hoc quoq; sciamus necesse est. Vt lex umbrã cõtinet futurorum bonorũ, quę declarãtur ab ea lege, quæ annunciaẽ secundũ ueritatem, sic etiam Euãgelium, q̃d uel à quibuscunq; uulgaribus intelligi existimaẽ, umbram docet mysteriorũ Christi. Atq; equidem quod Ioannes appellat Euangeliũ sempiternũ, quod propriè dici posset spirituale, aperte uiris cordatis, & intelligẽtibus ob oculos ponit omnia de ipso filio dei, tũ mysteria ab ipsius sermonibus exhibita, tũ res, quarũ ænigmata ipsius actiones erant. His cõsequens est exponere, ut in manifesto Iudæus quis est, & circuncisus. †

Sic Christianus sit, & baptisma. Quin etiã Paulus quidẽ & Petrus, q; in manifesto Iudęi antea erãt & circũcisi, postea tantũ in occulto: tales ut essent, sicuti prius in aperto, à Iesu acceperũt: cum non alia de causa etiam se in manifesto Iudæos esse, q̃ propter multorum salutem, & ꝓpter ædificationem, non solum uerbis faterenẽ, uerũ etiã factis declararent. Id quod etiam de eorũ Christianismo cẽsendum est, & quemadmodũ Iudæis secundum carnem adiumento esse non potest Paulus, nisi quando euincit ratio, circũcidat Timotheum, & quando consentaneum est, tõdeatur, oblationem offerat, & ut in uniuersum dicam: Iudæis Iudæus efficiatur, ut Iudęos lucrifaciat: ita fieri nequit, ut is, q; multorũ utilitati expositus est, euehat ad prę̃stantiora, & in sublime, meliores; reddat ꝓ Christianismi in occulto existẽtis legẽ eos, qui exteriorẽ Christianismũ sequuntur. Hãc ob causam, tũ spiritu, tum corpore Christiani ut simus necesse est, & corporale Euangeliũ prędicare, quãdo opus fuerit, dicendo carnalibus, nihil nos scire, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ: Atq; hoc quidẽ ita faciendũ est. Cum aũt inuenti fuerint eluati spiritu, & in ipso fructificantes, amantes; sapiẽtiæ cœlestis, hi participes efficiendi sunt uerbi, & filij dei regressi post incarnationem ad id, quod erat in principio apud deum. Cæterum hæc haud frustra nos disseruisse existimamus, Euangelij sensum accurate inuestigantes, & Euangelium sensibile, ab Euangelio intelligibili separantes. Etenim nunc nobis propositum est, ut Euangeliũ sensibile, transmutemus in intelligibile, & spirituale: alio qui quæ enarratio erit Euãgelij sensibilis, nisi accõmodeẽ ad intelligibile & spirituale? nulla sanè, uel exigua, eaq; uulgariũ, qui ex uerbis ipsis uim eorũ, quę declarantur, percipere sibi persuadent. Verũ tota contentio nostra eò nobis dirigẽda est, ut pertingere conemur, ꝓfunditatẽ sensus Euãgelici, accuratius indagantes ueritatem in ipso figuris nudam. Atq; equidẽ si considerenẽ ea, quæ annũtianẽ in bonorum ꝓmissione: Apostoli quidẽ Iesum prædicant, dicunẽ quidẽ, ceu bonũ, resurrectionem etiã annunciare, quæ ipsa aliquo modo est Iesus, dicẽte Iesu, ego sum resurrectio. Iesus uerò quę sanctis repòsita sunt, Euãgelizat pauperibus, cohortãs eos ad diuina ꝓmissa. Quibus sanè bonis annuntiationibus, uel Apostolorũ, uel seruatoris nostri, diuinę q̃q; attestanẽ scripturæ: Dauid enim de Apostolis, fortassis etiã de Euangelistis ait: Dominus dabit uerbũ Euangelizantibus uirtute multa, ac rursum: Rex uirtutũ dilecti, simul etiam docent, non compositionem uerborum, non prolationem uocum, non elaborata tam orationis pulchritudinẽ ad persuadendũ cõducere, sed uirtutis diuinæ suppeditationem. Quare Paulus etiam alicubi sic inquit. Non agnoscam sermonẽ istorum, qui sunt inflati, sed uirtutẽ. Nec enim est in sermone regnũ Dei, sed in uirtute. Et aliàs, sermo meus, & prædicatio mea nõ in persuasibilibus sapientiæ uerbis, sed in demõstratione spiritus, & uirtutis. Huic uirtuti attestantes Simon, & Cleophas dicunt: Nonne cor nostrũ ardẽs erat in uia? quũ reserabat nobis scripturas. Verùm Apostoli, qa quãtitas uirtutis à deo prædicãtibus suppeditatæ est prę̃stãs, multã habuere uirtutẽ. Iuxta illud, quod apud Dauidem dicit: Dominus dabit uerbum Euangelizantibus uirtute multa. Porrò Esaias, cum diceret: Quàm pulchri sunt pedes Euãgelizantiũ bona, prædicationem intelligens Apostolorũ maturã, & tempore atq; opportunè factam, dum uiã sternunt dicẽti, ego sum uia, laudat pedes incedẽtes per uiã Christi Iesu, ingrediẽtes; per ostium ad deũ. Itaq; bona Euãgelizãt illi, quorũ pedes sunt pulchri, bona inquam, scilicet Iesum. Nec mireẽ quispiam si nomine bonorũ, numero multitudinis, expositum eẽ rebus nomina habẽtibus, quibus annuntiari Iesum ab Euangelizãtibus, expositis em rebus nomina habẽtibus, quibus

Psal. 68 Psal. 68 1. Cor. 4 1 Cor. 1 Luc. 24 Psal. 68 Esa. 52

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei filius nuncupaſ, ſciemus quomodo multa bona ſit Ieſus, quem annunciant ij, quorum ſpecioſi ſunt pedes. Vita bonũ eſt unũ, at Ieſus eſt uita. Bonũ alterũ lux eſt mũdi, lux uera, lux hominũ. At hæc omnia dicit eſſe filius dei. Ad hęc, præterq; q uita & lux eſt, aliud etiã eſt bonũ, iuxta cõſiderationes noſtras, ueritas ſcilicet. Rurſus eſt aliud bonum, qd eſt quartũ bonũ, nempe uia, quę ad hęc bona nos cõducat. Hæc aũt oĩa ſeruator ſeipſum eſſe docet, dicẽs: Ego ſum uia, ueritas & uita. Quomodo aũt nõ bonum eſt reſurgere hominẽ excuſſo puluere, & mortalitate, hocq; à domino aſſequi, in quantum ipſe Ieſus eſt reſurrectio? qui etiã inqt, ego ſum reſurrectio. Quin & oſtiũ etiã, per qd ad ſummã beatitudinẽ quis ingrediť, eſt bonum. At Chriſtus inqt, ego ſum oſtium.

Prou. 8 Quid uero opus eſt uerba facere de ſapiẽtia, quam condidit deus in initio uiarũ ſuarũ, in opera ſua, qua adgaudebat pater ipſius, oblectatus in multifaria ipſius pulchritudine intelligibili, quæ ſolis intellectualibus oculis cernit, quæq; cõſiderantẽ diuinã pulchritudinem ad amorẽ cœleſtẽ inuitat? Bonũ em eſt ſapientia dei. At hoc quoq; præterea, quę ſupra recẽſuimus, ij annũtiant, quorũ pedes ſunt pulchri. Potentia dei præterea octauũ nobis bonũ annumeraſ, qui eſt Chriſtus: Verũ enim uerò haud ſilentio prętereundũ eſt illud uerbũ, qd cum patre uniuerſorũ eſt deus. Nãq; & hoc bonum nullo alio bono eſt inferius. Itaq; beati qui admiſerint hæc bona, quiq; perceperint ea, ab ijs qui pedes habent pulchros, atq; qui Euãgelizãt. Veruntamẽ quãuis Corinthius quiſpiam extiterit, apud quẽ affirmet Paulus ſe nihil ſcire, niſi Ieſum Chriſtũ, & hunc qui-

Rom. 6 dem crucifixũ, admiſeritq; edoctus, hũc noſtri cauſa hominẽ factũ: is iam principia bonorum ingrediť, homo dei factus ab homine Ieſu, & ex morte eius moriẽs peccato: etenim q ille mortuus fuit, peccato mortuus eſt ſemel: ex uita uerò ipſius, quoniam Ieſus

1. Cor. 1 eſt illud, quod uiuit, uiuit deo unuſquiſq;, & cõformis factus reſurrectioni eius hoc aſequit, ut uiuat deo. Quis aũt ambigat, an id, quod per ſe iuſtitia eſt, quodq; per ſe ſanctificatio, atq; per ſe pfecta redemptio eſt, ſit bonũ? quæ etiã ipſa, Ieſum Euãgelizãtes, Euãgelizant: dicentes eum factũ fuiſſe nobis iuſtitiã à deo, & ſanctificationẽ, & redemptionem. Quæ autem ſcripta ſunt ab his de ipſo, uix numerari poterunt, docentia nos ſubtiliter cõſiderare ex ijs bonis, quæ difficulter numeranť, quęq; ſcripta ſunt, quomodo multitudo bonorũ ſit Ieſus, quæ in ipſo quidẽ ſunt, in quem beneplacitũ fuit omnẽ plenitudinẽ diuinitatis corporaliter habitare, haud tamẽ à literis continet. quid dico à

Ioan. 21 literis? quãdo & de toto mũdo dicat Ioãnes, Nec ipſe, opinor, mũdus caperet eos, qui ſcriberent libros, dicere ergo Apoſtolos Euangelizare ſeruatorem, perinde eſt, ac ſi diceremus eos Euãgelizare bona oĩa, quãobrem hic eſt ille, q à bono patre accepit, ut eſſet tot bona: ut unuſquiſq; eo qd capit, uel ijs quę capit, cũ per Ieſum ea perceperit, fruaſ bonis. Haud poterãt aũt Apoſtoli q̃rum pulchri ſunt pedes, & horũ ſtudioſi imi-

Eſa. 52 tatores Euãgelizare bona, niſi Ieſus antea ipſis Euãgelizaſſet. Quẽadmodũ loquit Eſaias: Ego ipſe, q loquebar, adſum, ſicut oportunitas in mõtibus, ſicut pedes Euãgelizãtis pacẽ, ſicut Euãgelizãs bona, q̃niã auditã ſalutẽ tuã faciã, dicẽs: Sion regnabit deus tuus. Qui nam em ſunt mõtes, in q̃bus ſe loquentẽ affuturũ dicit, niſi hi, qui nulla re inferiores ſunt ijs, q ſup terrã ſunt maximi, & altiſſimi? q̃s quęſitos oportuit ab his, q̃ no ui teſtamenti miniſtri ſunt idonei. Scilicet ut ſeruent præceptũ dicẽs, ſuper montẽ altũ aſcende qui Euãgelizas Sion, exalta cũ fortitudine uocẽ tuã qui annũcias Hieruſalẽ. Nec mirere ſi Euãgelizaturis bona, bona q̃q; Ieſus Euãgelizet, q̃ non alia ſunt à ſeipſo, quandoquidẽ ſeipſum illis Euãgelizat filius dei, qui ipſum diſcere queũt. Veruntamẽ q aſcẽdit mõtes, illis Euãgelizans bona, haud cõtemptui habet pauperes ſpiritu, à bono illo eductus patre, qui ſolẽ ſuũ exoriri facit ſuper bonos & malos, & q pluit ſup iuſtos & iniuſtos. Nãq; his q̃q; Euangelizat, ſicut ipſemet teſtať: ex eo, qd ſumpto Eſaiæ libro legit: Spiritus dñi ſuper me, propterea q unxit me, ad Euangelizandũ pauperibus miſit me, ut prædicem captiuis remiſſionẽ, & cæcis uiſum. Cõplicatum em librum cum reddidiſſet miniſtro, reſedit: Cumq; omniũ in eũ defixi eſſent oculi, dixit. Hodie ſcriptura hæc impleta eſt in auribus ueſtris. Neceſſariò etiam illud ſciendum eſt, omnem bonam actionem, erga Ieſum factam, hoc Euangeliũ continere, quomodo etiam cõtinet mulieris illius pręclaram illã actionẽ, quę mala opera cum admiſiſſet, reſipuiſſetq;, boni odoris unguentum potuit ob inſignem, & ex animo factã à malis mutationem, ſu-

nẽ ſuper Ieſum fundere, quo facto, tota domus, atq; adeo quotquot illic aderant, illius unguenti fragrantiã ſenſu perceperunt. Quocirca etiã ſcriptum eſt: ubicunq; prędicatum fuerit hoc euangeliũ in oĩbus gentibus, dicetur etiã iſtius factum ad memoriam ſuã. Porrò perſpicuũ eſt, Chriſtum ſibi accepta referre, quæcunq; in diſcipulos ſuos collata fuerint. Vnde beneficiũ accipiẽtes oſtẽdere uolens, dantibus beneficiũ dixit quod his feceritis, mihi feceritis. Quam obrem quæuis actio bona à nobis in proximũ collata, ad euangelium refertur, quod in cœli tabulis inſcribit, agnoſcitur q;, ac legitur ab omnibus, qui uniuerſorum cognatione digni habiti fuerint. Cùm ex aduerſo etiã, pars euãgelij accuſationẽ cõtineat eorũ, qui deliquerũt in Ieſum. Itaq; ludæ proditio, populiq; impĳ uociferatio dicẽtis, tolle hunc à terra, & crucifige, crucifige eum, & irriſiones eorũ, à quibus eſt ſpinis coronatus, & his ſimilia per ordinem in euangelijs poſita ſunt. Quibus cõſequens eſt, ut conſideremus, quòd quiſquis Ieſu diſcipulos prodiderit, is reputetur Ieſum prodidiſſe. Hinc ad Paulum adhuc ſe perſequentẽ dicit Ieſus: Saul Saul cur me perſequeris? Et illud: ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris. Qui uerò ſpinas habẽt, quibus ſpretũ Ieſum coronent, niſi hi qui diuitiarũ ſolicitudinibus ac prę-

Luc. 2 ſentis uitæ uoluptatib. ſuffocati, ex accepto dei uerbo nullum referunt fructum? Proinde cauendũ eſt nobis, ne quando in eorum numerum redacti, ac deſcripti, qui Ieſum ſu is coronãt ſpinis, huius generis homines eſſe legamur ab ijs, qui dicunt, quo pacto leſus, qui in omnibus, & penes oẽs rationis cõpotes, & ſanctos cõmoratur, tum unguento ungatur, tũ cõuiuio excipiatur, ac deinde glorificet, tum cõtra ſpernaſ, irrideaturq;, ac uapulet. Neceſſario aũt ſunt hæc nobis dicta, cum demõſtraremus omnes actiones noſtras bonas, & peccata delinquentiũ per ordinẽ in euãgelio eſſe poſita, aut ad uitam æternam, aut ad opprobriũ, & cõfuſionem ſempiternã. Nec ſi inter homines aliqui ſint euangeliſtarum miniſterio honorati, ipſeq; Ieſus bona euãgelizet, atq; etiam pauperibus euangelizet, idcirco oportuit angelos factos à deo ſpiritus, exiſtentes ignis flammam, & miniſtros patris uniuerſorum, hac laude priuari, ut & ipſi non ſint euangeliſtę. Hanc ob cauſam, coram paſtoribus angelus cùm ſtetiſſet, eosq; gloria undequaq; illuſtraſſet, ne terreamini, inquit. Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quoniam natus eſt nobis hodie ſeruator, qui eſt Chriſtus dñs, in ciuitate Dauid, quando nondum intelligentibus hominibus euangelij myſteriũ ipſis præſtantiores cœleſtis exercitus dei, laudibus deum uehentes dicãt: Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax, in hominib. bona uoluntas, hiſq; dictis paſtoribus, in cœlum ſeſe recipiũt angeli, nobis conſiderandum relinquentes, quomodo annuntiatũ nobis ex ortu Chriſti Ieſu gaudiũ, & gloria etiã eſt in altiſſimis deo, reuertentibus in requiẽ ſuã, & in altiſſimis deũ glorificaturis per Chriſtũ ijs, qui humiliati fuerant in puluerẽ. Mirantur etiam angeli pacẽ per Ieſum futurã in terra, quæ locus eſt bellis infeſtus, in quẽ delapſus è cœlo lucifer ille, qui mane oriebaſ, à Ieſu eſt cõterẽdus. Ad hæc & illud de euãgelio

Marc. 1 ſciamus neceſſe eſt, euangeliũ in primis eſſe Ieſu Chriſti, q eſt caput totius corporis eorũ, qui ſeruanť, dicẽte Marco: Initiũ euãgelij Ieſu Chriſti: deinde etiã apoſtolorũ. Quo circa etiã Paulus, inquit, iuxta euãgeliũ meũ. Veruntamẽ uel totũ uetus inſtrumẽtũ, cuius figura eſt Ioãnes, initiũ eſt euãgelij: nam euangeliũ eo q magnitudinẽ habeat, initium quoq;, & quæ ſequunť, media ſcilicet, & fines habet: uel propter cõiunctionẽ noui inſtrumẽti ad uetus, fines ueteris inſtrumẽti, quos Ioãnes exhibuit, initiũ ſunt euange-

Marci 1 lij, dicẽte Marco, initiũ euangelij Ieſu Chriſti, ſicut ſcriptũ eſt in Eſaia propheta. Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuam, qui præparabit uiam tuã. Vox clamantis in deſerto, parate uiam dñi, rectas facite ſemitas eius. Vnde ſubit mihi admirari, quõ qui ab eccleſiæ decretis diſſentiunt, duorũ teſtamentorũ duos aſſerant deos, alioqui nõ parũ his uerbis conuicti. Qui fieri enim poteſt, ut Ioannes euangelij ſit initiũ, ut ipſi putant, ad alterum pertinens deum, opificis mundi homo, & ignorans, ut aſſerũt, nouam deitatem? Cæterum non uno eoq; breui, atq; inter ſolos paſtores obeundo munere funguntur angeli euãgelico, ſed in fine ſublimis, & uolans angelus euangeliũ habẽs euangelizabit omni populo, bono patre non perpetuò deſerente eos, qui à ſe deſciuerint.

Apoc. 14 Itaq; inquit in Apocalypſi Ioãnes ille Zebedæi filius: & uidi angelũ uolantẽ per mediũ cœli, habentem euangelium æternum, ut euangelizaret habitantibus ſuper terram, &

omni genti, & tribui, & linguæ, & populo, dicentem uoce magna. Timete deum, & date illi honorem, quia uenit hora iudicij eius: & adorate eum, qui fecit cœlum & terram, mare, & fontes aquarum. Quia igitur iuxta ueram intelligentiam ostendimus totum uetus instrumentum, significatum per nomen Ioannis, euangelij initium esse, ne sine aliquo testimonio hæc dicatur, apponemus quæ referūt Acta apostolica de Eunucho reginæ Æthiopū, & Philippo. Incipiens enim, inquit, Philippus ab Esaiæ scriptura, quæ scilicet inquit: Tanquā ouis ad occisionē ductus est, & tanq̄ agnus corā tondente mutus, euangelizauit illi dñm Iesum. Quomodo enim incipiens à propheta, euangelizat Iesum, nisi pars aliqua est Esaias principij euāgelij? Insuper q̄ principio diximus, totam scilicet diuinam scripturam posse dici euangelium, hinc cōfirmari potest. Nanq̄ si euangelizans euāgeliz at bona, omnesq̄ qui ante aduentū Christi corporalē fuere, Christum euangelizant, qui est omnium bona, ut antea ostendimus: quodammodo diuini sermones, & scriptura diuina, pars sunt euangelij. Quod euangeliū cū diuulgandū esse dicat in toto mūdo, nos per totū mūdū nō tantū intelligimus terrestrē hunc locū, sed etiā omnē globū ex cœlo, & terra, uel ex cœlis, & terra. Sed quid opus est diutius protrahere sermonē de eo quid sit Euāgeliū, cùm ex minime spernendis, copioseq̄ à nobis disputatis similia colligere ualeamus ex scripturis, & intueri quā gloriā bonorū in Christo Iesu exhibeat euāgeliū, tū ab hominibus, tū ab angelis administratū, & ut ego arbitror, etiā à principatibus, & potestatibus, à thronis, & dominatiōibus, ac deniq̄ ab omni nomine, quod nominat, non solū in hoc seculo, uerumetiā in futuro, tum etiā ab ipso Christo? Hanc ob causam hoc in loco finiemus, quæ narranda esse diximus ante interpretationē eorū, quæ præleguntur his scriptis. Iam uerò Deum oremus, ut nobis sit adiumento per Christum in sancto spiritu ad explicandum mysticum sensum in uerbis, perinde ac thesaurum reconditum.

Act. 4

In principio erat uerbum.

NANC uocem principij, multa significare, non tantum gentiles fatentur, sed etiam si quis obseruare, atque intelligere uoluerit undiq̄ colligens hoc nomen, & accuratè exquirens, qua de re in singulis scripturarum locis positum sit, inueniet multiplicem uocis huius significationem in diuinis sermonibus esse. Est nanq̄ principium aliud transitus, quod ad uiam pertinet, & longitudinem, ut hæc uerba declarant, uiæ bonæ principium est facere iusta. Longissima enim uia bona cum sit, ad eam in primis pertinere eam philosophiæ partem censendum est, quæ in rerum actione uersatur, quod ostenditur ex illis uerbis, facere iusta, cùm quod reliquum est uiæ, id totum ad eam uim spectet, quæ in rerum cognitione, ac contemplatione est sita, in quam etiam contemplationem uiæ ipsius finem desiturum opinor, simulatq̄ aduenerit restitutio, quam uocant: eò quòd tum temporis ne unus quidem relinquendus sit inimicus. Nam uerè dicente Paulo illud: Oportet enim eum regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedes suos, & nouissimus hostis aboleatur mors, tum una erit actio, nempe cognoscendi, contemplandiq̄ deum eorum, qui ad deum peruenerint, duce eo uerbo, quod est apud deum: ut sint in cognitione Patris, formati omnes accuratè filius, ut nunc solus filius nouit patrem. Nam si diligenter quis examinet, quando patrem agnoscent hi, quibus reuelatus filius, qui solus patrem nouit, & consideret uidentem nunc per speculum, & in ænigmate ipsum uidere nondum cognoscentem, quemadmodum opus est nosse, haud aberrabit, si dixerit neminem nouisse patrem, etiā si apostolus, etiam si propheta quis fuerit, sed tum patrem ab his cognoscendum esse, cùm unum erunt, sicut filius, & per unum sunt. Quod si quis putet nos à re digressos fuisse, qa hęc differuimus, unā principij significationē explanantes, sciat hic, hanc digressionem ad rem, de qua agitur, & utilem, & necessariam fuisse. Nam si principium, ut transitus est, & uiæ, & longitudinis, principium q̄ uiæ bonę est facere iusta, sciendum est, quomodo omnis uia bona principium habeat facere iusta, post principium uerò contemplationē, & quo nam pacto contemplationem. Rursum est etiā principiū aliud generationis: quod uideri potest in hoc dicto:

1. Cor. 15

In prin

In principio fecit deus cœlum, & terram. Sed apertius in Iob significatum hoc enuntiari arbitror, his uerbis, Hoc est principiū figmenti domini factum, ut illudatur ab angelis suis. Posset enim quispiam existimare cœlum, & terram principio facta fuisse antę omnia, quæ sunt in mundi generatione. Sed melius est, ut sententię Iob habita ratione, cùm multa sint quæ in corporibus facta fuere, primus eorū quæ sunt in corpore, factus sit ille, qui appellatur draco, nominatus etiam alicubi magnū cete, quod uicit dñs. Necessariū est autē considerare, an ille, qui appellatur draco, æqualis factus sit sanctis uiu entibus uitam immaterialem, & incorporeā in beatitudine, delapsus uero ante omnes à pura uita, alligatus fuerit materiei, & corpori, ut propter hoc respondens dñs per turbinem, & nubes dicat: hoc est principiū figmenti domini factum, ut illudatur ab angelis suis, fieri enim potest, ut draco non sit omnino principium figmenti domini, sed ut multorum, quæ facta sint in corpore, ut illuderentur ab angelis, sit hic draco principium, cùm possint aliqui existere in corpore, haud ita tamen. Etenim anima Elię in corpore est, atq̄ etiam uniuersa creatura, de qua apostolus dicit: Tota creatura suspirat, & condolet usq̄ in præsens, & fortassis de illa est hoc: unitati creatura subiecta est uolens, sed propter eū, qui subiecit eam, in spe, ut in uanitate sint corpora, & ipsum facere corporalia, id quod necessarium existenti in corpore. † qui est in corpore, nō lubens facit quæ sunt corporis, Hanc ob causam uanitati creatura subiecta est uolens, & qui non uult, quæ sunt corporis, quod facit, spei gratia facit, tanq̄ si diceremus, Paulum uelle permanere in carne, non sponte, sed propter spem. Præferentem enim per se resolui, & cum Christo esse, nihil est absurdi uelle permanere in carne propter aliorum utilitatem, & profectum in rebus, non tantum quas ipse sperat, sed etiam quas sperent hi, quibus est adiumento. Iam iuxta hoc significatum, quod dicimus principiū generationis, intelligere poterimus etiam, illud prouerbiorū: Deus creauit me principiū uiarum suarū, ad opera sua. quod tamē potest etiam ad primū significatum referri, scilicet ad significatum uiæ, eò quòd dicatur, creauit me deus principium uiarum suarū. Nec absurdè uniuersorum deum, dixerit quispiam principium, palam eò procedens, ut filij principium sit pater, & principium creaturarum creator, atq̄ generatim, entium principium sit deus, confirmabit hoc Ioannes, cùm dicendo, In principio erat uerbum, uerbum intelligit filium, qui in principio esse dicitur, quia sit in patre. Tertio illud ex quo, unde tanq̄ ex præexistenti materia oriantur alia, principium existimant illi, qui materiam ingenitam astruunt. Secus uerò apud nos est, qui credimus ex non entibus, deum entia fecisse, ut mater illa septem martyrum in Macabęorum gestis, & pœnitentię angelus, in Pastore docuit. Ad hæc principium etiam est ueluti secūdum formam, hoc pacto. Si primogenitus omnis creaturæ, est imago dei inuisibilis, principiū ipsius est pater, Similiter etiam Christus est principium eorū, qui facti sunt secundum imaginem dei. Nam si homines sunt, secundum imaginem, imago uerò secundum patrē, iuxa hoc quidem, pater principium est filij, iuxta illud uerò, hominum principium est Christus, qui nascuntur non secundū illud, cuius est imago, sed secundum imaginem ipsius, congruet autem ad idem exemplum, contextus hic, In principio erat uerbum. Est etiam principium disciplinæ, iuxta quam intelligentiam, dicimus elementa principium esse grammatices, ob hoc dicit apostolus, Cùm deberetis esse magistri propter tempus, rursum opo habetis, ut doceamini, quæ sint elemēta principij sermonū dei. Sed duplex est principium disciplinę, alterum natura, alterum respectu nostri. Vt si dicamus de Christo, quòd natura principium ipsius sit diuinitas: quo ad nos uerò, qui non ualemus ex magnitudine eius ueritatem de ipso assequi, humanitas, in quantum paruulis prædicatur Iesus Christus, & hic crucifixus. Quare, hac ratiōe Christū dicimus natura principium esse disciplinæ, secundum quòd dei sapientia, & dei potentia est, quo ad nos uerò caro factus est, ut habitaret in nobis, qui hoc modo tantùm initio eum capere ualebamus. Ac fortassis ob hanc causam non modo primogenitus est omnis creaturę, sed etiā interpretatē homo Adam, eū dicente Paulo Adam his uerbis: Vltimus Adam in spiritū uiuificantem. Præterea dicitur etiam principium de actione, in qua actione ineſt finis quidam post principiū, & obserua, an sapientia principiū actionum dei existens hoc modo intelligi possit esse principiū. Iam cùm tot nobis in præsentia succurrāt principij

1. Cor. 15

significata

Universidad de Deusto
Biblioteca

significata, quærimus de quo intelligi oporteat illud. In principio erat uerbũ. Perspicuumq; est hoc principium sumi non posse de principio transitus, aut uiæ, & longitudinis. Liquet autem, quòd neque de principio generationis. Veruntamen fieri potest, ut illud accipias tanquam principium, à quo, quod est faciens. Quandoquidem mandauit deus, & creata sunt. Creator enim aliquo modo est Christus, quo dixit pater, fiat lux, & fiat firmamentum. Creatorq; est Christus, tanquã principium, in quantũ sapientia est. Idcirco dictus principium, quia sapientia sit: dicente per Solomonem sa-
Prou.8 pientia, Deus creauit me principium uiarum suarum, ad opera eius, ut sit in principio uerbum, hoc est in sapientia: secundum quidem collectionem contemplationis, & intelligentiarũ de rebus uniuersis, cõsiderata sapiẽtia: Secundum uerò rerum cõtemplatarum cõmunionem, ad ea, quæ sunt rationis capacia, considerato uerbo, hoc est λόγῳ, quę ratio etiam dicitur. Nec mirum si, ut prædiximus, multa bona, existens seruator, in se contineat, quæ uno, & altero, item & tertio considerentur modo. Cùm enim protulerit Ioannes de uerbo loquens, quod factum est in ipso uita erat, ostendit factam fuisse uitam in uerbo. Neq; uerò uerbum hoc aliud est à Christo, deus existens, & uerbũ apud patrem, per quod facta sunt omnia: neq; uita alia est à dei filio, qui inquit, Ego sum uia, ueritas, & uita. Vnde non secus atque uita facta fuit in uerbo, sic uerbum erat in principio. Proinde inspice, an iuxta hoc significatum possimus intelligere hoc dictum, in principio erat uerbum, hoc est λόγος, quæ ratio etiam dicitur: ut secundum sapientiam, & secundum figuras collectionis intelligentiarũ, quæ sunt in ipsa, fiant omnia. Opinor enim sicut domus, & nauis fabricatur, uel ædificatur iuxta figuras, & formas mentibus eorum, qui structuræ præsident, conceptas, domo, nauiq; principium sumentibus ab his figuris, & rationibus, quæ sunt in artifice: sic uniuersa facta fuisse iuxta rerum futurarum rationes, iam antea à deo manifestatas in sapientia. Omnia enim in sapientia fecit. Dicendumq; est, Deum, cùm animatam sapientiam, ut ita loquar, creasset, illius curæ permisisse, ut ex figuris, & speciebus, quas ipsa habebat, (opinor) subsistentiam, & plasmationem, & formas præberet entibus, & materiæ. Ego etiam in-
Apoc.1 spicio, an dicere possimus principium entium esse filium dei, dicentem ego sum principium, & finis, α, & ω, primus & nouissimus, cùm necessario etiam, sciendũ sit nobis ipsum nõ esse principiũ, iuxta omnia, quibus nominat. Qui enim fieri potest, ut sit principium, in quantum est uita, cùm uita facta fuerit in uerbo, quod est ipsius uitæ principiũ? Manifestius præterea est, ipsum nõ esse principiũ, quatenus primogenitus est ex mortuis. Quod si diligẽter examinemus, omnia ipsius cognomina, solũ quia sit sapiẽtia, principiũ est, ne principiũ quidẽ existens in quantum est λόγος, id est uerbum, uel ratio. Quandoquidẽ uerbũ, uel ratio in principio erat. Adeò ut audacter ausit quis dicere antiquiorem omnibus, quæ excogitantur nominibus primogeniti omnis creaturæ, sapientiam esse. Atq; deus quidẽ unũ est, & simplex. Seruator uerò noster propter multa, quandoquidẽ proposuit illũ deus propitiationẽ, & primitias omnis creaturæ, efficitur etiam multa, uel etiam fortasse omnia hæc purgat ipsius creatura, quæ uniuersa liberare ualet. Hinc fit lux hominum, quando homines à uitio obscurati luce egent lucente in tenebris, & à tenebris nõ apprehensa: lux nõ futurus, nisi homines obscurati nõ fuissent. Simile cõsiderare possumus de eo, ꝙd dicit promogenitus ex mortuis. Nã si ponamus mulierẽ deceptã non fuisse, nec Adam deliquisse, sed creatũ hominẽ ad immortalitatẽ, immortalitatẽ obtinuisse, neq; in puluerẽ mortis descẽdisset Christus, neq; mortuus fuisset nõ existente peccato, aut erga humanũ genus amore moriendũ illi erat. Ac si hæc non fecisset, minime fuisset primogenitus ex mortuis. Disquirendũ & illud, num forte etiã hominis pastor futurus nõ erat, si cõparatus homo iumentis insipientibus nõ fuisset, neq; similis illis factus. Nam si homines, & iumenta seruat deus, seruat quæ seruat iumenta, illis donando pastorẽ, quæ regem capere nequeunt. Exploret ergo opotet, qui collegerit filij nomẽclaturas, quæ nam ipsarum ipsi accesserint, alioqui illi non accessuræ, si sancti incepissent, & perseueassent in beatitudine, quotq; eę sint. Nã fortasse sola sapiẽtia, uel etiam uerbum, uel uita, atq; omnino ueritas permaneret, haud tamen omia alia nomina, quæ nostri causa assumpsit. Verũ enim uero beati illi, qui egentes filio dei, eiusmodi fuere, ut in posterũ nõ eguerint medico, q male affectos curaret: neq;

nèq; pastore, neq; redemptione, sed sapientia, & uerbo, ac iustitia, uel si quid aliud est ipse Christus ijs, qui ob perfectionẽ pulcherrima quæq; ipsius percipere ualẽt. Sed hæc sufficiant de eo, quod scriptum est in principio. Videamus nunc diligentius quisnam sit hic λόγος, id est uerbũ, seu ratio, quæ in principio esse dicit. Atq; equidem reputanti mihi, quænam frequenter dicuntur de Christo ab ijs, qui in ipsum credere uolunt, mirari subit, cur nam tandẽ imposita nomina seruatori nostro, quę uix numerari possũt, plerunq; hi silentio pertranseant, atq; etiam si eorum mentio facta fuerit, illa immutãt non proprie, sed tropicè, lesum his nominibus appellari dicentes: in sola appellatione uerbi insistentes, ueluti solum uerbum astruant, esse Christum dei, non perinde atq; in cæteris uocabulis, quibus ipse nuncupatur, indagantes uim significati ex hac uoce λόγος.
Ioan.8 Iam in quo me mirari dicam multorum ruditatem, (apertius enim loquar,) tale est.
Ioan.11 Inquit alicubi filius dei, Ego sum lux mũdi, & alibi, Ego sum resurrectio, & rursum, E-
Ioan.14 go sum uia, ueritas & uita. Scriptum est & illud, Ego sum ostiũ. Dictum est etiam, Ego
Ioan.10 sum pastor bonus, & ad Samaritidem dicentem, Scimus q; Messias uenit, qui dicitur
Ioan.4 Christus, cum autem uenerit ille, nunciabit nobis omnia, Respondet, Ego sum qui loquor tecum. Ad hęc cum lauisset pedes discipulorũ, dominum se, & magistrum his uer-
Ioan.13 bis fatetur. Vos dicitis dominũ me, & magistrum, & bene dicitis, sum etenim. Quin a-
Ioan.10 perte, & clare seipsum filium dei esse pronunciat, dicens: Quem pater sanctificauit, &
Ioan.17 misit in mundum, uos dicitis me blasphemare: quoniã dixi, Filius dei sum ego, & illud, Pater, uenit hora, glorifica filium tuum, ut & filius tuus glorificet te, inuenimus etiam seipsum pronunciantem, regem. Veluti cum Pilato dicenti, Rex es tu Iudæorũ? Respõ-
Ioan.18 dens dixit: regnũ meum non est ex hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnũ meũ, ministri mei certaturi fuerant, ne traderer Iudæis. Nunc aũt regnum meũ non est hinc. Le-
Ioan.18 gimus & illud, Ego sum uitis uera, et pater meus agricola est. Et rursum, Ego sum uitis,
Ioan.6 uos palmites. Connumerentur his hæc quoq; Ego sum panis uitæ, & iterũ, Ego sum panis uiuens, qui de cœlo descendi, & uitam mundo præbeo. Et hæc quidem quæ filius
Apoc.1 dei se esse asserit, quæq; nobis ad id, de quo agimus, succurrerunt, ex euangeliorum textu in medium protulimus. Sed addendum etiam illud est ex Ioãnis Apocalypsi: Ego sum primus, & ultimus, & uiuens & factus sum mortuus. Et ecce uiuẽs sum in secula seculorum, & rursus, Factus sum ego, α, & ω, & primus, & ultimus, principium, & finis. Sunt autem non pauca, atq; his, quę diximus, similia, quæ sumi ex prophetis poterunt ab eo, qui diligenter uersatus fuerit in sanctis libris. Veluti quòd sagittam electam, &
Esa.49 seruum dei, & lucem gentium seipsum appellat, Esaia dicente, Ex utero matris meę uocauit me nomine meo, & posuit os meũ quasi gladium acutum, & sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit me quasi sagittam electam, & in pharetra sua abscondit me, & dixit mihi seruus meus es tu Israel, & in te glorificabor, & post pauca, Deus me? erit forti tudo mea. Et dixit mihi, magnum tibi est, ut uocaris seruus meus, & suscites tribus Iacob, & dispersionẽ Israelis conuertas. Ecce posui te in lucem gentium, ut sis sa-
Hier.11 lus mea usq; ad extremum terræ. Sed & in Hieremia ita seipsum agno assimilat: Ego sicut agnus innocens, qui ducitur ad sacrificandum. Hæc itaque & his similia seipsum appellat. Porrò innumera uocabula, tũ apud euãgelia, tũ apud apostolos, tũ apud prophetas colligas, licebit, quib. filius dei appellari gaudet. Videlicet, uel ijs qui euãgelia scripserũt, quid de ipso sentirẽt exponẽtibus, uel apostolis ex his, quæ didicerãt, ipsum
Ioan.2 glorificantibus, uel prophetis ipsius futurum aduentum præcinentibus, & res illius uarijs nominib. efferẽtibus. Veluti Ioannes agnũ dei ipsum prædicat, dicẽs: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatũ mundi. Virum uero his, quæ sequuntur: hic est, de quo dicebam, post me uir uenit, qui ante me factus est, quoniam prior me erat, & ego nesciebam eum. Sanè in catholica epistola Ioannes illum appellat aduocatũ animarũ ad pa-
Ioan.1,2 trem, dicẽs. Si quis peccauerit, aduocatum apud patrem habemus Iesum Christũ iustũ.
Rom.3 Subiungit etiam, quòd sit reconciliatio pro peccatis nostris, ad cuius similitudinẽ Paulus appellat eum reconciliatorem, dicens. Quem proposuit deus reconciliatorẽ per fidem in sanguine ipsius propter remissionẽ præteritorũ peccatorum, quæ deus tole-
1 Cor.1 rauit. Ad hæc prædicatus est etiam à Paulo, potentia dei esse, ut in Corinthiorum epistola, quando dicit. Christus est dei potentia, sapientia, Quòd etiam sanctificatio sit, & redemptio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Heb.5 redemptio. Factus est, inquit, sapientia nobis à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Quin etiam sacerdotem magnum eundem esse docet nos ad Hebræos scribens: habētes ergo sacerdotē magnū, qui pertransiuit cœlos Iesum filiū dei, teneamus
Gen.49 confessionē. Prophetæ etiam præter hæc diuersis eum nominibus appellāt. Iacob itaq; dum filios, Iudam q; benediceret, Iuda, inquit, laudabunt te fratres tui. Catulus Leonis Iuda, ex germine fili mi ascēdisti, recumbens dormisti ut leo, & ut leonis catulus. Quis excitabit illum? Cæterum præsentis non est temporis singulis immorari, ostendendo, quomodo, quæ de Iuda dici uidentur, Christo conueniant. Atq; etiam obiectio, quæ iure inferri posset, (scilicet, non deficiet princeps de Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec uenerit cui repositum est.) aliàs cōmodius soluetur. Iam Esaias aliquoties nouit ipsum Christum appellare Iacob, & Israel, dicens: Iacob dilectus meus auxiliabor ei: Isra
Esa.42 el electus meus, suscepit illum anima mea. Iudicium gentibus nunciabit, nō cōtendet, neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. Calamum contritum non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec proiecerit ex cōtentione iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt. Quod enim hæc de Christo prophetæ nuntiēt, palàm Matthæus ostēdit in euāgelio, ex parte, mutila citans: & dicens: ut implereť quod
Matt.12 dictum est per prophetam, non contendet, & non clamabit: & quæ sequuntur. Vocat etiam Dauid Christus. Veluti quando Ezechiel prophetans ad pastores subiungit ex
Ezech.34 persona dei. Excitabo Dauid seruum meum, qui regit eos. Nō enim Dauid patriarcha exurget recturus sanctos, sed Christus. Ad hæc uirgam, & florem appellat Christum
Esa.11 Esaias his uerbis: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eū spiritus domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus cognitionis, & pietatis, & replebit eum spiritu timoris dei. Iam lapis etiam dicitur dominus noster, ita in psalmis. Lapidem quem reprobauerunt ædificātes, hic factus est in caput anguli, à domino factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris. Declarat autem euāgelium, & Lucas in actis non alium esse lapidem, quàm Chri-
Matt.21 stum, euangelium quidem sic: Nunquam legistis lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: Omnis, qui ceciderit super lapidem hunc, cōtere
Act.4 tur, super quem uero ceciderit, cōteret eum. In actis uero Lucas scribit: hic est lapis ille qui reiectus est à uobis ædificantibus, qui factus est caput anguli. Cum igitur uerbum illud, quod erat in principio, uerbum inquam deus apud deum, unum sit ex nominib. seruatori attributis, nec tamen ab ipso dictum, sed à Ioanne scriptum, operæ pretiū fuerit instare ijs, qui tot à nobis enumerata nomina prætermittentes, hoc solo uerbi uocabulo ceu præcipuo utuntur: rursus eorum interpretationē, si qua quis protulerit, requirentes, & hoc unū uerbi uocabulum admittentes: tanquā liqueat, quid sit filius dei, uerbum nuncupatus, idq; tū maxime quod continuè utantur hoc dicto: Eructauit cor meum uerbū bonum: existimantes filium dei paternā prolationem esse tanquā in syllabis positam. Et idcirco Hypostasin, & subsistentiā illi, si accuratè ipsos interrogemus, non tribuentes, neq; essentiā eius explanantes, nondū dicimus talem, uel talem, sed quomodocunq; essentiam. Verbum enim pronunciatū intelligere uel uulgaris quiuis potest, at renuntiēt nobis & proferāt uerbū tale per se uiuere, quod uel nō sit separatū à patre, & hac etiā ratione neq; subsistat, neq; sit filius: uel quod sit se paratum, & substantiam habens deus uerbum. Itaq; dicendum est, non secus à nobis fieri debere, cum uocabulo uerbi ille nuncupat, atq; facimus singillatim in nominib. prędictis, cum ex proprietate nominis explicamus intelligentiā rei nominatæ: cūq; certas rationes adoptamus ad explicandum, quō filius dei hoc uel illo nomine nūcupetur. Quæ em est hæc priuata istorum electio, non insistere in singulis quibusq; spectando uim uocabuli: sed, ut ita dicam, cum quæsierint quomodo ostium, quomodo uitem, quanam etiā de causa intelligere debeamus eum esse uiam, idem solum nō facere, cū audis eum dici in scripturis uerbū? Vt ergo diligentius ac reuerentius assequamur ea, quæ dicturi sumus in ea qua de agitur disputatiōe, scilicet quomodo filius dei dicatur esse uerbū à nominibus ipsius nobis à principio ꝓpositis, incipiamus necesse est. Nec ignoramus fore aliquos, quib. eiusmodi digressio maior, q; pro rei necessitate esse uideatur. Attamē animū adhib enti rei, qua de agitur, nō parum utile fuerit explorare sensa, de quibus nomina ponunť, quorum

quorum etiam consideratio utilis erit ad res, quæ subsequuntur. Proinde cum semel in theologiam de seruatore inciderimus, inuenientes, diligentia adhibita, quæ de illo feruntur, necessariò non tantum eum ea parte cōsiderabimus, qua λόγος, id est uerbū, & ratio dicitur: sed etiam plenius, & uberius, pro uirili nostra, reliqua uocabula quibus appellatur, tractabimus. Cum ergo dixerit seipsum lucem mundi, etiam proxima, & similia huic uoci, quæ quibusdam fortasse, non tātum proxima, & similia, sed etiam eadem uidebuntur esse, examinabimus. Itaq; lux est hominum, lux est uera, lux est denique gentiū. Quòd sit lux hominum, Euangelij, cuius instituitur nunc à nobis interpretatio, initium testatur, dicens: Quòd factum est in ipso uita erat: & uita erat lux ho-
Ioan.1 minum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non apprehenderunt. Quòd etiam sit lux uera, eiusdem Euangelij uerba declarant, quæ mox subnectuntur. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum. Lux uero gentium ab Esaia appellatur, sicut prædiximus, illud illius testimonium proferentes: ecce posui te in lu-
Esa.49 cem gentium, ut sis salus mea ab extremis terræ. Cæterum lux mūdi sub sensum cadēs sol est. Post hunc non inconcinne etiam luna, ac deniq; reliquæ stellæ eodem nomine nuncupabuntur. Lux attamen cum hæc sint, sub sensum cadens, eò quod terrestria illuminant, dicta apud Mosem quarto die facta fuisse, haud tamen lux sunt uera. At uero seruator noster illucescens his, qui rationis sunt capaces, præstantissimis animarū eorū partibus, ut ipsorūmēs propria aspectabilia cernat, intelligibilis mundi lux est. Nimirum animarum rationis capacium in hoc mundo sensibili existentium, & siquid præter hæc mundum complet: ex quo seruator noster esse nos docet. Forrasse ipse illius præcellens, præstantissimaq; pars existens, ut ita dicam, sol, qui faciat diem domini magnum, cuius diei causa ad eos dicit, qui lucis suæ participes erant, operamini dum dies est, ueniet nox, quando nullus postea potest operari: quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Quoniam uerò discipulis etiam dicit: uos estis lux mūdi: & luceat lux uestra coram hominibus, non secus atq; lunam, & astra, lucere existimamus sponsam ecclesiam, & discipulos, qui propriam lucem habēt, & ab illo uero sole mutuatam, ut luceant illis, qui lucis fontem in se præparare non possunt. Verbi gratia, Paulum quidē, & Petrum dicimus lucem mundi, uulgares uerò, uel ipsorū discipulos, qui illuminentur quidem, haud tamen illuminare alios possint, mundum: cuius mundi lux fuere Apostoli. At uero Seruator lux existens mundi, non corpora, sed incorpoream mētem incorporea potentia illuminat, ut tanq; à sole illuminatus unusquisq; nostrum uidere alia etiam intelligibilia possit. Vt autem sole illucescente uis illa lunæ, & stellarum illuminandi obscuratur, sic hi, qui à Christo illustrantur, quiq; splendores illius percepe-
1.Cor.4 runt, nullam operam desiderant aliquorum administrantium Apostolorum, uel prophetarum, ac ne angelorum quidem: audendū enim est ueritatem dicere: proinde addam, neq; præstantissimarum uirtutum eos indigere, quos ipsa primigena lux edocuerit. Porrò ijs, qui minimè solares Christi radios capere ualent, sancti ipsi ministrantes lucem præbent, sed ea, quam prædiximus longè inferiorem, cum uix alioqui hanc pauam ipsi capere ualeant mox ab ipsa pleni. Est autem Christus lux mundi: est & lux uera ad eius lucis differentiam, quæ sensu percipitur. Cum nihil, quod sensu percipiatur, sit uerū, nec tamen quia, quod sensu percipitur, non est uerum, idcirco falsum est: nam potest comparationem, proportionemq; habere quod sensu percipitur ad illud, quod animo cernitur, rationeq; comprehenditur, cum interim sanè, rectèq; de omni non uero, non prædicetur falsum. Quare autem an idem sit lux mundi, & lux hominū. Ac meum quidem iudicium est maiorē tunc lucis uim exhiberi, cum appellatur lux mundi, quàm quando lux hominum. Nam mundus iuxta unum sensum, non tantum homines. Et Paulus in priore ad Corinthios epistola maius quiddam esse, uel etiam diuersum ab hominibus mundum hunc astruit dicens: Theatrum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Proinde obserua, an iuxta unum sensum mundus sit creatura illa, quæ liberanda dicitur ab interitus seruitute in libertatē gloriæ filiorum Dei, cuius uehemens desiderium reuelationem filiorum Dei expectat. Obserua, autem addidimus, quòd in medium producta fuerint ea uerba: Ego sum lux mundi, quæ possunt etiam de discipulis intelligi, cum eis quoq; Iesus dixerit: Vos estis lux mūdi. Siquidem sunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui suspicantur præstantiores alijs creaturis eos esse homines, qui ab ipso Iesu sincere edocti fuerint. Quorũ alij quidẽ hos homines natura, alij uero ratione, quæ in actione difficiliori uersatur, tales existere affirmant. Maiores enim labores, maioraq; uitæ pericula, qui carne ac sanguine constant, habere, quàm qui æthereo corpore. Nã neq; lumina cœlestia dicũt corpora terrena si suscepissent, à periculis omnino, & à peccando immunia præsentem uitam transactura, cui etiam rationi qui fauent scripturarum quarundam testimonijs enuntiantibus maxima de hominibus, superuenientiãq; promissionis ad hominem pertinere dicentibus, usuri sunt: cum tamẽ hoc ipsum de creatura, uel ut intelleximus de mundo testimonia hæc non permittãt. Illud enim, ut ego, Ioan. 17 Ioan. 12 & tu unum sumus, ut & ipsi in nobis unũ sint, &, ubi ego sum, illic erit & minister meus, apertè de hominibus scriptum esse dicunt. De creatura uerò quòd liberatur ab interitus corruptione in libertatem gloriæ filiorum Dei. Non silent autem etiam hoc: uidelicet primogenitum omnis creaturæ pro eo honore, quo hominem præter cætera prosequebatur hominem factum, non animal aliquod cœleste. Quinetiam rursus addunt ministram, & seruam cognitionis Iesu stellam, quæ in oriente apparuit, creatã fuisse, uel similem reliquis astris, uel fortasse etiam præstantiorem, quippe quæ omnium præstantissimum designaret. Quòd si gloriationes sanctorũ sunt in afflictionibus, qui Rom. 5 sciunt afflictionem parere patientiam, patientiam uerò probationem, probationem uerò spem, spem autem non confundere, neq; patientiam, neq; probationem, habebit non afflicta creatura æqualem, sed diuersam: quoniam uanitati creatura subiecta est Rom. 8 non uolens, sed propter eum, qui subiecit illam sub spe. Cęterum qui non in animum inducit suum, talia homini beneficia collata fuisse, alió uoluntate tendens dicet, creaturam, quæ uanitati suspirans subiacet, affligi magis, quàm hos, qui suspirant in hoc tabernaculo: quippe quæ tempore quamplurimo, idq; cum multiplicatione seruiat humani certaminis uanitati. Quare enim nolens hoc facit? nisi quod uanitati subiectam esse, & non habere præcipuum uitæ statum sit contra eius naturam? Quem quidem statum, quia in mundi interitu, & in interitu uanitatis corporum liberatur, & solutur, receptura est? Verum enimuero quoniam plura, quàm quæ conueniant propositæ disputationi, uidemur disseruisse, redeamus unde digressa erat oratio, memoria repetentes, qua de causa tum lux mundi, tum lux uera, tum denicq; lux hominum seruator dicatur. Explicatũ est ergo eum lucem ueram appellari, propter lucem mundi sensibilem: uel quòd idem sit esse lucem mundi, & lucem hominum, uel in disputationem cadat, sit nec ne idem. Quæ necessariò nobis inuestigara sunt propter eos, qui nihil commentati sunt, quare seruator diceretur uerbum: quo persuasum haberemus, nos non ex præfinitione stare debere in solius uocabuli huius uerbum intelligentia, cum minus sit decens, ut hoc uocabulum per translationẽ non exponatur, cum anagogicè, atq; allegoricè exponamus illud lumen mundi, atq; multa alia, quæ in medium protulimus. Vt autem eò quòd illuminet, illustretq; eas hominum partes, quas principales uocamus, uel generatim omnium, qui rationis sunt capaces, lux est hominũ, & lux uera, & lux mundi: sic eò quòd auctor sit omnis mortalitatis deponendæ, ingenerandiq; eam, quam propriè uocamus uitam, resurgẽtibus ex mortuis ijs, qui eũ sincere receperint, appellatur resurrectio. Hoc autem non modo in præsentia in his operatur, qui ualent dicere, cõsepulti sumus cum Christo per baptismum, cumq; eo simul Rom. 5 2. Cor. 4 resurreximus: sed etiam multò magis cum prorsus omni deposita mortalitate, aliquis in nouitate uitæ ipsius filij ambulat: mortalitatẽ uero Iesu semper in corpore, dum hic degimus, circumferimus, quando magnum fructum cepimus: ut uita Iesu in corporibus nostris manifestetur. Quinetiam uia, quæ est in sapientia, & actione eorum, qui seruantur in ipso facta circa permeationes, & explicationes de ueritate in diuino uerbo, & circa actiones existentes in uera iustitia, uim exhibet nobis intelligendi, quomodo Christus uia dicatur, in quam uiam nihil gestare debet, neq; peram, neq; pallium, ac ne baculum quidem, uel calceos, quibus induat pedes iter facturus. Sufficiens enim per se est hęc uia ad omnia suppeditãda itineri necessaria: nullaq; re omnino indiget, quis hanc ingreditur, ornatus eo uestimento, quo ornatum esse eum decet, qui inuitatus Prou. 30 tus uadit ad nuptias, cum nulla res similiter molesta possit in hac uia occurrere. Facile enim

enim factu non est, teste Salomone, ut serpentis, & ut ego arbitror, cuiusuis etiam fere uias inueniat quis supra petram. Quare nihil opus est baculo in uia hac, quæ tantum abest, ut contrariorum uestigia habeat, ut ne illorum quidem, quæ mala sunt, ob solidi tatem, unde etiam petra dicitur, sit capax. Porro unigenitus ueritas est, omnem omnium rerum iuxta patris uoluntatem, cum omni claritate rationem in se complectens, atque unicuiq; in quantum est ueritas pro illius dignitate, & merito distribuẽs. Quòd si quis inquirat, num omne, quod tandem cognitum est patri iuxta profunditatem, & diuitiarum, & sapientiæ, & cognitionis eius, seruator noster sciat, & causa glorificãdi patrem, quædam à patre cognita esse dicat, quæ filius ignoret, cum alioqui possit ex æquo perinde atq; ingenitus Deus apprehensiones prehendere, sciendum est seruatorem ipsum, quia sit ueritas, nihil ueri ignorare, idq; tum maximè adiungendum est, solida si est ueritas, ne claudicet ueritas diminuta cognitione eorum, quæ sunt in solo patre, ut isti tradunt: uel ostendat aliquis, quædam esse, quæ cognoscuntur, quæ ueritatis appellatione nuncupari non possunt, sed supra ipsam ueritatem sita sunt. Cæterum perspicuum est principium, fontemq; uitæ sincerioris ac purioris, atque à mixtione cuiuscunq; rei alienę, propriè in primogenito omnis creaturę existere, à qua qui Christi sunt participes sumentes, ueram uiuunt uitam, cum hi, qui præter ipsum uiuere existimantur, ut ueram lucem non habent, ita ne ueram quidem uiuant uitã. Iam ostium quoque Seruator inscriptus est: quoniam in patre non licet esse ei, qui non peruenerit apud patrem, primum ab imo ascendentem ad filij diuinitatem, per quam quis manu duci potest etiam ad paternam, generis autẽ humani amans cum sit, & quamlemcunq; animorum ad meliorem frugem inclinationẽ admittat, eorum qui ad λόγον, id est ad rationem, non festinant, sed ouium instar exquisitam, sed irrationalem mansuetudinem, & lenitatem habent, pastor efficitur. Homines enim, & iumẽta seruat dominus. Quin & Israel, & Iudas ne dum hominum, sed etiam iumentorum semen seminat. Ad hæc à principio considerandum est Christi uocabulum, adiuncto etiam uocabulo regis, ut comparatione, quid differant, intelligatur. Cum itaque in quarto hic, & quadragesimo psalmo dicatur, amans iustitiæ, & osor iniquitatis præ participibus, ob talem erga iustitiæ amorem, ergaq; iniquitatem odium promeruisse, ut ungeretur, tanquam non simul cum esse, unctionem existentem, concreatamq; acceperit: quæ unctio regni, interdumq; etiam sacerdotij mortalibus est signum, censebis tu mortale filij Dei regnum esse, nec simul cum eo natum? At qui qui fieri potest, ut primogenitus omnis creaturæ rex efficeretur, cum id antea non haberet? & idcirco quia iustitiam dilexerit, cum sit ipsa iustitia? Verum haudquaquam nos latere debet, uocabulum Christi ad eam naturam, qua est homo, præcipuè pertinere: iuxta quam etiam anima ipsius dicitur turbata, & pertristis fuisse: Vocabulum uerò regis referri ad diuinitatem: id quod ex primo, & septuagesimo psalmo confirmare licet, dicente: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, ut iudicet populum tuũ in iustitia, & pauperes tuos in iudicio: aperte enim Salomoni inscriptus hic psalmus de Christo ꝓphetat. operæq; pretium est uidere, cui regi optet à deo propheta iudicium dari: & cui filio regis, & cuius regis iustitiã. Meum itaq; est iudiciũ, præcipuam primogeniti totius creaturæ naturam, cui ob præstantiã datum sit iudiciũ, regem dici: filium uerò regis, eum, quem assumpsit hominem ab illa formatum, & effigiatum secũdum iustitiam. Quàm rem sic se habere, ut credam, adducor ex eo, quòd sub unam & eandem rationem contractum sint utrunq;: & quod quæ dicũtur, non tanquam de duobus quibusdam, sed tanquam de uno enuntiẽtur. Nam fecit seruator utraq; unum, cum hoc primum in se- Ephes. 2 ipso feciſſet, eò quòd sit primitiæ eorum, in quibus utraque facta sunt unum: uocem enim Vtraq; refero ad homines etiam illos, qui permixtam spiritu sancto habẽtes animam, spirituales effecti seruantur. Vt igitur aliquos cernere est, quibus Christus est pastor, sicuti prædiximus, propter suam ipsorum mansuetudinem, & firmitatẽ, quæ inest in irrationali parte animæ: Sic etiã aliquos uideas, quibus rex sit ipse Christus, ob eam animæ partem, quæ rationis magis est capax, per quam accedũt ad Dei cultum. Quorum quidem regem habentium sunt differentiæ, regnante in illis rege, uel magis secundum mysticam, & arcanam rationem, arcanius, ac diuinius, uel imperfectius. Ex quo dixerim

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixerim ego præcipuam,ac diuinam unigeniti naturam in illis regnare,qui eouscq; ratione peruenerunt, ut contemplati fuerint ea, quæ corporea non sunt,& à Paulo uocantur ἀόρατα, hoc est inuisibilia: & μὴ βλεπόμενα, hoc est, quæ oculis non cernuntur: appellat, cum Christus iuxta humanam naturam regnet in illis, qui rationem tantum attigerunt rerum earum,quæ sensu percipi possunt: ex hisce rebus sub sensum cadentibus glorificantes eum,qui fecit,ut etiam in ipsos,qui sub regno rationis sunt, ipse Christus regnaret. Necq; uerò offendatur ullus,separantibus nobis, quæ sunt in seruatore, significationes,idem existimans etiam in substantia ipsius nos facere. Vel uulgaribus uerò quibuscq; admodum etiam patebit quomodo dominus noster,magister sit,& explanator his,qui contendunt ad pietatem: ac dominus seruorum illorum,qui spiritum seruitutis habent ad timorem: qui si proficiant,& ad sapientiam summo studio cõtendant,etiam hac digni habentur,quoniam seruus nescit, quid uelit dominus ipsius, nec amplius autem permanet dominus,factus illorum amicus,id quod ipse docet: cum adhuc serui erant ipsius auditores, dicens: uos uocatis me magistrum,ac dominum,& bene dicitis, sum etenim. Alibi uerò, post hac, non dico uos seruos, quia seruus nescit, quæ sit uoluntas domini sui: sed dico uos amicos, quoniam permansistis mecum in omnibus tribulationibus meis. Qui ergo in timore uiuũt, (quem exigit Deus à seruis nõ bonis,ut legimus in Malachia,si dominus ego sum,ubi est timor meus:) serui sunt domini, qui illorum uocatur seruator. Attamen nec his omnibus manifestè filij nobilitas declaratur,sed tum,cum,filius meus es tu,ego hodie genui te, dicit ad illum à Deo,cui semper est hodie,necq; enim est uespera dei, necq; mane, meo quidẽ iudicio,sed tempus (ut ita dicam) simul se extendens cum illa ipsius ingenita,& sempiterna uita ipsi dies est hodie,in qua genitus est filius, sic non inuento originis ipsius principio,sicut necq; diei. Insuper addendum est his,quæ diximus, quomodo filius sit uitis uera. Ac profecto hoc perspicuum erit ijs, qui ut dignum est prophetica gratia, intelligunt illud, uinum lætificat cor hominis. Nam si cor pars ἡγεμονικὴ ea est, quæ cogitatione uersat,& agitat, ipsumq; lætificat ratio, maxime potabilis,abducens à rebus humanis,& furere faciens, & ebrium esse ebrietate, non ea quidem, quæ est aliena à ratione,sed diuina,qua etiam Ioseph fratres,ut puto,ebrios facit: meritò is,qui uinum cor lætificans affert, est uitis uera: ob hanc causam ueram, quòd racemos habeat ueritatem,& palmites discipulos,sui imitatores,& ipsos fructificantes ueritatem. Difficile autem est differentiam proponere panis,& uitis: quandoquidem non uitem tantum,sed etiam panem uitæ seipsum appellat. Proinde uide,ne forte quemadmodum panis nutrit,& corroborat,confirmare cor hominis dictus,& uinum lætificat diffundens animum,atq; exhilarans,sic disciplinæ morales, (Euãgelicas intelligo docentes operari) quæ uitam acquirunt eas addiscenti, atq; operanti, panis quidem sint uitæ: non tamen fructus uitis dicant: Theoremata uerò arcana,& mystica,lætificantia,atq; numine animã afflantia, quæ ingenerantur in ijs, qui oblectantur in domino,non solum nutriri, uerumetiam oblectari desiderantes, uinum uocentur à uera uite peruenientia. Ad hæc elaborandum nobis est,quonam pacto primus,& ultimus in Apocalypsi inscriptus est. Diuersus,in quantum primus est,existens ab α, id est principio, & in quantum est ultimus,non idem existens cum ω, id est fine. Opinor itaq; cum animalia,quæ rationem participant,diuersarum sint specierum,aliud inter ipsa esse primum, aliud secundum,aliud tertium,& sic deinceps usq; ad ultimum: quorũ sanè quodnam sit primum,& secundum,& tertium, & sic usq; ad ultimum accuratè dicere, humani non admodum ingenij est, sed eius quod naturam superet nostram. Conabimur tamẽ quæ ad huius considerationis declarationem pertinere uidebũtur,pro uirili nostra afferre in medium,atq; eloqui. Sunt quidem dij,quorum deus deus est,ut prophetię loquuntur: confitemini Deo deorum: & Deus deorum dominus locutus est, & uocauit terram. Deus autem,ut Euangelium tradit,non mortuorũ Deus est, sed uiuẽtium.

1.Cor.8 Vnde uiuentes etiam dij sunt,quorum Deus,Deus est. Quin etiam scribente ad Corinthios Apostolo iuxta propheticas uoces, quemadmodũ sunt dij multi, & domini multi,nomen deorũ interpretati sumus,tanquam existant. Sunt uero etiam alij præter deos, quorum Deus,est Deus,qui uocantur Throni:& alij,qui dicuntur principatus,

Rom.1

Rom.8

Ioan.15

Ioan.13

Ioan.15

rursus præter hos alij,qui dicuntur dominationes,& potestates. Dicente autem Paulo super omne nomen,quod nominatur non solùm in seculo hoc, uerum etiam in futuro, credere debemus alia esse etiam, præter hæc,rationalia,quorum uocabula haud ita familiariter nobis sint in usu, quorum unum quoddam genus Sabba uocabat Hebræus,ob eam causam,dicens, nomen formatum fuisse Sabaoth, qui princeps huius ordinis esset, nec diuersus à Deo. Præter hæc omnia est mortale rationale ipse homo. Vniuersorum ergo Deus, genus primum quoddam rationale,quod cæteris honore excelleret, fecit quod mea sententia eos cõplectatur,qui uocantur Dij: alterum in præsentia uocentur throni: tertiũ uerò principatus sine dissidio. Sic aũt rationale ad ultimũ rationale descendendũ est,quod non aliud fortasse fuerit, quàm homo. Seruator igit diuinius multò, quàm Paulus,factus est omnibus omnia,ut omnes uel lucrifaceret,uel perficeret: & manifestè homo hominibus,angelis angelus factus est. Cumq; fidelium nemo ambigat hominem eum fuisse, angelum etiam eum fuisse inducamur ad credendum seruantes angelorum apparitiones,& uerba,quando potestatem eum apparet angelorum habere: in quibusdam scripturæ locis angelis loquentibus: ueluti illo in loco, uisus est angelus domini in flamma ignis de medio rubi,& dixit: Ego sum Deus Abraham,& Isaac, & Iacob. Quin etiam Esaias dicit: Vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Primus ergo & ultimus est Seruator, non quòd non sit etiam media, sed idcirco duorum extremorum uocabulo gaudet,ut declaret se omnia fuisse. Inspice uerò utrum homo sit ultimum rationale, an ea, quæ uocantur subterranea, quorum de numero sunt dæmones,uel omnes, uel aliqui. Inquirenda sunt & illa,quę Seruator se factum per prophetam Dauid inquit: & factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber: sicut plus habens in hominibus, quia natus sit ex uirgine, & ob reliquam uitam supra uulgi opinionem,& admirabiliter transactã,ita inter mortuos,non derelicta est anima eius in infernum,eò quòd illic solus fuerit liber. Atque hunc quidem in modum primus est,& ultimus. Quòd si sunt literæ Dei(ut certè sunt) quas sancti legentes ea se dicunt legere,quę sint in tabulis cœli: elementa illa,per quę legenda sunt cœlestia,notiones sunt,in minutas partes diuisæ, nempe in α, & quæ sequuntur usq; ad ω,de filio Dei. Rursus idem Dei filius principiũ est,& finis. Sed secundum significationes non est idem. Nam principium cum sit,quatenus sapientia est, ut in Prouerbijs didicimus,nam scriptum est: Deus creauit me principium uiarum suarũ ad opera eius: quatenus uerbũ est,nõ est principium, quia in principio erat uerbum. Igitur significationes eius continent principium,& secundum quiddam,& tertiũ,præter principium,& sic usq; ad finem: tanquam si diceret, principium sum, quatenus sapientia sum: secundum autem,si forte sic contingeret dici, in quantum sum inuisibilis: tertium,in quantum uita: quoniam quod factum est,in ipso uita erat. Quod siquis scripturarum sensum inuestigãs,idoneus est eum assequi,is quidem fortasse inueniet pleraq;,quæ ad ordinem pertineant, atque finem ipsum, omnia autem nõ arbitror illum inuenturum: apertius autem principium, ac finis secundum communem loquendi consuetudinem,de re continua,& unita dici uidentur: ut domus principium est fundamentum,& finis fastigium. Et sanè summo angulari lapide existente Christo, toti corpori unito eorum,qui seruantur, adaptandum est exemplum hoc, omnia enim,& in omnibus est Christus unigenitus,qui ut principium in eo est homine,quem assumpsit,ut finis autem in ultimo,sanctorũ scilicet,etiam in his, qui sunt in medio existẽs. Est etiam Christus, ut principium quidem, in Adam, ut finis autem, in aduentu suo. Iuxta illud, ultimus Adam in spiritum uiuificantem. Veruntamen hoc dictum congruet etiam explicationi harum uocum, primus & ultimus. Cæterum si obseruaueri-mus,quæ superius à nobis dicta fuere de uocabulis primi,& ultimi, ubi tum ad species rationalium, tum ad filij Dei diuersas appellationes,& significatiões,orationem retulimus, habemus etiam differentiam primi,& principij,& ultimi,& finis, quin etiam eius,quod esse dicitur α, & ω: Sed neque obscurum est, quomodo Christus dicatur uiuens,& mortuus, imo post hanc uocem mortuus,uiuens in secula seculorum. Quoniam enim non iuuabamur à præcedenti ipsius uita, peccato obnoxij, descendit ipse ad mortalitatem nostrã: ut nos ipsius Iesu, peccato mortui mortificationem

Ephes.1

Exod.3

Esa.9

Psal.87

1.Cor.3

1.Cor.15

Apoc.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

circunferentes, ordine capere possimus eam, quæ post mortificationem ipsius extitit, uitam in secula seculorum. Nam qui semper Iesu mortificationem in suo corpore circunferunt, etiam ipsam Iesu uitam habituri sunt in corporibus ipsorum clarè apparen-
Esa. 49 tem: & hæc quidem ipse de seipso in libris testamenti noui enuntiauit: Apud Esaiam autem suum ipsius os à patre positum esse dixit, ueluti gladium acutum, & se absconditum fuisse sub umbra manus ipsius, assimilatum interim sagittæ electæ, & in patris pharetra absconditum: seruum Dei uniuersorum ab ipso uocatum, & Israelem, & lucem gentium. Gladius itaq; acutus est os filij Dei, quoniam uiuus est sermo Dei, &
Hebr. 4 efficax, & penetrantior quouis gladio utrinq; incidente, & pertingens usq; ad diuisionem animæ simul, ac spiritus, compagumq;, & medullarum, & discretor cogitationū,
Matth. 10 & notionum cordis: præsertim cum uenerit, non ut mittat pacem super terram, hoc est, in res corporeas, & sensibiles, sed gladiū, & ut discindat pernitiosam, ut ita loquar, corporis amicitiam & animæ, quò anima permittens seipsam spiritui, qui militat aduersus carnem, amicitiam cum Deo ineat: gladium inquam eum, qui ut gladium acutum, habuit os iuxta propheticum sermonem. Quinetiam inspiciens aliquis tot diuino amore sauciatos, non secus atq; erat illa, quæ in Cantico canticorum se hoc passam fatebatur, inquiens, amore uulnerata ego sum: is profectò non aliam inuenturus est sagittam multorum animas amore Dei uulnerantem, quàm eum, qui dicit: posuit me sicut sagittam electā. Ad hæc quisquis intellexerit, quo nam pacto Iesus factus sit discipulis non tanquam recumbat, sed tanquam ministrans, cum filius Dei existens, pro
Esa. 49 liberandis ijs qui peccato seruiebant formam serui sumpserit: non ignorabit quomodo ad ipsum pater dicat: seruus meus es tu: ac mox, magnum tibi est, ut uocaris seruus meus. Nam nobis audendum est dicere, maiorem, diuinioremq;, atq; uerè secundum
Philip. 2 imaginem patris, Christi bonitatem apparere, quando humilem præbuit semetipsum factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis, quàm, si rapinam arbitratus fuisset esse se æqualem Deo, nec uoluisset pro mundi salute fieri seruus. Ob eam causam uolēs nos docere, magnum donum se à patre accepisse, quòd sic seruierit, inquit: Et Deus meus erit mihi fortitudo mea. Et dixit mihi: Magnum tibi est, ut uocaris seruus meus: nam seruus non factus, non excitasset Iacob, neq; dispersionem Israel cōuertisset. Sed neq; futurus erat in lucem gentium, ut usq; ad extremū terræ salus esset. Et res quidem non usq; adeo magna est, quòd seruus ipse fuerit factus, quamuis à patre hoc magnum esse dicatur, si conferaꝰ cum agnello, & agno innocēte: ut enim agnellus innocens, qui ducit ut sacrificetur, factus est ille agnus dei, ut auferat peccatū mundi, & qui omnibus sermonem suppeditat, etiam assimilatus est agnello sine uoce, corā tondente, ut morte ipsius oēs nos purificemur, quę datur instar pharmaci aduersus actiones aduersarias, & aduersus peccatum eorum, qui recipere cupiunt ueritatem. Siquidem imbelles fecit mors Christi eas potentias, quæ humano generi bellum inferūt, &
Hebr. 2 uindicabit à peccato uitam in unoquoq; credētium, potentia indicibili. Quoniam autem aufert peccatum, ut totus sine peccato sit mūdus, idq; facit, donec uniuersos hostes suos, atq; adeo mortem ipsam, nempe ultimum hostem, deuicerit: Idcirco Ioannes
Ioan. 1 ait, ostendens ipsum: ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi: non inquit, qui tollit aliquando, neque item, qui abstulit quidem ante, nunc autem non tollit, sed tollit, inquit, quòd assiduè hoc agit, id est, tollit ab unoquoq; in mundo existente peccatum, neq; cessat tollere, quoad è toto mundo sublatū fuerit peccatū, ac Seruator tradiderit patri regnum paratum, eo quòd nullum, ac ne leue quidem peccatum superfuturū sit debellandum à patre: & rursum suscipiens omnia dei in toto seipso perfectè, quando impletur illud, ut sit deus omnia in omnibus. Dicitur etiā præter hæc, uir uenies post Ioannem, ante ipsum factus, & ante ipsum existens, ut edoceamur, etiam hominē filij dei, diuinitati ipsius cōmixtum ante fuisse, quàm nasceretur ex Maria, quē hominem dicit se nescire. Quem tamē quomodo non norat, cum iam subsilijsset præ gaudio infans, & adhuc existens in utero Elisabethæ: quando facta fuit uox salutationis Mariæ ad aures coniugis Zachariæ. Proinde obserua, num quod Ioannes dicit se non nosse, referri possit ad id tēpus, quo nōdū ipse Christus in corpore apparuerat. Sin uerò non norat ipsum Christū, antequàm id temporis apparuisset in corpore, cum tamen ipsum iam

iam agnouisset existētem in utero matris, fortasse discit quiddā aliud de eo, diuersum ab illo, quod agnoscebat, scilicet quòd super quem dilapsus spiritus sanctus maneret super eum, hic esset, qui baptizaret spiritu sancto, & igni, quando uidit spiritū descendentem, & super eum manentē. Attamen uirum ipsum etiam antea existere norat Ioannes. Verum enimuero nullum uocabulum ex his, quæ supra diximus, æquè Christi pro nobis patrocinium apud patrem declarat, obsecrantis pro hominū natura & eam expiantis, atq; aduocatus, & propitiatio, & propitiator: & aduocatum quidē nūcupat eum
1 Ioan. 2 Ioannes in epistola sua dicens: Si peccauerit quis, aduocatum habemus apud patrē Iesum Christū iustum. Dicitur etiam propitiatio ab eodem in eadem epistola. Et hic pro
1 Ioan. 2 Rom. 3 pitiatio est pro peccatis nostris, similiter in epistola ad Romanos, propitiator. Quem proposuit deus propitiatorē per fidem, cuius propitiatorij erat umbra quædā aureum illud propitiatorium duobus impositū Cherubin in intima, & sancta sanctorum. Quō nam uerò aduocatus, & propitiatio, tum etiam propitiatoriū esse posset Iesus absq; dei potentia, quæ nostram abolet infirmitatem, & quæ in credentium animos influit, & à
Philip. 4 Iesu subministratur, qui ea prior est, cū sit ipsa dei potētia, hoc est, αὐτοδύναμις, per quē etiam dicat aliquis, oīa possum per Christum, qui me corroborat. Quapropter Simonem quidem illum magum seipsum prædicantem esse potentiam dei, quæ uocatur magna, scimus unà cum suo argento in interitum, & perditionem abijsse, eos uerò omnes qui quomodocunq; sunt fortes, & fatentur Christum esse uerè potentiam Dei, ipsum Christum (quatenus potentia est) participare credimus. Illud autem silentio non prętereundum: Iesum dei sapientiam meritò existere, & hanc ob causam hoc nomine appellari: quippe cū non in nudis uisionibus dei, & patris uniuersorum substantiam habeat sapiētia ipsius, perinde atq; phantasmata cogitationum humanarū: Quòd siquis potest incorpoream substantiā uarijs speculationum omnium rationes continentium, uiuentem, & ueluti animatam considerare, is planè sciet dei sapientiam omni creatura
Prou. 8 longè præstātem, ac bene de seipsa dicere: Deus creauit me initium uiarum suarum ad opera eius, per quam creationē potuit quæuis creatura subsistere, haud expers existēs diuinæ sapientiæ, per quam facta est, quandoquidem, teste Dauide, in sapiētia fecit omnia deus, sed multa quidē participatione sapiētiæ orta sunt, quæ uicissim nō assequuntur eam, qua creata sunt, ex quo pauca sunt admodū, quæ non modo possideant ex seipsis sapientiā, uerumetiā ex multis alijs, cum Christus sit uniuersa sapientia: & quilibet sapiens, quatenus sapientiam capit, sit Christi (in quantum est sapiētia) particeps perinde atq; quisq; uiribus longe præcellens, quantū particeps est potētiæ, tantundē etiā Christi (quatenus est potētia) sit particeps. Quòd idem etiam de sanctificatione, & de redemptione sentiendū est. Ipsa siquidem sactificatio, unde sancti sumunt sanctificationem, & redemptio, Christus nobis factus est: & unusquisq; nostrum illa sanctificatio
1 Cor. 1 ne sanctificatur, & illa redemptione redimitur. Obserua autē, an particulā, nobis, mini me frustra addiderit Apostolus dicēs: Qui factus est nobis sapiētia à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Itidemq; obserua Apostolum non ab re alibi dixisse absolute Christū, dei sapientiā, & dei potentiam, quatenus potentia, & sapientia est, etiā si nos existimassemus eum non esse potentiā dei, neq; sapiētiam in uniuersum, sed nobis: nūc autem Iesum scribens Apostolus sapiētiam esse potentiam, aliquoties, uocabulum nobis, addit, aliquoties non addit, absolute eum sapientiam, & potentiam scribens, cum itidem interim non faciat, scribens eum esse sanctificationem, & redemptionem. Quo circa uide (quoniam qui sanctificat, & qui sanctificātur ex uno oīes) an ipsius, qui est nostra sanctificatio, sanctificatio sit pater, quemadmodum ipsius Christi existentis nostri capitis, caput est pater. Est autem redemptio nostra Christus, eò quòd in captiuitatem abducti opus habuimus redemptione. Nec ipsius redemptionē quæro, qui tentatus est per omnia iuxta similitudinem absq; peccato, sed nunc̄ ab hostibus factus captiuus. Cum semel autem distinxerimus inter uoculam nobis, & uoculam simpliciter, siue absolute, dicentes nō simpliciter sanctificationem, & redemptionē scribi à Paulo esse Christū, sed cum additamento, nobis (cum potentia, & sapientia dicatur, & cū additamento nobis, & simpliciter sine uocula, nobis) nō sinere debemus inexploratum sermonē de iustitia. Et q̄ quidem iustitia, nobis sit Christus, perspicuum est ex eo: qui fa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus est nobis sapientia à Deo & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Quòd si nõ inuenimus ipsum iustitiam simpliciter dici, quemadmodum simpliciter sapientia, & potentia dei dicitur, uestigare debemus an ipsi Christo, quemadmodum sanctificatio est pater, ita etiam iustitia sit pater. Neq; enim iniustitia est apud Deum. Et iustus, & sanctus est dominus, & in iustitia iudicia eius. Iustus autem cum sit, iuste omnia dispensat. Quod autem attinet ad id, quod hæretici dicunt, diuersum scilicet esse iustum à bono, sed quod ipsi non explanant, existimãtes iustum quidem esse mundi opificem, Christi autem patrem bonum, mea sententia accuratè examinatũ posset dici de patre, & filio: filio quidem existente iustitia, qui accepit potestatem faciendi iudicium, quoniam filius hominis est, & iudicabit orbem terrarũ in iustitia: patre uerò (eos, qui in filij iustitia eruditi fuerint post Christi regnum beneficio afficiẽte) boni uocabulũ operibus ostensuro, quando fuerit deus omnia in omnibus. Cuius fortassis iustitia seruator instruit omnia, temporibus idoneis, & ratione, & ordine, & punitionibus, & spiritualibus, ut ita loquar, auxilijs ipsius medicinalibus ad capiendum in fine patris bonitatẽ. Cuius uim probè tenẽs seruator, illi, qui sibi unigenito, dicebat, præceptor bone, Cur me, inquit, appellas bonũ? Nemo bonus nisi unus: nempe ille deus: ille pater. Simile uerò etiã in alijs ostendimus, tùm uerò maxime in hoc, quod dicunt maiorẽ esse aliquẽ demiurgo, hoc est mundi opifice, per mundi opificẽ interpretantes Christũ, per hoc uerò maiorẽ patrem: hic igitur qui tot nominibus nuncupatur, aduocatus, propitiatio, propitiatorium, compassus infirmitatibus nostris, tentatus in omnibus humanis iuxtà similitudinẽ sine peccato, magnus est Pontifex non modo pro hominibus, sed etiã pro omni, quod rationis est capax, hostiam semel oblatam seipsum offerens. Sine deo enim, uel per gratiam dei (ut in quibusdam exemplaribus epistolæ ad Hebræos ponitur) Pro omni gustauit mortem: siue sine deo pro omni gustauit mortem, nõ solùm pro hominibus mortuus est, uerum etiã pro cæteris rationis capacibus, siue per gratiã dei. Pro omni gustauit mortẽ: pro omnibus sine deo mortuus est: per gratiam nanq; dei pro omni gustauit mortẽ: etenim absurdum est pro peccatis quidẽ humanis dicere eum mortẽ gustasse, non ita uero pro quibuscunq; etiã alijs, qui præter hominẽ in peccatis essent, uerbi gratia pro astris, nimirum neq; astris omnino corã deo puris existentibus, ueluti legimus apud Iob, Astra aũt non sunt munda in cõspectu eius, nisi forte hoc hyperpolice dictũ est. Ob eam causam magnus est Pontifex, quoniã regno patris omnia restituit, faciens ea repleri, quæ in unoquoq; mortalium desunt, ut capiant paternam gloriam. Sanè hic magnus Pontifex iuxta aliam cõsiderationẽ Iudas uocatur, ut qui in occulto sunt Iudæi non à Iuda Iacob filio nominentur, sed ab hoc, existentes ipsius fratres, et laudantes eum, adipiscentes libertatem, qua liberantur ab ipso, & liberati ab hostibus suis, ipso scilicet manus suas in illorum dorsum imponente, & subijciente ipsos, quin etiam supplantante actionẽ oppositam, præterea solus uidens patrem (etiã quando homo factus est) Iacob est, & Israel, à quo uocato Iacob, & Israel, ita uocamur etiam nos, Iacob, & Israel, ut ab ipso, qui est lux mundi, lux etiam nuncupamur. Quoniam autem assumit sibi regnum à rege, quem sibi præfecerunt, filij Israel id non suggerente deo, quemq; imperare fecerunt, deo id non approbante, & quoniã bella domini gerẽs filio suo (nempe populo) pacem præparat, fortassis hanc ob causam Dauid uocatur: deinde uirga, nimirũ his, qui etiamnum laboriosa, ac duriore uitę institutione indigẽt, cum nec dum seipsos amori, mãsuetudiniq; patris permiserint. Hanc ob causam si uirga uocatur, egredietur, neq; enim manet intra se, sed extra primigenũ statum esse uidetur. Cumq; egressus fuerit factus uirga, non manet uirga, sed post uirgam exoritur flos ascẽdens. Vnde ipsam uirgæ extremitatem florem esse conspiciũt illi, qui ab eo facto uirga uisitati fuerint. Visitabit enim deus in uirga (nempe Christo) iniquitates eorũ, quos uisitabit, misericordiam uerò non disperget ab eo. Ipsum nanque miseratur, quandoquidem quos misera tur filius, miseratur & pater. Possumus aũt non de ijsdem accipere, factum fuisse ipsum uirgam, & florem, sed uirgam quidem egẽtibus punitione, florem uerò his, qui seruantur, sed melius arbitror, quod prius dixi. Attamen hoc etiam in hoc loco addẽdum est fortasse futurũ, ut cui fuerit Christus uirga, sit illi etiam propter uirgæ extremitatẽ omnino flos, sed nõ contra. Neq; enim si alicui flos, huic etiã est uirga, nisi forte quia sit aliquid

Matt. 19

Heb. 2

quid flore perfectius, & flos, ac ipsum florere dicatur de his, qui nondum perfectè fructificant, perfecti enim illud Christi capiunt, q̃d est flore præstãtius, qui uerò ipsius uirga tentati fuerint, simul cum ipsa uirga futuri non sunt participes perfectionũ Christi, sed tantùm floris præcedentis fructus ipsius. Vltimò ante sermonẽ, Lapis est Christus reprobatus ab ædificãtibus, & in caput anguli ordinatus, (quoniam enim lapides uiui ædificantur in fundamento, ipso Iesu Christo domino nostro existente summo angulari lapide, alijs lapidibus apostolorũ, & prophetarũ, eò quòd ipse sit pars structuræ, quæ est ex lapidibus uiuentibus in regione uiuẽtium) lapis appellatur. Hæc autem à nobis dicta sunt redarguere multos uolentibus, qui priuata quadam electione, & utuntur, & segnes sunt in indagando, nam tot nomina cum sint, quæ ad Christũ referantur, in solo τῷ λόγου, id est rationis, & sermonis uocabulo acquiescentes non expendunt, cur nam tandẽ filius dei, Deus in principio apud patrem, inscriptus sit λόγος, per quẽ omnia facta sunt, ut igitur propter actionẽ, eò q illuminet mundum, cuius est lux, lux mũdi appellatur, & ex eo q auctor sit deponendæ mortificationis, illi sincerè adhærentibus, & resurgentibus recipiendi uitę nouitatem resurrectio uocatur, itemq; propter aliam actionem, & pastor, & præceptor, & rex, ac denicq; sagitta electa, & seruus, ad hæc aduocatus, propitiatio, & propitiator, sic etiam λόγος, hoc est ratio dicitur, ueluti quicquid in nobis est à ratione alienum prorsus auferens, & nos præparans conuenienter ueritati, rationis participes esse, omnia uitæ opera tum uulgaria, tum perfectiora, propter hunc λόγον, rationemq; ad Dei gloriam agentes: adeo ut uel manducando, uel bibendo gloriæ dei studeamus: nam si ipsum participantes resuscitamur, illuminamurq;, fortassis autem pascimur, etiam uel regimur, quis non uideat rationis capaces nos diuinitus effici ipso λόγῳ, hoc est filio dei, atq; ipsa ratione, cuncta in nobis à ratione aliena, atq; mortificationẽ ipsam, quatenus ratio est & resurrectio, abolẽter? Quocirca inspice, an quodam modo ipsius, quatenus λόγος (hoc est ratio) est, participes sint oẽs homines, quos eum inueniendi cupidos hac etiam ratione doceat Apostolus extra se quærere non debere dicẽs: ne dixeris in corde tuo, quis ascẽdet in cœlũ? hoc est Christũ ex alto deducere, aut qs descẽdet in abyssum? hoc est Christũ ex mortuis reducere. Sed quid dicit scriptura? prope te uerbũ est ualde in ore tuo & in corde tuo, perinde ac si ipse Christus etiam esset uerbũ, quod quæritis, quin etiã quando ipse dñs loquitur, nisi uenissem & loquutus fuissem eis, peccatũ non haberent, nunc aũt non habent quod prætexant peccato suo, nihil aliud intelligendum est λόγῳ (hoc est filium dei, & rationem) dicere, quàm eos, quibus nondum λόγος (id est ratio) completa est, peccatum non habere, sed illos tantum peccato obnoxios esse, qui participes effecti iam ipsius rationis, agunt præter rationes, ex quibus hæc ratio in nobis cõpletur, in quem sensum tantũ uerum est illud, nisi uenissem, & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent. Age enim de Iesu aspectabili, (ut uulgares existimabũt) hoc expendatur quomodò iam uerũ sit eos, ad quos non uenerit, non habere peccatum. Nanq; omnes, qui fuerint ante seruatoris aduentũ, ab omni peccato immunes futuri sunt, quoniam nõ uenerit aspectabilis iuxta carnem Iesus. Quin etiam omnes, quibus de eo nunciatum non fuerit, peccatũ non habebunt. Vnde aperte sequitur etiam non peccatum non habentes, condemnationi nõ subijci. At λόγος, id est ratio, quæ est in hominibus, cuius participare genus nostrũ diximus, bifariã dicitur, uel iuxta cõplementũ, quòd omni inest, qui puerilem transcẽdit ætatem, detractis prodigijs, uel iuxta summam perfectionẽ, quæ in solis perfectis inuenitur. Itaq; iuxta priorẽ sensum intelligenda sunt hæc uerba, nisi uenissem, & loquutus fuissem eis, peccatũ non haberent. Iuxta secundum uerò: omnes, quotquot ante me uenerunt, fures sunt & latrones, & nõ audierũt eos oues. Nam anteq; perficiatur ratio, omnia, quæ insunt hominibus, uituperabilia sunt, quia sint indiga, & imperfecta, quibus etiã perfectè nõ obtẽperant ea, quæ sunt in nobis ratione carẽtia, tropicè oues dicta: ac fortasse iuxta primũ sensum, λόγος (id est est ratio) facta est caro: iuxta secũdũ uerò, deus erat ille λόγος, hoc est illa ratio. Huic aũt consequens est quærere, num cernere possimus medium aliquod in hominibus inter hanc particulam, ratio facta est caro, & inter hãc, deus erat illa ratio, uidelicet reelementata, atq; in idem redeunte ratione illa, postquã fuerat facta caro tantisper inferior facta, donec fieret, quod erat in principio apud deũ

Rom. 10

Ioan. 15

Ioan. 10

Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus λόγος, id est ratio illa apud patrem: cuius λόγου, & filij Dei gloriam uidit Ioannes uerè unigeniti ueluti à patre. Potest aũt filius etiam sermo esse, eò q renunciet occulta patris sui, qui mens existit perinde atq filius, qui uocatur sermo. Vt enim apud nos sermo nuncius est earum rerum, quæ à mente cernuntur, sic ille dei sermo, qui patrem agnouit (nemine alioqui mortalium absq duce in eum intendere ualente) patrẽ agnitum reuelat. Nullus enim agnouit patrem, nisi filius, aut ille, cui filius reuelabit: in quantum sermo est, magni existens consilij nuncius: cuius principatus factus est super humerum eius, regnauit enim eò quòd in crucẽ suffixus. Cæterũ in Apocalypsi sermo fidelis, & uerus sedere dicitur in equo albo, mea sententia denotans uocis claritatem, quam insonat ad nos accedens ueritatis sermo. Non est autem præsentis temporis ostẽdere, uocabulũ equi frequenter poni in uoce scripturæ, in qua proponunt, quæ nobis sint adiumẽto diuinas disciplinas audiẽtibus. Tantũ unius, aut alterius loci submoneamus. Huius fallax equus est ad salutẽ, & illius. Hi in curribus, & hi in equis, nos autẽ in nomine dei nostri magnificabimur. Porrò quòd in quarto, & quadragesimo psalmo est scriptum: Eructauit cor meum sermonẽ bonum, dico ego opera mea regi, frequentissime repetitum à multis tanquam nobis agnitum, haud intactum prætereundum est. Esto enim patrem hæc dicere, quodnam dicent esse ipsius cor, ut sermo uideatur bonus consequenter cordi? Si enim hæc uox λόγος, id est ratio, uel sermo, interpretatione non eget, ut illi existimãt, abunde constat neq cordis uocabulũ interpretatione egere, id quod est absurdissimum: Existimare scilicet non secus cor partem dei esse, atq est in nostro corpore. Sed admonendi sunt illi, quòd quemadmodum manus, & brachium, atq etiã digitus dei dicitur, nudum uocabulum acie mentis nobis nõ dispicientibus, sed examinantibus quonã pacto hæc sanè, & ut deo est dignum, sunt accipienda, ita etiam nos intelligere debere, cor dei esse eius eam uim, quæ intelligentiã efficiat, & uniuersa disponat, sermonẽ uero illud esse, quod, quæ in illo sunt corde, renuncieret: Quis uero patris consiliũ his, qui inter mortales digni extiterint, quiq horũ naturã superauerint, renunciat, nisi seruator? Forte aũt non frustra positum est, eructauit: cum huius uerbi uice alia innumera dici potuissent, nimirũ proposuit, uel protulit cor meũ sermonem bonũ: Loquutum est cor meum sermonẽ bonum. Sed uide ne fortè quemadmodum alicuius flatus occulti progressus in apertum est ructus eructãtis, tanquam per hunc respirantis, ita ueritatis speculationes nõ continens pater, eructet, faciatq harum figuras in sermone, qui etiam hãc ob causam uocetur inuisibilis dei imago, & hæc quidem, ut illud, eructauit cor meum sermonẽ meum, dici à patre intelligamus, multorum intelligentiæ adhęrentes. Quibus tamen non statim cedendum, perinde ac cõstet deum hæc enunciare: quare enim non propheta ille loquatur plenus spiritu sancto, & proferat sermonẽ bonum pertinentẽ ad prophetiam de Christo? cõtinere ipsum nõ ualens. Scilicet. Eructauit cor meum sermonẽ bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis, speciosus forma præ filijs hominũ: posteà ad ipsum Christũ, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternũ: & post pauca, propter hoc unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Verum illud obijciat aliquis (uolens hæc psalmi uerba à patre enũciari) audi filia, & uide, & inclinã aurẽ tuam, & obliuiscere populũ tuum, & domũ patris, & dicat prophetam nõ fuisse dicturũ ad ecclesiam, audi filia. At ex alijs psalmis difficile non fuerit ostendere personarum plerunque fieri immutationes, ut ab eo loco, audi filia, possit hic pater loqui. Iam indagantib. nobis uim sermonis, adiungendũ est etiã hoc: Sermone Dei cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ, quæ quidã existimãt de Seruatore, & spiritu sancto posita esse, cũ etiã hunc sensum habere possint, cœlos Dei ratione firmatos fuisse, non secus ac dicimus domũ ædificatã fuisse ratione illa, quæ est ars fabricandarũ ædiũ, & nauim compactã fuisse ratione illa, quæ est ars fabricãdarum nauiũ, sic etiã dicentes cœlos Dei ratione firmatos fuisse: qui diuinius corpus assequũtur, quod etiã propter hoc firmamentũ uocat, nõ habens quàm plurimũ fluxus, eamq facilitatẽ fluendi, quã cætera inferiora: propter quam differentiam, ac præstantiam dicimus etiam cœlũ eximiè diuina ratione firmatũ fuisse: quoniam igitur proponitur, ut apertè intelligamus hoc dictum, in principio erat λόγος, hoc est sermo, siue ratio, principium

Apoc. 19

Psal. 33
Psal. 19
Psal. 44

Psal. 44

Psal. 32

cipium uero sapientiam dici explicatum est, testimonijs ex Prouerbijs sumptis, cõsideraturq sapiẽtia ante sermonem ipsam annunciantẽ, intelligamus necesse est, sermonẽ in principio, hoc est sapientia, semper esse, cumq sit in sapientia, quæ uocat principiũ, non prohiberi esse apud deum, cum sit etiã ipse deus. Nec apud deũ simpliciter est ipse, sed existens in principio (similiter sapientia) est apud deum, subiungit eñ, & inquit, hic erat in principio apud deum. Poterat enim dicere, hic erat apud deum. Sed quemadmodum erat in principio, sic & apud deum in principio erat. Et omnia per ipsum facta sunt, existentem in principio, omnia enim deus (teste Dauide) in sapiẽtia fecit. Ad hæc ut intelligamus sermonẽ propriam habere inscriptionẽ, uelut qui uitã per se assequatur, dicendũ etiam est de potentijs, non de potentia. Hæc dicit dñs potentiarum, multis in locis ponitur, nomine potentiarũ intellectus qũibusdã diuinis animantibus, quæ rationis sunt capacia, quibus superior, & præstantior Christus est, non tantũ sapientia dei, sed etiam potentia dictus. Vt igitur uirtutes cõplures sunt, quarum singulæ descriptionem habent, quibus differt seruator, sic etiam ὁ λόγος, id est ille filius dei, illa ratio (etiam si illa ratio, quæ in nobis est, non habeat descriptionem) extra nos intelligetur Christus, iuxta ea, quæ antea indagauimus, hypostasim habens in principio, hoc est in sapientia. Sed hactenus de eo, quod est, In principio erat sermo.

EXPLANATIONVM ORIGENIS ADAMANTII IN EVANgelium secundum Ioannem, Tomus secundus.

Et uerbum erat apud deum.

ATIS pro uiribus nostris sacer Ambrosi, idemq frater euangelio conformis, cum antehac disseruerimus, quid sit euangelium, & quod, qualéue principium, in quo erat sermo, & quisnam sit ille sermo, qui erat in principio, Consequenter nunc consideremus quonam pacto sermo ille erat apud deum. Ergo utile erit ad hoc explicandum colligere sermonem, qui scriptus est, factum fuisse ad quosdam. Verbi gratia, sermo domini factus est ad Osee filium Beeri. Et sermo factus est ad Esaiam filium Amos, de Iudæa, & de Hierusalem, & sermo factus est ad Hieremiam de siccitate. Quomodo ergo sermo domini factus est ad Oseam, & sermo ad Esaiam filium Amos, & rursus ad Hieremiam, considerandum est, ut sic collatione facta inueniri possit, quonã pacto sermo ille erat apud deum, atq equidem uulgus simplicius exponet prophetarum dicta, ueluti sermone domini, uel sermone facto ad ipsos. Tu uerò uide, ne fortè ut dicimus, hunc ad hunc fieri, sic etiamnunc à nobis theologicè consideratus filius, sermo factus sit ad Oseam, missus ad ipsum à patre: quòd ad historiam quidem attinet ad prophetam Oseam filium Beeri, quantum uerò ad mysticam rationem ad seruatum (sonat enim Oseas, si interpreteris, seruatus) filium Beeri, quæ uox puteos sonat. Efficitur enim quilibet eorum, qui seruantur, putei filius, quia sapientia dei ex profundo scaturit. Nec mirum sanè est puteorum filium sic esse sanctum qui ex strenue factis, frequenter filius nominatur. Idcirco quidem quia luceant opera eius coram hominibus, filius lucis nuncupatus: quia uerò habeat pacem dei, exuperantem omnem intelligentiam, filius pacis: atq etiam propter sapientiæ utilitatem, filius sapientiæ. Iustificata est enim inquit sapientia à filijs suis. Hunc igitur in modum ille etiam, qui diuino spiritu omnia profunda dei perscrutatur, ut eloqui possit, ò profunditatem diuitiarum, & sapientiæ, & cognitionis dei, potest esse puteorum filius: ad quem sermo fiat domini. Sic sermo etiam ad Esaiam uenit docens, quæ in ultimis diebus euentura erant tum Iudeæ, tum Hierusalem: eodem modo & ad Hieremiam diuina elatione elatum (nam ἰαὼ interpretatur elatio.) Sed ad homines quidem, qui prius capaces non erant aduentus filij dei, qui est sermo, fit sermo, ad deum uerò non fit, quasi qui antea non existeret apud ipsum, sed eò quòd sit semper cum patre, dicitur, & sermo erat apud deum, non enim factus est apud deum, & idem uerbum erat, de sermone prædicat, quoniã in principio erat etiã tum, cum apud deum erat, neq à principio separatus, neq patrem deserens. Et rursus neq eo quòd nõ sit in principio

6

Osee 1
Esa. 1
Hier. 14

Philip. 4
Matt. 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

principio factus, in principio, neq; eo quòd non sit apud deum, factus ut esset apud deum (ante omne enim tẽpus, & seculum, in principio erat sermo, & sermo erat apud deum.) Quoniã igitur ut inueniremus sensum uerborum illorum, & sermo ille erat apud deum, apposuimus uerba prophetica, quõ factus sit sermo ad Oseam, & Esaiam, & Hieremiam, obseruauimusq; nõ parũ differre, fuit, & factus est, à uerbo erat, addemus, dum ad prophetas sermo fit, sermonem prophetas illustrare luce cognitionis: facientẽ eos, tanquã coràm uidentes ea uidere, quæ non intellexerãt, antequam fieret ad eos sermo ipse, apud deum deus existẽs, ex eo quòd sit apud ipsum, itaq; fortasse talem quendam ordinẽ intuitus Ioannes, in sermone nõ præposuit, deus erat sermo, illis uerbis: Sermo erat apud deum, nihil alioquí, quòd ad enuntiationes attiner, obstura serie ad intelligendam uim seorsum cuiuscunq; pronunciati, unum nanq; pronunciatũ est, in principio erat ille sermo. Alterũ, ille sermo erat apud deum, & deinceps, & deus erat ille sermo. Sed quoniam fortasse ordinem quendam declarat, quia positũ sit primo loco hoc pronunciatum, in principio erat ille sermo, iuxta talem seriem, & sermo erat apud deũ, & tertio loco, & deus erat sermo, idcirco dicit, & ille sermo erat apud deum, deinde, & deus erat ille sermo: ut ille sermo intelligi possit esse deus, quia sit apud deum. Cæterũ magna obseruatione (non tanquam non callens elaboratum Græcorũ dicendi genus) alibi quidem articulis usus est Ioannes, alibi uerò reticuit, in uoce nanq; sermonis articulum cũ addiderit, in dei uocabulo aliquando id ponit, aliquando differentiæ gratia id non ponit. Nam cum dei uocabulum ponitur de ingenito uniuersorum auctore, articulũ ponit, reticens illud, cũ ille sermo deus nominat. Proinde uide, ne forte ut in his locis differt deus cum articulo, & deus sine articulo, sic differat etiam ὁ λόγος, id est ille sermo, uel illa ratio, cũ articulo, & λογος, id est sermo, siue ratio, sine articulo. Vt enim deus ille, qui est in omnibus, ille deus est cum articulo, & non simpliciter deus, sine articulo, sic fons rationis (quæ unicuique rationis capaci ineſt) ratio illa est, cum articulo, cum alioquí ratio, quæ in unoquoq; ineſt, non perinde propriè, atq; illa ratio prima, quam fontem huius dico, nominetur, dicaturq; illa ratio, cum articulo. Et hinc soluí potest illud, quod perturbat multos profitentes se dei amantes esse, ac uerẽtes duos prædicare deos. Et propter hoc in falsa, & impia dogmata incidẽtes, uel negãtes proprietatem filij esse aliam à patris proprietate, confitentes deum esse cum nomine tantùm, qui apud ipsos filius appellatur, uel negantes filij diuinitatem, & ponentes ipsius proprietatem, & essentiam per descriptionem existere aliam à patre. Dicendum enim est illis, quòd αὐτόθεος quidem, hoc est, per se deus, deus ille est cũ articulo, propter quod,
Ioan. 17 & seruator in precatione ad patrem inquit, ut agnoscant te illum solum uerum deum, quicquid uerò est præter hũc, qui αὐτόθεος dicit, hoc est per se deus, participatione, & cõmunione diuinitatis illius deificatũ, nõ ille deus cum articulo, sed deus sine articulo magis propriè dicẽdũ esse, quo nomine omninò primogenitus omnis creaturæ, quippe qui cũ primus sit apud ipsum attrahens diuinitatẽ ad seipsum, honorabilior est reliquis dijs, qui sunt præter ipsum, quorũ ille deus, deus est, iuxta id, quod dicit, ille deus deorum dns loquutus est, & uocauit terrã, dans esse dijs, à deo hauriens abundanter, unde ipsos efficiat deos, & unde illis iuxta suam ipsius bonitatẽ suppeditet. Verus igit deus
Psal. 94 est ille deus cum articulo. Qui aũt dij efformant ad eius formam, uelut imagines quædam sunt primi exẽplaris. Sed rursus multarũ imaginũ archetypa imago est ille λόγος, q est apud deũ in principio existens, quia sit apud deum semper manẽs deus, haud quaquam id habiturus, nisi apud deũ esset. Et haudquaq; deus mansurus, nisi perpetuò permansisset in contẽplatione paternæ profunditatis. Sed quoniam fortasse uerisimile est futurũ, ut multi offendant, quia dixerimus unum esse uerum deum, nempe patrem, & præter deum uerum multos factos deos participatione dei: uerentes gloriam eius, qui omnem creaturã præcellit, æquarí reliquis obtinẽtibus appellationẽ dei sine articulo, præter datam differentiã, per quam deum λόγον diximus reliquis omnibus dijs ministrum esse deitatis, etiam hæc differentia est apponenda. Ea enim ratio, quæ in singulis rationis capacibus ineſt, eandem comparationem habet ad illam rationem, quæ in principio apud deum est, & deus est λόγος quam habet deus λόγος, id est ratio sine articulo ad deũ illũ cũ articulo. Vt em̃ pater αὐτόθεος (hoc est per se deus, & uerus deus) se habet

se habet ad imaginem, & ad imagines imaginis, quã ob causam etiam dicuntur homines nõ esse imagines, sed ad imaginem, sic hunc in modum se habet ipse λόγος, hoc est ipsa ratio ad eam, quæ est in singulis, rationem. Vtraq; enim locum obtinent fontis, & originis, pater quidem diuinitatis, filius uerò λόγου, id est rationis. Quemadmodum ergo dij multi, sed nobis unus deus est, nempe ille pater: & multi domini sunt, sed nobis unus dominus est Iesus Christus, sic multi etiam sunt λόγοι, hoc est rationes, sed nobis illum λόγον, id est rationẽ illam precamur ineſse, quæ est in principio, quæ est apud deum, quæ est deus λόγος. Qui enim non capit λόγον hunc, id est rationẽ, quæ in principio apud deum, aut ipsum assequetur, quatenus caro factus est, aut particeps efficietur alicuius eorũ, qui λόγον hunc, id est rationem ipsam assequunt: si uerò nec alicuius quidẽ horum, qui huius rationis participes existunt, particeps effici poterit, in numero omnino eorum erit, qui à ratione alieni dicuntur. Id autem quod diximus, palàm efficietur ex exẽplis de deo illo, qui profertur cum articulo, & de illo λόγῳ cum articulo, qui est deus sine articulo, tum etiam de dijs, qui uel participant deum, uel dij quidem dicuntur, nullo pacto aũt sunt, & rursus de λόγῳ Deo, & de λόγῳ, qui factus est caro, necnon de λόγοις, qui hunc quodã modo participant, & λόγοι secundi, ac tertij ab ipso dicunt, & λόγοι esse existimant, cum tamen uerè non sint, sed potius, ut ita loquar, prorsus dici merentur ἄλογοι λόγοι, hoc est rationes irrationales, quemadmodũ etiam de ijs, qui dij quidem dicuntur, cum non sint, diceret aliquis dij non dij: non secus enim & hi uocantur ἄλογοι λόγοι, hoc est rationes ratione carentes. Atq; ille quidem deus uniuersorum, electionis est deus, & multò magis illius, qui hanc seruauit, deinceps eorum, qui uerè sunt dij, & ut semel dicam, Deus est uiuentium, & non mortuorum, at uero de us λόγος, fortasse deus est eorum, qui in ipso sistunt omnia, quiq; existimant ipsum esse patrem. Sol autem, & Luna, & astra, ut ante nos quidam disseruerunt, illis attributa fuerunt, qui minus digni habentur, ut illo titulo, ac laude cohoneſtentur, ut deus deorum, deus ipsorum sit. Sic autem intellexerunt adducti uerbis Deuteronomij, quæ ita sese habent: Ne cum suspexeris in cœlum, & intuitus fueris solem, & lunã, & omne cœ Deut. 4
li ornamentum, deceptus adores ea, & seruias eis, quæ ipsa distribuit deus tuus cunctis gentibus. Vobis autẽ non sic dedit dominus deus tuus. Sed qui distribuit cunctis gentibus solem, & lunam, & omne cœli ornamentum deus, cum sic non dederit Israelitis. Scilicet ut qui non possunt ad intelligibilem recurrere naturã, rebus corporeis, ac sub sensum cadentibus diuinitatẽ esse suspicati, uel lubenter in his sisterent, nõ prolapsi ad idola, & dæmonia. Deum igitur alij quidem deum uniuersorum habent, qui uerò hos proxime sequuntur, in Christũ dei ipsius filium defixi sunt. Tertij uerò sunt, qui solem, lunam, omnesq; cœli ornamentum habentes à deo aberrant, ueruntamen errore longè præcellenti, præstantioreq;, q̃ eorum, qui uocant deos opera manuum hominum, aurum, & argentum artis excogitationes. At omnium ultimi sunt, qui dicati sunt his, qui dij quidem dicũtur, haudquaquam uero sunt. Similiter igitur aliqui participant quidẽ ipsius λόγου, id est rationis, siue sermõis, qui est in principio, qui est apud deum, qui est deus, uel ut Oseas, & Hieremias, & Esaias, & siquis alius talem se ipsum exhibuit, ut sermo dñi, uel sermo ad se fieret, alij uerò, qui nihil sciunt, nisi Iesum Christum, & hũc crucifixum, tantum secundum carnem agnoscunt Christum, existimãtes se habere amplius nihil de sermone, nisi quòd caro factus est: cuiusmodi est multitudo eorum, qui credere putantur. Iam tertij se sermonibus aliquãtulum illum sermonem participantibus applicuerunt, perinde quasi sermones illi omnem sermonẽ præcellant. Et fortè hi sunt, qui præclaras in philosophia, & præstantes sectas apud gentiles exercent. Quarto uerò loco ab his numerandi sunt illi, qui sermonibus prorsus corruptis, & impijs credidérunt, euidentem, ac ferè sub sensum cadentẽ de medio tollentes prouidentiam, aliumq; finem quendam, præter bonum, honestúmue approbãtes. Quòd si digredí uisi sumus, cõmodè tamen id fecisse remur, & appositè, nimirum q̃ ad dei nomen attinet, res quatuor in eo inspecturi, & totidem in nomine λόγος, qui est ratio, siue sermo. Erat enim deus cum articulo, & deus sine articulo, deinde dij dupliciter. Hic erat in principio apud deum. Tribus prædictis propositionibus, tres ordines nos docens Euangelista, tria in unum connectit dicens: Hic erat in principio apud Deum. In prima propositione di- Ioan. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicimus, in quo erat λόγος. Videlicet, quòd in principio: & apud quem hic erat, uidelicet, quòd apud deum: & quisnam λόγος erat, uidelicet quòd deus. Tanquam ergo demonstrans sermonem, quem ante dixerat deum per particulam, hic, & in quartam propositionem congregans illud, in principio erat sermo, & sermo erat apud deum, & deus erat ille sermo, inquit: Hic erat in principio apud deum. Potest tamẽ principij nomẽ sumi etiam de principio mundi, addiscentibus nobis per hæc dicta, sermonẽ illum antiquiorem esse rebus à principio factis. Nam si in principio fecit deus cœlum, & terrã, clarum est id, quod in principio erat, apertius esse eo, quod in principio factum est, nec solùm firmamento, & arida, sed cœlo, & terra sermo ille est antiquior. Forte autem non absurdè quis inquirat, quare non sit dictũ. In principio erat sermo dei: & sermo dei erat apud deum, & deus erat ille sermo dei. Sed consequitur, ut, qui quærit, cur tandem non scriptum sit, in principio erat sermo dei, & quæ sequuntur, plures enunciet esse sermones, & fortasse diuersi generis. Vel unus quidem erit dei sermo, alter (ut ita dicam) angelorum sermo, alius itẽ hominũ. Et ita in cæteris sermonibus. Quod si uocabulum, sermo, hoc modo se habebit, idẽ fortassis censendum erit de sapientia, & de iustitia. Dicẽtu autẽ absurdum est, plures uocabuli huius, sermo, appellationes proprie esse, & sapientias, & iustitias, quæ propriè sic nominent. Nã unusquisq; cõtereẽ uerum esse ueritatẽ. Nec auderet aliquis dicere, aliam esse dei ueritatẽ, aliam angelorũ, aliam hominũ. Cum in natura entium una sit de unaquaq; re ueritas, quòd si ueritas est una, perspicuũ est, etiam sapientiam, quæ confirmatio, & demonstratio ipsius est ueritatis, meritò intelligi unam esse, quippe cum ne ea quidẽ, quę appellatur sapientia, nomẽ suum rectè tueri queat, si nõ adsit ueritas. Quòd si ueritas una, & sapiẽtia una est, unus etiã sermo sit oportet, annuncians ueritatẽ, & sapiẽtiam rerum earũ, quę simplices sunt, & apertæ, ad eos, qui sunt capaces. Nec hoc dicimus negantes esse ueritatẽ, & sapientiam, & sermonem dei, sed ostendentes utilitatem, ob quã euangelista reticuit dei uocabulum, nõ scribens: In principio erat sermo dei. Idem autem Ioannes etiã cum additione

Apoc. 19 ne dei nominat eum in Apocalypsi dicens: Et uidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eũ uocabatur fidelis, & uerax, & in iustitia iudicat, & pugnat. Oculi autem eius, sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habẽs nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse, & indutus erat ueste tincta sanguine. Et uocatur nomen eius sermo dei. Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis uestiti byssino albo, & puro, & ex ore eius procedit gladius anceps, & acutus, ut eo percutiat gentes, & ipse reget eos uirga ferrea, & ipse calcat torcular uini furoris, & iræ dei omnipotentis, & habet in uestimento, & in femore suo nomẽ scriptum, rex regum, & dominus dominantium. Sed necessariò, & absolutè posuit Ioannes uocabulum, sermo, & cum adiectione etiã, sermo dei. Nam si alterum tacuisset, occasionẽ habituri eramus admittendi multos sermones, & aberrandi à ueritate huius uocabuli, sermo: ac si absolutè scripsisset Ioãnes sermonem, nec dixisset etiam cum adiectione sermonẽ dei, non didicissemus apertè hunc sermonem esse sermonem dei. Rursus si sermonem dei dixisset, nec absolutè sermonẽ, etiã multos sermones fingentes iuxta relationẽ ad unũquemq; eorum, qui sermone, ac ratione utuntur, multos propriè sic nominatos admisuri fueramus. Itaque rectè Ioannes Apostolus, & euangelista, iam uerò etiam propter Apocalypsin propheta describens in Apocalypsi sermonem dei, se dei sermonem uidisse, inquit, aperto cœlo, equo albo uectum. Ex quo etiam considerandum est, quòd innuatur, quia cœlum sit apertum, & quia equus albus, & quia super ipsum sedeat ille qui sermo Dei uocatur, qui etiam præterquam est sermo Dei, fidelis dicitur, & uerax, & in iustitia iudicans, & bellans, ut eo magis proficiamus, cum intellexerimus quæ ad dei sermonem pertinent. Proinde arbitror ego impijs, & terrestrem imaginem gerentibus, cœlum esse clausum, apertum uerò iustis, & his, qui insigniti fuerint supercœlestis imagine. Nimirum impijs quidem humi etiamnum repentibus, & in carne existentibus præstantiora sunt clausa, quia non intelligant ea, nec possint eorum pulchritudinem (quia nolunt) dispicere proni, nec erigere se conãtes, cũ iusti, & excellentes, quia ius ciuitatis in cœlis habeant, cœlestia contemplent, Dauidis clausi aperta, nempe diuino

uino sermone aperiente ea, & manifestante, eo quòd uehatur equo, hoc est uocibus significata renunciantibus, albo, propter perspicuam, & candidam, & lucidam cognitionem. Sedet aũt super equum album ille, qui uocat fidelis, firmius, (& ut ita dicam) regalius insidens in uocibus, quæ subuerti nõ possunt, ac quouis equo uelocius, ac celerius currunt, & gloria in ipso impetu superant aduersariũ omnẽ simulantem, se esse sermonem, itidemq; simulantem, se esse ueritatem, & apparentem ueritatem. Vocatur autẽ fidelis, non quia fidem alicui habeat, sed quia fide dignus sit. Nam Mose teste, fidelis, & uerax est dns. Verax est etiam ad differentiam umbræ, & figuræ, & imaginis: quoniam talis est ille sermo, qui est in cœlo aperto, non enim talis est sermo terrestris, qualis cœlestis, quia factus caro per umbras, & figuras, & imagines loquitur. Multitudines ergo eorum, qui putantur credere umbra sermonis, non uerò illo sermone dei, qui est in cœlo aperto, erudiuntur. Propterea Hieremias inquit, spiritus personarum nostrarũ Christus dominus, cui diximus, in umbra ipsius uiuimus in gẽtibus. Sic igitur sermo ille dei, qui fidelis uocatur, etiam uerax uocatur, & in iustitia iudicat, & bellum gerit, q̃ iustitia ipsa, ac iudicio ipso facultatẽ à deo acceperit iudicandi, & distribuẽdi, ex dignitate uniuscuiusq; entium. Nemo enim eorum, qui iustitiam ac facultatem, iudicandi populum habent, ita in sua ipsius anima omnino imprimere poterit, & iustitiæ, & iudicandi figuras ipsas, & idæas, ut nulla in re sit inferior ea, quæ ex se est iustitia, & eo, quod ex se est, iudicio. Quemadmodum neq; qui pingit imaginem, potis erit pictura exprimere omnes rei depictæ proprietates. Propterea Dauidem dixisse reor, non iustificabitur in cõ- Psal. 142
spectu tuo omnis uiuens, non enim generatim dixit, omnis homo, siue omnis angelus, sed omnis uiuens, quoniam etiam si uitæ quis sit particeps, & mortalitatem prorsus excusserit, sic neq; tui cõparatione iustificari poterit, perinde atq; uita. Neq; fieri potest, ut qui particeps est uitæ, & ob hoc uiuens nominatur, ipse sit uita, nec qui compos est iustitiæ, & idcirco iustus dicitur, omnino ipsi iustitiæ æquiparari poterit. Iam uerò quẽadmodũ ad dei sermonem pertinet iudicare in iustitia, ita etiam ad ipsum pertinet bellum gerere in iustitia. Vt ex eo, quòd dicitur oppugnare hũc in modum, ipsi sermoni, & iustitiæ inimicos, sublatis his, qui à ratione sunt alieni, & iniustitia sublata, inhabitet, & iustificet: expellens contraria ab anima illius, qui salutis causa (ut ita dicam) captiuus factus est à Christo. Sed apertius cernere possumus hoc sermonis bellum, quod gerit cũ sermone ipso fungẽte legatione pro ueritate, alter, qui cum non sit sermo, fingit tamen se esse sermonẽ: itemq; simulata ueritas, quæ non est ueritas, sed mendacium fingit, & prædicat se ipsius sermonis esse ipsam ueritatẽ. Sed enim armatus sermo contra mendacium, illud interficit spiritu oris sui, & destruit apparitione præsentiæ suæ. Et ui- 1. Thess. 2
de an hunc sensum subinnuere uoluerit Apostolus hæc scribens in epistola ad Thessalonicenses: Quid enim est, quod spiritu oris Christi interficitur, cum Christus sit sermo, ueritas, & sapientia, nisi mendaciũ? Et quid est illud, quod destruit apparitione præsentiæ Christi, qui sapientia, & sermo considerat, nisi id omne, quod profitetur se esse sapientiam, atq; etiã sapientia eatenus existens, quatenus deus per illud cõprehendit eos, qui non sunt sapientes uera sapiẽtia in uafricie ipsorũ? Quare mirè, ac supra modum de sermone differens Ioannes, qui equo albo uehebatur, inquit etiam illud, oculi eius uelut flamma ignis. Vt enim flamma clara, pariter & lucida, iam uerò etiam ignea est, & consumptrix materialium, sic oculi (ut ita dicam) sermõis, quibus & ipse uidet, & quisquis illius fuerit particeps, præterquam quòd percipiunt intelligibilia per ea, quæ in ipso insunt, cõficiunt, & demoliunt conceptus crassiores, & magis materiales, omnib. quomodocunq; falsis gracilitatetem, & tenuitatem ueritatis fugientibus. Valde autem ordinatè postquam induxit sermonem iudicantem in iustitia, & ut iudicet in iustitia, bellum gerentem, atq; deinde post bellum, illuminantem, illud subiungitur, in ipsius capite multa esse diademata. Nam si unum, & uniforme esset mendacium, de quo prostrato coronam acciperet uictor, fidelis, & uerax sermo, iure etiam sermo, qui superasset Deo repugnantes, scriptus fuisset uno diademate insignitus. Nunc autem multa cum sint mendacia, quæ profitentur ueritatem, aduersus quæ bellum gerens ille sermo coronatur, multa sunt etiam diademata capiti cuncta uincentis imposita. Quin etiam unamquamq; actionem rebellem superans, multis coronis ob uictoriam multiplicem

Universidad de Deusto
Biblioteca

insignit. Dictus etiã post diademata capiti imposita nomẽ habere scriptũ, quod nemo nouit nisi ipse, nouit enim solus quędam animatus hic sermo, cum nullus intueri possit ea, quæ ille comprehendit, eo ꝙ res, quæ continuè generantur, longe inferiores sint natura ipsius. Atq; etiam fortassis soli participes illius sermonis quædã norunt, quæ sunt abscondita non participantibus illum. Porrò sermo ille dei nõ nudus à Ioãne cernitur, dum equo albo uehitur, sed circundatus ueste sanguine tincta, sermo ille factus caro, uestigijs ingredi cœpit, & idcirco etiam mortuus, quia caro factus, ita ut sanguinem suum per terram suum profuderit, milite latus eius pungente. Passionis nanq; illius, & ueritatis & institutionis uitæ, quam tenuit in corpore nostro, nulla nos unquam tenebit obliuio, etiam si fortasse quomodocũq; peruenerimus ad altissimam, supernamq; ipsius sermonis, & filij dei contemplationem. Hunc dei sermonem cœlestes exercitus omnes sequuntur, sermonem sequentes ducem, & imitãtes eum in omnibus. Idq; tum maxime, cum non secus ac ipse, inscendunt equos albos, omnia enim aperta sunt intelligentibus. Et quemadmodum fugit dolor & mœror, & suspirium in fine rerum, sic arbitror fugere etiam obscuritatẽ, & dubitationẽ, omnibus sapientiæ dei mysterijs diligenter, & manifestè in apertum productis. Considera uerò albos equos eorũ, qui sequuntur sermonem, indutos albo, & puro byssо & cõsidera, num quia byssus è terra oritur, byssina indumenta significent proprietates linguarum, quæ sunt in terra, quibus indutæ sunt uoces, res apertè, & purè significantes: hęc autem sumpta ex Apocalypsi, quæ docet nos qualis sit dei sermo, prolixius tractauimus, ut accuratius, & subtilius, quæ ad ipsum sermonem spectant, considaremus.

Hic erat in principio apud Deum.

Ioan.1

1 IS qui accuratè non attendunt diuersas in his, quę enunciantur, propositiones, uidebit Euãgelista eadem repetere, ac sic nihil plus diceret his uerbis: Hic erat in principio apud deũ, ꝙ illis: & ille sermo erat apud deũ. Sed obseruemus necesse est, nos quando dicimus, ille sermo erat apud deũ, nõ addiscere quando erat, uel in quo erat apud deum, iuxta quartum pronunciatũ additum. (Nam quatuor cũ sint in hoc loco ἀξιώματα, hoc est pronunciata, quæ aliqui προτάσεις, hoc est propositiones appellant, pronunciatũ quartum est. Hic erat in principio apud deum.) Insuper hæc propositio: ille sermo erat apud deum, non idem est cum illa, quæ inquit: Hic erat nõ simpliciter apud deũ, sed quando erat apud deum, scilicet, Hic erat in principio apud deum, quin etiam illud, hic, per demonstrationem existimabitur positum fuisse, uel de sermone, uel de Deo, ab eo, qui minus diligenter inuestigauerit, ut etiam inueniat comprehensionem priorum, & comprehensionem considerationis huius uocis sermo, & huius uocis Deus, factam in pronomine hic: ut hæc demonstratio in unum ea congreget, quæ consideratione sunt diuersa, neq; enim dum consideramus Deum, consideramus sermonem, neque dum consideramus sermonem, consideramus deum. Fortassis autem summa est, & collectio trium propositionum in unam hanc: Hic erat in principio apud Deum, quatenus enim in principio erat sermo, non didiceramus, quòd apud Deum. Quatenus uerò apud Deum sermo ille erat, non agnoueramus apertè, quòd in principio apud Deum erat: quatenus autem, Deus ille sermo erat, neq; declarabatur ipsum in principio esse, neque quòd apud Deum erat. Quòd si dicente Euangelista, hic erat in principio apud Deum, sub pronomine demonstratiuo, hic, intelligatur, & sermo, & Deus, & particula, in principio, sic coniungatur, addaturq; etiam, apud Deum, nihil omittitur eorum, quæ sunt in tribus propositionibus, quod summatim non comprehendatur redactis tribus propositionibus in unum. Vide uerò an fieri possit, ut etiam duas res dicamus, quia bis dicatur, in principio, alteram quidem, ꝙ in principio erat ille sermo, quasi & iam ex se esset, & non omnino apud aliquem, alteram uerò, quòd in principio apud Deum erat. Meumq; est iudicium, absq; mendacio dici posse de eo, quòd & in principio erat, & in principio apud Deum, neque apud Deum solùm existens, quoniam in principio erat, neque in principio solum existens, & non apud Deum existens, quoniam hic erat in principio apud Deum.

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

N VNQVAM principem locum habet particula Per quẽ, sed semper secũdũ: ueluti in epistola ad Romanos, Paulus seruus inquit Iesu Christi, uocatus ad munus apostolicum, segregatus in Euangeliũ dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui genitus fuit ex semine Dauid secundum carnẽ: qui declaratus fuit filius dei cum potentia secundũ spiritũ sanctificationis ex eo ꝙ resurrexit è mortuis Iesus Christus dñs noster, per quẽ accepimus gratiam, & apostolici muneris functionẽ, ut obediatur fidei inter oẽs gentes super ipsius nomine, Deus em euangeliũ suum prænunciauerat per prophetas, subministrantib. prophetis, & habentibus sermonẽ illius, cui cõpetit per quem. & rursum, Deus dedit gratiã, & apostolici muneris functionẽ Paulo, & reliquis, ut obediant fidei oẽs gentes. Et dedit per Christum seruatorẽ, habentẽ particulam, per quem. Et in epistola ad Hebræos ipse Paulus inquit: In nouissimis diebus loquutus est nobis in filio, quem posuit hæredem omniũ, per quem fecit & secula, docẽs nos deum secula fecisse per filiũ. Vnigenito habente particulã διοῦ, id est per quẽ, dum secula fierent. Sic igitur hoc etiã in loco, si omnia per sermonẽ facta fuerunt, non à sermone facta fuerunt, sed ab eo, qui ipso sermone maior est, quem quis alium dixerit, ꝙ patrem ipsum? Quærendũ est & illud, an ipse etiam spiritus sanctus per ipsum sit factus. Verũ cum sit, omnia per sermonẽ facta fuisse, ac meo quidem iudicio, siquis dicat factũ esse spiritũ sanctum, & admittat omnia per sermonem facta fuisse, is etiam fateatur necesse est, spiritum ipsum à sermone factum, nimirum sermone ipso antiquiore existente ipso spiritu. Qui uerò noluerit spiritũ sanctũ per Christum fuisse factum, sequitur, ut is uera credens, quæ in hoc Euangelio sunt scripta, spiritum ipsum ingenitũ asserat. Ad hæc quæramus oportet & illa in hoc dictum. Omnia per ipsum facta sunt, quia sermo intellectione animi alius est à uita, & quod factum est in sermone uita erat, et uita erat lux hominũ, an ut omnia per ipsum facta sunt, sic etiã uita per ipsum facta sit, quæ est lux hominũ, & aliæ seruatoris intellectiones: an omnia per ipsum facta fuisse, intelligere opus sit, detractis his, quæ in ipso sunt, ꝙd mihi melius esse uidetur. Vt enim cõcedatur ipsum fecisse omnia, eò ꝙ uita (quæ est lux hominum) facta fuerit, quid dicendum de sapientia, quæ ante ipsum sermonẽ consideratur? Nam profectò per sermonẽ factum non est, quod excellit sermonẽ. Quare omnia per sermonẽ deum facta sunt, præter ea, quę considerantur in Christo, quia pater fecerit ea in sapientia, omnia enim inquit in sapientia fecisti, non per sapientiã fecisti. Videamus etiam quam ob rem dictũ sit: Et sine ipso factum est nihil, (etiam si quibusdam uideatur superfluũ esse illud, sine ipso factum est nihil,) quod subiũgitur his uerbis, omia per ipsum facta sunt. Si omne & quicquid dixeris per sermonẽ factum fuit, nihil sine sermone factum fuit, tamen non sequitur, si sine sermone non factũ est aliquid, omnia per sermonem facta fuisse. Nam fieri potest, ut cum nihil sine sermone factum fuerit, non tamen omnia per sermonẽ facta sint, sed aliqua solùm ab ipso facta fuerint. Proinde intelligamus necesse est, quonam pacto accipere debeamus uocabulum, omnia, & quomodo uocabulũ, nihil. Fieri enim potest, ni explanauerimus utrasq; dictiones, si omia per sermonẽ facta sunt, & appellatione omnium comprehendatur & uitium, & omnis fusio peccati, & omia praua, ut intelligamus etiam hæc per sermonẽ facta fuisse, quòd est falsum: creaturas enim per sermonem factas fuisse nihil est absurdi: atq; etiam beatos uiros omnia præclarè facta, & egregia facinora per sermonẽ peregisse, nobis necessariũ est intelligere, nõ item uerò lapsus, & peccata. Exposuerunt igitur quidam, propterea quòd non subsistat uitium, (neq; em fuit ab initio, ac ne in seculum quidẽ futurum est) ea nihil esse. Et quemadmodum gentiles quidã genera, & species, ueluti animal, & hominẽ nihil esse dicunt, ita hi arbitrati sunt esse omẽ illud, quod nec à deo, nec per sermonẽ sumpserit apparentẽ subsistentiã. Et adnotamus num è scripturis possunt hæc accuratissimè ostendi. Quantũ igitur attinet ad significata huius uoculæ, nihil, & uoculæ, non ens, Synonyma uidebuntur esse, cũ non ens dicatur nihil, & nihil nõ ens. Itaq; uidetur Apostolus non entia dicere, non quæ omnino nequaquam sunt, sed ea, quæ sunt praua, existimans praua non existere, quæ enim non erant, inquit, deus uelut entia uocauit. Quin Mardochæus etiam in libro Esther iuxta septuaginta, non existentes uocat inimicos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esther 14 inimicos Israel dicens: Ne tradideris sceptrum tuum dñe non existentibus. Possumus etiam adiungere, quō propter uitiū mali appellentur nō existentes, ex dei nomine, ꝗd Exod. 3 scriptum est in Exodo: Dixit em̄ dñs ad Mosen: Existēs hoc mihi est nomē. Bonus de us hæc loquit̄ iudicio nostro, qui gloriamur esse de Ecclesia, quem glorificās seruator dicit. Nemo bonus nisi solus deus, nempe ille pater. Igitur bonus idem est cū existēte; Cum uerò malum aut prauum contrariū sit bono, & contrariū existenti sit non existēs, sequitur malum, & prauum esse non existens. Et fortassis hac ratione adducti fuerunt, qui dicunt diabolum nō esse dei opificiū, in quantū enim diabolus est, non est dei opificium, in quantū uerò illi cōtigit, diabolo esse, factus cum sit (cū nihil creatum sit extra deum nostrum) dei est opificium, non auferentes, ipsum à deo factum fuisse, in quantum homo est. Nanꝙ ponentes etiam nos, eum esse sumpsisse à deo, in quantum homo est, non ponimus hoc eum sumpsisse, in quantum est interfector. Itaꝙ omnes participantes ens (participāt autem sancti) meritò erunt existentes, qui uerò diffugiunt entis participationē, eò quòd priuati sint ente, facti fuerunt non existentes. Diximus autem superius ens, & nihil, synonyma, & uniuoca esse: & hanc ob causam, qui nō sunt, nihil esse, & omne uitium etiam nihil esse, quoniam est, non ens: & nihil uocatum, sine sermone factum fuisse, non connumeratum cum uocula hac omnibus. Atꝙ nos quidem pro uiribus ostendimus, quæ sint omnia facta per sermonem, & quid sit sine ipso quidem factum, nunquam autem existens, & hanc ob causam nihil uocatum. Sed arbitror Heracleonem, qui dicitur esse familiaris Valentini, enarrantem hoc dictum, omnia per ipsum facta sunt, coactè, & nullo teste adhibito excepisse mundum, & quæ in ipso sunt, à uocabulo, omnia, excludentem, quantum ad positionem suam, mundum, & quæ in ipso sunt, per sermonē enim inquit, non insignia, non seculum, non quæ in seculo sunt, facta fuere, existimans illa ante sermonem fuisse. Impudentius insuper instans ad illud,
Deut. 4 sine eo factum est nihil (neꝙ ueritus illud: ne addideris sermonibus eius, ne te redarguat, & mendax sis) illi nihil addit eorum, quæ in mundo sunt, & in hac conditione. Et quoniam apertum est dicta ipsius ualde coacta esse, prętereꝙ euidentiam pronuntia (si quæ ipse diuina opinatur, excluduntur à uoce omniū, quæ uerò sunt opinione sua omnino corruptibilia proprie dicunt̄ omnia) nō immorandū nobis est in his cōfutandis, quæ ex se absurditatē præseferunt. Quale est illud etiam quod scriptura dicente, Et sine ipso factum est nihil, ipse addit sine auctoritate scripturæ, nihil eorum, quæ sunt in mundo, & creatione, quod neꝙ cum probabilitate pronunciat, sed dignū se putat, cui nō secus atꝙ prophetis, uel apostolis credatur, qui cū auctoritate, & inculpate reliquerunt suis similibus, ac posteris suis salutaria scripta. Iam uerò, & hoc dictū, omnia per ipsum facta sunt, priuatim, atꝙ secus, quàm alij, exposuit dicens: sermonem eum esse, qui causam præbuerit generationis mundi opifici, nec tamen sermoni competere particulam à quo, uel ex quo, sed per quem, exponens id, quod scriptum est, phrasim esse consuetā, sed si rerum ueritas erat, ut ipse putat, scriptum fuisse oportuit, omnia per opificem facta fuisse à sermone, non uice uersa per sermonem ab opifice. Et nos quidem cum usi sumus uocula, per quem, perinde atꝙ facit consuetudo, non sine teste expositionem dimisimus. At uerò ille prætерquam ꝙ suam opinionem è diuinis scripturis nō confirmat, uidetur & suspicatus fuisse ueritatem, & impudenter illi aduersatus, dicens: non enim faciebat ipse sermo tanquam ab alio operante (ut sic intelligeret̄ uocula per quem) sed ipso operante alius faciebat. Cæterùm nō præsentis est temporis probare ꝙ mundi opifex, & fabricator fecerit mundū, non factus minister sermonis, et ostendere, quòd sermo, ut minister opificis mundum condiderit. Iuxta Dauid enim propheta, Deus dixit & facta sunt, mandauit, & creata sunt, mandauit enim ingenitus deus primogenito omnis creaturæ, & creata sunt, non solùm mūdus, & quæ sunt in illo, uerùm
Col. 1 etiam reliqua omnia. Siue throni, siue dominationes, siue potestates, omnia enim per illum, & in illum creata sunt, & ipse est ante omnia. Ad hæc in hoc dictū, & sine ipso factum est nihil, nō intacta sinenda est oratio de uitio, quamuis enim admodum dissentanea atꝙ absimilis esse uideatur, ego nihil fermè facile contēnendum esse censeo. Quærendum enim est, an etiā uitium per λόγῳ, id est rationē factum sit, sumēdo nunc λόγῳ, id est rationem attentè, & diligenter pro eo λόγῳ, qui est in unoquoque, quoniam & ipse

ipse ingenitus est singulis ab eo λόγῳ, qui erat in principio. Inqt igit̄ Apostolus, sine le Rom. 7
ge peccatum est mortuum, & addit, ueniente autem mandato peccatū reuixit, uniuer
se docēs de peccato, ꝙ peccatū ipsum nullam habeat operationem, anteꝙ ueniat lex,
& mandatum. Proinde cum λόγος, id est ratio, sit aliquo modo lex, & mandatum, & nō
sit peccatum non existente lege (peccatum enim non imputatur, cum non sit lex) etiā
rursus non erit peccatum, si non sit ratio. Nam si non uenissem, inquit, & loquutus eis
fuissem, peccatum non haberent. Auferē enim prætextus omnis ab eo, qui uoluerit se
de peccato defendere, quoniā sermoni, & rationi in se existenti, ostēdentiꝙ quid agē
dum, non paruerit. Vnde omnia, uel fortasse etiam ipsa deteriora facta sunt per ratio
nem, & sine ipso (exponentibus nobis simplicius uoculam nihil) factum est nihil. Nec
rationi omnino uitio uertendum est, si omnia per ipsam facta sint, & sine ipsa factū sit
nihil: quemadmodum neꝙ magistro uitio uertēdum est, qui discenti necessaria ostenderit, cum propter huius disciplinas nullus defensionis peccāti relinquitur locus, perinde quasi ignorauerit, idꝙ præsertim, si cōsiderauerimus magistrum à discēte inseparabilē: ueluti enim magister inseparabilis est à discente, sic ratio in unoquoꝙ, qui ratio
nis est compos, naturaliter existens: semper agenda suggerēs, etiam si non obediamus illius præceptis, permittentes nos ipsos uoluptatibus, & prętermittētes optima illius consilia. Vt autem oculo nobis ad bona ministro dato etiam abutimur in his, quæ honestè non uidemus, perinde atꝙ in auditu facimus, cum præbemus nos ipsos attentos audiendis cāticis, quæ nos condemnant, auditionibusꝙ nobis uetitis, sic contumeliam inferentes rationi, quæ in nobis inest, nec ubi oportet, illa utentes, per ipsam transgredimur legem, quæ peccantibus inest ad iudicium. Et idcirco eum iudicans, qui ipsam omnibus non prætulerit. Vnde etiam inquit: Sermo, quē loquutus sum, ipse con- Ioan. 12
demnabit uos, perinde quasi diceret, ego ille λόγος, ille in uobis insonans, ipse uos con
demnabo, cum nullum omnino uobis locum reliquerim à ratione alienum. Verum
coactior uidebitur esse hæc intelligentia, exponētibus nobis alium λογῳ in principio
existentem λόγῳ apud deum, deum λόγῳ, alium autem ipsum considerantibus, quia
nō solum de præcipuis opificijs omnia per ipsum facta fuisse dici, diximus, uerū etiam
de omnibus, quæ fiunt ab his, qui λόγου, & rationis sunt compotes, sine quo λόγῳ, id
est ratione nihil peccamus. Insuper quærendum etiam est, an is λόγος, qui in nobis est,
idem sit cum eo, qui est in principio, & qui est apud deum, & deus λόγος, præsertim
quoniam tanquam hoc λόγῳ altero non existente, ab eo λόγῳ, qui est in principio
apud deum, uideatur Apostolus illud docere. Ne dixeris in corde tuo, quis ascēdet in Rom. 10
cœlum: hoc est Christum deducere, uel quis descendet in abyssum, hoc est Christum
ex mortuis reducere. Sed quid dicitur scripturæ? propè te uerbum est, ualde in ore Deut. 30
tuo, & in corde tuo.

TOMVS TERTIVS.

Quod factum est in ipso uita erat, & uita illa erat lux hominum.

QVAEDAM sunt apud gentiles dogmata (Paradoxa quæ uocant) sapienti suo tribuentia quamplurima, cum quadam demonstratione, uel apparenti demonstratione. Iuxta quæ inquiunt, solum, & omnem sapientem esse sacerdotem: eò quòd solus sapiens cultus diuini sapientiam teneat: solum etiam, & omnem sapientem inquiunt esse liberum: tāquam qui acceperit libertatem ex animi sui sententia, operandi à lege diuina, libertatē etiam diffinientes legitimam permissionem. Et quid opus est nos nunc dicere de his, quæ paradoxa appellantur, cum multum operæ insumatur in eis, & ea, quæ ab ipsis enunciantur iuxta paradoxa collatione egeant cum uoluntate scripturæ, ut in quibus cultus diuini ratio concordet, & in quibus contrariū uelit, his, quæ ab illis dicūtur, ostendere possimus? Horum autem mentio facta est, inquirentibus illud: quod factum est in ipso uita erat, propterea quod possit aliquis scripturam sequens, cōplura huiusmodi ostendere, quæ formā ueluti habeant paradoxorum: quæꝙ etiam (si quid, quod magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit paradoxon, opus est dicere) magis sint paradoxa, quàm quæ ab illis dicuntur. Nam si cõsiderauerimus λόγον, id est rationẽ, & filium Dei in principio existẽtem: rationem apud Deum, & rationem deum, fortassis eum solum, qui huius particeps sit, in quantum est talis, rationis capacem dicere poterimus: Adeò ut enunciemus solum sanctum rationis capacem esse. Rursum si intellexerimus factam in sermone uitam (iuxta eum, qui dicit: ego sum uita) dicturi sumus neminẽ extra Christi fidẽ uiuere, sed omnes mortuos esse, qui deo nõ uiuãt, & q̃ uiuere ipsorum, sit uiuere peccato, & idcirco (ut ita dicam) Viuere ipsorum ad mortẽ pertineat. Inspice uerò, an nõ hoc frequenter proponant diuinæ scripturæ, alicubi Seruatore dicente, an non legistis, q̃d dictum
Exod.3 est in Rubo: Ego deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob, nõ est deus mortuorũ, sed
Psal.142 uiuentium: &, non iustificabit in conspectu tuo omnis uiuens. Cæterũ quid dicere opus est de ipso deo, uel Seruatore? Ambigit̃ em̃ utrius sit uox illa, quæ apud prophetas dicit, uiuo ego, dicit dominus. Ac principio quidem uideamus illud, non est Deus mortuorũ, sed uiuentium. Quod perinde ualet atq; illud, non est peccatorum Deus, sed sanctorum deus. Magnum enim patriarcharũ munus, deum uice sui nominis illorum nomenclaturam applicuisse suæ propriæ appellationi Dei: quemadmodũ etiam
Hebr.11 Paulus inquit, propter quod non erubescit Deus, uocari deus ipsorum. Itaq; Deus est patrum, & omnium sanctorum: nec alibi scriptum reperias, deum esse alicuius impio rum deum. Si ergo deus sanctorum est, & deus uiuentiũ esse dicitur, sancti sunt uiuentes, & uiuentes sancti. Quippe cum sanctus non sit extra uiuentes, nec aliquis iam sit uiuens, qui cum ipsa uita non etiam hoc habeat, ut sit sanctus. Idem ferè de eo sentiendum est, quod ait: Hilariter affectus ero erga dominum in regione uiuentium: Perinde ac si dixisset in ordine sanctorũ, uel in loco sanctorũ, nempe animi hilaritate ꝓpriẽ, uel in ordine, uel in loco sanctorũ existente, & perinde quasi nullus eam plenè litpossessurus, qui uel ad ordinẽ sanctorum, uel ad locum sanctorũ non peruenerit: ad quem accedat oportet, quisquis hac in uita perceperit umbram ueluti, & imaginem uerę hilaritatis. Quin illud, non iustificabunt̃ coram deo uiuentia omnia, declarat neminem, quantumlibet beatum, si cum deo, ac iustitia ipsius conferatur, iustificari, ueluti si tale quiddam altero exemplo diceremus, non splendebit lucerna ulla coram sole, splendebit q̃dem omnis lucerna, sed tum, cum radiorũ solis splẽdore non illustrat̃. Iustificabit̃ etiam omnis uiuens, at uerò nõ coram deo iustificabit̃, quãdo cum illis comparat̃, qui infernè habitant, quiq; tenebris detinent̃, apud quos lucebit illorum lux. Et uide num
Matt.5 hac ratione intelligendum sit etiam illud, quod est in Euangelio: Luceat lux uestra coram deo, alioqui præceptum daturus hominibus, nõ enim dixit, luceat lux uestra coram deo, alioqui præceptum daturus impossibile, si hoc præcepisset, perinde ac si lucernis animatis præcepisset, uti lux ipsorum coram sole luceret. Quamobrem non modò uulgus uiuentium non iustificabitur coram deo, sed nec etiam hi, qui ceu inter uiuentes inferioribus præstãt, quodq; magis etiam est, omnium uiuentium in unũ collecta iustitia, comparatione dei, nõ iustificabit̃, perinde ac si luminibus, quæ super terrã sunt, nocturnis in unũ collectis, discerem ego, fieri nõ posse, uti splendorẽ afferant, splendorum huius solis cõparatione:
Num.14 Per repetitionem uerò eorum, quæ diximus, considerãdum etiam illud est: Viuo ego dicit dominus, cum proprium uiuere (præcipue ex his, quæ de uiuendo disseruimus) penes solum sit Deum. Et uide num ob hoc possit Apostolus in hyperbolen usq; cõderata Dei uitæ excellentia, & ut dignum est deo, intelligens illud, uiuo ego dicit dominus, de deo dixisse: qui solus habet immortalitatẽ, nullo uiuente præter deũ, immutabilem, inalterabilem diuinitatẽ habentem, & quid ambigimus de cæteris, quãdo ne
Heb.2 Christus quidem patris habuerit immortalitatẽ? Nam pro quocunq; mortẽ gustauit. Cum uerò inquiramus de his, quæ ad deum uiuẽtem pertinẽt, & de uita, quæ est Christus, deq; uiuẽtibus, q̃ sunt in sua regione, atq; de uiuentibus etiã his, q̃ coram deo non iustificant̃, cõsequenter his apponentes, qui solus habet immortalitatem, pariter etiã assumemus, quę subintelligunt̃, nempe q̃ omne quicquid dixeris rationis capax, non habeat substãtialiter (ceu inseparabile accidens) beatitudinẽ. Nam si inseparabilẽ habeat beatitudinem, & prę̃cipuã uitã, quomodo uerũ erit illud, quod de deo dicit̃, q̃ solus habet immortalitatem? Sciendum est attamen Seruatorẽ non esse sibi ipsi aliqua, sed alijs

sed alijs, aliqua uerò & ipsi, & alijs. Insuper quærendum est, an aliqua ipse habeat, quæ nullus alius. Namq; palam alijs est pastor: non more pastorũ, qui hominibus præsunt, utilitatem ad se trahens, eò quòd pascat, nisi fortè eorum, qui pascantur, utilitatem, benignitatis causa propriam esse reputet. Quin etiã uia est, alijs similiter etiam ostium, iam etiam in confesso est, quòd sit etiam uirga: sibi uerò ipsi, & alijs sapientia, fortassis etiam λόγος, id est ratio. Quærendum est insuper, num ex ea multitudine speculationũ, quæ sunt in ipso, in quantum sapientia est, sint aliquæ speculationes apud ipsum, quas reliqua natura generata percipere nequeat, quarumq; sibi ipsi scientiam reseruet. Nec inexaminata relinquenda est oratio de spiritu sancto ob timorẽ, nam quòd etiam ipse ab illo edoceat̃, liquet, ex eo quòd de paracleto, & spiritu sancto dicit̃, de meo accipiet, & annunciabit uobis: sed diligentius inquirendũ est, an cum docetur, omnia capiat, quæ defixis in patrem oculis à principio existens filius agnouit. Si ergo Seruator aliqua quidem est alijs, aliqua uerò forsitan sibi ipsi, eaq; uel nulli, uel uni, uel paucis, examinandum est, utrum Seruator, quatenus est uita illa, quæ facta est in sermone, sibi ipsi, & alijs sit uita, an alijs, & si alijs, quibus alijs. Quam ob rem si uita, & lux hominũ idem sunt, (inquit enim, quod factum est, in ipso uita erat: & uita illa erat lux hominũ.) Et lux hominum, aliquorum est lux, & hæc non omniũ, qui rationis sint capaces, propterea quòd addita sit uocula, hominum, sed hominum est lux, uita erit etiã uita hominum, quorũ etiam lux est. Et in quantum est uita, dici potest Seruator non sibi ipsi, sed alijs uita, quorum est etiam lux. Hæc sanè uita in λόγῳ, hoc est in dei filio fit, insęparabilis ab ipso existens, simulatq; facta fuerit: præexistat enim λόγος, id est sermo, siue ratio in anima oportet, qui ipsam expurget, ut post hunc, & ab ipso prouenientẽ purgationem omni prorsus ablata mortificatione, & infirmitate, pura, sinceraq; uita ingeneretur apud omnem, qui fecerit seipsum capacem sermonis, in quantum deus est. Cæterũ duo singulatim obseruanda sunt, differentiaq; eorum accuratè examinanda, primum quidem λόγος, id est, sermo est in principio, deinde quod uita in sermone. Sed sermo quidem in principio non est factus. Nec enim fuit, quando principium fuerit absq; sermone, & ratione, quã ob causam dicitur: In principio sermo erat. At uero uita in λόγῳ, id est, sermone non erat, sed facta est (quandoquidẽ uita est lux hominum) cum enim homo nondum esset, neq; lux hominum erat: considerata luce hominũ, iuxta relationem ad homines. Cæterum nemo nos urgeat ratus nos hæc temporaliter enũtiare, ordine exigente, primum, & secundum, & quæ deinceps, etiam si tempus non inueniatur, quando ternarius numerus, aut quartus haud quaquam à sermone substrati erant. Vt igitur omnia per ipsum facta sunt, non omnia per ipsum erant, & sine ipso factum est nihil, non sine ipso erat nihil, sic quod factum est in ipso (non quod erat in ipso) uita erat. Et rursus nõ q̃d factũ est in principio sermo erat, sed quod erat in principio, sermo erat. Quædã tamen exẽplaria, & fortassis non improbabiliter habent: quod factũ est in ipso uita est, q̃ si uita idẽ est cum luce hominũ, nullus qui sit in tenebris uiuit, nec ullus uiuentium est in tenebris, cum omnis, qui uiuit, is etiam sit in luce, & omnis, qui sit in luce, is etiã uiuat, adeò ut solus, & omnis uiuens sit lucis filius: filius autẽ lucis, cuius luceant opera coràm hominibus. Rursus, quoniã ex his, quæ disseruimus, de cõtrarijs, intelligi possunt contraria prætermissa, dissert̃ aũt de uita, & luce hominum, contrarium autem uitæ mors est, & contrarium luci hominũ, tenebræ hominũ, uidere est, quòd qui in tenebris existat hominum, is etiam sit in morte, & quæ mortis sunt agens, non alibi sit quàm in tenebris. At qui memor est Dei (si considerauerimus, quid sit memorem esse Dei) non est in morte iuxta illud, quod dicitur: nihil rei cum morte habet, qui memor est tui. An uero tenebræ hominũ, & mors, natura talia sint, nec ne, alterius est considerationis. Nos eramus aliquãdo tenebrę, nunc autem lux in domino, etiam si sancti, spirituales esq; iam aliquo maxime pacto simus. Quisq; fuit aliquãdo tenebræ factus est perinde atq; Paulus, tenebræ cum esset, capax & aptus, ut fieret lux in domino. Haud uerò scio, an iuxta opinionem eorum, qui naturas rentur spirituales, ueluti Paulũ, ac sanctos Apostolos, cõsistat, spirituale esse aliquãdo tenebras, ipsumq; postea lucẽ fieri: nam si spiritualis tenebrę quãdoq; fuit, terrestris qualis? Quod si uerũ est, tenebras factas fuisse lucẽ, quęnã priuata electio est, cur nõ oẽs tenebræ lux fieri quę̃ãt?

Nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nisi enim de Paulo dictum fuisset, eramus aliquādo in tenebris, nunc aūt lucidi cū domino, locum utiq; habuisset opinio de naturis in illis, quos arbitrantur esse naturæ deperditæ, quoniā tenebrę fuerant, uel tenebræ sunt. Nunc aūt Paulus inquit se aliquando tenebras fuisse, nuncq; esse lucem in domino, quasi in lucem tenebræ transire possint. Haud aūt difficile est cernentem uniuscuiusq; contingentem mutationem in melius, uel in peius, diligenter perspicere ex his, quę diximus, quæ ad omnes tenebras hominum, & quæ ad hanc mortem in tenebris hominum existentem pertinēr. Cæterum ualde coactè ad hunc contextum ueniens Heracleon, quòd factū est in ipso, uita erat, in ipso interpretatus est, in hominibus spiritualibus: quasi sermonem, & spirituales idem esse arbitratus fuerit. Et si non apertè id dixerit, at ueluti causam reddens inquit: Ipsam enim primam formationem, quoad ortum attinet, ipsis præbuit, ab alio præmissa in formam, & illuminationem, & delineationem propriam ducens, & ostendēs. Non obseruauit autem Paulum de spiritualibus loquentem eos homines esse, reticu-
1. Cor. 2 isse: animalis enim inquit homo non recipit, quæ sunt spiritus. Sultitia enim est illi: at spiritualis omnia dijudicat, Nos enim dicimus non ab re nomen hominis à Paulo prætermissum, cum spiritualē diceret, eò quòd præstantius quiddam spiritualis sit, quàm homo: nempe homine, uel in anima, uel in corpore, uel in utrisq; formam accipiente: non ita uerò in spiritu, his longe diuiniore: secundum cuius participationē prævalentem est spiritualis. Præterea uerò quæ ad talem opinionem spectant, uel sine apparenti demonstratione enunciat, ne mediocrem quidem persuasionem attingere ualens, disserendo de hisce rebus. Sed de illo hactenus. Agè uerò inquiramus etiam nos hoc, scilicet num uita erat hominum tantum lux, & non potius cuiusuis in beatitudine existentis. Nam si uita & lux hominum idem sunt, & hominum tantum sit Christi lux, hominum tantum etiam uita erit: hoc autem suspicari æquè stultum est, atque impium, refragantibus aliis scripturis huic intelligentiæ: siquidem quando proficiemus, erimus tanquam pares angelis. Sed sic soluendum est dubium. Siquid aliquorum esse dicatur, non continuò illud ad eos solos, de quibus id dicitur, pertinere. Sic igitur non si uita lux hominum dicitur, hominum tantum est lux. Poterat enim addi, uita erat hominum tantum lux, fieri enim potest ut lux hominum, aliorum quoq;, præterquàm hominum sit lux perinde atq; cum animalia quædam, & plantæ hominibus suppeditāt, unde alantur, tamen alia quoque præter homines alere possunt. Hoc autem exemplum ex consuetudine sumptum est. Verum enimuero dignum est, ut è scripturis Dei spiritu proditis, simile conferamus. Proinde hoc in loco inquirimus, num quicquam prohibeat, lucem hominum esse etiam lucem aliorum: dicentes non quia dicatur lux hominum continuò excludi alios ipsis etiam hominibus præstātiores, ne perinde sint lux, atq; homines. Nam cum sit scriptum, Deum esse Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob, qui uoluerit, quia dictum sit, uita erat lux hominum, lucem ad nullum alium, præterquàm ad homines pertinere, existimet oportet is pari modo, Deum nullius alterius Deum esse, nisi tātum horum trium patrum. Verum Solis profectò etiam est Deus. Et ut inquit Iudith, patris sui Simeon, atq; etiam Hebræorū est Deus. Quamobrem si nihil prohibet, Deum aliorum quoq; esse Deum, eodem modo nihil prohibeat oportet, lucem hominum esse etiam aliorum, præterquàm hominum lucem. Porrò alius quispiam etiam testimonio illo utens, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, hominem esse dicit, quicquid ad imaginem Dei sit factum, innumeris hac in re utens exemplis, nihil referre scripturæ, hominem dicat, an angelum, de eodem enim subiecto alicubi poni angeli, & hominis uocabulum, quemadmodū in tribus illis, qui apud Abraham hospitio fuere excepti, & in duobus, qui Sodomis fuerunt, & in tota scripturæ serie, aliquando quidem angeli, aliquando uerò homines esse dicuntur. Quin etiā, qui hoc existimat, dicet, quòd ut homines uocati sunt angeli, apud eos, quos palam cernere est esse homines, quemadmodū Zacharias dicens, angelus Dei, ego uobiscum sum dicit dominus omnipotens, & Ioannes, de quo scriptū
Malach. 3 est. Ecce ego mitto angelū meum ante faciem tuam, sic etiam qui Dei sint angeli, hoc uocabulo nuncupati propter officiū, qui non fuere uocati homines propter naturā. Prę terea magis etiā hoc corroborabit, quoniā nomina in uirtutibus præstantioribus non natu-

naturarum animaliū sunt nomina, sed ordinum, quos hæc & hæc, rationis compos natura sortita sit à Deo, thronos enim non species animalis est, neq; principatus, neq; dominatio, neq; potestas species sunt animalis, sed rerū nomina, in quibus ordinati sunt, qui sic appellantur, quorum subiectum nihil aliud sit, quàm homo, cui subiecto contingat esse uel throno, uel dominationi, uel principatui, uel potestati. Et in Iesu Naue ponit illud: Visus est Iesu ipsi homo in Hiericho, qui inquit, ego sum princeps exerci Iosuæ 5 tus potentiæ domini, nunc accessi. Secundum hoc ergo, ut æque ualens, interpretabitur lucem hominum, lucem etiam esse cuiuslibet, qui rationis sit compos, quippe quia sit homo, ad imaginem, & similitudinem dei. Sanè lux ipsa trifariam nominatur. Lux hominum, & simpliciter lux, & lux uera. Atq; lux quidem est hominum, uel ut ante ostensum est, nullo prohibente eam intelligere lucem etiam aliorum præter hominum esse, uel omnium, qui rationis sunt compotes, quicq; homines uocantur, quia facti sint ad imaginem, & similitudinē Dei. Quia uerò lucem simpliciter hoc in loco Seruator, in ipsius uerò Ioannis catholica epistola, Deus lux esse dicit, alius quidē existimat etiā hinc colligi, patrem à filio substantia non differre, qui uerò, & diligentius obseruarit, & rectius loquutus fuerit, dicet: non idem esse lux, quæ in tenebris luceat ab illis non apprehensa, & lux, in qua haud quaquam sint tenebræ. Siquidem ea lux, quæ in tenebris lucet, tanc̄ superuenit tenebris. Cumq; ab ipsis persequutionem patitur, & ut ita dicam, insidijs petitur, non comprehēditur. At lux, in qua nullæ sunt tenebræ, neq; lucet in tenebris, neq; principio ab ipsis persequutionem patitur, ut ceu uincens publicè declaretur, quòd ab ipsis persequentibus non sit apprehensa. Tertio dicitur hæc lux, lux uera, qua ratione pater ueritatis, Deus amplior, & maior est, quàm ueritas, & pater cum sit sapientiæ, præstantior est ipsa sapientia, hac etiam ratione excellit eum, qui est lux uera. Apertius autem patrem, & filium duas existere luces per hæc, à Dauide scimus psalmo quinto & trigesimo, dicēte: In lumine tuo uidebimus lumen. Eadem sanè lux hominū in tenebris lucens, lux uera, in sequētibus Euāgelij lux esse mundi dicitur, dicente Iesu. Ego sum lux mūdi. Quare neq; hoc sinamus nō animaduersum, cur cū potuisset scribere, quod factū est in ipso lux erat hominū, & lux hominum uita erat, cōtrarium fecerit, prępones uitam luci hominū: quamuis idem sit uita, & lux hominum, & dicendum quòd in his, qui participes sunt uitæ, quæ est lux hominum, primùm nobis occurrat ipsos uiuere uita beata, & antea dicta, deinde eos illustrari, supponatur enim, uiuere oportet, ut uiuens illuminatus fiat. Nec consequens fuisse illuminari eum, qui nondū intellectus fuisset uiuere, & superinduci illuminationi ipsum uiuere. Quamuis enim idem sit uita, & lux hominum, cōsiderationes tamen secundum aliud, & aliud sumuntur. Hæc itaq; lux hominum dicitur etiam lux gentium apud prophetam Esaiam, iuxta illud: Ecce posui te in testamentum generis in lucem gentium: & huic luci confi Esa. 42 sus Dauid in sexto, & uigesimo psalmo inqt. Dominus illuminatio mea, & salus mea, Psal. 2 quem timebo? Sanè ad eos qui fingunt fabulosum de seculis in coniugationibus commentum, & existimant à mēte, & ueritate sermonem, uitamq; iam ante emissos, & productos fuisse, haud absurdū est talia mouere dubia. Quomodo enim uita sermonis, ut ipsi tradunt, coniunx esse sumit in marito? Quod factum est enim inquit in ipso (scilicet prædicto sermone) uita erat. Dicant ergo nobis, quomodo coniunx sermonis uita facta sit in sermone, & quomodo ipsa uita potius quàm sermo lux sit hominum. Verum enimuero probabile est, ut uiri meliore mente prædíti, qui quæstionibus permouentur, dubitatione hac perculsi, ex aduerso nos interrogent, urgeantq;, ni inuenerimus causam, per quam sermo non sit dictus lux hominum, sed uita quæ facta est in sermone ipso: quibus talia respondebimus. Vitam hoc in loco non eam intelligi, quam communiter participant, & rationis capaces, & bruta, sed eam, quæ completæ in nobis rationi superuenit, sumpta participatione ἀπὸ τοῦ πρώτου λόγου, hoc est, à ratione prima, cuius in primis uitæ participes efficimur, ut ab apparente, nec uerę existente uita abducamur, uitam illam uerè existentem capere desiderātes, qua per cepta mox in nobis oriri etiam dicimus fundamentum lucis cognitionis. Et fortassis ipsa hæc uita penes quosdam quidem potētia, non actu, lux est: nempe penes eos, qui minimè, quę ad cognitionem pertinent, inquirere cōtendunt: apud quosdā uerò actu

etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Cor. 13 etiam: factos iam lucem, quos eos esse perspicuum est, qui Pauli præceptum cum laude impleuerint, nimirum æmulamini charismata utiliora, quibus charismatibus utilius illud est, quod omnibus etiam præponitur, nempe sapientiæ sermo, quem mox cognitionis sermo sequitur. Iam uero quid differant inter se sapientiæ, & cognitionis significata ipsa mutuò inter se collata, non est præsentis temporis disserere.

TOMVS QVARTVS.

Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non apprehenderunt.

DHuc de hominum luce, quoniam in ordine prima est, inquirimus, atq; etiam, opinor, de eius cõtrario: nempe tenebris, de quibus nondum in-
A quisiuimus. De hominum autem luce inquam, quoniam fortasse lux hominum genus est duarum specialium rerum: atq; etiam similiter tenebrę. Vt enim dicimus eum, qui possederit hominum lucem, quicq; ipsius splendores participauerit, lucis opera perficere, & illustratum luce scientiæ agnoscere etiã, sic è contrario perspecta, & considerata analogia, & proportione, dicimus praua opera, & habitam falsò scientiam, tenebras esse. Et quòd quidem res ad agendum aptas, lucem soleat scriptura sacra dicere, inquit Esaias, eò quòd lux sint mandata tua super terram, & Dauid in decimo octauo psalmo, mandatum tuum lucidum illuminãs oculos: Quòd uerò præter mandata, & præcepta lux sit quędã scientiæ, inuenimus apud quę-
Osee 10 dam ex duodecim. Seminate uobis ipsis ad iustitiam, uindemiate ad fructum uitæ, illuminate uobis ipsis lucem scientiæ. Veluti enim existente alia luce scientiæ præter mandata, dicitur, illuminate uobis ipsis lucem, non simpliciter lucem, sed qualem: nempe lucem scientiæ. Nam si quæuis lux, quam sibi homo illuminat, lux scientiæ esset, frustra additum fuisset, illuminate uobis ipsis lucem scientiæ. Rursus quod tenebræ de prauis
1. Ioan. 1 operibus sumantur, ipse Ioannes in sua docet epistola, dicens: Si dixerimus quòd communicationem cum ipso habemus, & ambulamus in tenebris, mentimur, & non facimus ueritatem. Et rursus qui dicit se in luce esse, & fratrẽ suum odit, in tenebris est usq; modo. Et adhuc, qui odit fratrem suũ, in tenebris est, & in tenebris ambulat, nec nouit quo uadat, quia tenebræ excæcauerũt ipsius oculos, siquidem per ambulationẽ intenebris indicat actionem uituperabilem. Quin etiam odio prosequi fratrem suum, non ne lapsus est ab ea, quæ ꝓprie uocaꝛ scientia? Quòd autem qui ignorat diuina, propter ipsum Ignorare in tenebris ambulet, inquit Dauid: non cognouerunt, neq; intellexe-
1. Ioan. 1. runt, in tenebris ambulant. Illud uero obserua, an idcirco dicatur, Deus lux est, & tenebræ in eo, ne unæ quidem sunt, non quia unæ sint tenebrę, sed uel ꝓpter genus duplex tenebrarum, uel etiam quia unaquæq; species tenebrarum multas habeat prauas actiones, & multa falsa dogmata, unde tenebræ sunt multæ. Et nota Seruatorẽ, cum de sancto dixisset: uos estis lux mũdi, non dixisse, sanctus est lux mundi: & tenebræ in eo nõ
Matt. 5 sunt ullæ, Proinde quæret aliquis: si de patre positum est, quòd tenebræ nullæ sint in eo, quomodo ceu rem eximiam, & præcipuam hoc in ipso dicemus esse, cum de Seruatore quoq; dicatur, quòd omnino sit impeccabilis, ita ut eũ dicamus esse lucem, in qua nullę sint tenebræ? Ex parte itaq; differentiam in superioribus ostẽdimus, Atq; etiamnum illis audacius addemus, si Christum non agnoscentem peccatum fecit pater pro nobis peccatum, si fecit inquam deus ille, Christum pro nobis peccatum, dici nõ posse de eo, tenebræ in eo non sunt ullę. Quamuis enim in similitudinẽ carnis peccati, haud tamen omnino hæc de eo rectè dicentur, scilicet quòd nullæ tenebræ insint in eo. Ademus autem eum infirmitates nostras, & morbos assumpsisse, & animæ infirmitates, & morbos occulti cordis nostri hominis, quas infirmitates, morbosq; quia à nobis sustulerit, dicitur apud Zachariam, animam pertristem, perturbatamq; habere: atq; uestibus sordidis indutus, quibus quoniam exuendus erat, dicũtur esse peccata. Subiun-
Zach. 3 git ergo eodẽ in loco: Ecce ego abstuli peccata tua: eo enim quòd ipse receperit in se ipsum populi credentium peccata, frequẽter inquit: Longè à salute mea uerba delictorum meorum: & tu cognouisti insipientiã meam, & delicta mea à te non sunt abscõdita. Nec uerò suspicetur nos quisquam hæc dicere, minus piè Christum Dei colentes. Nam

Nam qua ratione solus pater habet immortalitatem, quia dominus noster omniũ nostrum nomine mortẽ ob amorẽ erga genus humanũ pertulerit, hac pater solus habet, ut in ipso nullę sint tenebrę: cum Christus, ut homines beneficio afficeret, tenebras nostras in seipsum receperit, ut potẽtia sua mortẽ nostrã deleret, expelleretq; animarũ nostrarum tenebras, nimirum ut impleretur illud Esaię: populus, qui sedebat in tenebris, Esa. 9
uidit lucem magnã. Hæc itaq; lux, quæ facta est in sermone, existens etiam uita, lucet in tenebris animarum nostrarum. Et eò accessit, ubi erant mundi rectores tenebrarum Ephes. 5
seculi huius, qui quia cum genere humano luctentur, in tenebras adducere eos cõtendunt, qui pro uirili non instãt, ut illuminati in filiorũ lucis numero censeanꝰ. Iam uerò etiam hæc lux lucens in tenebris persequutionẽ patiꝰ quidẽ à tenebris, sed non apprehendiꝰ. Quod si quis putet nos addere, quod nõ sit scriptũ, nępe quod tenebræ lucem insequantꝰ, audiat, frustra illud dici, quòd tenebrę eam non apprehenderunt, si nequaquam tenebræ lucem sunt persequutæ. Veluti aũt intelligentibus, & mente præditis, per quam intelligere possent consequentia rerum scriptarũ, quæ putarenꝰ omissa: scribit Ioannes: tenebras lucẽ non apprehendisse. Nam si non apprehenderunt, persequutæ non apprehenderũt: quodq; lucẽ tenebræ persequutæ fuerint perspicuũ est, tum ex his, quæ Seruator perpessus est, tum etiam illi, qui illius disciplinam exceperunt, & secuti sunt, genuini ipsius filij: tenebris operãtibus aduersus lucis filios, & fugare uolentibus lucem ab hominibus. At quoniam si Deus pro nobis, nullus etiam si uelit, poterit aliquid aduersum nos, quãto magis seipsos humiliabãt, tantò plures existebãt, prędicabantq; admodum ualde. Porrò duobus modis tenebræ nõ apprehenderunt lucẽ: uel quia lux eas longo interuallo post se relinqueret, ut quam celeritate, pernicitateq; cursus prędantem, ob propriam tarditatem ipsę tenebrę, ne iuxta quantitatẽ quidem, assequi possent, uel quia sicubi tenebræ luci insidias struere uoluerint, atq; certo quodam consilio, & per dispensationẽ superuenientes ipsas lux expectauerit, mox atq; luci appropinquauerint, euanescunt. Attamẽ utroq; modo tenebrę lucẽ non apprehenderunt. Necesse aũt est nos in his uersantes annotare, non, sicubi tenebræ nominẽtur, mox eas in peiorẽ partẽ sumi, uerum scripturã etiam in bonam partem aliquoties hasaccipere, quòd qui diuersa à nobis sentiunt, non diuidentes, horrenda de mundi opificę dogmata admittentes ab ipso recesserunt, seipsos figmentis fabularum addicentes. Quomodo ergo, & quando, & num in meliorẽ partẽ, tenebrarũ nomen sumaꝰ iam est ostẽdendum. Tenebræ, nubes, nimbusq; in Exodo circa deũ esse dicunꝰ, & in Psalmo Psal. 17
decimo septimo: Deus posuit tenebras latibulũ suũ, in circuitu eius tabernaculũ eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris: si enim quis considerauerit multitudinẽ contemplationum, & cognitionis de deo, quam humana natura percipere nequeat, fortasse aũt, nec alij, qui geniti sunt, præter Christum, & spiritũ sanctum, sciet quo nam pacto circa deum sint tenebræ: propterea quod nulla, quantũlibet copiosa, atq; ornata oratio explicare ualeat, ac nesciat quidẽ ex dignitate ipsius dei, in quibus tenebris posuerit latibulũ suũ, qui hoc fecit, eò quòd quæ de ipso sunt, ignorẽtur, imperceptibilia cum sint. Quòd si quis huiuscemodi expositionibus offendeꝰ, is in sentẽtiam nostrã ueniat, adductus tum à tenebrosis sermonibus, tum à thesauris Christo datis à deo, tenebrosis, occultis, & inuisibilibus: nec enim aliud opinor esse tenebrosos thesauros per Christũ manifestatos, tenebras posuit deus latibulum suum. Et sanctus intelliget parabolã, & Matt. 20
obscurum sermonẽ. Verũ considera, num ob hoc dicat seruator discipulis suis: Idcirco quæ in tenebris audistis, dicite in luce. Tradita enim ipsis mysteria, cognitu difficilia, & obscura, in loco secreto, & non in frequenti auditorio iubet eos illuminatos, & ob hoc dictos esse in luce, renunciare cuicunq;, quòd lux extiterit. Admirabilius autem quiddam addam de tenebris laudatis: nempe has festinare ad lucem, eamq; apprehendere, atq; quæ olim fuissent tenebræ, non dispicienti uim ipsarum, eò quòd ignorare-
tur, sic immutari, ut cum is ad eorum scientiam peruenerit, quæ ignorabat, enunciet, quæ dicerit, fuisse sibi aliquando tenebras, nunc autem lucem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TOMVS QVINTVS.

Fuit homo missus à Deo, nomen illi Ioannes.

A CCVRATIVS aliquis intelligens uocem, Missus (quoniam qui mittitur alicunde, & aliquò mittitur) quæret unde Ioannes sit missus, & quò. Cũ uerò liqueat quò, nimirum iuxta historiam, quòd ad Israel, & ad uolẽtes eũ audire in heremo ludeę cõmorantẽ, & apud Iordanẽ fluuiũ baptizantem (iuxta uerò rationem profundiorem, in mundum, intelligendo per mundum, locum hunc terrestrem, ubi sunt homines.) Inquiret quo nam pacto particula, unde, sumi debeat. Itaq; diutius dictionem examinans, forte etiam enunciabit, q Gen.3 quemadmodũ de Adam scriptum est, quòd emiserit eum dominus deus è paradiso, uel luptatis, ut coleret terram, è qua sumptus fuerat: Ita Ioãnes missus fuerit uel è cœlo, uel è paradiso, uel ex alia parte alicunde tãdem ad hũc super terram locũ. Et missus fuerit, ut testaret de luce. Habet autem non cõtemnendam obiectionẽ sermo hic, quoniam Esa. 6 scriptum sit apud Esaiam: Quem mittã, & quis ibit ad populum hunc? Et respondens Esa. 6 propheta, inquit: Ecce ego mitto te. Dicet enim qui aduersabitur huic opinioni, quæ profundior apparet, quòd quẽadmodum Esaias missus est nõ ab alio loco ad hũc mũdum, sed postquam uidit dominũ sedentẽ in throno excelso, & elato, ut ad populũ diceret: auditu audietis, & non intelligetis, & quæ sequunt, ita etiam Ioãnem (suppresso principio missionis analogiam, & rationem habentis ad missionem Esaiæ) mitti ad baptizandum, & præparandũ domino populum instructum, & ad testificãdum de luce. His ita dictis ad primam rationem, solutiones tales adducuntur: assensum attrahentes ad id, quod de Ioanne profundius excogitatum est, ex eodem enim loco subiungitur: Ioan.1 Hic uenit ad testificandũ, ut testaret de luce, si enim uenit, alicunde uenit. Dicendum etiam est illi, qui hæc grauatè admittit, id quod in sequentibus à Ioanne dicitur, positũ uidit spiritum sanctum descendentẽ, ceu columbam super Seruatore, inquit enim qui Ioan.1 misit me ad baptizandum in aqua, ille mihi dixit: Super quẽ uideris spiritũ descendentem, & manentẽ super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto, & igni: quãdo em ille, q misit, hoc præcepit? At, ꝓbabile est responsurum, qui hæc grauatè admittit, ad interrogationem hanc, eum qui ad Ioannem loquebat, tum hæc uerba dixisse ei, cum eum mitteret, ut baptizare inciperet. Adhuc aũt admirabilius est illud ad probandũ, quòd alicunde ex alio loco missus sit Ioannes, qui corpus assumit, causam non aliam aduentus sui in uitã habens, & ut testaret de luce, q repletus fuerit spiritu sancto adhuc ex utero matris suæ, id quod dixit Gabriel, qui nunciauit Zachariæ quidem ortum Ioãnis, Luc. 1 Mariæ autem Seruatoris nostri inter homines aduentum, & illud etiam: Ecce enim ut facta est uox salutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Proinde qui cauet ne quicquam uel iniustè, uel casu, uel priuata electione faciat, antiquiorem esse Ioannis animam, quàm corpus admittat, necesse est. & antea subsistentem missam fuisse ad ministerium testandi de luce. Ad hæc haud ita contemnendũ est etiam illud: Hic est Helias, qui uenturus est, q si prævaluerit uniuersalis de anima opinio, tanq; quæ cũ corpore pariter non semineť, sed ante ipsum existat, ob uariasq; causas carnem, & sanguinem induat, particula, missus à deo, non uidebitur amplius dicta, ceu res quædam eximia de Ioanne. Itaq; omnium pessimus, homo peccati, filius perditionis dicitur apud Paulũ mitti à deo. Propter hoc enim, inquit, mittit illis deus actionem erroris, ut credant mendacio: ut iudicentur quotquot ueritati non credũt, sed sibi Matt.11 cõplacent in iniustitia. At uide, nũ hanc quæstionẽ sic soluere possimus, nempe quòd 2.Thes.2 quemadmodũ simpliciter omnis homo, eò quòd creatus sit à deo, homo est dei (cum nullus homo sit dei, nisi qui deo fuerit addictus) quemadmodum Helias, & qui in scripturis inscribunt homines Dei, ita dici posse, cõmuniter omnẽ hominẽ à deo missum esse, propriè aũt nõ alium à deo mitti, quàm qui ad ministerium diuinum, & ad obeundam humani generis salutem in uitam aduenerit. Quam ob rem nõ inuenimus, quòd quisquam mittat à deo, positũ: nisi de sanctis: de Esaia quidem, ut antea proposuimus. Ezech.2 De Hieremia uerò: ad omnes, ad quos misero te, ibis. De Ezechiele etiã, ecce ego mitto te ad gentes rebelles, & incredulas mihi,. Cæterũ haud ita ad ꝓpositũ sumpta fuisse uidebuntur exempla missionis, cum nos quæramus de missione, quæ fit ad hãc uitam, & illa non apertè dicãt, aliquem existentem extra hanc uitã, missum fuisse in hanc uitam. Attamen sic etiam nihil est absurdi orationem transferre ad id, de quo quærimus. Si dicamus q, ut solos sanctos, de quibus loquuti sumus, mittere dicit deus, sic etiã de his intelligendum esse, qui ad uitã mittunt. Et quoniã omnino in Ioannis sermone uersamur, ipsius missionem inuestigantes, non importunè opinionem nostram, quam de ipso habemus, proponemus. Quoniã enim legimus ꝓphetiam de ipso. Ecce ego mit- Malach.3 to angelum meũ ante faciẽ tuã, qui prępărabit uiam tuã ante te, adnotamus num forte unus sanctorum angelorum existens, præcursor ad ministeriũ demittat Seruatoris nostri. Et mirum profectò est nihil, Christi primogeniti omnis creaturæ ob amorem erga homines incarnati æmulatores, imitatoresq; aliquos extitisse, quibus dulce fuerit ei benignitati, quam in ipsos ostendisset, inseruire, eadẽ corporis similitudine: Sed quẽnam non moueret exultans in gaudio adhuc existens in utero matris suæ, perinde ac cõmunem hominũ naturam excellens? Quòd si quis admittat precationem Ioseph in scriptam in his libris, qui apud Hebræos dicunt Apochryphi, mox hoc dogma etiam aperte dictum inde sumpturus est: perinde quasi qui à principio eximiũ aliquid prę hominibus habuerũt, lõgè meliores cæteris animabus, cum angeli essent, ad humanam descenderint naturã. Inqt ergo Iacob, ego qui ad uos loquor, Iacob sum, & Israel, angelus dei sum ego, & spiritus primarius, & Abraham, & Isaac ante omne opus creati fuerunt. Ego autem Iacob, uocatus ab hominibus Iacob: nomẽ uerò meum Israel: qui uocor Israel à deo: uir uidens deum, quoniam ego primogenitus omnis animantis à deo animati. Et subiungit, cum uerò ego uenissem à Mesopotamia Syria, exiuit Vriel angelus Dei, & dicit se descendisse ad terram, & habitasse inter homines, & quòd uocatus fuisset nomine Iacob, æmulatusq; est, & pugnauit mecum, & luctatus est, mihi dicens: suum nomẽ primas habere supra nomen meum, & ante omnem angelũ. Interrogauiq; eum de nomine suo, & quotus esset inter filios dei. Nónne tu es Vriel octauus à me, & ego Israel archangelus potentia domini, & princeps tribunus militum inter filios dei? Nónne ego Israel in persona Dei, minister primus? Et inuocaui nomine inexplicabili deũ meũ? Probabile enim est his à Iacob uerè dictis, & ob hoc scriptis, etiam illud, in utero supplantauit fratrem suum, prudenter factũ fuisse. Inspice uerò num celebérrima quæstio de Iacob, & Esau solutionem habeat. Quandoquidem nondum natis pueris, cum neq; boni quidpiã fecissent, neq; mali, ut secundum electionem propositũ Rom.9 Dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictũ est illi: maior seruiet minori. Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau uerò odio habui. Quid igitur dicemus? Num iniustitia est apud deum? Absit, non recurrentibus ergo nobis ad opera hanc uitã præcedentia, quomodo uerum erit, iniustitiam nõ esse apud deum, si maior minori seruiat, odio habitus, antequam digna uel seruitute, uel odio faciat? Sed latius digressi sumus, sermonem Iacob assumentes, & adducentes nobis in testimoniũ scripturam, haud ita facile contemnendam, ut confirmatior de Ioanne oratio ea esset, quæ astruit eum angelũ existentem iuxta Esaię uocem, incorpore aduenisse testificaturũ de luce. Sed hactenus de Ioanne homine: arbitror uerò ego quemadmodũ uox & sermo apud nos differunt, cũ interdum proferri possit, uox nihil significans absq; sermone, itidemq; sermo absq; uocerenunciari possit menti (ueluti cum intra nos ipsos discurrimus) ita Ioãnem etiam, ueluti uocem existentẽ ad cõparationẽ Christi, qui sermo est, differre à seruatore, qui iuxta quandam considerationẽ sermo est. Ad hoc autem me inuitat ipse Ioãnes, quisnam tandem esset ad interrogantes respondens. Ego uox clamantis in deserto, parate Ioan.1 uiam domini, rectas facite semitas eius. Et fortasse ꝓpter hoc incredulus Zacharias in ortu uocis Dei, quę demonstrat sermonẽ, amittit uocem, sumens eam, nascente uoce, quæ est præcursor sermonis. Vox enim auribus percipiat oportet, ut postea mens demonstratum à uoce sermonem excipere ualeat. Id circo etiam paulò antiquior Christo est Ioannes, quod ad ortum pertinet. Vocem enim ante sermonem recipimus: demonstrat etiam Christum Ioannes, quia uoce demonstratur sermo, atque etiam baptizatur Christus à Ioanne, fatente se opus habere, ut ab ipso baptizetur, quia sermo purificat à uoce inter homines, cum natura uocem omnem significantem purificet sermo. Prorsusq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

suscꝙ cum Ioannes Christum ostendit, homo deum ostendit, & Seruatorem incorporeum, & uox sermonem. Vt autẽ in rebus multis nominũ euidẽtia est utilis, sic hoc ꝙq in loco utile erit uidere, quid Zacharias, quidúe Ioãnes significẽt. Etenim perinde ac si esset aliquis non cõtemnẽdus, quòd ad nominis positionẽ attinet, cognati quidem, Zachariam appellandum censent ipsum Ioannem: dissentientes quía uellet eum Elizabeth Ioannem appellare, cum uerò, Ioannes erit illi nomen Zacharias scripsisset, à molesto silentio liberatur. Inuenimus ergo in interpretatione nominũ, Ioannes. Et inuenimus particulam Ioa seorsum sumptã, sine nes, quod idẽ ualere putamus, atꝙ Ioannes. Quoniã alia quoꝙ nouũ instrumentum Hebræorum nomina Græce reddiderit, forma Græca, pnunciens ipsa, ueluti pro Iacob, Iacobũ, pro Simeon, Simeonẽ. Porrò Zacharias memoria esse dicitur: Elizabeth uerò dei mei iusiurandũ, uel dei mei septimum. Ex memoria igitur de deo iuxta iusiurandum dei nostri, quod iurauit ad patres, genitus est Ioannes (hoc est gratia à deo) præparans domino populum instructum: cum uetus instrumẽtum, quod est sabbatismi extremitas, peruenisset ad finem. Quare gigni non potuit ab hebdomada dei nostri requies, quæ est post sabbatum: nimirũ deo Seruatore nostro eam ingenerante secundum requiem suam in nobis, qui facti sumus morti ipsius conformes, & idcirco etiam resurrectioni.

Ioan. 1

Hic uenit in testimonium, ut testificaretur de luce, ut omnes crederent per ipsum.

Vidam ex his, qui ab ecclesiæ decretis dissentiunt, credere se dicentes in Christum, & eò ꝙ fingant deum aliũ diuersum à mundi fabricatore, ut est ipsis consequens, non admittentes aduẽtum ipsius à prophetis prænunciatũ fuisse, subuertere conant prophetarum testimonia de Christo, dicentes, opus non esse testibus filio dei: ut qui fidẽ sibi cõciliaret, tum ex salutaribus sermonibus, quos denunciabat potentia plenis, tum ex prodigiosis, & admirandis operibus, quæ uel quemlibet exse perterrere poterant, & dicunt. Si Mosi habita fuit fides, sermonis, uirtutisꝙ gratia, nullis præuijs testibus, qui ipsum annũciarent egenti, atꝙ etiam prophetarum unusquisque receptus à populo fuit, ueluti à deo missus, quomodo Mose, atꝙ prophetis præstantior non poterit absꝙ prophetis de seipso testificantibus, facilius quod uelit perficere, & hominum generi adimento esse? Superfluum ergo esse aiũt existimare, à prophetis eum prænunciatũ fuisse, qui de hoc anxij fuissent, ti (ut illi dicerent) noluissent diuinitatis nouitatem admitti à credentibus in Christum, sed eos peruenire ad ipsum deum, quem etiam ante Iesum Moses, & prophetæ docuissent. Quamob rem respondendum est illis, quòd multæ causæ esse cum possent, quæ ad credendum inuitarent, & interdum aliquos, qui ab una miraculorũ demonstratione non percellerent, ab alia demonstratione permoueri: posse deum complures causas hominibus præbere, ut admittant Deum, qui est super omnia genita, humanam assumpsisse naturem. Vnde etiã euidenter cernere est, nonnullos ex propheticis uaticinijs in admirationem Christi uenire, tot prophetarum, qui ante ipsum fuerunt, perculsos uoce stabiliente quicquid ad locum pertinet, in quo genitus fuit, & eam etiã regionem, in qua enutritus fuit, & uim ipsius doctrinæ, & rerum admirabilium operationem, ac denicꝙ passionem humanã à resurrectione destructam. Quin hoc quoꝙ considerãdum est, quòd prodigiosæ, & admirandæ potentiæ, eos quidem, qui domini ætate extitissent, inuitare poterant ad credendum, at non seruassent post multa tempora euidentem demonstrationẽ, quin imo fabularum etiam loco habitæ fuissent: plus enim potentijs, ac miraculis illius temporis potuit ad persuadendum prophetía, quæ nunc cum potentijs ipsis, & miraculis expenditur, & comparatur, confirmans prophetiæ indagatores, ut fidem habeãt illis potentijs prodigiosis, & admirãdis. Fortasse uerò prophetica testimonia non tantũ prædicant Christum uenturum, hoc nos docẽtes, & nihil prẽterea, sed multam theologiã, & quomodo sese habeat pater ad filium, filiusꝙ ad patrem discere licet non minus ex his, quæ prophetæ de ipso annunciarũt, ꝙ ab Apostolis magnificentiã filij dei narrantibus. Iam uerò etiam qui ausus fuerit, tale quiddam potest præter hæc dicere. Nempe aliquos Christi μάρτυρας, hoc est testes, eò quod testificẽtur de illo, honore honestari, cui tamẽ nihil prorsus gratificent propter ipsam testificationem de filio dei, ut omnes fassuri sunt de his, qui ꝓpriè Christi nominãtur martyres. Quid mirum igitur, si quemadmodum multi, Christi germani, discipuli cohonestati fuere, eò quòd essent Christi μάρτυρες, hoc est testes, ita etiam prophetæ agnoscentes ipsum id muneris à deo acceperint, ut eum prædicerent, docentes non solum quid illis, qui post Christi aduentum futuri erant, sentiendũ foret, uerumetiã quid illis, qui sua tempestate essent? Quemadmodum eñ qui nõ agnouit nunc filiũ, neꝙ patrem habet, sic etiã de superioribus seculis considerandũ est, quã ob rem Abrahã exultauit, ut uideret diẽ Christi, & uidit, & gauisus est. Chorũ ergo prophetarũ maxima uult gratia priuare, quisquis noluerit oportere eos de Christo testari. Quid eñ aliud æque excellens habebit prophetia ex inspiratione spiritus sancti, si ab ea detrahant, quæ ad domini nostri dispensationẽ attinẽt? Vt enim nunc pietas, & religio eorũ bene ordinata est, qui perite ad deum uniuersorũ accesserint per mediatorẽ, & summũ sacerdotẽ, & paracletũ, declinaturus alioqui, nisi per ostium ingressus fuerit ad patrẽ, sic etiam cultus antiquorũ patrum diuinus, tum intelligentia, tum fide, tum denicꝙ Christi expectatione sacer erat, & apud Deum charus. Quandoquidem obseruauimus etiam deũ se μάρτυρα, hoc est testem fateri, obsecrans omnes, ut idipsum de Christo etiam enuncient: nempe ut sint sui, & Christi imitatores, dum testimonium de eo præbent, quibus testatione est opus. Inquit enim esto Esa. 44
te mihi testes. Et ego testis dicit dominus deus: & filius quem elegi. Quisquis autẽ testificator de ueritate, tum uerbis, tum operibus, quomodocunꝙ fauens illi, is iure testis dicendus est: sed iam fraternitatis morem, qui admiratione prosequuti sunt (nempe affectum eorum, qui usꝙ ad mortẽ certarunt pro ueritate, uel fortitudine) eos ꝓpriè solos nominarũt martyres, seu testes, qui sui ipsorũ sanguinis effusione, diuini cultus mysterio, testimoniũ reddidere. Cum Seruator etiam nominet omnes testimoniũ præbentes ijs, quæ de se annunciant, μάρτυρας, hoc est, testes, cum in cœlum reciperet dicendo Apostolis: Eritis mihi testes tum in Hierusalem, tum in Samaria, & usꝙ ad ul- Act. 1
timum terræ. Vt autem leprosus ille mũdatus munus offert à Mose præceptũ, ad testimonium hoc faciẽs ijs, qui in Christum nondũ crediderũt, sic ad testimonium afferendum infidelibus, tum martyres, tum sancti cæteri testificantur, quorũ opera coram hominibus lucent. Vitam enim degunt, in Christi cruce summam fiduciam habentes, & testificantes de uera illa luce. Et Ioannes ergo uenit, ut testificaret de luce illa, qui testi Ioan. 1
ficans clamauit, dicens: qui post me uenit, ante me factus est, quía me erat honoratior. quoniam ex plenitudine eius nos omnes accepimus: & gratiam pro gratia, quoniam lex per Mosen data est, gratia aũt, & ueritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo uidit unꝙ: unigenitus qui est in sinu patris, ille enarrauit. Tota ergo hæc oratio ex Baptistæ persona testantis de Christo dicta est, id quod multos latet opinãtes ab illis uerbis, ex plenitudine eius omnes accepimus, usꝙ ad illa, ille enarrauit, ex Ioãnis Apostoli persona dicta fuisse. Præter ante dictum uerò Baptistæ testimoniũ (quod incipit ab illis uerbis: qui post me uenit, ante me factus est, & desinit in illa uerba: ille enarrauit) etiam hoc est testimoniũ Ioannis post illud secundum, quando ad eos, qui miserunt ex Hierosolymis sacerdotes, & leuitas. (Iudæi nempe miserunt illos) fatetur, non negans uerũ, quòd ipse non esset ille Christus, neꝙ Helías, neꝙ propheta ille, sed uox clamantis in deserto: dirigite uiam domini, dixit Esaias propheta. Post hæc uerò aliud ipsius Ioan. 1
Baptistæ de Christo testimonium est, quod docet etiam ipsius præcipuam hypostasin peruadentem in omnem mundũ propter animas rationis capaces, cum inquit, in medio uestri stat, quem uos nescitis, qui post me uenit, cuius non sum ego dignus, ut soluam corrigiam calciamenti eius. At considera, num quia cor in medio totius sit corporis, incꝙ corde animæ principatus, illud, quod ait in medio uestri stat, quẽ uos nescitis, intelligi possit ratio, quæ in unoquoꝙ est. Quartum uerò Ioannis de Christo est testi- Ioan. 1
monium, humanam ipsius etiã passionẽ iam describẽs, cum dicit: Ecce agnus ille dei, qui tollit peccatum mundi. Hic est, de quo dicebam: Post me uenit uir, qui ante me factus est, quia honoratior me erat, & ego nesciebam eum. Sed ut manifestus fieret Israeli, ꝓpterea ueni ego, in aqua baptizãs. Iam quintũ testimonium inscriptũ est in uerbis illis: Vidi spiritum descendentem sicut columbam è cœlo, & mansit super eum, & ego

non noueram eum,sed qui misit me ad baptizãdum in aqua,ille mihi dixit. Super quẽ uideris spiritum descendentem, & manentem super eum,hic est qui baptizat spiritu sancto,& ego uidi,& testificatus sum,hunc esse filium dei. Porrò sexta iam uice testimonium perhibet Christo in duobus discipulis Ioãnes,cum intuitus Iesu ambulãtem inquit.Ecce agnus ille dei.Post quod testimonium cum audissent duo discipuli Ioannem,sequutiq; fuissent Iesum,conuersus Iesus,& conspicatus duos sequentes,respondet dicens:Quid quæritis? & fortassis non frustra post sex testimonia cessat Ioãnes testificari:& Iesus profert in septimo,quid quæritis? His insuper,qui Ioannis testimonio adiuti fuerint,uox est illa decens,quæ prædicat Christũ magistrum: & fatet filij dei do munculam cupere se intueri. Nam dicunt illi:rabbi,quod dicitur ex interpretatione, magister,ubi manes? Et quoniam omnis qui quærit,inuenit:quærentibus Ioannis discipulis Iesu mansionem,eam ostendit ipsis Iesus dicens: Venite,& uidete,fortassis per uocem,uenite,inuitans eos ad eam philosophiæ partem,quæ in rerum actione uersatur,per uocem uerò,uidete, contemplationem præclarè facta sequentem,omnino his futuram qui uoluerint,designans: existentem in Iesu mansione. At qui quæsierãt,ubi maneret Iesus,quiq; sequuti,ac conspicati magistrum fuerant,deliberauerunt apud Iesum permanere totam illam diem,cumq; filio dei morari. Verũ enimuero cum decennarius numerus obseruatus sit ut sanctus,cũ mysteria non parua fuisse facta in decennio numero inscribãtur,intelligendũ est, non frustra in Euãgelio decimam inscribi horam,cum discipuli Ioannis apud Iesum diuertũt,ex quorum numero erat Andreas frater Simonis Petri, qui dum maneret apud Iesum, adiutus, inuento fratre suo Simone (forte enim antea non inuenerat) Messiam se inuenisse inquit, quod est, si interpreteris,Christus. Quoniam enim qui quærit inuenit,quẽsierat autem ubi maneret Iesus.Et sequutus,cum perspexisset eius mansionẽ,manet apud dominũ decima hora, & inuenit Dei filium:sermonem scilicet,& sapientiam,& regiẽ ab ipso:hanc ob causam ingt, inuenimus Messiam,quæ uox à quouis dici poterit,qui inuenerit dei sermonẽ, & qui ab ipsius diuinitate regitur,fructum uerò mox offert Christo fratrem Simonem,quem ut munere Iesus singulari remuneraretur,in ipsum intuitus est,per illum intuitum declarans,se Simonis curam gerere:animæ illius parte præstantissima illustrata.Potuitq; Simon,eò q; Iesus in ipsum intuitus est,eousq; stabiliri,ut ab opere stabili, firmoq; cognomẽ traheret,& uocaretur Petrus.Sed dicturus est aliquis. Cur tandem propositano bis interpretatione uerborum eorũ.Hic uenit ad testificandum,ut testificaretur de luce illa,omnia hęc trãscurrimus? At dicendum, necesse fuisse Ioannis testimonia de luce illa demonstrare,ordinemq; eorum exponere:atq; utilitatẽ, quæ insequuta fuerit eos, apud quos testatus fuisset,factam post Ioannis testimoniũ à Iesu,ut perfectio testimonij Ioannis declararetur.Quin ante hæc testimonia Baptistæ exultatio præ gaudio in utero Helisabethæ propter Mariæ salutationem,testimonium fuit de Christo, testificante Baptista de diuinitate cõceptionis,& ortus Christi.Quid plura? uel ubiq; testis, & præcursor Iesu est Ioannes,participans illius ortũ,& paulò ante mortẽ filij dei moriens,ut non solum ad uiuos,uerũ & ad expectantes libertatẽ à morte per Christũ futurum,ante Christum aduenientes,ubiq; domino pararet populũ instructũ: pertingit autem usq; ad secundum,eumq; diuiniorem,Christi aduentum Ioannis testimonium.Si
Matt.11 enim uultis,inquit,recipere eum,ipse est Helias,qui uenturus est: qui habet aures audiendi, audiat. Cęterum cum sit principium,in quo est sermo (quod sapiẽtiam esse ex prouerbiorum libro ostendimus) cumq; etiam sit sermo,atq; uita,in hoc facta, ac deinde uita etiam sit lux hominum:quæro cur tandẽ,cum homo missus à deo, cui nomẽ erat Ioannes,uenerit ad testificandum,ut testificaretur de luce,non etiã uenerit,ut testificaretur de uita? Vel ut testificaretur de sermone,uel de principio, uel de quacũq; alia consideratione Christi.Proinde cõsidera,an quoniã populus,qui sedebat in tenebris, uiderit lucem magnã,& quoniã lux in tenebris lucet non deprehẽsa ab ipsis tenebris, illi qui sunt in tenebris (nępe homines) luce indigeãt.Nam si lux hominũ in tenebris lucet,quando nulla omnino tenebrarum operatio erit, tunc alias Christi considerationes participabimus,cum minime ipsas propriè nunc,& certò participemus. Nam
Col.3 quomodo uitæ participes sumus,qui adhuc corpore hoc mortali circũdamur? quorũ uita

uita absc̃dita est unà cum Christo in deo? Cum enim Christus apparuerit uita nostra, tunc & nos cum ipso apparebimus in gloria.Homo ergo nullus qui uenisset,testificari poterat de uita etiam num cum Christo absondita in deo. Sed neq; uenit ad testificandum,ut testificaretur de sermone:sermonem considerantibus nobis in principio apud deum,& deum sermonem, super terram enim sermo factus est caro. Et fuisset testimonium(quamuis quibusdã uideretur esse de sermone)propriè dicendũ de sermone, qui factus est caro,nõ aũt de sermone dei, quare nõ uenit,ut testificaret de sermone. Quõ fieri uerò poterat testimoniũ de sapientia purè, lucideq; uerum nõ dispicientibus, etiã si existimarent se agnoscere,sed cernentibus per speculũ,& in ænigmate? Proinde probabile est futurũ,ut ante secundũ,& diuiniorẽ Christi aduentũ ueniat Ioannes, aut Helias ad testificandum de uita,paulò anteq; Christus manifestãdus sit uita nostra,ac tùm de sermone testificaturi sint,ostensuriq; testimoniũ de sapientia. Indagatione autem eget,an in unaquaq; consideratione de Christo testificatio Ioannis sit ueluti præcursor. Hæc quidem in illud:Hic uenit ad testificandum,ut testificaretur de luce.Deinceps uerò considerandũ est, quid cõmentari debeamus in illud: ut oẽs crederẽt per illum.

TOMVS SEXTVS

PRAEFATIO.

OMNIS quidem domus, quæ quantũ fieri potest firmissime cõstruẽda est, in ea parte,ubi cœli sit serenitas,uentorũq; tranquillitas ædificatur:ne impediatur dicentẽ recipere stabilitatẽ,ut talis etiã esse possit,quæ sustineat impetum exundationis,& allisionem fluuij,& quæcunq; solent,si contingat tempestas,atq; uis uenti,quæ nam ędificia putrida,ac debilia,atq; quę firma,& stabilia propriã uirtutẽ receperint,declarare. Præcipuè uerò ædificiũ rationis cõpos constans ueluti in promissione,& literis,contẽplationũ ueritatis capax,potissimum tùm probè ædificat, cũ anima, pace illa, quæ omnẽ intelligentiã superat, utens, summa tranquillitate potitur,ab omni tumultu liberata,& nullis undarũ procellis agitata. Hæc igit accuratè cũ perspexissent, & prophetici spũs interpretes, & euangelicæ prædicationis ministri,mihi uidẽt seipsos dignos exhibuisse,qui accíperẽt pacẽ interiorem ab eo,qui eam dignis semper exhibet,quiq; dixit: pacẽ relinquo uobis, pacem meam do uobis,non quõ mũdus dat pacem, ego do uobis pacẽ. Proinde inspice, num quando tale quid innuat historia Dauidis, & Solomonis de tẽplo Dauid, siquidẽ hostes dñi debellans,& cõtra plures instans sui ipsius,& Israelis inimicos,uolens ædificare tẽplum deo,à deo per Nathan prohibet dicente: non ædificabis mihi domum, quia uir sanguinum es tu: Solomon autem qui deum per somnium conspexit, quiq; etiã sapientiam per somnium cœpit(seruabat enim reuera dicẽti, ecce plus q̃ Solomon hoc in loco) in altissima pace existẽs, ita ut unusquisq; sub sua uite,& sub sua ficu requiescret, cognomẽ eius pacis habẽs, quæ suo tẽpore cõtigerat(nã Solomon interpretat pacificus) propter pacem, uacat ad ædificandũ deo celeberrimũ templum. Quin Esdræ tempore cum uinum,& inimicũ regem,ac deniq; mulieres uincit ueritas, reædificatur templum deo.Hæc à nobis sint tibi dicta ò sacer Ambrosi pro defensione nostra,quoniam turrim euangelicam ex sancto hortatu tuo uolentes literis ædificare, suppurauimus quidem sedẽtes, sumptum an habeamus ad ea, quibus opus est ad perficiẽdum: ne illudamur reprehensi ab intuentibus, tanquam qui fundamentum quidem iecerimus,perficere uerò opus nequiuerimus. cæterum supputatione facta cũ deprehendissemus,perficiẽdę fabricæ,ea quæ paraueramus, nõ sufficere,id totum deo cõmissimus, ditanti in omni sermone,& cognitione,credẽtes, q̃ nos ipsos leges seruare spirituales conantes ditabit,& q̃ progrediẽtes in structura adiuti his, quæ ipse suppeditauerit, ad ædificij etiam coronã peruenie mus:quæ eum,qui ascẽderit ad domũ sermonis, cadere prohibet, cum ab his tantum domibus, quæ corona carent, cadant ij, qui cadunt, propter imperfectionem ædificiorum,quę cędes,& casus causantur his,qui in eodem sunt loco.Iam ad quintum usq; tomũ, quamuis aduersari nobis uideretur Alexandriæ procella, quæ concessa fuere: loquuti sumus, Iesu increpante uentos, & undas maris. Ex

eee 4 hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc casu progressi, extracti sumus ex Ægypto, deo nos liberãte, qui educit populũ suum ex ea: deinde, inimico aduersus nos acerbissime pugnãte per suas nouas literas, re uera Euãgelio inimicas, oẽsq; Ægypti uentos aduersus nos cõcitante, stare me magis adhortabat ratio ad certamẽ, & seruare prestantissimã mei partẽ, q; importunè coniungere restantẽ scripturam, antequã rationis discursus tranquillitatem reciperet, ne fortè cogitationes praue inualescerent in animam etiam meam procellam inducere. Quin abientes quoq;, qui mihi de more adsunt, ueloces scriptores, me prohibebant, quę excogitassem, mãdare literis. Nunc uerò qñ aduersum nos ignitæ sagittæ multę uanæ fuerunt factæ, deo illas extinguente, & assueta anima nostra his, quæ cœlestis sermõis causa contingunt, ferre cogitur facilius factas insidias, ueluti aliquantum serenitatis nacti, non amplius differentes dictare uolumus quæ restant, deum magistrũ in animę nostræ adyto penetrali insonantẽ adesse precantes, ut finẽ accipiat structura enarrationis Euangelij secundum Ioannẽ. Atq; utinam audiat deus preces nostras, ut corpus totius operis coniungere possimus, nec ulla post hac necessitas intercipiat, atq; interrũpat scripturæ seriem: Cæterum scias ex multa nos prõptitudine initiũ sexti tomi denuò facere, eò quòd quæ antea interpretati fueramus Alexandrię, nescio quo pacto nobiscũ allata non fuerunt. Melius emi ratus sum, ne interim etiã hoc opus cũ ignauia intermitterẽ, quæ restabant prosequi, quàm dum incertus sum inueniendi, quæ interpretati fuera-
Ioan.1 mus, expectare: hoc interim tempore, quòd lucri nõ parua est accessio, pereũte, & hæc procemij loco satis sunto. Nunc iam contextum sequamur.

Et hoc est testimonium Ioannis.

Secundum hoc est Ioãnis Baptistæ de Christo scriptũ testimoniũ, primo te-
Ioan.1 stimonio incipiente ab illis uerbis, hic erat, quẽ dixi: Qui post me uenit, & desinente in ea, unigenitus filius dei, qui est in sinu patris, ille enarrauit. At uerò nõ recte Heracleon suspicat uerba illa, nullus deũ uidit unq;, & quæ sequunt, dicta fuisse nõ à Baptista, sed à discipulo. Nam si etiã opinione sua, q; ex plenitudine eius nos oẽs accepimus, & gratiã pro gratia, quoniã lex per Mosen data est, gratia, & ueritas per Iesum Christũ facta est, à Baptista est dictũ, quõ non consequẽs est, eum, qui ex plenitudine Christi acceperit, & gratiam secũdam pro gratia prima, quic; fassus fuerit datam fuisse per Mosen legẽ, gratiã uerò, & ueritatẽ per Iesum Christũ factam fuisse ex his, quæ ex plenitudine in ipsum deuenissent, tum intellexisse, quomodo deum nullus uidit unquam, tum etiam, q; unigenitus ad sinum patris existens, hæc ipsi, & omnibus, qui ex plenitudine eius hausissent, enarrauerit. Non enim nunc primum enarrauit, qui est ad sinum patris, peinde quasi nullus antea idoneus extiterit accipere, quæ Apostolis enarrauit, quãdoquidẽ antequã Abraham existeret, docet nos Abraham exultasse, ut uideret diem ipsius, gauisumq; fuisse. Quin q; ait: Ex plenitudine ipsius nos omnes accepimus: & gratiã pro gratia, ut in superioribus diximus, arguit prophetas etiam ex Christi plenitudine donũ cepisse, gratiamq; secundam pro prima eos sumpsisse: peruenerunt enim & illi à spiritu manuducti, postq; introducti fuissent, atq; exerciti in figuris, ad ueritatis uisionẽ. Quo circa non oẽs prophetæ, sed multi desiderarũt uidere, quę Apostoli uiderunt. Nam si prophetarum erat differentia, perfecti, & præstantes non desiderarunt uidere, quæ uiderunt Apostoli. Viderunt enim ipsa. Qui uerò non æquè atq; hi assequuti sunt, ut ad altitudinem sermonis ascenderint, appetiuerunt ea, quæ Apostoli per Christũ cognouerũt. Nam illud uidere, nõ corporaliter dictum fuisse interpretati sumus, quemadmodum etiam illud audire spiritualiter prolatum intelleximus: quippe cum is solus aures possideat, qui eas præparauerit ad audiendum sermones Iesu, quæ res haud ita frequẽter obtingit. Iam uerò sanctos cæteris credentibus habentes plus quippiã, diuinitatis mysteria ante corporalẽ Iesu aduentũ intellexisse, dei sermone eos edocẽte etiam anteq; caro fieret (nam semper operatur imitator patris cum sit,
Ioan.5 de quo dicit: Pater meus usq; modo operat) cõsiderare licet ex his etiam dictionibus, ubi Saducæis nõ credentib. sermoni de resurrectione inquit: non legistis q; deus in ru-
Exod.3 bo dixit. Ego sum deus Abrahã, deus Isaac, & deus Iacob, Deus uerò non est mortuorum, sed uiuentium. Si igitur deum non pudet uirorum horum uocari deum, hic; uiri

inter uiuentes à deo numerant, filijq; Abraham sunt omnes credentes (quando quidẽ in fideli Abraham, qui positus est pater gentium à deo, benedicuntur omnes gentes) ambigimus admittere uiuentes uiuentiũ agnouisse disciplinas: Idq; à Christo edoctos ante luciferum genito, antequam caro fieret: Cæterum ob eam causam uiuebant, quoniam participabant dicentẽ: Ego sum uita, & percipiebant apparitionẽ non modò angelorum, sed etiam dei per Christum, tanquam tantarum promissionũ hæredes: & fortasse uidentes imaginem inuisibilis dei (quandoquidẽ qui uidit filium, uidit & patrẽ) quum intellexissent deum, Deiq; sermones pro ipsius dignitate audissent, deum uidisse, ipsumq; audisse scribuntur. Arbitror uerò ego eos, qui perfectè, & sincerè filij Abraham extiterint, filios esse actionum ipsius Abrahę, quæ intelligunt esse spirituales, atq; etiam filios esse scientiæ manifestatæ ipsi Abrahæ, quoniam quæ ipse cognouit, & fecit, ingenita fuerint illis, qui filij sunt patriarchæ, quemadmodum docet habentes aures, audiens: Si filij Abraham essetis, opera Abrahæ faceretis. Quòd si sapiẽs intelliget quæ ex proprio ore protulerit, in labijs uerò portabit animi candorem. Vel necessariò quædã de prophetis, tanq; non sapientibus (ut qui nõ intellexerint proprio ore prolata) inconsideratè enuncianda erunt, uel q; celebre est, & uerum admittentes (nempe prophetas sapientes esse) fatendũ erit, quæ proprio ore protulerint, eos intellexisse, inq; labijs gestasse animi candorẽ, & perspicuũ est Mosen mentis acie, legis ueritatem, historiarũq; apud se scriptarum allegorias iuxta anagogen uidisse. Imò Iesus uerã distributionẽ factam post destructionẽ nouem & uiginti regũ intelligit, cum magis q; nos conspicere posset, quas ueritates adũbrarent res à se gestæ. Quin perspicuũ etiã est Esaiã, mysteriũ sedentis in throno, & duorũ Seraphin, & aliarum, ipsiusq; altaris, & forcipis, & operimenti faciei, & pedũ (q; faciebant Seraphin) uidisse. Rursus Ezechiel Cherubin, & ipsorum iter, & firmamentũ super ipsos, & sedentẽ in throno uidit, quibus quid gloriosius, sublimiusq;? Et ne singulatim prosequens in longũ protendam sermonẽ, uolens ostendere uiros perfectos in superioribus ætatibus non minus cognouisse, q; qui à Christo reuelationẽ habuerunt, quippe cum his ille idem, qui Apostolos docuit, cultus dei mysteria abscondita retexerit, adhuc paucis additis iudicandũ legentibus relinquã, & cõsiderandum de hisce rebus, quicquid uolunt. Nam inquit in Romanorũ Paulus epí-
Rom.16 stola. Ei autem qui potest nos firmare secundum Euangeliũ meũ iuxta reuelationem mysterij, quod tẽporibus sempiternis est tacitũ, manifestatum autem nunc per scripturas propheticas, & per apparitionẽ domini nostri Iesu Christi. Si enim apostolis manifestatum est mysterium per scripturas propheticas, olim tacitũ, & prophetæ intelligebant, quæ proprio ore proferebant, quia sapientes essent, profectò quæ apostolis manifestata fuere, etiam prophetæ intellexerunt. Quoniam uerò multis, & uulgaribus reuelatum non fuerat, ob eam causam inquit Paulus, alijs ætatibus non innotuit filijs hominum, quemadmodũ nunc reuelatum est sanctis apostolis eius, & prophetis per spiritũ: ut sint gentes cohęredes, & eiusdẽ corporis. Vide uerò, an etiam ob obiectionẽ, quam obijcere possent hi, qui nõ admittunt rationẽ nostram, sic interpretari possimus uocabulum reuelatũ: nempe ut duobus modis dicatur. Vno quidem modo, quãdo id, quod reuelatur, intelligit, altero uerò, quando fuerit aliquid prophetatũ, quod futurũ sit, & cõplendum. Tum emi reuelat, quando res impleta perficitur. Quòd igitur gentes per Christum sint cohæredes, & eiusdem corporis, & cõparticipes promissionis in Christo, quantum quidem attinet ad cognitionẽ, ut gentes futuræ sint cohęredes, & eiusdẽ corporis, & cõparticipes, & quãdo cohæredes erant futuræ, & quare, & quales essent, & quomodo extraneæ à testamentis, alienaq; à promissione, futuræ in posterum erant eiusdem corporis, & cõparticipes, norant prophetæ, cum ipsis hoc reuelatũ fuisset. Intelligentibus uerò tantũ, & non uidentibus perfecta fuisse ea, quæ prophetata fuerant, non sic reuelata sunt futura, ut ijs, qui sub aspectũ horum euentum cernebant, quod fa-
Ephes.3 ctum est in Apostolis: nam, ut ad unũ modum, arbitror eos non magis res intellexisse, q; patres, & prophetæ, sic altero modo uerificat de eis illud, q̃d alijs ætatibus reuelatũ non fuit, quemadmodum nunc Apostolis, gentes esse cohæredes, & eiusdem corporis, & comparticipes promissionis per Christum: quia præterq; quòd intelligunt mysteria, etiam actionem, per rem perfectam intuentur. Quòd autem ait, multi prophe-
Matt.13 tæ, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

tæ,& iusti cupierunt uidere, quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt, similem potest habere interpretationem: perinde quasi cupierint & illi uidere mysteriũ olim prędictũ dispositũ incarnationis,& descensus filij dei,ad œconomiam passionis suæ,cõpluribus salutaris,tanquam si exempli gratia tale quiddã aliud sumeremus. Esto aliquis Apostolus, qui intelligat uerba ineffabilia, quæ non licet ad hominẽ loqui, sitq; is nõ uisurus secundũ gloriosum Christi aduentum diuulgatum apud fideles,& tamẽ cupiat uidere ipsum:rursus sunto alij duo, qui nõ solùm nõ percipiant,atq; intellexerint eadem,quæ Apostolus,sed impendio minus ipso etiã spem diuinam possederint, atq; hi deprehendant secundum seruatoris nostri aduentũ (quem cupiat quidem Apostolus iuxta exemplum,nec tamen uideat) certè nec falsò pronunciabimus hos duos uidisse, quæ cupierit Apostolus ille,uel apostoli uidere: nec omnino hãc ob causam necessariò dicemus,eos prudẽtiores,beatioresq; Apostolis. Ad hũc igitur modum neq; Apostolos sapiẽtiores patribus,uel Mose,uel prophetis dicturi sumus:hisq; præcipuè,qui diutius ob uirtutẽ supernis apparitionibus,uel repręsentationibus diuinis,& reuelationib.grandiũ mysteriorũ digni fuere habiti. Sed diutius commorati sumus in his,inquirẽtes eorũ dicta, qui propter opinationẽ glorificandi Christi aduentum,dicunt,longè sapiẽtiores Apostolos,q; prophetas,& patres fuisse. Nam alii quidem deum maiorem finxerunt: aliqui uerò hoc non ausi, quantum ex ipsorum uerbis percipimus,propter dogmata,quæ explicatu difficilia sunt, propheras, ac patres dono defraudant,quod illis à deo donatũ fuerat per Christum,per quem omnia facta sunt,nam si omnia, perspicuũ etiã est,quæ illis reuelata fuerunt pręclara,& peracta, signa sanctorũ mysteriorũ cultus dei,per ipsum facta fuisse: Iam quoniã undequaq; spiri necesse est generosos Christi milites pro ueritate, nusquã pro uirili fieri permittentes ingressum falsæ persuasioni,age & hæc cõsideremus. Nam fortasse primũ Ioannis de Christo testimoniũ esse dicent: Qui post me uenit,ante me factus est,quia prior me erat.Et illud:Ex plenitudine eius nos omnes accepimus,& gratiam pro gratia, & quæ sequunt,dictum fuisse ex persona discipuli. Vnde necesse est intelligentiã hanc refelle
re,ceu coactã,& nõ cõsequentẽ. Admodũ enim uiolentũ est existimare repentè adeò, & importunè Baptistę orationẽ interruptã fuisse ab oratione discipuli. Et sanè uel cuilibet,qui tantillũ iudicare sciat contextũ orationis eorũ, quæ dicuntur, lectionis series
Ioan.1 aperta est. Hic erat,quẽ dixi,qui post me uenit,ante me factus,quia prior me erat. Docet aũt Baptista,quõ ante se factus sit Iesus,dictus ipso Baptista prior, quia sit primogenitus omnis creaturæ, per illa uerba, quoniam ex plenitudine eius nos omnes accepimus, ob hanc enim causam inquit, ante me factus est,quoniã prior me erat,& ob hanc causam intelligo eum priorem me existere,& apudpatrem honorabiliorem esse,quoniam ex eius plenitudine,tùm ego,tùm prophetę,qui me antecesserunt,sumpserimus: nempe gratiam diuiniorem,& maiorem,& propheticam, pro ea gratia, quæ secũdum electionem nostram recepta est. Ob hanc autem causam ante me etiam factus est,quoniam prior me erat, quia ex plenitudine eius cum hausissemus, intelleximus etiã legẽ per Mosen,non à Mose datam fuisse: gratiam uerò, & ueritatem per Iesum Christum non solùm datam,sed etiam factam fuisse. Nempe deo, & patre ipsius, tùm legem per Mosen dante, tùm ueritatem,& gratiam per Iesum Christum faciente, gratiam autem, & ueritatem per Christum faciente, quæ homines pręuenit,candidius enim,& simpliciùs interpretãtes ea uerba, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, nõ discrucia
bimur,perinde quasi cõtraria his sit illud: Ego sum uia, ueritas, & uita: nã si Iesus est,q dicit, ego sum ueritas,qui fieri potest, ut ueritas per Iesum fiat? cũ aliquis per seipsum nõ fiat? Sed intelligendum est, ϕ αὐτοαλήθεια ea, quæ est per se ueritas,ipsa illa,quæ est substantialis,&,ut ita dicam,primũ exemplar illius ueritatis,quæ in animabus inestrationis capacibus,à qua ueritate,uelut imagines illius, impressæ fuere spectantibus ueritatem,non per Iesum Christum facta est, neq; omnino per aliquem, sed à deo. Quẽad modũ enim neq; sermo ille,qui in principio erat apud deũ,nõ est per aliquẽ: neq; sapientia illa,quam creauit initio uiarum suarum deus,non est per aliquem:sic neq; ueritas illa est per aliquem. Verùm quæ apud homines est ueritas, per Iesum Christũ facta est, uerbi gratia:ueritas, quę in Paulo inest, cęterisq; Apostolis,per Iesum Christũ,facta est,

Nec

Nec mirũ est, si ueritas cũ sit una,multas quasi ueritates ab illa dicamus diffluere. Vidit enim Dauid ille propheta multas ueritates dicens: Veritates exquíret dñs, non enim Psal.11
unam exquirit ueritatẽ ueritatis ipsius pater,sed multas,per quas seruantur,qui eas habẽt. Simile uerò quiddam huic orationi de ueritate, & ueritatibus dictum inuenimus de iustitia,& iustitijs. Ipsa enim iustitia,quæ ex se est,& subsẽtialis,Christus est, qui factus est nobis sapiẽtia à deo,iustitiaq;,& sanctificatio, & redẽptio perfecta. Ab illa aũt iustitia ea iustitia formaẽ,quę in unoquoq; inest, ita ut in his,qui seruanẽ,multæ fiãt iustitiæ:hanc ob causam etiã scriptũ est,iustus dñs,& iustitias dilexit:sic enim in ueris exemplaribus,& cæteris traditionib.iuxta septuaginta, & ipso Hebraico inuenimus. Inspice uerò,num isto modo alia quoq;,quæ Christus esse dicit singulariter, pro proportione multiplicata,pluriũ numero efferri possint, uerbi gratia: Christus est uita nostra,
quẽadmodũ Seruator ipse inquit:Ego sum uia,ueritas,& uita. Et Apostolus: Quando Ioan.14
cunq; Christus manifestatus fuerit uita nostra, tunc & uos cũ illo manifestabimini in Col.3
gloria. Rursus in psalmis scriptũ:Melior misericordia tua super uitas. Nam quia Chri- Psal.36
stus in unoquoq; inest uita,ideò multiplicantur uitæ. Fortassis isto modo & illud inquirendum:num experimentũ quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Fermè enim in unoquoq; sancto Christus inuenit. Et fiũt per unum Christũ multi Christi,illius imitatores,& transformati ad illius similitudinẽ,qui est imago dei: unde per Prophetam inquit deus:Ne tetigeritis Christos meos: quod igitur in enarrãdo uisi sumus prætermisisse (nempe gratia,& ueritas per Iesum Christum facta est) obiter explicuimus, insuper ostendentes Ioannis Baptistæ hanc esse uocem: adhuc etiã per hæc uerba testimonium reddentis filio dei. Iam ergo uideamus secundũ Ioannis testimoniũ, è Hierosolymis Iudæi,ceu affines Baptistæ,qui ex genere sacerdotali erant,sacerdotes mittũt, & leuitas, interrogaturos,quis tandẽ esset Ioannes. At ille dicens, non sum ego Christus, ueritatis confessionẽ edidit,nec ut aliquis suspicari posset,per hæc uerba,non sum ego Christus,negauit,neq; enim negatio est ad Christi gloriã,dicere se non esse Christũ. Cæterũ cum audissent qui missi fuerant è Hierosolymorũ urbe sacerdotes, & leuitæ, ipsum nõ esse Christum expectatum, de secundo,qui sperabatur (nempe Helia) cuius nomẽ magni apud ipsos fiebat,percunctanẽ,num ipse ille esset? Quo dicente se nõ esse Heliam, Ioan.1
rursus dicendo non sum,fatetur uerum. Quoniã uerò propheræ multi cum essent in Israel,unus quispiam pręcipuè expectabatur prophetatus à Mose,iuxta uerbum illud di Deut.18
cens:Prophetam suscitabit dñs deus noster ex fratribus uestris,sicut me,ipsum audite, & omnis anima,quæ non audierit prophetã illum,ex populo suo exterminabitur, tertio interrogant:nõ si propheta esset, sed an propheta ille? Et hoc non ponentibus illis hoc nomen de Christo,sed alterum esse ipsum præter Christum existimantibus,ipse cognoscens illum,cuius præcursor est(nempe ϕ Christus est,quòd propheta est ille prophetatus) respondet,non:responsurus fortasse,næ,(quæ uox est assentientis) si absque articulo interrogassent,cum non ignoraret se prophetam existere: in omnibus his etiam responsionibus secundum Ioannis testimonium non absolutum fuit,donec petentibus responsionẽ renunciandã his, qui eos miserant, seipsum è uoce prophetica Esaię manifestauit,quæ sic se habet: Vox clamantis in deserto,parate uiam dñi. Quæsitu aũt dignum est, utrum absolutum sit secundum testimonium, & tertiũ incipiat ad eos, qui Ioan.1
miserant ex pharisæis, & uolentes intelligere,cur tandem baptizaret,cũ neq; Christus neq; Helias, neq; propheta existeret, in illis uerbis, ego baptizo in aqua, sed in medio uestrum stat quẽm uos nescitis, ipse est, qui post me ueniens, ante me factus est, cuius non sum ego dignus, ut soluam corrigiam calciamẽti, an pars secundi testimonij sit responsio ad pharisæos. Verùm ego quantum cõiectare ex lectione ualeo, dicturus sum tertium testimoniũ esse responsionẽ ad eos, qui missi fuerant ex pharisęis. Obseruandũ insuper ϕ primum testimonium diuinitatem seruatoris demonstrat. Alterum suspicionem ambigentium,num fortè Ioannes esset Christus,purgat. Tertiũ inuisibiliter hominibus præsentẽ prædicat illico uenturum: uerùm ante testimonia sequẽtia,ex quib. quid demonstratur,testimonium accipit. Videamus singulas dictiones secũdi,& tertij testimonij: hoc primũ obseruantes, duas legatiões fieri ad Baptistam, alteram è Hierosolymis à Iudæis mittentibus sacerdotes, & leuitas, ut interrogarent eum,tu quis es? alteram à

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram à pharisæis mittẽtibus, atq; præter factam responsionẽ sacerdotibus, & leuitis, dubia mouentibus. Obserua erga, quõ propter personam sacratã, & leuiticam, cum mansuetudine, atq; discendi auiditate dicuntur ea uerba, tu quis es? Et illud, quid ergo Helias es tu? Et illud, num propheta ille es tu? Et ad hæc, quis es? ut responsum demus his, qui miserunt nos, quid dicis de te ipso? Neq; enim quicquam prefractũ, temerariúmue ineſt in horũ interrogatione, sed omnia cõuenientia ueris dei cultoribus. Cum contra qui missi fuerant à pharisæis, leuitis alioqui & sacerdotibus minime anxiè disquirentibus ea, quæ dicta fuerant, uocibus ueluti contumeliosis, & inhumanioribus cum baptista agunt, per illud, quid ergo baptizas, si tu nõ es Christus, neq; Helias, neq; ille propheta? Et ferè nõ intelligere uolentes ueluti prædicti leuitæ, & sacerdotes, hi mittunt, sed prohibere uolentes à baptizando. Cum fortassis existimarẽt ad nullum alium pertinere baptizare, quàm ad Christum, uel ad Heliam, uel ad prophetam: Iam qui accurate scripturam legere uoluerit, diligẽtiam is adhibeat oportet, obseruare necessariũ cum sit, quæ dicũtur, à quibus, & quando dicuntur: ut per totos sanctos libros inueniamus personis aptè tributum sermonem.

Ioan.1

TOMVS SEPTIMVS.

Tunc miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes, & leuitas, ut interrogarent eum, tu qui es? Et confessus est, & non negauit, & confessus est, nõ sum ego ille Christus.

QVOS mittere legatos ad Ioannem Iudæi debebant, & unde, nisi eos qui præcellere existimabantur, & à Hierosolymorũ loco super omnem terrã bonam celebrato: ubi templum erat dei? Ioannem itaq; tanto cum honore interrogãt. De Christo uerò nihil tale Iudæos fecisse scriptum est. Sed quod Iudæi erga Ioannẽ faciunt, isthuc Ioannes erga Christũ fecit, per suos discipulos interrogans: tu es, qui uenturus es, an alium expectamus? Et Ioannes quidem ad eos, qui uenerant, cõfessus cũ fuisset, & nõ negasset, subinde illud: Ego uox clamantis in deserto, enunciat, Christus uerò, tanquam qui maius testimoniũ q̃ Ioannem haberet, responsionẽ facit sermonibus & operibus dicẽs: Ite & renunciate Ioanni, quæ auditis, & uidetis. Cæci uisum recipiunt, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, pauperes lætum accipiunt euangelij nuncium, de quibus commodius, deo dante, in suis disputabimus locis. Fortasse autem non sine causa quis instaret, cur tandẽ sacerdotibus, & leuitis interrogantibus Ioannem, nõ si ipse esset Christus, sed tu quis es? respondet Baptista non id, quod par erat ad illud, tu quis es? Ego uox clamantis in deserto, sed quod aptè dictũ fuisset, si interrogassent, tu es Christus? cõueniebat eñ ad illud, es tu ille Christus? illud, ego nõ sum Christus, ad illud uero, tu quis es? ego uox clamantis in deserto. Dicendũ uerò ad hoc, q̃ ex interrogatione uidebat Ioãnes (ut probabile erat) timiditatẽ leuitarũ, & sacerdotum præferentiũ quidẽ suspicionẽ opinionis, num fortè is, qui baptizat, esset Christus, sed apertius illud nominare, ne uiderent petulantes, cauentiũ. Vnde iure, ut in primis omnẽ ipsorum suspicionem tolleret, quam de se ipso falsam habebant, deinde sic ostenderet ueritatem, ante omnia enunciat illud, nõ sum ego Christus. Declarat autem tale quiddam suspicatos eos fuisse secunda, atq; etiã tertia interrogatio. Heliam enim cum uenturum sperarent, atq; plurimi facerent, eum esse suspicantes honore ipsi Christo proximum, atq; secundum, enunciante Ioanne se non esse Christũ, interrogant, quid ergo Helias es tu? Et dixit, nõ sum, tertiò num ipse esset ille propheta scire uolunt: quo respondente, non, cũ non amplius possent dicere priuatim nomen alicuius, qui ad se accessurus sperarẽt, inquiũt, quis es? ut responsum demus his, qui miserunt nos? quid dicis de teipso? hoc innuentes: hæc quidem non es, quæ Israeli futura expectant, qualis autem sis, qui baptizas, nescimus, quare isthuc nos doceto, ut possimus renunciare his, qui hanc ob causam nos ad te miserunt. Rursus uerò etiam hoc his, quæ proposita sunt, proximum addemus, Videlicet quòd rẽpus aduentus Christi commouerat populum: quod quidem tempus iam aliquo modo insitabat circa annos, qui erant ab ortu Iesu, & paulò superius usq; ad demonstrationẽ prædicationis. Quocirca Scribis, & legis peritis, ut probabile erat, iam expectãtib. eum, qui

Matt.11

sperabat, quia tẽpus illius è diuinis scripturis collegerãt, tumultuatus est Theudas nõ parua multitudine cõgregata, tanq̃, opinor, Christus esset. Et post illũ Iudas Galilæus in diebus professionis. Cõsentaneũ ergo est, cũ Christi aduentus feruẽtius expectaret, diuulgaret q̃, Iudæos ab Hierosolymis sacerdotes, & leuitas misisse ad Ioãnẽ, per illud, tu quis es? discere uolẽtes, num fateret, se ipsum esse Christũ: & interrogauerunt eum, quid ergo, Helias es tu? & dicit non sum. Verùm enimuerò quis audiens Iesum dicentem de Ioãne, si uultis accipere, ipse est Helias, qui uẽturus est, non quæsturus sit, quonam pacto ad interrogãtes, Helias es tu? dicat Ioannes, non sum, atq; etiã quõ opus sit intelligere Ioannẽ esse Heliam uenturum, iuxta id, quod à Malachia est dictum, sic habens. Et ecce ego mitto uobis Heliam Thesbiten, antequã ueniat dies domini magna, & manifesta, qui restituet cor patris erga filium, & cor hominis erga proximum suum, ne ueniam, & percutiam terram funditus. Qui in angeli oratio ad Zachariam stantis à dextris altaris incensi (quẽ ipse etiã Zacharias cõspexit) simile quiddam his, quę dixit Malachias, per hæc uerba ostendit. Et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium: & uocabis nomen eius, Ioannes, & post pauca, ipsæ procedet coràm ipso cũ spiritu, & uirtute Heliæ, ut conuertat corda patrum ad filios, & contumaces ad prudentiã iustorũ, ut præparet domino populum instructũ. Ad primum igitur aliquis dicet: Ioannem ignorasse se ipsum esse Heliam: & fortassis hac ratione usuri sunt, qui fauent opinioni eorũ, qui ponunt μετεμψυχωσιν, hoc est, transcorporationẽ: perinde quasi anima subinde induat corpora, prorsus immemor anteactæ uitæ. Sed & hi ipsi dicturi sunt aliquos ex Iudæis huic dogmati assentiẽtes de seruatore dixisse: eum fortassis unũ quempiã esse ex ueteribus prophetis: qui resurrexisset nõ ex monumẽtis, sed ab ortu. Qui fieri eñ poterat, ut palàm cũ innotuisset Mariã ipsius esse matrẽ, putaret q̃ Ioseph faber illi pater esse, existimarent eum unum quendã ex prophetis existere à mortuis resuscitatũ? Quin etiã illo testimonio Geneseos hi utentes, delebo uniuersam resurrectionẽ, statuent in certamine uirum ab hoc dogmate stantem, gnarũ soluendi è scripturis diuinis fallaces probabilitates adductas. Cæterũ alius ecclesiasticus orationẽ eam, quæ astruat transcorporationem, ueluti falsam respuens, nec admittens Ioannis animam aliquando Heliam fuisse, prædicta oratione angeli usurus est, qui nõ nominauerit Heliæ animã in ortu Ioannis, sed spiritũ, & uirtutẽ, per hæc uerba. Et ipse pręcedet cum spiritu, & uirtute Heliæ, ut corda patrum ad filios conuertat: infinitis scripturarũ locis ostendere ualens, aliud esse spiritum, & id quod nominatur uirtus spiritus, aliud esse animam: de quibus tempestiuam nõ est nunc multa in mediũ afferre, ne in immẽsum orationẽ protrahamus. Quocirca ad ostendendũ uirtutẽ spiritus differre ab anima, contentus erit ecclesiasticus in præsentia illo testimonio: & uirtus altissimi obũbrabit tibi: ad ostendendũ uerò eos spiritus, qui sunt in prophetis (ut qui illis à deo donati sint) ueluti illorum mancipia esse, eo utetur. Spiritus prophetarum prophetis subijcitur. Et illo, requieuit spiritus Heliæ super Helisæum. Isto enim modo nihil absurdi erit, inquiet, ut Ioannes conuertens in spiritu, & uirtute Heliæ corda patris ad filios, dicatur propter hunc spiritum, Helias, qui uenturus est, ad quorũ confirmationẽ etiam hac ratione utetur. Si uniuersorũ deus familiaris factus sanctis, deus ipsorum fit, sic nominatus deus Abraam, deus Isaac, & deus Iacob, quantò magis spiritus sanctus familiaris factus prophetis, spiritus ipsorũ haberi poterit, ut hunc in modũ spiritus dicatur, spiritus Heliæ, & spiritus Esaiæ? Dicet q̃ hic ipse ecclesiasticus, potuisse quidem eos, qui suspicati fuissent unũ, solum q̃ prophetarum esse Iesum, è mortuis resuscitatum, decipi, tùm ex prædicto dogmate, tùm ex suspitione, quòd ipse unus ex prophetis esset, sed præter q̃ quòd existimarẽt eum unum ex prophetis esse, atq; ex monumẽtis resuscitatũ fuisse, labi eos etiã, & falsa opinari potuisse ignorando, quisnam pater ipsius diceretur, & quænam eius esset mater. Ad illud etiam, quod est in Genesi de uoce resurrectiõis, occurret ecclesiasticus utẽs eo testimonio: Resuscitauit mihi semẽ aliud deus pro Abel, quẽ interfecit Cain, uoce resurrectionis posita, etiã de natiuitate. Proinde hic ad primam dubitationẽ alio modo, quàm is, qui suspicatur transcorporationẽ, respondẽs dicet. Per ea quidem, quæ nuper probata sunt: Ioannem ratione quadam Heliam esse uenturum, respondisse uerò sacerdotibus ac leuitis, non sum, coniectantem, interrogationis ipsorum uoluntatem. Nec eñ inten-

Act.5

Ioan.1

Malach.4

Luc.1

Luc.1

1.Cor.14

Gen.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

debat hæc inquisitio prima Ioanni facta à sacerdotibus, & leuitis, ut discerent, an idem spiritus in utroq; esset, sed an Ioānes esset ille ipse Helias, qui assumptus fuerat, nunc apparens iuxta ludæorū expectationem absq; ortu, quem fortasse etiam ignorabant, qui missi fuerūt ab Hierosolymis, ad quam interrogationē meritò respondet, nō sum neq; enim Helias ille sursum receptus alternauerat corpus, dictus Ioannes. At cōtra primus ille, cuius sensum proposuimus existimantis transcorporationē hinc astrui immorans in examinatione dictionis, dicet ad alterū: minime cōsequēs esse Zachariæ tanti sacerdotis filiū in senectute utrisq; gentiū parentibus, præter omnē humanā expectationē, ignorari à tot Iudæis, qui erant Hierosolimę, & ab ijs, qui missi fuerūt ab ipsis leuitis, & Luc.1 sacerdotib. nescientibus ipsum natū fuisse, & maxime testificāte Luca, timorē ingruisse super uicinos eorū, nēpe Zachariæ, & Elisabethæ, & q̄ in tota mōtana Iudeæ diuulgabantur omnia uerba hæc, q̄ si ortus Ioannis ex Zacharia non ignorabatur, miserantq; Iudæi ab Hierosolimis per leuitas, & sacerdotes interrogaturi, Helias es tu? perspicuū esse, hoc eos dixisse uerū putantes esse dogma de transcorporatione: quod ceu patrū esset ipsorū, & non alienū ab arcana doctrina, quæ apud ipsos traditur, addetq; etiam hanc ob causam Ioannē dicere, non sum Helias, q̄ ignoraret, quodnam uitæ genus ante transegisset. His igitur non contemnendā probabilitatē habentibus, rursum ecclesiasticus dubitabit contra illum priorē, an illius prophetæ sit, qui à spiritu illuminat, qui ab Esaia prophetat, qui à tali, tantoq; angelo, priusquā nasceretur, prædicitur pariendus, qui ex plenitudine Christi accepit, qui gratiam talem, ac tantā participauit, qui intellexit ueritatē per Iesum Christū factam fuisse, qui talia ac tanta de deo, ac de eius unigenito illo, qui ad sinum patris est, enarrauit, mentiri, atq; etiā hæsitare non agnoscentem, quod erat. Oportebat enim de rebus obscurioribus assensionē inhibere, neq; concedendo, neq; tollendo propositionem. Quomodo autem rationi consentaneum nō erat, si multorū tùm tēporis dogma hoc fuisset, ut dubitaret Ioannes de se ipso, nū quando anima sua in Helia fuerit? Quin ad historiā prouocabit ecclesiasticus illum priorem auditurum ab his, qui se scire profitentē, quæ apud Hebræos arcana sunt, & euulgare sit nefas, num dogma aliquod huiusmodi sit apud ipsos: nam si nullo loco appareat, hoc hunc in modum se habere, perspicuū est illius prioris rationē dissipatam esse. Quamobrem nihilò minus ecclesiasticus solutione utetur, quam ante explicauimus: adhuc etiam ipse uoluntatem interrogantiū producī in medium postulantes. Nam si illi, qui miserunt, sciunt, ut is probauit, genitum ex Zacharia, & Elisabeth Ioannem fuisse, atq; etiam multò magis ij, qui missi fuerant, ex genere cum essent sacerdotali, quibus clàm futura non erat clara, atq; admirāda soboles Zachariæ cognati tàm illustris, quid cogitarunt interrogantes (es tu Helias?) uiri qui legerant Heliam in cœlos receptum fuisse, & qui expectabant aduentū eius? Fortassis igitur quoniam consummationis tēpore Heliam ante Christū expectant, & post Heliam Christū, ueluti tropicè interrogare uidentur, num tu es ille prænuncians uenturam ante Christum, consummationis tēpore, prædicationem? Et scienter ad hoc respōdet, non sum. Præterea uerò ecclesiasticus instans ad ea, quæ inquirit alter, qui ostendere tentat, non latuisse sacerdotes ortum Ioannis, adeo manifestū factum, eò q̄ diuulgata fuerint omnia uerba hæc per montana Matth.16 dæę, dicet: multos simili errore deceptos fuisse in seruatore: quoniam alij quidē Ioannem Baptistā ipsum, alij Heliā, alij Hieremiam, aut unum prophetarū dicerēt. Quemadmodum & discisculi interroganti domino (cum uenissēt in partes Cæsareæ, quæ cognominatur Philippi) dixerunt. Quin Herodes dicens, cui ego præcidi caput, Ioannes iste est, ipse surrexit à mortuis, uidetur nescisse de Iesu, quæ diuulgabant ab his, qui Matt.13 dicebant, nónne hic est ille fabri filius? Nónne mater eius uocat Maria? & fratres eius Iacobus, & Ioses, & Simon, & Iudas, & sorores illius nónne omnes apud nos sunt? Nihil ergo mirū dicet ecclesiasticus esse sic alios in seruatore deceptos fuisse, cū multi alios qui cognouerint ipsius ortū ex Maria: quēadmodū etiam de Ioāne mirū non est, alios quidē ipsius ortum ex Zacharia sciuisse, alios uerò ambigere, utrum Helias apparuerit in Ioanne. Nec profectò locū magis habet addubitatio de Ioanne, utrum ipse sit Helias, q̄ de seruatore, ne forte ipse sit Ioannes. Quorū Heliæ quidem formam ex sola dictione, & non à sensu refellere facile erat propter illud, uir pilosus, & zona pellicea circa lumbos

ca lumbos suos circūcinctus, Ioānis uerò forma præcognita fortasse, neq; similis existens formę Iesu nihilo minus suspicionē habuit, ne forte Ioānes à mortuis resurrexerit, mutato nomine, dictus Iesus. Iam q̄ ad nominis mutationem attinet, nescio unde, uelut in Apocryphis, moti Hebræi tradant Phinees illum, qui est Eleazari filius (qui absq; dubio produxit uitam usq; ad multos iudices: sicuti legimus in libro Iudicum) ipsum esse Heliam, & immortalitatē ipsi promissam in Numerorum libro, per pacem nomi- Num. 25
natam fœdus, eò q̄ zelum habuit: unde cōmotus zelo diuino percusserit Madianitidē, & Israelitam, & cessare fecerit furorē (uti uocant) dei, iuxta id, quod scriptū est. Phinees filius Eleazar filij Aaron, cessare fecit furorē meum, quoniā zelum habuit pro me. Quamobrem nihil est mirum, si qui suspicabant eundem esse Phinees, & Heliam? uel rectè dicentes, uel non (nec enim hac de re proposita nobis est nunc inquisitio) eundē esse putabant Ioannē, & Iesum. Vel profectò hac de re ambigebant, scireq; uolebant, num ipse esset Ioannes, & Helias. Præcipuè uerò atq; alio tēpore inquirenda est diligētius, diutiusq; indaganda ratio de substantia animæ, deq; principio formationis eius, atq; ingressu ipsius in corpus hoc terreū. Indagandum etiam, quid iniunctum sit uitæ uniuscuiusq; animæ, atq; de eius recessu ex hac uita, & an contingat illam denuo ingredi in corpus, an non, & eodem periodo, & eadem dispositione, nec ne, & num in eodē corpore, an in alio: q̄ si in eodem, utrum manente eodem secundum subiectū, sed mutato secundum qualitatem, an etiam idem futuro secundū subiectum, & qualitatem, & num semper eodē corpore usura sit, an immutatura illud. In quibus etiā illud, quid prius sit μετεμψυχωσις, id est transcorporatio, quidq; hæc differat ab incorporatione, quæ Græcè est ἐνσωμάτωσις, indagare necesse erit, & num sequatur, ut qui astruit mutāda corpora, seruet mundū incorruptibilem, in quibus necessariò ponendæ erunt rationes eorū, qui uolunt ex scripturarū auctoritate, ut anima simul cum corpore seminetur, & quæ sequuntur ipsas, &, ut semel dicam, oratio de anima, copiosa alioqui, & ad interpretandum difficilis, si undequaq; colligi debeat ex his quę sparsim posita sunt in scripturis, propriū requirit opus. Quamobrē nūc decēter ex his, quę de Ioanne, deq; Helia cōquisita sunt, cū breuiter perscrutati simus quæstionem, ad cętera transeamus.

Es tu propheta ille? & respondit non. Ioan.1

Silex, & prophetæ usq; ad Ioannē, quid aliud diceremus Ioannē esse, quàm Luc.1
prophetā: quemadmodū pater eius Zacharias plenus spiritu sancto, prophetans inquit: Et tu puer propheta altissimi uocaberis: præibis enim ante faciē dñi, ad pręparandū uias eius, nisi fortè quis sumat uocē, uocaberis, nō esse dictā pro eo quod est, eris, idq; potissimū, quòd seruator dixerit eis, qui existimabant eū esse Matt.11
prophetam. Quid existis in desertū ad uidendū? Prophetam? etiam dico uobis plusq; prophetam. Obseruandum aūt, quòd ea uerba, etiam dico uobis, ponant Ioannem esse prophetam, nec auferāt eum prophetā esse. Quòd si præterquamq; est propheta, etiā maior quàm propheta à Seruatore dicitur, quomodo si propheta est, sacerdotibus ac leuitis interrogantibus, propheta es tu? respondit, non. Dicendum autem ad hoc: non idem esse, propheta es tu ille, cum articulo, & es tu propheta, sine articulo. Similia uerò obseruauimus antè, quid differat ille deus cum articulo, & deus sine articulo: & ille sermo, & sermo. Quoniam ergo in Deuteronomio scriptum est, prophetam uo- Deut.18
bis suscitabit dominus deus uester de fratribus uestris mei similem, ipsum audietis. Futurum est autem, ut omnis anima, quæ non audierit prophetam illum, exterminetur è populo suo. Expectabat quispiam eximiè propheta, qui simile quid Mosi habens mediatorē ageret inter deum, & homines, & acceptū à deo testamentum nouum discipulis traderet: atq; in singulis prophetis agnouerat populus Israel neminem eorum hunc extitisse, qui à Mose prophetatus fuerat. Vt ergo de Ioāne ambigebant, num fortè ipse esset Christus, sic etiam, num esset ille propheta. Nec mirū si ambigentes de Ioanne, an fortè ipse esset Christus, diligēter nō inuestigarūt, an ipse esset Christus, & ille propheta. Sequit enim, ut qui hac de re sic interrogant, ignorent etiā q̄ ipse, qui sit Christus, sit etiam ille propheta. Latuit autē multos ea differentia, quæ est inter prophetam illum cum articulo, & prophetam absq; articulo; ueluti etiam Heracleonē, qui hisce dictionibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus inquit: Sic igitur Ioannes fassus est se Christum non esse, neq; prophetam, neque Heliam: opus cum alioqui fuisset hunc locum sic interpretantem perscrutari, uera nec ne Ioannes narret dicens se neq; prophetam, neq; Heliam esse. Verùm cum loca hæc non considerasset ille in commentarijs, quæ reliquit, talia sine ulla examinatione præterijt, quædam admodum paucula, eaq; indiligenter examinata insequentibus dicens: de quibus mox dicturi sumus.

Ioan.1 Dixerunt ergo ei, quis es, ut responsum demus his, qui miserunt nos? quid dicis de te ipso?

t LLVD quod dicunt hi, qui missi fuerant, hoc ualet. Adueneramus discendi gratia, & rebamur te esse, & agnouimus te non esse talem, restat post hæc, ut abs te audiamus, quis sis, ut renuntiemus his, qui miserūt nos, respōsum

Ioan.1 tuū de te. Ego uox clamātis in deserto, dirigite uiam dñi, sicut dixit Esaias propheta. Vt ille, qui propriè filius est dei nō alius à sermone cum sit, sermone utitur (ipse em̄ in principio sermo ille erat, & ille λόγος, deus apud deum) Sic Ioannes minister illius sermonis (si propriè scripturā intelligamus) non alius cum sit à uoce, uoce utitur ostendente sermonē. Qui etiam cū intellexisset prophetiā de se apud Esaiam dictam fuisse, uocem se esse inquit: nec uocem clamantem in deserto, sed uocem clamantis in deserto: nem-

Ioan.7 pe illius, qui stabat, & clamabat, si quis sitit, ueniat ad me, & bibat: dicendo & illud, dirigite uiam dñi, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur, & omis mons, & col-

Luc.3 lis reddetur humilis, & erunt omnia obliqua in uiam rectam. Vt enim scriptum est in

Exod.7 Exodo Mosi à deo dici: Ecce dedi te deū Pharaonis, & Aaron frater tuus erit tuus propheta, sic intelligendū est in his ratione quandā, & analogiā esse Ioānis ad sermonē deum, qui est in principio etiā si undequaq; similitudo non quadret. Vox enim demonstrans, & ob oculos ponens sermonem illum, Ioānes erat. Quamobrem ualde aptè nō

Luc.1 alia punitione plectitur Zacharias (cum dixisset angelo, qui cognoscam isthuc? ego enim sum senex, & uxor mea prouectæ iam ætatis) & priuatione uocis, eò quòd non credidisset ortui uocis iuxta dictum Gabrielis ad ipsum: Ecce eris tacitus, nec poteris loqui ad eum usq; diem, quo hæc fiant, eò quòd non credidisti uerbis meis, quæ implebuntur tempore suo. Hic itaq; Zacharias cum postulata tabellula scripsisset dicens: Ioannes est nomen eius, & mirati fuissent omnes, recepit uocem: apertum est enim illico

Luc.1 os eius, & loquebatur benedicens deum. Vt autem disputantes quonam pacto intelligendum esset, sermonem esse dei filium, declarauimus, quæ in mentē uenerūt, sic iuxta conuenientē consequentiam, quoniam Ioannes uenit ad testificandum homo missus à deo, ut testificaretur de luce, ut omnes crederent per ipsum, intelligere debemus Ioannem uocem esse, quæ sola capere ualeat sermonē annunciatū: potissimūq; hoc intelligemus, si memoria repetemus, quæ ante proposuimus enarrantes ea uerba, ut oēs crederent per ipsum, in eo loco, hic est de quo scriptū est: Ecce ego mitto angelū meū, qui præparabit uiā ante faciem tuā. Illud etiā egregiè, & non ait, se uocem esse dicētis in deserto, sed clamantis in deserto, etenim qui clamat, dirigite uiam dñi, etiam dicit, sed contingit ut quispiam non clamans, hoc ipsum etiam dicat. Clamat uerò, & uociferatur, ut & qui sunt procul à dicente, audiant, & qui ad audiendū sunt tardi, rerū quæ dicuntur, magnitudinem intelligant: uoce pronunciata cum magitudine opem ferens tum his, qui à deo recesserint, tum his, qui auditus acuitatē perdiderint. Hanc ob causam em̄ Io-

Ioan.7 bat etiā Iesus, & clamabat dicēs: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Hāc ob causam Ioannes etiā testificat de eo, & dicens clamabat. Hanc ob causam iubet Esaiam deus cla-

Esa.40 mare in uoce dicente: clama, cui respondet Esaias, quid clamabo? At uox precantium, quæ intelligētia percipit, quamuis magna, neq; prolixa omnino fuerit, neq; adauxerint illi clamorem, ac uociferationem, audit tamen hunc in modum precantes Deus, Mosi dicens: Quid ad me clamas? qui sensibiliter nō clamauerat, neq; em̄ scriptū est in Exodo, Mosen sensibiliter clamasse, cum per precationē ea uoce ualde clamasset, quā

Psal.76 solus deus audit. Hanc ob causam Dauid etiam inquit: Voce mea ad Dñm clamaui, & exaudiuit me. Opus est autem uoce clamantis in deserto, ubi anima etiam, deo atque, ueritate destituta, quodnā enim aliud desertū asperius, quàm anima, quæ deo, atq; omni uirtute sit destituta? eò quòd adhuc obliquè ambulet egens doctrina, inuitetur ad dirigendam

rigendam domini uiam, quam quidem uiam dirigit ille quidem, qui nequaquā serpentis iter tortuosum imitatur, peruertit uerò, qui huic est contrarius. Quamobrē acerbius reprehēditur etiam talis similibus uerbis per illud. Quare peruertitis uias dñi rectas? Cæterū bifariam uia dñi dirigitur, primùm propter contemplationē, quæ manifestatur in ueritate absq; ulla permixtione mendacij, deinde propter actionem: siquis cum probè peruiderit quid agendum, actionem conuenientem rationi rectæ, suggerenti agenda in opus produxerit. Vt accuratius uerò intelligamus illud, dirigite uiam dñi, oppor-

Num.20 tunum erit citare, quod in Prouerbiorū libro est dictum: Ne declinaueris ad dexteram neq; ad sinistrā. Qui enim in utramlibet inclinat, is amisit illud dirigere, factus non amplius cura, & consideratione dignus, quando transgressus fuerit itineris rectitudinem. Quoniam enim iustus dominus, & iustitias dilexit, & rectitudines uidit uultus eius, illud, quod uidet, illuminat. Hanc ob causam qui est in consideratione, & tutela, utilita-

Psal.5 tem ex hac cura, & protectione capiens, inquit: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Itaq; stemus in uijs iuxta Hieremiæ dicta, & uidentes interrogemus semitas domini sempiternas: & uideamus, quænam sit uia bona, & ambulemus in ea: perinde atq; Apostoli, qui steterunt, & interrogarunt semitas domini sempiternas: nempe patriarchas, & prophetas, quorum literas cum interrogassent, postea ipsos intelligendo, uiderunt uiam bonā: nempe Iesum dicentē ego sum uia, & ambulauerunt in ea. Bona enim uia est, quæ ad patrē ducit, bonum hominē de thesauro suo proferentē bona: & bonū seruū, & fidelem: cæterùm hæc quidem uia angusta est, uulgaribus, & alioqui carnis amantibus, qui iter per eam facere non possunt, sed eadem etiam pressa, & trita est ab his, qui uim faciunt, ut per eam eant: quoniam non est dicta premens, sed pressa. Nam qui non soluerit calciamenta pedum suorum, neq; sincerè admiserit, & locus, in quo stat, uel etiam, per quem ambulat, terra sancta est, is præmit uiuentē uiam, & sentientem proprietates facientis irer. Ducet præterea hæc uia ad eum, qui, uita cum sit, dixit: Ego sum uita. Seruator namq;, in quo uniuersa est uirtus, uarijs modis potest intelligi, & significari. Hinc illi, qui ad finem nondū peruenerit, sed adhuc progreditur, ac

Marc.6 proficit, est uia: illi uerò, qui omnem mortalitatem deposuerit, uita. Per hanc uiam qui ambulat, docetur nihil in illam tollere, quia ipsa panes habet, & quæ ad uitam pertinēt, ne uirga quidem egēs, quòd nihil in illa possint hostes, sed neq; calceis, quia sancta sit.

Ioan.1 ualet autem tantundem illud. Ego uox clamantis in deserto, & quod sequitur, ac si diceres. Ego sum ille, de quo scriptum est. Vox clamantis, ut clamante Ioanne, uox huius etiam clamet, dirigite uiam domini. Maledicentius autem Heracleon de Ioanne, & prophetis differens inquit: Sermonē esse seruatorem: uocem per Ioannem intelligi, sonum uerò esse uniuersum prophetarū ordinē, cōtra quem dicendum, quemadmodū

1.Cor.14 si incertam uocē tuba dederit, nullus adornatur ad bellum, & qui sine charitate mystē riorum cognitionē, seu prophetiā habet, factus est æs resonans, aut cimbalum tinniēs, ita si nihil aliud uox prophetica sit, & sonus, quomodo remittens ad eam nos Seruator

Ioan.5 dicit: Scrutamini scripturas, quia uos uidemini in ipsis uitam æternam habere, & illæ sunt, quæ testificantur de me? & si credidissetis Mosi, credidissetis utiq; & mihi: de me

Matt.15 enim ille scripsit. Et bene prophetauit de uobis Esaias dicens: Populus hic labijs me honorat. Haud enim scio, an rationabiliter admittet aliquis incertum sonum à seruatore laudari: uel an licet ex scripturis (ad quas remittimur) ceu à uoce tubę adornari ad bellum cōtra oppositas actiones, si sonus dederit incertā uocē? Quonam em̄ pacto, si charitatē non habuerunt prophetæ, ob eamq; causam uelut æs resonabant, aut tanq; cimbalum tinniebāt, ad sonū ipsorū, ut illi interpretati sunt: remittit nos dominus inde utilitatē percepturos? Rursus etiam nescio, quō absq; ulla probatione enūciet uocem sermoni ualde accommodatam, sermonem fieri: quasi uerū mulierem in uirum transmutet. Præterea quasi potestatē habens cōdendi dogmata, & fidem sibi acquirēdi, & proficiendi, futurū, inquit, ut sonitus mutetur in uocē, loco discipuli statuēs uocē transeuntem in sermonē, loco uerò serui sonitū transeuntē in uocē. & si quōcunq; attulisset aliquas probabiles rationes in his astruendis, laborassemus etiam nos in his refellendis. Sed sufficit ad hæc refellenda nuda, simplexq; negatio. Sed age, quod distulera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

xta Heracleonem, Ioannem ipsum dicit,& prophetam,& Heliam: quorum utrunque se esse negat Ioannes ipse. Præterea prophetam, & Heliam, cum Seruator ipsum dicit (inquit Heracleon) non ipsum Ioannem declarat, sed quæ sunt circa ipsum: cum uerò maiorem etiam prophetis,& his, qui sunt inter natos mulierum, tunc ipsum Ioannẽ designat. Proinde inquit Heracleon, Ioannes ipse interrogatus, de seipso respondet, non de his, quæ circa seipsum sunt. Cæterùm magnam diligentiam de hisce rebus proinde uirili adhibuimus, ut nihil non confirmatum omitteremus, quo comparentur termini, quos uocant, cum his, quæ enunciata fuerunt ab Heracleone: quippe qui non habeat potestatem dicendi quicquid uelit. Quia enim ratione, ne leuiter quidem, probare conatur hoc (quòd scilicet Ioannes, quatenus est propheta,& Helias,& uox clamantis in deserto) esse ex numero eorum, quæ sunt circa ipsum, sed utitur exemplo, quòd quæ sunt circa ipsum, sint ueluti uestimenta diuersa ab eo: & quod interrogatus de uestimẽtis, an ipse uestimenta esset, non respondisset illud, næ (Quomodo enim uestimenta lo annis hoc sit, esse Heliam uenturum, nõ admodum, ut ab hoc traditum est, clarè uideo. Fortasse dici aliquo modo cum possit, ut à nobis est dictum: qui ut potuimus, exposuimus illud, cum spiritu,& uirtute Heliæ, hunc spiritum Heliæ in potentia esse spiritum animæ Ioannis. Cæterùm qui demonstrare uolunt, quare sacerdotes, & leuitæ fuerint hi, qui à Iudæis missi fuerunt, ut interrogarent Ioannem, non male dicerent, idcirco ex hoc ordine missos, quia conueniens esset hos in dei cultu iugiter perseuerantes, de hisce rebus interrogare, ac solicitos esse. Nec illud ualde exquisitè protulit, Ioannem ex tribu leuitica esse, quemadmodum antea dubitantes nos indagauimus. quia si agnouissent Ioannem, ortumq; eius, illi, qui missi fuerant, quomodo habuissent locum interrogandi, an ipse esset Helias? Rursum in illis uerbis, num propheta ille es tu? nihil præcipuum existimãs significari ex articuli adiectione, dicit eos interrogasse, num prophe ta esset: rem multis cõmunem addiscere uolentes. Præterea uerò nõ solus Heracleon, sed, quantũ ego uidere potui, omnes etiam, qui à nobis diuersa sentiunt, utpote qui per exiguam, ac tenuem dubitationẽ distinguere non possunt, Ioannẽ suspicati sunt Heliam, atq; prophetis omnibus maiorem esse: propterea q̃ nemo surrexerit inter natos mulierum maior Ioanne, non uidentes duobus modis uerum esse, quod dicitur, neminẽ Ioannem maiorem esse inter natos mulierum: non solùm quia ipse sit maior omnibus, uerùm etiam quia sint aliqui ipsi æquales. Nã uerùm est, multis prophetis ipsi æqualibus existentibus, neminẽ eo maiorẽ esse propter gratiam ipsi datam. Existimat autem confirmari Ioannem esse maiorẽ, quia prophetatus fuerit ab Esaia, perinde quasi nemo ex eorum numero, qui aliquando prophetarunt, hoc honore dignatus fuerit, uere ueluti despiciens testamentũ uetus, quod uocant: nec obseruans ipsum Heliam prophetarum
Malach.4 fuisse. Prophetatur enim Helias à Malachia dicente. Ecce ego mitto uobis Heliam thesbiten, qui reducet cor patris erga filiũ. Quin etiã Iosias (ut in Regũ tertio legimus) nominatim prophetaꝫ à propheta, qui ex Iuda aduenerat, dicente (Cũ etiã adesset Hieroboam iuxta altare.) Hæc dicit dñs: Ecce filius nascitur Dauidi Iosias nomine. Inquiunt
3 Reg.13 etiam nõnulli Sampsonẽ à Iacob prophetatum fuisse, dicente: Dan iudicabit suum ip-
Gen.49 sius populum, quemadmodum etiam una tribus in Israel, quoniã è tribu Dan genitus Sampson iudicauit Israelẽ. Sed hactenus de prophetia, propter eũ, qui enũciauit præter Ioannẽ prophetatũ fuisse neminem: & hæc dixi uolens aliquid differere in illud.

Ego uox clamantis in deserto, & qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Et interrogauerunt eum ac dixerunt ei. Quid ergo baptizas: si tu non es Christus ille, neq; Helias, neq; propheta ille.

VT quidẽ ab Hierosolymis sacerdotes,& leuitas interrogaturos Ioannẽ misQ serãt, cũ didicissent quis esset, uel nõ esset ipse Ioãnes, decẽtissimè quieuerãt: ueluti silentio fauentes,& demonstrãtes, se admittere, quæ audissent: q̃ baptizare cõueniat uoci clamantis in deserto ad dirigendam uiam dñi. Contra uerò pharisæi (ut qui iuxta nomen suum diuisi quidam,& seditiosi essent) se eadem non sentire demonstrat cum ludeis existentibus in urbe Metropoli,& cum ministris cultus diuini, ac sacerdotibus,& leuitis: mittendo qui ueluti increpantes, ac prohibentes, quantum in ipsis

in ipsis esset, baptizare, interrogarent. Quid ergo baptizas, si tu non es ille Christus, Ioan.1
neq; Helias, neq; propheta ille? Et fortasse si unum in corpus cõnectamus, quæ in Euangelijs sunt scripta, dicturi sumus nunc quidem eos hæc dixisse, deinde uerò nescio
Matt.3 quomodo eos, cum se baptismo dedissent, à Ioanne audisse illud. Progenies uiperarũ, quis uos docuit fugere à uentura ira? Facite igitur fructum dignum pœnitentia. Hæc enim apud Matthæũ dicta sunt à Baptista, cum uidisset multos Pharisæorũ,& Sadducæorum uenientes ad baptisma. Sed liquet, eos pœnitẽtiæ fructus non habere, atq; Pharisaicè apud seipsos gloriari de Abraam tanq̃ patre, quocirca sæuius obiurganꝫ à Ioanne, zelũ Heliæ habẽte iuxta cõmunicationẽ spiritus sancti. Obiurgatiua enim oratio
Matth.3 est illa, quæ inquit. Ne cogitetis dicere apud uos ipsos patrem Abraã: dida scalia aũt illa: q̃ infideles (ob cor lapideum lapides dicti) immutari possint uirtute dei, ex lapidibus in libros Abraæ, quoniã erant in oculis prophetæ, non fugientes illius diuinũ obMatt.3 tutum. Quã ob causam illud ab ipso dicit̃: Dico uobis posse deũ è lapidibus istis suscitare liberos Abraæ. Et quoniã cum non fecissent fructũ pœnitentia dignũ, ueniunt ad
Matt.3 baptisma, conuenientissimè ipsis illud dicit̃. Iam uerò,& securis ad radicem arborum posita est, omnis igit̃ arbor non faciens fructum bonum excidit̃r,& in ignẽ conijcit̃, ueluti ipsis apertè dicens. Quoniam uenistis ad baptismũ, cum nõ feceritis fructũ pœ-
Hebr.4 nitentiæ, arbor estis non faciens fructum bonum, excidenda ab acutissima, & ualidissima securi: nempe à sermone uiuente,& efficaci: qui penetrantior est quouis gladio
Luc.18 utrinq; incidente. Cæterũ Pharisæorũ de se prædicationẽ produxit Lucas in medium, per illud. Duo homines ascẽderũt in templũ, ut precarent̃, unus Pharisæus,& alter Publicanus. Pharisæus stans hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, q̃ non sum quales cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, qualis etiam hic Publicanus. Quando ꝓpter hæc uerba, Publicanus domum suam descendit iustificatus magis, q̃ ille, addit̃ etiam, omnem exaltantem se, humiliari. Vt hypocritæ igitur (iuxta Seruatoris ad ipsos obiurgatoria uerba) ueniunt ad baptisma, non latentes baptizantem, quòd adhuc habe-
Psal.58 rent uiperarum,& aspidum uenenum sub labijs suis. Venenum enim, inquit, sub labijs eorum. Cumq; uerè uenenum haberent,, ut uenenum serpentis, id etiam expresserunt per hãc amaram interrogationẽ: quid ergo baptizas, si tu nõ es Christus, neq; Helias, neq; propheta ille? Quibus ego dicere possem, tanq̃ Christo, atq; Helia propheta baptizantibus, cum uox clamantis in heremo hanc facultatem non acceperit. Inhumani ter ò boni interrogatis missum nuncium ante faciem Christi ad prꝑparandum uiã eius coràm ipso, uniuersa ipsius, qui ad hunc locũ attinet, ignorantes mysteria, nam is cum sit Christus (uel si nolitis) & ille propheta, ipse non baptizauit, sed discipuli eius. Proin
3 Reg.18 de unde nam uobis persuasum est Heliam uenturum ad baptizandum? qui neq; ligna altari superposita tempore Achab, eaq; egentia balneo, ut comburerentur (cum appa ruisset per ignem dominus) baptizauerit? Iubet enim sacerdotibus, ut istuc facerent, nec id tantum semel, nam dicit, denuo id facite. Cumq; denuo id fecissent, tertiò inquit, id facite. Et tertio id fecerunt. Cum ergo ipse tum non baptizarit, sed alijs cessarit hanc prouinciam, quomodo cum accesserit iuxta Malachiæ uaticinium, baptizaturus est. Igitur Christus in aqua non baptizat, sed discipuli eius: sibi ipsi reseruans baptismum in spiritu sancto,& igni. Porrò Heracleon admittens Pharisæorum ser-
Luc.3 monem rectè prolatum, perinde quasi tum Christus, tum Helias, tum denique prophetæ omnes debitores essent baptizandi ijsdem uerbis, inquit, quibus solis opus est baptizare. Cumq; à nobis nuper sit redargutus ex his, quæ diximus, idq; præsertim, qui per prophetam illum intellexerit prophetam quempiam uulgarem (neque enim ostendere potest prophetarum aliquem baptizasse) non insciè ait Pharisæos, non quia uellent discere, sed ex propria uersutia interrogare. Quoniam uerò necessarium nobis esse uidetur in medium afferre Euangeliorũ uerba similia huic contextui, quem in manibus habemus (& hoc singulatim ad finem usque est faciendum, quò quæ discrepantiam habere uidentur, consona ostendantur, atque item ut explanentur, quæ ueluti singulare quidpiam priuatim habent) age id etiam hoc in loco faciamus. Illud enim, uox clamantis in deserto, dirigite uiam Domini, apud Ioan.1
discipulum Ioannem ex persona Baptistæ dicitur, apud Marcum uerò tanquam prin- Marc.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipium Euangelij Iesu Christi ex Esaiæ uoce hunc in modum est scriptum: Initium E-
Mal.3 uangelij Iesu Christi, pro ut scriptum est in Esaia propheta. Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuam, qui præparaturus est uiam tuam ante te. Vox clamãtis in de-
serto, parate uiã domini, rectas facite semitas eius. Cæterũ non ponit in propheta, di
rigite uiã domini, quod citauit Ioannes. Proinde uide, ne fortè Ioãnes decurtãs illud,
parate uiã domini, rectas facite semitas dei nostri, scripserit, dirigite uiam domini: quæ
uerba Marcus duas prophetias duobus in locis dictas à duobus prophetis in unũ col-
Marc.1 ligens fecit, prout scriptũ est in Esaia propheta. Ecce ego mitto nuncium meum ante
faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Vox clamãtis in deserto, parate uiam
domini, rectas facite semitas eius. Illud enim, uox clamantis in deserto, mox scriptũ est
post historiam narrantem, Ezechiam ex morbo conualuisse. Illud aũt. Ecce ego mitto
nuncium meum ante faciem tuam, à Malachia. Quod autem fecit Ioannes abbreuians
textum à se citatum, id Marcus etiam ipse in alia dictione representauit, quãdoquidẽ,
Mal.3 dicente propheta, parate uiã domini, rectas facite semitas dei nostri, scripserit ipse: pa-
rate uiam domini, rectas facite semitas eius: idem fecit etiã in illis uerbis. Ecce ego mit
to angelum meum ante faciẽ tuam, qui præparabit uiã tuã ante te: addens, ante te, q̃
positum non fuerat à ꝓpheta. Insuper diligentiam adhibentes in illud, & qui missi fue
rant, erãt ex Phariseis, & interrogauerunt eum, nos proposuimus pharisæorũ interro-
gationem (ꝙ Matthæus eã tacuerit) his, quæ scripta sunt facta fuisse apud Matthæum
dicentẽ: ꝙ intuitus Ioannes multos Pharisæorum, & Sadducæorum uenientes ad ba-
ptisma dixerit illis. Progenies uiperarũ, & quæ sequunt, consequens cum sit primũ eos
interrogasse, tum uerò aduenisse. Hoc etiam obiter obseruandũ est, quòd exeuntibus
tum Hierosolyma, tum tota ludea, tum uerò tota regione fluuio Iordani circumiecta,
sua ipsorum peccata cõfitentibus, Matthæo nullum dicẽte eos uerbum à Baptista au-
disse obiurgatorium, & asperum, sed solos Pharisæos, & Sadducæos, eosq̃ multos, cũ
uenirent, conspectos audisse illud: Progenies uiperarum, & quæ sequunt. Marcũ con
sequenter, quia non nominarit pharisæos, neq̃ Sadducæos, nullũ obiurgatorium uer
bum narrare dictum fuisse à Ioanne his, qui ad se uenerunt, cum accessissent ad eũ to-
ta ludæa, ac Hierosolymitæ omnes, & baptizarentur ab eo in Iordane, cõfitentes pec-
cata sua. Quin & hoc necessariò addamus oportet, nempe utroq̃, Matthæũ uidelicet,
& Marcum dicere, totam Hierosolymam, totamq̃ ludæam, ac omnem circũiectã Ior-
danis regionem, uel totam ludæam regionem, & Hierosolymitas omnes cõfiteri pec
cata sua, sed cum Matthæus induxerit uenientes ad baptisma Pharisæos, & Sadducæos,
non tamen confitentes peccata sua, probabile esse, atq̃ rationi consentaneũ, ut hãc ob
causam audierint: Progenies uiperarũ. Cæterũ ne nos existimes importunè, quæ qua-
tuor Euãgelistæ dixerũt, contulisse, inquirẽs quæ pertinẽt ad eos, qui missi fuerant ex
Pharisæis, & interrogauerunt Ioannẽ. Nam si bene adaptauimus Pharisæorũ interro-
gationem scriptam apud discipulum Ioannẽ, baptismo ipsorum posito apud Matthæ
um, consequens erat inquirere, quæ ad hæc loca etiã intelligenda pertinebant, & quas
inuenissemus obseruationes addere. Meminit autem Lucas, perinde atq̃ Marcus ex
persona propria eorum uerborum, uox clamantis in deserto hunc in modum. Factum
Luc.3 est uerbum domini ad Ioannẽ Zachariæ filium in deserto. Et uenit in omnẽ regionem
finitimam Iordani prædicans baptismũ pœnitentiæ in remissionẽ peccatorũ, sicut scri
ptum est in libro sermonum Esaiæ prophetæ dicentis: Vox clamantis in deserto, para
te uiam domini, rectas facite semitas eius. Addidit autem Lucas, quod reliquum erat
prophetiæ. Omnis uallis implebit, & omnis mons, & collis reddetur humilis, uerten-
turq̃ distorta in uias rectas, & asperæ uiæ in planas, uidebitq̃ omnis caro salutare dei,
perinde atq̃ Marcus, cũ scripsisset rectas facite semitas eius, decurtans, ut prædiximus,
illud, rectas facite semitas eius dei nostri. In illis uerò uerbis, erunt omnia obliqua in re
ctum, uocem, omnia, prætermisit, pluriũ etiã numero rectas dicens, quod rectũ singu-
lari numero dictũ fuerat. Ad hęc etiã pro eo, quod est aspera in planitiẽ, fecit, & asperę
uię in planas. Cũq̃ prætermisisset illud, uidebit gloria domini, addidit deinceps, & ui-
debit omnis caro salutare dei. Præter hoc uerò conferunt etiam huiusmodi obserua-
tiones ad demonstrandũ decurtata fuisse ab Euangelistis prophetica. Adhæc uerò ob
seruan-

seruandum est illud, progenies uiperarum, & quæ sequunt, Matthæũ narrare, dictum
fuisse Pharisæis, & Sadducæis aduentantibus ad baptismum, diuersis existentibus ab
his, qui confitebant peccata sua, & nihil tale audiebant. Lucã uerò, egredientibus tur-
bis, ut baptizarent ab ipso, hæc dicta fuisse: non facientem duos ordines eorũ, qui ba-
ptizabantur, quod apud Matthæum inuenimus. Sed iure Matthæus Baptistã inducit
dicẽtem turbis, progenies uiperarum, & quæ sequunt, quando turbę in bonã non su-
muntur, ut obseruãtibus perspicuũ erit. Pharisæis præterea, & Sadducæis numero sin-
gulari dictum est, facite fructũ dignum pœnitentia, turbis uerò numero plurium, fru-
ctus dignos pœnitentia. Fortassis enim fructus pœnitentiæ eximius à Pharisæis exigi
tur, qui nõ alius est, q̃ Iesus, & fides erga ipsum, à turbis aũt neq̃ principium bonorum
habentibus omnes exigunt pœnitentię fructus. Quamobrẽ plurium numero, fructus
facite, dixit ipsis Baptista. Illud etiam præter hæc Pharisæis dicitur. Ne cogitetis apud
uosmetipsos dicere, patrem habemus Abraam. Pharisæi uerò non incipiũt, sed multò
ante hoc cogitant. Vtriq̃ tamen prædictos lapides ostensos audiũt, quasi ex his suscí-
tari possent libri Abraæ ipsi, suscituros ab insensibilitate, & mortificatione. Obserua Osee 10
aũt Pharisæis (iuxta id quod dictũ fuit apud Prophetã, comedistis fructum mẽdacem)
habentibus fructum mendacem dici: omnis igit arbor nonfaciens fructum bonũ ex-
cinditur. Id enim, quod fructum nõ habet, nec bonum quidem fructum habet, quam-
obrem dignum est, ut excindatur, quod autem fructum habet, id non omnino fructũ
bonum habet, quare iure, & ipsum à securi deiscitur. Cæterum si accuratius exquisieri-
mus, fieri nõ posse uidebimus, ut id, q̃d nuper excoli sit cæptum, etiam si fructificet, pri
mos afferat fructus bonos. Contentusq̃ est agricola primam arboris culturam conue-
nientes fructus proferre, tum uerò procedẽte tempore, post hos qualescunq̃ fructus,
sumpturus etiam fructus bonos: adhibitis purgationibus agriculturæ cõuenientibus.
Quin lex etiam huic nostræ intelligentiæ attestatur dicẽs, oportere eum, qui plãtaue- Leuit. 19
rit, impurgatũ triẽnio sinere, q̃d plantauerit: Non comedis rei plantatæ fructus. Tres
em inquit annos uobis fructus impurgatus non comedet, quarto aũt anno erit omnis
fructus sanctus, laudabilis dño. Iure ergo ad turbas absq̃ additione boni dicit. Omnis
igit arbor, quę non facit fructum, excinditur, & in ignem conijcitur: postquàm per tri
ennium instructę peruenerint ad annum quartũ, non facientes aliquẽ fructũ sanctum,
laudabilem domino. Hæc aũt omnia, quamuis per digressionem uideantur à nobis di
cta, comparantibus etiam quæ cætera Euãgelia dicant, non importunè tamen ascita,
neq̃ aliena à præsenti consideratione iudicio sunt meo. Pharisæi enim mittũt ad Ioan- Ioan.1
nem post sacerdotes, & Leuitas ab Hierosolymis missos, ad interrogandũ ipsum, quis-
nam esset, interrogantes, quid ergo baptizas, si tu nõ es ille Christus, neq̃ Helias, neq̃
ille propheta? cumq̃ interrogassent hoc in loco, deinceps profecti, ut baptizarentur
(ut scribit Matthæus) audiunt conueniẽtia fastui, & simulationi suæ. Porrò quoniam
his eadem ferè, quæ turbis dicta fuerant, postulabant hæc collationẽ, atq̃ explanatio-
nem, quę dum fiunt, plura compulit nos consequentia rerum considerare. His insuper
quæ diximus, necessariò illud addemus, Ioãnem scribere duos ordines esse mittentiũ:
alterum quidem ludæorum mittentiũ ab Hierosolymis sacerdotes, & leuitas: alterum Ioan.1
uerò Pharisæorum addubitantium quare baptizet. Tradidimus etiam Pharisæos post
interrogationẽ profectos fuisse, ut baptizarent. Proinde uide, ne fortè ludæi, qui ante
Pharisæos miserant ab Hierosolymis, admissa Ioãnis oratione, quia priores Pharisæis
miserint, priores etiam ueniãt. Hierosolyma enim, & tota ludæa, & cõsequẽter omnis Matt.11
regio Iordani finitima baptizabant ab ipso in Iordane fluuio, cõfitentes peccata sua.
Vel ut Lucas inqt. Egrediebaẽ ad ipsum tota ludea regio, & Hierosolomytæ omnes, Luc.3
& baptizabant ab ipso in Iordane fluuio confitentes peccata sua. Cæterum neq̃ Mat
theus Pharisęos, & Sadducæos, quibus dicitur, progenies uiperarum, neq̃ Lucas tur-
bas eandem increpationem, audisse inducunt cõfitentes peccata sua. Illud uerò dubi-
tatione dignũ est, quomodo cum tota Hierosolymitarũ urbs, & tota ludæa, & tota re-
gio Iordani finitima baptizarentur à Ioanne, Seruator dicat. Venit Ioannes Baptista Matt.11
neq̃ manducãs, neq̃ bibens, & dicitis, dæmoniũ habet: & interrogãtibus, in qua pote
state hęc facis? dicit: Interrogabo & ego uos unũ uerbũ, quod si dixeritis mihi: dicam
etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.21 etiam ego uobis, in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioānis unde erat: è cœlo, an ex hominibus: quando, & disceptantes inquiunt: si dixerimus è cœlo, dicet: quare nō ere didistis illi? Sed soluitur hunc in modum dubitatio. Pharisæi, ut antea obseruauimus, qui audierant, progenies uiperarum, nec illi crediderant, accedunt ad baptismum, timentes, uti probabile est, turbam, atq; propter illos simulatè uolentes lauari, ne tot hominibus aduersari uiderentur. Sentientes igitur ipsum ab hominibus, nō è cœlo habere baptismum, timent, quòd suspicantur dicere, ne forte lapidentur à turba. Quare quæ Seruator Pharisæis locutus est, contraria non sunt his, quæ scripta fuerūt in Euangelijs de multitudine eorum, qui apud Ioannem batizati fuerunt. Cum alioqui temeritatis pharisęorum fuerit dicere, Ioannem habere dæmoniū, & Iesum in Belzebub dæmoniorum principe uirtutes edidisse.

TOMVS OCTAVVS

Respondet illis Ioannes dicens, ego quidem baptizo uos in aqua: in medio autem uestri stat, quem uos nescitis. Ipse est, qui post me uenturus est, cuius non sum dignus, ut soluam corrigiam calceamenti.

QVIDEM Heracleon existimat Ioannem respōdere his, qui à Pharisæis missi fuerant, quod ipse uolebat, non ad id, quod illi interrogauerāt, non
E aduertens se incusare prophetam insciticæ, si aliud interrogatus, de re alia respondet: (cauendū enim nobis est hoc, dum colloquimur, tanq; uitiū:) Contra, nos dicimus maximè appositā esse responsionē. Nāq; ad illud, qd
Ioan.1 ergo baptizas, si tu non es ille Christus, quid aliud dici oportuit, q̄ ostendere baptisma suū esse corporale? Ego enim inquit baptizo aqua: cumq; hoc respōdisset ad illud, quid ergo baptizas, ad alterū, si tu non es ille Christus, laudes enarrat de præcipua, ac præcedenti substātia Christi. Nempe q̄ Christus tantū uiriū habet, ut inuisibilis etiā sit diuinitate sua, omni homini præsens, & per uniuersum orbem extēsus: quod declarat per illud, in medio uestri stat ille, quē uos nescitis. Et quoniā nihil tale expectātes Christi aduentum Pharisæi de ipso uidebant, tantū suspicantes eum esse hominem sanctū, concinnè redarguit Pharisæorum ignorantiam, qui ipsius excellentiam ignorabant, adijciens, quem uos nescitis, illis uerbis, in medio uestri stat. Et ne quis suspicetur eum, qui sit inuisibilis, quiq; penetret ad omnē hominem, & ad totum mundum, diuersum
Ioan.1 esse ab eo, qui humanam sumpsit carnem, & super terram est uisus, & cum hominibus est conuersatus, coniungit illis uerbis, in medio uestri stat, quem uos nescitis, illud: qui post me uenturus est, hoc est, qui post me manifestandus est. Cuius cum excedente, & exuperante excellentia intellexisset Ioannes suam ipsius naturam superari, ob quā ambigebant nōnulli, an ipse esset Christus, ostendere uolens, quantò inferior esset Christi magnitudine, ne quis de se cogitaret aliquid supra id, quod uidet, aut audit à semetipso, dicit etiā illud: non sum ego dignus, ut soluā eius corrigiam calceamenti, illud innuēs, se minime idoneū esse, qui de ipsius Christi incorporatione rationē (quæ ueluti ligata est, & occulta non intelligentibus) soluat, explicetq;: dignum aliquid dicendo de tanto aduentu in tantam breuitatē cōtracto. Verum enimuero haud importunum fuerit inquirētibus nobis illud. Ego aqua baptizo, addere, siqd simile de hoc dixerint Euāgelistę, & cū re, qua de agit, cōferre: itaq; Matthæus inquit, cum conspexisset multos ex Pharisæis & ex Sadducæis ueniētes ad Baptismum (post uerba increpatoria, de
Matt.3 quibus inquisiuimus) ego quidē uos aqua baptizo ad resipiscentiam. At ille, qui post me uēturus est, potentior me est, cuius non sum idoneus, ut calceamēta portē. Ipse uos baptizabit spiritu sancto, & igni: cum sermone Ioannis conueniens narrante, confessionem baptismi ad eos, q̄ missi fuerāt ex Pharisæis. At Marcus: prædicabat (inquit) Io
Marc.1 annes dicens: Venit, qui fortior est me, post me, cuius non sum idoneus, ut procūbēs soluam corrigiā calceamentorū eius. Ego quidē baptizo uos aqua, ille uerò baptizabit uos spiritu sancto. Ad cōplures, & omnes audientes docens hæc prædicata fuisse. rursum Lucas inquit, quòd expectante populo, & cogitantibus omnibus in cordibus
Luc.3 suis de Ioanne, an ipse esset Christus, responderit Ioannes dicens uniuersis. Ego quidē aqua

aqua baptizo uos, sed ueniet, qui potentior est me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum, ipse uos baptizabit spiritu sancto, & igni. Tenentes igitur quatuor Euangelistarum similia uerba, age uideamus pro uiribus seorsum uniuscuiusq; uerbi sensum, & differentias, initio sumpto à Matthęo: qui primus cæterorum traditur Euāgelium tradidisse Hebræis, qui ex circūcisione crediderant: ego uos, inquit, aqua baptizo, ueluti purgans, & deterrens à rebus malis, & ad resipiscentiā inuitans: ut præpararem enim populum instructum ego ueni: & ad præparandum locum resipiscētiæ per baptismū post me uenturo, qui hac etiam ratione longè potētius, præstantiusq; q̄ mea sit potentia, uobis adiumento futurus est. Siquidem illius baptismus non est corporalis, cum resipiscentē repleat spiritus sanctus, qui igne diuiniori quicquid uel materiale, uel terrenum fuerit, demolit, cōsumitq;. Et hoc non tantùm in eo, qui ipsum admiserit, sed etiam in eo, qui audierit ipsum habentes. Tantò autem est me fortior, qui post me uenturus est, ut ne ea quidem, quæ ad amictum spectant extremarum potentiarum, quæ sunt circa ipsum, ferre queam, quippe cum manifestò expositа non sint, neq; uulgus ea ferre sustinens existimare possit me idoneum esse, qui ea feram. Igitur non noui utrum prius dicam, meam ne multam imbecillitatem, quæ ne uilia quidem Christi (magnarum rerum circa ipsum existentium comparatione) ferre queat, an diuinitatem illius eminētem, & toto mundo maiorem, quando quidē ego, qui tātam accepi gratiam, ut prophetia dignus habitus fuerim, quæ meum aduentū ad uitā hominum prædiceret, illis uerbis: Ego uox clamantis in deserto: Et ecce ego mitto nunciū meum ante faciē tuam. Ego cuius ortū Gabriel adstans coràm altari admirabiliter annunciauit, patre meo in senectute existente. Ego ad cuius nomen Zacharias mox uocem recepit, atq; etiā ꝓphetandi munus per ipsam. Ego, de quo dns testificatus est, neminē inter natos mulierū me maiorē existere, neq; calceamenta eius idoneus sum portare, quòd si non calceamenta, quid dicendum de uestimentis eius: quis tantus, qui totam illius uestem custodire quæat: q̄s est qui cogitaturus sit, se cōprehēsurū rationem eam, quā habet tunica à summo incōsutilis, qui sit per totum cōtexta? Illud uerò obseruandum, q̄ quatuor Euāgelistis dicētibus, Ioannē fateri se aduenisse ad baptizandū aqua, solus Matthæus huic rei addiderit ad resipiscentiā, nimirū dicens utilitatē futurā baptismatis ei, qui ex proposito baptizaret, quę ad resipiscentē pueniens ei, qui accederet non resipiscens, asperius iudiciū futura esset: sciendū est insuper, quemadmodū prodigiosæ uirtutes in curationibus à Seruatore factis, notæ existentes eorū, qui semper à λογῳ, id est filio Dei liberant tum ab omni ægritudine, tum à mollitie, profuerūt (etiam corporaliter factæ:) inuitantes ad fidem eos, qui beneficio afficiebant, ita lauacrum aquæ symbolū, & nota existens purificationis animæ, ablutę ab omni sorde malitiæ, nihilominus (etiam ex se) esse principium, ac fontem munerum diuinorū, ꝓpter potētiam inuocationū adorandę triadis ei, qui se ex hibuerit deitati. Diuisiones enim donorū sunt. Testimoniū aūt meis uerbis præbet historia in actis Apostolorū scripta de eo, q̄ adeò euidenter tunc aduenerit spiritus his, qui baptizabant, pręstruente uiā aqua his, qui sincere ad ipsum accedebant, adeò ut Simō ille magus obstupefactus uel let à Petro hanc gratiam accipere, uelletq; rem iustissimam per mammona iniquitatis. Quin & hoc insuper notandū, q̄ Ioannis baptismus Iesu baptismo, quod dabat discipulos eius, inferior erat. Qui ergo in actis baptizati erāt in Ioānis baptismo, & neq; an spiritus sanctus esset, audierant, denuo ab Apostolo baptizantur, quia regeneratio non apud Ioannem, sed apud Iesum per Apostolos suos fiebat, atq; etiam regeneratio nis quod dicit lauacrū, quod fiebat cum renouationem spiritus, qui etiam nunc prę ser tur aquæ (quoniā à deo est) sed non omnibus post aquam imprimitur, & ingenerat. & hæc quidem hactenus, quòd ad inquisitionem attinet eorum, quę sunt in Euangelio secundū Matthæū. Proinde iam Marcum etiam consideremus: qui prędicantē quidem Ioānem eadem scripsit dixisse, iuxta illud, uenit potentior me, post me: hæc enim æquè ualent, atq; ea uerba, qui post me uenturus est, potentior me est, non amplius ue
Marc.1 rò eadem, dum inquit, non sum idoneus procumbens soluere corrigiam calceamento rum eius: aliud est etenim gestare calceamēta: iā scilicet soluta à pedibus calceati: aliud etiā, procumbentē soluere corrigiam calceamentorū. Proinde cōsequens est nullo ex

Euange-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euangelistis uel fallente, uel mentiente, ut dicerent qui credunt utraq;, Baptistam diuersis temporibus dixisse secundum aliam, & aliam mentem motũ. Non enim de ijsdẽ rebus uariè loquuti sunt Euangelistæ, ut quidã expositores putant accurate nõ inquirentes singula dicta, uel facta. Atq; magnum quidem est gestare Iesu calceamenta, sed magnum etiã est illud, procumbentem ad ipsius corporalia deorsum facta (cõsideran di causa imaginem inferiorẽ) soluere obscura quęq; mysteriꝝ incarnationis, quę ueluti sunt calceamentorũ corrigia: unum em̃ est obscuritatis uinculũ, sicut etiã una scientię est clauis, quæ ne ipse quidem maior inter natos mulierũ ex se soluere, uel aperire idoneus est, nempe eo solo ligante, aperiente q;, qui quibus ipse uelit, elargiꝝ, soluere, & aperire corrigiam calceamentorũ, atq; etiã quæ clausa sunt. Quòd si mysticus est calceamentorũ locus, ne hunc quidẽ præterire dignũ est. Igiꝝ opinor hominis assumptionẽ (cum carnẽ, & ossa recipit dei filius) alterũ esse calceamentorũ, alterum autem esse descensum ad infernum, quisquis tãdem sit ille infernus, & ad carcerem cum spiritu iter, illud de descensu ad infernum scribiꝝ in quintodecimo psalmo: Non derelinques animã meã in infernũ. Et de itinere cũ spiritu ad carcerẽ apud Petrũ in catholica epistola, 1. Pet. 3
mortificatus enim, inquit, carne, sed uiuificatus spiritu: in quo etiã ꝓfectus spiritibus, qui erant in carcere, prædicauit: qui inobedientes fuerũt quondam, cum expectabat dei lenitas in diebus Noe, cum apparabatur arca. Qui itaq;, ut dignũ est utriusq; aduentibus, orationem habere potest, corrigiam soluere calceamentorum Iesu idoneus est, etiam ipse mente procumbens, pariterq; cum descendente in infernum descendẽs, & à cœlo, & à mysteriꝭ diuinitatis Christi descendens ad ipsius apud nos aduentum necessariò factum, cum hominem subinduit. Porrò qui hominem subinduit, etiam mortuum subinduit. In hoc enim Iesus mortuus est, & resurrexit, ut & mortuis, & uiuentibus dominetur. Quis ergo idoneus est procũbens soluere corrigiam taliũ calceamen- Rom. 14
torum? eaq; soluta non dimittere, sed ex altera idoneitate ea recipere, & gestare, eò ꝗd circũferat in memoria, quę intellexerit? Nec illud sinat intactũ, Lucam, similiterq; Iohannem uocẽ, procũbens, omisisse. Et fortassis quidẽ contingit, ut qui procubuerit, soluat iuxta id, quod est dictũ, sed facile factu est etiã, ut qui obseruat altitudinẽ interualli, & spatiꝭ existentis à λόγῳ filio Dei, inueniat calceamentorũ solutionẽ (quæ, cũ quis deat λόγῳ dei filiũ per se nudũ rebus inferioribus. Perscribit aũt Ioannes, non sum ego dignus, quod idem non est cum illis uerbis, nõ sum ego idoneus: Fieri enim potest, ut Rom. 12
qui dignus non sit, sit idoneus, contra qui dignus sit, nõdum sit idoneus. Si enim etiam ad id, quod expedit, data sunt dona, nec id tantũ ex proportione fidei, dei humanũ genus amantis officiũ erit præuidẽtis nocumentũ ex elatione, uel inflatiõe insequuturæ, ne digno quidẽ aliquando idoneitatẽ dare. Accõmodatum est aũt ad naturam bonitatis dei, uincere in conferendis beneficijs eum, in quẽ beneficia conferunt, anticipareq; eum, qui dignus futurus est, atq; ornare idoneitate, ut post idoneitatẽ assequaꝭ esse dignus. Ne talis dignus omnino cum fuerit, prueniẽs deũ munera largientem, ipsiusq; gratias anticipans, ad hoc pertingat, ut sit idoneus. Ergo apud tres Euãgelistas se non esse idoneum inquit, Baptista, apud Ioannem autem nõ esse dignũ: Nec profectò qui dixit, se nondum existere idoneum, excludit, quin factus fuerit postea idoneus, etiam si nondum dignus esset, qui uicissim quum dixit, se non esse dignum, cum non esset dignus, non excludit, quin ad hoc nõ pertigerit, ut esset dignus. Nisi fortè quis dicturus est, eò ꝗd mortalis natura nõ capax sit, neq; possit illò pertingere aliquando, ut calcea menta ipsa soluere, atq; gestare possit, ut dignũ est ipsis, Ioannem uera narrantẽ habere illud, ut nunquam fuerit idoneus, ac ne dignus quidem soluere corrigiã calceamentorum pro dignitate ipsius Christi, quia quamuis multa cognitiõe percepimus, adhuc relinquantur tamen multa, nondum intellecta: quoniã cum absoluerit homo tunc incipit: & cum quieuerit tunc incertus erit, iuxta Iesu filij Sirach sapientiam. Adhuc de Eccl. 18
calceis hunc in modum apud tres Euangelistas nominatis disseramus, illos cõferẽtes cũ illo calceo, q apud discipulũ Ioannem numero singulari nominat. Non sum enim ego, inquit, dignus, ut soluã eius corrigiã calceamẽti, fortassis igiꝝ uictus à Dei gratia munus accepit (nondum alio qui quantũ in se erat dignus existens) soluẽdi corrigiam alterius

A alterius calceamentorũ, cum perspexisset illius inter homines aduentũ, de quo & testificatur: Sed quoniã deficiebat illi cõprehensio rerũ, quæ sequuturæ erãt, nescienti, an Iesus esset etiam illò uenturus, quò futurum erat, ut ipse ex carcere decollatus accederet, an aliũ oporteret expectare, ob hanc causam dubitationẽ illã, quæ nobis postea apertius declaratur, etiã innuens, inquit illud, Non sum ego dignus, ut soluã eius corrigiã calceamenti. Quòd si quis existimarit curiosius hoc à nobis dictũ fuisse, is in idem cõgregabit, quod dictũ est de calceamentis, & calceamẽto, ut ueluti dicat, haud quaquam dignus sum soluere corrigiã (ne in principio quidẽ) unius calcei: uel etiã hũc in modum in unum adduci possunt, quæ quatuor euangelistę dixerunt. Si enim Ioannes intelligebat, quæ pertinent ad aduentũ Christi ad nos, dubitabatq; de rebus sequentibus, uera narrat dicens, se non idoneum, qui soluat corrigiam calceamentorum. Nec enim utraq; soluit, qui unum soluerit: uera etiam narrat dicens corrigiam calceamẽti, quoniam, ut prædictum est, etiamnum non dubitat de eo, an ipse sit ille uenturus, & etiam ille expectãdus, an alter. Quin, quòd ad id attinet, in medio uestri stat, quem uos nescitis, hæc differenda sunt de filio Dei λόγῳ, per quem omnia facta sunt, subsistente substantialiter secundum subiectum, & idem existente cum sapientia. Hic enim per uniuersam orbis machinam permeat, ut quæ semper fiunt, per ipsum fiant, & de uniuersis quæcunq; protuleris, semper uerum erit: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et illud, Omnia in sapiẽtia fecisti. quòd si per omnem creationem, at q; uniuersam mundi fabricam permeat, in medio scilicet etiam eorum stat, qui interrogãt, quid ergo baptizas, si tu nõ es ille Christus, neq; Helias, neq; propheta ille? In medio, inquam, stat λόγος ipse, hoc est ratio, & filius Dei à patre firmatus ubiq;. Vel uerba ea, in medio uestri stat, sic intelligantur, quia homines uos estis rationis compotes, idcirco in medio uestri stat, eo quòd in medio sit totius corporis ea animæ pars præstantissima (principatum quam uocant) scripturis inuiolatæ fidei ostendentibus, eam in corde existere. qui igitur in sui ipsorum medio λόγον, hoc est rationem habẽt, cum interim non differant uel de ipsius natura, uel à quo fonte & principio uenerit, neq; tandem quomodo confirmauerit ipsos, hi in medio sui ipsorum λόγον, & rationem se habere nesciunt. At Ioannes ipsum nouit, proinde quòd ait, quem uos nescitis, cõtumelioſe dictum ad pharisæos, ostendit Ioannem agnouisse, quem illi ignorarent. Quam ob causam etiam Baptista ipsum agnoscẽs, nouit post se uenturum, in medio existentem, hoc est post se, & post doctrinam à se in baptismo datam aduenientem ad eos qui secundum sermonem, seu rationem abluti fuerint. Non idem autem significatur hoc in loco per uocem, post, & quando Iesus mittit nos per seipsum. Illic enim post ipsum esse iubemur, ut incedẽtes per ipsius uestigia, perueniamus ad patrem: hoc uerò in loco, ut declararetur Iesum post Ioannis doctrinas (quãdoquidem hic uenit, ut omnes crederent per ipsum) accedere ad eos qui antea præparati fuissent, atq; purificati per inferiora ad perfectum λόγον, seu rationẽ. Præcipuè itaq; stat pater immutabilis, & inalterabilis existens, stat autem, & sermo ipsius semper, dum seruat, etiam si fiat caro, etiam si in medio sit hominum, non comprehensus, sed neq; uisus, stat autem & docẽs, inuitans omnes ad bibendum à fonte suo abundanti. Stabat enim Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. At Heracleon, in medio uestri stat, interpretatur iam adest, & est in mundo, & inter nos omnes homines iam uisibilis est, qua interpretatione tollit quod docuimus, nempe, quòd ipse discurrat ac permeet per totũ mundum. Dicendum enim ad illum, quando enim non adest, quando autem non est in mundo? præsertim Euangelio dicente: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Et ob hanc causam hi etiam, ad quos est sermo (ille quem uos nescitis) nesciunt eum, quoniam nondum è mundo egressi fuerant, mũdus uerò eum non cognouit. Sed quo tempore cessauit inter homines esse? An nõ erat in Esaia dicente: Spiritus Domini super me, propterea quòd unxit me? Et manifestus factus sum his qui me non quærebant. Rursus dicant, an à semetipso dicẽte: Ego autem cõstitutus sum rex ab eo super Sion montẽ sanctũ eius? Et quæcunq; in psalmis ex persona Christi scripta sunt. Cumq; euidẽter docere queam Iesum semper inter homines esse, ad conuincendum non rectè Heracleonem exponendo, in medio uestri stat, ex- Ioan. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

posuisse,iam adest,& est in mũdo,& in homine,quid opus est me singulatim argumẽ-
ta congerere, cum ea uix enumerari queant? Non absurdè tamen apud eum dicitur,q̃
uerba illa, Qui post me uenit, declarãt Ioannẽ præcursorẽ Christi existere. Verè enim
nõ secus atq̃ seruus præcurrit dominũ. Longè uerò simplicius ea uerba interpretatus
est: Nõ sum ego dignus, ut soluam eius corrigiã calceamenti, perinde quasi fateat Bap-
tista his uerbis, se neq̃ dignum, qui ultima officia in Christũ conferat. Attamen post
hãc expositionem satis probabiliter subiunxit: Nõ sum ego idoneus, ut mei gratia de-
scendat à magnitudine, & carnẽ accipiat, ceu calceamentũ, de qua ratione reddere e-
go nõ ualeo, neq̃ enarrare, uel soluere de ipsa dispẽsationem. Rursus minus prudẽter,
atq̃ animosius Heracleon ipse cum per calceũ interpretatus esset mundũ, ad rem ma-
gis impiam transit, nempe ad enunciãdum, hæc omnia intelligi etiã oportere de mũdi
fabricatore, intellígendo per Ioannem, personam fabricatoris mundi. Existimat enim
mundi opificem inferiorem Christo existentem, hoc per uerba fateri, quod est omniũ
impijssimum. Nam pater qui misit illum, uiuentium Deus (ut etiam ipse Ioannes testa
tur) nempe Abrahã, Isaac & Iacob: & idcirco Dominus cœli & terræ, quòd ea fecerit:
hic etiam solus bonus, & maior est missõ. Quòd si minus prudẽter (ut antea diximus)
ab Heracleone excogitatum est, omnem etiã mundum calceamentũ esse Iesu, non ar-
bitror oportere, ut illi assentiamur. Quomodò enim cum tali intelligẽtia seruabitur il-
lud, Cœlum mihi sedes est, terra autem subsellium pedũ meorũ: quod testimonium sic
sumit Iesus, perinde quasi pater id dixerit? Nõ enim iuraueritis, inquit, per cœlũ, quo-
niam sedes est Dei: neq̃ per terrã, quoniam subsellium pedum eius est. Proinde quo-
modo si docuerimus totum mundum, intelligendũ esse calceamentũ Iesu, illud intelli
getur, Nónne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus? Veruntamen dignũ est,
ut inspiciamus, utrum quia sermo & sapientia, hoc est filius Dei per totum mundum
permeet: pater uerò sit in filio, ut appositum est, uerba intelligẽda sint: an præcipuè cir-
cuncingens omnem creaturam, propterea quòd filius sit in ipso, donauerit Seruatori,
quasi post se secundo, & Deo λόγῳ existenti per totam creaturam permeare. Ac potis-
simum his qui dispicere queunt tanti cœli indeficientem motum, ut quod circũducat
ab oriente in occidentem usq̃ tantam stellarum multitudinem, dignum erit quæstu,
quæ nam sit ea uis tanta, & talis in toto mundo existens. Nam aliud hanc dicere aude-
re præter patrem & filium, fortasse non est pium.

Hæc in Bethabara facta sunt, trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.

QVOD in omnib. ferè exẽplaribus ponatur, Hæc in Bethania facta sunt, nõ igno-
ramus, & uidetur hoc etiã factũ fuisse: unde apud Heracleonẽ etiam Bethaniam
legimus. Sed persuasi sumus nõ Bethania, sed Bethabara legere, cũ ad loca per-
uenissemus, ut Iesu discipulorumq̃ eius, ac prophetarũ uestigia inspiceremus. Betha-
nia nãq̃, ut ipse inquit euãgelista, patria Lazari, & Mariæ, & Marthæ, qui undecim sta
dijs à Hierosolymis distat, qua Iordanes fluuius, lato cõputo, abest stadijs circiter o-
ctoginta supra centũ, sed neq̃ locus est circa Iordanẽ, qui nomẽ cõmune habeat cum
Bethania. Dicunt autẽ ostendi circa tumulos Iordanis Bethabara, ubi historiæ dicunt
Ioannẽ baptizasse, estq̃ nominis interpretatio cõsequens baptismati præparãtis Do-
mino populũ instructũ. Est enim, si interpreteris, domus instructionis. Bethania uerò
domus obedientiæ. Nã profectò ubi baptizare opus erat ei, qui missus fuerat ante faciẽ
Christi ad præparandũ uiam ipsius corã ipso, quàm in domo instructionis? Quæ nam
uerò magis propria est patria ipsi Marię, quę elegerat bonã partem à se nõ auferendã,
& Marthæ in diuersa distractæ propter suscipiendum Iesum, atq̃ ipsarũ fratri Lazaro,
q à Seruatore amicus dicit, cẽ Bethania obedientiæ domus? Itaq̃ cõtemnenda nõ est
accurata circa nomina diligẽtia ei qui uoluerit, pbè intelligere sanctas literas. Peccatũ
equidem frequẽter fuisse in gentilium exemplaribus, indeq̃ errata in euãgelijs transf-
Lucæ 8. lata facile quis credat. Dispensatio nanq̃ circa porcos è rupe præcipitatos, & in mari
suffocatos à dæmonijs, scriptum est fuisse in loco Gerasenorum. Gerasa autem urbs
est Arabiæ, neque mare, neq̃ stagnum in propinquo habens. Nec mendacium adeo
apertum, quodq̃ facile redargui posset, dixissent euangelistæ uiri diligenter agno-
scentes

scentes regionem Iudææ. Quoniam uerò in paucis exẽplaribus inuenimus in locum
Gadarenorum, ad hoc etiam est dicendum, Gadaram quidem ciuitatem esse Iudææ,
circa quam celeberrima balnea sunt, haud quaquam uerò in ea esse stagnum, uel mare
præcipitijs adiacẽs. At Gergesa, à qua Gergesęi, urbs est antiqua iuxta stagnum, quod
nunc Tiberiadis uocamus, iuxta quã rupes est stagno adiacens, è qua ostenditur por-
cos à dæmonibus in præceps delatos fuisse. Interpretatur autem Gergesa habitatio e-
jscientium, fortasse cognomentum sortita propheticæ illius rei, quam locorum ciues
erga Seruatorem fecerunt, obsecrantes eum, ut è finibus suis excederet. Tale subinde
erratum in lege, & prophetis circa nomina licet cernere, ut accuratè perspeximus ab
Hebræis edocti, cum ipsorum exemplaribus nostra comparantes, quæ testimonium
habent ab eruditionibus Aquilæ, & Symmachi, & Theodotionis, quæ nondum sunt
deprauatę. Pauca igitur apponemus in studiosorum gratiã, quò in his diligentius uer-
sentur. Vnus filiorũ Leui primus in pluribus exemplaribus Geson nominatus est, pro Num. 3.
eo quod est Gerson, eiusdem nominis existẽs cum primogenito Mosis, nomine uerè
utrisq̃ posito, quòd geniti fuissent in terra aliena habitantes. Rursus Iudæ secundus a- Genes. 38.
pud nos quidem Aunan esse dicitur, apud Hebræos uerò Onan, quod est, labor ipso-
rum. Ad hæc in profectionibus filiorum Israel in Numerorum libro inuenimus, quòd
profecti sunt ex Sochoth, & castra fixerũt in Buthan: cum Hebraicũ pro Buthan, Ae-
man habeat: & quid me opus est tardãtem plura apponere, cum ueritatem, quæ est in
nominibus, cuiuis uolẽti, tum inquirere, tum agnoscere sit in promptu? Sed in primis
ea scripturarum loca suspecta habere debemus, ubi pariter complurium nominũ est
enumeratio, ueluti in libro Iesu Naue, sunt quę ad diuisionem hęreditatis pertinẽt. Et
in primo Paralipomenon à principio per ordinem usq̃ ad ea quę in principio sunt su-
per * Similiter autẽ in Esdra. Nec uerò paruipendenda sunt nomina, cum
res utiles ex eis significẽtur locorum interpretatione. Cęterum haud est nunc oppor-
tunum instituere sermonem de ratione nominũ, omittendo quę sunt proposita. Quã-
obrem uideamus quæ ad euangelicam lectionem spectant. Iordanes quidem inter-
pretatur descensus ipsorum: huic autẽ (ut ita dicam) uicinum est nomẽ Iared, quod &
ipsum interpretatur descendens, quoniam genitus est Malaleeli, ut in libro Enoch est
scriptum (si cui placet admittere librum ut sanctum) his diebus cum filij Israel descen-
derent ad filias hominum. quo descẽsu quidam suspicati sunt innui animarum ad cor-
pora descensum: filias hominum metaphoricè terrenum habitaculum dici existiman-
tes. Si igitur hoc se sic habet, quis erit fluuius descensus ipsorum, ad quem non descẽ-
dentem proprio descensu, sed descensu hominum, quicunq̃ uenerit, purificatione e-
geat, nisi Seruator noster, disterminans eos qui à Mose hęreditatem acceperint ab his
qui proprias partes acceperũt per Iesum? Huius igitur impetus, qui sunt per fluuium
descendentem lætificant, ut in Psalmis est scriptum, ciuitatem Dei, non Hierusalem
sub sensum cadentẽ: nec enim Hierusalem habet adiacẽtem fluuiũ, sed inculpatã Dei
ecclesiam, ædificatam super fundamentũ apostolorum & prophetarũ, summo angu-
lari lapide Christo Iesu existente Domino nostro. Iordanis itaq̃ intelligendus est ille
Dei sermo, qui factus est caro, & habitauit in nobis. Iesus, inquã, qui quicquid assum-
psit homanum, hæreditariũ fecit: quod est etiam summus angularis lapis, quod etiam
ipsum, in diuinitate filij Dei factũ, ex eo quòd ab ipso assumptum fuerit, lauatur, & rum
capit simplicem, & sine dolo columbã spiritus, sibi colligatã, nec amplius auolare ua-
lentẽ. Super quem enim, inquit, uideris spiritũ descẽdentẽ, & manẽtem super eum: hic
est qui baptizat spiritu sancto. Propter hoc qui acceperit spiritum manentem super i-
psum Iesum, baptizare poterit ad se accedentes, spiritu sancto in ipso permanẽte. Sed
trans Iordanem in partibus extra Iudææ uergentibus in Bethebara baptizat Ioannes:
præcursor illius existens, qui uenit non iustos, sed peccatores ad resipiscentiam uoca-
turus: quicq̃ docet nõ opus sanis medico, sed malè habẽtibus. Etenim in remissionem
peccatorum datur lauacrum: cæterum probabile est, aliquem qui non intellexerit di-
uersas de Seruatore notiones, offensum iri pro explicata Iordanis interpretatione, eo
quòd Ioannes dicat, Ego baptizo aqua, sed qui post me uenturus est, is est me fortior,
ipse uos baptizabit spiritu sancto. Ad quem sic est dicendum, quòd ut sermo Dei po-

tabilis existens, aliquibus quidem aqua, aliquibus uerò uinum lętificans cor hominis? nõnullis etiam sanguis est (propter illud: Nisi biberitis sanguinem meum, nõ habetis in uobis ipsis uitam. Quin cibus dictus, non eadem ratione cõsideratur panis uiuens & caro) sic ipsum existere aliquibus quidẽ aquæ baptisma, & spiritus, & ignis: aliquibus etiã baptisma sanguinis. De quo ultimo baptismate inquit, ut quidã dixerũt: Hoc baptismate ego baptizari habeo, & aliquo modo coarctor, donec illud perfectũ fuerit. Huic cõsona discipulus Ioãnes scripsit in epistola, dicens: Spiritũ, aquã & sanguinẽ tria essa, quæ facta fuerint unũ. Cumq; uiam & ostium se esse fateat, palam est omnino eum nõ esse ostiũ, cui sit uia, nec amplius uiam esse illi, cui sit ostiũ. Quotquot ergo initiantur primis elementis sermonũ Dei accedentes ad uocem clamãtis in deserto: Dirigite uiam Domini: accedentes inquã trans Iordanẽ, ad uocem existentem apud dominum præparationis, diligẽter præparẽt se, ut prędicti pręparatione percipere queãt spiritualem sermonem, qui imprimitur per illuminationẽ spiritus. Continenter igitur rei propositæ colligentes, quę ad Iordanem pertinẽt, accuratius consideremus fluuiũ. Deus igitur per Mosen traducit populum per mare rubrũ, cum fecisset, ut aqua ipsis Ioſ.3 murus esset à dextris, & à sinistris. Iesus uerò traducit eum per Iordanem. Cum legisset autẽ scripturam Paulus, nõ amplius secundum carnem illi militans, (nouerat enim legem spiritualem esse) spiritualiter docet nos interpretari quæ contigerunt in transitu 1.Cor.10. maris rubri, dicẽs in priore ad Corinthios epistola: Nolo uos ignorare fratres, omnes patres nostros sub nube fuisse, omnesq; per mare trãsijsse, & omnes in Mose baptizatos fuisse in nube, & in mari, & omnes eundem cibum spiritualẽ comedisse, & omnes eundem potũ spiritualem bibisse: bibebãt enim ex spirituali sequẽte eos petra: at uerò illa petra erat Christus. Quibus consequenter petamus etiã nos, ut à Deo accipiamus intelligentiã spiritualem transitus Iordanis per Iesum, dicẽtes de hoc etiã dixisse Paulum: Nolo uos ignorare fratres, quòd omnes patres nostri per Iordanẽ trãsierũt, & omnes in Iesu baptizati fuerũt in spiritu & in fluuio. At Iesus Mosi succedẽs, figura fuit Iesu Christi, qui in euãgelica prędicatione illi œconomię, quæ per legẽ erat, successit. quã ob causam, etiã si omnes in Mose baptizantur in nube, & in mari: amarũ attamen nõnihil & falsum habet illorũ baptisma, adhuc timẽtium inimicos ab ipsis, & clamantium ad Dominũ, dicẽtium q; Mosi: Propterea quòd nõ essent monumẽta in Ægypto eduxisti nos, ut interficeres in eremo. At uerò baptisma in Iesu in fluuio uere dulci, & potabili multa eximia præ illo baptismate habet: nimirũ quia iam clareret, accipe- Ioſ.4. retq; decentem ordinẽ Dei cultus. Arca enim testamẽti Domini Dei nostri, & sacerdotes, & Leuitæ præcedũt, sequente populo, sequẽteq; illo cultores Dei. Cęterum his Ibidem. qui percipiunt mãdatum de sanctificatione, dicit Iesus, nempe populo: Sãctificamini in crastinũ, faciet Dominus mirabilia. Quin sacerdotibus etiã pręcipit cum arca testamẽti præcedere corã populo, quãdo etiam mysteriũ ostenditur œconomiæ patris ad filiũ superexaltatũ ab ipso, qui dedit illi hoc munus, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestriũ, & infernorũ: & omnis lingua cõfiteatur, quòd Iesus Christus Dominus est ad gloriã Dei patris. Per hæc enim declarãtur illa quæ sunt in libro, Ioſ.3. qui inscriptus est Iesu Naue. Et dixit Dominus ad Iesum: In die hac incipiã exaltare te corã filijs Israel. Accedite huc, & audietis uerbũ Domini Dei nostri. In hoc agnoscetis Deum uiuentẽ in uobis esse: cum enim baptizamur in Iesu, agnoscimus Deum uiuentem in nobis esse. Et illic quidem (nẽpe in Ægypto) facientes pascha, principium Exod.13. exitus faciunt. At uerò apud Iesum post transitũ Iordanis decima primi mensis castra- Ioſ.4. metati sunt in Galgalis. quãdo primũ oportebat qui accepissẽt ouẽ, cõuocare conui- Ioſ.5. uaturos post baptisma Iesu. Petra autẽ acutissima circuncidũtur filij Israel à Iesu, nimirum quòd omnes filij eorũ, qui egressi fuerant ex Ægypto, incircumcisi essent, & opprobriũ Ægypti fateẽ Dominus se auferre in die baptismatis in Iesu, quãdo Iesus undequaq; purificauit filios Israel. Scriptũ est enim: Et dixit Dominus ad Iesum filiũ Naue: In die hac deuolui à uobis probrũ Ægypti. Tunc fecerũt filij Israel pascha quarta decima die mensis, longè quàm in Ægypto hilarius: quãdo etiã comederũt è frumẽto terræ sanctæ azyma, & nouum cibum meliorem manna. Neq; enim cum terram promissionis acceperint, uilioribus cibat eos Deus: neq; duce tali Iesu inferiorẽ panẽ assequuntur.

quuntur. Hoc etiã perspicuum erit consideranti uerã sanctamq; terrã nimirum supernam Hierusalẽ. Hanc ob causam in illo etiã euangelio illud ponit: Patres uestri in de- Ioan.6. serto manducauerũt manna, & mortui sunt. Qui hũc uerò panẽ mãducauerit, is uictus est in æternũ. Manna etenim illud, etiã si erat panis à Deo datus, erat tamen panis profectus, & augmẽti his suppeditatus, qui etiãnum indigerẽt pædagogis, eratq; pa- Ioſ.5. nis cõueniẽtissimus his qui sub tutoribus & curatoribus erãt. At uerò panis recẽs demessus mediatore Iesu in terra sancta è frumẽto terrę (ea quę alij laborauerũt metẽtib. ipsius discipulis) illo pane lõgè uitalior erat: qui distribuit ijs qui recipere possunt paternam hæreditatẽ propter perfectionem. Quocirca, qui etiãnum illo pane erudit & instituitur, rationabiliter mortẽ suscipere potest: at uerò qui pertigerit ad panẽ illo posteriorem, mãducauerit q; ipsum, is profectò in æternũ uiuet. Hæc aũt non intẽpestiue apposita fuisse reor, Inquirentes de Ioannis baptismate, quod efficiebatur à Ioanne apud Iordanẽ in Bethabara. Sed hoc etiam obseruandũ est, quòd Helias subuehendus turbine in cœlũ, acceptum pallium suum inuoluens, percusserit aquã, quæ huc & huc diuisa est: & transierũt ambo, ipse scilicet & Helisęus: aptior enim qui subueheretur factus est, baptizatus in Iordane, quoniã transitũ per aquam admirabilem, uocauit Paulus, ut superius posuimus, baptisma. Propter hũc igitur ipsum Iordanẽ capit Helisæus per Heliam donũ illud, quod cupierat accipere, dicens: Sit quæso duplex portio spiritus tui super me. Et fortassis hanc ob causam duplex accepit donũ in spiritu Heliæ su- 4.Reg.2. per seipsum, quoniã bis transiuit Iordanẽ. Semel quidẽ cũ Helia, secũdò cum accepto pallio Helię percussit, & dixit: Vbi est Deus Helię? etiã ipse? Et percussit aquas, & diuisit huc & huc: at si quis offẽdatur hoc dicto, Percussit aquã, propter ea quæ superius à nobis sunt tradita de Iordane, nempe quòd Iordanis figura fuerit sermonis filij Dei, qui humilem se reddidit æquè ac nos. Dicendũ est perspicuum esse apud apostolum, quòd Christus sit petra, quæ bis percutitur uirga, ut bibere possint è spirituali sequẽte eos petra. Est igitur ille uerbero, qui in dubitatione antequã discat quod quęritur, cõtraria profert sermonis cõclusioni, à quibus liberãs nos Deus interdũ quidem sitientibus dat potũ, interdum uerò quòd inuiũ nobis, & imperceptibile est propter profunditatẽ, peruiũ illud præparat diuisione sermonis, cum quãplurima ex ratione diuidẽdi nobis manifestentur. Ad hęc ut admittamus interpretationẽ de potabilissimo & gratiarum pleno Iordane, utile nobis erit apponere Naamã illum Syrũ à lepra mundatũ, & quę dicuntur de fluminibus apud hostes cultus diuini. Atq; de Naaman quidẽ scriptũ est, q; uenerit cum equitatu & curru, & steterit ante fores domus Helisæi, quodq; miserit Helisęus nuncium ad illum, dicẽs: Profectus lauare in Iordane septies, & restituetur tibi caro tua, & mũdaberis. quando etiã cõmouetur indignatione Naaman nõ intelligens, quòd Iordanis noster is sit, qui immũdos ob lepram liberat ab immũditia, sanatq; non ille propheta: quãdoquidẽ prophetæ officiũ est mittere ad illud quod sanitatem affert: Non intelligẽs igitur Iordanis magnũ mysteriũ, Naaman inquit: En, 4.Reg.5. cogitaram apud me: omnino exibit, & stans inuocabit nomẽ Domini Dei sui, imponetq; manum suam ad locũ, & curabit lepram. Et enim manum leprę imponere, & curare solius Domini mei Iesu officium est, qui nõ tantùm dixit cum fide pronunciantí: Si uis, potes me mũdare: uolo, mundus esto. Prętereà quod enim loquutus est, tetigit etiã eum, & mũdatus fuit à lepra sua. Errans etiã Naaman, nec uidẽs, quantũ cęteri fluuij Iordanę sint inferiores, quantũ attinet ad curandũ eos qui morbo affecti sunt, laudat Damasci fluuios, Arbana & Pharpha, dicẽs: An nõ bonus est Arbana & Pharpha fluuij Damasci prę omnib. aquis Israelis? Nõnne profectus lauabor in eis, & mũdabor? Vt enim nullius bonus, nisi unus, nẽpe Deus: sic inter fluuios nullus est bonus, nisi Iordanis, etiam à lepra liberare ualens eum, qui cum fide lauat animã in Iesu. Proinde meum est iudicium, scriptũ fuisse omnes sedentes super flumina Babylonis propter hunc flere, memoria repetentes Sion. Deducti enim ob uitium in captiuitatem, cum alias degustassent aquas post sanctũ Iordanem, in memoriã, desideriumq; ueniũt proprij & salutaris fluuij. Propterea de fluuijs Babylonis inquiũt. Illic sedimus (nimirum stare nequeuntes) & fleuimus. Quando etiã Hieremias minat uolentibus Ægyptiam aquã bibere, & relinquentibus aquã è cœlo descendentem, & desensus agno-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hier.2. men habentem Iordanem, dicens: Nunc igitur quid est tibi in uia Ægypti, ut bibas a-
quam Geon, & ut bibas aquam fluuiorum, uel ut Hebraicum habet, Bibere aquam
Seor? de qua nunc propositum non est dicere. quòd autem nõ de his fluminibus, qui
sensu percipiuntur, præcipuus sit sermo spiritui loquenti in scripturis à Deo inspira-
tis, id licet etiam cernere ex his, quæ ab Ezechiel prophetãtur ad Pharaonem regem
Ezech.29. Ægypti, quæ sic habent: En ego ad te ô Pharao rex Ægypti, draconem magnum, se-
dentem in medio fluuiorum, te ipsumq; allo quentem, mihi sunt fluuij, & ego feci eos,
& dabo laqueos in maxillas tuas: adglutinabo pisces fluuij, & deijciam te celeriter: &
omnes pisces fluuij coram facie terræ tuæ cadent, & non congregaberis, & non orna-
beris. Quem enim serpentem corporalẽ, in corporali Ægypti fluuio uisum fuisse pro-
diderunt unquam historiæ? Proinde uide ne fortè fluuius Ægypti locus sit draconis
inimici nostri: qui ne Mosen quidem puerum interficere quiuit. Vt autem draco est
in Ægypti fluuio, sic Deus est in fluuio lætificante ciuitatem Dei: nam pater est in fi-
lio. Hanc ob causam qui ad ipsum pergunt, ut lauentur, probrum deponunt ex Ægy-
pto ductum, aptioresq; fiunt, ut subuehantur. & mundantur à lepra, duplicationemq;
donorum accipiunt, atque etiam fiunt ad spiritus sancti receptionem parati, nimirum
ad aliud flumen non aduolante columba. Quamobrem magnificentius considerato
Iordane, ipsiusq; lauacro, ac Iesu qui in ipso lauatur, tum Bethabara, hoc est domo in-
structionis, tantum utilitatis à fluuio hauriamus, quantum egemus.

TOMVS NONVS.

Postero die uidet Ioannes Iesum uenientem ad se.

RIVS Iesu mater, simulatque ipsum concepit, ad Ioannis matrem,
eam'que uterum ferentem pergit, quando qui formatur accuratio-
P rem formationem donat ei qui formabatur, conformem illum effi-
ciens suæ gloriæ, adeò ut ob formam communem, Ioannes credere-
tur esse Christus, & item Christus Ioannes esse à mortuis excitus pu-
taretur apud eos qui non discernũt inter imaginem, & inter eum qui est secundum i-
maginem: nunc aũt ipse Iesus post ea, quæ antea accuratè examinauimus, testimonia
Ioannis de ipso, uidetur à Baptista ueniens ad illum. Sed obiter obseruãdum est, quòd
illic per uocem salutationis Mariæ, quæ peruenit ad aures Elisabeth, exilit Ioannes
infans in utero matris, tum ueluti à sancta Maria sumentis spiritum sanctum. Euenit
enim, inquit, ut audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, subsiliuit infans in utero eius,
& repleta est spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit uoce magna: Hic autem uidet
Ioannes Iesum ad seipsum uenientem, & dicit: Ecce ille agnus Dei, qui tollit pecca-
tum mundi. in rebus etenim præstantibus, per auditum primum quis eruditur, dein-
de oculatus testis ipsarum rerum fit. Sed profectò adiuuari Ioannem ad formationem
à Domino, qui adhuc cum formaretur perrexit in matre ad Elisabetham, ei perspi-
cuum erit, qui tenuerit quæ disseruimus, dum diceremus Ioannem esse uocem, Iesum
uerò sermonem: magna enim uox fit in Elisabeth repleta spiritu sancto ob Mariæ sa-
lutationem, ut lectio ipsa docet hunc in modum habens: Et clamauit uoce magna
scilicet Elisabeth, & dixit: Vox enim salutationis Mariæ, quæ peruenit ad aures E-
lisabeth, repleuit Ioannem seipsa, quam ob causam subsilit Ioannes, materq; ueluti os
filij, & prophetissa efficitur uoce magna exclamans, ac dicens: Benedicta tu inter mu
lieres, & benedictus ille fructus uentris tui. Iam uerò à nobis apertè perspici potest,
tum Mariæ iter ad montana cum festinatione, tum ingressus in domum Zachariæ, ac
deinde salutatio, qua salutat Elisabeth. Hęc enim omnia eueniunt, ut Maria faciat par
ticipem Ioannem (etiamnum in utero matris existentem) eius potentiæ, quam habet
ab eo quem conceperat: qui quidem Ioannes & ipse participem facturus erat matrem
illius gratiæ propheticæ, quam acceperat. Et decentissimè profectò in montana tales
dispensationes perficiuntur, cum nihil magni capi possit ab his hominibus, qui ualles
ob humilitatem uocandi sunt. Ideo hoc in loco post Ioannis testimonia: primum qui-
dem quod dicitur à Ioanne clamante, ac theologum agente: alterum uerò ad sacerdo-
tes

tes & Leuitas ab Hierosolymis à Iudæis missos: tertiũ ad eos qui ex Pharisæis existen-
tes acerbius interrogarũt, Iesus iam uidetur ab eo qui testimoniũ perhibuerat uenien-
ti ad se, adhuc proficientem, melioremq; euadentem, cuius profectus, & ad meliora
progressus, nota est ea dies quę postera dicitur: ueluti enim in sequenti illuminatione,
& in postera die propter ea quæ præcesserant, Iesus uenit, non tantùm ignotus (tan-
quam qui in medio steterit etiam nescientium) sed iam etiam ueniens conspicuus ei,
qui hæc antea annunciarat. Prima ergo die testimonia fiunt, altera Iesus ad Iordanem
uenit. Tertia autem Ioãnes (cum staret cum duobus discipulis, intuitusq; esset Iesum
ambulantem, ac dixisset: Ecce agnus ille Dei) præsentes admonet, uti sequantur fi-
lium Dei. Iam in quarta die, cum exire uellet in Galilæam, ille qui exijt ad quęrendum
quod perierat, inuenit Philippum, & dicit ei: Sequere me: die uerò tertia post quartã,
quæ sexta est in earũ numero, quas à principio recensuimus, nuptię fiunt in Cana Ga-
lilęæ: de quibus uidebimus, cum ad locum hunc peruenerimus. Illud etiam obiter ob-
seruandum, quòd Maria illa præstantior uenit ad Elizabeth inferiorem, & filius Dei
ad Baptistam: ex quibus id utilitatis capimus, ut impigri simus ad ferendam opem in-
ferioribus, & ad mediocritatem conseruandam. Quoniam autem apud Ioannem di-
scipulum, unde ad Baptistam Ioannem ueniat Seruator, non dicitur, hoc discimus ex
his quæ Matthæus scripsit: Tunc aduenit Iesus à Galilęa ad Iordanem ad Ioannem, ut Matth.3.
baptizaretur ab illo. At Marcus etiam locũ Galilęæ addidit, dicẽs: Et euenit in diebus Marc.1.
illis ut ueniret Iesus à Nazareth Galilęæ, & baptizaretur à Ioãne in Iordane. Porrò Lu
cas locum quidẽ reticuit, unde Iesus aduenit, prætermittendo quæ alij scripserant, sed
quod ab illis nõ didicimus, ipse nos docet: sic igitˉ post baptismũ ascendẽti ipsi apertũ
est cœlum. Et descendit spiritus sanctus corporea specie, sicut colũba. Rursus dicente
Matthęo, Dominum prohibitum à Ioanne dicente Seruatori: Mihi opus est, ut abs te Matth.3.
baptizer, & tu uenis ad me: nullus quidpiam addidit, ne eadem repeterẽt. Quin etiam
omnem iustitiam solus scribit Matthæus. Et dicit: Ecce agnus ille Dei, qui tollit pecca Ioan.1.
tum mundi. Iam uerò cum quinq; animalia offerantur super altare, terrestria tria, alata
duo, quęsitu dignũ mihi uidetur, cur tandẽ à Ioanne Seruator dicatur Agnus, & nullũ
cæterorũ, atq; etiam cur agnum ex genere ouiũ appellarit, cum animalia hęc terrestria
in unaquaq; trium ætatum offerãtur. Quinq; autẽ animalia hæc sunt, uitulus, ouis, ca-
pra, turtur & columba. Sunt etiã ætates cuiuslibet animalis terrestris hę. Vitulus, bos,
uitellus, aries, agnellus, agnus, hircus, capra, hœdus: alatorum uerò, columbarum qui
dem iugum, sed id tantùm pullorum, & turturum iugum perfectum. Inquirendũ ergo
est ei qui accuratè spiritualem rationem uictimarum comprehendere uoluerit, quorũ
cœlestium exemplari, & umbra hæc fiebant. Itemq; quánam ratione sanciat sermo u-
numquodq; animal sacrificari. priuatimq; colligẽda sunt quæ de agno dicũtur. Quòd Heb.8.
autem sermo uictimarum intelligendus sit de quibusdam mysterijs cœlestibus, docet Heb.9.
apostolus, dicẽs: Qui exemplari & umbræ cœlestium deseruiunt. Et rursum. Necesse
ergo est, ut exemplaria rerũ quæ sunt in cœlis, hisce rebus purificentur: ipsa uerò cœ-
lestia mundentur uictimis præ his potioribus. Cæterùm in his singulis inuẽtam uicti-
mam legis spiritualis per Christũ factam enarrare (ueritas maior ẽq; pro captu humanę
naturæ) nullius alterius opus est quàm perfecti, nẽpe eius qui sensus excitatos habet
ad dijudicandum, tum bonum, tum malũ: quiq; ex affectu uera narrãte dicere potest,
Sapientiã loquimur inter perfectos. Et uerè de hisce rebus, hisq; simillimis dicere pos-
sumus, quam nullus principum seculi huius cognouit. Veruntamen agnum in sacri-
ficijs ἐνδελεχισμοῦ (hoc est iugis oblationis) inuenimus oblatum. Sic autẽ scriptum est:
Et hæc sũt quæ facies in altari. Agnos anniculos duos immaculatos per singulos dies Num.28.
super altare iugiter oblationem endelechismi. Agnũ unum offeres mane, & alterum
uespere, & decimam partẽ similaginis mixtam oleo contuso cum quarta parte uini in
agno uno. Et agnum alterum offeres uespere, iuxta sacrificium primum, & iuxta liba-
men ipsius odorem fragrãtiæ oblationẽ Domino. Sacrificiũ endelechismi in genera-
tiones uestras ad ostia tabernaculi testimonij corã Domino, in quibus agnoscar tibi il
lic in tãtum, ut loquar ad te, ibiq; ordinabo filijs Israel, & sãctificabor in gloria mea, &
sanctificatione sanctificabo tentorium testimonij. Verum enimuero quę'nam alia in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligibilis uictima ἐνδελεχισμὸς (hoc est iugis oblationis) esse potest λογικῶ (hoc est ei q̃
sermonis cõpos est, & sermocinatur) cẽ sermo floridior, symbolicè dictus agnus, qui
simulatq; illustratur anima, offerẽ (hæc enim esse potest matutina endelechismi uicti-
ma) & offertur etiam, cum mens cessat uersari in rebus diuinioribus. Non enim potest
semper sufficere, ut sit in præstãtioribus anima, quãdiu illi cõtigerit, coniũctã esse huic
terreno & aggrauãti corpori. Quòd si querat quis, quid facturus sit sanctus eo tẽpore
quod est inter mare, & uesperã, trãsferat sermonẽ ab hisce rebus, quæ ad cultũ Mosai-
cum pertinẽt, & deinde euãgelica potiora sequatur. Vt enim legis ueteris sacerdotes
principium uictimarũ offerunt endelechismi uictimam, ac deinde ante uespertinã uic-
timam endelechismi, cæteras ex lege (uerbi gratia pro delicto, uel pro his quæ spõte
nõ cõmittuntur, uel pro salute, uel p̃ precatione, uel p̃ zelotypia, uel pro sabbato, uel
pro nouilunio, & reliquis quæ longũ esset in præsentia recensere) sic etiã nos à sermo-
ne de imagine, qui est Christus, oblationẽ facere incipiẽtes, de multis, hisq; utilissimis
differere poterimus. Rursusq; in his quæ Christi sunt, finiẽtes, ad uesperam ueluti, no-
ctemq; peruenientes, ueniẽtes ad corpora etiam. Sin uerò sermonem exquirimus de
Iesu demõstrato à Ioanne, iuxta id: Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatũ mundi, insi-
stentes in ipsa dispensatione corporei aduentus filij Dei ad uitam hominũ: agnum nõ
alium existimabimus quàm hominem: hic enim ueluti ouis ad cædẽ ductus est, & tan-
Esaie 53. quam agnus corã tondẽte se mutus, dicẽs: Ego tanquã agnus innocẽs ducor, ut immo
Hier. 11. ler. Quã ob causam, & in Apocalypsi uidetur agnus stãs ceu immolatus. Hic igitur a-
gnus occisus purificatio factus est, iuxta quasdam rationes occultas totius mundi, pro
quo ob amorem, quo pater humanũ genus prosequit, cædem etiã suscepit, suo ipsius
sanguine nos peccatis uẽditos redimẽs ab eo qui nos seduxerat. Porrò qui agnũ hũc
ad sacrificium offerebat, Deus in homine erat, magnus sacerdos, qui hoc declarat per
ea uerba: Nullus animã meã à me tollit, sed ego à memetipso pono eam, potestatẽ ha-
beo ponẽdi eam: & rursum potestatẽ habeo sumendi eam. Et sanè huius uictimæ co-
gnatæ sunt cęteræ, quarũ notæ sunt legales: per cęteras uerò uictimas huic uictimæ co-
gnatas, effusiones intelligo sanguinis generosorũ martyrum, qui nõ frustra cõspicuũ
tur stare à discipulo Ioane iuxta cœleste altare. Sed quis sapiens, & intelliget hæc, uel
prudẽs, & agnoscet hæc: Ad hęc altioris cõtemplationis est uel tantillũ exequi ratio-
nem de huiuscemodi uictimis, quæ purgant eos pro quibus offeruntur. Cõsideranda
ergo est ratio sacrificatæ filiæ Iephtæ, qui propter hãc filios Ammon uicit, cui quidem
Iudib. 11. uoto propensa fuit ea etiã quæ offerebatur, ad patrem dicentẽ: Apertum est os meum
aduersum te ad Dominũ respõdens, & si aperuisti os tuũ aduersum me ad Dominum,
fac uotũ tuum. Atq; simulacrum quidem crudelitatis per hęc producitur illius, cui ta-
les pro hominũ salute perficiuntur uictimæ, sed profectò mẽte generosiore, quæ cal-
leat soluere, quæ dicũtur cõtra prouidẽtiam, egemus, ut simul de omnibus quæ ueluti
secretiora sunt, & supra humanã naturam, nos excusemus. Magna enim iudicia Do-
mini, eaq; ægrè, nec facilè narrantur, atq; ob hanc causam rudes animæ errauerũt. No-
tum autem atq; testatum cum sit apud gentiles, multos cædi pro cõmuni hominum sa
lute seipsos tradidisse, cum pestilentes morbi suam patriã inuasissent: Et hæc euenisse
admittit nõ sine causa scripturis credens, Clemens ille fidelis, de quo hunc in modum
testificat Paulus, dicẽs: Cum Clemẽte & reliquis coadiutoribus meis, quorũ nomina
sunt in libro uitæ, similem habent dissimilitudinem apud eum qui uelit mysteria, quæ
multos latent, incusare, quæ de martyribus tradũtur: Deo magis approbante, ut uel a-
sperrima supplicia suscipiamus, dum confitemur illius diuinitatem, q̃ à tot rebus, quæ
malæ existimantur, liberari ad breue tẽpus, sermone nostro ubiq; sequẽtes uolũtatem
inimicorum ueritatis. Quamobrem existimare debemus destructionem fieri poten-
tiarum maleficarũ, per mortem sanctorũ martyrũ, ueluti tolerantia & cõfessione usq;
ad mortem, atq; erga pietatem promptitudine, hebetantibus & mitigantibus feritatẽ
insidiarum tyrannorum illorum, contra tot cruciatus patientem, ut hebetatã, & debili
reddita potentia ipsorũ, alij etiam plures uictis, dimitterent liberati eo onere, quo põ
tentiæ malæ instantes eos grauabãt & lędebãt. Quin etiã martyres ipsi, qui passi sunt,
postea nõ incidũt in supplicia, quãuis nõ debilitatis, ac delassatis his q̃ alios malis affi-
ciunt,

ciunt, nimirũ quia is qui talem uictimã obtulit, uicit hanc cõtrariam potentiam, tanq̃
si ex parte hac uterer similitudine utili ad ea de quibus agitur: Qui interficit, aut carmi
ne sopit animal uenenatũ, aut ipsum ui quapiã, uacuum reddit à ueneno, is in multos
beneficia confert, qui in posterum aliquid passuri erãt, nisi interfectum illud, uel sopi-
tum fuisset, uel ueneno euacuatum, atq; etiam si alicui morso manifestũ fiat, & libera-
tus ille à nocumento per morsum contracto, defigat oculos in mortuum, qui læsit, uel
inscẽdat mortuũ, uel attingat mortuum, uel gustet huius partem, fiet sanè antea passo
medicina, & beneficium ab eo qui interfecisset id quod lædebat. Simile quiddam fieri
morte pijssimorũ martyrum existimandũ est, multis ex ipsorũ morte indicibili quadã
ui adiumentũ sumẽtibus. Cæterùm multum immorati sumus de martyribus uerba fa-
cientes, atq; enarrantes de his qui perierunt ob pestilẽtes cõstitutiones, ut uideremus
excellentiam illius qui ductus est uelut ouis ad cædẽ, quiq; sicut agnus coram tõden-
te fuit mutus. Nãq; si aliqua gentibus non falsò historijs mãdata sunt, aliqua uerò tum
de martyribus sunt dicta, qui fuerunt mundi purgamẽta, tum de apostolis, qui omniũ
reiectamẽta ob hãc causam dicũtur, qui & quantũ sentiendũ est de agno illo Dei, qui
ob hanc causam sacrificatur, ut tollat peccatum mundi, pro quo & passus est: Quãuis
enim peccet aliquis, aduocatũ habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse 1. Ioan. 2.
propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autẽ tantùm, sed etiã pro totius mun-
di: quoniã Seruator est omnium hominũ, & maximè fidelium, qui suo ipsius sanguine
chirographũ, quod aduersus nos erat, deleuit. Et illud, Sustulit è medio affixũ cruci,
ut ne uestigia quidem peccatorũ perpetratorum inueniantur, qui expoliatos princi-
patus ac potestates ostentauit palàm triumphãs in ligno. Itaq; adflicti in mũdo doce-
mur confidere, confidenti causam hãc esse edocti, quia mundus sit uictus, quẽ perspi-
cuum est uictori subiectũ fuisse. Vnde etiã omnes gẽtes absolutæ ab his qui antè prę-
ualuerant, seruiunt ipsi, quoniam liberauit mendicum à potente, per propriã passio-
nem, & pauperem cui nullus erat adiutor. Hic igitur Seruator humiliato calũniatore
(eo quòd seipsum humiliauerit) cum intelligibili sole permanet corã splẽdidissima ec
clesia (quæ tropicè luna dicitur) à generatione in generationẽ. Et cũ hostes per passio Ioan. 20.
nem sustulisset potẽs & fortis in bello Dominus poculo purificatorio indigẽs (quod
à solo patre ob rectè facta dari potest) prohibet Mariam seipsum tãgere, dicẽs: Ne me
tãgas, nondũ enim ascẽdi ad patrem meũ: sed uade, & dic fratribus meis: Vado ad pa-
trem meum, & patrem uestrũ, Deum meum, & Deum uestrum. Cæterùm cum pergit
uictorijs, tropheisq; onustus, cum corpore, quod ex mortuis resurrexerat, (quomodo
enim aliter intelligere oportet illud, Ascendi ad patrem meum, & illud, Vado ad pa- Esaie 63.
trem meum:) nunc aliquæ quidem potentiæ dicũt: Quis est iste qui accedit ab Edom
rubra uestimẽta habens ex Bosor, adeò speciosus: qui uerò præibãt illũ, illis qui prę-
cti erãt portis cœlestibus, inquiũt. Tollite portas principes uestras, & eleuamini por-
tæ æternales, & introibit rex glorię. Pręterea uerò interrogãt ueluti aspectu ipso, ut i-
ta dicã, ipsius dexterã uidentes cruentatã, eumq; totum repletũ operibus strenuè ge-
stis. Quare rubra sunt uestimẽta tua sicut calcatio torcularis pleni uua calcata, quãdo
& respõdet, Calcaui eos. Verè ob hæc indiguit, ut lauaret in uino stolã suam, & uesti-
mentũ suũ in sanguine uuę. Infirmitates enim nostras cũ sumpsisset, ęgritudinesq; por Luc. 12.
tasset, totiusq; mundi peccatũ cum sustulisset, & in tot beneficia cõtulisset, fortassis tũ
baptismũ accepit quouis alio, qui apud homines excogitari potest, maiorem de quo
reor eũ dixisse. Baptismo habeo baptizari, & aliquo modo coarctor, donec perfectũ
fuerit. Vt enim audacius orationem explorãs instem ad ea quę plurimi sentiunt, dicãt
nobis qui martyriũ ipsius, baptismũ existimãt, maximũ esse, supra quẽ alium excogi-
tare baptismum nõ liceat, cur tandem post hoc dicat Marię, Ne me tangas. oportebat
enim seipsum magis exhibere tangendũ, tanquã qui per mysteriũ passionis baptismũ
sumpsisset perfectum. Sed quoniam, ut prædiximus rebus aduersus aduersarios præ-
clarè gestis, opus habebat lauare in uino stolã suã, & in sanguine uuæ uestimentũ suũ,
ascendit ad agricolam ueræ illius uitis, nempe patrem: ut illic lotus, postquã ascendis-
set in altũ captiuata captiuitate descẽderet, uaria ferens charismata, nempe diuisas apo
stolis linguas ueluti igneas, atq; etiã ad futuros in omni actione sanctos angelos libe-
raturos

Universidad de Deusto
Biblioteca

raturos ipsos. Ante has enim dispẽsationes, purificati nõdum cum essent, capaces non erãt angelorum ad se aduẽtus, fortassis ne angelis quidẽ ipsis adesse uolẽtibus his qui nõdũ optimè instituti, purificatiq; à Iesu fuissent. Solius enim Iesu benignitatis erat cũ peccatoribus, & publicanis mãducare & bibere, atq; suos ipsius pedes præbere lacrymis resipiscentis peccatricis, & ad mortem usq; pro impijs descẽdere, non rapinã arbitrantem se esse æqualẽ Deo, & inanientẽ semetipsum, serui forma sumpta. Hæc autem omnia perficiẽs patris magis uolũtatem ipsum tradẽtis pro impijs perficiebat, q; suam ipsius. Bonus etenim est pater: Seruator uerò imago est bonitatis ipsius: porrò toti mũdo officia conferẽs, quoniam Deus in Christo mũdum sibi ipsi reconciliat, antea propter malitiam inimicũ factũ, tum uia, tum ordine officia confert his rebus, in quas ipse beneficia cõfert, nõ subitò accipiens scabellũ pedũ, nẽpe inimicos omnes. Dicit enim
Psal. 109. ad ipsum uniuscuiusq; nostri Dominũ pater: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ. Et hęc fiunt quoad ultimus inimicus, nempe mors, ab ipso destructus fuerit. Si uerò cõsiderauerimus, qd sit subijci Christo (idq; maxime ex illis uerbis, Cum aũt ipsi omnia subiecta fuerint, tũc ipse filius subijcietur ei qui omnia sibi subiecit) ut dignũ est bonitate Dei uniuersorũ, intelligemus agnum Dei, tollẽtem peccatum mũdi. Verum nõ omniũ peccatum ab agno aufertur, nẽpe eorũ qui nõ dolent, quiq; nõ affliguntur, donec ablatũ fuerit. Spinæ nanq; non tãtùm infixæ, sed etiam altius radicatę in manus sunt cuiuscunq; per uitium temulenti, quiq; sobrietatem per-
Prouerb. 26. diderit: iuxta illud quod in Prouerbijs dicit: Spinæ nascuntur in manu temulẽti. Quãtum uerò doloris parient in eo, qui tales plantas admiserit in corpus suæ ipsius animę, iam dicere difficillimum est. Nam abscindatur oportet à sermone Dei uiuentis, penetrantiore quouis gladio utrinq; incidẽte, & efficaci, & supra omnẽ ignem cõburente, quisquis eò profunditatis suæ ipsius animæ admisit uitiũ, ut factus sit terra spinas germinãs. Et profectò opus erit ad huiusmodi animã ignẽ mitti inuenientẽ spinas, appeq; eas stantem, ac penetrantẽ sua ipsius diuinitate, nec cõbusturum areas, uel spicas camporum. Verũ enimuero agni tollẽtis peccatũ mundi, idq; per propriã cædem incipiẽtis, cõplures sunt uiæ: quarũ aliæ quidem manifestæ possunt esse uulgo, aliq; uerò uulgus latẽtes his, qui diuina sapiẽtia digni habiti fuerint, quibus solis sunt notæ. Quid enim opus est recẽsere quot uijs ad credendũ ueniat quis inter homines, cum liceat uni cuiq;, dum adhuc in hoc est corpore, ex se id cõsiderare. Veruntamen per uias credẽdi licet peccatũ quoq; tollere: per flagella, per spiritus malos, per morbos difficillimos, q infirmitates laboriosissimas. Quis ergo nouit quę sunt etiã post hęc. Cęterùm necessariũ fuit, ne respueremus eum qui assequi uidetur ueram intelligentiã sermonis illius, q dicit: Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatũ mũdi, diutius de hisce rebus disserere, ut sciẽtes nos & furore Dei aliquãdo redarguí, & ira Dei corripi, neminẽ ob amorẽ erga genus humanũ, uel ad hyperbolen usq;, sinentis omnino irredargutũ, atq; non correptum, omnia faciamus, ut talibus redargutionibus, atq; correptione ea quæ sita est in rebus asperrimis, atq; molestissimis non egeamus. Consideret insuper lector oportet quę suprà sunt à nobis dicta cũ appositione cõplurium exẽplorũ de eo quod est, quid significeť iuxta scripturã per uocem mũdi. nec enim cõsentaneum esse putaui repetere: Nõ ignoramus autẽ quendã exposuisse per mũdum Ecclesiam solam: mundum, & ornamentum existentem mundi. Quandoquidem lux etiam mũdi dicitur: Vos enim estis (inquit) lux mundi. Mundus autẽ & ornamentũ mundi, est ecclesia, Christo existente mũdo & ornamẽto ecclesiæ, quippe qui sit prima lux mũdi. Considerandũ aũt est, num eiusdem mũdi lux esse dicať Christus, & discipuli eius. Proinde uide, ne, quãdo Christus lux est mundi, fortassis lux sit ecclesiæ: quãdo uerò discipuli eius lux sunt mundi, inuocantium sint lux, qui diuersi sunt ab ecclesia. Quemadmodũ à Paulo dictum est in proœmio prioris epistolæ ad Corinthios scribẽte ad ecclesiã Dei cũ omnibus qui inuocãt nomen Domini nostri Iesu Christi. Si quis suspicetur ecclesiã dici lucem mũdi, hoc est reliqui generis hominũ, & infideliũ, siquidẽ propheticè hoc interpretabitur propter sermonẽ de cõsummatione, fortassè locum habet illud quod dicit, sin uerò tanquã iam factum id cõsiderabit (quoniam lux alicuius illustrat illud, cuius est lux) ostendant quomodo reliquum genus illustratur ab ecclesia peregrinante in mundo.

mundo. Quod si hoc ostẽdere nequeũt, aduertant, num rectè exposuerimus lucẽ esse ecclesiam, & mundũ inuocantes. Sed uocula quę sequitur, posita in euangelio à Matthęo tradito exprimet enarrationem ei qui diligentissimè scrutatur scripturas. Vos enim, inquit, estis sal terræ: fortassè per terram intelligens reliquos homines, quorũ sal sunt, qui crediderunt, auctores existentes, ut mũdus seruetur propterea quòd credãt. tunc enim consummatio erit, si sal infatuatus fuerit, & non sit amplius qui saliat, conseruetq; terrã. Quoniam liquet si impleta fuerit iniquitas, & refrigerit charitas super terram (ut etiam Seruator ipse dubiam profert uocem de his qui in suo ipsius aduentu erunt) dicẽs: Veruntamen cum uenerit filius hominis, num inueniet fidem super terram? futuram consummationem seculi: dicatur itaq; ecclesia mundus, quãdo à Seruatore illustratur. Nos autem quærimus, an propter illud: Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi, interpretari debeamus mundum spiritualiter esse Ecclesiam (ablatione peccatorum circũcluſa in sola ecclesia.) Quomodo enim quod à discipulo suo in epistola dicitur de Seruatore, qui propitiatio est pro peccatis, interpretabimur, sic habens: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, 1. Ioan. 2.
& ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris tantùm, sed etiã pro totius 1. Tim. 4.
mũdi? Quando quod apud Paulum est, huic reor esse simile, sic habens: Qui est Seruator omnium hominum, maximè fidelium. Rursus ad hunc locum Heracleon ueniens, absq; aliqua approbatione & appositione testimoniorum, enunciat Ioannem tanquã prophetam dicere, Agnus Dei: & ut excellentior quàm propheta dicere, Qui aufert peccatum mundi. Quorum primum existimat de corpore eius dici: secundum uerò de eo quod est in corpore, quia agnus imperfectus sit in ouium genere. Atq; tale etiam sit corpus comparatione inhabitantis in ipso. Perfectionem uerò, inquit, si uolebat corpori attribuere, arietem ipsum immolãdum dixisset. Sed non arbitror necessarium esse post tot inquisitiones factas, eadem hoc in loco repetere, contẽdentes contra ea quæ dixit Heracleon parum doctè. Tãtum hoc adhuc notetur, quòd ut uix mundus capax illius fuit, qui seipsum inaniuit, sic agno, & non ariete opus fuisse ad illius auferendum peccatum.

TOMVS DECIMVS.

Postea descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. Instabat autem pascha Iudæorum, &c.

NVMERI, qui in ipso Numerorum libro scripti fuerunt, iuxta quandam proportionem conuenientem unicuique rei, scriptura digni habiti sunt. Inquirendum autem est, an unus ex Mosis libris numerorum inscriptione notatus, rationem Numerorum eximiè doceat eos, qui huiuscemodi accuratè inuestigare ualent, quæ mihi ad te in principio decimi tomi dicuntur, tum intuenti frequenter numerum denarium assequutum fuisse priuilegium scripturæ excellentis, ut ibi quoque licet diligenter considerare, tum speranti etiam fore, ut aliquid maius à Deo in hunc tomum accipiam, quod ut contingat, pro uiribus præbere nos ipsos Deo tentemus, qui cupit optima largiri: sed incipiendus hinc est liber. Postea descendit Capharnaum ipse, & mater eius, & Ioan. 2.
discipuli eius, & manserunt ibi non multis diebus. Etiã cæteri tres, qui euangelia scripserunt, inquiunt Dominum in Galilæam secessisse, post ipsius cõtra diabolum certamen. Matthæus autem & Lucas prius cum uenisset Nazareth, postea illa relicta profectum habitasse Capharnaum. Matthæus uerò & Marcus causam etiam quandam dicunt, cur ipse inde discesserit, nempe quia audisset Ioãnem ab Herode in carcerẽ cõiectum fuisse. Habẽt autem se sic uerba, Matthæi quidẽ, Tunc omittit illum diabolus: & Matth. 4.
ecce angeli accedebãt, & ministrabant ei. Cũ audisset aũt Iesus, Ioãnem traditum esse, secessit in Galilæam: & relicta Nazareth, profectus habitauit in Capharnao maritima, & in finibus Zabulon & Nephtalim, ut impleretur quod dictum fuerat per Esaiam prophetam, dicentem: Terra Zabulon, & terra Naphtalim: & postea quæ dicta sunt in Esaia, dicit: Ex eo tempore cœpit Iesus prædicare, & dicere: Resipiscite, instat enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marci 1. enim regnum cœlorum. Marcus uerò. Et erat, inquit, in deserto dies quadraginta, & c
tentabatur à Satana: eratq; cum feris, & angeli ministrabant illi. Postquam autem tra-
ditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilæam prædicans euangelium Dei, nempe imple-
tum est tempus, instatq; regnum Dei. Resipiscite, & credite euangelio. Deinde cum
enarrasset de Andrea, & de Petro, Iacoboq; ac Ioane, scribit hęc. Et ingressus Caphar-
Luc. 4. naum statim, sabbatis docebat in synagoga. Lucas uerò, Et cum cõsummasset, inquit,
tentationem diabolus, recessit ab illo usq; ad tempus. Et reuersus est Iesus uirtute spi-
ritus in Galilęam, & fama exijt per uniuersam regionẽ de ipso, & ipse docebat in syn-
agogis eorum, & glorificabatur ab omnibus: & uenit in Nazara, ubi erat nutritus, in-
trauitq; secundum consuetudinem suam die sabbatorum in synagogam. Cumq; do-
cuisset, quæ in Nazaris ab ipso dicta fuerant, furoremq; eorum qui erant in synagoga,
aduersus ipsum (ut qui eiecissent eum è ciuitate, ac duxissent usq; ad supercilium mõ-
tis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum) & ut transiens per
Luc. 4. medium illorum ibat, superaddit hæc. Et descendit Capharnaum ciuitatem Galilęæ,
& docebat illos sabbatis. Veritatem de hisce rebus oportet repositam esse in his quæ
animo cernuntur, aut si dissonantia non soluatur, recedere à fide euangeliorum, tan-
quam quæ uerè non sint scripta per spiritum, neq; sint diuiniora, neq; optimo ordine
commentata, utroq; enim modo dicitur scriptura ordinata fuisse. Dicant enim nobis
qui recipiunt quatuor euangelia, & existimant apparentem dissonãtiam non dissolui
per anagogen (præter prædictas à nobis dubitationes de quadraginta diebus tenta-
tionis, qui minimè locum habere possunt apud Ioannem) quando fuit in Capharnao
Dominus? Nam si post sex dies ab eo tempore, postquam baptizatus est Iesus, fuit in
Capharnao (sexta die facta dispẽsatione, & miraculo in nuptijs, in Cana Galilęæ) per-
spicuum est, neq; tantatum fuisse, neq; in Nazaris fuisse, neq; Ioãnem adhuc traditum
fuisse. Itaq; post Capharnaũ, ubi mansit non multos dies, cum pascha esset Iudæorum
in propinquo, ascendit Hierosolymam, quando è templo eiecit tum oues, tum boues,
& mensariorum æra effudit. Videtur autẽ Nicodemus pharisæorum princeps, nóctu
Ioan. 3. ad ipsum principio uenisse Hierosolymam: audissetq;, quę licet ex euangelio accipere.
Post hæc autem uenit Iesus, & discipuli eius in terram Iudæam, & illic morabatur cum
eis, ac baptizabat, quo tempore erat Ioannes in Aenon iuxta Salim, quia aquæ multæ
erant illic, & ueniebant, ac baptizabantur. Nondũ enim coniectus fuerat in carcerem
Ioannes, quando orta etiam quęstio est ex discipulis Ioannis de purificatione cum Iu-
dæis. Et uenerunt ad Ioannem dicentes de Seruatore. Ecce is baptizat, & omnes ue-
niunt ad eum. Audierãt enim Baptistę uerba, quæ accuratius ex ipsa scriptura licet as-
sumere. Quòd si interrogantibus nobis quando primum fuit in Capharnao Christus:
qui lectionem Matthæi, reliquorumq; duorum sequuntur, dicent post tentationem
(quando relicta Nazareth profectus habitauit in Capharnao, quæ est ciuitas mariti-
ma) quomodo simul uerum esse dicent & illud, quod apud Matthæum & Marcũ di-
ctum est, Iesum scilicet secessisse in Galilæam, tanquam qui audisset Ioãnem traditum
fuisse? & illud quod positum est apud Ioannem, scilicet nondum fuisse Baptistam cõ-
iectum in carcerem, sed baptizare in Aenon iuxta Salim? Id quod ponitur post man-
sionem Domini in Capharnao? & post ascensum ad Hierosolymam, indeq; ad Iudæã
descensum, ac post multas alias œconomias & dispẽsationes? Quin si de alijs complu
ribus diligenter quis exquisierit euangelia de dissonantia secundum historiam, quam
singulatim tentabimus pro uirili ob oculos ponere, uertigine affectus, uel renuet
confirmare euangelia tanquam uera, & iudicio suo sibi eligens quod uoluerit, alicui
ipsorum euangeliorum adhęrebit, non audens funditus infirmare de Domino nostro
fidem, uel admittens quatuor esse euangelia, ueritatem ipsorum non informis, & cha-
racteribus corporalibus esse adiunget. Vt autem aliquam considerationem sententię
ac uoluntatis euangeliorũ de hisce rebus sumamus, nobis hoc est dicẽdum. Esto qui-
busdam spiritu Deum uidentibus, huiusq; sermones ad sanctos, atq; præsentiam, qua
illis se offert, præcipuis temporibus profectus ipsorum (atq; hi plures numero existãt,
& diuersis in locis, nec similibus omnino beneficijs affecti) esto inquã propositum his
singulis, sua renũciare quæ spiritu tum de Deo, tũ de sermonibus eius, ac de apparitio-
nibus

nibus ad sanctos uident, ita ut hic quidẽ renunciet, quæ dicũtur uel aguntur à Deo in
tali loco huic iusto: ille uerò quæ alius per oracula uel audierit, uel receperit, & alius
præter duos prædictos uelit nos de aliquo docere. Esto aũt etiã aliquis quartus, perin-
de atq; hi tres, faciens, cõferantq; hi quatuor inter se de quibusdã quæ spiritus illis sug-
gesserit, & de alijs breui oratione renũcient: adeò ut huiusmodi sint illorum narratio-
nes. Visus est Deus huic hoc tẽpore, hoc in loco, & hæc illi fecit hunc in modũ (si illi
apparuerit tali forma) & manu duxit ad hũc locũ, ubi hęc fecit. Secundus eodẽ tẽpore
quo hæc dicta sunt, facta fuisse apud primũ, referat Deum uisum fuisse in quadã urbe
cuipiam secũdo (quem ipse uelit) existẽti in loco ualde remoto à loco prioris, & alios
eodẽ tempore sermones à Deo huic, quẽ secundũ posuimus, habitos fuisse dicat. Simi-
liter de tertio & quarto existimandũ est. Consentiãt aũt hi (ut prædiximus) inter se ue-
ra de Deo nunciãtes, decq; ipsius erga aliquos beneficijs, in quibusdam narrationibus,
quas ipsi renũcient. Apparebit igitur historiã esse existimanti horũ narrationem, quæ
propria sunt imaginis historiæ, ad res ueras accõmodare, & ei qui arbitrat Deum esse
in loco secundũ circũscriptionem, eodem tẽpore nequeuntẽ plures de seipso ingene-
rare uisiones pluribus, in pluribus locis, nec plura etiã simul dicere, impossibile esse, ut
hi quatuor, quos supposuimus, uera narrẽt ex eo quòd facile factu nõ sit Deum esse in
hoc quodam certo tempore, quia etiam consideratus fuerit esse in loco secũdum cir-
cũscriptionem, & huic, & illi, hæc & illa dicere: & facere hæc, & his contraria, & (ut ita
dicam) sedentem simul & stantem esse, in hoc quidem tempore dicentes eum stãtem
hæc dixisse, & alia fecisse in loco eodem sedentem. Vt igitur sensus præceptus histori-
corum charactere & forma in his quos supposui uolentes nos docere, quæ mens ipso
rum perspexerit, nullam inueniretur habere dissonantiam, si quatuor fuerint sapiẽtes:
sic etiam in quatuor euangelistis rem se habere intelligẽdum est. Abutentibus multis
tum dictis, tum factis Iesu iuxta illius prodigiosam & admirabilissimam potentiam: in
terdum etiam attexentibus ad scripturam, cum dictione ueluti de sensibilibus, quod
illis puro ac solo intellectu manifestatum erat. Non reprehendo autẽ ipsos aliquo pa-
cto transposuisse ad utilitatem mysticæ cõsiderationis harum rerum, id quod (quantũ
attinet ad historiam) alio modo factum fuerat: ita ut quod uno loco factum fuerat, tan-
quam in alio gestũ sit, narrarẽt: & quod uno tempore tanquã in alio, & illud quod u-
no modo pronuntiatum fuerat, cum quadam alteratione referrent. Propositum enim
illis erat uera narrare, & spiritualiter, & corporaliter, ubi liceret: ubi autẽ non contin-
gebat utrumq;, rem præferre spiritualẽ rei corporeæ: seruata sæpe ueritate spirituali, in
corporali (ut aliquis diceret) mẽdacio. Quemadmodũ si etiam ex historia diceremus Genes. 27.
Iacob dicentem Isaac: Ego sum Esau primogenitus tuus filius, secundũ intellectũ spi-
ritualẽ narrasse uera: & participem factum primogeniturarũ, quæ in fratre iam perie-
rãt, & recepta forma & figura Esau externa per uestem hœdinarũ pellium: atq; factus
Esau sine uoce laudãte Deum, ut deinde locũ inueniret Esau ad benedictionem con-
sequendã. Nam fortasse, ni benedictus fuisset Iacob, tanquã Esau, ne Esau quidem ca-
pere quiuisset ex se benedictionẽ. Is igitur multa est secundũ uarias nationes, ex quib.
probabile est euangelistas notiones sumẽtes diuersas, interdũ etiam alias de quibusdã
consentientes scripsisse euangelia. Verbi gratia: uerũ est, quod ad textum attinet, con
tra ia dicere de Domino nostro, nempe eum genitũ ex Dauid, & nõ genitum ex Da-
uid. Verum etenim est genitum fuisse ex Dauid (ut etiam apostolus inquit, genitũ ex
semine Dauid secundũ carnẽ) si ad corpus ipsius referamus: falsum aũt hoc ipsum est;
si de diuiniore ipsius potẽtia intellexerimus eũ genitũ fuisse ex semine Dauid. Decla-
ratus nanq; filius Dei fuit cum potẽtia. Et fortassis hãc ob causam diuinæ scripturę ali-
quoties eum seruum, aliquoties eum filium prædicãt, seruum quidẽ propter serui for-
mam: & quia ex Dauide, filium uerò Dei propter potentiã suam primogenitã: sic ue-
rum est dicere eum hominẽ, & non hominẽ, hominem quidẽ propter illud quod mor
tis est capax: cæterùm nõ hominem, propter illud quod homine est diuinius. Ego aũt
arbitror etiam Marcionem respuẽtem doctrinã suam, & reiscientem ipsius ex Maria
ortum, enunciasse eum iuxta diuinam naturã genitum ex Maria non fuisse: & hãc ob
causam ausum fuisse delere hos locos ex euangelio, cui simile quiddam passi fuisse hi

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidentur, qui illius humanitatem tollunt, solam illius diuinitatem admittentes, atque his contrarij, qui diuinitatem eius obliterant, hominẽ eum hominum omnium iustissimum, & sanctissimũ fassi. Quin qui introducũt opinionem (quia nõ intellexerint eũ, qui seipsum ad mortem usq; humiliauit obediens factus usq; ad crucem, & solam eius eam partẽ, quę perturbationibus uacat, quæq; superior est quouis tali casu imaginaue runt) priuare nos pro uirili sua uolũt eo homine, qui hominũ omniũ sit iustissimus, ualẽs, etiam per seipsum seruari (ut enim per unum hominẽ mors, sic per unũ hominem uitæ iustificatio) utilitatem nobis alioqui nõ percepturis ex filio Dei, si remoto homine, talis esset, qualis erat in principio apud patrẽ Deum, neq; hominẽ assumpsisset, qui omniũ primus, & omnibus honorabilior, ac lõgè omnibus purior ualeret ipsum capere, post quẽ poterimus unusquisq; nostrũ tantũ, ac talẽ, qualis erat, ipsum capere, si locum magnitudini eius conuenientẽ in anima nostra præpauerimus. Hæc mihi dicta sunt declarare uolẽti, uia spiritualis intelligẽtiæ, apparentẽ euangeliorũ dissonantiã. In eundem aũt locum huiusmodi etiã exemplo utendũ est, scilicet Paulum carnalẽ se esse uenditũ sub peccato dicere, nec quidquã diiudicare posse, spiritualẽ uerò omnia diiudicare posse, & à nemine iudicari, et carnalis quidẽ hę sunt uoces: Nõ enim quod
Rom.7 uolo, hoc facio, sed quod odi. hoc facio, spiritualis uerò, quod uolo, hoc facio, & quod odi, nõ facio. Quin etiã qui raptus fuit usq; ad tertium cœlũ, & audiuit arcana uerba, di-
2.Cor.12 uersus erat ab eo, qui dicebat, Pro hac re gloriabor, pro me ipso aũt non gloriabor. Sin uerò etiam ludæis fit quasi ludæus, ut iudæos lucrifaciat, & his, qui sub lege erant, tanquàm sub lege esset, ut eos, qui sub lege erãt, lucrifaceret, & his qui sine lege erãt, tanquam esset sine lege, cũ non esset sine lege Deo, sed obnoxius legi Christi, ut lucrifaceret exleges, & infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaceret, perspicuũ est inquirẽdas esse diligẽter rationes huius rei: idq; priuatim in singulis: siue cũ efficitur tãquàm iudęus, siue cũ tanquàm sub lege, siue cũ est quasi sine lege, siue interdũ etiã efficitur infirmus. Verbi gratia, illa quæ dicit propter ueniã, nõ propter imperiũ, tanquàm infirmus exi-
2.Cor.11 stens, dicit. Quis enim, inquit, infirmatur, & ego nõ infirmor? Cũ aũt tõdetur, oblatio-
Act.16 nem offert, uel Timotheũ circũcidit, fit iudæus. Quando aũt Athenienſibus inquit, In-
Act.17 ueni arã, in qua inscriptũ erat, ignoto Deo. quod ergo ignorãtes colitis, hoc ego uobis annuncio, & illud, sicut & quidã uestratiũ poetarũ dixerũt, Huius enim & genus sumus, his, qui sine lege erãt, fit tanquàm sine lege: pietatẽ testibus firmãs impijssimis, & illo, qui dicit. Ab Ioue principiũ, illo illius hemistichio (nam huius progenies etiã sumus) abusus ad id, quod uolebat. Fortasse uerò interdum his, qui non sunt iudęi, sed sub lege, fit sub lege. Cæterùm hæc exempla non solùm utilia sunt in rebus Seruatoris, uerùm etiã in rebus discipulorũ, de quibus etiam ipsis est quædam secundũ rextũ dissonantia. Nam fortasse Simon, qui à suo fratre Andrea inuenit, & audit, tu uocaberis Cephas, cogitatione diuersus est ab eo, qui cum illo Andrea pariter audit. Venite post me, faciã uos piscatores hominũ. Decebat enim, ut qui renũciabat solidiori ratio
ne de λόγῳ, hoc est de filio Dei, qui factus est caro, qui etiã ortum hanc ob causam non scripsit filij Dei existẽtis in principio apud Deum, ne inuentũ quidem apud mare, indecq; uocatum dicere, sed narrare inuentũ à fratre, qui mãsit apud Iesum hora decima qui etiã eò quòd sic inuentus fuerit, mox acceperit nomẽ Cephæ. Nã qui uidetur à deambulante iuxta mare Galilææ, uix aliquãdo etiã post illud accipit, tu es Petrus, & sũ per hanc petrã ædificabo ecclesiam meã. Et Iesum quidẽ apud Ioannẽ agnoscunt baptizare pharisæi in discipulis eius, cũ alijs rebus præcipuis etiam hoc faciens. At apud tres Iesus haudquaquã baptizat. Insuper Baptista Ioãnes apud eiusdẽ nominis euangelistã perseuerat non coniectus in carcerẽ. Contra apud Matthæũ ferè tẽtato Iesu in carcerẽ traditur, quam ob causam secedit etiam Iesus in Galilæã, cauens trudi in carcerem. Quando ne carceri quidem traditus inuenitur Baptista apud Ioannem. Proinde quis adeo sapiens, & in tantum idoneus est, ut totum Iesum ex quatuor euangelistis discat, quiq; ualeat unamquamq; rem priuatim agnoscere, omnesq; Christi, uel peregrinationes, uel sermones, uel opera, quæ singuli narrarunt, uidere, præsertim ea, quę in præsenti loco Seruatorem fecisse remur consequenter sexto die, quando facta est dispensatio

dispensatio illa nuptiarum in Cana Galilææ, & quando eum descendisse remur cum matre, & fratribus, atq; discipulis in Capharnaum, quod interpretatur ager cõsolationis. Ad agrum nanq; cõsolationis post epulum illud uino celebre cum matre, cumq; discipulis uenire Seruatorem necesse erat consolaturum discipulos, atque eam animam, quæ ex spiritu sancto conceperat, & eos, qui illic utilitatem perceperunt: consolaturum inquam è fructibus in agro pleno futuris. Quærendum attamen, quare ad nu- Ioan.2
ptias fratres eius non uocentur. Sed neque erant illic. Nec enim dictum est in Capharnaum descendunt cum ipso, & matre sua, & discipulis. Insuper quærendũ, quare nunc non ingrediuntur Capharnaum, neque ascendunt ad ipsam, sed descendunt. Qua re uide, an hoc in loco per fratres intelligendæ sint hæ potẽtiæ, quæ cum ipso descenderunt, quę etiam ad nuptias uocatæ non sunt ob ea, quæ prædiximus: cum infra, & in locis humilioribus, iuuẽtur ij, qui Christi habẽtur discipuli, & alterius generis homines, quoniã, si uocatur mater eius, sint quidã proficientes, & fructificantes, ad quos etiam descẽdit Dominus ipse cũ ministris uerbi Dei, & discipulis, tales adiuuans, matre sibi etiam assistẽte. Sanè habitatores in Capharnao uidentur nõ capere diuturniorẽ Iesu, eorumq;, qui cum ipso descenderãt, apud se consuetudinẽ, unde manẽt apud ipsos nõ multis diebus. Nam ager cõsolationis infernæ non capit illuminationẽ de multis dogmatibus, rerum tenuium cũ sit capax. Præterea ut uideamus differentiã eorũ, qui plus, uel minus suscipiunt Iesum, addendũ est uerbis illis, illic manserũt non multis diebus, Ioan.2
illud quod dicitur à Domino resuscitato ex mortuis apud Matthæũ, discipulis missis ad docendũ omnes gentes, sic habẽs, Ecce ego uobiscũ sum usq; ad consummationẽ Matth.28
seculi. Nanq; agniturus quidem quæcunq; agnoscere potest humana natura, dum hic degit, dicitur demonstratiuè hoc. Ecce ego uobiscum sum, de omni uerò ortu, & illuminatione, quæ his exoritur, qui speculantur, quæq; dies plures ob oculos ponit beatissimis, illud omnibus diebus usq; ad cõsummationẽ seculi, de his aũt, qui sunt in Capharnao, ad quos, utpotè infra existẽtes, descendũt non solùm Iesus, uerumetiã mater eius, & fratres eius, & discipuli, dicitur, illic mãserũt non multis diebus. Credibile aũt est aliquos nõ sine causa quæsituros, an post omnes huius seculi dies nõ amplius futurus sit cũ his, qui eum acceperint usq; ad cõsummationẽ seculi, ille qui dixit. Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi, nam particula, usq;, ueluti circunscriptionem quandam denotat temporis. Proinde ad hoc etiam est dicendum, non idem esse, uobiscũ sum, & in uobis sum. Quamobrẽ fortasse magis propriè diceremus, non in discipulis Seruatorẽ esse, sed cum ipsis, qui mẽte, non præuenerint consummationẽ seculi. Cum uerò instantem consummationem mundi uiderint sibi crucifixi (quãtum ad illorum conatum attinet) tunc non amplius cum ipsis, sed in ipsis existente Iesu, dicent illud: non amplius uiuo ego, sed uiuit in me Christus. Et illud, An experimentum Gal.2
quæritis loquentis in me Christi? Hæc autem dicimus, obseruata priuatim à nobis ali- 2.Cor.12
quo modo ea expositione, quæ docet omnibus diebus usq; ad consummationẽ seculi dici iuxta ea, quæ humana natura comprehendere potest, dum hoc in mũdo existit, nã possumus etiam seruata illa interpretatione notare uocabulũ, ego, ut ille, usq; adcõsummationẽ, cum his, qui mittuntur ad docendũ omnes gentes, sit, qui euacuauit seipsum, forma serui sumpta, tãquàm si hoc dixisset, quòd sit cũ his post cõsummationẽ seculi alius: existens in statu præcedenti suam inanitionẽ, quãdo à patre positi fuerint omnes inimici Christi subsellium pedum suorũ. Post hæc (cum tradiderit filius regnum Deo, & patri) patre dicente illis. Ecce ego uobiscum sum. Vtrũ uerò omnibus diebus usq; ad hoc tempus, an simpliciter omnibus diebus absq; uocula, usq;, & an non omnibus, sed omni dicet, potest qui uelit cõsiderare. Nũc enim quæ proposita sunt, nos nõ permittũt usq; adeo ab oratione digredi. Sanè Heracleõ ipse enarrãs, postea descẽdit in Capharnaũ, alterius rursus dispẽsationis principiũ inquit declarari, uoce, descendit, nõ ociosè dicta. Et inquit Capharnao significare hæc extrema mũdi, hæc materialia, ad quæ descẽdit. Et quia non aptus (inquit) esset locus, nihil in ea ciuitate uel fecisse, uel loquutus fuisse dicitur. Quamobrẽ si in reliquis euãgelistis scriptũ fuisset, nihil in Capharnao Dominum nostrum uel fecisse, uel dixisse, fortasse dubitassemus recipere ipsius interpretationẽ. Nunc aũt Matthæus quidẽ Dominũ nostrũ, relicta Nazareth,

Universidad de Deusto
Biblioteca

profectum habitasse Capharnaum ciuitatem maritimã, & exinde initium prædicandi
Matt. 4. fecisse inquit, dicentẽ: Resipiscite: instat enim regnum cœlorũ. Marcus uerò: Postquã
tentasset Dominum diabolus, postquam traditus fuisset Ioannes in carcerẽ, nobis an-
Marci 1. nunciat Dominum aduenisse in Galilęam prędicantem euangelium Dei: ingrediun-
tur etiam Capharnaũ post electionem quatuor piscatorum ad functionem muneris
apostolici, statimq; sabbatis docuit in synagoga, & obstupescebant super doctrina il-
lius. Quin etiam actionem quãdam eum fecisse in Capharnao scribit: statim enim in-
Marci 1. quit: Erat in synagoga eorum homo spiritui immundo obnoxius, & exclamauit, di-
cens: Ah quid rei nobis tecum est Iesu Nazarene? uenisti ad perdẽdum nos? Noui te,
quis sis, nimirum ille filius Dei. & increpauit illum Iesus dicens: Obmutesce, & exi ab
homine. Et cum discerpsisset eum spiritus immũdus, exclamasset q; uoce magna, exijt
ab eo. Et obstupuerunt omnes. Et socrus Simonis liberatur in Capharnao à febri. Ad
hæc Marcus inquit, uesperi curatos fuisse omnes malè habentes, & qui à dæmonijs a-
Luc. 4. gitabantur. Quin etiam Lucas similia cum Marco loquitur de Capharnao, dicens: Et
uenit in Capharnaum ciuitatem Galilęæ, ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebant su-
per doctrina eius, quia cum potestate coniunctus erat sermo ipsius. Et in synagoga e-
rat homo habens spiritum dæmonis immundi, & exclamauit uoce magna dicens. E-
ia, quid tibi nobiscum est Iesu Nazarene? uenisti ad perdendum nos? scio te, quis sis,
sanctus ille Dei. Et increpauit illum Iesus dicens, obmutesce, & exi ab eo. Et cum pro-
iecisset illum, dæmonium in medium exijt ab illo, nihilq; illi nocuit, & postea narrat,
quomodo surgens Dominus è synagoga ingressus est in domum Simonis, & cum in
crepasset febrim in socru ipsius, liberauit eam à morbo. Post quam liberatam, occiden
te, inquit, sole omnes, qui habebant infirmos uarijs morbis, ducebant illos ad eum, at
ille singulis manus imponens sanabat eos. Exibant autem dæmonia à multis claman-
tia, ac dicentia. Tu es ille filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui, quòd sciebant
ipsum esse Christũ. Hæc autẽ omnia docuimus ex his, quæ Seruator, uel dixit, uel fecit
in Capharnao, ut redargueremus Heracleonis interpretationẽ, dicentis. Hanc ob cau
sam Iesus dicitur neq; fecisse aliquid in ea, aut loquutus fuisse. Aut enim consideratio-
nes duas urbi Capharnao tribuat etiam ipse, & doceat, & persuadeat quales nam sint,
aut hoc facere non ualens, dicere cesset Seruatorẽ frustra in locum aduenisse. At nos
(Deo dante) cum peruenerimus ad hũc textum, conabimur manifestare, non uanum
fuisse illius accessum, etiã si ex lectiõe fermè appareat eũ ad aliqua loca profectũ nihil
Matth. 7. fecisse. Præterea uerò Matthæus ingrediente Domino in Capharnaũ, inquit, Cẽturio
nẽ ad ipsum accessisse dicẽtẽ, famulus meus decũbit domi paralyticus, ac grauiter di-
cruciatur. Et post alia, quæ Dominus de ipso dicit, audisse, uade, & sicut credidisti, fiat
tibi, & de Petri socru cõsona alijs duobus etiam ipse docuit. Proinde honorificum, &
Christi studioso decorum arbitror esse, colligere ex quatuor euãgelijs omnia, quæ de
Capharnao sunt scripta, sermonesq; in ea habitos, & opera Domini, & quoties ad ip-
sam accessit, & ut aliquãdo quidẽ descẽdisse ad ipsam dicitur, aliquãdo uerò ingressus
fuisse, & unde. Hæc enim inter se collata nõ sinẽt nos aberrare in his, quę ad intelligen
tiã ciuitatis Capharnaĩ pertinẽt. Cæterùm etiã si ægrotãtes illi curentur, & aliæ uirtu-
tes illic fiãt, inde tamen incipit dominus prædicare, quòd instat regnum cœlorum: id
quod uidetur signũ esse (ut principio suboſtendimus) loci cuiusdã humilioris, qui for
tasse cõsolationis locus efficitur per Iesum dantẽ illi solamẽ ex his, quæ illic docuit, &
fecit in loco, qui est cõsolationis ager: scimus enim etiam locorũ nomina eiusdem no-
Luc. 8. minis esse cum rebus per Iesum factis. Quemadmodũ Gergesa urbs (ubi rogauerunt
eum locorũ illorum ciues, ut è finibus suis discederet) interpretatione est habitatio ei
cientium: rursum de Capharnao hæc etiam obseruauimus: in ea non solùm prędicare
Dominum incepisse, instat cœlorum regnum, uerùm (ut tres euãgelistæ tradunt) pri-
mas illic etiam uirtutes edidisse. Quorum nullus in his paradoxis, quæ primùm facta
fuisse scripsit in Capharnao, imitatus est in notando primo miraculo discipulum Ioan
Ioan. 2. nem dicentem: Hoc initium signorum edidit Iesus in Cana Galilæę. Neque enim erat
initium signorum illud, quod editum fuit in Capharnao, eò quòd præcedens, ac præ-
cipuum signorum filij Dei sit ἡ εὐφροσύνη (hoc est exhilaratio illa, quæ mœrorẽ omnem

aufert, accessione rerum honestarum, & pulchrarum) λόγῳ & filio Dei non sic per cu-
rationem declarante propriam pulchritudinem, dum curat ægre affectos, quantum
in exhilarandis his sobrio poculo, qui, quia sani sint, indulgere ualent conuiuio pu-
blico. Et proximum erat pascha Iudæorum: Sapientissimi Ioannis diligentiam me- Ioan. 2
cum reputans, quærebam, quid sibi uelit additamentum Iudæorum. Quæ enim alia
gens habet paschatis solennitatem? Quocirca cum sufficisset dicere, in propinquo
erat pascha, uide, ne fortè pascha Iudæorum dicatur ad differentiam paschatis diuini:
quando quidem alterum est pascha humanum (nempe eorum, qui non celebrant il-
lud ex uoluntate scripturæ) alterum uerò diuinum: uerum scilicet, quod spiritu, & ue-
ritate perficitur ab his, qui Deum spiritu, & ueritate adorant. Audiamus igitur Domi
ni de paschate legem sancientis uerba, quãdo etiam primum nominatũ fuit in scriptu
ra, & loquutus est Dominus ad Mosen, & Aarõ in terra Ægypti dicens. Decima men
sis huius tollat unusquisq; agnũ per familias, & domos suas: & post pauca, in quibus
nondum pascha nominatim dictum fuerat, subiungit, Sic autem illum comedetis, re-
nes uestri circuncincti erunt, & calceamenta uestra in pedibus uestris, & baculi in ma
nibus uestris, & comedetis ipsum cum festinatione, pascha est enim Domini, nec dicit
pascha est uestrũ. Et paulò post sic nominat solennitatẽ: & erit, si dixerint uobis filij ue
stri, quæ est ista religio? dicetis ad eos: uictima est pascha Domini, quoniã protexit do
mos filiorum Israel. Rursumq; post pauca, locutus est autem Dominus ad Mosen, &
Aaron dicens: Hæc est lex paschatis, alienigena ex eo nõ comedet, & rursus post pau Exod. 12.
ca. Si accesserit ad uos proselytus, & fecerit pascha Domini, circũcidetis omne ipsius
masculinũ. Cæterùm illud obseruandũ est, quòd in legis sanctione nullibi dicatur pa-
scha uestrũ, sed in his, quæ citauimus, semel tantùm pascha, absque ullo additamento,
& ter, pascha Domini. Vt uerò confirmemus, hoc sic se habere de differẽtia paschatis
Domini, & paschatis Iudæorum, uideamus quæ in Esaia hũc in modum sunt scripta,
Nouilunia uestra, & sabbata, & diem magnam non tolero, ieiunium, & segnitiẽ, & no
uilunia uestra, & festiuitates uestras odit anima mea. Minimè enim ad seipsum pro-
priè pertinere inquit Dominus, quæ à peccatoribus perficiunt, nõ nouilunia, nõ sab-
bata, nõ diem magnã, non ieiuniũ, non festiuitates. Rursum in legislatione exodi hęc
dicũtur. Dixit aũt Moses ad eos, Hoc est uerbũ, quod locutus est Dominus. Sabbata Exod. 16.
requies sancta erunt Domino, & post pauca. Dixit aũt Moses, comedite, hodie enim
sunt sabbata Domino. Et in Numeris. Ante has uictimas, quę offerũtur in singulis fe-
stiuitatibus: perinde quasi singuli dies festi sint iuxta legẽ endechismi, id est iugis obla
tionis: hęc scripta sũt, & locutus est Dominus ad Mosen: Renũtia filijs Israel, & loque
re ad eos dicẽs: Dona mea, munera mea, oblationes meas in odorẽ suauitatis perseue
rabitis offerre mihi in festiuitatibus meis, & dices eis, Hæ sunt primitiæ, quas offeritis
Domino, suas enim festiuitates, & dona ipsius, & munera ipsius, quæ exposita sunt in
scriptura offeretis: nõ quæ sunt eorũ qui legẽ accipiũt. His quiddã simile scriptũ est in
Exodo de populo quẽ Dominus nõ peccantem suum esse cum dixisset, rursus eundẽ,
quia uitulũ cõflasset, abdicãs, Mosis populũ nominauit. Ad Pharaonẽ (inquit) dices:
Hæc dicit Dominus Deus, dimitte populũ meum, ut sacrificet mihi in deserto: si uerò
nolueris dimittere populũ meum, ecce ego emittã in te, & in seruos tuos, & in popu-
lum tuũ, & in domos tuas muscas caninas, & in terrã in qua sunt, in ea emittam, & glo-
rificabo in die illa terrã Gesem, in qua populus meus ineſt, eatenus ut in illa nõ sit mu
sca canina, ut scias quoniã ego sum Dominus: Dominus uniuersæ terrę. Et dabo diffe-
rentiã, ponamq; differentiã inter populũ meũ: ad Mosen aũt locutus est Dominus, di-
cens: Vade, descende celeriter: impiè enim gessit populus tuus, quos eduxisti ex terra
Ægypti, quãobrẽ ut populus nõ peccãs, populus Dei est: peccãs nõ item, ita & festi-
uitates cũ Domini anima eas prosequit odio, peccãtium sunt festiuitates: cũ uerò eas
Dominus sancit, Domini esse dicunt. Verùm festiuitatũ una est etiã pascha, quod in
euãgelij proposita scriptura, nõ Domini, sed Iudęorũ pascha dicitur. Rursus alibi in-
quit: Hæ sunt Domini festiuitates, quas ipsas uocabitis sanctas. Ex Domini itaq; uo-
ce non licet his quæ docuimus, contradicere. Verùm ex epistola ad Corinthios pro-
babiliter aliquis quærat, cur apostolus scribat: Etenim pascha uestrum pro nobis im- 1. Cor. 5
molatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

molatus est Christus, non pascha Domini immolatus est Christus: ad quæ dicendum est, uel apostolum dixisse simplicius, pascha nostrum immolatum, quod pro nobis immolatum fuit, uel omnem eam festiuitatem, quæ re uera sit Domini, quarum una est pascha, non in hoc seculo, neque super terram, sed in futuro, & in cœlis, instnate cœlorum regno, celebratũ iri. Quin de festiuitatibus illis unus duodecim prophetarum inquit, Quid facietis in diebus celebritatis, & in diebus festiuitatis Domini? Et in epistola ad Hebræos Paulus, Accessistis ad montẽ Sion, & ad ciuitatẽ Dei uiuentis Hierusalem supercœlestem, & ad myriadas angelorum: nempe ad celebritatem, & ecclesiam primogenitorum scriptorum in cœlis. Et in epistola ad Collossenses. Non igitur iudicet aliquis uos in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut in nouilunio, uel sabbatis, quæ sunt umbra futurorum. Porrò aũt manifestare, quonam pacto festiuitates (quarum umbra apud Iudæos corporalis erat) perfectionemq; filij Dei percepturi simus in supercœlestibus, sub illã ueram legẽ, primùm puerorum more instructi apud curatores, & œconomos, donec aderit ea temporis plenitudo, quæ illic est, officiũ est illius sapientiæ, quæ in mysterio abscondita fuit, prorsusq; eius est sapientiæ contueri, quæ de cibis lege sanciuntur, quæ nota sunt eorum, quæ nutritura sunt, fortemq; redditura animam nostram. At uerò aliquem temere imaginatum fuisse tantarum intelligentiarũ pelagus, uolẽtemq; seruare, quomodo cultus presentis loci specimẽ, atq; umbra sit supercœlestium, uolentemq; intelligere uictimas, & ouẽ, præcedere, ac superare erit apostolũ, qui prudentiam quidem nostrã exigere uoluit à dogmatibus de lege terrenis, parum tamẽ ostendit quomodo futura sint hæc. Sin uerò etiã festiuitates, quarum una est pascha, ad futurum seculũ reducuntur, adhuc magis considerandum est, quomodo etiam nũc pascha nostrum immolatus sit Christus, & in posterũ immolabitur. Cæterùm ad hanc dogmatũ nostrorum perplexitatem pauca sunt nobis addenda, quæ tractatu egerent præcipui, ac magni libri, quæq; omnino requirerent mysticam in lege existentẽ rationem, & præsertim rerum earũ rationẽ, quæ sunt in festiuitatibus, atq; etiã magis præcipuè eorum, quæ ad pascha pertinẽt. Quocirca Iudæorũ pascha, ouis est, quæ immolatur, quam singuli sibi sumunt per domos familiarum, & perficitur cum pluribus myriadibus agnorum, & hœdorum occisis, iuxta porportionem numeri domorũ populi. Nostrũ uerò pascha pro nobis immolatus est Christus. Rursus illi azyma habent, cessare facientes de domibus suis fermentũ, nos festiuitates agimus nõ in fermento ueterc, neq; in fermẽto malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis synceritatis, & ueritatis. An uerò prẽter illa duo, quę diximus, sit quoddã tertium pascha Domini, & festiuitas azymorũ, accuratius examinandũ est, eò quòd illa exemplo, & umbræ rerũ supercœlestiũ seruiant, nec tãtùm cibi, & uasa, & nouilunia, & sabbata, sed etiã festiuitates umbrę sint futurorũ. Primũ igitur apostolo dicẽte, pascha nostrũ immolatus est Christus, de hisce dubitabit aliquis, dicẽs. Si ouis apud Iudæos figura erat immolationis Christi, uel oportuisse unã, non plures oues immolari, quemadmodũ unus est Christus, uel cũ multæ immolarẽtur oues, multos etiã (ut ita loquar) immolãdos fuisse Christos, cõsequenter figuræ. Vt aũt hoc prætermittamus, quærendum est, quomodo ouis, quæ immolatur, cõtineat Christi imaginẽ, cũ hæc immolentur ab ijs, qui seruãt legẽ, Christus interimat ab his, qui eã trãsgrediunt. Inquirẽdum est etiã, quomodo de Christo illud interpretandũ sit: Edẽt carnes hac nocte assas igni, & azyma edẽt cum intybis. Et illud: Nõ comedetis ex eo crudũ, neq; elixatum aqua: sed tantùm assa igni: caput cũ pedibus & intestinis comedetis, nec relinquetis ex eis usq; mane. & os nõ cõminuetis ex eis. Quærendũ est insuper, quomodo Ioannes uideatur uti hoc euãgelij dicto, perinde quasi referatur ed œconomiã Seruatoris, & ad illud tẽpus, quãdo sine lege iubentur ouem comedẽtes os non cõterere. Dicit autem sic, Venerũt ergo milites, & primi quidẽ fregerũt crura, & alterius qui cum eo crucifixus erat: ad Iesum autem cum uenissent, ut uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed unus militũ lancea latus eius fodit. Et continuò efflux it sanguis & aqua. Et qui uidit, testimonium perhibuit, & uerum est testimonium eius. Et ille scit quòd uera dicat, ut & uos credatis. Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo. Quin alia innumera sunt præter hæc ad lectionem apostoli examinanda,

Osee. 9.
Hebr. 12.
Col. 2.
Exo. 12.

examinanda, & de paschate, & de azymis. Examinãda autem, ut antea diximus, scriptione accurata longissimi libri. Nunc aũt ueluti per cõpendium hæc in medium afferentes, quæ apparent dubia propter propositam lectionem, sic soluere tentabimus. Illud etiam memoria repetẽtes, Hic est ille agnus Dei, qui tollit peccatũ mundi, quoniam & in paschate ex agnis, inquit, & hœdis sumetis. Videtur etiã Ioannes euãgelista cum Paulo cõsentiens similia dubia habere his, quę à nobis indagata sunt. Dicendum autem est ad hoc, si sermo factus est caro, & inquit Dominus: Nisi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habetis uitam in uobis. & qui mãducat meã carnẽ, & bibit meum sanguinẽ, habet uitam æternã, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. caro enim mea uerè est cibus, & sanguis meus uerus est potus: qui manducat meam carnẽ, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo: fortasse hãc esse carnem agni tollentis peccatũ mundi, & hunc esse sanguinẽ, de quo ponere necesse sit super duo luminaria, & super utrunq; postẽ in his domibus, in quibus comedimus pascha. Atq; ex huius agni carnibus comedere oportet in mũdi tẽpore, quod est nox, assas uerò carnes esse manducãdas cum pane & azymis: quando quidẽ Dei sermo non tantùm est caro. Inquit igitur: Ego sum panis uitæ: & hic est panis qui de cœlo descendit, ut qui ex ipso comederit, non pereat: ego sum panis qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Nec sanè ignorãdum est, omnem cibũ abusiuè panem dici, quemadmodũ de Mose scriptũ est in Deutero. Quadraginta diebus panẽ nõ comedit, & aquã non bibit, pro eo quod est, neq; siccũ, neq; humidum gustauit cibum. Quod idcirco obseruaui, quia dicat Ioãnes in suo euangelio: Et panis etiam quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi uita. Cæterùm in intybis comedimus carnes agni, & azyma, uel cum nos pœnitet peccatorum nostrorũ, & afflígimur ea tristitia, quæ ex Deo est, queq; operat nobis pœnitẽtiã, pœnitere nescią in salutem, uel cum ob uexationes, & tormẽta quærentes enutrimur ab ipsis ueritatis speculationibus. Non comedẽda est igitur agni caro cruda, perinde ac faciunt literæ seruí, more animãtium ratione carentiũ, & sæuientium cõtra eos, qui idcirco ratione uerè utũtur, quia uelint intelligere spiritualia, id quod ratione caret ferarũ agrestium immutantes. Sed elaborandũ est trãsmutanti cruditatem scripturæ ad coctionem, ne in aliquid humidius, & aquosius, & dissolutũ transmutet ea quæ scripta sunt: quod faciunt prurientes auribus, & à ueritate quidem auertẽtes se ipsos ad remissam, & flaccidam uiuendi rationẽ sua instituta transmutãtes. Nos uerò feruenti spiritu, & ignitis sermonibus à Deo datis (quales Hieremias sumpserat ab eo qui sibi dicebat: Ecce ego dedi sermones meos in os tuũ ignẽ) assas faciemus agni carnes: ita ut qui illas participent, dicãt: Cor nostrum ardens erat, loquente in nobis Christo, & illud, quàm referabat nobis scripturas. Quod si ad hãc rẽ opus erit nos quærere, ut assemus agni carnes igne, in mediũ afferẽda erit cõfessio, ubi in sermonib. de passione Dei Hieremias dicit, Et factũ est ut ignis cõburens, & ardens in ossibus meis: & resoluar, & sustinere nõ possum. Incipiendum aũt est, dum comedimus, à capite, hoc est à supremis & primarijs dogmatib. as de rebus supercœlestibus, & desinendum in pedes: nimirũ in ultimas disciplinas, quærentes de ultima natura in entibus: uel de rebus materialibus, uel terrestribus, uel malis spiritib. & impuris demonibus. Nã fieri potest, ut sermo de ipsis diuersis existẽs ab illis sublimibus recõditus in mysterijs scripturæ, per pedes agni nominatus sit. Quin ab intestinis, & interioribus, & abstrusis non recedendum est Sed ad scripturam totam perinde atq; ad unũ corpus accedamus oportet. Nec collaceranda, discindẽdæq; sunt, tum constantissimæ, tum fortissimæ harmoniæ totius compositionis ipsius, id quod fecerunt, qui quãtum in ipsis est, unius unitatem spiritus, in omnibus scripturis existentẽ, collacerũt. Et sanè hæc prædicta ex agnõ prophetia, una sola nocte tenebrarũ, quæ sunt in præsenti uita, nos nutriat: tanquã enim exoriẽte die rerum post presentem uitam futurarũ: sic nos nihil reliquum facere debemus de cibo solùm nobis in presentia utili. Cũ enim nox præterierit, ac superuenerit postea dies, azymum habentes haudquaquam ex ueteribus, & ex his quæ infernè fermentãt, panem comedimus nobis eousq; profuturum, donec post azymum fuerit nobis datum manna: hoc est angelicus ille, & non humanus cibus. Ab unoquoq; igit nostrum im-

Ioan. 6.
Ioan. 6.
Deut. 9.
Hier. 5.
Hier. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

moletur ouis in omni domo familiæ nostræ. Facile etiam factu sit, ut aliquis transgressor sit legis non mactans ouem, alio uniuersum seruante mandatum, mactante, & coquente, & os eius non confringente. Et sic, ut quàm breuissimè dicam, consonè apostolicæ intelligentiæ, & euangelico agno designetur Christus esse immolatum pascha. Neque enim existimandum est historica historicorum esse figuras, & corporalia corporalium, sed corporalia spiritualium, & historica rerum quæ mente percipiuntur: ut ascendamus oratione ad tertium etiam pascha perficiendum in myriadibus angelorum: nimirum conuentu omnium celeberrimo & perfectissimo; ἀτ-
Ioan. 12 que ἐν μακαριωτάτῃ, hoc est beatissimo exitu, de quo disserere nõ est nunc necessarium: cum etiam hæc latius & copiosius, quàm lectio exigat, disputauerimus. Verùm non imperuestigatum sinendum est, quomodo in propinquo erat pascha ludęorum, quando erat Dominus simul cum matre, & fratribus, & discipulis in Capharnao. Atque in euangelio quidem secundũ Matthæum dimissus à diabolo, cum aduenissent, ministrarentq́ illi angeli, audissetq́ Ioannem traditum fuisse, secessit in Galilęam, & relicta Nazara profectus habitauit in Capharnao. Deinde cum incepisset prędicationẽ, elegissetq́ quatuor piscatores apostolos, docuissetq́ in synagogis totius Galilææ, sanassetq́ sibi allatos, in montem ascendit. Dicitq́ beatitudines, & quæ his sunt proxima. Cum uerò finisset illam doctrinam, descendisset de mõte, denuò Capharnaum ingreditur, indeq́ ingressus nauim, transit ad locum Gergessenorum, è quorum finibus rogatus decedere, cum nauim conscendisset, traiecit, & uenit in ciuitatem suam, ubi quibusdam sanitate reddita circumibat ciuitates omnes, & uicos, docẽs in synagogis eorum. Aliaq́ quamplurima postea fiunt, antequam adnotet Matthęus paschatis tępus. Quin etiam apud alios euangelistas, postquã diuersatus fuisset in Capharnao Dominus, non inuenitur, quòd dicatur pascha esse in propinquo, quorũ consiliũ seruare poterit, qui cogitarit quę in superioribus de Capharnao disseruerimus, nępe dum ibi diuersaretur, in propinquo esse Iudæorũ pascha, maximè quoniam in paschate Iudæorũ inueniuntur in templo uendentes boues, & oues, & columbas: propter quæ etiam nõ additur, Domini, sed Iudęorũ esse pascha. Vt enim domus patris facta est domus mercatus apud eos qui ipsam non sanctificabãt: sic etiã pascha Domini factũ est humanũ, & Iudaicum pascha apud eos qui illud abiectius & corporalius elegerint. Cęterùm alias cõmodius uidere erit, etiam quæ ad paschatis tempus pertinent, quod circa uernum æquinoctium cõtingit, & siquid aliud quæstio, de qua agitur, postulat expoliendum. Sanè Heracleon hęc magna, inquit, est festiuitas: figura enim passionis Seruatoris erat, quãdo non solùm interficiebatur ouis, uerùm etiã comesa præberet requiem, & immolata quidem passionem Seruatoris in mundo significabat: comesa uerò requiem futuram in nuptijs. Appositimus autem uerba ipsius, ut cum uiderimus uirum hunc tantis in rebus nullo apparatu uersantem, sed contemptim, & sine firmitate, magis ipsum despiciamus.

TOMVS VNDECIMVS

Et ascendit Hierosolymam Iesus, & reperit in templo eos qui uendebant boues, & oues, & columbas, & mensarios sedentes: & cum fecisset flagellum è funiculis, omnes eiecit è templo: oues simul, ac boues, & mensariorum æs effudit, & mẽsas subuertit, & his, qui columbas uendebãt, dixit. Auferte ista hinc, nec facite domũ patris mei domum mercatus. Recordati uerò sunt discipuli eius scriptum esse, Zelus domus tuæ comedit me.

STANDVM quidem est Ioannem scribere secundum Iesu opus fuisse repertos ab ipso uendentes oues, & boues, & columbas in templo, cum cæteri ferè in fine, uicinum illud faciãt dispensationi illi, quæ erat tempore passionis, & Matthæus quidem sic. Cum intrasset Iesus Hie-
Matth. 21. rosolyma, commota est uniuersa ciuitas dicens, quis est hic? Turbæ autem dicebant. Hic est Iesus ille propheta à Nazareth Galilææ: & intrauit Iesus in templum, & eiecit omnes uendentes, & ementes in templo, mensasq́ mensariorum, & cathedras

& cathedras uendentium columbas subuertit, & dicit eis: Scriptũ est, domus mea, domus precationis uocabitur: at uos facitis illã latronũ spelunca. At Marcus: Et uenit Marci 13.
Hierosolyma: ingressusq́ Iesus in templũ, cœpit eijcere eos qui uendebãt & emebant in tẽplo: & mensas argentariorũ, sellasq́ uendentiũ columbas subuertit: nec permittebat, ut quisquã deportaret uas per templũ: & docebat dicens illis: Nonne scriptũ est, domus mea, domus precationis uocabitur omnibus gentibus? Vos autẽ fecistis eam Luc. 19.
latronum spelũcam. Lucas uerò: Et ut appropinquauit uidens ciuitatem, fleuit super illa dicẽs: O si cognouisses & tu. Et quidem hoc die tuo, quæ ad pacem tuam pertinẽt, curares: nunc autem occultata sunt à filijs tuis, quia superuenient tibi dies, cum circũdabunt te inimici tui uallo, & cingent te, & coangustabunt te undiq́, & solo æquabũt te, & filios tuos qui in te sunt. Et nõ relinquẽt in te lapidem super lapidẽ, eo quòd nõ cognoueris tępus uisitationis tuę. Et ingressus in templũ, cœpit eijcere uendẽtes in illo, & ementes, dicens illis: Scriptũ est, domus mea, domus precationis est: uos autẽ fecistis illam speluncam latronũ. Præterea hoc etiam obseruãdum est, quòd his quæ dicta sunt apud tres euangelistas in ascẽsu Domini ad Hierosolyma, in quo hæc fecit in templo, similia scripserit Ioannes post multa fuisse facta, nempe post alterũ ipsius aduentum ad Hierosolyma à præsenti diuersum. Sunt autẽ hunc in modum considerandа: atq́ in primis quæ à Matthæo tradũtur. Cum appropinquassent Hierosolymis, & Matth. 21
uenissent Bethphage ad montem oliuarũ, tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis: Ite in uicum, qui è regione uestri est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, soluite, & adducite mihi: & siquis uobis aliquid dixerit, dicetis: Dominus his opus habet, & cõsestim dimittet eos. Hoc autem totum factũ est, ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion: ecce Rex tuus uenit tibi mansuetus, & sedens super asinam, & pullum filium subiugis. Profecti autem discipuli, fecerunt sicut præceperat illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullũ, & imposuerunt super eos uestimenta sua, & insedit illis. Plurima autẽ turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alij aũt cędebant ramos de arboribus, & sternebant in uia. Porrò turbæ quæ prędebant, & sequebãtur, clamabant dicentes: Hosanna fili Dauid: benedictus qui uenit in nomine Domini: Hosanna in altissimis. Deinde uerò hæc sequunt: Et cũ intrasset ipse Hierosolyma, cõmota est uniuersa ciuitas: quę in superioribus citauimus. Nũc Marci 11.
uerò uerba Marci cõsideremus. Et cum appropinquãt Hierosolymis ad Bethphage, & Bethaniam iuxta montem oliuarũ emittit duos è discipulis suis, & dicit illis: Abite in uicum qui è regione uestri est: & statim ingrediẽtes in illum, inuenietis pullum alligatum, super quem nullus hominũ sedit: soluite eum, & adducite. Et si quis uobis dixerit cur facitis hoc, dicite quòd Dominus eo opus habet: & continuo illũ mittet huc. Abierunt autem, & inuenerũt pullum alligatũ iuxta ianuam foris in biuio, & soluunt illum. Et nonnulli eorum qui illic stabant, dicebant illis: Quid facitis soluẽtes pullum? At illi dixerunt eis, quemadmodum præceperat Iesus: & sinebant illos: & adduxerũt pullum ad Iesum, & iniecerunt illi uestimenta sua, sedit́q́ super illum. Multi uerò uestimenta sua sternebant in uiam. Et qui præcedebant, quiq́ sequebantur, clamabant dicẽtes: Hosanna, benedictus qui uenit in nomine Domini. Benedictum quod uenit regnũ nomine Domini patris nostri Dauid, Hosãna in altissimis. Et ingressus est Hierosolymã, & in templũ Dominus, & cum circunspexisset omnia, iamq́ tępus esset uespertinum, egressus est Bethaniam cum duodecim: & postero die, cum exisset Bethania, esurijt. Et ingressus in templum, cœpit eijcere uendẽtes, & quę sequuntur hunc in Luc. 19.
modũ à Luca narrata. Et euenit cũ appropinquasset ad Bethphage, & Bethania iuxta montem, qui uocatur oliuarũ, misit duos discipulorum suorum dicẽs: Abite in castellum, quod est ex aduerso, in quod introeũtes inuenietis pullum alligatum, in quo nemo hominũ unquã sedit, soluite, & adducite: & si quis uos interrogauerit, quare soluitis? Sic dicetis eis, quia Dominus eo opus habet. Abierunt autẽ qui missi erant, & inuenerunt sicut dixerat. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius ipsis: Quare soluitis pullum? At illi dixerunt: Quia Dominus eo opus habet. Et duxerunt illum ad Iesum: iniectisq́ uestimentis suis super pullum, imposuerunt Iesum. Proficiscente autem illo, substernebant uestimenta sua in uia. Et cum appropinquaret iam ad

descensum

Universidad de Deusto
Biblioteca

descensum montis oliuarũ, cœperunt omnis multitudo discípulorum gaudentes laudare Deum uoce magna super omnibus, quas uiderant, uirtutibus dicentes. Benedictus rex, qui uenit in nomine Domini. Pax in cœlo, & gloria in altíssimis. Et quidam pharisæorum è turba dixerunt illi. Magister increpa discípulos tuos: quibus respondens ipse ait. Dico uobis, si hi tacuerint, lapides clamaturos. Et ut appropinquauit in- Ioan. 2
tuitus ciuitatem fleuit super illa, & quæ sequuntur à nobis posita. Atq; Ioannes post il lud: Ascẽdit Iesus Hierosolymam, & reperit in tẽplo uendentes oues, & boues, pluribus interiectis alterum Domini enarrans ad Hierosolymã ascensum (post eam cœnã, quæ Bethaniæ fuit, ante sex dies paschatis, in qua Martha ministrabat Lazaro accum Ioan. 12
bente) hæc inquit. Postero die turba multa, quæ uenerat ad diẽ festum, cum audisset, quòd ueniret Iesus Hierosolymam, acceperũt ramos palmarũ, & processerunt obuiã ei, & clamabãt. Osanna benedictus, qui uenit in nomine Domini, rex Israelis. Nactus aũt Iesus asellum insedit ei, sicut scriptum est, Ne metue filia Siõ: ecce rex tuus uenit, se- Zach. 9
dens super pullum asinæ. Porrò hæc me necessariò fecisse reor, etiam si quàmplurima euangelistarum uerba citarim, ut ostenderẽ dissonantiã, quæ est in textu. Tribus quidem in uno, eodemq; Domini ad Hierosolymã aduentu dicentibus ea, quæ multi existimãt eadẽ esse cum his, quæ Ioannes etiam scripserit, Ioanne uerò hęc, quæ exposuimus, referẽte facta fuisse in duobus Domini ascensibus ad Hierosolymã, atq; diuersis, distantibusq; actionibus: enarrante etiã Dominũ interim ad diuersa loca profectum fuisse. Itaq; meum est iudicium minimè ostẽdi posse apparentem dissonantiã, consonã existere his, qui in hisce rebus, nihil, præter historiam admittũt. quòd siquis nos rectè non exposuisse retur, contra hãc nostrã intelligentiam prudẽter scribat. Cæterùm postulantes ab eo, qui dat omni petẽti, & omni conanti acutè quærere, itemq; eum pulsantes, ut nobis aperiãtur, sciẽtiæ clauibus, occulta scripturæ, iuxta uires nobis suppeditatas exponemus, quæ nos monẽt ad horũ concordiã, cum primis uidentes Ioannis textũ incipientem ab illis uerbis. Et ascendit Iesus Hierosolymã: est igitur Hierosolyma, ut ipse Dominus docet in euãgelio secundũ Matthæũ, ciuitas regis magni non in cõualle, uel infernè alicubi posita, sed in alto mõte ędificata, ac mõtes in circuitu eius, cuius participatio eius in idipsum. Et illuc ascenderũt tribus Domini testimoniũ Israeli. Vocatur etiã hæc ciuitas Hierusalẽ, ad quã nullus eorũ, qui manent in terris, ascendit, neq; ingreditur, sed quælibet anima, quæ naturalẽ habet celsitudinẽ, uimq; acutè intelligẽdi, perspiciendiq; intelligibilia, huius ciuitatis est ciuis. Fieri etiã potest, ut in peccato sit etiã Hierosolymita: quòd possint etiã optimo ingenio prædíti peccare (ni celerius post peccatũ redeãt) perdentes aptitudinẽ illam, & futuri in una earum ciuitatum, quæ alienæ sunt à Iudæa, nõ solùm aduenæ, uerùm etiã in ea nomen suum daturi. Ascendit igitur Iesus Hierosolymã, postquàm opem tulisset his, qui erãt in Cana Galilææ: ac deinde Capharnaum descendit, facturus Hierosolymis, quę sunt scripta. Repe rit ergo in tẽplo (quod & domus patris Seruatoris esse dicitur) hoc est in ecclesia, uel in annũciatione ecclesiastici, & sani sermonis, quosdã, qui domum patris, domũ mercatus facerent. Ac semper aliquos reperit Iesus in templo. Quãdo enim in ea, quæ dicitur ecclesia, quæ est domus Dei uiuentis, colũna, & firmamentũ ueritatis, nõ sunt alii qui mensarij sedentes, quibus opus sit plagis ex flagello è funiculis à Iesu facto? Russus quando non sunt argentarij, quibus sit opus illorũ æs effundi, ac mensas ipsorũ subuertí? Quãdo itẽ non sunt, qui mercatorũ more uendũt boues, quos oportuit seruare ad aratrũ, ut iníectis ad ipsum manibus, nec ad posteriora cõuersi, regno Dei sint aptí? Sed quando nõ sunt præferentes mammonã iniquitatis ouibus, quarum causa efficitur, ut ipsi honore honestentur? Sunt etiã cõplures, qui synceritatem, & puritatem pri uatam omni amaritudine, & bili spernant, etiã lucri infelicis causa prodentes diligentiam eorũ, qui tropicè columbæ dicuntur. Cum igitur reperit Seruator in tẽplo (quod est domus patris) uendentes boues, & oues, & colũbas, & mensarios sedentes, expellit illos (usus flagello è funculis à se facto) unà cũ ouibus, bobusq; uenalibus, ipsorũ etiam pecunias cõgregatas effundens, tanquã indignas, quę simul tenerentur, & ipsorum inutilitatem ostendens. Subuertit etiam (quæ in auarorũ erãt animis) mensas, dicens his, qui columbas uendebãt. Auferte ista hinc, ne post hac in tẽplo Dei uendantur.

tur. Arbitror uerò ego Iesum ipsum edidisse signa, per ea, quæ dixit, profũdius, ut nos intelligeremus significari per hæc, quòd nõ amplius in posterũ perficiendus esset cultus à sacerdotibus in tẽplo illo, iuxta cultus sub sensum cadẽtes: neq; legẽ seruari posse amplius constanter, saltem ut uolebant corporales Iudæi. Neq; enim expellente Iesu boues, & oues, iubenteq; inde auferri colũbas, futurum erat, ut in multũ temporis immolarentur boues, & oues, & columbę, iuxta Iudęorũ morem. Sic Iesu effundente nomismata, quæ figurabant homines corporales nõ habentes Dei formas, & impressiones, legis cõstitutio, quæ uenerãda esse uidebatur, propter occidentẽ literam dissoluenda, effundendaq; erat, & adueniente Iesu, atq; utente aduersus populum flagellis, transferendũ erat sacerdotiũ ad eos, qui ex gentibus credidissent in Deum per Christum à Iudæis, à quibus etiã auferendũ regnum Dei dandũ erat genti facienti fructus eius. Fieri uerò etiã potest, ut naturaliter Dei templũ sit anima rationi obtẽperans: corpore superior propter ingenitã sibi rationẽ existẽs, ad quam è Capharnao infernè posita (nimirũ in humilioribus) ascẽdit Iesus: in qua reperiũtur terreni (antequàm à Iesu erudiatur, castigeturq;) & fatui, & bestiales motus, atq; ea, quæ nos (cũ non sint) in bonis ducimus, quæ expellũtur à Iesu, ratione cõtexta ex dogmatibus demõstratiuis, & obiurgatorijs, ne anima domus patris sui sit amplius domus mercatus, sed recipiat Dei cultũ, qui peragitur iuxta cœlestes, spirituales q; leges, tùm pro sua, tùm pro plurium salute. Motuũ sanè terrenorum nota est bos, cum sit agricultor, fatuorũ, & bestialium ouis, quoniam præ omnibus brutis, seruile est animal, leuiũ uerò, & instabiliũ cogitationum colũba, eorum uerò, quæ in bonis ducimus, nomismata. Quòd siquis ex positione hac offenditur, quia pura sint animalia, quæ in scripturã fuere assumpta, dicendum est dubiæ fidei futurã scripturam secundũ contingentẽ historiã, si narraret ingressa fuisse alia animalia etiã ad mercaturam, præter ea, quę immolabantur, quòd dici non posset aliorũ animalium gregẽ, præterquàm purorũ, fuisse in tẽplo Dei. Quapropter euangelista, iudicio meo, usus est re illa, quã mercatores fecere, qui aduenerãt tẽporibus Iudaicarum festiuitatũ, induxerantq; animalia hęc in tẽpli uestibulũ exterius. Porrò cui curæ est accuratior inquisitio, cõsiderabit, an iuxta dignitatẽ præsentis uitæ erat, ut Iesus rem talẽ auderet facere: extrudere uidelicet mercatorũ multitudinẽ, qui ad diem festũ ascenderant, distributuri boues ditioribus, & tanto populo oues mactãdas per domos familiarum, quæ multorũ millium complerent numerum: atq; eos, qui in rebus talibus gloriantes producturi in mediũ erant columbas, quas multi empturi erãt, ceu in cõuentu celeberrimo conuiuaturi. Cõsiderabit hic etiã, an numulariorum erat, nõ accusarẽ Iesum cõtumeliosè propter suas ipsorum effusas pecunias, & mẽsas subuersas. Quis aũt flagello è funiculis uerberatus expulsusq; ab eo, qui penes eos habebatur uilis, hunc adortus nõ inclamasset, totis uiribus sese ulciscẽs? Cum præsertim tantam haberet multitudinem eorum, qui sibi æquè contumeliã fieri credebãt, fauentem sibi aduersum Iesum? Insuper consideremus Dei filiũ funiculos sumentem, sibiq; flagellum texentẽ ad extrudendum è templo, an non repræsentet, præter audaciã, & temeritatem, inordinatum etiam quiddam. At uerò unum relinquitur defensionis suffugium contra hæc uolẽti etiã historiam seruare. Vis quædam Iesu diuinior, qui poterat, cum uellet inflammatum inimicorũ animum extinguere, & multa hominũ millia superare gratia diuina, & cogitationes tumultuãtiũ dissipare. Dominus enim dissipat consilia gentiũ, & spernit cogitationes populorũ, cõsilium aũt Domini in sempiternum peritat, adeo ut historia præsentis loci (si tamen hæc facta fuit) ostẽdat nullis quã tumlibet admirabiliter ab ipso factis, atq; inuitantibus ad fidẽ eos, qui uiderũt, uirtutẽ nunc editam minorẽ fuisse: quam etiam maiorem pronũtiare possumus, quàm quod in Cana Galilææ sit aqua in uinũ mutata, nimirum quòd illic inanimẽ materiam mutauerit, hoc uerò in loco tot myriadũ ingenia, præstãtissimasq; animæ partes subiugarit. Cæterùm obseruandũ est matrẽ Iesu dici adesse nuptijs, uocatumq; fuisse Iesum cũ discípulis suis, neminẽ uerò præter Iesum numerari Hierosolymã ascendisse. Videriq; discípulos etiam adfuisse, quãdoquidẽ recordati sunt scriptũ esse, Zelus domus tuæ comedit me. Ac fortasse in singulis discípulis erat Iesus Hierosolymam ascendẽs, quo circa non dictum est: ascendit Iesus Hierosolymam, & discípuli eius: quemadmodum

descendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres, & discipuli eius. Sed iam cognatâ huic loco (nimirũ quòd eiecti fuerint è tẽplo, qui illud facerent domũ mercatus) apud cæteros posita cõsideranda sunt. Ac sane uideamus in primis, quæ sunt apud Matthæũ dicẽtem: Ingresso Domino Hierosolymam, cõmotam fuisse uniuersam ciuitatem, dicentem: Quis est hic? narrantemq; ante hæc de asina & pullo sumptis iussu Domini à duobus discipulis ab eo missis à Bethphage. Et inuẽtis in uico è regione ipsius existẽte. Vbi & à duobus discipulis soluitur asina antea alligata: iussis si quis quid illis dixisset respondere: Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Narrat etiã Matthæus per hæc impleri prophetiam factam, dicentem: Ecce rex tuus uenit tibi mãsuẽtus, & sedens super asinam, & pullum filium subiugis, quam apud Zachariam inuenimus: & inquit profectos discipulos, cum fecissent quæ illis iussisset Iesus, asinam adduxisse, & pullum, atque imposuisse super eos uestimenta sua: Dominumq; illis (nimirum asinæ, & pullo) insedisse: tùm scilicet, cum turba strauit uestimenta in uia, & alij ab arboribus resectos ramos in uia sternerent, præcedentibus, ac sequentibus turbis, quæ clamarent. Osanna fili ò Dauid. Benedictus qui uenit in nomine domini, Osanna in altissimis. Verumtamen postquàm ingressus est horum gratia Hierosolymã. commota est uniuersa ciuitas dicens, quis est hic? Et turbæ uidelicet, quæ præcedebant, & sequebantur, responderunt interrogantibus: dicentes: hic est ille Iesus propheta: ille à Nazareth Galilææ: & intrauit Iesus in templum Dei, & eiecit omnes uendentes, & emẽtes in templo, mensasq; mensariorũ, & cathedras uendentiũ columbas subuertit, & dicit eis, scriptum est, domus mea, domus precationis uocabitur, at uos facitis illam speluncã latronum. Interrogemus igitur eos, qui nihil ultra historiam positũ fuisse rentur Matthæo euangeliũ scribẽti, quid illud erat perurgẽs uti mitteretur duo discipuli in uicũ, qui erat è regione Bethphage, asinã alligatam repertam, & pullũ cum ea soluturi, & adducturi ad eũ. Quid autem scriptione dignũ fecit Iesus asinæ insidens, & pullo, & ingressus ciuitatẽ? Cur autem prophetans Zacharias quæ de Christo postea euenerunt: gaude ualde filia Sion (inquit) annuncia filia Hierusalem. Ecce rex tuus uenit tibi iustus, & seruans, mansuetus, & ascendens super subiugum, & pullum nouum? Nam si prophetia hæc tantum prædicit id, quod euangelistæ corporaliter repræsentant, consequentiã prophetiæ seruent nobis, literæ insistẽtes, sic habentem. Excindam currus ex Ephraim, & equũ ex Hierusalem, & excindetur arcus bellicus, & multitudo: & pax ex gentibus, & imperabit aquis usq; ad mare, & à fluuijs usq; ad exitus terræ. Et quæ sequuntur. Sciendũ est etiam Matthæũ non protulisse tum, prout iacet apud prophetam, pro eo nanque quod erat, exulta uehementer filia Sion, annuncia filia Hierusalẽ, fecit. Dicite filiæ Sion, abbreuiãs illud, quod prophẽta dixerat, tacuit, & iustus, & seruãs ipse, cum dixisset, ut positũ est, mansuetus, & ascẽdens. Et pro eo quod erat, super subiugũ, & pullum nouum, inscripsit, super asinã, & pullum filium subiugis. Quin iudæi quoque prophetiæ seriem cum his, quæ de Iesu scripta sunt, conferẽtes, non uulgariter nos urgent: petẽtes, quomodo Iesus exciderit currus ex Ephraim, & equũ ex Hierusalẽ, excideritq; arcũ bellicosum, ac fecerit quæ sequũtur. Sed hactenus quidem de prophetia, quòd si longitudinẽ uiæ prætẽdent, nihil dignum inueniẽtes œconomia filij Dei in sermone de asina, & pullo, primùm quidem, qui quindecim stadijs utuntur existẽtibus parua distãtia, non admodum consentaneam defensionẽ uiæ afferent, deinde uerò causam nobis dicant, quomodo ad uiam tàm breuẽ duobus iumentis opus habeat, insedit enim, inquit, illis. Præterea illud etiã, siquis uobis aliqd dixerit, dicite quòd Dominus his opus habet: statimq; dimittetes, nõ arbitror dignũ esse diuinitate filij Dei: ut dicamus tali naturæ fatendũ esse sibi opus esse asina soluta à uinculis, & pullo cũ ea ueniente. Magnũ enim omne sit oportet, dignumq; bonitate eius, quo filius Dei opus habeat. Ad hęc uerò plurima turba uestimẽta sua sternẽs in uia (tolerãte hæc Iesu, & non increpante) ut perspicuũ est ex his, quæ alij narrãt (nimirũ si hi tacuerint, lapides clamabũt) haud scio, an nõ ostendant stolidã causam ipsius (si nihil aliud ex his declaratur) qui ob hęc lętatur. Iã ramos ab arboribus excisos in uia sterni asinis pertrãseuntibus, & impedimẽta anteponi iniuria potius afficiẽtis, quàm excogitata laus uideri potest. Cęterũ his similia, de quibus dubitauimus eorum

Matth. 21

Zach. 9

Zach. 9

eorum causa, qui è templo eiecti fuere ab ipso, atq; etiam maiora hoc in loco dicenda sunt. In Euangelio enim Ioannis ementes eijcit, dicẽte Matthæo, omnes eum eiecisse tum uendentes, tum ementes in templo. Longè aũt maior, ut probabile est, emẽtium, quàm uendentium erat numerus. Notemus etiam, an non supra dignitatem Iesu erat, qui putabatur filius esse fabri, omnes è templo eijcere uendentes, & ementes, nisi fortè ut etiam illic diximus, potentia diuiniore subegit omnes: qui acerbiora apud alios Euãgelistas, quàm apud Ioannem, audiunt. Nam narrante Ioanne illis dictum fuisse à Iesu, nolite facere domũ patris mei domũ mercatus, apud alios redarguunt fecisse domum precationis speluncã latronũ, nequeunte domo patris fieri spelunca latronũ, sed eoq; à peccatoribus adducta, ut ipsa fiat mercatus domus. Non tantũ uerò (precationis omnino patris domus cũ sit) neglecta latrones etiã suscipiet, domus illorũ non existens, sed etiã spelũca efficiet, res minimè facta à diligentia architectonica, & rationis cõpote. Atq; hæc quidẽ uidere, quomodo se habeãt, mente, atq; intelligẽtia uera data his, qui dicunt: Nos autem mentem Christi habemus, ut uideamus, quæ à deo donata sunt nobis, esse credimus supra captum nostrũ. Neq; enim ea animæ pars præstantissima, principatum quam uocamus, in nobis est puta: sed ne oculi quidẽ puri sunt, quales oportet esse oculos pulchræ sponsæ Christi, de quibus inquit, sponsus: oculi tui columbarum: fortasse innuens uim acutæ intelligentiæ, quã habent spirituales, propterea & etiã super Dominũ, atq; super singulos ipsum habentes, spiritus sanctus, sicut columba aduenit: attamen sic etiam affecti non tardabimus cõtrectantes dicta uitæ sermones, periculũ facere percipiendi uim ipsorũ diffluentem in eum, qui cum fide tetigerit. Est igit Iesus dei sermo, qui ingredit in animã, quæ uocat Hierosolyma: uectus asina, quam discipuli à uinculis soluerunt, uectus inquam asina, hoc est literis ueteris instrumenti simplicibus, quas explanarũt, illos soluẽtes discipuli duo: altero ad animę medelam reducente ea, quæ scripta sunt, eiusq; gratia per allegorias illa tractãte, altero futura, eaq; uera bona per ea, quę in umbra posita erãt, edocente. Sed uehit etiã nouo pullo, hoc est nouo instrumento. In utrisq; enim inuenire licet ueritatis sermonẽ nos puri ficantem, expellentẽq; cogitationes omnes in nobis uendentes & emẽtes. Solus aũt ad Hierosolymã, animam non uenit: sed neq; cum paucis quibusdã: multa enim sint in nobis oportet præcedentia sermonẽ nos perficientẽ, aliaq; quãplurima ipsum sequentia, nimirum omnia ipsum laudantia, & glorificantia: propriumq; ornamentum, ac uestem ipsi supponentia, quo uehicula ipsius terrã non tangãt, habentia eum, qui è cœlo descendit, in se requiescentem. Vt aũt magis sint supra terram ipsum uehentes, nimirũ scripturarum sermones, noui & ueteres, excindantur rami de arboribus oportet, ut ascendant super ea, quæ rationi conuenienter sunt expositа. Cæterum præcedentes ipsum, ac sequẽtes turbę declarare possunt angelicas cooperationes: aliquibus quidem præparantibus illi uiam in animabus nostris, quibus ipsi honestẽt, aliquibus uerò ad uentũ ipsius intra nos sequentibus. Qua de re sępius cum disseruerimus, nunc ad hoc testibus non egemus. Ac fortasse non ab re assimilaui asinæ uoces, quæ circunsteterũt sermonẽ ducentes ipsum ad animã. Nam & animal est asina onera gestãs, & multũ põderis, onusq; graue, declaratur ex scriptura, præsertim ueteris instrumẽti, ut perspicuũ est inspicienti, quę apud Iudæos fiunt. Sed nõ sit pullus, ut asina, gestat onera, quamuis enim graue sit omne onus literæ non ualẽtibus id, quod spiritus habet, sursum tendẽs, ac leuissimũ capere, minus tamẽ oneris habet instrumentũ nouum, cę uetus. Proinde quosdam nouos, qui asinam quidẽ alligatam, esse interpretarent ex circuncisione credentes, quos à multis uinculis soluissent hi: qui sincere per filium dei spiritualiter edocti fuere, pullũ uerò gentiles: qui antequam Iesu sermonẽ susciperent, extra omne impositum iugum existentes, nullo cohercebant freno, sed soluti erant, ac uoluptatis amantes. Quãuis aũt hi non disseruerint de præcedentibus, & sequentibus turbis, non improbabile tamẽ fuerit dicere præcedentes esse Mosen, & pphetas: sequentes uerò sanctos Apostolos: de quibus omnibus, quã ingrediant Hierosolymã, & in quã domũ habentẽ multos uendentes, & ementes expulsos à filio dei, quantũ ad hũc sermonem spectat, quærendum est. Ac fortassis hæc est illa quæ sursum est Hierusalem, ad quã ascendet dominus, more aurigæ regẽs, tum ex circuncisione, tum ex gẽtibus credentes

1. Cor. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcedentibus ipsis, ac sequẽtibus uel prophetis, & Apostolis, uel ministrantibus ipsi angelis (nam possunt sic declarari ex præcedentibus, & sequentibus ipsum, ut nõc dicitur.) quæ habebat ante ascensum ipsius eos spiritus, qui spirituales astutiæ in cœlesti Ephes. 6 bus dicuntur. Vel Chananæos, & Chettæos, & Amorræos, & hostes populi, & omnino alienos, cum illic etiam aliquo modo impleri posset prophetia dicens: terra uestra deserta, ciuitates uestrę igni succẽsę, ipsam regionẽ uestrã alieni deuorãt: hi enim sunt, Esa. 1 qui cœlestẽ patris domũ, Hierusalem sanctã, domũ precationis inquinãtes, spelunca etiam fecerunt latronũ: non aliorum, quàm sui ipsorũ, qui argentũ habent adulteratũ, dantes accedentibus obolos, & collyba, uilia, & contemptibilia nomismata. Hi sunt, qui dum cum animabus luctãtur, pretiosiora ab illis auferũt, deprædanturq; prestantiora, ut dent ea, quæ nullius sunt pretij. Attamen profecti discipuli, inueniunt asinam alligatam, & non habentem Iesum, propter impositum legi uelamen, & soluũt. Quin inuenitur, & pullus cum ea: quoniam utraq; ante Iesum perierãt: dico aũt tam eos, qui ex circuncisione, quàm eos, qui ex gentibus postea crediderunt. Verùm enimuero dicere quomodo mox rursus hi mittuntur, postq; insidens asinæ dominus Hierosolymã ascendit, dici non potest sine periculo, res alioqui mystica, & mutationi sanctorum in angelos coniuncta, mittendos in futuro seculo, perinde atq; illi administratorijs spiritus, qui mittunt in ministeriũ eorũ, qui hæreditatẽ sortient uitæ æternæ propter hæc. Hebr. 1 Quòd si asina & pullus, literæ ueteres, & nouæ sunt, quibus sermo ille dei uehit, haud admodum difficile fuerit ostendere, postq; insederit super illis sermo, & postq; ingressus fuerit Hierosolymam, quomodo remittantur non manẽtes inter eos, qui eiecerũt à se cogitationes omnes uendentes, & ementes. Arbitror uerò ego non frustra etiã uicum, eumq; sine nomine esse locum hunc, ubi alligata asina erat, & pullus. Vicus enim cõparatione totius ornatus, qui est in cœlo, uniuersa est terra, ubi est alligata asina, & pullus: & uicus contentus uocari absq; adiectione alterius nominis. A Bethphage uerò Matthæus inqt missos fuisse, qui assumerent asinam, & pullum. Sanè hæc Bethphage locus est, quem (si interpreteris) uocare possis domum maxillarum sacratã. Et hęc quidem habuimus, quæ dissereremus pro uiribus de his, quę sunt apud Matthæum, pleniorem, atq; accuratiorem sermonem habituri, nacti cõmodiorem occasionem interpretandi Euangeliũ à Matthęo traditũ. At Marcus, & Lucas pullum alligatũ, sup quẽ nullus hominũ sedisset, repertũ dicunt iuxta domini iussionẽ à duobus discipulis: quẽ solutum ad dominũ duxerint. Addit aũt Marcus repertum pullum alligatum ad ianuã foris in biuio, sed quis foris erat nisi gentiles? extranei à testamentis, & alieni à promissione Dei? In biuio non sub tecto, domóue acquiescentes, proprijs peccatis uincti, & soluti à prædicta duplici scientia familiarium Iesu. Vincula uerò alligatæ asinæ, & pecuniæ facta circa sanam doctrinam redarguta ab ipso, qui erat ianua uitę (respectu illius ianuæ uitæ) non erant intra ianuam, sed foris. Nam fortassis intra ianuam fieri nequit uinculum uitiositatis. Steterunt autem, ut Marcus scribit, quidã apud alligatũ pullum, nimirum qui ligauerunt ipsum, ut Lucas scribit: dixerũtq; pulli domini ad discipulos: cur pullum soluitis? Domini enim qui subiecerant, & ligauerant peccatorẽ, iniqui, & exleges sunt, qui respicere nequeunt in uerũ dominũ liberãtẽ pullum à uinculis ipsorum. Quoniam ergo inquiunt discipuli: dominus illo opus habet, nihil ualentibus prauis dñis respõdere, ducunt ad Iesum pullum nudũ, & substernunt proprium ornamentum, ut iniectis uestimentis discipulorũ, insidens Iesus quiescat. Cætera ex his, quæ dicta sunt apud Matthæum non admodum obscura erunt. Nempe quonam pacto uenisse Hierosolyma, & ingressus templũ cœperit eijcere uendentes, & ementes è templo: uel ut appropinquauit intuitus ciuitatem fleuit super illam, cumq; ingressus esset templum, cœpit eijcere uendentes. In aliquibus etenim habentibus in se tẽplum, eijcit omnes uendentes, & ementes in templo, in alijs uerò non admodũ parẽtibus sermoni dei, tantũ facit initiũ eijciendi uendentes, & emẽtes. Præter hos uerò sunt etiã tertij, in quibus cœpit eijcere tantũ uendentes non etiã ementes. Verũ apud Ioannẽ oẽs eijciuntur flagello ex funiculis plicato uno cum ouibus, & bobus. Inspice uerò diligenter an alterationes rerum scriptarum, dissonantiæq; dissolui possint tropo anagogico: nimirum uno quoq; Euangelistarũ diuersas actiones τοῦ λόγου, hoc est filij dei, describente in diuersis

diuersis animarum moribus: non eadem, sed similia quædam perficientes. Quin differentia etiam illa, quæ uidet esse de ascensionibus domini ad Hierosolymã apud Ioãnem, qui Euangeliũ, q̃d in manibus habemus, aliter q̃p tres, scripsit, ut exposuimus in uerbis ipsorũ, sic solũ seruari potest, Ioanne similia asserente, & dicẽte: excisis ab arboribus ramis, uel frondibus ex agris, & stratis in uia, ramos palmarum multam turbam, quæ uenerat ad diem festũ, accepisse, & processisse obuiam ei clamantem: benedictus qui uenit in nomine domini, & rex ille Israelis. Cæterum ab ipso Iesu inquit Ioãnes repertum asellũ, super quẽ sedit Christus: maius quiddam nobis ob oculos ponens per hunc asellũ sic tropicè dictũ: qui beneficiũ maius accepit non ab hominibus, neq; per homines, sed per Iesum Christũ. Quin ne Ioannes quidẽ ipse protulit prophetiã ijsdẽ Ioan. 12 uerbis, sed pro ea dixit. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus uenit sedens super pul- Zach. 9 lum asinæ: pro eo, quod est: ascendens super subiugalẽ, & pullũ nouũ. Illud uerò noli timere filia Sion, haud quaq; dictum est. Veruntamen cum exposuerint omnes prophetici fermonẽ, uideamus, an nõ necessariò gaudendũ sit filiæ Sion: atq; hac præstãtio ri filiæ Hierusalẽ, nõ solũ ualde gaudere, uerum etiã prædicare necesse sit regem suum aduenientem, iustũ, & seruantem, & mansuetum, eò quod super subiugalem, & pullũ notum ascenderit. Quisquis igitur ipsum receperit, non in posterũ formidabit diuersę sectæ homines, eloquentiæ uiribus armatos, qui currus Ephraim dicuntur, & à deo excindi: quiq; multos lædunt, Hierusalem habitare, & intẽdere uolentes sanæ doctrinę. Non formidabit etiam equũ fallacẽ ad salutem, hoc est desideriũ insanũ, & rebus sub sensum cadentibus familiare. Adhæc gaudere dignũ est, eò quòd ab eo excindatur arcus bellicus, qui uehit super subiugalem, & pullum nouum, non ualentibus amplius inimici ignitis sagittis aduersus eum, qui receperit Iesum in suũ templũ. Erit autem in Hierusalem multitudo ex gentibus cum pace, Seruatoris aduentu, imperãtis aquis, ut conterat capita draconum in aqua, & ut calcentur undæ maris à nobis peruenientibus, usq; ad exitus fluuiorũ omnium, qui sunt super terrã. Cæterũ quod Marcus de pul Marc. 11 lo scribẽs à domino dictũ fuisse inquit: Super quẽ nemo unq; hominũ sedit, innuere mihi uidetur, q̃p hi, qui postea crediderunt, nunquam rationi antea se ipsos subdidissent, quàm Iesus inter ipsos aduenisset. Nam fortassis hominum nemo unq; insederat pullo, cum alioqui ex feris, uel ex his potestatibus, quę à ratione alienæ erant, aliquę insedissent. Quandoquidem diuitiæ aduersariarũ potentiarum etiam apud Esaiam prophetã super asinos, & camelos ferri dicantur in tribulatione, & angustia. Leo, & catulus leo- Esa. 30 nis, inde etiam uolantia genimina uiperarum, ferentium super asinos, & camelos diuitias suas. Proinde rursum interrogandi sunt, qui nudæ literæ sunt intenti, an nõ iudicio suo frustra scriptũ fuisse uideat, super quem nemo unq; hominũ sedit. Quis em, præter hominẽ, super pullos asinorũ sedet? & nos quidẽ sic. Videamus uerò quæ Heracleon dicat inquiens: Domini ascẽsum ad Hierosolymã, significare ascensum à materialibus ad animalem locum, imaginem existentẽ Hierosolymę. Illud etiã inuenit in templo, non dictum fuisse existimans de locis supernis, ne intelligeremus uocationem solam, sine spiritus ope adiuuari à domino, existimat enim templum esse sancta sanctorum, in quæ solus summus pontifex ingrediebatur, quò etiam proficisci spirituales arbitror illum dicere: uestibulũ uerò (ubi etiã leuitę erant) arbitrat notam esse earum animarũ, quæ inueniunt in salute extra pleroma. Adhæc inuentos in tẽplo uendẽtes boues, & oues, & colũbas, & sedentes mensarios, dici exposuit pro his, qui nihil gratiæ tribuũt, sed mercatura, putant, & lucrum, ingressum extraneorum in templũ: uictimas proprij lucri, & auaritię causa ad cultũ dei suppeditantes. Quin etiam Iesum è funiculis fecisse flagellum, non ab alio illud accepisse, suo more pronunciat: flagellum imaginem esse dicens potentiæ, & actionis spiritus sancti, efflantis, & expellentis malos, & inquit flagellum, linum, sindonem, & cætera talia, imaginem esse potentiæ, & operationis spiritus sancti: postea sibi assumit, quod scriptum non est: nimirum q̃p flagellum ad lignum ligatum erat: quod lignum interpretatus est figurã esse crucis, & inquit, hoc ligno consumptos, & deletos aleatores, mercatores, omnemq; malitiam. Nec scio quomodo nugans dicat flagellũ ex hisce duabus rebus paratũ fuisse, quærens quomodo à Iesu factũ fuerit illud. Neq; enim ex pelle, inquit, mortua illud fecit, ut ecclesiam præpararet non

amplius speluncam latronum, & mercatorum, sed domum patris sui. Dicendū est etiā id, quod maximè est necessarium de diuinitate ex hoc contextu ipsi Heracleoni. Nam si templū, quod Hierosolymis erat, domū propriį patris dicit esse Iesus, factūq; fuerat templum illud ad gloriam eius, qui cœlum, terramq; creauit, quomodo nō statim edocemur, non putare filium Dei alicuius alterius filium esse, quàm eius, qui cœlū, terrāq; condidit? Ad hanc ergo domum patris Iesu, tanq; existentem domum precationis, etiam Christi Apostoli (ut in illorum actis inuenimus) ab angelo iubent profectis-
Act.5 re, & loqui populo omnia hæc uitę uerba. Quin etiam per portā speciosam illic precaturi, ueluti ad domū precationis proficiscunt: haudquaq; hæc facturi, nisi ipsum eundem cum eo nouissent deum, qui adorabatur ab his, qui templū illud deo cōsecrarant.
Act.5 Quocirca obedientes deo, magis q; hominibus Petrus, & Apostoli dicunt. Deus patrum nostrorū suscitauit Iesum, quem uos interemistis suspēsum in ligno: non enim ab alio deo sciunt excitum Iesum è mortuis, nisi à deo patrū: quem Christus glorificans, Abraam, & Isaac, & Iacob deum dicit esse, non mortuorū, sed uiuentiū. Atq; etiā quomodo discipuli, si domus non fuisset eiusdem dei cū deo Christi, recordati fuissent uerborum illorū: zelus domus tuæ comedit me, quæ dicunt in psalmo sexagesimo octauo. Sic enim ponitur in prophera, comedit, tempore præsenti, & non comedet tempore futuro. Diligit aūt eximiè Christus domū dei in unoquoq; nostrū, nolēs ipsam fieri domum mercatus: neq; uolens, ut domus precationis spelunca fiat latronum: quippe qui dei zelantis sit filius, si candido animo tales scripturarum uoces audimus, à rebus humanis per metaphoram desumptas, ad demonstrandum, q; deus nolit alieni quicq; à uoluntate sua admisceri animæ, omnium quidē hominum, sed præcipuè eorum, qui admittere uolunt diuinissimam fidem. Attamen sciendum est, psalmum octauum, & sexagesimum habentem, zelus domus tuæ comedit, & post pauca: Dederūt in escam meam fel, & in siti potauerunt me aceto (quæ utraq; in Euangelijs sunt scripta) ex persona Christi dici, nullam personæ loquentis ostendentem mutationem. Valde etiam inobseruanter Heracleō illud, zelus domus tuæ comedit me, dici putat ex persona earum potentiarum, quæ eiectæ fuerunt, & consumptæ à Seruatore, non ualens seriem prophetiæ seruare: nam nobis intelligentibus hæc ex eiectarum, & consumptarū potentiarum persona dici, consequens est iudicio suo, ut ab illis etiam dicātur uerba illa: Dederunt in escam meam fel, quæ in eodem scripta sunt psalmo: sed (ut probabile est) illum turbauit uox, comedit) perinde quasi à Christo dici non posset) non uidentem mortem scripturarum hominum affectus deo, & Christo tribuentium.

TOMVS DVODECIMVS.

Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei. Quod signum ostēdis nobis, quòd ista facias? Respondit Iesus, & dixit eis: destruite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud.

c ORPORIS amantes, ac rerum, sensibilium, nunc iam mihi uidenī innuI Iudæi: qui ægrè ferentes expulsos fuisse à Iesu, qui domum patris faciebant domum mercatus, rebus ab ipso gestis signum postulant, ex quo signo filius Dei, quem illi non recipiunt, uideat hæc decenter facere. Sed coniungens Seruator sermonem de corpore suo, perinde quasi loquere-
tur de templo illo, interrogantibus, quod signum ostendis, q; hęc facias, respōdet: Destruite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud. Nam etiam si uel alia decem signorum millia potuisset ostendere, certè ad illud: quòd hæc facias, nullū aliud ostendere poterat: proinde mentionē templi fecit, pro signis à tēplo diuersis. Attamē utraq; tum templum, tum corpus Iesu iuxta unam intelligentiam, figura mihi esse uidenī ecclesiæ, eò q; hæc ædificata sit ex uiuentibus lapidibus: facta domus spiritualis in sacerdotium sanctum, super ædificata supra fundamentum Apostolorū & prophetarum, & Iesu Christi, q est lapis angularis, re uera templū existens. Sin uerò propter illud, uos estis corpus Christi, & membra ex parte uideat iunctura, & conueuientia lapidū templi destrui, dissipariq; (ut im primo, & uigesimo scriptū est psalmo) Christi ossa ab insi-

dijs, quæ sunt in persequutionibus, & tribulationibus, & ab his, qui bellū inferunt unitati templi ob persequutiones, erigetur templū, & suscitabitur corpus tertia die post diem malitiæ in ipso instātem, atq; post diem consummationis hac posteriorē. Tertia enim in cœlo nouo, & terra noua instabit dies: quando ossa hæc nempe domus Israel in magna dominica excitabunt morte deuicta, adeò ut facta resurrectio Christi à crucis passione, cōtineat mysterium resurrectionis totius corporis Christi. Vt aūt corpus illud Iesu sensibus obnoxiū, crucī affixū est, sepultūq;, & postea excitū, sic totū sanctorum Christi corpus cum Christo crucī affixū est, & nunc non amplius uiuit. Vnusquisque enim illorum perinde atq; Paulus, in nulla re alia gloriat, præterq; in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem ipse mundo crucifixus est, & mūdus illi. Quamobrem non tantum unà cum Christo cruci fuit affixus unusquisq;, ac mundo, sed etiā unà cum Christo sepelit, sepulti enim sumus unà cū Christo, inquit Paulus, addēs etiam (ueluti ad quempiam resurrectionis arrabonem peruenissēt) & cum ipso surreximus. Postea in quadam nouitate uitæ ambulat: tanq; qui beata illa, & perfecta resurrectione non dum resurrexerit: Vel igit nunc quidē crucifixus fuit, postea uerò sepelit, uel nunc sepelit sublatus etiā è cruce, aliquando (quatenus sepultus nunc fuit) resuscitaturus. Cę terum magnum est resurrectionis nostræ mysterium, prorsusq; contemplatu difficile: quod cum in alijs scripturarū locis, tum uerò etiam apud Ezechielē his uerbis annun- Ezech.37
ciatur. Et facta est super me manus domini, & eduxit me in spiritu dñi, & posuit me in medio campi, qui erat plenus ossibus hominū, & circunduxit me per ea in gyrū: erant aūt multa ualde super faciem campi, siccaq; uehementer: & dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis, & dices eis, ossa arida audite uerbum domini, & post pauca. Et locutus est ad me dominus dicēs, fili hominis ossa hæc, domus est uniuersa Israel, & ipsi dicūt: Aruerunt ossa nostra, perijt spes nostra, absciss sumus. Quibus enim ossibus dicit, audite uerbum dñi, tanq; quæ sentiant uerbum domini, tanquamq; quæ sint domus Israel, nisi Christi corpori? de quo dicebat dñs, dissipata sunt ossa mea? cū alio qui ossa ipsius dissipata non fuerint? ac ne uno quidem ex ipsis contritū? Proinde cum efficit resurrectio hæc ueri, & perfectioris corporis Christi, tunc membra Christi (nimirum ossa ea, quæ in præsentia futuri comparatione sunt arida) coniungent: os scilicet ad os suum, & iunctura ad iunctura, nemine qui priuatus sit iunctura, occursuro in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis corporis Christi: & tunc membra multa unum erunt corpus, cum omnia corporis membra (quæ multa sunt) fient unius corporis. At usum pedis, manusq;, atq; oculi, ac denicq; auditus, & olfactus, cōplentibus singulatim quidem caput, singulatim uerò pedes, & cætera membra, tum imbecilliora, tum abiectiora, ac ea, quę putant indecora, & decora, solius dei est facere: qui simul temperabit 1 Cor.12
corpus, etiam magis, quàm nunc, copiosiorem honorem addens ei, cui deerit, ne dissidium sit in corpore, sed inuicem alia pro alijs sollicitudinem eandem gerāt mēbra. Et siue patit unum membrū, simul patientur omnia membra, siue glorificatur unū membrum, simul gaudebūt omnia membra. Hæc sunt à me dicta (nec prēter institutum) de templo, deq; ex ipso expulsis, de quo Seruator dicit. Zelus domus tuæ comedit me: atq; etiam de Iudæis petentibus signum sibi ostendi, ac denicq; de domini ad ipsos responsione coniungentis sermonē templi sermoni propriį corporis, & dicentis. Destruite templū hoc, & in tribus diebus erigā illud. Ab hoc em templo, q̄d est corpus Christi, expellant hæc oportet, quæ rationis capacia non sunt, & quæ mercaturam exercent, ut non in posterum sit domus mercaturam exercentium. Destrui etiam hoc templum ab his, qui insidiant sermoni dei, necesse est, cumq; dirutum fuerit, tertia, quàm prædiximus, die excitari. Quando etiam discipuli eius recordabuntur, quę dixerit filius dei, anteq; destrueretur templum, perfecta tunc cum cognitione, fide etiam ipsorū: & credent sermoni, quem dixerit Iesus. Quin unusquisq;, qui erit huiusmodi (Iesu illum purificante) cum deposuerit, quæ aliena sunt à ratione, ac uendentia, propter inhabitantis in se filij Dei zelum destruetur, ut à Iesu erigatur: non tertia die, quod ad propositam lectionem attinet (nec enim scriptum est, destruite templum hoc, & ego tertia die illud erigam) sed in tribus diebus. Erigitur autem templi erectio (postquam destructum fuerit) prima, & secunda die, & perficitur in totis tribus diebus. Quamobrem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& facta est resurrectio, siquidem unà cum Christo crucifixi sumus, unaq; cum ipso sepulti. Et quoniam non satis est ad integrã resurrectionẽ illud uerbũ, cõsurreximus oẽs in Christo, addidit, uiuificabimur, unusquisq; aũt in suo ordine: primitiæ Christus, deinde qui sunt Christi in aduẽtu eius: postremo finis. Resurrectionis etiam illud est, prima die in paradiso esse dei, resurrectionis item, quando apparens ne me tãgas, inquit, nondũ enim ascẽdi ad patrem meum. Et perfecta est resurrectio, cum uadit ad patrẽ. Quoniã uerò quidam confundunt, cum uenerint ad locũ de patre, & filio adducentes illud. Inuenimur autem & falsi testes dei, q; testati fuerimus aduersus deũ, q; excitauerit Christum, quem non excitauit (& his similia declarantia alium esse eum, qui excitatus fuit) & illud, destruite templum hoc, & in tribus diebus ego erigam illud, existimantes ex his ostendi, numero non differre filium à patre, sed unitum substãtia, atq; etiam utrosq; subiecto existentes propter quasdam intelligentias diuersos, non propter hypostasin dici patrem, & filiũ, illis respondere debemus: in primis quidem ea uerba, quę præcipuè astruant alium esse filium à patre, & quòd necessariò filius sit patris filius, & pater filij sit pater, tum uerò non absurdum esse, eum, qui fateatur se nihil posse facere, nisi quod uiderit patrem facientem, quicq; dicat quicquid pater facit, similiter etiã filius facit) corpus, quod mortuum erat, excitasse: patre hoc illi donante: qui pater præcipuè dicendus est Christũ excitasse è mortuis. Sanè Heracleon in tribus inquit, pro eo qđ est, in tertia, nõ perscrutatus (quamuis notarit uoculã, tribus) quomodo in tribus diebus peragatur resurrectio. Atque etiam præterea tertiam diem appellat spiritualẽ, in qua declarari putant ecclesiæ resurrectionem. His consequens est, ut prima dies terrestris, secũda animalis dicat, non facta ecclesiæ resurrectione in ipsis. Videnr equidẽ, quæ scripta sunt in Euangelio secũdũ Matthæũ, & Marcũ à falsis testibus, in fine Euãgelij accusantibus dominum nostrum Iesum Christum, relationẽ habere ad illud, destruite templum hoc, & ego in tribus diebus erigam illud. Ille enim de templo corporis sui dicebat, quæ illi suspicantes de eo templo dici, quod ex lapidibus ædificatũ fue-
Matth.26 rat, quæ hic dicta sunt, dixerunt accusantes: hic dixit: Possum destruere templum dei,
& in triduo illud ædificare. Vel ut Marcus, nos audiuimus hũc dicentẽ, ego diruã tem-
Marc.14 plũ hoc manu factũ, & tribus diebus aliud nõ manu factũ extruã, quãdo & summus sa-
Matt 26. cerdos surgens dixit: Nihil respõdes? cur isti aduersum te testificantr? At Iesus tacebat, uel ut Matthæus inquit, & surgens summus sacerdos in mediũ interrogabat Iesum dicens. Nõ respõdes quicq;? cur isti aduersum te dicunt testimonia? At ille tacebat, neq; quicq; respondebat. Arbitror uerò necessariò etiam hæc citata fuisse relationẽ habentia ad eum textum, qui est præ manibus. Dixerunt ergo ludęi, quadraginta & sex annis ædificatum est templũ hoc, & tu in tribus diebus eriges illud? Quomodo quadraginta & sex annis extructum fuisse ludæi dicant templũ hoc, si historiã sequamur, dicere non possumus. Nam in tertio regum scriptũ est, q; præparauernit lapides, & ligna tribus annis. In quarto aũt anno, mẽse secũdo, regnante rege Solomone super Israel, man-
dauit rex, & tollunt lapides grandes, lapides pretiosos pro fundamẽto domus, atq; lapides impolitos, & sculpserũt eos filij Salomonis, & filij Hiram: iecerunt q; eos pro fundatione in quarto anno, & fundauerunt domũ domini in mense Nisan (is est secũdus mensis.) Vndecimo aũt anno in mẽse Baal, qui est mẽsis octauus, perfecta est domus per omnes partes suas, & iuxta cunctam dispositionẽ suam. Vt ergo etiã præparationem eius cũ tempore structuræ annumeremus, undecim annorũ numerus nõ cõplet ad structuram templi. Quamobrem quomodo ludæi dicũt quadraginta, & sex annis ædificatũ fuisse templũ hoc? Nisi forte quis, qui urgeret, contenderet ostendere tem-
2.Reg.7 pus quadraginta & sex annorũ cõpleri ab eo tempore, quo Dauid inquit ad Nathan
1.Paral.22 prophetam: cõsulens de ædificatione templi. En ego habito in domo cedrina, & arca dei manet in medio tentorij. Nam etiam si prohibitus fuit, ceu uir sanguinũ ipsum ędificare, at saltẽ uidet se exercuisse circa colligẽdã materiã templi. Inquit ergo in primo
1.Paral.28 Paralipomenon libro rex Dauid cunctæ congregationi. Solomon filius meus, in quẽ feliciter complacuit sibi dominus, iuuenis est, & delicatus: opusq; magnum est, quoniam non homini, sed domino deo ędificat. Pręparaui ergo illi pro uiribus meis ad domumdei mei construendam, aurum, argentum, æs, & ferrum, ligna, lapides Soem, & pleni

plenitudinis: lapidesq; sumptuosos, & uarios, & omnem lapidem pretiosum, & parium, & marmor, ut cõplacerem in domo dei mei: est etiam mihi, quod acquisiui, aurũ, & argentum: & ecce dedi in domum dei mei in altitudinem: ex tot præparaui in domũ sanctorum tria millia talentorum auri ex Suphir, & septem millia talentorũ argẽti probati, ut incrustetur ex ipsis domus dei per manus artificum. Regnauit enim Dauid annis septem in Hebron, & tria supra triginta in Hierusalem. Quare si poterit quis ostendere principiũ præparationis templi fuisse (colligente eo materiam conuenientẽ à tẽpore quinti anni regni sui) poterit, si urgeat, dicere de quadraginta sex annis. Alius uerò quispiã dicet tẽplum, q̃d ostendit non esse illud à Solomone extructũ (nã euersum fuit captiuitatis tẽporibus) sed quod Esdra ædificauerit: de quo non possumus apertè ostẽdere oratione uera narrantẽ de quadraginta, & sex annis. Apparet etiã apud Macchabaica multã inconstantiã, & confusionem fuisse circa templum, & circa populum. Et haud scio, an tũc reædificatũ fuerit tot annis. Sanè Heracleon (ne inspecta quidẽ historia) Solomonem inquit quadraginta, & sex annis ædificasse templum, existens imaginem Seruatoris: & numerum senariũ ad materiã, hoc est ad plasma, refert: de numero quadragenario inquiens. Quaternarius numerus est, qui non implicatur cum flatu, & illud semen, quod est cum flatu. Tu uerò uide, num possis accipere per quadragenarium numerum quatuor elementa mũdi, quæ ponuntur in angulis templi, per senarium uerò, hominem sexta die factum.

At ille dicebat de templo corporis sui, cum ergo surrexit è mortuis, recordati sunt discipuli eius, quòd hoc dixisset illis, & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixerat Iesus.

I N illud, quòd Iesus corpus suum uocauit templum, quæsitu dignum est, simpliciter ne hoc accipiendum sit, an contendendũ sit singula, quæ de templo scribuntur, referre ad sermonem de corpore Iesu, uidelicet quod ipse ex uirgine sumpsit, uel ad ecclesiam, quæ ipsa etiam corpus Christi dicitur: & ob quam nos etiam membra ipsius Christi apud apostolum nominamur. Atq; molestijs quidẽ seipsum liberans aliquis, & desperando singula referre se posse, quæ de templo dicuntur, ad corpus (utrolibet modo se habeat) ad intelligentiam simpliciorẽ confugiet dicens: idcirco corpus utroq; modo intellectum, templum nuncupatum fuisse, q; quemmodum templum illud gloriam dei habebat in seiso habitantẽ, ita imago, & gloria dei existens primogenitus omnis creaturæ repræsentans corpus suum, uel ecclesiam templum dei rationabiliter fuerit dictum. Nos uerò uidẽtes quidẽ difficile esse de singulis tebus templi disserere, quæ in Regum tertio dicuntur, longeq; maius oratione nostra, alioqui etiã ad præsentem scriptionem non pertinens, differimus. Imò in talibus, præsertim quia supra naturam sit humanam, & iuxta dei sapientiam, proprietatem scripturæ dei afflatu proditæ, repræsentare, postulantes sapiẽtiam, nobis ob oculos repræsentantem sapientiam illam in mysterio reconditã, quam nullus principiũ cognouit, & deprehendentes nos ipsos eximij spiritus sapiẽtia egere, ad intelligendũ talia, ut sacerdotem decet, q; paucissimis poterimus describere huius loci intelligentiam tentabimus, edocti à Petro ecclesiã corpus esse, & domũ dei ex lapidibus uiuentibus ædificatam: domum spiritualem in sacerdotiũ sanctũ, ita ut Dauidis filius sit hanc ob causam Christi figura, ædificans templum: qui post bella (pace altissima facta) ædificat ad gloriam dei templum, in terrestri Hierusalem, ne posterum cultus dei perficiat in tẽtorio subin de mutabili, singulas res tẽpli ad ecclesiã referre tentabimus. Fortassis enim si inimici omnes subsellium fiant pedum Christi, & ultimus inimicus, nempe mors, aboleat, per fectissima pax erit quando Christus erit Solomon, quem si interpreteris, est pacificus. Impleta in ipsum prophetia, quæ dicit: cũ his, qui odio habebant pacẽ, eram pacificus. Ac tũc unusquisq; uiuens lapis pro dignignitate præsentis uitę erit tẽpli lapis, alter qui dẽ in fundamẽto apostolus, uel propheta portas superimpositos: alter uerò post eos, q; sunt in fundamẽto, portatus quidem & ipse ab apostolis, alios sed ipse etiã portas infirmiores cum Apostolis: atq; etiã alter quidem lapis erit penitissimus, ubi arca, & Cherubin est, & propitiatorij: alter uerò lapis uestibuli, & alius adhuc extra uestibulum le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitarum,& ſacerdotum lapis altaris,in quo offeruntur fructuum oblationes. Porrò harum rerum œconomia,& miniſteriũ cõcredetur ſanctis uirtutibus,nempe angelis dei, quarum aliquæ quidem ſunt dominationes,uel throni,uel principatus, uel poteſtates, aliquę uerò his ſubiectę:quarum figuram gerunt ſexcenti illi ſupra tria millia præfecti, præfecti principes conſtituti ſuper opera Solomonis: & ſeptuaginta chiliades geſtantium onera,& octoginta chiliades lapicidum in monte facientes operas:& præparantes lapides,& ligna. Et obſeruandũ: quod qui inſcribũt geſtare onera, numeri ſeptenarij ſint cognati.Rurſum lapicidæ,& ſcalpentes lapides, ut cõuenienter ſint in templo, octonario numero ſunt ſimiles. At perfecti illi ſexcẽti exiſtentes,numeri ſenarij perfectioni,ut qui in ſeipſum multiplicet,coniungunt.Iam uerò præparationes lapidũ, qui tolluntur,& aptantur ad ſtructurã, tribus annis perfectæ, oſtẽdere mihi uidentur ſolum tẽpus interualli cognati triadi,quæ ſempiterna eſt.Quę omnia quidẽ erunt,cũ pax perfecta fuerit poſt annos quadringẽtos,& triginta œconomiæ rerũ factarũ,dum egrederetur ex Ægypto.Et poſt annos triginta teſtamẽti ad Abraam: ut ſint ad Abraam uſq; ad principium ædificationis templi,ſabbatici, hoc eſt ſeptenarij, numeri duo: nempe ſeptingenteſimus, & ſuptuageſimus:quãdo etiã mandabit rex noſter Chriſtus ſeptuaginta chiliadibus,humeris onera geſtantiũ,ne obuios,& uulgares tollãt lapides, ad domus fundamentũ:ſed lapides grandes,pretioſos,nõ ſcalptos:qui nõ à quibuſuis artifi-
3 Reg.5 bus ſcalpant,ſed à Solomonis filijs:nam hoc in Regum tertio ſcriptũ inuenimus. Tũc etiã propter multã pacem Tyri rex Hiram coadiuuat ædificationẽ templi, datis ſuis ipſius filijs,Solomonis filijs,ut ſcalpant grandes,& pretioſos lapides ſanctæ domus, etam in quarto anno,ſedentes ad fundationem domus dei: cæterum octogenario numero annorũ cõpletur domus,octauo menſæ octaui anni à fundatione. Nihil autẽ abſurdi erit exiſtimãtib. præter hiſtoriã declarari per hæc aliud nihil,in medio ſermone uerba adhibere,quibus pudore perfundant,& flectant ad quærendũ in his, ceu literis ſpiritus,ſenſum ſpiritu dignum. An regum filij uacabant ſcalptioni grandium, & pretioſorum lapidum, ſumpta arte à regia generoſitate, & nobilitate aliena? An etiam numerus humeris onera geſtantium, & lapicidarum, & præfectorum,ac poſtremo temporis præparationis lapidũ,rerumq; ſimiliũ uulgariter inſcriptus eſt? Scilicet deo ædificari neceſſe erat domum ſanctam,quę in pace conſtruebatur,ſine malleo,& ſecuri,& quouis ferri inſtrumẽto, ut turbulentũ nihil ſequeretur in templo dei. Proinde rurſus contra hos,qui literæ ſeruiunt,quæſtionẽ moueo. Qui fieri poterat, ut chiliades octoginta lapicidarum cum eſſent, ædificaretur domus dei lapidibus duris, candidis, neq; malleo,neq; ſecuri,ſeu aliquo ferri inſtrumento audito in domo ipſius,dum ipſa ædificaretur? Vide uerò,ne forte uiuentes lapicidis lapides,ſine ſtrepitu ſecti,& tumultu excindant alicubi extra templum, ut parati ueniant ad ſtructuræ locum conuenientem.
3 Reg.6 Quin aſcẽſus quidã eſt circa domũ dei nõ habens angulos,ſed flexiones rectarũ linearum.Scriptũ eſt enim.Et aſcenſus flectuoſus erat ad mediũ thalamum: & à medio uſq; ad tertiũ laqueare.Flexuoſum enim eſſe neceſſe erat in dei tẽplo aſcenſum ipſum:linea obliqua aſcenſu ipſo imitante circulũ æquiſſimũ. Iam uerò ut domus hæc ſit firma,ædificantur illi quàm pulcherrimè, uincula quinq; per totam domum unius cubiti altitudine: ut innuat debere nos aſcendere in ſublime à rebus ſenſibilibus ad eos ſenſus, quos
2 Par.5 diuinos uocant: contuendi, ac contemplandi cauſa res eas, quæ animo cernũtur.Porrò beatiorum lapidum locus ille eſſe uidetur, qui uocatur Dabir. Vbi arca teſtamenti domini erat,& chirographum(ut ita dicam) dei: nempe tabulæ ſcriptæ digito ipſius. At tota domus inauratur. Totam enim inquit domum auro circũquaq; aurauit uſq; ad
2.Par.5 perfectionẽ domus.Præterea duo Cherubin in Dabir erant,quod propriè interpretari non potuerunt,qui res Hebraicas in Græcũ tranſtulerũt. Abuſiuè autẽ quidam hunc locum dixerũt tẽplum,quod honorabilius templo exiſteret. Cæterũ quæ in domo ſunt, fiunt tota aurea,inſignum, q; mens omninò perfecta accuratam diſcretionẽ habeat rerum,quæ mente percipiuntur,quæ quoniam omninò peruia,& cognoſcibilia nõ ſunt, fabricatur uelamen aulæ,penitiſſimis, non retectis leuitarũ, & ſacerdotum compluribus. Quæſitu autẽ dignum eſt,quomodo tanq; rex dicatur Solomon ædificare tẽplum, & Hiram tanquam architectus: quem accitum recepit Solomon filium coniugis uiduæ ex

duæ ex Tyro,& patre Tyrio,& è tribu Nephtalim:faber ærarius,& plenus ſapientia,& agnitione ad faciendum omne opus ex ære, qui cum adductus fuiſſet ad regẽ Solomonem,fecit omnia opera.Proinde inſpicito,an forte Solomon accipi poſſit in primogenitũ omnis creaturæ,Hiram uerò in hominẽ,quẽ hic primogenitus aſſumpſit ab humanum cõgregatione:ſonat eñ Tyrij (ſi eos interpretemur) cõtinentes,hominẽ naturæ genus continentẽ,qui impletus omni arte,& ſcientia,& agnitione, adductus eſt(cooperans primogenito omnis creaturæ(ut ædificet templum,in quo ſtruuntur etiam portulæ prominentes,ut ſplendores lucis dei capi poſſint,& ut eccleſia: quid enim oportet me ſingula recẽſere:) rationem habens ſpiritualis domus,& templi dei, inueniatur corpus Chriſti. Vt enim prædixi, ſapientia egemus ea, quæ in myſterio eſt recondita, & quæ ſoli illi eſt perceptibilis,qui dicere poteſt. Nos autem Chriſti mẽtem tenemus, ut ſingula quæ dicta ſunt, ſpiritualiter interpretemur iuxta illius uoluntatem, qui diſpoſuit, ut hæc ſcriberentur. Alioqui etiam ſingula hæc exponere non eſt præſentis lectionis. Quamobrem ſufficiant hæc ad uidendum, quomodo ille dicebat de templo corporis ſui. Cærerùm dignum eſt, ut poſt hæc inſpiciamus, an facile factu ſit, ut hæc, quæ hiſtoria refert facta fuiſſe in templo, euenerint aliquando, ſeu euentura ſint circa domum ſpiritualem. Videtur uerò nos utrinq; urgere ratio:nam ſiue dicamus fieri poſſe, ut hæc fiant, uel quadam ratione facta fuiſſe in domo ſpirituali, grauatè admittent,qui audiunt, talium bonorum tranſmutationem:primum quidem,quia illis ſic lubeat, deinde quòd diſſentaneum ſit bonorum tranſmutationem futuram eſſe. Sin uerò uolentes immutabilia ſeruare,quæ ſemel ſanctis data fuerunt bona, non accommodabimus, quæ hiſtoria narrat, quiddam hæreticis ſimile uidebimur hac in re facere:enarrationis ſcripturarum conſonantiam non ſeruantibus à principio uſq; ad finem.Ni ſi tragicè tamen, atq; ludæorum more, promiſſiones eas, quæ apud Prophetas,& præſertim Eſaiam ſcriptæ ſunt, intellecturi ſumus:nos fuiſſe templum neceſſe eſt, & captiuatum fuiſſe populum, ſed rediturum ad ludæam, & Hieruſalem, atq; lapidibus pretioſis Hieruſalem ipſam ædificandam. Haud ſcio autem, an temporum periodis longis reuolutis ſimilia fieri poſſint, ueluti in peius.Habent autem promiſſiones apud Eſaiam hũc in modum: En ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum: & fundamen Eſa.54
ta tua Saphyrum, & ponam propugnacula tua laſpin: & portas tuas lapides Chriſtalli,& loricam murorum tuorum lapides electos: & omnes filios tuos à Deo doctos: & in pace multa filij tui: & in iuſtitia ædificaberis. Et paulò poſt ad ipſam Hieruſalem: Et gloria Libani ad te uenient in Cypariſſo, & pino, & cedro unà cum glorificantibus Eſa.60
locum ſanctum meum. Et ibunt ad te timentes filij eorum, qui te humiliauerunt, & irritauerunt te, & uocaberis ciuitas Domini, Syon, ſancti Iſraelis,pro eo quòd fueris derelicta, & odio habita, nec eſſet, qui tibi opem ferret. Et ponam te exultationem ſempiternam:iocunditatem generationum generationibus, & ſuges lac gentium: & regum diuitias comedes: & cognoſces quòd ego Dominus ſeruans te, & eruens te Deus Iſrael:pro ære afferam tibi aurum,& ferro adducam tibi argentum: pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & dabo principes tuos in pace, & epiſcopos tuos in iuſtitia. Iniquitas non audietur ultra in terra tua, neque contritio, & miſeria in terminis tuis: ſed uocabuntur ſalutare muri tui, & portæ tuæ ſculptura. Sol non erit tibi ultra in lucem diei,neque ortus Lunæ lumen præbebit tibi noctu: ſed erit tibi Chriſtus lux ſempiterna, & Deus gloria tua: non enim occidet tibi Sol, & Luna tua non deficiet: erit enim Dominus tibi lux ſempiterna, & complebuntur dies luctus tui.
Hæc enim apertè de futuro ſeculo Prophetat filijs Iſrael in captiuitate de gentibus, ad quos miſſus eſt ille, qui dicebat: ego non ſum miſſus, niſi ad oues perditas domus Iſrael. Quod ſi captiui exiſtentes hæc in patria ſua recipient, quando etiam proſelyti ad ipſos uenient per Chriſtum, & ad ipſos diffugient, ſecundum quod dicitur: ecce proſelyti ad te uenient per me, & ad te diffugient, perſpicuum eſt, quòd captiui qui in templo fuere aliquando, etiam ad illud rurſus redibunt reædificandi,pretioſiſſimi lapides facti. Nam uincens quiſpiam in Apocalypſi apud Ioannem,promiſſionem habet,ut ſit columna in dei templo: extra non exiturus. Cæterùm hæc omnia à me dicta ſunt,ut breuem ſaltem intelligentiã habeamus rerum templi, & domus Dei, & eccleſiæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cleſiæ,& Hieruſalem,de quibus ſingulatim dicere non eſt præſentis tẽporis. At accuratiſſimam,diligentemq́, uel ad uulgarem uſq́ inquiſitionem, circa hæc faciant hi neceſſe eſt,qui non defatigantur legendo prophetias, quærere in eis ſpiritualem ſenſum. Sed hactenus de tẽplo corporis ſui. Verùm enimuerò quoniã ſimulatq́ ſurrexit è mortuis recordati ſunt diſcipuli eius q́ hoc dixerit,& crediderũt ſcripturæ,& ſermoni, quẽ dixit Ieſus,intelligendũ eſt, quòd ad textum attinet, diſcipulos, poſtquam dominus è mortuis reſuſcitaſſet,intellexiſſe quæ de templo dicta fuerant, referri ad paſſionem eius,& reſurrectionẽ:repetentes quòd uerba illa,in tribus diebus erigã illud,reſurrectionem peclarabant,quando etiã crediderunt ſcripturæ, & ſermoni, quem dixerat Ieſus: cum antea dicti nõ fuerint credidiſſe ſcripturæ, & ſermoni, quẽ dixit Ieſus. Nam fides propriè illius eſt,qui tota anima admittit illud,quod creditur in baptiſma. Quòd autẽ ad ſuperiorem intelligentiam attinet, quoniam prædicta fuit nobis reſurrectio totius corporis domini è mortuis,ſciamus oportet,q́ admoniti diſcipuli per effectus ſcripturæ,quã antea,quando erant in uita,accuratè nõ intellígebant,ſub aſpectũ factæ,& manifeſtatę,admonitiq́ quorũ cœleſtium exempla erant,& umbra,rebus illis crediderũt, quibus antea nõ crediderãt,atq́ ſermoni Ieſu,quem ante reſurrectionem,ſic uolẽte illo,qui loquebaẽ,no intellexerunt. Qui enim fieri poteſt, ut propriè quis credere ſcripturæ dicatur,non contemplans ſenſum ſpiritus ſancti,qui in ipſa eſt, quem credi mauult deus,quàm literæ uoluntatem:iuxta hanc intelligentiam nullus ex his,qui ſecundum carnem ambulant, credere dicendus eſt rebus ſpiritualibus legis, quarum principium ne imaginaẽ quidẽ. Verùm beatiores inquiunt,qui non uiderunt, & crediderũt, his,qui uiderunt,& crediderunt, qui exponunt quod in fine euangelij Ioãnis dicit dñs ad Thomam:beati qui non uiderunt,& crediderunt.Sed non beatiores inquit eos,qui non uiderunt,& crediderunt his,qui uiderunt,& crediderunt: alioqui iuxta hanc intelligentiam,apoſtolis poſteriores beatiores ſunt apoſtolis ipſis,quod eſt fatuiſſimum omnium.Proinde mente uideat oportet,quæ creduntur,qui beatus futurus eſt, perinde atq́ apoſtoli,illud audire ualens:beati oculi ueſtri quia uident, & aures ueſtræ quia audiunt.Et illud,multi prophetæ,& iuſti cupierunt uidere, quæ uidetis,& non uiderunt, & audire,quæ auditis,& non audierunt. Amabile tamen etiam eſt minorem accipere beatitudinem dicentem:beati qui non uiderunt,& crediderunt. Quomodo enim non beatiores oculi, qui à Ieſu beatificantur ob res uiſas his, qui nõ peruenerunt ad talium rerum uiſionẽ? Simeon igitur cõtentus ſumpſiſſe in ulnas ſalutare dei,illudq́ contẽplatus dixit, Nunc dimittis ſeruum tuum domine,ſecundum uerbum tuum in pace, quoniam uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Quocirca contendamus neceſſe eſt aperire oculos,iuxta Solomonem,ut impleamur panibus.Inquit enim:Aperi oculos,ut replearе panibus.Sed hactenus de eo,quod dicitur: crediderunt ſcripturæ, & ſermoni quem dixit Ieſus:ut ex his,quę de fide exquiſiuimus, perfectionem fidei dari nobis comprehendamus in magna reſurrectione totius corporis Chriſti: nempe ſanctæ ipſius eccleſię.Nam quod de cognitione eſt dictum,nunc cognoſco ex parte,id etiam conſequenter de quouis bono dici arbitror,quorũ unum eſt etiam fides. Quamobrem cognoſco nunc ex parte,cum uerò uenerit perfectio fidei, deſtrueẽ quod ex parte eſt,fide ea,quæ per formam ſubſiſtit longè præcellente illa fide, quæ per ſpeculum (ut ita loquar) eſt, & in ænigmate,perinde atq́ præſens cognitio.

Luc.2

Cum autem eſſet Hieroſolymis in paſcha in die feſto multi crediderunt in nomine eius,uidentes quæ faciebat, ſigna. Ipſe uerò Ieſus non credebat ſeipſum illis, eò quod ipſe cognoſceret omnes, nec opus haberet,ut teſtificaretur quis de homine. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

Q Værat aliquis quomodo ſe ipſum non crederet Ieſus his, de quibus teſtatũ fuerat,q́ crederent,ad quod dicẽdum eſt,non his,qui credunt in ipſum, nõ ſe credere Ieſum,ſed his qui credũt in nomine eius. Differt eñ credere in ipſum,ab eo,quod eſt,credere in nomine ipſius.Itaq́ qui per fidem nõ eſt iudicandus,nõ iudicaẽ eò q́ credat in ipſum,non eò q́ credat in nomine ipſius. Inquit enim dominus, qui credit in me, non iudicatur, at non item qui credit in nomine meo non iudicatur. Nec

Nec tamen inquit, qui credit in me iam iudicatus eſt. Fortaſſis enim qui credit in nomine ipſius, credit quidẽ, quare indignus eſt, qui iam iudicatus ſit,ſed minor eo eſt, qui credit in ipſum. Quam ob cauſam credenti in nomine ipſius, ſeipſum non credit Ieſus. Ipſum igitur potius q́ ſuum nomẽ habeamus neceſſe eſt:ne in nomine eius uirtutes facientes audiamus,quæ ab ipſo dicta audierunt, qui gloriabantur in nomine ipſius.Sed confidamus imitatores facti Pauli dicere:omnia poſſum in Ieſu Chriſto me coroborante.Illud aũt obſeruandũ eſt, q́ ſuperius quidem dicat propè eſſe paſcha ludæorum, hic uerò non in paſchate ludæorum, ſed in paſchate Hieroſolymis erat Ieſus. Et illic quidem quando ludæorum dicitur paſcha,non dictum eſt dies feſtus,hic uerò ſcriptũ fuiſſe Ieſum eſſe in die feſto: Hieroſolymis enim exiſtens Chriſtus in paſchate erat, & in die feſto multis credentibus etiam in nomine ipſius. Ac profectò illud etiam obſeruandum eſt,multos dici credere non in ipſum, ſed in nomine ipſius: qui uerò in illum credunt, hi ſunt, qui ambulant per uiam arctam,atq́ anguſtam,ducentem ad uitam, quę à quampauciſſimis inuenitur. Fieri attamen poteſt, ut multi ex his, qui in nomine ipſius credunt,recumbant cum Abraam,Iſaac,& Iacob in regno cœlorum. Quoniam multi ab oriente, & occidente ueniẽt,& recumbent cum Abraam,Iſaac,& Iacob in regno cœlorum: quæ domus eſt patris, in qua manſiones multæ ſunt. Atq́ etiam hoc obſeruandum eſt,multos credentes in nomine ipſius,non quemadmodum Andreas, & Petrus,& Nathanael, & Philippus,credere, ſed teſtimonio Ioannis parere dicentis: ecce agnus ille dei,uel Chriſto ab Andrea reperto, uel ipſi Ieſu dicenti ad Philippũ,ſequere me. Vel Philippo dicenti, quem ſcripſit Moſes, & prophetæ inuenimus, Ieſum filium Ioſeph à Nazareth. Hi autem crediderunt in nomine eius, uidentes ipſius ſigna, quæ faciebat. Etiam ſigna credentibus non in ipſum, ſed in nomine eius, non credebat Ieſus ſeipſum eis,omnes agnoſcens,& nõ opus habens,ut quis teſtificaretur de homine: eò q́ agnoſceret ſingulatim, quid eſſet in unoquoq́ homine.Hęc uerba:nõ enim opus habebãt ut aliquis teſtificaret de homine,oportune utenda ſunt ad demõſtrandũ, q́ filius dei à ſeipſo uidere ſingulas res hominum ualeat, nulloq́ omnino teſtimonio cuiuſquam eum egere.Cęterũ uerba illa,nõ opus habebat ut quis teſtificareẽ de homine, diſtinguenda ſunt ab illis: Non opus habet ut quis teſtetur de aliquo. Nam ſi hanc uocem,homine,ſumamus de quouis,qui ſit ad imaginem dei,uel de omni rationis cõpote,nõ opus habebit Chriſtus, ut quis de ipſo teſteẽ (de quocunq́ tandem dixeris rationis cõpote) à ſeipſo cognoſcens oẽs iuxta facultatẽ à patre ſibi traditam. Sin uerò hanc uocem,hominis,obſeruauerimus de mortali animante rationis cõpote, alius dicturus eſt Chriſtũ ipſum opus habere,ut quis teſteẽ de his,quæ ſunt ſupra hominẽ, ut qui hæc perinde atq́ humana cognoſcere nõ ſufficiat. Alius aũt quiſpiã inquit eũ, qui ſeipſum inaniuit,nõ opus habere,ut quis teſteẽ de homine,ſed opus habere, ut quis teſtetur de his,quæ præſtantiores ſunt hominibus. Quin hoc etiam quærendũ eſt,quot ſigna ipſius multi uidentes,crediderunt in eum. Non enim ſcriptum eſt ſigna feciſſe Hieroſolymis:niſi fortaſſe facta ſigna ſcripta non fuerũt. Proinde cõſidera,an inter ſigna reputari poſſit,q́ fecerit è funiculis flagellum:oẽs è templo eĳciẽdo,tùm oues, tùm boues: atq́ argentariorũ æs effundendo, & menſas ſubuertendo. Ad eos profecto, qui ſuſpicantur de ſolis hominibus,non opus habere ipſum teſtibus, dicere oportet duo euangeliſtam illi attribuiſſe.Alterum, q́ agnoſcat omnes,alterum, q́ opus non habeat, ut quis teſtetur de homine.Nam ſi omnes agnoſcebat,etiam omnes, qui eſſent extra hæc corpora,agnoſcebat,atq́ quid eſſet in homine:quippe qui maior exiſteret his,qui in prophetando manifeſtant,& iudicant occulta cordis omnia, quæ ſpiritus illis ſuggerit in apertum ducentes.Cæterùm illud:agnoſcebat quid eſſet in homine,ſumi etiam poteſt de uirtutibus malis, uel bonis operantibus in hominibus. Nam ſi dederit quis locum diabolo, ingreditur in illum Satanas (quemadmodum dedit Iudas: cum iam diabolus miſiſſet in cor eius, ut traderet eum, quã ob cauſam poſt bucellam intrauit in illũ Satanas,ſin deo locũ dederit,beatus ſit.Beatus enim,cuius eſt illi retributio à deo, & aſcenſio in corde eius à deo. Quare agnoſcis ò filĳ dei (omnia agnoſcẽs) quid ſit in homine. Sed cum iam ſatis ſcriptionis ſumpſerit duodecimus tomus, hic finiemus ſermonem.

DECI-

IBI quidem dei amantissime, ac pijssime Ambrosi non uidebatur fortasse scindendus sermo Samaritidis, ita ut illius pars esset in duodecimo to-
T mo, & reliqua quę restabant in tertiodecimo. Sed quoniam uidebamus, duodecimũ cõmentariorũ tomum satis scriptionũ accepisse, uisum est nobis desinere in sermonẽ Samaritidis, ubi loquebat ipsa de puteo, quẽadmodum Iacob illud dederit, & ipse ex eo biberit, et filij eius, & pecora eius, tertiumdecimum tomum incœpturis, ubi dominus ad ipsam respondet.

Respondit Iesus & dixit illi: omnis, qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum, qui aũt biberit ex aqua, quãm ego illi dedero, fiet fons in eo aquæ salientis in uitã æternã.

OC respondet secundò Iesus ad Samaritidem: primũ quidem dicens, si scI-
H res donum dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi, quod bibam, tu fortassis ab eo petijsses, & dedisset tibi aquam uiuam: & nunc quãdo admonens ipsam ut peteret aquam uiuam, dicit, quæ recensuimus, & ad primam quidem responsionem nihil loquitur Samaritis, sed addubitat de comparatione aquarum, post secundam uero dñi responsionẽ admittens, quę ab ipso dicta fuerant. Da mihi hanc (inquit) aquam. Ioan. 4
Fortassis enim dogma est, neminẽ donum diuinũ accipere præter petentem illud. quã ob rem Seruatorem ipsum, pater ipse admonet per psalmum uti petat sibi donari, docente nos ipso ac dicente: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuam terminos terræ. Dicit etiam Seruator: Petite & dabitur uobis, omnis enim qui petit, accipit. Paret quidem Samaritis ut petat aquam à Iesu, imago existens (ut prediximus) eorum, qui ab ecclesiæ decretis dissidentes, sunt in diuinis scripturis exercitati, quando audit de cõparatione utrarumq; aquarum. Et uide ex his, quæ passa fuerat, quomodo bibens ex puteo, quem ipsa existimabat profundum, nec resocillaretur, nec à siti liberaretur. Proinde uideamus, quid ex Ioan. 4
illis uerbis significetur. Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Porrò uocis sitiendi, & uocis esuriendi ad sensum humilem, & corporalem, attinet, duæ sunt significationes, alterã cum uacui cibo egemus, illũ quod appetimus humido destituti, alterã cum sæpe pauperes, & qui sunt in egestate rerũ necessariarũ dicunt (etiã si satiati fuerint) se esurire uel sitire. Primæ quidẽ testimoniũ habes in Exodo, quando egentes cibis decima nona die, mense secundo, cũ egressi fuissent Iudęi è terra Ægypti, murmurauit uniuersa congregatio filiorum Israel aduersus Mosen, & Aaron, & dixerunt ad ipsos filij
Exod. 16 Israel. Vtinã perijssemus percussi à dño in terra Ægypti, quando sedebamus super lebetes carnium, & quando comedebamus panes ad saturitatẽ, cur eduxit nos ad hanc solitudinẽ, ut interficeret fame cunctam hanc congregationẽ? Dixit autẽ dominus ad Mosen: Ecce ego pluo uobis panes è cœlo, & egredietur populus, & colligẽt singulis diebus, ut tentem an ambulaturi sint in lege mea nec ne. Esurientibus enim & egentibus necessario cibo, magnam murmurationẽ faciebant ipsorũ sermones, quia aqua egentes, & sitientes murmurabant aduersus Mosen: dicences quid bibemus? quando clamauit Moses ad dñm, & Dominus ostendit illi lignũ, & proiecit illud in aquam, &
Exod. 17 dulcis facta est aqua, & paulo post cum uenissent in Raphidim, scriptũ est populum sitisse illic propter aquam, illic murmurasse populum aduersus Mosen. Porrò secũdæ si-
Rom. 12 gnificationis exẽplum apud Paulum reperias dicentẽ. Vsq; ad horam præsentem, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus. Primo modo sitire, & esurire necessariò contingit sanis corporibus: altero modo his, qui sunt pauperes. Igit quærendũ etiã est ex his uerbis, omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum, quali significatu uocabulum sitiet dicatur. Atq; in primis quidẽ etiã si q; ad sensum humilẽ, & corporalem attinet, apertè declaretur, q; quamuis satietur ad præsens is, qui biberit, mox tamen subtracto potu eandem passionẽ sit perpessurus, hoc est rursum sitiaturus siti, quam à principio habuerat, restituetur, quãobrem illud etiã subiungit. qui aũt biberit ex aqua, quam ego illi dabo, fiet in eo fons aquæ salientis ad uitam æternam. quem fontem in seipso qui habet quõ sitire poterit? præcipuè tamen ac principaliter horũ uerborũ intelligẽtia talis erit: qui

participat (inquit) profunditatem humanæ sapientiæ prudentesq; rationes, receptis, intelligẽtijsq; profundissime hausti s, & iudicio suo inuentis, tamen rursum secũdo cogitans denuo dubitabit de his in quibus requieuerat, atq; etiam rerum, quæ quærunt ur apprehensionẽ formans, perceptã à se profunditatẽ eloqui nõ poterit. Quare etiã si correptus aliquis ueri similitudine eorũ, quæ dicũtur, condescendérit, eandẽ ramẽ dubitationẽ in se existentem postea inueniet, quam etiã habebat, antequàm illa disceret. At uerò mea (inquit Christus) ratio est, ut fõs uitalis potionis fiat in eo, qui receperit, quæ à me promittuntur: tãtaq; beneficia in eo collaturus sum, qui sumpserit aquã meã, ut fons salientiũ aquarum inuentor omnium, quæ quæruntur, scaturiat in ipso, intelligentia saliente, & fortassis trãsuolante consequẽter huic aquæ, facilè mobili: ipso actu saliendi, & transiliendi, ferẽte ipsum in sublime, nimirũ ad uitã æternam. Vt aũt in can- Cant. 2
tico canticorum de sponso disserens Solomon Ecce (inquit) iste uenit saliens super montes, transiliens colles, nam hoc pacto super generosiores, diuinioresq; animas mõtes dictas salit sponsus, transilit uerò deteriores dictas colleis. Sic hoc in loco fons factus in eo, qui biberit ex aqua, aquam dat Iesus, salit ad uitam æternam, fortassis etiam saliturus ultra uitam æternam, nempe ad patrem existentem supra uitam æternam. Est enim Christus uita: proinde qui maior est Christo, uita etiam est maior. Cæterùm tunc fontem in seipso existentem aquæ salientis ad uitam æternam habebit, qui biberit ex aqua, quam dat Iesus, quando promissio completur hominis, cui promittitur beatitudo, eò quòd esurierit, & sitierit iustitiam, inquit enim filius Dei. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Et fortassis quoniam esurirẽ, & sitire iusti tiam satiari est, si quis iustitiam, antequam satietur, fecerit, is famem, & sitim ingeneret in se oportet, ut saturetur, illud dicturus. Quemadmodum desiderat ceruus ad fonteis Psal. 41
aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima ad Deum: nempe ad illũ fõtem, ad illũ uiuentem. quando ueniam, & uidebor coram facie tua? Vt ergo sitiamus, bonum est è fonte Iacob ut in primus bibamus: illum, non perinde atq; Samaritis, dicentes puteum. Nam Seruator ad illius respondens sermonem, ne nunc quidem ex puteo inquit aquam esse, sed simpliciter inquit, omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterũ. quod si bibenti ex illo fonte nulla prouenisset utilitas, haudquaquam sessurus fuerat apud fontẽ Iesus, neq; dicturus Samaritidi: da mihi quod bibam. proinde obseruandũ est, quemadmodum petenti à se aquam Samaritidi non alibi promiserit Iesus illã se daturum, quàm apud fontem, dicens illi. Vade ad uocandum uirum tuũ, & ueni huc. Ad- Ioan. 4
huc autem inspiciamus, num quia qui biberit ex fonte Iacob, sitiat iterũ, qui uerò bibetit ex aqua, quam dat Iesus, fontem in seipso habeat aquæ salientis ad uitã æternã, innuit possit diuersam esse utilitatem eorum, qui cũ ipsa ueritate consuetudinẽ habuere, habituriq; sunt, ab ea utilitate, quam nobis oriri existimamus ex scriptutis, etiam si accuratè intellectæ fuerint, præsertim cum quædã ex principalioribus, diuinioribusq; Dei mysterijs nec capere potuerit scriptura, quædam etiam nec uox humana: nam quædam significationes diuinæ cum sint, lingua est humana. sunt nanq; etiam multa, quæ fecit Iesus, quæ singulatim si scribantur, nec ipsum arbitror mundum capturum qui scriberentur libros: quin & quæ loquuta sunt septem illa tonitrua scripturus Ioannes prohibetur. & Paulus se audisse inquit indicibilia uerba, non quæ non liceret alicui loqui, licebat enim ad angelos ea loqui, ad homines non licebat, omnia quidem licent, at non omnia expediunt. Sin uerò audiuit ineffabilia uerba, quæ fas non esset ad hominem loqui, arbitror ego uniuersæ cognitionis elemẽta quædam minima, breuissimasq; introductiones esse uniuersas scripturas, etiam si accuratè intellectæ fuerint. Quãobrẽ uide, num fons Iacob, ex quo bibebat aliquando Iacob, sed nunc non bibit, atq; etiam bibebant filij sui, sed nunc potum habent illo priori potu præstantiorẽ (quin biberunt etiã pecora eorũ) possit esse uniuersa scriptura, aqua uerò Iesu, illud esse possit, quod est supra ea, quę scripta sunt: nõ omnibus aũt scrutari licet, quę sint superiora his, quę scripta sunt, nisi qui assimilatus fuerit ipsis: ne obiurgeẽ audiẽs: Te difficiliora ne quæras: & te fortiora ne uestiga. Quòd si dicimus aliqua esse supra ea, quæ scripta sunt, nõ hoc dici Apoc. 10
mus ea posse multis esse nota, sed Ioanni, qui audiẽs, scribere etiã qualia essent ea tonitruũ uerba nõ permittit, cũq; ea didicisset, ea nõ scribit, ut pareat mũdo. rebat enim ne

ipsum quidem mundum capturum, qui scriberentur, libros. Quin etiã, quæ Paulus dicit, sunt supra ea, quæ scripta sunt: quandoquidem homines ea loquuti sunt, & quæ oculus non uidit, sunt supra ea, quæ scripta sunt: & quę auris nõ audiuit, scribi nõ possunt. Quin quę in cor hominis non ascenderũt fonte lacob sunt maiora: quippe quæ à fonte aquæ salientis ad uitam æternam manifestantur his, qui cor hominis non amplius habent, sed dicere ualent: nos autem mentem Christi habemus, ut uideamus, quæ à Deo donata sunt nobis: quæ etiã loquimur non in sermonibus, quos humana sapiẽtia docet, sed quos docet spiritus sanctus: & inspice an fieri possit, ut humana sapiẽtia non loquatur falsa dogmata, sed quę ueritatẽ confirment. & ad homines posteriores peruenient, quę uerò spiritus edocet, sint fortasse fons aquę salientis ad uitam æternã. introductiones ergo sunt scripturæ, à quibus accuratè intellectis, & nũc nominatis fons lacob, ascendendũ est ad Iesum, ut nobis largiatur fontẽ aquæ salientis ad uitã æternam. Cęterùm nõ similiter omnis haurit è fonte lacob: nam etiã si bibebat lacob, & filij eius & pecora eius, atq; etiam Samaritis illa uenit ad fontẽ ipsum, & haurit, uide ne aliter & prudẽter biberit lacob cum filijs, aliter, & simplicius, moreq; magis pecunio biberint pecora eius: rursus biberit etiã aliter quàm lacob, & filij, & pecora eius, Samaritis illa: qui enim docti sunt in scripturis, bibũt sicut lacob, & filij eius, rudiores uerò, & simpliciores, qui dicuntur oues Christi, bibunt perinde atq; oues lacob, tùm aliqui laudãtes scripturas, & quædã constituentes malè dicta prætextu, quòd eas intellexerint, non se

Ioan. 4 cus bibũt, atq; bibebat Samaritis illa, ante quàm crederet in Iesum. Dicit ad illum mulier, Domine da mihi hanc aquã ne sitiam, neq; ueniã huc ad hauriendum. Iam secundò prædicat mulier Dominũ Seruatorem. primùm cũ dicit Domine neq; hausторium habes, & puteus altus est, quando etiã interrogat, unde habeat aquã & num maior sit lacob, qui putabatur esse pater eius, & nunc etiã, quando petit aquã illam, quæ in bibente fit fons aquę saliẽtis ad uitã æternam: & si quidem uerũ est illud, tu petijsses ab eo, & dedisset tibi aquã uiuam, perspicuũ est, eò quòd dixerit. Da mihi hanc aquã, accepisse uiuentem aquã, ne in posterum egeret sitiens, neq; ueniret ad fontem lacob hauriendi causa, sed posset sine aqua Iacob angelicè uidere ueritatẽ supra hominem existentem: nam neq; angeli egent fonte lacob, ut bibant, sed unusquisq; ipsorũ in seipso fontẽ habet aquę salientis ad uitã æternam, orientem ac retectũ ab ipso sermone Dei filio, atq; sapientia ipsa: neq; enim facile factu est, ut aquã, quæ à filio Dei datur, diuersam existentem ab aqua fontis Iacob accipiat aliquis, qui se nõ diligentissimè exercuerit ueniẽdo, & inde hauriendo, eò q; sitiat, perinde atq; ille, qui petit hãc aquam frequenter interm ultos magnos homines, ut qui diutius exerciti fuerint hauriendo è fonte Iacob. dicit illi,

Ioan. 4 Vade, uoca uirum tuum, & ueni huc, respondit mulier, & dixit, non habeo uirum. Dixímus etiam in superioribus hunc uirum, esse legem, quæ princeps sit animæ, nam habet unusquisq; institutа quędam, ac mores, sub quibus tanquã sub lege uiuit, cui unusquisq; seipsum subiecerit. Nunc uerò etiam illud apostoli ex epistola ad Romanos ad

Rom. 7 hanc rem testimonium adducemus dicentes. An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quòd lex tãtisper dominatur homini, quo ad uixerit? uixerit autem quis? nempe lex (communiter intelligentibus nobis legem) nam mulier obnoxia uiro, uiuẽti uiro obligata est legi, tanquam si diceret uiuenti uiro, qui uir est lex: mox rursum, inquit, quòd si mortuus fuerit uir, liberata est à lege uiri, ueluti liberata est mulier à lege mortua: nec amplius opera mulieris erga uirũ exercet. deinde inquit, proinde uiuente uiro, adultera uocabitur, si se iunxerit alteri uiro, sin autẽ mortuus fuerit uir, libera est à lege uiri, ut non sit adultera, si iuncta fuerit alteri uiro, nimirum ei legi, quæ est ex spiritu: mortuo autem uiro mortua esse mulier aliquo modo dicetur etiam uiro, adeò ut

Rom. 7 nos hunc in modum exponamus illud. Itaq; fratres uos quoq; mortificati estis legi per corpus Christi, ut iungeremini alteri, nimirum ei, qui ex mortuis surrexit, ut fructificemus Deo. Si igitur lex est uir, & Samaritis habet uirum aliquem, quia seipsam iuxta intelligentiam sanorum uerborum subiecerit legi alicui (iuxta quam uult uiuere unusquisq; ab ecclesiæ decretis dissidens) & si uult etiam hoc in loco diuinus sermo animã manifestari ecclesiæ decretis dissentientẽ, quæ sibi ipsi præfecerit legẽ principẽ, ut spreto uiro, ceu nõ legitimo, quærat alterũ nuptura alteri uiro, nimirum sermoni filio Dei, qui

qui resuscitatus est ex mortuis nõ mutandus, neq; moriturus, sed sempiternus, manẽs, & regnans omnesq; inimicos subijciens (Christus enim excitatus à mortuis non amplius moritur, mors illi ultra non dominabitur, quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel, quòd uerò uiuit, uiuit per Deũ, in dextera eius sedẽs, donec oẽs inimici eius positi fuerint subsellium pedum ipsi.) Si hęc inquã ita se habent, ubi nam debebat Iesus manifestare eum, qui putabatur esse Samaritidis, uirũ nõ esse illius, nisi apud fontem Iacob, si à seipsa mulier non negasset uirum? hanc ob causam dicit illi Iesus, uade, & uoca uirũ tuum, & ueni huc. Iam uerò ueluti nonnihil habens aquæ salientis ad uitam æternam, eò quòd dixisset, da mihi hanc aquã, nec fallere quiret, qui prædixerat, si tu petijsses ab eo, dedisset tibi aquam uiuam, respondit mulier, cõdemnans seipsam, q cũ huiusmodi uiro consuetudinẽ habuisset, & dicit, non habeo uirũ. Dicit illi Iesus. Be- Ioan. 4
ne dixisti, non habeo uirum, nam quinq; uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir. hoc uerè dixisti. arbitror quòd omnis anima, quæ introducitur ad eã, quæ est per scripturas, pietatẽ in Christo, incipiens ab his rebus, quæ sensibus sunt obnoxię, & quæ corporeę uocantur, habeat priores quinq; uiros: uno quoq; sensu uirũ aliquem faciente, postea uerò quàm habita consuetudine cũ his, quæ sensu percipiuntur, emerge re quis uolens, & conuersus ad ea, quæ animo cernũtur, impegerit in sermonẽ spiritura lem nõ sanum, prętextu allegoriæ, hic post quinq; uiros ad sextum pergit, dato (ut ita dicam) repudij libello quinq; primis, & decernens cum sexto habitare: uerùm cũ aduenerit sermo Domini, disseruerit q; nobiscum, negantes illum uirum, dicimus, non habeo uirum: quando etiã laudat nos Dominus dicens, bene dixisti, non habeo uirum. Illud uerò, hoc uerè dixisti, ueluti obiurgatorij est, perinde quasi mulier in superioribus non uera dixerit. Ac fortasse uerũ non erat iudæos cum Samaritanis commercium nõ habere ipso Iesu (ut in superioribus diximus) commercium habente cũ Samaritanis, ut illis esset adiumento. Ac ne illud quidem uerum est, neq; hausторiũ habes, & puteus altus est. Fortassis etiam neq; illud, quòd Iacob ex puteo biberit, & filij eius, & pecora eius. Nam si Iacob, & filij eius, & pecora eius non similiter biberunt, ut mulier Samaritis, existimat q; illa similem se omninò potum, atq; eundem bibisse cum Iacob, & filijs eius, & pecoribus eius, perspicuum est falsa eam dixisse. Sed iam uideamus quid Heracleon hoc in loco sentiat: inquit aũt fontem illum, imbecillem, & temporariã, & deficientem fuisse uitam, illiusq; gloriam, mundana enim (inquit) erat: & existimat se demonstrationem afferre per fontem significari uitã mundanã eò, quòd pecora Iacob ex eo biberint, & siquidem imbecillem, & temporariam, & deficientem accepisset cognitionem eam, quæ est ex parte, nẽpe cognitionẽ è scripturis proueniẽtẽ, cõparatione uerborũ indicibiliũ, & quæ ad hominẽ eloqui non est fas, omnẽ scilicet præsentem cognitionem, quæ per speculum est, & per ænigma, & quæ destruitur, cum uenerit illud, quod perfectũ est, haudquaquã illud reprehẽdissemus: sin uerò isthuc agit, ut reprehẽdat uetera, reprehẽdendus est ipse. Porrò q; ait aquã dat Seruator, ex spiritu esse, & ex ipsius potentia, uera narrat. quin hæc uerba, non sitiet in æternum, ijsdẽ penè uerbis interpretatus est sic dicẽs: Vita ęterna est uita ipsius, & quę nunquã corrũpit (sicut prima illa aqua, quæ est ex puteo) sed manẽs, nequit enim auferri donũ, & gratia Seruatoris nostri, quę neq; consmitur, neq; corrũpitur, in eo, q; particeps ipsius fuerit. Porrò autem cum primam uiam corruptibilem dederit, siquidem eam corruptibilem uitã dixit, quæ est secundum literam, quærens, & inueniens ablatione uelaminis uitam eã, quæ est ex spiritu, rectè dixit: sin uerò corruptibilem dicens, accusat uitam ueterũ, perspicuum est eum hoc facere, tanquã qui non uideat bona illa umbrã habere futurorum illorũ. Cæterùm non inscitè interpretatus est uocem salientis aquę, dicens eos, qui è sursum abundanter suppeditatã participarent, uicissim etiã ea scaturire, quæ sibi suppeditata fuerint. Sed & Samaritidem laudat, ut quæ suæ ipsius naturæ fidem ostenderit æqualem, & constantẽ: non motam ob ea, quæ illi dicebat Seruator, cui etiã nos annuimus, si propositũ laudat, nihil de natura ueluti excellenti innuens, sin uerò ad naturale opificiũ refert, quòd Seruatori obtemperarit Samaritis, quasi hoc non omnibus insit, subuertẽda est illius oratio. Nescio uerò quomodo Heracleon, q; scriptũ etiã non est, assumens, dixerit in hoc dictũ. Da mihi hanc aquam, breui, à sermone Dei filio sti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mulatam mulierem odio habuisse etiam locum illius putei, qui dicebatur Iacob. præterea in illud, Da mihi aquã hanc, ut non sitiam, neq; ueniã huc ad hauriendũ, inquit, mulierem hæc dicere ostendentem labore hauriri, & cũ difficultate parari aquam illã ad irrigandum non aptam, neq; nutrientem. Vnde enim potest ostendere aquam Iacob irrigationi aptam non esse, nec nutrientem? Adhuc in hæc duo uerba dicit illi, inquit Heracleon: scilicet tale quid dicens, si uis accipere hanc aquam, uade, uoca uirum tuũ: & existimat uirũ, quẽ Samaritidis esse Seruator dicit pleroma Samaritidis esse, ut profecta cũ illo ad Seruatorẽ, reportare ab ipso potentiã, & unionem, & cõmixtionem ad pleroma suũ posset, cũ Christus nõ dixerit, inquit Heracleon, mulieri de homine mundano, ut uocaret quoniã non ignorabat eam legitimũ uirum nõ habere: cæterùm manifestè hoc in loco urgetur dicens, quòd mulieri Seruator dixerit. Vade uoca uirũ tuum, & ueni huc, significans maritum, quem ex pleromate habebat: nam si hoc sic se habebat, oportuerat uirum dicendo, modum etiã, quo uocandus erat, dicere, ut cum ipso ad Seruatorem pergeret. Sed quoniam (ut Heracleon inquit) iuxta intelligentiam spiritualem ignorabat uirũ suum, secundum uerò simplicem intelligentiam erubescebat dicere, quòd mœchum haberet non uirũ, quomodo non frustra imperabit dicens, Vade uoca uirũ tuum, & ueni huc? Deinde ad illud, uerè dixisti quoniã uirum non habeo, inquit: quoniam in mundo uirum non habebat Samaritis uiro suo existente in Æone. Atq; nos quidẽ legimus, quinq; enim uiros habuisti, apud Heracleonem uerò inuenimus, sex uiros habuisti: interpretaturq; per uiros sex, uniuersam malitiam materialem declarari, cui complicata fuerat, cuiq; approximarat præter rationem fornicans, contumelijs affecta, & separata, & derelicta ab ipsis: sed ipsi Heracleoni dicendum est: si fornicata est spiritualis, peccasse spiritualem, si uerè peccauit spiritualis, arborem bonam non fuisse spiritualem, iuxta enim euangelium: Non potest arbor bona malos fructus ferre: proinde apertè illis perire, quæ sinxerunt: quòd si fieri nequit, ut arbor bona malos ferat fructus, & arbor bona est Samaritis, quia sit spiritualis, consequens illi est dicere, quòd aut fornicatio eius non sit peccatum, aut quòd hæc non est fornicata: dicit ad eum mulier. Domine uideo te esse propheta. Patres nostri in mon-
Ioan. 4 te hoc adorauerunt, & uos dicitis Hierosolymæ locum esse, ubi oporteat adorare. Ter tiò iam Samaritis Seruatorem nostrum Dominum prædicat, quando etiam scriptum est ultimò hoc eam illi dixisse: attamen nondum credit eum esse prophetis præstantiorem, neque quem prophetæ prædixerint, sed prophetam aliquem. Sententia etiam ab ecclesiæ decretis dissentiens eorum, qui uersantur in scripturis, quinque illis uiris in apertum sibi productis, cumq; illis eo, quẽ ipsa post illos occuparat, quicq; existimabat uir esse, λόγον, & sermonem filium Dei, qui illos manifestarat, nõ ualens à principio cernere, prophetam esse inquit: ceu diuinum quempiam, eumq; habentem homine quid maius: haud tamen tantum, quantum erat: quam ob causam inquit, ueluti quæ fuisset aliquo modo oculos, & se existimaret in uisione fuisse, uideo te esse prophetam. Sanè quòd ad illud attinet, patres nostri, & quæ sequuntur, agnoscenda est Samaritanorum cum iudæis differentia, de loco, quem illi rebantur sanctum: nã Samaritani montem sanctũ existimantes eum, qui uocatur Garizim, Deum ibi adorant: cuius meminit
Deut. 27 Moses in Deuteronomio sic dicens, & præcepit Moses populo in die illa dicens. Hi stabunt ad benedicendum populum in monte Garizim, cum transierint Iordanem Symeon, Leui, Iudas, Isachar, Ioseph, & Beniamin: & hi stabunt in execratione in monte Gelal: Rubim, Gad, Asser, Zabulon, Dein & Nephtalim. Iudæi autem Syon montem diuinum esse rati, propriumq; Dei illum rentur esse locum, electum à patre uniuersorum: & hanc ob causam dicunt, in ipso ædificatum fuisse templum à Solomone: omnemq; Leuiticum, sacerdotalemq; cultum illic perfici. quas suspiciones utraq; gens sequens, existimauit patres in hoc, uel illo monte adorasse Deum. Quòd si usque in hodiernum diem contenderent aliquando Iudęi cum Samaritanis, addubitabit uterq; ad alterum. Dicetq; sanè Samaritanus Iudæo, præsentem mulieris scriptum sermonẽ. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, ostendens Garizim, uos autem dicitis Hierosolymæ locum esse, ubi oporteat adorare. Sed quoniã Iudæi gerunt imaginem eorũ, qui sanæ sunt opinionis, Samaritæ aũt eorum, qui ab ecclesiæ decretis dissident, beatificãs consequenter Samaritæ, Garizim: qui mons interpretatur discissio, uel diuisio, cũ etiã separatio, & diuisio iuxta historiam decem tribuum, quæ diuisæ fuerunt à reliquis duabus, facta fuerit tẽporibus Hieroboam, qui, & ipse interpretatur diuisio populi, Iudæi autem Syon: quẽ si interpreteris, sonat specula, sed probabile est dubitaturum aliquẽ, quare benedictiones fiant in monte Garizim apud Mosen: ad quod dicendũ est, quoniam uox Garizim discissionem, & diuisionem significat, discissionis quidem significatum sumendum esse, cum scinditur populus à Hieroboam, habitatq; Samariã Rex, diuisionis uerò uocem, sumendam esse in bonam partem: quia appositè sapientes utantur diuisione in unaquaq; propositione disputabili: necessaria existente diuisione ad cognitionẽ ueritatis. Quocirca quia nondum uenit hora illa dicta à Domino, quãdo neq; in monte hoc, neq; Hierosolymæ adorabunt patrem, fugiendus est mons Samaritanorum, & interim in Syon, ubi est Hierosolyma, Deus adorandus, quæ Hierosolyma ciuitas regis magni dicitur à Christo. Sed quæ nam alia ciuitas erit regis magni, & uera Hierosolyma, nisi ecclesia ex uiuis lapidibus ædificata? Vbi est sacerdotium sanctum, ubi spirituales offeruntur hostiæ Deo à spiritualibus, & ab his, qui spiritualem intellexerint legem. Cũ enimuero audierit plenitudo illa tẽporis, adhęc cũ quis nequaquam in carne, sed in spiritu fuerit, nec amplius in figura, sed totus in ueritate, & taliter instructus, ut seipsum similem reddat eorũ adoratorũ, quos Deus quærit, tunc non cendũ est uerã adorationẽ, perfectũq; Dei cultũ Hierosolymis perfectũ iri. Bis aũt scriptum est uenit hora. Sed primùm cum non addiderit euangelista, & nunc est: secundò Ioan. 4
inquit: sed uenit hora, & nunc est. Ac, mea quidẽ sententia, prima lectio declarat futuram adorationẽ extra corpora propter perfectionẽ: altera profectũ, eorũ qui perficiũtur in hac uita, quoad licet humanæ naturæ, quamobrem licet adorare patrem, & spiritu, & ueritate, quando non solùm uenit hora, uerùm etiam uenit hora, & nunc est: & quando Hierosolymis esse existimamur propter eos, qui eo usq; tantum ascenderunt. Quando ergo scriptũ est, uenit hora, & nunc est, nõ amplius dicit, neq; in monte hoc, neq; Hierosolymis adorabitis patrem. Quandò uisus est Heracleon aptissimè in hæc præcedentibus obseruasse non dictum fuisse illi, mulier crede mihi, nunc autem hoc illi adiunctum fuisse, tunc nõ inscitã obseruationem obseruauit, cum dixisset, per montẽ intelligi diabolũ, uel mundum eius: quandoquidẽ pars una est, inquit, diabolus totius materiæ, mundus

Num tu maior es patre nostro Iacob? qui dedit nobis hunc puteum? & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius.

H Ic autem, & patres uestri in monte hoc adorauerunt. Cæterùm in his uerbis inquit Heracleon honestè Samaritidem fassam fuisse, quæ sibi Iesus dixisset: solius enim prophetæ (inquit Heracleon) est omnia cernere: utrobiq; mentiens: cum etiã angeli huiusmodi cernere queant, & propheta non uideat omnia. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: etiam si prophetemus, 1. Cor. 13
uel agnoscamus: deinde Samaritidẽ laudat, tanquàm quę decenter naturæ suæ fecerit, quæ neq; mentita sit, neq; continuò fassa fuerit turpitudinem suam, persuasamq; Iesum prophetam esse, ipsam inquit interrogare eum, ostendentẽ simul etiã causam, per quã fornicata fuerit: nimirum quòd propter ignorantiam Dei, & diuini cultus: ut quę neglexerit etiam omnia sibi ad præsentem usum necessaria: quã alioquin ignorantiã hac in uita semper habuisset: neq; enim (inquit) uenisset hæc ad puteũ, qui erat extra urbem. Sed nescio quomodo existimauerint ostendi causam fornicandi, uel ignorantiam diuini cultus causam fuisse delictorum: sed hoc uidetur extemporaliter dixisse absque ulla uerisimilitudine: hisq; addit eam uolentem discere, quomodo, Deum adorans, & illi grata, liberaretur à fornicatione, illud dixisse: Patres nostri in hoc monte adorauerunt: & ea, quæ sequuntur. Sed facilè admodum redarguũtur hæc dicta, unde enim liquet, eam discere uelle, quo pacto Deo grata liberaretur à fornicatione? Dicit illi Iesus, crede mihi mulier, uenit hora quando, neq; in hoc monte, neq; Hierosolymis adorabitis patrem. Quandò uisus est Heracleon aptissimè in hæc præcedentibus obseruasse non dictum fuisse illi, mulier crede mihi, nunc autem hoc illi adiunctum fuisse, tunc nõ inscitã obseruationem obseruauit, cum dixisset, per montẽ intelligi diabolũ, uel mundum eius: quandoquidẽ pars una est, inquit, diabolus totius materiæ, mundus

uerò uniuersus malitiæ mons, desertus, & habitatio ferarum, quem adorabunt omnes ante legem, & gentiles. Per Hierosolymam uerò intelligi dicit creationem, uel creatorem, quem adorabant Iudæi: quin rursum existimauit montem esse creationem, quam gentiles adorarent, Hierosolymam autem creatorem, quem Iudæi colerẽt. Vos ergo, inquit, ueluti spirituales, neq; creationem, neq; mũdi opificem adorabitis, sed patrem ueritatis: ac illam sanè adiuuat, inquit, tanquam iam fidelem, & quæ annumeretur adorantibus eum in ueritate. At uerò nos per hoc dictum, neq; in monte hoc, declarari existimamus illud, quod Dei cultum appellant hi, qui ab ecclesiæ decretis dissident, existens in imaginatione sermonum, qui sunt cognoscibiles, & qui existimantur alti, per illud uerò: neq; Hierosolymis, regulam ecclesiæ iuxta multos declarari existimamus, quam etiam ipsam, sanctus, & perfectus transcendet, acutius, & apertius, & diuinius adorans patrem. Vt enim (quod & Iudæi fatebuntur) angeli Hierosolymis non adorant patrem, eò quòd longè melius patrem adorent quàm Hierosolymis, etiam sic qui affectu id habent, ut pares sint angelis, neq; Hierosolymis patrem adorabunt, sed longè melius his, qui sunt Hierosolymis: etiam si propter eos, qui Hierosolymis habitant, consuetudinẽ habent cum Iudeis Hierosolymæ degentibus, facti Iudæi, ut Iudæos imitentur Iudæi. Quando uerò neq; in monte hoc, neq; Hierosolymis quis adorat, quia uenerit iam hora, is filius factus, patrem cum fiducia adorat: quã ob causam non dictum est, neq; Hierosolymis adorabitis Deum, sed neq; Hierosolymis adorabitis patrem.

QVARTVS DECIMVS TOMVS.

Vos adoratis, quod nescitis, nos adoramus, quod scimus, quoniã salus ex Iudeis est.

Er uoculam, Vos, quod ad expositionem attinet, intelliguntur Samaritani, quantum uerò ad Anagogen, illi qui in scripturis diuersa à nobis sentiunt: sic per uoculam, nos, quantum ad propositum, intelligitur Iudei, quantum ad allegoriam, ipse Dei sermo, ipse Dei filius, et qui in ipsum transformantur, salutem habentes à scriptis Iudaicis: nã manifestatum nunc mysterium manifestũ est per scripturas propheticas, & per aduentũ Domini nostri Iesu Christi. Vide uerò an non impropriè, & præter consequentiã uerborum Heracleon dissenserit, exponens illud, uos, pro eo quod est, uos Iudæi, & gẽtiles, quale autem est, ut ad Samaritidem dicatur uos Iudei? uel ad Samaritidẽ uos gentiles? sed profectò nesciunt, qui ab ecclesiæ decretis dissident, quod adorant, figmentũ esse nõ ueritatẽ, fabulã, non mysteria, at uerò qui creatorẽ adorat, præsertim iuxta Iudæum occultum, & iuxta sermones Iudaicos spirituales nouit, quod adorat, sed lõgè melius est ipsius Heracleonis dicta in mediũ apponere, quę ab eo libro sumpsit, qui prædicatio Petri inscriptus est: insistereq; etiam ad ea, disquirentes sit nec ne genuinus liber, an nothus, an mixtus: quam ob causam libentes hæc differimus: tantùm illud notantes, libru ipsum docere, perinde quasi Petrus docuerit non opertere gentilitũ more adorare: materialia laudantiũ, atq; seruientiũ lignis, & lapidibus, neq; Iudæorum more Deum colentium, quandoquidem, & ipsi hi soli, Deum scire existimati ipsum ignorant: seruientes angelis, & mensi, & lunę: unde quęramus necesse est, cui cultũ corporalẽ exhibeant Iudei, nã illis propositũ fuisse offerre uictimas creatori uniuersi perspicuũ est. Proinde operæ precium est uidere, q̃ in apostolorum actis scriptũ est. Conuertit se Deus, & tradidit eos ad colendã militiam cœli: nescio aũt, quomodo Seruatore palam dicente salutem ex Iudæis esse, qui ab ecclesiæ decretis, dissident, negent Deum Abraam, & Isaac, & Iacob: qui fuere patres Iudæorum, præterea si implet Seruator legem, & ut impleantur, quæ scripta sunt in prophetis, hæc, & hæc fiunt tempore aduentus Domini, quomodo non liquet, quo nam pacto salus ex Iudæis fiat? idẽ enim Deus Iudæorũ, & gentium: quandoquidem unus est Deus, qui iustificabit circumcisionẽ ex fide, & præputium per fidem, non enim destruimus legem per fidem, sed stabilimus legem per fidem.

P

Act. 7

Venit

Venit hora, & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem spiritu, & ueritate.

Vi minimè se profitentur adorare patrem, hos ne nominare quidẽ oportet adoratores Dei: sed ex omnibus profitentibus se adorare mundi opificem, si quidam non amplius sint in carne, sed in spiritu: spiritu, quia ambulent, desideria carnis non perficientes: Et aliqui non in spiritu sint, sed in carne, & secundum carnem militent, tunc dicendum est ueros adoratores esse eos, qui patrem adorant spiritu, non carne, ueritate, non figuris: non ueros uerò, eos qui sic se non habent. Ille etiam qui non particeps fuerit, spiritus uiuificantis, quiq; spiritualia legis nõ sequens à litera occidente in seruitutem redactus fuerit, hic uerus non erit adorator: nec spiritu adorabit patrẽ. Imò hic ipse, totus figuris, & rebus corporeis addictus, cũ se maximè asserat qui existimauerit, tunc figura, & non ueritate Deum adorat, & iccirco uerus adorator esse non ualens: fortasse concessum est, aliquando conuenienter rationi, ut uerus adorator, spiritu, & ueritate adorans, quædam faciat, quæ figura sint, ut quos figura irretierit summa dispensatione ab ea liberatos ad ueritatem adducat: id quod Timotheo Paulum fecisse apparet, fortassis autem in Cenchris, & Hierosolymis ueluti in apostolorum Actis scriptum est, obseruandum uerò est ueros adoratores nẽ solùm in futura hora, uerùm etiam in præsenti, adorare patrem spiritu, & ueritate. Sed qui spiritu adorant spiritum, quem acceperunt spiritum adorantes, in arrabone spiritus nunc adorant: tunc spiritu patrem adoraturi, cum totum perceperint spiritum. Quòd si is, qui uidet per speculum, non uidet uerum, uti hæc optimè callentes ostendunt his imaginariè uidentibus, & per speculum adorat Deum, uidetq;: Paulus nunc per speculum, suiq; similes, perspicuum est Paulum sic adorare Deum, quemadmodum uidet, atque etiam per speculum adorare Deum: cum uerò uenerit hora post instantem futura, tunc erit adoratio in ueritate, quæ facie ad faciem, non amplius per speculum uidetur: Sanè ea uerba: nos adoramus, Heracleon esse retur eum, qui est in Æone, & qui cum ipso uenerunt: nam hi inquit nouerunt, quem adorant, secundum ueritatem adorantes. Quin illud etiam, salus ex Iudæis est, quoniam in Iudæa genitus est, inquit, non inter ipsos: quia in omneis ipsos animi propensionem non habuerit, & quoniam ex illa gente egressa est salus, & sermo in orbem terrarum: iuxta intelligentiam uerò spiritualem ex Iudæis narrat factam fuisse salutem, quoniam hi similitudines esse existimantur eorum, qui sunt in pleromate: sed ostenderet necesse erat ipse, eiusq; sequaces, quomodo unusquisque sit similitudo eorum, qui sunt in pleromate, modò non sola uoce hoc dicant, sed uerè hoc sentiat: præterea enarrans illud, in spiritu, & ueritate adorari Deum, priores adoratores, inquit, carne, & errore adorauerunt eum, qui pater non erat, quare eadem etiam ratione decepti fuere omnes, qui adorarunt mundi opificem: subiungitq; Heracleon eos seruisse creaturæ, non ei, qui in ueritate creator erat, qui est Christus, quandoquidem omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Etenim pater taleis quærit, qui ipsum adorarent: si quærit pater, per filium quærit, qui uenit ad quærendum, & seruandum quod perierat: quos purificans, & erudiens ratione, & sanis dogmatibus præparat esse uerос adoratores. Perisse autem Heracleon (inquit) in profunda materia erroris rem familiarem patri, quæ quæritur, ut à familiaribus adoretur, itaque hunc quidem sermonem si intellexisset de ouium perditione, & de filio, qui à patre deciderit, saltim admisissemus ipsius enarrationem: sed nescio quid tandem apertè doceant de perditione spiritualis naturæ qui ipsum sequuntur fabulantes, & nihil apertum nos docentes de seculis, uel temporibus, quæ fuere ante ipsam perditionem: neq; enim manifestare ualent rationem suam: hanc ob causam prætermisimus ipsos sponte, tantùm dubij.

Ioan. x

Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, spiritu, & ueritate adorare.

C Vm multi multa de Deo, deq; eius essentia enunciarint, adeo ut quidam illũ corporeæ, & tenuis, & cœlestis naturæ dixerint, alij incorporeæ, rursum

Universidad de Deusto
Biblioteca

alij Deum has naturas transcendere dixerint potentia, & excellentia essentiæ suæ, operæprecium est ut uideamus an à scripturis diuinis habeamus causas ad dicendum aliquid de Dei essentia. Atq; hoc quidem in loco dicitur quasi essentia eius esse spiritus.
Hebr. 13 Spiritus est Deus, inquit, in lege uerò ignis dicitur. Scriptũ est enim: Deus noster ignis
1. Ioan. 2 cõsumens est, apud Ioanẽ uerò lux. Deus enim inquit lux est, & tenebræ in eo nõ sunt ullæ. Si ergo simplicius hæc intellexerimus, nihil præter lexim perscrutantes, occasionem habebimus dicendi Deum esse corpus, cum interim, quæ nos sequantur absurda hoc dicentes uulgarium non sit cernere: quia pauci differuerint de corporũ natura, & maximè de his corporibus, quæ ornantur ratione, & prouidentia: quanquam generali sermone dicant prouidentem, & prospicientẽ eiusdẽ essentiæ esse cũ his, quibus prospicitur: perfectũ tamen, & diuersum ab eo, cui prospicitur. Admiserunt aũt, quæ repugnabant rationi ipsorũ absurda, qui uolunt Deum esse corpus, quia non ualerent contra eos, qui euidenter, & rationabiliter pugnabant, resistere: quæ dico excipiendo eos, qui quintam naturam corporũ, præter elementa esse dicunt, quod si omne corpus materiale, naturam habet propria ratione sine qualitate existens, uertibilem aũt, & alterabilem, & per omnia mutabilem, & qualitates capientẽ, quas illi mundi opifex imprimere uoluerit, etiam necesse est Deum materialem existentem, uertibilem esse, & alterabilem, & mutabilem, & illos quidem non pudet dicere Deum corruptibilẽ esse, corpus cum sit, sed corpus spirituale, & cœleste, præcipuè secundum principatum ipsius: corruptibilisq; cum sit, iccirco eum non corrumpi, quòd non habeat corrumpentem. At nos eò quod non uideamus consequentia, si corpus eum dixerimus, & per scripturam tale corpus, nempe spiritum, & ignem consumentem, & lucem, quæ necessariò hanc opinionem sequantur, absurda non admittentes, erubescamus ueluti fatui dicentes contra aperta, & euidentia. Omnis enim ignis opus habens ut alatur, corruptibilis est, & omnis spiritus (si simpliciter intelligamus spiritũ) corpus cum sit, accipit, quod ad suam naturam attinet, mutationem in rem crassiorem: ergo his fiet, ut uel seruantes uerba, tot absurda, & inexplicabilia de Deo admittamus, uel eadem uia incedendum est, quemadmodum etiam in pluribus faciemus: exquirendumq;, quid innui, & declarari possit cum Deus, dicitur spiritus, uel ignis, uel lux. Ac principiò dicendum est ut oculos, & palpebras, & aures, & manus, & brachia, atq; etiam alas, & pedes, scripta de Deo inuenientes, transmutamus quæ scripta fuerint in allegoriam, spretis his, qui Deo similem hominibus formam attribuunt, hocq; iure facimus, sic etiã nobis idẽ faciendum esse, in prædictis nominibus: ac profectò id liquet ex re, quæ uidetur nobis magis in usu esse. Deus enim iux est secundum Ioannẽ, & tenebræ in eo non sunt ullæ: quomodo autem lux ipse intelligendus sit pro uirili cordatius consideremus: dupliciter lux dicitur tùm corporaliter, tùm spiritualiter, hoc est, quę mente cernitur, & ut scripturæ dicerent, quæ sub uisum nõ cadit, seu ut gentiles, incorporea, & corporalis sanè lucis manifestum exemplum est illud his, qui hanc scripturam accipiunt: omnibus aũt filijs Israel erat lux in omnibus, in quibus uersabantur. Spiritualis uerò exemplum est
Os. 10 apud quendam prophetam ex duodecim. Seminate uobis ipsis iustitiam, uindemiate fructum uitæ, illuminate uobis ipsis lumen cognitionis. Rursus similiter per comparationem, & proportionem bifariam dicentur tenebræ: quarum, quæ communius dicun-
Gen. 1 tur, exemplum est illud. & uocauit Deus lucem, diem, & tenebras uocauit noctem: tenebrarum uerò intelligibilium hoc est exemplum: populus qui sedebat in tenebris, &
Esa. 9 umbra mortis, uidit lucem magnam. His sic habentibus dignum est cernere, quid nobis conueniat intelligere de Deo, cum lux dicitur, in qua nullæ sunt tenebræ. Vtrum
Psal. 12 Deus lux est illuminans corporeos oculos, an intelligibiles? de quibus, & propheta dicit. Illumina oculos meos, ne unquã obdormiã in morte, existimo aũt apertũ cuicunq; esse nos haudquaquã dicturos, Deũ solis officium facere, si alij cedat munus illustrãdi eorum oculos, qui dormituri non sunt in morte: ergo illuminat Deus eorum mẽtem, quos dignos iudicat propria illuminatione: quòd si mentis est illustrator, iuxta illud,
Psal. 26 quod dicitur, Dominus illuminatio mea, necesse est ipsum, qui mẽte cernitur, qui sub uisum nõ cadit, qui est expers corporis, ipsius mentis, quæ sub uisum nõ cadit, lucẽ esse corpore carentem, q̃ Deus ignis consumens dictus nequaquam corporalis ignis esse uideatur,

uideatur, qui consumat corpora ueluti ligna, fœnum, stipulam, sed si cernãtur in nobis ligna, fœnum, stipula, sit Deus noster ignis, talis materiæ cõsumptor, qui dicitur ignis consumens: decetq; profectò, Dominum talia consumere, delerecq; peiora: quo facto dolores arbitror, laboresq; oriri nullo corporeo tactu circa principatus, & parteis animæ præstantissimas, ubi structura fuerit digna, quæ consumetur. Lux ergo Deus nominatur, translatione sumpta à luce corporea ad inuisibilem, & incorpoream lucem, sic dictus propter uim illuminandi oculos intelligibiles. Appellatur etiam ignis consumens consideratione habita ab eo igne, qui est corporeus, & consumptor talis materiæ. Simile quiddam mihi uidetur esse Deus, cum spiritus dicitur. quoniam enim uiuificatione eam, quæ media est, & quę communiori uocabulo uita appellatur, dicta etiam corporalis flatus uitæ spiritus nostri, uidentes uiuificamur à spiritu, inde sumptum fusse arbitror, ut Deus ducens nos ad uitam ueram spiritus dicatur. Spiritus enim, more sacræ scripturæ, dicitur id, quod uiuificat, non ea uiuificatione, quæ est media, sed diuiniori: etenim litera occidit, & ingenerat mortem, non eam, quæ est separatio corporis ab anima, sed mortem, quæ animam à Deo, & Domino suo, & sancto spiritu separat. Vide igitur, ne fortè illud: Auferes spiritũ ab eis, & deficient: & illud Emittes spiritum
Psal. 103 tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ, melius exponeremus de diuino spiritu: existimantes, quòd qui priuatur diuino spiritu, terrenus efficiatur, cum contrà qui aptum seipsum fecerit ad susceptionem ipsius, & eum acceperit, renouetur, & denuo creetur. Huiusmodi quiddam est illud: insuf flauit in faciem eius flatum uitæ, & factus
Gen. 1 est homo in animam uiuentem: adeò, ut & inspirationem, & flatum uitæ, & uitam animæ spiritualiter intelligamus. Quoniam autem uis prædicta nacta animã sancti, quasi domunculam aptam, seipsam exhibet ad permanendum, ut ita loquar, in ea, & propter hoc illud scriptum esse etiam existimandum est: Inhabitabo in eis, & deambulabo inter ipsos, & ero illis Deus, & ipsi erunt mihi populus: multa sanè exercitatione egemus, ut perfecti, & exercitati in his, quæ Paulus uocat sensoria, dijudicare possimus bona, & mala, uera, & falsa: uidereq; intelligibilia, quò diligentius, & ut Deo magis est
decẽs, iuxta uireis humanæ naturæ, intelligere possimus, quomodo Deus sit lux, quo-
3. Reg. 19 modo ignis, quomodo spiritus. Quin in Reg. tertio talia quædam de Deo suggerit Domini spiritus, ad Heliam factus: dixit enim: Egredietur cras, & stabit coram Domino in monte, & ecce præteribit Dominus, & uẽtus magnus, fortis, diffindens mõteis, et cõfringens petras coram Domino, at Dominus non est in uento: in alijs uerò exemplaribus inuenimus, in spiritu Domini post uentum illum commotio solùm: in cõmotione Dominus, & post commotionem ignis, neq; in igne Dominus, post ignem autem, uox auræ tenuis, & fortasse in quantis oporteat nos uersari pro cognoscendo, atque apprehendendo Domino, declaratur per hæc uerba, quę non est præsentis tempo-
ris enarrare. decuit aũt nos aliqua de Deo dicere, quisnam sit, uel de filio (nam patrẽ nemo agnouit, nisi filius) ut etiam nos, reuelãte filio, agnoscamus, quonã pacto Deus sit spiritus, & cõtendamus Deũ adorare spiritu uiuificante, non litera occidente, eũq; colere ueritate, non amplius figuris, & exemplaribus, perinde atq; angeli, qui non exemplaribus, & umbra cœlestium, Deo deseruiunt, sed rebus intelligibilibus, & supercœlestibus: summum illum sacerdotem secundum ordinẽ Melchisedech pro orantiũ, atq; egentium salute, habentes ducem cultus mystici, atq; ineffabilis uisionis. Sanè in ea uerba: Deus est spiritus, inquit Heracleon, immaculata, & pura, & inuisibilis est diuina ipsius natura. Sed hæc cũ dixerit, haud scio, an docuerit nos, quomodo Deus sit spiritus. Illud etiã, adorantes oportet adorare spiritu, & ueritate, ratus se declarare, inquit, pro dignitate eius, qui adoratur spiritualiter, non carnaliter. etenim ipsi eiusdẽ naturæ cum patre existentes, sunt spiritus, qui secundũ ueritatem, & non secundum errorem adorant, quemadmodũ & apostolus docet dicẽs: Rationabilẽ cultũ, talẽ Dei cultum. Sed annotabimus, an non ualde sit impium dicere: Quòd adorantes Deũ spiritu, & ueritate, eiusdem sint essentiæ cũ ingenita illa, & undequaq; beata natura, quos paulò ante dixerat Heracleon lapsos fuisse, cum Samaritidẽ diceret spiritualis existentem naturæ, meretricatam fuisse. Quòd si Heracleon, ac sui sequaces admiserint spiritualem naturã, quæ sit eiusdem essentiæ cum diuina, & undequaq; beata natura, ut ipsi tradunt,

meretri-

meretricari, prophana, & impia, & irreligiosa de Deo sequuntur rationem ipsorũ. ac ne sine periculo quidem conferri possunt hæc inter se, atq; imaginari, præsertim cum audiamus Seruatorem dicentem. quare qui misit me maior me est, nec tolerantem admittere oblatam sibi boni appellationem: propriam, & ueram, & perfectam, sed gratiosè admodum referentem eam ad patrem, cum increpatione illius, qui uolebat gloriscare filium, omnibus, quæ facta sunt, antecellentem cum spiritu sancto, non comparatione, sed exuberanti excellentia: quanta enim est doxologia filij antecellẽtis thronos, dominationes, principatus, potestates, atq; omne nomen, quod nominatur nõ solùm in hoc seculo, uerùm etiam in futuro? Dicit ei mulier.

Scio Messiam uenturum esse, qui dicitur Christus, cumque uenerit ille, annunciabit nobis omnia.

D Ignum est, ut uideamus, quonã pacto Samaritis nihil plus admittens, quàm quinq; Mosis libros, Christi aduentum expectat, ueluti tantùm à lege nunciatum: ac profectò consentaneũ est, eam futurum huius aduentũ speraſſe
Gen. 49 ex benedictione, quam ludæ Iacob dedit dicens. Iuda te laudabunt fratres tui: manus tuæ in ceruice hostium tuorũ: Genu flectent tibi filij patris tui, & post pauca, non deficiet dux de Iuda, & princeps de fœmoribus eius, donec uenerint reposita illi, & ipse
Num. 24 expectatio gentiũ. quin uerisimile est Samaritanos ex prophetijs Balaam idem speraſse: & ex hac præsertim. Egredietur homo ex semine eius, & dominabitur gẽtibus multis, & exaltabitur regnũ Gog, & regnũ eius augebitur: Deus deducet eũ ex Ægypto: gloria eius ueluti gloria Vnicornis: deuorabit genteis inimicorum suorum, & crasties illorum medulla priuabit, & iaculis suis inimicum impetet: decumbens requieuit, ut leo, & ut catulus leonis: quis excitabit eum? benedicentes te benedicentur, & exe-
Num. 24 crantes te, execrati sint. Quin in sequẽtibus etiã inquit ipse Balaã: apparebo illis, & nõ nunc beatificabo: & non approximat, exurget astrum ex Iacob, & exurget homo ex Israel, & uulnerabit. Duces Moab, & captiuos ducet omneis filios Seth, & erit Edom hæreditas. & erit hereditas Esau inimicus eius, & Israel fecit in fortitudine, et excitabit ex Iacob, & perdet seruatũ ex urbe. Inspicies uerò nũ forte Samaritanis quoq; compla-
Deut. 33 ceat ut Mosis benedictio ad Iudã, referatur ad Christũ, sic habens. Exaudi Domine uocem Iuda, & ad populum eius, quæso, uenias: manus eius simul iudicant eum, & adiutor sibi ab inimicis eius eris. Sed quoniam gloriãtur Samaritani de Patriarcha Ioseph,
Gen. 49 inspicio num fortè aliqui benedictionõ Iacob ad Ioseph, & benedictionem Mosis ac-
Deut. 33 cipiant dici de Christi aduentu. poterit autem quisquis uoluerit ex ipsa scriptura sumere uerba: quin Seruator ipse sciens Mosen multa de Messiæ prophetia scripsisse, ad iu-
Ioan. 5 dæos inquit. Si Mosi crederetis, crederetis etiam mihi, de me enim ille scripsit. quamobrẽ quàmplurima inuenire licet scripta in lege tùm typice apertè, tùm obscure, quæ referantur ad Christum. Apertiora uerò alia, & manifestiora præter hæc, ego in præsentia non uideo. Messias quidem lingua Hebræorum dicitur, quod septuaginta interpretati sunt, Christus, Aquilas uerò unctus. Intuendum, & illud cum uenerit ille, renunciabit uobis omnem ueritatem. Vtrum ex traditione id dixerit Samaritis, an ex lege: nec sanè ignorandũ est, ut Iesus seipsum nõ solùm esse ex Iudæis Messiam diceret, & demonstrabat, sic Dositheum etiã quendam extitisse ex Samaritanis, qui seipsum dicebat Messiam prophetatũ, à quo usq; nũc Dositheini sunt, libros Dosithei circũferentes, & fabulas quasdã enarrantes de eo, perinde quasi ille nõ perierit, sed alicubi in hac uita degat, & hæc quidem, quòd ad lectionis seriem attinet. Quin etiam diuersæ sectæ mulier apud fontem Iacob, quem puteum putabat, quem mente suspicatur esse perfectiorem, λόγον, id est sermonem, hunc Christum nominans inquit. Cum uenerit ille, annunciabit nobis omnia, præsens autem cum esset ille, qui, & expectabatur, & sperabatur: ille ego sum: qui tecum loquor, inquit. Sed uide quid Heracleon dicat. inquit enim. expectabat ecclesia Christum, & persuasa erat de eo, quòd solus ille omnia nouit. Dicit

illud Iesus, ego sum, qui loquor tecum, & interim uenerunt discipuli eius, mirabanturque quod cum muliere loqueretur: nemo tamen dixit, quid quæris, aut cur loqueris cum ea?

I Nquirere debemus sicubi Christus euãgelizauit seipsũ, locaq; inter se cõferre, ueluti: Ego sum qui de me ipso testimoniũ fero, et testatur de me, qui misit me, pater. & illud Si crederetis Mosi, crederetis etiã mihi, de me enim ille scripsit, & si quid horũ simile dictũ est in aliquo euangelio. Veruntamẽ quod ad lectionis seriẽ attinet, ab ipso hinc discimus, quòd mansuetus, quòd mitis, & humilis cor de sit, talibus de rebus disserere non spernens cũ muliere aquã gerẽte, & ob multã pauper tatẽ ex urbe egressa, ac laborante in hauriẽda aqua. Ac profectò mirantur discipuli superuenientes, qui præuiderant magnitudinem diuinitatis in ipso, miranturq;, quomodo tantus cum muliere loqueretur, sed nos iactantia, ac superbia ducti simplices despicimus, obliti illud singulatim ad quemuis hominem pertinere: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & memoria non repetentes fingentem in utero, & fingentem singulatim corda hominum omnium, & intelligẽtem in omnia opera eorum, non agnoscimus, quòd abiectorum, & paruulorum Deus est auxiliator, Psal. 33 & susceptor infirmorum, succurrens desperantibus, & eos, qui deplorati sunt seruans. Vtitur autem hac muliere ueluti apostola ad eos, qui erant in urbe, in tantùm eam sermonibus inflammans, ut dimissa hydria sua mulier abierit in ciuitatem, dixeritq; hominibus. Venite, & uidete hominem, qui dixit mihi omnia, quæcunq; feci. an hic est ille Christus? tunc ex urbe exierunt, & uenerunt ad ipsum: mulierẽ hanc non post habens apertissimè, seipsum ostẽdit sermo Dei filius, adeò ut cum uenissent apostoli, mirarentur, si cum hac fœmella, & quæ facilè decipi posset, dignaretur colloqui sermo filius Dei. Attamen omnia præclarè fieri à sermone persuasi discipuli, non increpant Iesum, nec dubitant de disputatione eius cum Samaritide, uel de Samaritidis collocutione cũ Iesu: fortassis uerò etiam obstupuerant de multa bonitate filij Dei condescendentis, animæ spernenti Syon, & spem in montem Samariæ habenti: quam ob causam scriptum est: mirabãtur, quòd cum muliere loqueretur. Heracleon uerò in ea uerba, Ego sum qui loquor tibi, inquit, Samaritidi, quoniam persuasa fuerat, Christum, cũ uenisset, omnia illi annunciaturum, dicere Iesum hæc uerba: quem tu expectas. Inquit etiã Heracleon, uenerunt ad eum discipuli, quorum causa uenerat in Samariam. at quonam pacto discipulorum causa in Samariam uenerat, qui cum illo prius fuerant?

Reliquit, inquit, mulier hydriam suam, & ciuitatem adijt, & hominibus ait: agite, uidete uirum, qui dixit mihi omnia, quæcunq; feci: an hic est ille Christus?

N On frustra reor scripsisse euangelistã de dimissione hydriæ, quòd reliquerit illã mulier profecta ad urbẽ, ostendens (quod ad textum quidem attinet) studium maius, quàm pro Samaritide, ut quæ reliquerit hydriam, nõ sic corpus habens corporeum, & humile officium, ut multorum utilitatem: humanitate enim mota est, quæ uoluit ciuibus euãgelizare Christũ: ipsi testimoniũ dans, q; omnia, quæcunq; fecisset, sibi dixerit: inuitat autem ipsos ad uidendum hominem, habentem rationem, ac sermonem, longè homine præstantiorẽ. id enim quod de eo nostris oculis aspectabile erat, homo erat: quamobrẽ obliuiscamur & nos necesse est rerũ corporalium; hisq; omissis festinemus ad cõmunicandam alijs, quã participauerimus, utilitatẽ. Ad hoc nanq; inuitat euangelista laudem scribens mulieris prudenti lectori: sed ad altiorem intelligentiam intendendus est animus, quæ nam scilicet sit hydria, quam relinquit Samaritis, quę aliquo modo acceperat Iesu sermones, & fortasse uas aquæ nobilitatæ ob profunditatem doctrinæ, his rebus, quas antea curabat, spretis, reponit apud eum, qui uase longè præstantior est, cũ sumpsisset ex illa aqua, quæ iã in se facta fuerat principiũ fontis aquæ. quomodo enim si nõ particeps talis aquæ fuisset, quomodo inquam humanè Christum ciuibus prædicasset, admirans eũ sibi omnia, quæcunq; fecisset, renuntiantem, nisi particeps facta fuisset aquæ salutaris per ea uerba, quę audierat?

Rebec-

Rebecca sanè, & ipsa hydriam habens super humeros, antequàm Abrahæ filius finè lo
quendi faceret, in cogitatione egrediebatur uirgo specie peruenusta: quæ quoniam
non perinde, atq; Samaritis hæc hauriret, descendit ad fontem, & implet hydriam, eiq;
Gen. 24 ascendenti accurrens Abrahæ filius dixit. Potum præbe mihi quæso, nempe pauculũ
aquæ ex hydria tua. Quoniam igitur filius erat Abraam, contentus fuit uel tantulum
aquæ ex hydria Rebeccæ sumere: & festinauit Rebecca, & deposuit hydriam super hu
meros suos: potum illi præbens, donec cessaret à bibendo. quoniam igitur laudabilis
erat Rebeccæ hydria, non relinquitur à Rebecca, sed Samaritidis hydria relinquitur,
hora existente sexta. Hoc igitur in loco mulier annunciat Christum, in fine uerò euan
geliorum, resurrectionem Seruatoris enarrat apostolis mulier, ante omnes ipsum con
spicata. Sed neq; huic, tanquam quæ renunciarit perfectionem fidei, gratiæ à Samari
tanis habentur dicentibus, non amplius propter loquelam tuam credimus: ipse enim
audiuimus hunc esse uerè Seruatorem mundi, neq; illi conceduntur primitiæ tangen
Ioan. 20 di Christum, dicentem ei: noli me rangere: quia Thomas auditurus erat, affer digitum
tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum. Omnia
autem erant, quæ fecit mulier, consuetudo cum quinq; uiris, & post hos condescensio
ad sextum, qui legitimus uir non erat, quem cum negasset, hydriamq; reliquisset, hone
stè in septimum requiescit, quæ etiam in causa fuit, ut illi è ciuitate exirent, & uenirent,
ad Iesum. Magna autem obseruatione Iesum rogant Samaritani in sequentibus, non ut
maneat in ciuitate, sed apud ipsos, hoc est, ut sit in principatu eorum, animæ parte præ
stantissima: nam fortasse nequibat Iesus in ciuitate eorum manere, quandoquidem e
tiam ipsi ex ciuitate exierant, optimè facientes, & uenerant ad eum. Quòd autem hu
iuscemodi quædam innuantur, causas nobis præbente euangelista accuratissimè ad
sensum anagogicum, hoc est ad sublimiorem intelligentiam, ex his uerbis dijudican
dum est. Primum quidem scriptum est. exierunt ex ciuitate, & uenerũt ad eum, & post
pauca, ex ciuitate autem illa multi Samaritanorum crediderunt in eum, propter sermo
nem mulieris, quæ testificabatur dicens. Iesus dixit mihi omnia, quæcunq; feci. ut ergo
uenerunt ad eum Samaritæ rogauerunt eum, ut maneret apud ipsos. Igitur prius, cum
ex ciuitate ad eum uenissent, etiam denuo uenerunt ad eum, Samaritæ, adhuc existen
tem apud fontem Iacob, nec enim inde discesserat, & rogauerunt eũ, ut maneret apud
ipsos: Nec scriptum est postea, quòd ingressus sit ciuitatem, sed mansit ibi duos dies.
Quin etiam in sequentibus non dictum est, post duos uerò dies exiuit ex ciuitate, sed
scriptum est, exiuit inde: quantum enim ad intelligentiam pertinet, omnis œconomia
utilitatis erga Samaritanos facta est apud fontem Iacob. Porrò Heracleon hydriam el
se existimat dispositionem, & notionem susceptiuam uitæ, atq; etiam eius potẽtiæ, quę
à Seruatore est: quam relinquens inquit apud ipsum, hoc est habens apud Seruatorem
tale uas, in quo ad sumendam uiuam aquam uenerat, reuersa est in mundum, nuncians
uoce præsentiam, & aduentum Christi: per spiritum enim, & à spiritu anima ad Serua
torem adducitur. Igitur considera, laudabilis ne esse possit hæc hydria, quæ omninò re
linquitur. dimisit enim, inquit, hydriam suam mulier: non enim additur, quòd dimise
rit eam apud Seruatorem. Sed quomodo non absurdum erit eam, quæ disseruisset, di
spositionem, & notionem susceptiuam uitæ, & potentiæ, à Seruatore manantẽ, & uas,
in quo uenerat, ut acciperet aquam uiuam, abijsse in mundum sine his, ut euangeliza
ret uoce Christi aduentum, & præsentiam? quomodo etiam hæc spiritualis post tot ser
mones persuasa clarè non est de Christo, sed, inquit, an hic est ille Christus? quin & il
lud, exierunt è ciuitate, exposuit pro prima eorum conuersione, quæ mundana erat, & uenerunt per fidem, inquit, ad Seruatorem. sed ei respondendum est quomodo manet duos dies? apud ipsos? non enim obseruauit, quod nos proposuimus, scriptum scilicet non esse, eum duos dies in ciuitate mansisse.

QVIN-

Interim rogabant eum discipuli dicentes, Rabbi comede.

P Ost œconomiam potus, & post doctrinam diuersitatis aquarum, consequens erat inscribi, quæ ad cibum pertinebant. Samaritis itaq; cum rogaretur potum, dubitat propter eum, qui petierat, neq; enim poterat dare Iesu dignum illo potum, num se iussam aquam porrigere, uellet Iesus beneficio afficere p hũc potũ. Decebat igitẽ à Samaritide. * Porrò discipuli, qui ciuitatẽ adierant, ut cibos emerent, cum eos apud homines diuersæ sectæ ex animi sententia inuenissent, nempe sermones quosdã conuenientes, dicũt illi, comede, tempus illud idoneum rati, ut Iesus comederet, in quo mulier ciuitatẽ petierat, uenturiq; erant ad eum Samaritani, cum alioqui cibum coram ullo hospite illi non apposuissent. Ac fortassis futurum erat, uti Samaritis conturbaretur, si uidisset discipulos magistro apponere uolentes cibaria, quæ uel in Samaria emissent, uel emisse uerisimile esset: neq; meritò corã Samaritanis uolentibus suam ipsorum derelinquere ciuitatem dixissent, Rabbi comede, ideo bene additũ est, interim rogabant eũ discipuli, dicentes. Rabbi manduca: sed quam ob causam scriptum sit, rogabant ipsum, & nõ dicebant illi, dignum est cernere: simplicius enim scriptum fuisset: interim dicebant ei discipuli. Rabbi comede, proinde rogare, ut comedat, & supplicare eum, & precari, fortassis aliquid innuit ante supplicationem, atq; etiam interdum post supplicationẽ. Vide uerò, ne fortè uereantur discipuli, ne sermo Dei filius proprijs alitus sit, uel fortificatus cibis, & ideo orent eum, comedere inuentos cibos. His enim quæ inueniunt discipuli, semper nutrire λόγον uolunt, ut fortificatus, & ualidus, & corroboratus, diutius assideat ipsum nutrientibus: uicissim nutriens apponentes illi cibos. Hanc ob causam iubet stare ad ostium, & pulsare, ut si quis ostium aperuerit, ingrediatur ad eum, & cœnet cum illo, ut postea conuiuator possit uicissim conuiuio excipi à λόγῳ, qui apud illum cœnauerit. Sanè Heracleon, inquit, discipulos uoluisse cum Iesu communicare, quæ emissent, atq; à Samaria attulissent. At ipse dixit eis.

Ego cibum habeo comedere, quem uos nescitis.

I Dquod sibi sufficit, non eget cibo, proinde quod cibo eget, non sibi sufficit. Hinc perspicuum est comedentem comedere, non quia non egeat, sed quia egeat: & ualde egeat, & corpora quidẽ, qa natura fluxibilia sunt, nutriuntur cibo replente locũ eorũ, quæ defluunt, sed quæ ipso corpore præstantiora sunt, nutriũtur intelligentijs incorporeis, & sermonibus, actionibusq; sanis: non φ ad nõ esse dissoluerẽtur, nisi nutrirentur, neq; enim corpora hæc, quæ nõ nutriuntur, ad nõ esse dissoluuntur, sed φ quæ excellentioris sunt naturæ, q̃ corpora, perdant esse talia, si talibus non nutriantur. Vt aũt corpora, quæ cibo egent, non his alũtur cibis, qui à qualitatibus procedunt, neq; eadẽ ciborũ quantitas omnibus sufficit, sic etiã intelligamus oportet de his, quæ sunt meliora, & præstantiora corporibus: inter hæc enim ali qua copiosiore, aliqua minore cibo egent, tanquàm quæ eandẽ mensuram non capiãt. sed neq; qualitas sermonũ, & conceptuũ in contẽplatione, qui sunt actiones his cõuenientes, eadẽ cõgruit omnibus animabus. Quin etiam holus, & cibus solidus nõ eodẽ tẽpore eos nutriunt, qui ex ipsis fructũ aliquẽ percepturi sunt: nam infantes recens nati, ut inquit Petrus, lac doli nesciũ, idq; animi, nõ corporis desiderãt: idq; etiã desideret, 1. Pet. 2
siquis infantiam Corinthiorum habet, ad quos inquit Paulus, Lactis uos potu aluí, & 1. Cor. 3
non cibo: infirmus uerò, eò quòd non credat, holera comedit, ac profectò melius est Rom. 14
aliquando holera cum pace comedere, quàm uitulum cum inimicitia, & odio: perfectorum uerò est solidus cibus, nempe eorum, qui per lectionem exercitata habent sensoria ad cognoscendum tùm bonum, tùm malum, est etiam quidam cibus mortificus, quem discimus ex quarto Reg. dicentibus quibusdam ad Helisæum: Mors est in lebe 4. Reg. 4
te, ô homo Dei: quin etiam est alius earum animarum, quæ rationis non sunt compotes, cibus herbarius, & alius fœnum, & stipula: quæ significantur per ea Psaltæ uerba.

Esai. 23 Dominus pascet me, & nihil mihi deerit, in locum herbæ uirentis accubare me fecit: super aquam refocillationem prębentem nutriuit me. Atq; etiam Esaias ait. Leo ut bos
Esa. 11 paleas comedit: quin etiam fœnum iumentis in domo Rebeccæ Abrahæ filiæ apponunt. Quòd si quis rationabilior fuerit, & hanc etiam ob causam intelligibilis homo panem intelligibilem manducat, quemadmodum scriptum est in psalmis. Panis confortat cor hominis, & uino intelligibili non alius, quàm homo oblectatur, sed ratione ascendamus necesse est à rationibus, & ab hominibus usq; ad ipsos angelos, quandoquidem etiam ipsi nutriuntur sibi omninò non sufficientes, panem igitur angelorum manducauit homo, beatusq; sanè Abraã, qui tribus illis, qui sibi apparuerunt, apponere potuit azyma subcineritia. Sed rursus eò redeat, unde defluxerat oratio: nimirum ad
Ioan. 4 sermonem de cibo Christi, quem discipuli non nouerunt: uerè enim dicit Iesus: Ego habeo cibum manducare, quem uos nescitis, quod enim agebat Iesus, uoluntatem patris, à quo missus fuerat, faciens, & perficiens illius opus, hoc discipuli non norant. Verùm, ut apertius intelligantur ea uerba, ego habeo cibum manducare, quem uos nescitis, loquatur Paulus. Corinthijs lacte opus habentibus, non solido cibo, qui etiam lac biberant, non cibum, eò quòd cibi participes esse non possent, his inquã loquatur Paulus, ego habeo cibum manducare, quem uos nescitis: semperq; profectò qui præstat deterioribus, hisq;, qui uidere nequeant ea, quæ uident præstantiores, dicet: ego cibũ habeo manducare, quem uos nescitis. Nec sanè absurdum erit, si dixerimus non solùm homines, & angelos indigere cibis intelligibilibus, uerùm etiam ipsum Dei Christum: nanq; ipse etiam (ut ita dicam) semper instruitur à patre, qui nullius eget sibi sufficiens. Sumit autem cibos uulgus discentium à discipulis Iesu, qui iubentur turbis apponere, Iesu uerò discipuli ab ipso Iesu: ueruntamen interdum etiam à sanctis angelis: at filius Dei à solo patre cibos sumit, abiq; ullo mediatore. Itidem nõ absurdum erit, spiritũ sanctum nutriri, dicere. Proinde inquirenda est lectio scripturæ, quæ nos hoc edoceat, totum autem mysterium uocationis, & electionis, cibi sunt illius magnæ cœnæ.
Matt. 22 Homo enim (inquit) fecit cœnam magnam, cœnæq; tempore misit, qui uocarent inuitatos: relegendæq; sunt, omninò ex euangelijs parabolæ, quæ de cœnis loquuntur. Quin etiam per Esaiam promissiones habemus comedendi, & bibendi dicentem.
Esa. 26 Ecce serui mei comedunt, uos autem esurietis, ecce serui mei bibũt, uos autem sitietis. Ad hæc ipsum hominem ponit Deus apud Genesin in paradiso deliciarum, datis illi legibus, ut quædam comederet, quædam non comederet: mansurusq; erat immortalis homo, si ex omni ligno paradisi comedisset, præterquàm è ligno cognoscẽdi bonũ, &
Psal. 21 malum. Vide quæ in primo, & uigesimo Psalmis dicuntur de his, qui adorarunt, eo q; comederint. Comederunt enim, inquit, homines, et adorauerunt terram, propterea nõ interficiet Dominus fame animam iustam: sed quando iniusti efficimur, immittet famem super terram: non famem panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiendi uerbi Dei: quantò igitur magis proficimus, tantò meliora, ac plura comedimus, donec perueniamus ad id, ut eundem cibum comedamus cum filio Dei, quem in præsentia discipuli non norant. Hoc in loco nihil dixit Heracleon.

Dicebant igitur discipuli inter se, num aliquis attulit illi aliquid ad edendum.

Tiam si carnaliter retur Heracleõ hæc à discipulis dici, tanq; qui adhuc hum
Ioan. 4 repant, Samaritidẽ imitantes dicentẽ, neq; haustorium habes, & puteus altus est: dignum est, uti cernamus, nũ fortè aliquid diuinius uidentes discipuli di-
Ioan. 4 cant inter se, nũ quis attulit illi, quod ederet: fortassis enim rebantur potentiã aliquã angelicã attulisse illi, quod ederet, & fortassis idcirco docebant maiorẽ esse illũ cibũ, quẽ manducare habebat, qui erat, ut faceret uoluntatẽ eius, qui eum miserat, perficeretq; opus illius. Dicit illi Iesus, meus cibus est, ut faciã uoluntatẽ eius, qui misit me, patris, et perficiã illius opus. Decens cibus filio Dei, quãdo efficit uoluntatẽ paternã: hoc uelle in seipso faciens, quod est & in patre: ita ut uoluntas Dei sit in filij uoluntate immutabili à uoluntate patris: ne sint amplius duæ uoluntates sed uoluntas: quæ una uoluntas autor est filio Dei dicendi: ego, & pater unũ sumus: & hanc ob uoluntatẽ qui uidit filium,

lium, uidit etiam eum, qui misit ipsum. Ac decens profectò est, ut hunc in modũ efficiat uoluntatem patris à filio intelligamus: à qua uoluntate omnia, quæ sunt extra uolentẽ, bene facta fuerunt: quãdo nõ opus est, ut curiosi in indaganda uoluntate existimemus hoc esse facere uoluntatẽ illius, qui misit ipsum, dũ ipse filius aliqua, quæ sunt extra, faciat. Illud enim (dico aũt illud, quod extra uolentẽ) factũ seorsum à uolũtate prædicta, non est tota uoluntas patris: cũ alioquí tota uoluntas patris à filio sit effecta, cum uelle Dei natũ in filio faciat hæc, quæ uelit uolũtas Dei: solo filio faciẽte totã patris uolũtatẽ à parte perceptã: quam etiã ob causam imago ipsius est: id quod etiã de spiritu sancto considerandũ est. Cæterùm reliqui sancti nihil quidẽ faciẽt præter uoluntatẽ Dei, atq; omnia profectò, quæ facient, facient secundũ uoluntatẽ Dei, haud tamen ut tota Dei uoluntas imprimatur in eis. Quin hoc sanctũ prę illo sancto plus, atq; expressius perciet ex uoluntate paterna, cõparatione alterius, quo sancto rursus aliud sanctũ excellẽtius percipiet. At omnẽ, uniuersamq; Dei uolũtatẽ ille faciet, qui dixit, Meus cibus est, ut faciã uoluntatẽ eius, qui misit me, post hæc igitur aliquantò de Deo inquit gratiosè admodũ. Nihil potest filius accipere à seipso, nisi uiderit patrẽ aliquid facientẽ, quę enim pater facit, ea similiter filius facit: pater diligit filiũ, & omnia illi ostendit, quæ ipse facit, & fortassis hanc ob causam imago est Dei inuisibilis, etenim uoluntas, quæ in ipso est, imago est ueræ diuinitatis, imago etiã existens bonitatis patris, inquit: cur me uocas bonũ, & sanè uoluntas hæc cibus est filij Dei, atq; illi proprius, ideo cibus est, q; uoluntas est, quòd aũt uoluntas sit, quę pertinet ad dispositionẽ, declarat, qui subiũgitur, contextus. Secundò dicens, post executionem uoluntatis perfici opus Dei. Sed diutius considerandus est hic contextus, ut intelligamus hoc dictum, nempè perficiam opus ipsius. Atq; aliquis quidem simpliciter dicet iniunctum opus illius esse, qui iussit. Veluti si, uerbi gratia, diceremus eos, qui fabricant, quiq; terram arant, dicere se perficere opus illius, qui eos sumpsisset ad aliquod opus obeundũ, dum perficerent illud, cuius gratia assumpti fuerant: alius uerò dicturus est, si perficiatur opus Dei à Christo, liquere, hoc imperfectũ fuisse, antequàm perficeretur. Sed quomodo imperfectũ erat opus existens Dei? rursusq; quomodo perficitur Dei uolũtas ab eo, qui dixit, Qui misit me, maior me est, sed perfectio operis perfectio erat naturæ illius, quæ rationis est cõpos. Ad hanc enim naturam, quæ rationis est cõpos, imperfecta cũ esset, perficiendã uenit Sermo Dei filius factus caro, num ergo creatum est imperfectũ opus, & mittitur Seruator ad illud imperfectum perficiendum? sed quomodo nõ est absurdũ, si dixerimus patrem rei imperfectæ auctorẽ fuisse, Seruatorem uerò eam imperfectam, creatãq; imperfectam perfecisse? Igitur meo iudicio profundius aliquod mysterium hoc in loco repositum est: nam fortassis id, quod rationis est capax, tùm cum in paradiso positum fuit, imperfectum omninò non erat. Alioquin qui posuisset Deus rem imperfectam in paradiso, quę operaretur, & custodiret eũ? Nec enim consentaneũ est, uti imperfectus is dicatur, qui operari possit lignum uitæ, & omnia, quæ plantauerat Deus, & postea Deus eum inde extruserit: proinde uide, ne fortè perfectus cum esset homo, imperfectus sit factus ob inobedientiã, egueritq; aliquo, qui ipsum ab hac imperfectione liberaret? & hanc ob causam missus fuerit Seruator? primùm quidem, ut faceret uoluntatem eius, qui misit ipsum, operarius illius etiam hoc loco factus, deinde uerò, ut perfiret opus Dei, & unusquisq; factus perfectus assuesceret solido cibo, ac cũ sapientia consuetudinem haberet, perfectorum autem est solidus cibus, nempe eorum, qui per lectionem sensoria exercitata habent ad dijudicãdum, tùm bonum, tùm malum: Sapientiam, inquit, sapientiam loquimur inter perfectos: & cum unusquisq; nostrũ, qui opus Dei sumus, perfectus factus fuerit, dicet: bonũ certamen certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui: posthac reposita est mihi corona iustitiæ, nec solus homo lapsus est, cũ perfectus esset, ad imperfectum, sed filij etiam Dei, qui cum uidissent filias hominum pulchras esse, acceperunt sibi ex omnibus, quas elegissent: & generatim omnes, qui deseruerunt propriã habitationẽ, & non seruauerunt suum ipsorum principium. Nec dicẽs principium, principatum dico, qui comparatur potestati, sed principium dico, quod fini opponitur, quodq; cum primo coniunctum est, ut quemadmodum homini principium essendi in paradiso fuit, finis uerò propter trãsgressionẽ fortassis in inferno deor-

Hebr. 5

2. Tim. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſum,uel in aliquo loco ſimili: ita ſingulis prolapſis datum ſit proprium quoddam prin
cipium,cæterum perficiens Ieſus opus Dei,dico autẽ quicquid rationis eſt capax,non
tãtum hominem,uno,eodemq; modo ipſum perficit: ſi quidem ea,quæ beatiora ſunt,
parentia ſermoni, & rationi, non egentia labore, ſolo ſermone,& ratione perficiũtur,
alia uerò nõ credentia ſermoni,& rationi, laboribus egent,ut poſt labores, rationibus
poſtea aliquando adducta,his perficiantur. Veruntamen hæc utraq;,ſcilicet patris ſui
uoluntatem facere,qui miſit illum,& opus illius perficere,unus,& proprius cibus Ieſu
ſunt.Heracleon per hæc uerba,meus cibus eſt,ut faciam uolũtatem eius, qui miſit me,
Seruatorem inquit enarrare diſcipulis id,cibum ſuum eſſe: quod loquebatur cum mu
liere:dicens patris uoluntatem:quę ipſius cibus,et requies,& potentia erat,ſanè patris
uoluntatem eſſe dicebat, ut homines patrem cognoſcerent,& ſeruarentur: quæ res e
rat opus Seruatoris: qui ipſius cauſa rei Samariam miſſus fuerat, hoc eſt in mundum.
Ipſum ergo cibum Ieſu,interpretatus eſt colloquium cũ Samaritide: id quod exiſtimo
apertè cuicũq; uideri,tùm abiectè, tùm coactè interpretatum fuiſſe, quomodo autem
uoluntas patris ſit cibus Seruatoris,quomodo etiã uolũtas patris ſit requies,apertè nõ
oſtendit. Loquitur enim alicubi Dominus, perinde quaſi non omnis uoluntas patris
ſit illius requies. Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte, ueruntamen non quod e
go uolo,ſed quod tu. Sed unde etiam habet, quòd potentia Seruatoris ſit Dei uolun
tas? Nonne uos dicitis, quòd adhuc menſes ſunt quatuor, & meſſis uenit? ecce dico
uobis:leuate oculos ueſtros,& uidete regiones iam albas eſſe ad meſſem: Contra eos,
qui exiſtimant ſimplicius hæc dicta fuiſſe dubia mouenda ſunt,ut perſuaſum habeant,
ſpiritualia,& nuda rebus ſub ſenſum cadentibus, & corporalibus, Seruatorem ſæpius
loquutum fuiſſe,ſi enim tempus,quando Ieſus hæc loquebatur,ante meſſem menſium
quatuor ſpatio erat,perſpicuum eſt hyemem fuiſſe (meſſis enim incipit fieri circa men
ſem qui apud hebræos Niſan appellatur,quando agitur paſcha,adeò ut aliquoties azy
ma faciant Iudæi ex nouo frumento) ſed eſto illo menſe non eſſe meſſem, ſed in meſe
poſt illum proximè ſequente, qui apud eos appellatur etiã hoc tẽpore illius mẽſis, qui
hyems ſumma eſt. Cũ igitur oſtenderimus, cũ hæc diceret Ieſus,tẽpus nõ fuiſſe meſſis,
nec exiſtentis,nec proximæ fini,demonſtratum nobis erit id,de quo agitur. Obſeruan
dum itaq; eſt poſt œconomiam,quæ facta fuit in Cana Galilææ circa mutationẽ aquæ
in uinum,deſcẽdiſſe dici Dominũ Capharnaum, cumq; ipſo matrem eius,& fratres, et
diſcipulos:ubi manſerit nõ multos dies: fuiſſeq; in propinquo paſcha Iudæorũ,& Hie
roſolymã aſcendiſſe Ieſum,cũ omneis in tẽplo inuẽtos uẽdentes boues, & oues,& co
lumbas, & cætera, quæ ſcripta ſunt, facto flagello è funiculis, eiecit è templo, dictisq;
quibuſdam ad Nicodemum, poſtea uenisſe ipſum, & diſcipulos eius in terram Iudæ
am,& illic commoratum fuiſſe eum eis,& baptizaſſe,quantum igitur temporis pone
mus eum in Iudæa conſumpſiſſe baptizantem poſt paſcha:non enim apertè ſcriptum
eſt:& apparet eò quòd cognouerint Phariſæi,Ieſum plureis diſcipulos facere,& bapti
zare,quàm Ioannes, Ieſum Iudæã reliquiſſe, profectumq; in Galilęam, cum oporteret
eum tranſire per Samariam,ueniſſe ad fontem Iacob,ubi inquit hæc uerba:non ne uos
dicitis,quòd adhuc quatuor ſunt menſes,& meſſis uenit? Ecce dico uobis,leuate ocu
los ueſtros,& uidete regiones iam albas eſſe ad meſſem. Quòd ſi quis exiſtimat pluri
mum menſium tempus conſumpſiſſe Ieſum poſt paſcha in Iudæa baptizantem cum
diſcipulis ſuis,adeo ut iam inſtaret tempus,quod erat ante quartũ menſem meſſis: ad
iungendũ eſt illi,quòd duos dies cum manſiſſet illic apud Samaritanos,poſt hos exie
rit in Galilæã:ſcriptũq; eſſe, q (perinde quaſi nuper paſchate facto, rebusq; quas ipſe
egerat Hieroſolymis) cũ ueniſſet in Galilæam, exceperint illum Galilæi, qui uiderãt
quæcunq; Hieroſolymis feciſſet in die feſto. Venerant enim etiã ipſi ad diem feſtum,
ſed probabile eſt aliquẽ ad hæc dicturum, nihil obſtare plurimum temporis eum in Iu
dæa commoratum ueniſſe ad fontem Iacob, abeuntẽ in Galilæã,quando dixit adhuc
quatuor menſes ſunt ad meſſem, nec quicquam abſurdi eſſe Galilæos eum excepiſſe
propter ea,quæ in præcedẽtibus mẽſibus ipſe Hieroſolymis egiſſet: ſed reſpondendũ
eſt illis q profectus in Galilæã uenerit Canam ciuitatem Galilææ,ubi antea fecerat ex
aqua uinũ,ubi etiam Reguli filium ægrotantem in Capharnao curauit: patri ipſius di-

cens:filius tuus uiuit: & poſtea, hic erat dies feſtus Iudæorũ,& aſcendit Ieſus Hieroſo
lymam,quando paralyticum octo, & triginta annos habentẽ ſe in infirmitate curauit.
An uerò hic dies feſtus,paſchatis erat,nõ additur enim nomen eius. Vrget aũt ſequẽs
hiſtoria, & maximè quod poſt pauca ſubiungitur, proximus erat dies feſtus Iudęorũ
Scenopegia.His igitur diutius examinatis, conſequens eſt diſpicienti profundius ſen
ſum ſcripturarum quærere,quid cogitans Ieſus diſcipulis dixerit.

Nonne uos dicitis,quòd adhuc quatuor menſes ſunt,& meſſis uenit? Ecce dico uo
bis,leuate oculos ueſtros,& uidete regiones albas eſſe iam ad meſſem.

Vemadmodũ autem dicebamus aquas accuratè examinantes in ſermone
Samaritidis, ita hoc etiam loco faciemus. quis enim iam non ſit faſſurus di
ctum hoc: Leuate oculos ueſtros,& uidete regiones albas eſſe ad meſſem,
ſpirituale eſſe,nudumq; his rebus,quæ ſenſu percipiuntur? cui conſequens etiam erit,
uti dicant diſcipuli poſt quatuor menſes futurã meſſem colligentiũ fructus, quantũ ad
ſuum intellectũ in meſſem, quæ oſtendebatur à Ieſu, exiſtimamus ergo in his diſcipu
lorum uerbis,quatuor menſes ſunt,& meſſis uenit,talẽ ineſſe ſenſum. Cõplures diſci
pulorũ τὸ λόγῳ, hoc eſt filij Dei, conſiderantes difficiliorẽ eſſe ueritatem,quàm quæ ab
humana natura percipi facilè poſſit, cũ diſſeruerũt de ea uita, quæ eſt altera à præſenti,
defatigati in apprehendendo fine earũ rerũ,quæ in præſenti uita quæruntur,ueritatem
ſe apprehenſuros exiſtimant,cum quatuor elementa tranſcenderint:cũ quibus cogna
tionem habent,proinde dicunt diſcipuli,meſſem,quæ iuxta Domini uocẽ eſt conſum
matio curantium, & conuehentium opera ueritatis, fieri poſt inſtantem quaternitatẽ.
Porrò menſium nomen conuenienter ſermoni corporeo de meſſe ſumptũ eſt. Nec e
nim dicere oportebat,non ne uos dicitis,quòd adhuc quatuor dies ſunt, & meſſis ue
nit,uel ad huc quatuor anni, & meſſis uenit: idq; potiſſimum,quoniam filius Dei uul
gum,& corpori deditos uelit latere: & myſticũ celans, & id quod ſimplicius eſt, oſten
dens, ut aperti eſſe exiſtimentur ſermones à Seruatore prolati: uel fortaſſis diſcipulo
rum uoluntas dicentium, adhuc ſunt quatuor menſes, & meſſis uenit, talis eſt. Qua
tuor ſunt ſphæræ quatuor elementorum, quæ ſubiectæ ſunt naturæ cœleſti, in medio
quidem, & maximè infernè ſphæra eſt terræ: circa hanc eſt ſphæra aquæ: tertia eſt ae
ris,quarta ignis:poſt quam ſphæra lunæ,& cæterarum.Notemus etiam, ne fortè diſci
puli exiſtiment,eos ueritatem percepturos,qui hinc inſtructi diſceſſerint,& prope pu
riorem eſſentiam peruenerint,quando poſſit quis non corruptus peccato ignis etiam
ſphęram tranſire,quæ quidem ignis ſphæra materia eſt uniuerſi in * Hanc
opinionem,ceu non ſanam,redarguens ſermo ille caro factus ad eos, qui talia credũt,
inquit:Non ne uos dicitis, quòd quatuor menſes ſunt, & meſſis uenit? Ecce dico uo
bis, leuate oculos ueſtros, & uidete regiones iam albas ad meſſem. Facile factu non
eſſe certè nobis uidetur, non de ſpiritus meſſe eum in his diſſerere, quandoquidem,
ſententia eorum,qui ſimplicius exponunt uera loquentes diſcipulos obiurgat Domi
nus exiſtimantes, ut hi putant, poſt quartum menſem uenturam meſſem, quam in ſu
perioribus propoſuimus,non admodum poſſe poſt quartum menſem conſiſtere: Ali
oquin diſcipulorum etiam opinionem ferè corrigens,inquit. Non ne uos hoc dicitis?
at ego hoc dico. Ad hæc quomodo abſurdum non eſt allegoricè palàm in omnibus
non explicare hoc dictum,Leuate oculos ueſtros, & hoc, Videte regiones iam albas
ad meſſem eſſe,in eo uerò,quod ante hoc poſitum eſt,nempe: Nõ ne uos dicitis,quòd
adhuc menſes quatuor ſunt, & meſſis uenit, idem faciendum non cenſere? Attamen
Heracleon, non ſecus atque multi, literæ affidet, ratus eam anagogicum ſenſum non
recipere:inquit ergo:Ieſum loqui de meſſe eorum,quæ generantur,perinde quaſi hæc
meſſis,ſpatium quatuor menſium determinatum habeat, quam ipſe dicebat iam inſta
re.Nec ſcio,quo pacto etiam meſſem interpretatus ſit de anima credentium, dicẽs eos
iam maturos,& paratos ad meſſem eſſe, atq; etiam idoneos, qui inducantur in horreũ,
hoc eſt per fidem in quietem,ſi tamen ſint parati,nec enim omnes parati ſunt: nam ani
marum aliquæ paratæ fuerant,inquit, aliquæ erant ſe pręparaturę, nempe illę animę:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& aliquæ quidem iam seminantur: aliquæ uerò seminandæ sunt: hæc quidem ille. Sed nescio an ipse ostendere possit, quomodo discipuli eleuãtes oculos uidere possint animas iam idoneas existentes (ut putat) ut in horreũ inducantur, quin etiã quomodo de animabus uerũ est hoc: Alius qui seminat, & alius est, qui metit. Et illud, Ego misi uos ad metendũ, quod uos non laborastis. Quomodo etiã fieri potest, ut illud de anima intelligatur, Alĳ laborauerũt, & uos in laborẽ illorũ introistis? quamobrem per messem nos intelligimus messem fructus, qui colligitur in uitã æternã, iuxta perfectionẽ rationis, quæ in notionibus nostris, seminis instar, ingenita, multo labore perficitur. Cæterùm quomodo ab alio seminatur, & ab alio metitur, in sequẽtibus differemus. Ecce dico uobis, leuate oculos uestros, & uidete iã loca alba esse ad messem. In multis scripturæ locis positum est hoc dictũ: Leuate oculos uestros, diuina nos oratione admonẽte utĩ attollamus, eleuemusq; tùm sensus, tùm uim uidendi infernè iacentẽ, & pronã, nec erigere se ualentẽ, ut perfectè sublimia contẽpletur, quemadmodũ in Esaia. Leuate oculos uestros, & uidete, quis uobis hæc omnia ostendit. Seruator etiã beatitudines dicturus, eleuatis oculis ad discipulos inquit, beati hi, & hi, nullus enim discipulus gerebat ex quo qui in dominatu dives fuerat, cũ eleuasset oculos, uidet Abraam, & Lazarũ in huius finibus. Ad hæc mulier illa contracta, nec caput erigere omninò ualens, cum à Iesu erecta fuisset, contractionẽ, atq; infirmitatẽ erigẽdi sese deponit, ut eleuet oculos. Nec ullus profectò est, qui perturbationibus obnoxius, & carni adhærens, uel rebus materialibus commixtus, mandatum seruauerit dicens. Leuate oculos uestros, quamobrem ne loca quidem uisurus est iste, etiã si iam alba sint ad messem. Præterea nullus, qui operatur opera carnis, leuauit oculos. Porrò alba sunt ad messem iam loca, quãdo adest Dei sermo aperiens, & illustrans omnia scripturæ loca, quæ plena sunt, aduentẽte Iesu: fortassis etiã omnia, quæ sensu percipiuntur, uel ad ipsum usq; cœlũ, atq; usq; ad ea, quę in ipso sunt, alba sunt loca parata iã ad messem, eleuantibus oculos: palàm uniuscuiusq; rei ratione illis ob oculos exhibita, qui receperunt, eò quòd transformentur ad eandẽ imaginẽ à gloria in gloriã, similitudinẽ oculorũ, qui uiderunt quomodo singula, quæ facta fuerant, bona essent. Hoc enim dictũ, uidit Deus singillatim, quæ creata sunt, bona esse, tale est. Inspexit Deus cuiusq; rei rationes, easq; uidit bonas esse propter rationes, quibus unumquodq; creatũ erat, quòd si quis sic nõ intelligit hoc dictũ, & uidit Deus, quòd bonum esset, enarret nobis, quomodo in his uerbis educant aquę reptilia animarum, quæ uiçurę sint, & uolatilia alata super terram in firmamẽto cœli, seruetur, Deum uidisse, quòd bonum esset, idq; potissimũ, quòd fecerit Deus cete magna: sed ratio uniuscuiusq; harum rerum Deo perspecta res bona est, idem cẽsendum est de illis uerbis. Educat terra animam uiuentem iuxta genus, quadrupeda, & reptilia, & feras terræ, quibus subiungitur etiam: uidit Deus, quod bonum est, quomodo enim propter illud: Leuate oculos uestros, & uidete loca iam alba esse ad messem filio Dei, qui discipulis aderat, auditores monente, ut eleuarent oculos ad loca scripturæ, & ad locutionis, singulis entibus innatæ, ingenitæq;, ut albedinem, splendoremq; lucis ueritatis, quę ubicq; est, aliquis uideat, omnia enim coràm intelligentibus, teste Solomone, rectaq; his, qui sensum distribuere uolunt.

Ioan. 4

Gen. 1

Gen. 1

TOMVS SEXTVSDECIMVS.

Qui seminat mercedem accipit, & congregat fructum in uitam ęternam, ut qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.

Q Vot modis in scriptura messis dicatur, & in quot significationibus ponatur, dicere oportet: idq; necessariò apponendum reor, ut possimus, significatione huius nominis nobis pro uiribus perspecta, ex pluribus uidere, in qua nam ponendum sit: dicemus ergo. Doctrinam Domini, qui in euangelio Matthęi, cum accessissent discipuli ad eum dicentes.

tes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri, de hoc nomine post alia dicit: Messis est finis seculi, messores angeli sunt. At uerò etiam alio in loco de multitudine credentium, & opus habentiũ doctrina, quæ illis manifestet ea, quæ credunt, Seruator inquit noster: Messis quidem multa, operarij autem pauci, obsecrate ergo Dominum messis, ut emittat operarios in messem suam. Ad hæc apostolus semen quidem nominat benignitatem, quam exhibent homines proximo suo in præsenti uita, uel peccatum eorũ, messem uerò ea, quæ unicuiq; meritò reposita sunt, uel ob præclarè facta, uel ob peccata, quæ in præsenti uita quisq; egerit, sic dicens. Quicquid enim seminauerit homo, hoc etiam metet, quoniam qui in carne seminat, de carne messurus est corruptionem: at qui spiritu, è spiritu metet uitam æternam. In aliqua uerò simili significatione arbitror etiam prophetam, qui in Psalmis circumfertur, dixisse. Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua, uenientes autem uenient cum exultatione portantes manipulos suos. Ponitur etiam hoc nomẽ frequenter, ut loqui consueuimus, quemadmodum in libro Ruth hisce uerbis. Veneruntq; Bethlehem, cum messis ordeacea inciperet. Ex positis itaq; in præsentia quinq; significationibus messis, manifestum est hoc in loco, messem non accipi, ut loqui consueuimus, sed ne pro fine quidem, & consummatione, neq; enim hoc modo loqui consueuimus: Qui seminat mercedẽ accipit, & congregat fructum in uitam æternam. Neq; de messoribus angelis consentaneum est nos hoc in loco intelligere admonitionem de metendo, sed ne cum hoc quidem dicto, Qui seminat in carne, de carne messurus est corruptionem, & qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam, fieri potest, ut intelligamus hæc uerba conuenire posse, qui metit mercedem accipit, & cõgregat fructum in uitam æternam: iuxta enim apostolica dicta idem est, qui seminat, & metit, siue in carne, siue in spiritu, & ob hoc etiam congregans, uel corruptionem, uel uitam æternam: in præsentibus uerò alius est, qui seminat, alius qui metit. In psalmis etiã idem similiter seminat, & idem metit, iuxta dictum, quod proposuimus ab apostolico differens ratione sacratiore, & occultiore: nam dictum apostolicum simplicius prolatũ est, non docens de diuersa natura seminum, unde sumantur. At quod è psalmis proposuimus, declarare mihi uidetur animarum nobilium descensum, quæ uenerint in hanc uitam, cum salutaribus seminibus, quæq; inuitæ ferè uenerint suspirantes, sed redierint cum exultatione, eò quòd egregiè laborauerint, & auxerint, & multiplicarint semina, cũ quibus uenerant. Alius aũt est, qui seminat, & alius, qui metit in præsenti orationis contextu, dicetq; profectò Heracleon, & secum fortassis sentiens alius etiam ecclesiasticus, propter hanc expositionem, hęc uerba dicta fuisse in ea significatione, qua dictũ est, Messis quidem multa, sed operarij pauci, eò quod essent parati ad messem, & idonei, qui inducerentur in horreum, hoc est in requiem per fidem: essentq; idonei ad salutem, & ad susceptionem uerbi Dei, secundum Heracleonẽ quidẽ, quia tales creati fuerint, & talẽ habuerint naturã, secundum ecclesiasticũ uerò, propter quandã diligentẽ præparationẽ eius partis animæ, quæ præstantissima est, paratæ, & promptæ ad perfectionem, ut etiam metantur. Sed dicendũ est his, qui hunc in modum exposuerunt, an uelint admittere, nũquam factam fuisse ante Seruatoris nostri aduentũ messem similẽ illi messi, quæ sic sperabatur à temporibus euangelicæ prædicationis. Nam si, quia erat messis multa, multi crediderunt (quantum paucis existentibus operarijs apostolis cõparatione multitudinis suscipientium uerbum Dei) uel (quia non uidit regiones iam esse albas ad messem) nullus ante corporalem Seruatoris nostri aduentum credidit, neq; etiam fuit aliquis operarius credentium, quod est absurdissimum dictu, si Abraã, & Moses, & prophetæ, nec operariorum, nec eorum, qui metunt, habeant locum, uel si etiam antea fuere operarij, fuitq; messis, nihil admirabile uidebitur Seruatorem annunciare eleuantibus oculos, ut uideant regiones iam albas esse ad messem. Ex his clarè perspici potest, nihil eorum, quæ supra diximus, hoc in loco intelligi de uoce messis. Sed neq; quod apud apostolũ alio loco cõsideraũimus, hic congruit, dicentẽ, Qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Quęramus igitur septimã significationem conuenientẽ his, quæ supra disseruimus in illud. Nõne uos dicitis, q adhuc quatuor mẽses sunt, & messis uenit? & in hoc,

Mat. 13

Luc. 10

Gal. 5

Psal. 125

Ruth. 1

Luc. 17

2. Cor. 9

Ioan. 4

Ecce dico uobis, leuate oculos uestros, & uidete regiones iam albas esse ad messem
sitq; messis nobis ratio, siue oratio aperta, de perspicuitate scripturarũ (ueluti quomo
do omnia, quæ fecit Deus, sint ualde bona) quã messem qui metit, duos fructus meten
di habet: alterũ quòd accipit mercedẽ, alterum, quòd colligit fructum in uitam æter-
nam, & arbitror per eas promissiones, quæ postea futuræ sunt (iuxta id, quod scripti
est, Ecce Dominus, & merces eius in manu eius, ut reddat unicuiq; secundum ea, quæ
gesserit) dictum fuisse, mercedem accipit, propter punientem autẽ ex ipsa cognitione
utilitatem, quæ ex se secundum naturam in mente inest (etiam in rationali natura, ceu
egregium quiddam, & insigne existens) etiam præter promissiones, quæ aliæ sunt ab
ipsis scriptũ fuisse, qui colligit fructum in uitam æternam: quę res beneficium quoddã,
& commodum τὸ ἡγεμονικὸν, siue mentis principalis, ostendit: quemadmodum in ter-
Mat. 6 tio Stromaton libro exposuimus, enarrantes dictum illud: Pater tuus, qui in abscondi
to uidet, reddet tibi in manifesto. Heracleon dici existimat, qui metit, mercedem acci-
pit, quoniam Seruator seipsum dicat messorem, mercedemq; Domini nostri esse existi
mat eorum, qui metunt salutem, & restitutionem, eò quòd ipse in eis requiescat: in his
uerò uerbis, fructum colligit in uitam æternam, fructum dictum fuisse existimat, uel
quia id, quod colligitur, fructus sit uitæ æternæ, uel quia ipsa collectio uita etiam æter-
na est. At reor hoc in loco coactam esse illius interpretationem, dicentis Seruatorem
accipere mercedem, & confundentis mercedem, & collectionem fructus in unũ, ma-
nifestè duas res scriptura in medio ponente, ut supra ostendimus. Quamobrem si asse-
quuti fuimus eleuationem oculorum apostolicorum, uisionemq; regionũ, iam ad mes
sem albarum, eodem modo accuratè inquiramus oportet, quid sit hoc dictũ: Vt qui se-
minat, simul gaudeat, & qui metit. existimo igitur eum in omni arte, & scientia, quæ
pluribus speculationibus constet, seminare, qui principia inueniat: quæ aliꝫ assumẽtes,
curiosiusq; ea examinantes, uicissimq; aliꝫ tradentes inuenta sua, auctores sunt posse-
ris, ex his, quæ inuenerint (non ualentibus principia inuenire, & sequentia coniunge
re, & summam manum artibus, & scientijs imponere) ut plenum fructũ percipiãt: nõ
secus, atq; in messe, huiusmodi artibus, & scientijs completis. Quòd si hoc uerum est in
artibus, & quibusdam scientijs, quanto magis in ea arte, quæ ars est artium, & scienta
scientiarum, conspicere id licet? Inuenta enim à maioribus curiosius cum indagassent
posteri, occasionem successoribus suis, qui hæc inuenta cum diligentia adijssent, tra-
diderunt, ut unum ueritatis corpus cum sapientia coniungerent, igitur completo toto
opere artis artium, qui seminat, simul gaudet, & qui metit, Deo uicissim in unum finẽ
omnes congregante. Proinde uide, an seminantes sint Moses, & prophetæ, qui scripse
runt ea, quæ pertinent ad nostram admonitionem, in quos fineis seculorum deuene-
Eph. 3 runt, quiq; prædicauerunt aduentum Christi: qui messuerunt autem sint apostoli, qui
Christum receperunt, uiderunt; gloriam eius, consonam propheticis, & rationabili-
bus de ipso seminibus: quæ demessa fuere à seculis, propter accuratam indaginem, &
intelligentiam mysterij, absconditi quidem à seculis, sed retecti in nouissimis tempo-
ribus, quod in alijs ætatibus non innotuit filijs hominum, quemadmodum reuelatum
est nunc sanctis eius apostolis, & prophetis, semen uerò sit uniuersa illa ratio illius my
sterij siue arcani consilij, quod temporibus æternis tacitum, nunc per reuelationem, &
per scripturas propheticas, atq; per aduentũ Domini nostri Iesu Christi innotuit, quan
do lux illa uera regiones fecit (illis illucescendo) iam albas esse ad messem. Secundũ
hanc igitur rationẽ regiones, in quibus conjecta fuere semina, legis, ac prophetarum
sunt scripturæ, quæ albæ non erant, quòd nõ recepissent præsentiã, & aduentũ sermo-
nis filij Dei. Tales uerò fiunt his, qui edocti fuerint à filio Dei, quiq; illi paruerint di-
centi. Attollite oculos uestros, & uidete regiones iam albas esse ad messem. Attolla-
mus igitur etiam nos, ceu germani Christi discipuli oculos, & regiones à Mose, cæte-
risq; prophetis seminatas intueamur, ut uideamus ipsarum albedinem: quo etiã modo
iam eas metere libeat, & congregare ipsarum fructum in uitam æternã: sperantes eti-
am mercedem à Domino uicorum, & largitore seminum. Itaq; seminantem simul, &
metentem gaudere, cum aufugerit dolor, & mœror, & suspirium, in futuro seculo, fa-
tebitur quidem, quisquis legerit futurum, ut multi ab oriente, & occidente uenient, &

& accumbant cum Abraam, & Isaac, & Iacob in regno cœlorũ: iam uerò omnem se-
minantem cum omni metente gaudere si quis ambigat admittere, cõsideret, quòd ali-
quo modo messis fuit transformatio Iesu, qui uisus est in gloria, non solùm metẽtibus,
Petro, Iacob, & Ioanni, qui cum ipso ascenderant, uerum etiam seminatoribus Mosi,
& Heliæ: cum ipsis enim pariter gaudent uidentes gloriam filij Dei, quam à patre illu
stratam, illustrantemq; uidentes antea non uiderat Moses, & Helias, ut nunc uident si-
mul cum sanctis apostolis: perinde autem, quasi uniuersale sit hoc dictum, sumimus. Il Ioan. 4
le, qui metit mercedem, accipit, & congregat fructum in uitam æternam, ut qui semi-
nat simul gaudeat, & qui metit, eò quòd in sequentibus plures dicantur esse, qui me- Ioan. 4
tunt, & plures, qui laborauerint, nimirum in seminando. Dicitur enim ueluti ad mul-
tos messores: Ego misi uos ad metendum, quod uos non laborastis: & quasi multi sint,
qui in semine laborauerint, similiter dicitur, alij laborauerunt, & uos in laborem eorũ
introistis: proinde æquialet uniuersali hæc propositio: ille qui metit mercedem acci-
pit: & sensus talis est. Omnis qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in ui-
tam æternam, ut omnis, qui seminat, simul gaudeat, & omnis, qui metit. Hæc autem
aliqui quidem promptè admittent non ambigentes, quin manifestata sint sanctis apo-
stolis in aduentu Christi, qui eis illustrauit omnem scripturam luce cognitionis, quæ
occultata fuerant ipsi Mosi, & prophetis, alij uerò uerebuntur admittere, non auden-
tes dicere Mosen uirum tantùm, & prophetas, adhuc agentes in humanis, non asse-
quutos fuisse, quæ apostoli intellexissent: præsertim cum hæc in scripturis sint semina-
ta, quas ipse Moses, ac prophetæ administrauerint. Sed illi primi hoc dicto utenẽ, Mul
ti prophetæ, & iusti cupierunt uidere, quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audire, quæ
auditis, & non audierunt: & hoc etiam: Ecce pluſquàm Solomon hoc in loco: & illo Luc. 11
etiam: In alijs ætatibus non innotuit filijs hominum, quemadmodum reuelatum est Eph. 3
nunc sanctis apostolis eius, & prophetis, ut sint gentes cohæredes, & eiusdem corpo-
ris consortes & promissionis in Christo. Adducent etiam hi illud, quod Daniel post ui Dan. 8
sionem scripsit. Surrexi, & non erat, qui intelligeret, & illud Esaiæ: Sermones huius li- Esa. 29
bri sunt, ueluti liber hominis signatus: quem ipsum si dederint homini nescienti literas
dicentes, lege, dicet nescio literas: & dabunt illum homini scienti literas, & dicet, non
possum legere, eò quòd signatus sit. Rursus alij hæc omnia hac sententia destruent: Sa-
piens intelliget, quæ ex ore suo prodibunt, & in labijs suis gestat sapientiam: dicentes,
Mosen, & unumquemq; prophetarum intellexisse, quæ ipsi administrauerint, nõ tamẽ
ut alijs etiã traderent, reuelarentq; mysteria, apostolos uerò, ut qui tempore reuelatio- 2. Thes. 2
nis extiterint, dicere: state, & tenete traditiones, quas edocti fuistis: & illud. Quæ audi- 2. Tim. 2
sti à me per multos testes, hæc propone hominibus fidelibus, qui idonei erũt alios etiã
docere: dicentq;, si desiderarunt multi prophetæ, & iusti uidere, quæ uiderunt, & audie 2. Cor. 12
runt apostoli à Seruatore loquente, nõ omninò desiderasse scripturas legis, & prophe
tarum, sed his maiora: nempe quæ Seruator apostolis enunciasset, præter spiritualia le-
gis, & abstrusa prophetarũ, de quorũ numero illud erat: Audiui arcana uerba, quæ nõ
licet ad hominẽ loqui: & similia his, quæ dicũtur à paracleto. Præterea uerò etiã in his,
contextũ consideremus, quemadmodũ quendã esse metentem, qui mercedem acci-
piat, & congreget fructum in uitam æternam, narrat euangelista dicens.

Qui seminat simul gaudeat, & qui metit:

NAm si, ut qui seminat, simul gaudeat, etiam qui metit, mercedẽ accipit, &
congregat fructũ in uitã æternam, fortassis qui seminat participans merce
dem cũ metente, & collectionẽ fructus, qui conuehitur, in uitã æternã, si-
mul eum metẽte gaudebit. At alius dicturus est, omnia legalia, & prophetica Mosen,
ac prophetas accuratè intellexisse, iuxta spiritualem intelligẽtiam, &, ut oportebat, te-
ctè, & considerate, scripta seminata esse. Quoniam autem, si sermonem sapientem au-
dierit sapiens, laudabit eum, & ad ipsum addet: apostoli scilicet rerũ magis recondita-
rum, & profundarum, usi seminibus, quæ Moses, & prophetæ distribuissent, eò per-
uenerunt, ut assequerentur uisiones ueritatis multò copiosiores, nimirum Iesu illo-

rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum oculos attollente,& illucescente illorum mẽtibus,quæ copiosiores uisiones,mes-
ses,à principio non uiderunt omnia, quæ apostoli in aduentu Christi: sed quia ueluti
expectabant temporis plenitudinem: quo quidẽ tempore cũ eximij illius Iesu Christi
aduentu reuelanda erant etiam excellentiora his, quæ unquã uel dicta,uel scripta fue-
rint in mundo,ab eo,qui non rapinam arbitratus est se Deo æqualem esse, sed seipsum
exinaniuit,forma serui accepta.In hoc enim sermo uerax est,quòd.

Alius est,qui seminat,alius qui metit.

S Iue secundùm exemplum ab artibus, & scientijs sumptum interpretemur
præsentia,clarum est,quòd uerus sit sermo: Alius est,qui seminat, alius est,
qui metit,siue eo quod seminarit Moses,& prophetæ, uiderunt regiones al
bas esse,qui leuauerunt oculos iuxta præceptũ Domini nostri Iesu Christi,qui eis præ-
ceperat,ut uiderent, quomodo regiones iam albæ essent ad messem, etiam sic manife-
stum est,quonam pacto alius sit,qui seminat,alius qui metit. Cõsidera uerò num alius,
& alius ideirco dicatur,eò ꝙ illi iustificẽtur quidẽ tali uitæ instituto,hi uerò alio,præter
aliud:adeò ut alterum legalem,alterũ euangelicum dicamus.Attamen simul gaudent,
uno fine utriusq; reposito ab uno Deo per unum Christũ in sancto spiritu: At Heracle-
on sic enarrauit hæc uerba:ut qui seminat simul gaudeat,& qui metit,gaudet quidem,
inquit, qui seminat,& quoniam seminat,& quòd species quędam seminum ipsius con
gregantur,spem eandẽ etiam de cæteris habens,qui uerò metit,similiter aliquid metit:
sed primus quidem qui seminat,incœpit,secundus uerò est ille, qui metit,nõ enim eo-
dem tempore poterant utriq; incipere: opus enim erat, ut primùm seminaretur, tùm
meteretur:itaq; cessante à satione satore,tùm messor metet: in præsentia equidẽ utriq;
proprium opus operantes simul gaudent, commune gaudium seminum, perfectionẽ
Ioan. 4 rati,præterea in eo dicto:In hoc est sermo uerus,quod alius est,qui seminat,& alius qui
metit,inquit. Alter quidem supra locum filius hominis seminat, sed Seruator cum sit,
& ipse filius hominis,metit, & messores congregat, nempe eos, quos discipuli rentur
angelos: unumquemq; ad suam ipsius animam. Nõ admodum autem clare expositi,
qui sint duo filij hominis,quorum alter seminat,alter etiam metit.

Ego misi uos ad metendum, quod uos non laborastis, alij autem laborauerunt, &
uos in eorum laborem introistis:

H Aud est difficile uidere ex his,quæ supra diximus,quomodo miserit Iesus di
scipulos ad metendum illud,in quod ipsi non laborarint,sed maiores suis:cũ
enim laborarit Moses,& prophetæ,ut percipere quirent intelligentiam my
steriorum,quorum uestigia in suis ipsorum scriptis reliquerunt, in Mosis, ac prophe
rum laborem introiere apostoli,à Iesu edocti,metentes,et congregantes,in horrea sug
ipsorum animæ,sensum in illis reconditũ. Ac semper certè sermo ille, & filius Dei ma-
iorũ labores clariores facit his, qui germanè discere cupiunt, etiã si non æquè laborẽt,
atq; hi,qui seminarunt. est & hoc quoq; considerandum inter omnia, quæ de alijs me-
tentibus dicuntur: num quando angelis ad satus hominum ordinatis, cooperatores
perfectionis eorũ,qui seminati fuerunt apostoli,in aliorũ laborẽ ingrediantur: meten-
tes,& fructus in his,qui adiuuabantur,inuenientes,quos Iesu aduentus paratos ad mes
sem,etiam ante quatuor menses,qui separabantur,fecerat.Quòd si hæc ita se habẽt,di-
gnum est,ut inspiciamus,num ministerium angelorũ, quod impendunt animas in cor
poribus seminando,laboriosum sit,quippe qui duo quædam congregent,quæ natura
sunt contraria,in unũ temperamentũ,& in tempore ordinato, quicq; incipiant uniuscu
iusq; œconomiam facere,& ad perfectionẽ producant hominem antea plasmatũ. Sed
dicet aliquis contrarium his esse, quòd Deus dicatur hominẽ plasmare tùm hoc dicto:
Psal. 118 Manus tuæ fecerunt me,& plasmauerũt me, tùm illo. Antequàm formarem te in uen-
Hier. 1 tre,noui te, & antequam de uulua exires , sanctificaui te, ad quod respondendum est,
quòd

quòd quemadmodũ lex per angelos ordinata,& dictus sermo per angelos fuit stabilis (cum alioquin perspicuũ sit eum à Deo dictũ fuisse) ita etiã cõtingere in generatione, ut per angelos mediatores Deũ plasmare dicamus.Sed haud scio,an huic nodo soluẽ-
do tale quid adduci possit:nẽpe quòd Iob,& Dauid,partis Dei cũ essent,dicẽtes, Ma-
nus tuæ fecerunt me,& plasmauerunt me,à Deo plasmati fuerint: Hieremias etiam au
diens,Antequàm formarẽ te in utero,noui te,ceu partis Dei futurus,ab ipso formatus
fuerit,alij uerò aliorũ existentes partes,ab his formantur,quibus sorte obtingunt,& la
boriosius profectò interpretabitur hæc oratio:Faciamus hominẽ ad imaginẽ,& simili
tudinem nostram, hoc dicente Deo de omnibus hominibus, & de opere antegresso:
quod deinde opus,& à cæteris fit,secundum propriam partem,ad quos fit sermo:Deo
his dicente. Faciamus hominem: quibus etiam inquit in confusione linguarum. Ve- Gen. 11
nite,& descendentes confundamus illic illorum linguam, hæc aũt non definientes di-
cimus,cum alioquin hæc multa egeant examinatione,ut inueniatur hoc,an illo modo
res se habeat,attamẽ non est parui pendenda hæc interpretatio:unusquisq; homo pars
est alicuius: iuxta illud. Quando diuidebat altissimus gentes,& quando seminabat fi- Deut. 32
lios Adam, constituit terminos populorũ iuxta numerum angelorũ Dei: factusq; est
pars Domini populus eius , Iacob funiculus hæreditatis eius: Quòd si omninò unus-
quisq; alicuius est pars,quia Deus disseminarit filios Adam, unusquisq; quidem ange-
lorum laborat circa suam partem,disponens, quæ ad ipsam pertinent. Sed in aduentu
Seruatoris assumunt captiuati, ut obediant Christo ex omnium parte per ministrãtes
euangelio apostolos,& euangelistas,& doctores,à Christo:adducunturq;,ut sint gen-
tes hęredes Christi:uide igitur,ne forte propter hoc dici possit,apostolis post paulò au
dituris.Ite docete omnes gentes,illud: Alij laborauerũt,& uos in laborem illorum in-
troitis,quòd si sancti angeli reliquas partes,præter electam,sortiti fuerint , & ordinati
sunt ad sationem animarum, nihil absurdi consequitur, seminantem simul gaudere, &
metentẽ post messem. Verum Heracleon inquit, neq; per ipsos,neq; ab ipsis, intelligit
autem apostolos, seminata fuisse hæc semina:qui laborauerũt, inquit,sunt angeli, qui-
bus hæc cura credita est:per quos ueluti mediatores seminata sunt,& nutrita.Porrò in
hoc dictum,uos in laborem eorum introistis, hæc protulit:nõ idem est labor seminan
tium,& metentium : illi enim in frigore,& aqua,& labore,terram fodientes seminant,
& per totam hyemem sarrientes satagunt, & syluas extirpantes, qui uerò in fructũ pa-
ratum ingressi fuerint,læti metunt.Cæterùm prudens lector conferens, quæ nos dixi-
mus,cũ his,quæ dixit Heracleõ,uidere poterit, utrius expositiones sint probabiliores.

TOMVS DECIMVSSEPTIMVS

Ex urbe autem illa multi Samaritanorum crediderunt propter sermonem mulieris
testantis,cum dixisse omnia quæcunq; fecisset.

C Vm hydriam reliquisset, abijssetq; in ciuitatem Samaritis, ut annun-
ciaret,quæ à Seruatore audierat,cumq; uenirent ad Dominum creden
tes sermoni mulieris , interim Seruator discipulis loquens uerba fecit
superius dicta,obsecrantibus discipulis,ut comedat : postquàm autem
dicta fuissent ad discipulos,quę pro uirili indagauimus,resumit scriptu
ra narrationem de his , qui uenerant è ciuitate ad ipsum , & de his, qui crediderant per
testimoniũ mulieris dicentis eum dixisse sibi omnia,quæcũq; fecisset.Quòd si memo-
res sumus eorũ,quæ superius diximus de Samaria,& de Samaritide,& de fonte Iacob,
nõ difficile est uidere,quonã pacto qui assequuti fuerint sanam doctrinã, cũ antea oc-
cupati fuissent in doctrinis ab ecclesiæ decretis dissidentibus, relinquũt ueluti dogma
tum ciuitatem, & egressi ex ea in uacuum, aliquo modo credunt,cũ una quæpiã muli-
er antea perceperit apud fontem Iacob salutarem doctrinã, & reliquerit prædictã hy-
driam inuitatura alios,ut similiter iuuentur.Sanè Heracleon interpretatus est ex urbe,
ꝑ hẽ mundo:illud uerò propter sermonẽ mulieris,hoc est, inquit, propter spiritualẽ ec-
clesiam,notatq; illud,multi,quasi multi sint animales,unam uerò natura electionis, as-
serit

serit esse incorruptam, & uniformem, & singularem: quibus nos institimus in superioribus pro uirili.

Vt ergo uenerũt ad eum Samaritani, rogabant eum, ut apud ipsos maneret, & mansit illic duos dies, & multò plures crediderunt propter sermonem suum.

Mat. 10 N On inscitè quis conferet hoc dictum: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum non ingrediemini, cum hoc contextu: rogatus enim Seruator, ut maneret apud Samaritanos, mansit illic duos dies, qui dixerat, in uiam gentiũ nõ ingrediemini: unde perspicuũ est, discipulos eius cũ ipso ciuitatẽ ingressos nõ fuisse. Ad quod dicendũ est, ꝙ ire in uiã gentiũ, sit recipere aliquod dogma gẽtile, alienũ ab Israele Dei, & ambulare in illo: ingredi uerò in ciuitatẽ Samaritanorum, sit adhærere alicui scientiæ, falsò nominatæ, eorum, qui se dicunt adhibere mentem legalibus, uel propheticis, uel euangelicis, uel apostolicis sermonibus. Relinquentibus autem Samaritanis propriam urbem, & uenientibus ad Iesum apud fontẽ Iacob, licet Iesu admittenti eorum, qui crediderant, propositum, manere apud ipsos rogantes. Arbitrorq; Ioannem cum iudicio non fecisse, rogabant eum Samaritani, ut Samariam ingrederetur, uel ut ingrederetur ciuitatem: non enim idẽ est manere apud credentem, & ingredi in ciuitatem ipsius. Quin lectio sequens non inquit, mansisse eũ in ciuitate illa duos dies, uel quòd mãserit in Samaria, sed mãsit illic, hoc est penes eos, qui rogarant. Manet enim Iesus apud eos, q rogãt, & præcipuè cũ rogantes eũ egrediuntur ex urbe sua, & ueniunt ad Iesum, Abraã ueluti imitati parentẽ, Deo dicente: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & domo patris tui. Mansit aũt duos dies penes eos, à quibus rogatus fuerat (nondũ enim capiebant tertiũ illius diẽ) quoniam miraculorũ aliquid capere non poterant, perinde atq; conciues Canæ Galileæ tertia die cum Iesu cœnantes in nuptijs. principium igitur, ꝙ multi crediderunt, ex Samaria sermo fuit mulieris testificantis, dixisse sibi Iesum omnia quæcunq; fecisset: increuerunt uerò, & multiplicatio eorũ, qui multò plures crediderũt, nõ amplius propter sermonẽ mulieris, sed propter sermonem eius, quòd non æquè ipse sermo, seu filius Dei agnoscatur, cum aliquis de ipso testificatur, atq; cũ ipse à se ipso illustrat, & erudit percipientem discipulũ. At Heracleon in hæc loca hæc inquit: apud ipsos mãsit, & nõ in ipsis: & duos dies, uidelicet præsens seculum, & futurum tempus nuptiarum, uel tempus ante passionem suam, & post passionem suam, quod tempus apud ipsos cum degusset, & multò plures proprio sermone cõuertisset ad fidem, seperatus est ab illis: ad quã ipsius apparentem obseruationẽ (scilicet quòd apud ipsos, & non in ipsis, scriptũ fuerit) dicendum est, quòd illud dictum: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi, simile sit huic, apud ipsos mãsit: non enim dixit in uobis sum. Præterea dicẽs duos dies esse, uel hoc præsens seculũ, & futurum, uel tempus ante passionem, & post passionem, neq; superuenientia secula post futurum seculum considerauit (de quibus inquit apostolus: ut ostenderet in superuenturis seculis) neq; perspexit, quòd Iesus non solùm ante passionem, uerùm etiam post passionem cõuersatur cum his, qui ad ipsum ueniunt, & postea separatur: semper enim cum discipulis est, nunquã ab eis discedẽs: adeò ut etiam dicant: Viuo autem non amplius ego, sed uiuit in me Christus.

Mat. 28

Eph. 2

Mulieri autem dicebant: non amplius propter loquelam tuam credimus, ipsi enim audiuimus, & scimus, quòd hic est uerè Seruator mundi.

N Egant fidem eam, quam habebãt propter loquelam mulieris, eo quòd hac præstantiorẽ inuenissent, auditõ Seruatore ipso, adeò ut agnouerint hunc esse uerè Seruatorem mundi. Ac certè melius est, propris oculis cernere τὸν λόγον, id est filiũ Dei, ipsumq; audire docentem, sine instrumentis, & citra docentes uisa imprimentẽ, τῷ ἡγεμονικῷ, hoc est animæ principatui, inueniẽti ueritatis figuras manifestò, & non uidentes ipsum, neq; ab illius illustratos potentia, doctrinã percipere de illo per ministros, qui illũ uiderint. Difficillimũ enim factu est, ut affectionem eãdem, quæ

quæ in principatu animæ illius, qui uiderit, efficitur, patiatur ille, qui edoceẽ ab eo, qui ipsam uiderit, unde etiam longe melius est per speciem ambulare, ꝙ per fidem. Hanc ob causam aliqui per speciem ambulãtes in præcipuis dicentẽ esse charismatibus, nempe in sermone sapientiæ per spiritũ dei, & in sermone scientiæ iuxta eundem spiritum, qui uerò per fidem ambulant (etiam si donum sit fides, iuxta illud, alij autẽ fides in eodem spiritu) in ordine priorũ sunt ultimi. Cæterũ inquiramus oportet quando, & quomodo dicat Paulus: per fidem enim ambulamus, non per speciem: quomodo enim ut multi rentur per fidem, & non per speciem ambulat, qui grauissimè dicit: Nónne sum liber? nónne sum apostolus? nónne Dominum nostrum Iesum Christum uidi? nónne opus meum uos estis in Domino? proinde uideamus, quomodo intelligẽdum sit illud per fidẽ eñ ambulamus, non per speciẽ, reassumentes ex superioribus ipsum sic habẽs. At deus, qui uos in hoc ipsum parauit, deus est: qui etiã dedit arrabonem spiritus, itaq; bono animo simus semper, & scientes, quòd cum domi sumus in corpore, peregrinamur à domino (per fidem enim ambulamus, nõ per speciẽ, scilicet cũ domi existẽtes in corpore, peregrinamur à domino) cõfidentes, magis probamus peregre abesse à corpore, & præsentes adesse apud dominũ. His sic dictis intelligẽdi causa, quid sit præsens esse in corpore, & peregrinari à dño, itemq; quid sit peregre abesse à corpore, & præsens adesse ad dominũ, nos ipsos interrogemus, quid de apostolo dicturi simus, utrum ne quòd domi existens in corpore peregre absit à Domino, an quòd peregre agens à corpore præsens adsit apud dominũ? Sed perspicuum est id, nam quoniam qui in carne sunt deo placere non possunt, & sancti non sunt in carne, sed in spiritu (quandoquidem dei spiritus habitat in ipsis) Paulus neq; in carne, neq; in corpore erat, nam uerè dicit: opinor autem quòd & ego spiritum dei habeam, sed neq; in carne, neq; in corpore habitabat: cum ijs, qui corpus inhabitat, per fidem ambulet, non per speciem. Ac uidenum apostolicæ diligentię possit esse, ut esse in carne, & habitare in corpore, non idem esse dicamus. Etenim qui in carne sunt, deo placere non possunt. Rursus qui habitant in corpore, peregre quidem absunt à Domino, ueruntamẽ per fidem ambulant, etiam si nondum perceperint per speciem: & eos quidem in carne arbitror esse, qui secundũ carnem militant, corpus uerò inhabitare, & peregre abesse à domino eos esse, qui sensus scripturæ nõ intelligẽtes, corpore toti sunt ipsi scripturæ addicti: alioquin quõ non peregre abest à domino (si dominus spiritus est) qui nondũ percipit spiritũ uiuificantẽ, & sensum scripturæ spiritualẽ? attamẽ per fidẽ, qui huiusmodi est, ambulat, peregre cũ absit illa à corpore, & tendat ad dominũ, qui spiritualia spiritualibus conferens, factus spiritualis omnia dijudicat, ipse à nullo dijudicatus. Hæc quanq; à nobis per digressionem in apostolica uerba dicta uidentẽ, maximè tamen necessaria sunt ad differentiã sermonis Samaritanorũ, non amplius propter loquelam mulieris credentiũ, sed quia uiderunt, & audierunt hunc esse Seruatorẽ mundi. Nec mirum sanè debet esse, quosdam per fidem ambulare, non per speciem, quosdã per speciẽ, id quod maius est, ꝙ ambulare per fidem. Porrò Heracleon simplicius cum exposuisset hoc dictum: non amplius propter loquelam tuã credimus, abesse inquit uocabulũ, solam, præterea in illud, ipsi enim audiuimus & uidimus hunc esse Seruatorẽ mundi, inquit, homines ab hominib. primũ instructi Seruatori credũt, at simulatq; in sermones eius inciderint, nõ amplius propter solum humanum testimonium, sed propter ipsam ueritatem credunt.

Post duos uerò dies exijt inde in Galilæam, ipse enim Iesus testatus est prophetam in propria patria honorem non habere

V ALDE incõsequens uidetur oratio: quid enim cõmune habet hoc dictum: ipse enim Iesus testatus est prophetam in propria patria honorẽ nõ habere, ad illud, ꝙ exierit ipse post duos dies à Samaritanis, apud quos manserat, & in Galileam abierit? nam si in patria ipsius fuisset Samaria illicq; contẽptus fuisset, & hanc ob causam nõ cõmoratus ultra duos dies, consequenter dictũ fuisset, ipse enim Iesus testatus est prophetã in propria patria nõ habere honorẽ, quinetiã si scriptũ fuisset, post duos aũt dies exijt in Galilæã, nec profectus est ad suam patriã, ipse enim Iesus testatus est prophetam in propria patria honorem non habere, etiam hoc modo locum

habiturum fuerat id quod dicit. Et fortassis uoluntas contextus talis est, sed Ioānes, ceu sermone rudis, obscurè scripsit, quod mente conceperat, etenim in aliquē Galilææ locum receperūt eum Galilæi, qui uiderant omnia, quæcūq; Hierosolymis fecisset in die festo: quod nō est dictū ab euangelista, qui scripsit post hoc, Iesum profectum fuisse Canam Galilææ. resecat aūt sese euangelista, nec dubitat de re proposita. Cum ergo prædixisset, quonam pacto reliquit Iudæam, proficisceretq; in Galilęam Dominus, cumq; narrasset, quæ dicunt propè locum, quem dedit Iacob Iosepho apud fontē Iacob, quoniam oportebat eum trāsire per Samariam, & quomodo mansisset apud Samaritanos duos dies, assignat accessum illius in Galilæam: quanquam interim non pauca fuissent dicta. Verum quoniā in superioribus Iudæam prædiximus notam esse melioris cuiusdam rei, quia in sublimi posita esset, deterioris uerò rei Galilæam, & hac ratione Deus humani generis amantem eos, qui uisitatione egeant, quiq; sint inferiores, non despiceret, hāc ob causam illis celeriter relictis, affuturus erat Galilęis, qui illum promptè reciperant, & Reguli filiū curaturus, cū hęc in Galilæa fecisset, instante Iudæorū festo Hierosolymam ascendit: solennitatem meliorem, festiuioremq; suo ipsius aduentu facturus. Sed uideamus quid sit: ipse enim Iesus testatus est, prophetam in propria patria honorem non habere: atq; ex Iesu dignitate hoc testificantis, quæramus huius cōtextus intelligentiam. Patria igitur prophetarum in Iudæa erat, manifestumq; est, honorē illis habitum non fuisse apud Iudæos, qui fuere lapidari, secti, tentati, in occisione gladij peruentes, ut probro essent, circumeuntes in uelleribus ouium, in pellibus caprinis, posti habiti, tribulati, malis uexationibus. Ac profecto Iudæis conuitiatoris, qui coram eis dicebat: Quem prophetarum non sunt persequuti patres uestri? qui etiam occiderunt eos, qui de aduentu iusti prædixissent: qui etiam postremò prophetam omnibus eminentiorem cum spreuissent, tolle, tolle, crucifige eum, dixerunt. Honorati autem sunt in mea patria prophetæ, & is etiā, qui à deo excitatus est, iuxta ea, quæ de ipso à Mose dicta sunt: Prophetam suscitabit uobis dominus deus noster è fratribus uestris mei similem ipsum audietis, patria enim ipsius in gentibus inest, quæ lapsu Israelis salutem receperunt, in alijs etiam scriptū est: Nullus propheta acceptus est in patria & in domo sua, utileq; profecto fuerit contextu his testimonijs cognato in unū collecto, uidere quando, & quo in loco Seruator hoc dixerit. Libet autem admirari ueritatem enunciationis Seruatoris, quæ non tantum ad sanctos prophetas, spretos à familiaribus, & ad ipsum Dominum pertinuit, sed ad eos etiam, qui aliqua sapiētia claruerint, qui adeò contemptui ciuibus fuere habiti, ut uel ad mortem ducerentur, quæ libet ex Græcorum historia colligere de his, qui in philosophiæ, & astronomię, uel in quibusuis tandem uolueris disciplinis consenuerunt. Proinde cōuitiantium sunt etiam hę uoces: nónne hic est fabri filius? nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius sunt apud nos? unde ergo huic hæc omnia? Atq; etiam, quod summa admiratione dignum est, contigit hoc in prophetis, ut quod in eius erat uiuum, non honorarint ciues, quod mortuum uerò esset, fouerint, ædificātes ipsorū monumēta, & ornantes: ædificantur aūt prophetarum monumenta, & ornantur, cū relicto quis spiritu uiuificante latente in sensibus literarū ipsarum, fouet & ornat literam occidentem, pulchritudinem prophetiæ ratus positam esse in nuda literarū intelligentia, quod quidem facere solent tum pharisæi, tum scribę, quib. uæh dicitur à domino, quorū alteri nempe nudæ literæ cognomēto dicti sunt literarij, siue scribæ: pharisæi uerò, eo quòd diuisi sunt, perdiderintq; diuinam unitatem, nam pharisæi, si interpreteris, ijdem sunt, atq; diuisi.

Ioān. 4

Deut. 8

Luc. 4

Mat. 13

Cum ergo uenit in Galilæam, receperunt eum Galilæi, ut qui uidissent omnia, quæ Iesus Hierosolymis fecisset in die festo.

DIGNVM est, ut uideamus causam, ppter quā receperint Galilęi Seruatorē in Galilæā profectū, num tanta sit, ut in stuporē, admirationēq; Seruatoris coniecti illum excipiant, præterea ad quæ referēdum sit hoc dictū, perinde quasi multa essent, quæ Hierosolymis fecisset Iesus, cum omnia uidissent, quæ fecisset Iesus Hierosolymis in die festo. Sed ne superius quidem quicquā inuenimus, nisi quòd inuenerit in templo uendentes boues, & columbas, & mensararios sedentes, factoq; è funiculis

funiculis flagello omneis è templo eiecerit, tum oues, tum boues, & mensariorum æs effuderit, & mensas subuerterit, & columbas uendentibus dixerit: tollite hinc ista, nec facite domum patris mei domum mercatus: quid ergo in his tanti est, ut horum gratia, moti Galilæi Dominum reciperent? quos, quia hunc recipiant testatur Euangelista, Hierosolymam cum uenissent, uidisse omnia, quæ illic Iesus fecerat? Ad quod respondendum est, si memores sumus eorum, quæ diximus in eum locum, quæ declarabant non minorem potentiam Seruatoris apparuisse in eijciendis illis, quàm cum operabatur, ut cæci uisum reciperent, surdi audirent, claudi ambularent, Galilæos fortasse, cum uidissent, quod nunquam rati fuissent, perculsos diuinitate Iesu, ipsum in Galilæam aduentantem excepisse, nimirum cum omnia uidissent quæ Hierosolymis fecisset. Quæ sanè omnia hæc fuere: oues, & boues, flagello è funiculis facto, è templo eiectos fuisse, æráque argentariorum effusa, mensasq; subuersas: dictúmque cum potestate fuisse uendentibus columbas, tollite hinc ista, nec facite domum patris mei domum mercatus. Opinor uerò non isthæc tantùm, tùm ab ipso facta, sed alia etiam signa, eò quòd his inferatur. Cum autem esset Hierosolymis in die festo paschatis, multi crediderunt in nomine ipsius, uidentes ipsius signa, quæ fecisset: propter quæ etiam Nicodemus, inquit, magister scimus te à Deo uenisse magistrum: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Attamen potes (Galilæus si es) diem festum agere, Hierosolyma profectus, ubi templum est Dei, & uidere omnia, quæ illic fecerit Iesus: ac præcipuè quonam pacto flagello è funiculis à se facto, omneis eijciat, qui boues, oues, & columbas uendant: ipsasq; oues, & boues, & cætera. Festiuitas enim quę Hierosolymis agebatur, initium Galiłis fuit ad excipiendum Dominum uenientem ad ipsos: alioquin nisi uidissent, quæ fecisset in die festo non recepturi erant ipsum: sed ne ipse quidem adeò studiosè ad eos accessisset nisi antea præparati fuissent ad eum bono animo excipiendum, cum relinqueret eos, penes quos rogabatur manere: equidem qui Iesum exceperint, ijdem etiam receperint eum, qui ipsum misit, inquit enim: Qui me recipit, recipit eum qui me misit. Principio igitur uidendum est, hoc est intelligendum, quæ opera Hierosolymis fecerit Iesus, quonam pacto expurgat templum, illud restituens, ut sit domus patris, nec amplius domus mercatus: ut postquam hæc considerauerimus, sermonem filium Dei, qui hæc operatus sit, recipiamus: futurumq; arbitror, ut qui non uiderit opera omnia, quæ Hierosolymis operatus sit Iesus, non suscipiat Iesum, uel necq; accedet Iesus ad eos, qui antea non ascenderit ad diem festum, nec contemplati fuerint, quæcunq; Hierosolymis fecerit.

Ioan. 4

Ioan. 2

Ioan. 3

Luc. 9

Venit ergo rursus Canam Galilææ, ubi fecerat ex aqua uinum.

VAECVNQVE percepimus de ciuitate Cana, superius diximus, sed non frustra bis Iesus Canam proficiscitur, proinde uide, ne forte significet hoc, duos in mundum Seruatoris nostri aduentus: semel quidem, ut conuiuas exhilaret, secundò uerò, ut morti proximum non Regis, sed Reguli cuiusdam filium curaret, & fortassis Regulus erat Abraam, uel Iacob, quorum filium populum existentem, cum plenitudo gentium intrauerit, seruabit in fine. Possunt etiam filij Dei aduentus esse duo in anima, prior quidem uinum suppeditans ex aqua factum ad iucunditatem conuiuantium, alter omnem relictam infirmitatem, & quicquid mortem minatur, auferens. Nihil autem mirum est, Iesum multa pro salute multorum facere, quandoquidem multa eorū, quæ gessit, latent: quorum figuræ sunt reliqui inscripti loci: bis Canam hanc proficiscit, sibi ipsi stabiliens possessionem eorū, qui ex hac terra in patrem per ipsum crederent.

Explicit Tomus decimus septimus.

Et erat quidam Regulus cuius filius infirmabatur in Capharnao, & cætera. Et credidit ipse, & domus eius tota.

NON admodum usitatum inuenimus apud Iudæos Reguli nomen, unde neque quantum ad historiam cogitatione assequimur, quis sit iste Regulus, & cuius Regis sit cognominis. Itaque simplicior existimabit Regulum hunc hominem esse aliquem Herodis Regis. Rursus alter huic similis dicturus est è Cæsaris domo hunc fuisse Regulum, tum temporis aliquid in Iudæa exigentem, tractantémue, neq; enim aperte inuenitur, quòd fuerit Iudæus, quoniam non sequitur indigenam eum fuisse illorum locorum, eo quòd filius suus in Capharnao ægrotabat. Ostenditur autem illius dignitas etiam ex hoc, quòd illi descendenti occurrisse dicuntur serui, dicentes filium ipsius uiuere, plurium enim numero serui dicuntur. Habeat igitur historia ut lubet, elegantiusq; se habeat Reguli filius iuxta Seruatoris uocem hora septima liberatus à febri, domusq; eius tota credat. At age pro uirili nostra uestigemus, cuius rei nota esse possit hic Regulus & filius eius. Magnum igitur Regem (cuius ciuitas uera Hierosolyma sunt) & Regem regnantium peregre profectum ad regionem longinquam accipiendi sibi regni causa, & redeundi, & uenientem Regem, alium ne-
Psal.1 minem scimus, nisi dicentem: Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Syon montem sanctum eius, diuulgabo præceptum Domini, huius diem qui uiderint & lætati fuerint, omnes sunt Reguli, & qui credunt in patrem per ipsum, Regni illius sunt cognomines, quorũ unum quendam quærimus, & ipsius filium qui ægrotarit, & cætera, quæ de hoc scribuntur. Diximus autem in superioribus omnem populum filium esse Abra-
Ioan.8 hæ, quemadmodum etiam ipsi gloriantes fatentur: Nos semen Abrahæ sumus, & nemini seruimus unquam, & illud: num tu maior patre nostro Abraam, qui mortuus est? perinde enim quasi populus gloriaretur in ipso magis, quàm in cæteris patribus, ijsq;
Luc.3 etiam, qui post ipsum extitissent, inquit Seruator: Ne cœperitis dicere patrem habemus Abraam, uel ne cogitetis dicere, patrem habemus Abraam, nam potest deus de lapidibus his suscitare semen Abrahæ. Quin Hesaias quoq; ad populum inquit: Inspi-
Esa.15 cite in Abraam patrem uestrum, & in Saram quæ uos peperit, & quid opus est exemplis sermonem producere, manifestum cum sit quòd ipse Abraam sit primus pater populi, propter quod singulariter etiam nominatur pater? Suspicamur igitur Regulum esse Abraam, eius uerò filium (qui etiam moriturus in Capharnao ægrotauit) Israeliticum genus quod ægrotauerat in dei cultu, & obseruatione diuinarum legum & etiam deo ut moreretur, feruentib. (ut ita loquar) inimici sagittis, feruefactũ fuerat, unde etiã feruere, id est febricitare dicitur. Apparet aũt sanctis, qui antea ex hac uita emigrarint, cu-
2 Macab.15 ram esse de populo, quemadmodum in Machabæorum gestis scriptum est: post quam plurimos annos ab obitu Hieremiæ. Hic est Hieremias dei propheta qui multum orat pro populo. Vide ergo num exponere possimus, quòd Abraam Regulus quispiã existens, ægrotante sibi filio, eoq; morituro dominũ rogat pro filij laborãtis sanatione profectus ad ipsum, & obsecrans, ut descendat, & curet suũ filiũ iam moriturum. Illud uerò, quod ad ipsum dicitur, nisi signa, & prodigia uideritis, relationẽ habet ad multitudinem filiorũ eius, & fortassis ad ipsum etiam, ut enim Ioannes Christi aduentum expectãs expectabat signum datum, ut per eum agnosceret eum, qui prophetabatur, signũ uerò erat, super quem uideris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est filius dei, sic etiam sancti, qui antea è uita decesserant, expectantes Christi aduentũ in corpore à signis, & prodigijs eum manifestandũ expectabãt, per hæc credẽtes in eum qui sperabatur, obsecrat autem uti Dominus celeriter descendat ad suum ipsius filium ægrotantem, sollicitus existens, ne mors præoccuparet uictum infirmum, febrimq; fermone expellit Christus, renuncians patri filium periclitantem uiuere, per illud: uade filius tuus uiuit. Habet etiam hic Regulus non solum filium, uerum etiam seruos, quorũ nota erant uernæ Abrahę, & hi quos argento emerat (forma quędam credentium abiectior

iectior, & humilior) hi consuetudinẽ habentes cum filio febricitante, uident illius salutem, occurruntq; patri uitã sanitati annunciantes, eumq; lætum reddentes illo uerbo, filius tuus uiuit, qui antea non cogitarant filiũ domini uiuere. Non frustra autem hora septima relinquit eum febris, nam numerus nota est quietis. Capharnaum sanè (hoc est in cõsolationis agro) est ille filius qui ægrotat, & curatur (nempe genus quoddã ægrotantiũ quidẽ, sed qui non omnino sint sine fructibus) creditq; perfectissimè pater, agnita filij salute, Christo credens cum toto domo sua. Quomodo autem descendens Iesus à Iudęa in Galilæã hoc signum secũdum fecerit in sequentibus indagabimus pro uirili, cum ad contextum peruenerimus. Considerãdum etiam est, num potentiæ alicuius ex his, qui huic seculo imperant, imago sit Regulus, num etiam filius eius imago sit eorũ, qui existunt sub potestate, seu populi præstantis, & ut ita dicam, ueluti electionis apud ipsum, num etiam infirmitas eius sit affectus prauus, præter principis propositũ, & ciuitas Capharnaum sit imago loci mansionis sibi subditorum. Existimo enim aliquot ex principibus obstupefactos propter potentiã, & diuinitatem Iesu, confugisse ad eum, & orasse pro sibi subditis. Alioquin cur quæso homines pœnitentiam recipiunt, ex insidelitateq; ad fidem transeunt, idem uerò in potentijs dicere ueremur? Vel nobis dicat aliquis causam, cur homines carnẽ & sanguinem induti confugere possint (mutati) ad Deum per Christũ, eos uerò qui puriori natura utanť, idem non posse, sed omnes incapaces esse credẽdi in Seruatorẽ, minimeq; obstupescere propter prodigiosas uirtutes, quas ipse fecerit. At ego reor etiã circa eas potẽtias (principatus quos uocant) aliquid factũ fuisse, immutatas in melius in Christi aduentu, adeò ut quædã integræ urbes, uel etiam gentes, commodiusq; multi habuerint, quæ ad Christum pertinent, & profecto iuxta hanc intelligentiam nihil absurdi erit, ut ad Regulum dicatur, nisi signa & prodigia uideritis non credetis. Potest autem & de potentia Dei Regulus obsecrare profectus ad ipsum, ut descendat ad locum infirmitatis filij, & medeatur ægrotanti, sed non omnino descendisse opus est ad filium Reguli febricitantem, sufficit enim illud: filius tuus uiuit, dictũ ad salutẽ filij, quippe cum efficax sit sermo, efficiẽsq; eorum omnium, quæ uelit loquens. Videtur aũt Heracleon dicere Regulum mundi opificem (quòd & ipse imperium haberet in subditos sibi) sed q; paruum & temporarium esset ipsius Regnum, nominatum fuisse Regulum, ueluti paruum quẽdam Regem, ordinatum à Rege uniuersali, filium uerò eius in urbe Capharnao existẽtem interpretatur illũ esse qui sit in humiliori parte medietatis iuxta mare, hoc est in ea parte, quæ cõiuncta est materiæ, inquitq;, q; seruus ipsius homo, infirmus existens, hoc est, non secundum naturam se habens, in ignorantia & peccatis fuerit: deinde quod dicitur à Iudęa in Galilæam, ex posuit pro eo quod est à superna Iudæa, nescio quõ autem motus in ea uerba, erat enim moriturus, existimet subuerti eorum opinionem, qui animam immortalem ponunt, eodem conijcit existimans tum animã, tum corpus, & interire in gehenna, nec immortalem esse existimat Heracleon animam, sed apte habentem ad salutem, ipsam esse dicens cotruptibile illud, quod induit incorruptibilitatẽ, & mortale, quod induit immortalitatem, cũ mors ipsius animæ, absorpta fuerit in uictoriam. Ad hæc, illud etiam, nisi signa, & prodigia uideritis, non credetis, dici (inquit) proprie ad talem personam, quę per opera, & per sensum naturã habeat obediendi, nõ aũt credendi per rationem, hoc etiam: Descende priusquam moriatur filius meus, dictum fuisse putat, eo quòd mors, quam lex infert (nẽpe lege interficiente propter peccata) sit finis anteq; igitur (inquit) perfecte moriat filius propter peccata, eget pater solo Seruatore, ut opem filio ferat, hoc est tali naturæ, præterea uerba illa, filius tuus uiuit, interpretatus est dicta fuisse à Seruatore propter modestiã, quoniã non dixerit uolo, neq; ostenderit seipsum præstitisse illi uitam. Dicit etiã q; cum descendisset ad infirmũ, liberasset eq; eum ab infirmitate (hoc est à peccatis) ac uiuificasset propter remissionẽ dixerit, filius tuus uiuit, additq; huic dicto credidit homo, quòd facilis ad credendum sit etiam mundi opifex, quodq; possit Seruator etiam non præsens curare, seruosq; Reguli interpretatus est angelos opificis mundi renunciantes illis uerbis, filius tuus uiuit, quod commode & probe haberet, nõ amplius agens à se aliena, & hanc ob causam existimat seruos renunciare Regulo, quæ ad salutem filij pertinebant, primosq; existimat angelos uidere actiones ho-

minum in mundo, an fortiter & sincere uitam degant ab eo tempore, quo Christus ad
uenit. Ad hæc per horã septimã dicit designari naturã sanati, demũ credidit ipse, & do-
mus eius tota, interpretatus est dici de angelico ordine, deq; hominibus ipsi effectori
mundi co niũctioribus. Inquit etiam inquiri de quibusdam angelis, utrũ seruabunt nec
ne, nempe de his, qui descenderunt ad filias hominum, quinetiam uirorum effectoris
mundi perditionem declarari existimat hoc dicto: Filij regni exibunt in tenebras ex-
teriores. Esaiamq; de his prophetare illud: Filios genui & exaltaui, ipsi autẽ spreuerũt
me, quos filios alienos & semen nequam, & iniustum appellat, uitemq; quæ fecerit spi
nas, & hæ quidem sunt commentationes Heracleonis, quas & audacius & magis im-
pie dictas oportuerat multo apparatu demõstrari, si quidẽ ueræ erant. Sed nescio quõ
etiam de animæ immortalitate dubitat, cum non exposuerit, quot sint ex mortis uoce
significationes. Verum enim significatum oportebat cum consideratione & diligen-
tia uidere, & an iuxta oẽs significationes, anima sit mortalis, necne: Nam si ex eo quòd
peccare potest anima, quæ peccat, ipsa morit, etiam nos eandem hoc modo mortalem
dicimus, quòd si uniuersalem dissolutionẽ, & demolitionem eius, mortem existimat,
nos non admittemus, ne animo quidem dispicere ualentes substantiã mortalem tran-
seuntem in immortale, et naturam incorruptibilem in id, quod est incorruptibile, hoc
enim est perinde ac si diceremus transire aliquid à corpore in rem incorpoream, perinde
quasi subiectum aliquod cõmune sit naturæ corporum, & rerum incorporearũ, quod
manet, quẽadmodũ manere dicunt materiale, hisce in rebus clarissime qualitatib. tran
seuntibus in incorruptibilitatẽ, cæterum nõ idem est corruptibilem naturam induere
incorruptionẽ, & corruptibilem naturã trãsire in incorruptionem. Eadem etiam, & de
natura mortali dicenda sunt, quæ non immutatur in immortalitatẽ, sed eam induit, præ
terea quando quidẽ animalẽ animã existimauit per opera & sensum credere, nõ autem
per rationem, interrogemus eum de Paulo, cuius naturę erat. nam si naturæ spiritualis,
quomodo per prodigiosam apparitionẽ credidit? quod si non aliter, q̃ per apparitio-
nem prodigiosam credere poterat, consequi iuxta illorũ opinionẽ etiam ipsum anima
lem fuisse. Sed quomodo nõ impiũ est, & præter euidentem rationẽ de mundi opifice,
quòd ante mundi opificem angeli eius uiderint sanum, & sincerum modum uiuendi
eorum, qui propter potentiam Seruatoris meliores facti fuerint contra scripturam di-
centem: Num occultabitur homo in locis latentibus, & ego non uidebo eum? & Do-
minus scrutans renes & corda, & dominus cognoscẽs cogitationes hominũ, quoniam
uanæ sunt. Quomodo etiã seruat illud, qui uidet omnia ante ortum ipsorũ, si natura sa-
nati designatur ab horæ numero, sit natura medicamenti facta numero, qui accõmoda
tus est ad quietem. Quod uerò scriptum est propter corruptionẽ eorũ, qui sunt anima-
les in fine eorum, quæ exposuimus ab eo dicta fuisse, æquiuocatia utentis est, & intro
Ioan. 4 ducẽtis quartã naturã, quod ipse nõ approbat. Hoc aũt rursus secundũ signũ fecit Iesus,
ueniens à Iudæa in Galilæã, hic contextu, est ambiguus, habet enim talem significatio-
nem, quasi Iesus duo signa fecerit, cũ ueniret à Iudæa in Galilæã, quorum signum de fi-
lio Reguli sit secũdum, & quòd duo signa cum sint, quæ fecerit Iesus in Galilæa, secun
dum fecerit ueniens à Iudæa in Galilæã, estq; hoc receptum, & uerũ, neq; enim cũ pro-
ficisceretur à Iudæa in Galilæã primũ fecit, sed primũ fecit, quando mutauit aquã in ui-
num, factumq; est postera die, fuitq; etiã in causa, ut Andreas frater Symonis Petri inter
rogans, ubi maneret circa decimã diei horam, apud dominum maneret, scriptum est e-
Ioan. 2 nim: Postridie uoluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Sed uide num intellige
re possimus œconomiam, eo q̃ notarit etiam euangelista hoc secundum signum factũ
fuisse cum descenderet Dominus à Iudæa in Galilæam. Diximus autem in superiori-
bus, duos Seruatoris nostri aduentus in Canam accipi posse pro duobus ipsius super
terram aduẽtibus, quæ quidem terra, quia facta sit possessio eius, qui accepit potestatẽ
omnem, ita in terra, quẽadmodũ in cœlo, idcirco καινὴ appellata est. Primo itaq; aduen
tu nos post lauacrum cum ipso cõuiuantes exhilarat, etiam donans, ut bibamus è uino
potentiæ suæ, quod quidem aqua erat, quando hauriebatur antea, sed uinum facta est,
quãdo immutauit illã Iesus. Etenim uere ante Iesum scriptura erat aqua, simul aũt atq;
uenit Iesus, facta est nobis uinum, Secundo uerò aduentu liberat à febri tẽpore iudicij,
quod

quod illi à deo concreditum fuit, ut iudicet, liberans à febri, & perfectè sanans Reguli
filium, siue Abrahæ, siue principijs alicuius, qui Regulus nominetur, & hæc quidẽ ue-
luti præ ereundo superiores expositiones, quarum quoniam memores nos esse opor-
tet, dicendum est fieri posse, ut omnis creatura duplicem illius aduentũ hunc ad se con
sideret, proinde inspicies, num principalis dicendus sit hac ratione primus, sequens ue
rò secũdus, adeo ut in principali exhilarentur hi, qui eum receperint, in secũdo uerò li-
berent ab omni morbo, & ab ignitis inimici sagittis hi, qui noluerant antea de eius ui-
no bibere: Et primum quidem miraculum indiuisum est, nam Canæ est, & qui aquam
uertit in uinum, & qui bibunt. Secundum uerò miraculum quandam ueluti separatio
nem habet, nam filius Reguli ægrotans non erat ubi Iesus: non enim erat in Cana, sed
in Capharnao, & sermo quidem potentię à Cana egreditur, nam filius tuus uiuit, in Ca
na dictum est, opus uerò sermonis efficitur in Capharnao. illic enim ægrotus Reguli fi
lius sermone curatus est hora septima: inuenimusq; hunc à Iesu curatum, qui non pu-
tabatur illi adesse, atque etiam Centurionis seruum. Etenim (procul ab illo cum esset)
non proficiscitur dominus ad domum Centurionis, qui dixit: Domine non sum idone
us, ut sub tectum meum intres, sed tantum dic uerbum, & sanabitur puer meus, pro-
pter quod inquit ad ipsum. Vade, & ut credidisti, fiat tibi. Obseruauimus autem u-
troscq; ægrotantes in Capharnao fuisse, scilicet Reguli filium, & Centurionis seruum.
Quin socrus etiam Petri prostrata, febri laborabat in Capharnao, cuius manus cum at
tigisset prostratam sanauit, adeo ut erecta ministraret illi, & hi quidem die existente cu
rati fuere in Capharnao (nam Reguli filius hora septima, Cẽturionis seruus, & Petri so
crus ante uesperam) uespera uerò facta iuxta Matthæum attulerunt illi in Capharnao
multos à dæmone uexatos, spiritusq; eiecit sermone, omneisq; malè habentes curauit,
Tardius ergo quidam, celerius alij curantur è Iesu, sed qui curãtur serò, uel tardius, ceu
inferiores existentes curantur: quippe qui à dęmone uexentur, magisq; malè habeãt,
quàm hi, qui in die curati fuerunt. Proinde contendendum nobis est, ut cõgregemus
loca, ubi inuenti fuere, qui curatione egebant, notandumq; est, quibus in locis alia fa-
cta fuerint signa, & ubi sint ægrotantes, ueluti in Samaria signum erat, quinq; uiros ha
buisti, & nunc quem habes, non est tuus uir, propterea cum obstupuisset mulier, dixit:
uideo te prophetam esse, ciuibusq; dicit:

Agite uidete hominem, qui dixit mihi omnia, quæcunque feci,
num quid hic est Christus?

OBSERVANDA sunt etiam uerba ipsius, ubi & quamobrem, & propter quę
facta dicuntur. Huiuscemodi nãq; solis obseruationibus, & indagationibus,
inuenies Lydios lapides, breui laborum tuorum fructus mãducaturus. Præ
terea huic dicto, hoc rursus secundũ signũ fecit Iesus, hoc etiam addendum est, nullibi
prodigia sola nominari, sed sicubi scribantur, ascribi etiam signa, quemadmodũ in his
uerbis nisi signa, & uideritis, non credetis, frequenter uerò signa sine prodigijs inueni
ri, qnemadmodum etiam hoc in loco. Proinde quærendum est habeant, nec ne diffe-
rentiam aliquam inter se prodigia & signa, & arbitror ea facta, quæ superãt opinionẽ,
quæq; prodigiosa sunt, eo quòd ipsam opinionem, & consuetudinem transcenderint,
sintq; admiranda, & supra hominem, prodigia nominari, quæ uerò aliquid innuãt præ
terea, quæ fiunt, signa dici. Quam etiam ob causam nomen signi inuenitur in his, quæ
non sunt præter opinionem (ueluti signũ nominatur à deo in his, circumcidetur uobis Gen. 17
omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij uestri, & erit in signũ testamen-
ti inter me & uos.) Nullibi autem sola prodigia nominata sunt, quoniã non est aliquid
paradoxon in scriptura, quòd non sit signum, & nota alterius rei, præter id, quod sensi
biliter fit, quoniam si fuisset prodigiosi aliquid factum alterius rei non index, scriptum
fuisset, hoc prodigium fecisse Iesum, uel Mosen (ut ita dicã) uel aliquẽ sanctorũ, quan-
do igitur edocemur à scriptura oportere quærere, cuius signum sit id, quod factũ est,
dicit, hoc aũt rursus secundũ signum fecit Iesus, quãdo aũt Regulo ceu probro datur,
quòd crediturus non sit absq; uisione prodigiorũ, non amplius dicit, nisi signa uideri-
tis, nõ credetis, non em̃ signa facta inuirant ad credendũ, in quantũ signa sunt, si cõtin-
gat, ut signum nõ sit etiam prodigiũ, sed dicitur nisi signa, & prodigia uideritis non

Universidad de Deusto
Biblioteca

credetis,uobis quidem credentibus propter prodigium, nobis autem præter hoc etiã
Psal.76 honorem illi deferentibus propter illud,cuius illud est signũ. Quæres autem in septua
gesimoseptimo psalmo,sicut disposuit in Ægypto signa sua,& prodigia sua in campo
Taneos,utrum subiecto nec ne differant signa,& prodigia,an eadem in quantũ signa
sunt,facta sint in Ægypto,cum ipsa etiam Ægyptus ad intelligibilia quædam reduca
tur,in quantum autem prodigia facta sint in campo Taneos,cum alioqui in prodigia,
in quantum prodigia,neq; campus Taneos,in quantum est campus Taneos,allegori
am capiant,quin etiam prodigia in quantum signa sunt,sensu anagogico egẽt,& cam
pus Taneos,in quãtum est Ægyptus.Cæterùm hoc in loco finiemus etiam decimum
octauum tomum continentem explanationẽ eorum, quæ sunt à principio usq; ad se
ptimum iter Iesu, nam primũ Bethara proficiscitur cum baptizatur apud Iordanẽ, se
cundo profectus Canam Galilææ ex aqua uinum fecit,tertiò Capharnaum descendit,
& congruit,ut ubi sint ægroti,descendat.Quartò Hierosolymam redit,quinto cõmo
ratur cum discipulis in terra Iudæa,sexto in Samaria apud fontem docuit,quæ pro uiri
bus indagauimus,septimo denuo proficiscitur Canam Galilææ, in sequentibus uerò
deo dante,disseremus de his,quę ab ipso facta sunt Hierosolymis in die festo Iudęorũ,

TOMVS DECIMVSNONVS

**Respondit Iesus neque me scitis,neq; patrem meum,si me scire
tis,& patrem meum sciretis.**

t oratio dicens,& me scitis,unde sim,& ea,quæ dicit,neq; me scitis, neq;
patrem meum,ad eosdem diceretur,palàm uideretur cõtrariũ esse, quod
8 dicitur,nunc uerò illud,me nostis,ad quosdam dicitur Hierosolymitas,
qui dixerunt, num uerè cognouerunt Principes hunc esse illum Christũ?
sed hunc scimus,unde sit,at Christus cum uenerit, nullus agnoscet unde
sit,hoc uerò,neq; me scitis,& quod sequitur,ad pharisæos dicit, qui dixerunt illi,tu te
Ioan.8 stificaris de te ipso,testimonium tuum non est uerum. Veruntamen Hierosolymitis
etiam per superiora,& pharisæis per præsentia, quæ nunc examinamus, inquit, quòd
Ioan.7 patrem non norint:Hierosolymitis per illa,à me ipso nõ ueni,sed est uerax,qui me mi
sit,quem uos non nostis:ego noui eum,quia ab ipso sum,& ille me misit, pharisæis ue
rò perhæc, neq; me scitis,neq; patrem meũ,si me sciretis,& patrẽ meũ sciretis. Ac cer
tè merito quis quæreret quomodo Hierosolymitæ,ad quos inquit, & me scitis, nõ no
rint patrem,si uerum est illud,si me sciretis,& patrem meum sciretis. Adauget autem
loci difficultatem Ioannes in epistola catholica hæc dicens:qui negat patrẽ,negat etiã
filium:omnis enim,qui negat filium,is ne patrem quidem habet: quod si qui negat pa
trem,is negat etiã filiũ,& qui filium fatetur,is etiam patrẽ habet,perspicuũ est, Hiero
solymitas (quod ad contextum attinet)negantes patrem (eo quòd patrem non agno
scant)negare etiã filiũ:proinde si filium negãt,quomodo uerũ est,& me scitis? Rursus
si hi filium norũt propter illud,& me scitis(quoniã qui fatetur filium,habet etiã patrẽ)
fatẽtur patrem,quòd si fatentur patrem, quonam pacto uerum est illud,sed est uerax,
qui me misit pater,quem uos nescitis? quibus respondendũ est aliquãdo Seruatorem
de se ipso ueluti homine differere,aliquando de diuiniori natura, eaq; unita ingenitæ
patris naturæ,cum enim dicit,nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veri
tatem uobis loquutus sum,hoc loquitur sciens,non deum,sed hominem quęri ad mor
tem:Cum uerò inquit,ego & pater unũ sumus,ego sum ueritas & uita,ego sum resur
rectio,& his similia,non docet de eo homine qui quærebatur. Isto igitur modo de his
etiam,quę à nobis in præsentia quęruntur,ut similiter soluantur,considerandum est,il
lud enim,& me scitis,& unde sim scitis,de se ipso homine disputat, hoc uerò neq; me
scitis,neq; patrem meum,de diuinitate.Illis enim uerbis,& me scitis,& unde sim scitis,
Ioan.7 hæc proposita sunt:Dicebant autem ex Hierosolymitis,nonne hic est, quem quærũt
interficere? & ecce cum fiducia loquitur,nec quicquam illi dicunt. Num uerè cogno
uerunt principes hunc esse Christum? sed hunc scimus,unde sit, at Christus cũ uenerit

nemo agnoscet,unde sit,his uerò,neq; scitis,neq; patrẽ meum,hæc sunt præposita. Di
xerunt ergo ei Pharisęi,tu de te ipso testificaris? testimonium tuum non est uerum, re- Ioan.7
spondit Iesus & dixit illis:Etiam si ego testificor de me ipso, testimoniũ meum uerum
est,quia noui unde ueni,& quò uado, uos secundum carnem iudicatis,ego non iudi
co quenquam, atq; etiam si iudico ego,iudiciũ meum uerum est, quòd solus nõ sum,
sed ego,& qui misit me,pater.Ex his ergo perspicuũ est à Hierosolymitis dictũ fuisse,
hunc scimus unde sit,hoc referentibus ad ortum ipsius in Bethleem, sciebantq; hunc
esse,cuius mater dicebatur Maria,& fratres eius Iacobus & Ioannes,& Symon Iudas,
quam ob causam assentitur etiam his,qui dixerant, scimus unde sit, per hæc uerba,&
me scitis,& unde sim scitis.At Pharisæis de diuiniori natura differens,& ut aliqs dice- Ioan.7.
ret,in quantũ est primogenitus omnis creaturæ,hæc dixit:Si ego testificor de me ipso,
testimonium meum uerum est,quia scio unde ueni,& quò uado, quamobrem interro
gantibus eum contra hæc,& dicentibus:ubi est pater tuus,respondet, ut aliquis dice- Ioan.8
ret alius existens ab eo,qui dicit,& me scitis, & inquit, neque me scitis,neque patrem
meum.Cæterum ruditatis Pharisæorum erat,uel non intelligere Iesum de deo uniuer
sorum loqui,dum diceret,testificatur de me, qui misit me,pater, uel si intellexerant de
deo hæc dici,existimare deum esse in loco, & idcirco respondere, ubi est pater tuus.
Verum scire oportet,quòd hinc manifestè ostendi putent hæretici deum, qui seruie
bant Iudæi,non esse patrem Christi,nam si Pharisæis seruientibus mundi effectori,in
quiunt,dicebat Seruator,neq; me scitis,neq; patrem meum scitis,manifestum est Pha
risæos non nosse patrem Iesu alterum existentem à mundi effectore, sed ne Hierosoly
mitę quidem,inquiunt,eum norant,quibus supra dixerat: Sed est uerax,qui misit me,
pater,quæ dicunt, quia non legerunt scripturas diuinas, neque obseruarunt consue
tudinem locutionis ipsarum,quamuis intelligere quis possit,quæ ad deum pertinent,
à patribus edoctus huic soli seruiendum esse,si uiuat is non bene,hunc non habere co
gnitionem dei.Si quisquam igitur alius nouit,quæ ad mundi effectorem pertinent, &
quæ ad cultum sacerdotalem,perspicuum certè est inter hos fuisse filios Heli sacerdo
tis,qui nutriti fuere in dei cultu. Attamen eo quod peccauerint,scripta sunt hæc de il
lis in primo Regum,& filij Heli,filij pestilentes non agnouerunt Dominũ,& respon
dentibus illis,hæc ad mundi effectorem pertinere,quęremus quamobrem de filijs He
li dictum sit,non cognouerunt dominum,utrum propter rationes de deo mundi fabri
catore,an propter malitiam ipsorum,sed liquet propter malitiam,eos dici non agno
uisse dominum,quam rem non solum in filijs Leui inuenire licet, uerum etiam in alijs,
qui cum regnarint in Israel, & Iudæa, peccatores fuere. Isto igitur modò Pharisęi pa
trem non norunt,cum non uiuerent ex sententia patris.Cum aũt diuersæ sint significa
tiones agnoscẽdi deum,diuersum quoq; est agnoscere deum,& credere nudè in deũ,
ut liquet ex eo.Scimus aũt quòd quæcunq; lex loquitur his hæc loquatur,qui sunt sub
lege.An non perspicuum est etiam prophetas,quorũ uerba,ut in alijs ostendimus,lex
dicuntur,dictum est igitur in Psalmis: uacate & agnoscite quòd ego sum deus,quis au
tem non fateretur se credere hæc scripta fuisse populo credẽti in mundi opificẽ, quem
agnoscere non ualeat,qui non uacarit,purificaritq; mẽtem, dignis hoc munere habitis
his,qui oculis diuinioribus deum cõsiderant uidentq;,quia cor mundũ fecerint,quem
admodum testatur dominus dicens.Beati mundo corde,quia ipsi deum uidebunt.Si
mul etiam in eo dicto: nemo agnouit patrem, nisi filius, dicturi sumus, non idem esse
agnoscere patrem,& illi credere. Vnde illud dictum: nemo agnouit patrem , nisi fi
lius,non pugnat cum hoc,credidit Abraham deo,& imputatũ est illi ad iustitiã. Quòd
si quis existimet nos uim facere,qui dicamus non idẽ esse credere,quod agnoscere,cõ
tingeręq; aliquãdo,ut aliqs credat,qui nõ habeat cognitionẽ rei ab ipso creditę, Iesum
audiat dicentẽ ad eos,qui in ipsum crediderãt,Iudęos,si mãseritis in sermone meo,ag
noscetis ueritatẽ,& ueritas uos liberabit.Obserua eñ,ꝙ ante ea uerba,si manseritis in 1.Reg.2.
illi,Iudęos,& quod quę dixerit erãt,si manseritis in sermone meo,agnoscetis ueritatẽ.
Multa aũt est differẽtia inter cognoscere cõiunctim cum credere,et inter credere solũ,
alij enim per spiritũ datur sermo sapientiæ,alij aũt sermo cognitionis,alij fides in eodẽ

spiritu

1.Cor.12 spiritu.& hæc quidem ut ostenderemus aliud esse agnoscere deum,ab eo,quod est crede-
re in deum.Hoc uerò (quod ad accuratam interpretationem attinet) his,quæ dixi-
mus,addemus: meritò aliquem dicturum ad Pharisæos,quibus inquit Iesus,neque me
scitis,neq; patrem meum,sed neq; in patrem meum creditis:cum ei, qui à patre missus
fuerat,non crediderint,& qui negat filium,is ne patrem omninò quidem habeat: om-
ninoq; inquam,quia neq; secundum fidem,neque secundum cognitionem. Vide ue-
rò an non alio etiam modo scriptura dicat eos,qui alicui rei commixti, unitiq; fuerint,
illam agnoscere,cui commixti fuerint,communicauerintq;,ante talem uerò unionem
& communionem,etiam si rationes aliqua de re assequantur,non agnoscere illam.Hinc
Gen.2 Adam cum diceret de Eua,hoc nunc os ex ossibus meis,& caro de carne mea,non ag
Gen.4 noscebat coniugem,cum uerò illi adhæsit,tùm dictum est illud:agnouit autem Adam
Euam coniugem suam.Quòd si quis irrideat,quòd de dei cognitione tractantes acce
perimus illud exemplum, cognouit autem Adam coniugem suam, primum quidem
illud is notet: hoc mysterium magnum est,deinde autem apponat,& cõferat,quod di
citur apud Apostolum de mare & fœmina (nam eadem dictione utitur de homine,&
1.Cor.6 de domino) qui adhæret inquiens meretrici,unum est corpus,& qui adhæret domino
unus est spiritus: itaq; qui adhæret meretrici, meretricem agnoscat,qui adhæret cõiu-
gi,coniugem agnoscat, imò, potius quàm hoc,qui adhæret domino,& sanctè,agno-
scat Dominum.Quòd si hæc ita se habent,pharisæi non norant,neq; patrem,neq; filiu-
um,uerusq; est sermo dicens: neq; me scitis, neq; patrem meum.Si uerò isto modo nõ
exponamus,dico autem secundo ultimam intelligentiam,uerbum agnoscere, pro eo,
Gal.4 quod est commisceri,& uniri,exponat aliquis illud.Nunc autem agnoscentes deum,
2.Tim.2 magis autem agniti à deo,& illud, agnouit dominus eos, qui sunt eius, iudicio enim
meo,agnouit dominus eos,qui sunt eius,commixtus illis, & suam ipsius diuinitatem
illis participans,assumensq; ipsos,ut.Euangelica lectio habet,in sua ipsius manu:quip
pe cum in manibus sint patris,qui crediderunt in Seruatorem: quamobrem etiã non
rapientur,ni ab ipsa cadant elõgantes se à manu dei,nullus enim eas rapit de manu pa
Ioan.8 tris.Posthęc inquires in illud dictũ:neq; me nostis,neq; patrem meum,num sit aliquis,
qui agnoscat deum,& patrem non cognoscat, nam si alia illius notio est,in quantũ pa-
ter, alia in quantum deus, fortassis aliquis cognoscat deum, nullam patris cognitio-
nem habens,nisi quia sit ipse deus. Inquit igitur Seruator post resurrectionem Mariæ
Ioan.21 Vade ad fratres meos,& dic illis:uado ad patrem meum, & patrem uestrum, & deum
meum,& deum uestrum.Ac profectò gratificando illis,qui ab ecclesiæ decretis dissi-
dent, dicere possumus: Mosen & prophetas, patrẽ Christi non agnouisse:quæres for-
tassis est uera,quòd omnino non agnouit patrem,quia filius agnoscit patrem, seruus
dominum,& quemadmodum impiè nõ diceremus filiũ non agnouisse dominũ, quia
filius cum sit,non tentat à patre domino,ita seruantes eundem deum,nihil absurdi ad-
mittemus dicẽtes decere,ut filius agnoscat patrem,seruus dominum,quia neq; seruus
agnoscat patrem,neq; filius dominum, cum innumeræ igitur precationes in Psalmis
sint scriptæ,& prophetis,atq; etiam lege,non admodum inuenimus aliquem, qui de-
um patrem appellet.Siquidem precationes deo fundentes, non dicunt pater fortas-
sis,quoniam non agnouerunt patrem,fundũt autem illi preces ueluti deo,& domino,
expectantes eum,qui effundit spiritũ adoptionis, non minus super illos, q̃ super cre-
dentes per eum in deum,post ipsius aduentum:nisi forte intelligibilem aduentũ Chri-
sti ipsi habuerunt,factiq; perfecti habuerunt aliquando adoptionis spiritum, clàm au-
tem,& non manifestè omnibus dicebant,uel scribebant deum,& patrẽ,ne prœoccupa
rent gratiam totí mundo per Iesum effusam,omnes inuocantem ad filiorum adoptio-
nem,ut enarraret dei nomen fratribus suis,patremq; in ecclesiæ medio laudaret,secun
dum quod scriptum est,narrabo nomen tuũ fratribus meis,in medio ecclesię laudabo
te.Quòd ipse quidem sit deus prophetarum,mundiq; procreator,multi ex locis uide-
re possumus,sed in prœsenti sufficiat, concionẽ Stephani ex actis ad populum hunc in
Act.7 modũ dicentis,uidere. Viri fratres & patres audite : deus gloriæ apparuit patri nostro
Abrahę,cũ esset in Mesopotamia,anteq; habitaret in Chara, dixitq; ad eum, egredere
è terra tua,& cognatione tua,& quę sequunt,per totam enim orationẽ citra cõtradi-
ctionem

ctionem cernere licet prophetarũ deum patrem esse Christi Iesu. Idem cernere etiam Rom.1
licet ex Apostolo epistola ad Romanos, in his:Paulus seruus Iesu Christi, uocatus ad
munus Apostolicũ, segregatus in Euãgeliũ dei, quod ante promiserat per prophetas
suos in scripturis sanctis de filio suo genito ex semine Dauid secundũ carnem,declara
to filio dei cum potentia propter spiritũ sanctificantẽ ex eo,quòd resurrexit à mortuis
Iesus Christus dominus noster,per quem accepimus gratiam, & Apostolici muneris
functionem,ut obediatur fidei in omnibus gentibus,pro nomine eius, in quibus estis
& uos uocati Iesu Christi,omnibus qui sunt Romæ,dilectis dei uocatis sanctis, gratia
uobis,& pax à deo patre nostro,& domino Iesu Christo.Ex his enim palàm didicimus
mundi procreatorem,deum prophetarum,& patrem Christi,deum & patrem nostrũ.
Pharisæi igitur non solum cognitionẽ non habebant patris Christi, qui legem dedit,
quatenus pater est, seu quatenus deus, sed ne citra controuersiam quidem ipsi crede-
bant,quatenus pater erat Iesu,& Deus ipsius, atq; etiam fortasse,quatenus deus erat,
qui omnia creauerat.Sed ne Iesum quidem norant,& bene Seruator eos redarguit di-
cens:neq; me scitis,neq; patrem meum scitis. Insuper hæc quæro, utrum hoc proloqui Ioan.7
um,si patrem meum sciretis,& me sciretis,idem ualeat cum illo, si me sciretis,& patrẽ
meum sciretis,an non? & arbitror hæc inter se non æquipollere, eò quòd qui patrem
agnoscit,ascendat à cognitione filij ad cognitionẽ patris,nec alio modo uideatur pa-
ter,quàm uisione filij,qui enim uidit me (inquit) uidit patrem,qui misit me, nec tamẽ
dixisset,qui uidit patrẽ,uidit me,quoniã qui sermonẽ dei uidet,uidet deum,ascẽdens à
filio ad patrem,fieri enim nequit,ut uideat quis deũ non habens ducẽ λόγον,seu sermo
nem,& filium dei,& qui cognouit sapientiã quã creauit deus ante secula ad opera sua,
à cognitione sapientiæ ascendit ad ipsius sapientię patrẽ:fieri etiam nequit, ut sine hu-
ius sapientię ductu intelligatur sapientię deus, quod idem de ueritate dices.Non enim
intelligit aliquis deum,uel uidet ipsum, & postea ueritatem, sed antea ueritatẽ, ut isto
modo ueniat ad contemplandã essentiam,uel essentia superiorem potentiam, & natu
ram dei..Ac profecto fortasse quemadmodũ gradus quidam erãt in templo, per quos
ingrediebaẽ aliquis in sacta sanctorũ,ita omnes gradus nostri unigenitus est filius dei,
& sicut primus graduum unigenitus est in rebus inferis,itemq; secundus primo supe-
rior,& sic deinceps usq; ad supremũ, sic omnes gradus sunt Seruator: cuius humani-
tas gradus inferior ueluti primus est,per quam gradientes emetimur omnem graduũ
uiam,& deinceps ea,quæ ipse est,ita ut ascendamus per ipsum,qui angelus est, & cæte
ræ potentiæ.Quin etiam propter considerationes de ipso (quando quidẽ aliud est uia,
& aliud ostium) primũ pergamus per uiam necesse est,ut postea isto modo peruenia-
mus ad ostium, & ad utendum eo,præcipuè in quantum est pastor,ut quis etiam eo ut
Rege frui possit iuuariq; ab ipso,primo gradu,ceu agno,ut in primis tollat peccatum
nostrum,ac postea purificati comedamus ipsius carnem,nempe uerũ cibũ.cumq; quis
diligentius perscrutatus fuerit his proxima,perceperitq; illud,audiet: si me sciretis, & Ioan.7
patrem meum sciretis,& quoniam me scitis,& patrem meum scitis.

Hæc uerba loquutus est in Gazophylatio docens in templo,& nullus eum apprehendit,quòd nondum uenerat hora eius.

NISI aliqua esset utilitas,eò quòd prædicta nunciata fuere,ac dicta à Seruato
re in templo,haudquaquã additurus fuerat Euangelista his,quæ dixerat Ie-
sus,hæc uerba loquutus est in Gazophylatio docens in templo,& frequen-
ter ubi additur,hęc uerba loquutus est in tali loco,si indagaueris,inuenies,quòd sit illi
additamento consentaneũ.ut igit intelligat aliquid,quare à Iesu dicta fuerint hæc uer
ba in Gazophylatio,apponemus ea,quæ à Luca, & Marco didicimus,qui mẽtionem
Gazophylatij fecerũt,& hęc quidẽ Lucę sunt uerba.Cumq; respexisset in diuites mu- Lucæ 21
nera sua in Gazophylatiũ mittentes,uidit pauperculã quandã uiduam mittentẽ minu
ta duo,& dixit: Verè dico uobis hanc pauperẽ uiduam plusquàm omnes misisse, nam
omnes hi ex eo quod sibi redundat, miserunt in dona dei, hæc autem ex penuria sua
uniuersam substantiam,quam habebat,misit.Marci uerò uerba sic se habẽt: & cum se- Marc. 12.
deret Iesus ex aduerso Gazophylatij,spectabat q̃modo multitudo mitteret æs in Ga-
zophyla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

zophylatium: & multi diuites mittebāt multa: & uenit quædam uidua pauper, missq; minuta duo, qui est quadrans: uocatisq; ad se discipulis suis dicit illis: amē dico uobis, uidua hęc pauper plus misit, quàm omnes qui miserūt in Gazophylatiū: nam omnes ex eo, quod illis supererat, miserūt, at hæc ē penuria sua omnia, quæcūq; habebat, misit totam substantiā suam. Quid aūt ego uelim obseruans additionē uerborum, nempe q Gazophylatium erat in tēplo, pro intelligentia cōtextus loānis, quo de agitur, iam dicemus, siue templum dei, & quæ in templo sunt, sensu anagogico exponimus, siue spiritualem sermonem, huic consequenter, Gazophylatium etiam, quod in templo erat diligenter considerabimus. Quod quidem Gazophylatium locus cum sit numismatū quæ offeruntur ad honorē dei, & ad dispensationē requiei pauperū: quid aliud sunt numismata, q̄ diuini sermones imaginē magni regis impressam habētes: qui cōsiderant à mensarijs probatis: gnaris diuidendi probata ab improbatis, quæ mentiuntur se esse probata, & seruantibus illud Iesu mādatum. Estote probi trapezitæ: & Pauli doctrinā dicentis: omnia probāte, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete uos.

1. Thes. 5 Vnusquisq; autem inferat ad ædificationem ecclesię ferens ad Gazophylatium, quod mente cernitur, quęcūq; potest ad honorem dei, & utilitatem communem: Quoniam uerò communitas duobus modis iuuatur, uerbis, & operibus, quæ iustus agit, pulchrè hæc etiam opera referuntur ad Gazophylatium, quod mente cernitur. Sed quoniam non æquales, ac ne omninò quidem similes omnibus sunt uires in hac uita (quādoquidem dedit paterfamilias uni quinq; talenta, alteri duo, & alij unum, unicuiq; secūdum propriam potentiam) animatus huius sermo laudat, quos laudat respiciens ad potentiam mittentiū in illud, quod interpretati sumus Gazophylatiū: non respiciens ad solam quantitatem rerum, quæ offerūtur, quam etiam ob causam scripta sunt, quę ex Luca & Marco apposuimus: & quoniam est aliquis, qui plura potest, pauciora quidē faciens, quàm pro potentia in se existenti, sed plura comparatione eorū, qui minus possunt, magis laudant hi, qui totis uiribus suis fecerunt pauciora, q̄ hi, qui plura intulerint ex potentia, quæ ferre ualeat longè copiosiora. Pariter etiā docet his dictis is, q̄ spiritualiter hęc cōsiderarit, q̄, qui putant præcellere, extollere se non debeant cōtra eos, qui iudicio hominum sunt tenuiores: non enim certus est fidelis, existimans se meliora, & copiosiora facere, conferens seipsum cum minima agentibus, quòd omnia, quæ potuit, fecit, uel quòd per sermonē, & filium dei nōn poterant exigi ab eo omnia, quæ reddidit: Respexit ergo ad eos diuites Iesus, qui munera sua mittebant in Gazophylatium: & intuitus pauperculā uiduā minuta duo mittentem (fortassis cogitantē simplicius de reb. diuinis contemplatione, & actione) & cōsequenter his uiuentē, dixit: uerè dicam uobis uiduā hanc pauperē plus quàm omnes misisse: quod dixit despiciēs quodammodo diuites: qui multo copiosiora ferre incōmune ualentes (quod ad potentiā attinet) ex eo, quod illis redundabat, mittebant in munera dei partem minimā eorum quæ inferre poterāt. Cōsidera etiā uiduę penurias, & quòd uim sibi inferens, omnem quam habebat substantiā tulerit in templū in Gazophylatiū, offerens omnē potentiā suam deo. Semper igitur Iesus iuxta Lucam respiciens in diuites mittentes munera sua in Gazophylatium, uidet etiam pauperculam uiduā mittentē minuta duo. Iuxta Marcum uerò cum sederit ex aduerso Gazophilatij uidet, quonam modo omnis populus mittit pro uiribus suis æs spirituale in Gazophylatium: & (tanquam qui solus uidere possit diuites) uidet, quænā tandem mittat in illud pro uirib. suis etiam anima pauperecula, & egena: quæ quia, quod potest, mittit, præ multis diuitibus iustificatur etiā: Nec alloquitur Iesus ueluti uulgares, sed (quemadmodum Marcus inquit) discipulos suos. Etenim nūc uocatis ad se discipulis suis dicit illis illud, edocēs eos, ut uideāt nō quem-

Marc. 12. admodum homo, sed quemadmodum uidet deus (homo enim uidet in facie, deus uerò in corde) Amen dico uobis uiduam hanc pauperem plus omnibus misisse, qui mittant in Gazophylatium, & quæ sequuntur. Sed quid nam quæso putas me uelle hoc longo hyperbato, cum propositum sit narrare hæc uerba, quę loquutus est Iesus in Gazophylatio docens in templo: nisi ostendere, quòd omnib. inferentibus in Gazophylatiū templi, quæ in cōmuni alimēto futura essent egētibus, necesse sit, uti Iesus magis, quàm omnes, inferat quæ utilitati sint futuræ: nempe uerba uitæ æternæ, & doctrinæ

de deo, & de se ipso: Ac splendidius profectò quouis numismate illud erat. Ego sum lux mundi, quod dictum fuit in Gazophylatio, & illud, si me sciretis, & patrem meum Ioan. 8 sciretis, sed & omnia quæ sunt in illo loco, splendida sunt. Atq; aurum sanè omne, cæterorum qui in Gazophylatio ferebant, quæ habebant, arena erat pauca comparatione uerborū Iesu. Sapientia siquidē erat quiuis eius sermo, de qua dicitur, omne aurum co Sap. 7 ram sapientia est pauca arena, & ceu cœnum reputabitur argentum coram ea, & hæc certe cōsiderabunt, quotquot edocti sunt audire sapientiam illam, quæ annunciat in- Sap. 7 ter perfectos, in mysterio abscondita, quam prędestinat deus ante secula ad iustorum 1 Cor. 12 suorum gloriam. Considerabunt hoc etiam, qui dispicere ualent sapientiam dei longè excellentiorem sapientia huius seculi, uel principum seculi huius, qui destruūtur, ceu qui utantur proprijs prophetis, & tueantur qualescunq; sermones alios, præter ueritatem, nam cæteræ sapientiæ, quæ ueluti aurum reputantur harena, sunt parua coram sapientia, quam creauit deus principium uiarum suarum ad opera sua, argētumq; splendida, & eloquens multorum oratio, ceu cœnum reputabitur coram castis sermonibus domini, qui igniti sunt, & purgati, & probati septuplum, quia processerunt ab illo sermone, qui erat in principio apud deum. Cæterum testimonia ex libro, qui inscribit sapiētia, aliàs apposuimus, ut uideremus uim dicti illius, hæc uerba loquutus est Iesus in Gazophylatio docens in tēplo: obseruetur enim expositio de pauperibus, deq; uidua paupercula, ut explicata est, & si quis imitator est Christi ueniat ad templum dei, quod mente cernitur, & non est in loco, mente iter faciens, & sequens spiritum, à quo manu duci ipse ad templum ipsum potest, afferatq; probata numismata, nempe uerba uitæ ęternæ ad Gazophylatium, & opera huiuscemodi uerbis consona. Atq; utinam aliquis nostrum non sit illa uidua, quæ ferre plus nil ualet duobus minutis, neq; diues afferēs ex eo solo, quod redūdat, sed omneis diuitias deo dedicet. Cæterū non omnia, quę habebat, uerba loquutus est Iesus in Gazophylatio docēs, sed tot, quot capiebat Gazophylatium, nam ne mundum quidem ipsum totum arbitror capere dei uerbum. Attamen tot uerba in Gazophylatio loquens, & docens Iesus in templo, nondū ab ullo tenetur, uerba nanq; ipsius fortiora erant ipsum apprehendere uolentibus: & certè quā diu loquitur, tam diu nemo illi insidias struentium apprehendere eum ualent, sed si tacuerit, tunc tenetur, unde interrogatus à Pilato, & flagellatus (quòd uellet pro mūdo pati) tacet, alioquin si loquutus fuisset, nō crucifigēdus ex infirmitate, quoniam nō est infirmitas in his, quæ sermo filius dei loquitur, cumq; existeret in Gazophylatio, nondum instabat hora, qua prehēderetur, sed neq; oportebat eum prehēdi in tēplo, torrentem esse necesse erat locum, ubi uolebat Iesus prehendi, & ubi poterat prehēdi. Quin etiam tempus, quo capiendus erat, minimè diurnum esse oportebat. Nam Iudas cū ac- Ioan. 18 cepisset cohortem, & à principibus sacerdotum, ac pharisęis ministros, uenit illuc cum lanternis, & facibus ac armis. cæterum de hoc dicto, nondum uenerat hora eius, in superioribus differuimus pluribus uerbis, quibus etiam in præsentia uteris.

Rursus ergo dixit illis, ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini, quò ego uado, uos non potestis uenire.

E T hæc in Gazophylatio in templo cum loquerē, addidit superioribus: nec solum hæc, sed alia multò plura usq; ad eum contextum, anteq; Abraham fieret, ego sum: post hunc autem sermonem cum lapides tulissent Iudæi, ut lapidarent eum, Iesus abscōdit se, & exiuit è templo, quādo prēteriēs uidit cæcū à natiui tate, de quo sciemus, deo dāte, cum ad locū peruenerimus, hæc autem loquitur, ut eueniat id, quod subiungit, hæc eo loquente, crediderunt in eum nimirū pauperes, qui ad Gazophylatium uenerant, inde accepturi, quæ possent, & quæ sibi distributa fuissent. Ioan. 8 Itaq; multi crediderunt in eum, sed non multi agnouerunt eum, quoniam ex his, qui crediderunt in eum manentes in sermone eius, uerè facti discipuli eius agnoscunt ueritatē, sed non multi ex his, qui crediderūt in eum, manēt in sermone eius, ac ne multi q dem uerè efficiuntur illius discipuli, proinde ne multi quidem agnoscūt ueritatē, & ueritate liberi nō reddunt, admodū enim pauci capiunt ueritatem, sed quinam agnituri sunt eum, nisi exaltātes eū: ut etiā ipse docet dicēs, cum exaltaueritis filium hominis, Ioan. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc agnoscetis, quòd ipse sum, nullus autem eum exaltat, qui lacte alitur prę-
parans se
1. Cor. 2 ipsum ad susceptionẽ cibi solidi, quãobrẽ tali dicit: iudicaui me nihil scire inter uos, nisi
Iesum Christum, & hunc crucifixũ, penes quem etiam sermonis minister in infirmita-
te uersatur, ut inquit Paulus talibus, ego in infirmitate, & in timore, & in tremore mul-
to uersatus sum apud uos. Inquit igitur illi dei sermo, ille dei filius, rursum docere inci-
piens in Gazophylatio in templo.

Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini.

VAERO propter hoc dictum, hæc eo loquẽte multi crediderũt in eum, num
Q quid ad omneis prę sentes dixerit, ego uado, & quęretis me, & in peccato ue
stro moriemini, an potius ad eos, quos (quia nõ credidissent) nouerat in pec
cato suo morituros, non ualentes ponè ipsum sequi (non ualentes aũt, eo quòd nollẽt)
nam si uolentes non poterant haud quaquam illis rationabiliter diceretur, in peccato
uestro moriemini. At uerò aliquis contra hoc dicturus est. Si hæc dicebat permanenti
bus in fide, quomodo talibus dicit, quæretis me: nam quærere Iesum sæpenumero est
bonum, quòd idem ferè sit, quod quærere sermonem, & ueritatem, & sapientiam. Sed
respondebis hoc uerbum quærere, dici aliquando de his, qui insidias struunt: quemad
Ioan. 7 modum in illo dicto, quærebant eum prehẽdere, & nemo in eum iniecit manus, quòd
nondum uenisset hora eius, & in hoc:

Noui uos Abraham semen esse, sed quæritis me interficere, quòd sermo meus
non capit in uobis, deniq; etiam in hoc, nunc autem quæritis
me interficere hominem, qui loquutus sum uerita
tem uobis, quam audiui à patre.

VAM etiam ob causam dicitur illud eum non bene quęrentibus, & quęretis
Q me, quod contrariũ non est ei dicto: omnis qui quærit inuenit. Ac certè, diffe
rentiæ semper sunt quærentium Iesum, cum omnes non sincerè, & pro sua ip
sorum salute, & ut ab eo iuuentur, quęrant eum. Sunt enim aliqui innumeris argumen
tis, quę ab honesto deflexerũt, quęrẽtes Iesum, quamobrem soli rectè quęrentes eum,
pacẽ inuenerũt, qui etiã propriè dicent ipsum quęrere in principio existentem sermo-
nem, sermonẽ apud deum, ut ipsos adducat ad patrẽ. Assistẽs aũt ille λόγος, id est ratio,
& filius dei, & notiones suggerens, nisi admissus fuerit, minatur se abiturum, & dicit:
ego uado, eum nobis postea (si abeuntem quæsierimus) non inuenturis, sed in pecca-
to nostro morituris. Nouit autem à quo discedit, & apud quem manet, nondũ inuen-
tus, ut in tempore quæsitus inueniatur, quibus profectò isto modo habentibus eũ, nec
adhuc illum uidentibus dicitur illud: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum,
Rom. 10 hoc est Christum deducere, uel quis descendet in abyssum, hoc est Christũ ex mortuis
reducere. Sed quid dicit scriptura? admodum ꝓpe te est uerbũ in ore tuo, & in corde
tuo. Proinde his etiam benignè Seruator ostendit, quæ ad regnum dei pertinent, ne
quærant illud extra seipsos, neque dicant: ecce hic, uel ecce illic: Inquit enim: Regnum
dei intra uos, & quamdiu quidem seruamus animæ nostræ ingenita ueritatis semina e-
iusq; principia, nunquam à nobis discedit ille λόγος, id est ratio, & filius dei. Quòd si
malitiæ dissolutione corrupti fuerimus, tunc nobis dicturus est abeo, non inuenturis
illum, etiam si quæramus maximè, sed in peccato nostro morituris, deprehensis in eo,
& assumptis ab his, qui ordinati sunt, ut repetant animam, iuxta dicentẽ, insipiens, no-
Lucæ 12 cte hac animam abs te tuam repetunt. Sed ne hoc quidem dictum, in peccato uestro
Ioan. 8 moriemini, absque indagine prætereundum est. Nam sic communiter accipiatur, per
spicuũ est peccatores in peccato suo morituros, iustos uerò in sua iustitia: sin uerò mo-
riemini, accipiatur de morte, quę est inimica Christi, ut is pereat, qui ad mortem pecca
uit, perspicuum est, nondum perijsse eos, quibus hæc dicebantur. Quæres etiam, quo-
nam pacto, qui non crediderant se uiuere in infirmitate, morituri sint aliquando, præ-
sertim cũ aliquis in horũ defensione sit responsurus, incredulitatẽ in illo tempore non-
dum fuisse peccatum ad mortẽ, & idcirco illos, penes quos loquebat Seruator, ad mor
tẽ non peccasse, uiuebãt illi tamẽ in infirmitate animę suę, eratq; infirmitas illa ad mor
tem, propterea uidens illos miserè ęgrotantes, atq; de illorum salute desperãs dicebat,
ego

ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Dicamus igitur, quòd infir- Ioan. 8
mitas illa illis ad mortem erat tanq; à Iesu edocti differentiam infirmitatis: infirmaba-
tur nanq; Lazarus, sed nouerat medicus, infirmitatem huius non esse ad mortẽ, quam-
obrem, inquit, infirmitas hæc non est ad mortem. Hanc ob causam si suscipiamus infir Act. 20
mitates ipsorum ægrotantium, adhibeamus animũ, ne quando ad mortẽ ægrotemus,
morbo facto immedicabili, cum adhuc spes esse posset. Pariter etiam apertius erit hoc
dictum: quò ego uado, uos nõ potestis uenire, quòd subiungit uerbis illis, & in pecca Ioan. 8
to uestro moriemini: Quãdo enim moritur quis in suo ipsius peccato, quò uadit Iesus,
non potest abire, nullus enim mortuus sequi potest Iesum, quando quidẽ mortui non
te laudabunt domine, neq; omnes qui descendunt in infernũ, sed nos uiuentes lauda-
bimus dominum. Ad hęc huic dicto, in peccato uestro moriemini, illud Ezechielis ad Ezech. 18
iunges hunc in modum se habens: Anima peccans ipsa moritur, mors enim animę pec
catum, non omne tamen meo iudicio, sed illud quod dicit Ioannes ad mortẽ, qui pari-
ter etiam distinguit peccatum aliquod mortem esse animæ, & item aliquod infirmita- Ioan. 5.
tem esse eius, fortassis etiam tertio modo peccatũ aliquod damnũ est animæ, quod sci-
licet ex eo liquet: Quid utilitatis habebit homo si uniuersum mundũ lucretur, animæ ue Matt. 6
rò suę detrimentum patiatur? & ex eo: Si cuius opus exustum fuerit, damnũ habebit. 1 Cor. 5
Atq; in peccato quidem morientibus inquit: uado & quæretis me, & in peccato uestro Ioan. 8.
moriemini, quò ego uado, uos non potestis uenire: ad Petrum uerò, quò ego uado, nõ
potes me modo sequi, sequeris aũt postea, licet enim discipulis Iesu esse prę paratis nũc
ad sequendũ Christũ, abeuntẽ ad patrem, sequuturis aliòquin postea (cum diligentia,
& arte iter facientibus) præceptorem, & sermonem dei. Cęterum propter ea, quę à no
bis de fine considerata sunt, credibile est aliquem notaturum illud: quò ego uado uos
non potestis uenire, dicturumq; ad hoc, licere nunc quidem istis non posse (sed futu-
rum ut in posterum possint hi etiam) quando quidem si est quoddã præsens seculum,
aliud etiam sit futurum, ad quos dictum est, non potestis uenire in præsenti seculo. Ve
rum multum supereſt temporis ad consummationem seculi, in quo uenire nõ possunt
eò, ubi est Iesus, nimirum ubi est ueritas, ubi est sapientia, ubi est sermo dei filius, hoc e-
nim est, ubi est Iesus. Noui autem quosdã, qui non solum in hoc seculo, uerum etiam in
futuro à proprio peccato detineãtur, ueluti istos de quibus filius inquit dei: Qui blas- Matt. 12
phemauerit in spiritum sanctum, non habet remissionem, neq; in præsenti seculo, neq;
in futuro: nec tamen sequitur, non habet remissionẽ in futuro seculo, ergo nec insuper
uenturis seculis. Sanè Heracleon exponens dictionem Gazophylatij, nihil dixit in e-
am. In hoc autem dictum, quò ego uado uos nõ potestis uenire, inquit, quomodo qui
in ignorantia, & in infidelitate sunt, & in peccatis, incorruptibiles fieri possunt? neque
hac in re sibi ipsi cõsentiens: Nam si in ignorantia, & in incredulitate, & in peccatis exi
stentes, fieri non possunt incorruptibiles, quomodo Apostoli, qui aliquando fuere in
ignorantia, & in incredulitate, et in peccatis facti sunt incorruptibiles? proinde pos-
sunt, qui in incredulitate, & in ignorãtia, & in peccatis sunt, fieri in corruptibiles, si im-
mutentur, facileq; etiam factu est eos mutari. Dicebant ergo Iudæi:

Nunquid seipsum interfecturus est, quod dicit: quò ego uado,
uos non potestis uenire.

DIGNVM quæsitu est, undenam moti Iudæi ad illud dictũ, quo ego uado, uos
non potestis uenire, dicãt, nũquid interfecturus est seipsum, quòd dicit: quo
ego uado, uos non potestis uenire? Vt uerò etiã detur simplicius eos dixisse,
nunquid interfecturus est seipsum, quomodo qui poterant seipsos interficere, etiam si
non interficiant seipsos, neq; uadant eò quò uadit, qui seipsum interficit, eò abire non
possunt quo recedit, qui seipsum interficit? Itaq; respondeant oportet ad hæc quæsita,
qui diligentius, & ꝓfundius intelligunt, quę à Iudæis dicuntur in Euangelijs, clarũ esse
Iudæos multa secundũ quasdã traditiones occultas, & separatas loqui, tanq; qui alia co-
gnorint prę ter ea quæ publica erant & trita: Cum autem uiderimus ex appositione di
ctorum illa, tunc quęremus, num etiam hoc ab ipsis de Seruatore dicatur, uidentibus
quiddam profundius: Quoniam uerò secundũ separatas, minimeq; uulgares rationes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uel sermones dicebant eum, qui sine dolo erat, in principe dæmoniorũ Beelzebul eiscere dæmonia, omnino de dæmonibus, deq; eorum principis Beelzebul nomine non nulla didicerãt, quę haud ità ponunt in libris, qui circũferuntur: etiam testimonio Seruatoris (falsis existẽtibus sermonibus de Beelzebul) Si ego præsidio Beelzebul eijcio dæmonia, filij uestri cuius præsidio eijciunt? Cum enim admisisset esse quendã Beelzebul, & qui illius præsidio dęmonia eijceret, dissidium ueluti quoddã Sathanę operari, eò quòd secum ipse dissideret, hæc inquit. Atq; illi quidam errabant dicẽtes per Beelzebul Seruatorem dęmonia eijcere, perceperant tamen esse quendam Belzebul principem dæmoniorum: Quin etiam cum dicunt de Iesu, quòd ipse sit Ioannes, qui à mortuis resurrexit, uel unus aliquis prophetarũ, talia de Seruatore cogitant: dogma omnino habentes de anima, ut antea accuratè exquisiuimus de Ioanne tractantes. Proinde probabile est, eos alia innumera, uel ex traditione, uel ex occultis libris scire, præmultis, Videamus igit etiã in hoc. nunquid interfecturus est seipsum, an facile factu sit, ludæos non intellexisse quicq; cõmunius, uel simplicius perinde quasi ipse seipsum euita educeret, uel laqueo, uel gladio, uel qualicunq; tandẽ uia eorũ, qui hinc seipsos liberant: & maximè quoniam existimant ipsum interfectum, eò abiturum, quò difficillimum factu sit eos proficisci, & nisi circa nomina superstitiosi simus, sed intueamur res, non inueniẽtes uti alijs nominibus de rebus, fortasse diuinius (ut ita dicam) aliquo modo se interfecit dominus, quam rem sic ostendemus, quia omniũ animę, qui ab hoc corpore discedunt (repetentibus quibusdã eas ad hoc ordinatis) assumantur, ubi probabile est esse huic muneri obeundo ordinatos, qui ipsis animabus sint præstantiores: Illud
Luc.12 enim insipiẽs, hac nocte repetunt abs te animam tuam, tale qui declarat. Quòd si quis dicat, hoc dici posse de malis, nõ de uiris præstantioribus, deq; his, qui probe uixerint, illud notet, an non dominus de seipso singulare quiddã præ omnibus, qui in corpus ad uenerint, de seipso dicat: Nemo tollit à me animam meam, sed ego pono eam à meipso: & habeo potestatem ponendi eam, & iterum habeo potestatem sumẽdi eam. Cõsideremus enim quid sibi uelit, qui relinquit corpus, & exit sine uia ferente ad mortẽ: scilicet exiens sine uis uiolentis, uel sine morbis: rursusq; cũ uoluerit, rediens, utenscq; instrumento corpore, quod reliquerat. Ac decens profectò est de Iesu anima isto modo dicere mortem fuisse: ipsumq; ostendere uolentem discipulis nobilitatẽ discessus hinc sui, dixisse: Nemo tollit à me animã meam, sed ego pono eam à meipso. Hoc enim ne-
Psal.87 que Moses, neq; Patriarcharum aliquis, neq; prophetarum, ac Apostolorum quidem aliquis dixit præter Iesum. Proinde hoc considerato, manifestum esse illud potest, quòd in septimo & octogesimo psalmo dictum est hoc modo, ex persona Seruatoris: In monte tuis liber. notans autem Euangeliorum scripta de discessu hinc suo, inuenies in illis nõ dissonantem intelligẽtiam scriptorũ de exitu suo: nam si mortuus fuisset perinde ac illi latrones qui cum eo crucifixi fuere, & quorum milites fregerunt damnatorum crura, haud quaquam dicere possemus animã à semetipso Iesum posuisse, sed aliqua uia morientium. At nunc Iesus uoce ualida cum clamasset, emisit spiritum: cumq; etiam, quasi Rex, reliquisset corpus, & cum potentia operatus fuisset, quæ iudicabat consentaneũ esse facere, statim uelum templi scissum est à sursum usq; deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & egressi è monumentis post resurrectionẽ eius, ingressi in sanctam ciuitatem apparuerunt multis: ita ut Centurio, & qui cum illi erant, seruantes Iesum, ui-
Matt.27 so terrę motu, & quę fiebant, ualde timuerint, dicẽtes: uere filius dei erat hic. Fortassis igitur ut in traditiõibus de Christo erat eum nasciturũ in Bethleem, proditurumq; ex tribu Iuda, iuxta sanas intelligentias propheticorũ sermonum, sic de morte ipsius eũ erat, quòd Christus seipsum liberaturus esset modo quo diximus, & certe, probabile est eos intellexisse eum, qui sic proditurus esset abiturum in locũ, quò ne hi quidem hæc intelligentes proficisci possent: adeò ut nõ simpliciter illud dixerint (sed iuxta quandã traditionem) nunquid interfecturus est seipsum, quia dicit, quò ego uado, uos non potestis uenire: Quòd si etiam hæc loquuntur Iudęi, ambiguè hæc loquunt. Nam dicere, nunquid interfecturus est seipsum, tale quiddã est. nec sanè mirũ est eos de Christo ambigere, quando etiam in superioribus cum turbę audissent sermones Iesu, dicerent: hic est

est uerè propheta ille: alij, hic est ille Christus: quidã autem dicebant: númnam ex Ga-
Ioan.7 lilęa Christus uenit? nónne scriptura dicit, quòd ex semine Dauid, & de Bethleem castello ubi erat Dauid, Christus ueniet: quãdo etiam dissensio orta est in turba propter eum: sed paulo post illa scriptum est, respondisse ministros, nunquã isto modo loquutus est homo: adeò ut pharisæi admirantes sermonem eius dixerint, num uos etiã decepti estis? num aliquis ex principibus, uel ex Phariseis in eũ credidit? An non turba hęc quæ nõ agnoscit legem, execrabiles sunt? quãdo etiam cum dixisset Nicodemus, num
Ioan.7 lex nostra iudicat hominẽ, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat: respõderunt, num & tu Galilæus es? scrutare, & uide quod à Galilæa propheta non egredi-
Ioan.8 tur, neq; surgit. Sed quomodo simplicius poterãt intelligere futurũ, ut seipsum interficeret, audientes eum dicentem: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, nequaquam ambulauerit in tenebris, sed habebit lumen uitæ: ad quem Pharisæi dixerunt: tu de te ipso
Ioan.8 testificaris, testimonium tuum non est uerum: respondit Iesus & dixit eis: etiam si ego testimonium perhibeo de meipso, uerum est testimonium meum, quia scio unde uenio, & quò uado. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam. Porrò etiam si iudicem ego, iudicium meum uerum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, pater. Quin & in lege uestra scriptum est, quòd duorum hominũ testimonium
Ioan.8 uerum est: ego sum is, qui testimonium fero de meipso, & testimonium fert de me, qui misit me, pater. Cur uerò uerisimile erat, quòd se ipsum interfecturus esset post tot uerba tam magnificè à se hunc in modum dicta: neq; me scitis, neq; patrẽ meum, si me scietis, etiam patrem meum scietis? Credibile enim est eos (perinde atq; hæc uerba) intellexisse illud. Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini, quò ego uado, eò uos non potestis uenire. Valde etiam ostẽditur potestas eius tùm in eo, quòd libera potestate & uolũtate ipse moriatur relicto corpore, tum etiam in hoc dicto: Ego uado, & fortassis, quia dixit ego uado, subiũgitur, & quæretis me. Verisimile enim est, eos, qui forte fortuna adessent, illum hunc in modum è uita discedentem quærere, sed eò quòd perirent in peccatis suis, neq; post hæc omnia pudefacti, ut non ambiguè de ipso dicerent: nunquid interfecturus est seipsum, quia dicit, quò ipse abit nõ posse nos illum sequi? Existimo etiam, quòd malignius nominãtes illud, quod erat in traditione de morte Christi, qui ad eos uenerat, & non glorificantes eum, è uita isto modo discedentem, dixerunt: Nunquid seipsum interfecturus est? Licebat quidẽ ambiguè dicere, sed cum consensu eius gloriæ, quæ erat penes mortem eius, & quasi hunc in modũ dicere: nunquid anima eius, quando ipse uult exibit derelicto corpore? & hanc ob causam inquit, quò ego uado, eò uos non potestis uenire? Simul etiam obseruabis (quia
Matt.20 disseruimus quomodo è uita discesserit) illud: & ascẽdẽs Iesus Hierosolymã, assumpsit duodecim seorsum, & in uia dixit illis: Ecce ascẽdimus Hierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Phariseis & scribis, & condemnabunt eum mor-
Marc.19 ti, & tradetur gentibus conspuendus, & flagellandus, & crucifigendus, & tertia die resurget. Quòd si quis respondeat illud: ab eo tempore cœpit ostẽdere discipulis suis, q̃ oporteret eum Hierosolymam proficisci, & multa pati à principibus sacerdoũ & Pharisæis & scribis, & interfici, & illud: futurum est, ut filius hominis tradatur in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget, dices, quòd interfecerunt eum omnes dicentes: Crucifige crucifige eum, & hi qui rei fuerunt mortis ipsius: etiam si præoccupans milites uenienteis, ut frangerent crura eius, cum clamasset uoce ualida, expiraue-
Gen.4 rit. Hinc etiam illud adiunges: omnis inueniens me occidet me: & illud omnis qui interfecerit Caim septuplo uindicabitur. Quomodo enim omnis iuueniens eum, occidet eũ, si unus anticipauerit interficere eũ: uel quomodo omnis, qui interfecerit Caim, septuplũ punietur, cum multi non interfecerint eum? nam ueluti de multitudine dicta est uox omnis. Fortassis etiam humanius cum intellexisset Petrus, quę dicta sunt à Ser-
Matt.16 uatore, inquit: propitius esto tibi domine, nõ erit hoc tibi. At uerò Seruator increpans eũ, quasi non bene intellexerit, quod dictũ fuerat inquit: uade retro me Satana, scandalum mihi es, quoniam non sapis quæ dei sunt, sed quæ sunt hominum. Vide uerò, an
Ephes.5 non etiam, quod apud Paulum dicitur: seipsum tradidit pro nobis ostiam deo, sit tale: sic igitur solum seruare poteris summum sacerdotem in seculum secundum ordinem

Melchisedech,& agnum dei tollentem peccatum mundi oblatũ ostiam deo, nõ ab im pijs,sed pijs põtificibus.Hæc quidẽ nos tradidimus pro uiribus explorãtes propositũ dicentiũ,nunquid interfecturus est seipsum,quia dicit,quò ego uado eò uos non pote stis uenire, postquã audiuissent taleis tantosq; sermones, quos superius dixerat Iesus. Credibile autem est,quosdã offensos hac interpretatione tanq; coacta, existimare eos simplicius dixisse,nunquid interfecturus est seipsum,perinde quasi Iesus interfecturus esset seipsum,& futurus in loco eorum,qui sibi ipsis manus intulerint, & ob hoc sunt puniendi: Iudæis non ualentib. ob hoc illò ire,propterea quòd obnoxij non essent illi peccato de seipsis.At uerò hi notẽt num possint Iudæi subcogitare,Iesum hæc dixisse condemnantẽ seipsum,ueluti profecturum ad locum supplicij, quò non poterãt illi proficisci,quantũ attinet ad hanc intelligentiam: quasi Iesus melior ac præstantior esset:uel consequens erit dicere,Iesum,si loquebatur hoc cogitãs, & uolens seipsum interficere,melius putare seipsum interficere, quàm non se interficere. Heracleon sanè, perinde quasi hoc dictũ fuerit simplicius,nunquid interfecturus est seipsum, inquit, q malignè cogitantes Iudæi hæc loquerentur,seipsos etiam ostendentes ipso Seruatore maiores:& existimantes se quidem profecturos ad deum in requiem sempiternã, Seruatorem autem ad corruptionem,& ad mortẽ ui sibi ipsi illata,quò seipsos non existimabant profecturos: & ijsdem uerbis inquit,Iudæos existimare, Seruatorem dicere: ego mihi ipsi ui illata,ad corruptionem profecturus sum,quò uos non potestis uenire, Sed haud scio,quònam pacto cum dixisset Iesus,ego sum lux mundi,& quæ sequunt, possit dicere,ego(mihi ipsi ui illata)profecturus sum ad corruptionem. Sin uerò dicat aliquis,Seruatorem hoc non dixisse,sed hoc Iudæos subcogitasse,dicet scilicet Iudæos cogitasse de eo,quòd corrumpũtur,qui sibi ipsis mortem conscisc unt, & nihilominus Iesum hæc facturum,etiamsi futurum crederet,ut corrũperetur,& puniretur, id quod erat modis omnibus fatuum.

Et dicebat illis: uos ex infernis estis,ego è supernis sum,uos ex hoc mundo estis,ego non sum ex hoc mundo.

N superioribus etiam dixit,qui de terra est,de terra loquitur, qui è cœlo ue-
I nit supra omneis est,& quod uidit & audiuit hoc testat. Si igitur qui de terra est,de terra loquit,& qui è cœlo uenit,quod uidit & audiuit hoc testat, quæres utrũ idẽ sit esse è terra, & esse ex infernis,an diuersum.Simul aũt obseruabis q illic non dixerit qui est è cœlo etiã è cœlo loquitur: nam fortassis Seruator nõ erat è cœlo. Non erat,præsertim in quantum est primogenitus omnis creaturę,quod cm attinet ad
1.Cor.15 uocem,è cœlo,secundus homo est è cœlo:quemadmodũ alicubi Paulus dicit: primus homo è terra terrenus,secundus homo è cœlo. Atq; etiã hoc in loco notabis utrũ tandem idem dicat dicendo,uos ex infernis estis,& uos ex mũdo estis,an diuersum sit, esse è terra,ab eo quod est esse ex hoc mũdo. Similiter etiã in his uerbis quæres: ego è supernis sum,& ego non sum ex hoc mundo. Dignum enim est,ut inspiciamus, quid sit ex supernis esse,& quid sit non esse ex hoc mundo. Vide igitur,an qui assumpsit ortũ à materia & corporibus,eò quòd meliora reliquerit,sit è terra : qui quatenus est è terra, de terra loquit,altius aliquid intueri uel dicere nõ ualens : qui idem etiam ex infernis est: nam alia est consideratio esse ex infernis,alia esse è terra : uox enim inferne consideratur in quodam ueluti loco, itidem in dogmatibus, & in discursu mentis : omnisq; profectò talibus dogmatibus & discursu mentis utens,quæ sunt ex infernis, ex infernis est. Atque etiam hic mundus uisibilis,materialis existens,propter eos, qui materiali uita egent,loca quidem habet diuersa: quæ sanè omnia comparatione rerum immaterialium & inuisibilium,& corpore carentium,inferne sunt : non in loco, sed comparatione rerum inuisibilium. Quantum autem ad hunc mundum attinet, inquiratur inter loca mundi,num quædam sint loca infernè,quædam supernè: terræ enim proxima infernè sunt,cœlestia uerò supernè,adeò ut hac ratione,qui ex infernis sit,is etiam sit ex hoc mundo. At uerò qui ex hoc mundo sit, non omnino sit ex infernis. Vide enim, an municeps corporum aliquo pacto sit ex hoc mundo, non tamen ex infernis localiter: ueruntamen ipse etiam ex infernis est,comparatione rerũ,quæ mente perci piuntur:

piuntur:etenim omnis municeps eorum quæ uidentur,quæq; pertrãseunt,& quæ sunt temporalia, ex infernis est, etiam si comparatione locorum sit ex supernis: licetq; profectò cuicunq;,qui ex infernis, & ex hoc mundo, & è terra fuerit, immutari,& fieri è supernis,nec amplius ex hoc mundo esse,alij etiã licet,ex hoc seculo cum sit,fieri è cœlo,
Ioan.8 dicente discipulis Seruatore: ex mundo eratis, & ego uos è mundo elegi, nec amplius ex hoc mundo estis:quandoquidem enim uenit Seruator quærere & seruare quod perierat,uenit eos translaturus ad superna, qui infernè erant, & adscripti ciues inter eos, qui infernè erant:Quinetiã ipse est,qui descẽdit in inferiores partes terræ,propter eos, qui erant in infimis partibus terræ: Quin etiã ascendit super oẽs cœlos,uiam præparãs uolentibus,atq; etiam his,qui ipsius discipuli sincerè fuerint, ad ea, quæ sunt super omne cœlum,hoc est ad ea, quæ sunt extra corpora. Quòd si cupis à scriptura discere quis
Mat.6 sit ex infernis,itemq; quis sit è supernis,audi illud: Vbi fuerit thesaurus uester, illic erit & coruestrum,& illud:Siquis thesauros recondiderit in terra, ex ipso quòd recondit thesauros in terra,ex infernis efficitur,sin uerò thesauros recõdiderit in cœlis,nascitur è supernis,et assumit imaginem supercœlestis. Atq; etiam alius cum penetrarit omnes cœlos,in fine inuenietur beatissimo. Sint autem utriusque opera,qualia dixi: ita ut dicamus opera carnis facere eum, qui ex infernis est, fructum uerò spiritus facere eum, qui est è supernis. Atque rursus amorem erga hunc mundum facere hominem ex hoc mundo existentem, quoniam secundum Ioannem, qui habet amorem Dei, ille non est ex hoc mundo, qui autem non diligit mundum, nec ea quidem quæ in mundo sunt diligit, sed dicit: Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo, & cœpit diligere Dominum Deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex tota mente sua, eo quòd non prematur talis amor ab amore mundi, & ab his, quæ sunt in mundo. Fieri enim nequit, ut simul existat amor erga mundum cum amore erga Deum,quemadmodum fieri nequit, ut simul existant lux & tenebræ, Christus & Belial. Item fieri nequit, ut idem templum sit templum Dei & templum idolorum.Iam quasi differant inter se loca,quæ infernè sunt
Psal.87 superlatiuè dicitur:posuerunt me in lacu infimo,& illud: Qui descendit ad infimas par-
Eph.4 tes terræ,hic etiam est qui ascendit: quocirca coram Christo procident omnes descendentes ad inferiores partes terræ in infernum,quoniã uerum est illud: Non est in morte, qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Quòd si contrà quis obijciat, ipsum etiã descendere ad inferiores partes terræ, obseruabis dictum esse de descendentibus uerbum,procident: nanq; ex his qui coram Christo cadunt, quicq; genuflectunt in nomine Iesu, quidam antea, quidã post, coram eo cadent: & fortassis qui sunt super terram antè cadent, & ante alios subijcientur: malorum nanque est ultimò subijci:quam ob causam ultimus etiam inimicus aboletur,nempe mors. Postea quæres num quemadmodum locorum quæ sunt infernè, ita etiam eorum quæ sunt supernè,sit differentia: idq; præsertim, quoniam regni cœlorum hæreditas nobis obtingat, qui cœli omnes hæreditate nobis obtingentes, cum sint supernè, nõ similiter tamen habent illud supernè. Quin etiam si notaueris intelligibilem descensum animæ propter malitiam & praua dogmata, & intelligibilem ipsius ascensum, non paruam inuenies differentiam:latius enim considerabis intelligibiliter descendentes. Simul etiam uide, an sacratiori modo, & nõ localiter intelligas de anima Iesu, qui ascendit super omneis cœlos. Nam intelligibilis ascẽsus illius animæ ultra etiã omneis cœlos transilijt, iamq; (ut ita dicam) ad ipsum peruenit deum. Veruntamen est & alius mundus præter hunc uisibilem & sensibilem mundum, constantem è cœlo & terra, uel è cœlis & terra, in quo sunt quæ uidentur: & hoc totum est alius mundus inaspectabilis,mundus qui nõ uidetur, mundus intelligibilis, cuius uisione & pulchritudine fruentur qui puro sunt corde, quò huius mundi intelligibilis uisione antea bene parati, penetrant uel adipsum Deum uidendum,quatenus uideri natura potest deus. Insuper etiam quæres, an iuxta aliquam significationẽ possit primogenitus omnis creaturæ esse mundus,& præ
Eph.3 sertim in quantũ est sapientia multiformis:eo enim q sint in sapientia omnes rei cuiuscunq; rationes,iuxta quas facta sunt omnia quæ facta fuere à Deo,ut inquit propheta: omnia in sapiẽtia fecisti.in ipso etiã mundus fuerit tantò pulchrior, ornatior, atq; etiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

præstantior mundo sensibili, quantò ratio mundi nuda ab omni materia præstat hoc mundo materiato, non propter materiam, sed participatione illius λόγου, id est, illius filij dei, qui est uera ratio & participatione sapientiæ, quæ mundum & ornamentũ affecerunt materiæ omnium, quæ mundo insignita fuerint. Ac uide num possit anima esse Iesu, quæ dicit: Ego sum ex hoc mundo, conuersans in illo toto mundo, omnemq; eum perlustrans, manuq; ducens ad eum eos qui didicissent nihil infernè habere mundum illum intelligibilem, quemadmodum neq; iste, si quis accuratè perpendat, quicquam supernè habet, alioquin quomodo mundus iste habere aliquid supernè potest, cuius conditio est deiectio? necq; enim oscitanter legẽdum est illud, ante deiectionem mundi: cum sancti conuenienter, & studiose nomen hoc τῆς καταβολῆς, hoc est deiectionis propter talem intelligentiam finxerint. Alioquin dicere poterant πρὸ κτίσεως, hoc est, ante conditionem mundi, nec uti deiectionis uocabulo. Totus itaque mundus, & quæ in ipso sunt, in deiectione sunt, at uerò extra deiectionem totius mundi existunt germani Iesu discipuli, quos è mundo elegerat, ut non amplius essent è mundo, tollentes crucem suam & sequentes eum.

Dixi ergo uobis quòd moriemini in peccatis uestris, nisi enim crediderit is, quòd ego sum, moriemini in peccatis uestris.

QVANDO dixit illis, moriemini in peccatis uestris, nisi quãdo dixit, quæretis me, et in peccatis uestris moriemini? Quid uerò est in causa, ut homines moriantur in peccatis suis, nisi nõ credere Iesum esse Christũ? ipse enim inquit, nisi crediderit is q; ego ipse sum, moriemini in peccatis uestris? q; si quis non credit Iesum esse Christũ, morit in peccatis suis: scilicet qui nõ morit in peccatis suis, is Christo credidit. At uerò qui morit in peccatis suis, etiã si dicat se Christo credere, quantũ ad ueritatẽ ipsi nõ credidit, nã etiã si dicat fides, sed sit sine operibus, huiusmodi fides mortua est, ut legimus in epistola, quæ Iacobi nomine circũfertur: quis igitur putas est credẽs? nisi ille, qui eo peruenit, ut nõ cadat (quantũ ad hæc uerba pertinet) in ea peccata, quæ sunt ad mortẽ, eò q; affectus sit secundũ rationẽ, & coaluerit cũ ea? Quantũ uerò ad illa uerba (omis qui credit Iesum esse Christũ, ex deo natus est) ut nõ peccet in ullo eorum, quæ fiunt præter rectã rationẽ? Insuper memoria repetẽs ea, quæ est primogenitus omnis creaturæ, considerabis quid sit: Nisi crediderit is, q; ego sum, moriemini in peccatis uestris. Verbi gratia, qui credit quid sit iustitia, iniuriã nõ inferet, & qui crediderit in sapientiã, q; satis explorate perceperit, cognouerit q; eã, is nec fatuũ aliquid loquet, nec faciet. Ad hæc qui crediderit λόγῳ, id est rationi & filio dei, qui erat in principio apud deum, dũ illius cognitione fruit, nihil à ratione alienũ facturus est: sic qui credit, q; ipse est pax nostra, haudquaq; quidpiã operabit dissidij, aut belli. Quin etiã, quãdoquidẽ Christus est nõ solum dei sapientia, uerũ etiã dei potẽtia, qui credit illi, in quantũ potẽtia dei est, haudquaq; erit impotens ad præclara. Proinde necessariò eum cõsiderantes patientiã, & fortitudinẽ, propter illud, & nunc quæ est patientia mea, nónne dominus etiam fortitudo mea, & substãtia mea dominus, dicemus. Quòd si credimus ad labores non credimus illi, in quantũ est patientia, & si infirmamur, nõ credimus ei, in quantum est robur: q; si collegeris cæteras Christi cõsiderationes, nõ difficulter inuenies ex his, quæ diximus, quonam pacto qui non credit Christo, moriatur in peccatis suis. Nam qui fuerit in his, quæ contraria sunt considerationi earum rerum, quæ est Christus, in suis peccatis moritur.

Ioan. 8

Psal. 38

Dicebant ergo illi, tu quis es?

CONSEQVENS erat, ut audientes quæ à Iesu dicebantur cum multa potestate, interrogarent: quis esset talia loquens, uidebatur enim esse aliquis homine maior, & natura quædam diuinior, Seruator dicẽs: Nisi crediderit is, quòd ego sum, moriemini in peccatis uestris. Illud ergo, tu quis es? ueluti postulantium est respõsum, ego sum Christus: uel ego sum illo propheta, uel ego sum. Helias, uel ego sum angelus Dei: neq; enim, nisi unus ex his esset, ac similis eis, proferret talia uerba gemina.

Ioan. 8

VIGESIMVM tomum in euangelium à Ioanne traditum cõmentaturi, Dei amantissime atq; in domino exercitatissime Ambrosi, decentissimè precamur è plenitudine filij dei (in quẽ propenso animo fuit omis plenitudo diuinitatis habitare) accipere sensus plenos, & ut ita dicam, solidos, nihilq; uacui habentes, ut euangeliũ quod à nobis examinatur, manifestetur. Nihil nobis omittentibus eorum, quæ indaginem requirant, quæq; committi debeant commentationibus, neq; item exuberantibus, ubi non sit opus, ac ne peruertentibus quidẽ Seruatoris nostri lesu mentem. Atq; utinam deus nobis mittat suum ipsius uerbum, quod seipsum ostendat, ut profunditatem ipsius, donante patre, uidere possimus.

Noui quòd Abrahæ semen estis, sed queritis me interficere, quoniam sermo meus locum non habet in uobis.

HIC contextus, noui quòd Abrahæ semen estis, uidetur non considerantib. quid significet, uox, semen, & quid significet uox, filius, pugnare cum illo contextu, qui mox inferendus est, quiq; ad eosdem dicitur nempe si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Vt ergo hęc considerentur, uideamus in primis corporaliter filij, & seminis differentiam. At certe perspicuum est, quòd semen illius, cuius est semen, rationes in seipso contineat, adhuc pausantes & reconditas, filium uerò exoriri & subsistere (mutato semine, & operante in materiam sibi appositam à muliere, & ex nutrimentis collectis) formatum, & ad ortum diligenter præparatũ. Quòd si aliquid alicuius est proprie filius, quòd ad corporalia attinet, ex semine ortum est, cũ tamen si aliquid est semen, nõ continuò sit filius. Hæc cũ præfati fuerimus, si quidẽ corporaliter intelligendus esset ille cõtextus, noui quòd Abrahæ semen estis, illud omnino uideretur sequi, ut hi, quibus loquebatur, essent filij Abrahæ (concesso quòd semen sit etiam filius, & nõ dato iuxta accuratã intelligentiam) Sed quoniam ex moribus, & operibus iudicanẽ filij Abrahæ, uide ne fortè designandi sint, qui sunt semen Abrahæ, ex rationibus quibusdã seminalibus, insitis, ut opinor, quibusdã animis, & quemadmodum quod ad corpus attinet, non omnes homines semẽ sunt Abrahæ, ita iuxta ea, quæ nunc explicuimus, qui nam sint semen Abrahæ, ne homines quidem omnes aduenerunt ad hanc hominum uitam cum rationibus omnino seminalibus ingenitis suis animabus, quorum causam propter magna iudicia, eaq; dictu difficilia (quæ uidentur ab his, qui mentẽ Christi perceperũt ut uideant quæ à deo sibi donata sunt) pauci cõprehendere possunt, qui diligentius cõmentati sunt, quæ ortum præcedant, quæq; sint in ortu cuiuscunq;. Ac profecto huiusmodi perturbant quẽlibet. Qui etenim hæc proposuerit nõ adhibita diligentia, in periculum seipsum conijcit, quandoquidẽ dicere atq; explicare talia (ut maximè uera dicanẽ) periculosum sit, & certe periculosum est, propterea quòd opus sit dispensatori mysteriorum dei, tempus quærere proferendi talia dogmata absq; molestia auditoris, nam ut temporis rationem habeat, nedum inspiciat is necesse est, ne uel parcior, q; res postulet in loquendo sit, uel redundans (id quòd uitij gignitur præter rectam rationẽ) sed diligentius etiam perpendat oportet, utrum cõ serui sint, quibus traduntur talia, an serui cuiuspiam alterius, qui diuersus sit à domino dominantiũ. Quòd autem necessario perpendenda sint hæc omnia à dispensatore mysteriorũ dei, docet scriptura dicens: Quis nam est fidelis dispensator, ac prudens, quem præficiat dñs famulitio suo, ut det in tẽpore demensum conseruis suis. Nõ omnes ergo homines semen sunt Abrahæ, neq; enim suis animis ingenitas habẽt rationes, quæ ualeant, si excolanẽ, facere filios Abrahæ. Quærat igitur aliquis ad hæc, dicẽs: fieri quidẽ posse, ut uituperatione sit dignus, qui genitus semẽ Abrahæ non etiam filius ipsius fiat, sed quo pacto iure incusaretur non faciens opera Abrahæ, qui ne principio quidem habet, ut sit semen Abrahæ, à quo proficiscitur esse filios Abrahæ? ad quæ respondebimus (historia tanquã scala utentes, & uestigia ueritatis huius loci quærentes in literis) si cum non esset quis Abrahæ filius, nullius iusti semen esset, etiã culpa uacare

Luc. 12

peccans

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccans posset, quippe qui nullam honesti causam à seminibus haberet. At nunc ut in seminibus corporalibus alter quidem complurium iustorum semen est, alter uerò paucio-
rum (ut perspicuum erit ex his, quæ dicentur) ita etiam esse dicendum analogon in seminibus mysticis. Abraam uigesimus genitus est à protoplasto (nam decem gene-
rationes sunt ab Adam usque ad Noe, & decem à Noe usque ad Abraam) fuereq; fra-
tres Abrahæ Nachor, & Arram (nanque hoc treis filios habuit Thara) atq; Nachor
quidem, & Arram non erant semen Abrahæ, sed ne ipse quidem Abraam semen erat
Abrahæ, sed erant hi tres semẽ iustorum, cum quæratur adhuc inter nepotes Adam, in
quibus annumerãdus sit Abraam ipse, ueluti Seth, quem excitauit dominus pro Abel,
& Enos, qui sperauit inuocare nomen Domini Dei, & Enoch, qui placuit Deo, post
quam genuit Mathusala annis trecentis, & Noe, de quo dictum est, uir iustus & inte-
ger erat suo seculo Noe, Deo placuit Noe, & Sem, cuius primi apparet Dominum De-
Gen.9 um in Geneseos libro uocatum fuisse Deum ut hisce uerbis clarum est: Laudandus do-
minus deus Sem. Cæterum præter hos iustos, hi quoq; Tharæ tres filij, semen erant re-
liquorum. Proinde quod diximus de semine Abrahæ, idem censendum est etiam de se-
mine Sem, Noe, & superiorum iustorum quorum proprietas Abraam, Nachor, & Ar-
ram in ortum uenientes seminaliter sumpsisse in cõmuni uidentur, & Abraam quidem
iustorum omnium se præcedẽtium rationes seminales, quas in seipso habebat, cum ex-
coluisset, his etiã addidit sanctã suam qualitatem, nempe eam, quę erat in proprio semi-
ne, cuius participes esse possent, qui post ipsum uocarentur semen Abrahæ. At uerò Ar-
ram minimã sui ipsius, paternorũq; in seipso seminum curam fecisse uidetur, unde in re-
rum naturam producere Loth spirantẽ saltem aliquantũ salutis potuit. Porrò Nachor
utrisq; fratribus inferior fuisse uidetur, quamobrem licet ei, qui non sit semen Abrahæ,
esse semen Noe eo quòd omnino genitus sit (iuxta diluuij historiam) à Noe, per succes-
sionem, quòd si hoc, etiam semen Enoch, omninoq; etiam semen Enos, & Seth. Incer-
tum autẽ est nobis in multis posteris Noe, quis nam sit semen Sem, quis semen Cham,
quisq; sit semen Iaphet, & sic deinceps, cũ nullus sit tamẽ, qui omnino sit seminis iusto-
rum expers. Inspicio aũt, nũ fortè facile factu sit, ut qui nõ sit semẽ Abrahæ, habeatq; oc-
casiones, quas habuit Abraam ex prioribus seminibus, talis fieri possit, ut similis sit A-
brahæ, etiã si alioquin semen illius non sit. Vt enim Abraam non ex semine Abrahæ
existens, sed ex eorũ quos suprà recensuimus, factus est Abraam, sic facile factu est, ut
quis alter fiat Abraam, si coluerit meliora sibi ingenita semina, nec omnino erit ex se-
mine Abrahæ, sed ipse etiam idoneus erit seminare, tanquam Abraam. interpretamur
aũt hæc omnia referentes, quæ dicunt, non ad corpora, nec ad homines, sed ad quædã
intelligibilia & ad rationes plureis, uel pauciores, quas participãt diuersimodè descen-
dentes, uel uenientes in lucem, fortassis aliquo etiã modo ascẽdentes. Inspicies etiam,
num ad talia semina, atq; etiã ad semina eorũ, qui accipiebant in seipsos ipsa, quę sua no-
Psal.125 minabantur, illud referri possit: Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Conside-
ret enim, qui potest, quarundam animarũ iter uenientium in ortũ cum fletu, & semina
ferentium uel plurium iustorum uel pauciorum, atq; iniustorum similiter. Is etiam intu-
ens ueluti agricolas pro seminibus, quæ habeant sollicitos consideret, quomodo hæc
quidem excolant (nempe semina præstantia) illa uerò non quidem seminent, quando
quidem ueniẽt etiã cũ prauis seminibus, qualẽ enim fletum probabile est hos plorare,
de quibus inquit sermo: Euntes ibant & flebant mittentes semina sua: ac profectò bo-
na spes est in euntibus, ac flentibus, mittentibus semina sua. Hi nanq; tanq; omnino ue-
nientes uenient in exultatione portantes manipulos suos, & fortassis etiã alij uenerũt,
de quibus illud dici posset: Euntes ibant & ridebant, mittentes semina sua, quos illud
sequetur, ueniẽtes aũt uenient cũ ploratu portãtes manipulos suos, de quibus dici pos-
set, geniti sunt ueluti gramen domorum, quod antequam euelleretur exaruit, cuius nõ
impleuit messor manũ suam, & sinũ suum, qui manipulos colligit, & non dixerunt prę-
tereuntes, benedictio domini super uos, & uide, num hac ratione sacratius, & profun-
Luc.6 dius dixerit Seruator noster: Beati qui nunc flent, quoniam ridebunt, & illud: Væh uo-
bis qui nunc ridetis, quoniam plorabitis & flebitis. Atq; sanè, quanto quis est seminis
iuniorum iustorũ, tanto plures iustitiæ fert rationes, adeò ut propter hoc scriptum sit:

Semen Abraam seruí eius, filij Iacob electi eius, propter hoc etiam aliquo modo de Io- Psal.104
anne illud dictum est: Maior inter natos mulierum Ioanne Baptista nemo est, ad quæ Luc.7
loca cum peueneris, adhibe animum, num rationem habeat, deleri à Deo quædam se-
mina, ne mala multiplicentur super terram, dum hi seminant qui nullas occasiones ha-
bent à melioribus progenitoribus excolendi præstãtia semina. Hanc enim ob causam
diluuiũ fit, ut deleatur Caym semen, posteris ipsius alioquin habere non ualentibus ali-
quid, quod excolerent, nisi semina ab Adam proueniẽtia. Quòd uerò diluuiũ seminis
Caym delendi causa factum fuerit, sapientiæ liber Solomoni inscriptus, his uerbis do-
cet. Recedens aũt ab ipsa (nempe sapientia) iniustus in ira sua perijt, cũ animis fratrici- Sap.10
dis, per quem inundatam terram rursus seruauit sapientia, uili ligno iustũ gubernans.
Quin etiã idem mihi uidetur docere de Sodomis Solomon, eos cum sua ipsorum terra
incendio perijsse memorans, quorũ etiã num malitiæ testimonio fumosum restat solũ,
& plantæ intẽpestiuum fructum ferentes. At certe dei boni officium fuit Sodomorum
terram delere, & quicquid relictum ex ea fuisset humiditatis, arefaciendo, ne in poste-
rum oriretur uitis Sodomorum, neq; malleolus Gomorræ, neq; uua iræ, neque botrus
amaritudinis, ac ne uinum quidem, furor draconum, & uenenum aspidum insanabile.
Simile quiddam dices etiam de Ægyptijs, de quibus dictum est: Occidit in grandine Psal.77
uineam eorum, & moros eorum in pruina. Boni enim Dei est interficere uineas Ægy-
ptiorum, & moros impiorum. Hæc adiũcta institutæ disputationi de seminibus Abra
hæ, uel alicuius iusti sint nobis dicta, ut ostenderemus quomodo Seruator eis dixerit,
noui, quòd semen Abrahæ estis: Et si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Cæ- Ioan.8
terum de filijs Abrahæ opera Abrahæ faciẽtibus commodius, Deo dante, differemus,
cum ad explorationem illius contextus peruenerimus. Ei ergo, qui fuerit Abrahæ se-
men, licet etiam fieri, si diligẽtiam adhibeat, eius filius quẽadmodum factu facilimum
est, ut nulla diligentia, nullaque cultura adhibita, hoc etiam perdat, quod semen erat.
Porrò hi, ad quos erat sermo, nondum erãt deploratæ spei, sciente Iesu eos, etiamnum
Abrahæ semen esse, ac uidente eos nondum amisisse facultatem eam, qua fieri poterãt
Abrahæ filij, tanq; enim facile factu esset, ut præter quàm q; semen essent Abrahæ, etiã
filij efficerentur, inquit ad eos: Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Vt autẽ
sunt quidam, semen Abrahæ, sic alij existentes semen, non sunt semen dicente Daniele Dan.13
semen Chanaan, & non Iuda, sic alij aliorum sunt, et non sunt, dicente sapientia: Semen Sap.12
execratione deuotum ab initio. Quin etiã his addemus, quòd ut in rebus corporalibus
unum interdum semen operari ualens magis proficit, quàm multa semina, sic cernere
etiam liceat in seminibus spiritualibus. Id autem quod dico ex his, quæ mox dicentur,
liquebit. Quoniam enim qui seminat, rationes à maioribus acceptas in seipso habet,
& ingenitas, aliquando quidem prævalet eius ratio idq; quod gignitur, æditur semi-
nanti simile, aliquando uerò ratio fratris eius qui seminauit, uel patris, uel auunculi, ad-
de etiam aui prævalet, quam ob causam, qui in lucem ęduntur, oriuntur his uel illis si-
miles. Cernere uerò etiam est rationem coniugis, uel fratris eius, uel aui eius præua-
lere iuxta cõcussiones, quæ sunt in mixtionibus, dum simul omnes, eousq; cõcutiunt,
quoad prævaleat aliqua ratio seminalis. Hæc igitur transferantur ad animam seminib.
intelligibilibus plenam, quæ uenerint à quibusdã, qui patres eius dicuntur, & ueluti se-
minales quædã patrũ rationes perficiantur, propter multã mobilitatẽ, agilitatẽq;, & in
tensionem ad taleis imaginationes eius partis animæ, quæ præstãtissima est, quæ si ex-
colantur, erit aliquis filius hic quidẽ Abrahæ, Noe nihilominus etiam filius, ille uerò
Noe, non ita tamen ut etiam Abrahæ sit filius. Rursus alius Chanaan, & item alius ali
cuius iustorum, uel iniustorum. Attamen nec cum similibus, ijsdem seminibus veni-
mus omnes, nec etiã uacuus salutaribus, & sanctis seminibus uenit quispiam. Nisi for-
tehac in re quis nos refellat, præsidium à Deo proueniens adducens in mediũ, quod ne
de pessimis quidem desperat, qui nullus seminibus optimis in uitam uenerint, & sanè Mat.3
ex hoc dicto refellere nos quis potest. Potẽs est deus ex hisce lapidibus suscitare filios
Abrahæ. Cęterũ omnia, quæ diximus de semine Abrahæ, deq; his, qui similitudinẽ cũ
hoc habẽt, iure admittemus, si admittamus iuxta corporalem intelligentiã dictũ fuisse Mat.15
illud: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierant, domus Israel, & illud: Ne in Israele
quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem tantum fidei inueni, & quæ hs similia dicta sunt. Videntur autem hi ad quos
Mat.8 est sermo non capere sermonem, qui præ præstantia magnitudinis suæ, quę supra ipsos
erat, non habebat locum in eis, quando quidē semen Abrahę adhuc tantū erant. Quòd
si Abrahæ semen cum essent, addidissent, illud Abrahæ semen excolere, ut magnū fie-
ret & augeretur, accreuisset illud certè ad incremētū, magnitudinēq; seminis Abrahę,
atq; percepissent Iesu sermonē. Et hactenus quidem dices, sermonem non capere in
eos, qui non eo usq; profecerunt, ut semen Abrahæ cū essent, fierent etiam eius filij. Hi
etiam interficere uolunt sermonē, uelutiq; ipsum conterere, magnitudinem non capi-
entes eius. Proinde aliquos semper est cernere non capientes sermonem, quòd bre-
uiora sunt eorum uasa, uolentes interficere unitatem sermonis, quasi cum ipsum in-
Psal.21 terfecerint, capere possint contritionem eius, & diuidere eum in his, in quibus fuerit.
Hic sanè sermo ueluti ad suos interfectores inquit, disperserunt undequaq; ossa mea.
Itaq; si ex nobis aliquis semen est Abrahæ, & adhuc in se locum non habet sermo Dei,
ne quæso quærat interficere sermonem, sed ex semine Abrahæ immutatus in filium
Abrahæ sermonem, hactenus non perceptum capere poterit.

TOMVS VIGESIMVSPRIMVS

Ego quæ uidi apud patrem meum, loquor, & uos quod uidistis apud patrem uestrum facitis.

Luc.2 T homines quosdam dicimus ab initio ipsosmet filij dei spectatores
fuisse (de quibus Lucas inquit: Sicuti tradiderunt nobis hi, qui ab ini
tio sibimet spectatores, ac ministri fuere sermonis) sic Seruatorem e-
V tiam dicemus ipsummet spectatorē esse eorū, qui sunt apud patrem,
& hanc etiā ob causam dictum illud fuisse: nemo agnouit patrem nisi
filius, cum homines quibus filius reuelat, nō sint autoptæ, hoc est per
se spectatores. Ac etiam præsens contextus. Ego quę uidi apud patrē
meum loquor, palàm declarat Seruatorē autoptam esse eorum quæ sunt in patre. Sed
quærens, num aliquando futurū sit, ut angeli ipsi uisuri sint, quæ sunt apud patrē, nullo
mediatore, ac ministro intercedente, uidentes ea: nam quando uiso quis filio uiderit pa
trem, qui misit illum, per filium uidet patrem, cum uerò uidet aliquis patrem, perinde
atq; filius, atq; uidebit filium apud patrem is, quasi non aliter, ac filius autoptes, ac per
se spectator patris, & eorum quæ patris sunt, erit non amplius mediante imagine pa-
tris, considerans res patris. Et sanè reor hoc esse finis, cum tradiderit Regnum Deo
patri, & quando Deus erit omnia in omnibus. Itaq; seruator, quæ uidit apud patrem
loquitur, ludæi uerò, qui crediderunt ei, non uiderunt apud patrem sed audierunt à
Ioan.1 patre, ut quæ audierint faciant, hanc ob causam inquit ad eos Dominus: Vos igi-
tur quæ audiuistis à patre facite. Sed quærat aliquis, quando ludæi qui Domino cre-
diderāt, à patre audierint, ad quod qui simpliciter intellexerit hæc uerba, quæ uos au-
diuistis à patre facite, dicet eos audiuisse à patre, eo quod pater per Mosen, & pro-
phetas sanxerit, quæ in lege, & prophetis scripta sunt facienda, quo testimonio quis-
quis contra eos, qui ab ecclesiæ decretis dissident, usus fuerit, is docebit non alium esse
Deum, qui hanc dederit legem, & prophetas, quàm Christi patrem. At uerò alius his
etiam uerbis utens: omnis qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me, non quòd patrem
quis uiderit, nisi qui est apud patrem, hic uidit patrem, dicturus est ex animabus, quæ
corpora induant quasdam esse, quæ antequam oriantur, edoctæ fuerint apud patrem,
atq; ab eo audierint, quæ etiam ueniant ad Seruatorem, atq; ex earum numero fuisse
Ioan.8 hos Iudæos, quos sibi cum credidissent, interrogat, alloquiturq; Dominus dicens: Vos
igitur, quæ audiuistis à patre facite. Dicet etiam hos esse qui uocentur semen Abrahæ,
Rursum huic alius contradiceret dicens, hæc quidē uerba, omnis qui audiuit à patre &
didicit, uenit ad me, ostendere, quòd qui à patre audierit, & ab ipso didicerit, ueniat o-
mnino ad Seruatorē, illa uerò, uos igitur quæ audiuistis à patre facite, dicta ad Iudæos
quærentes interficere filium Dei (quibus etiam, tanquam qui non essent filij Abrahæ
dicitur, si filij Abrahæ essetis opera Abrahæ faceretis) docere hos, nondum habere fru

ctus ueniendi ad Seruatorem. At uerò ad hunc sic contradicentem respondebit alius:
non idem esse omnis qui audit à patre, & didicit cum his uerbis, uos igitur quę audiui-
stis à patre facite, illum nanq; præterquam quòd à patre audierit & didicerit, etiam ue-
nire ad Seruatorem, hos uerò qui audierint quidem, non omnino didicerint etiam,
nondum esse Abrahæ filios. Sed interrogentur à nobis, qui naturas introducunt, quiq;
in hoc contextu, sermo meus locum non habet in uobis, iuxta Heracleonem, explicāt
eum idcirco locum in eis non habere, quia sint natura, uel animo inhabiles, quomodo
inhabiles natura à patre audierunt? Sed utrum tandem hi erant oues Christi, an ab ipso
alieni? quòd si erant alieni quomodo audierunt à patre, palàm ut putant dicente ad ali
enos: propter hoc uos non auditis quòd non sitis ex ouibus meis? Nisi forte cum ur-
geantur, in aliud absurdum seipsos conijciunt, dicentes à patre quidē audisse alienos,
hoc uerò ipsos nō audire à Seruatore, sed si familiares erāt Seruatoris, & beatæ illius na
turæ, quomodo quærebant eū interficere? & quomodo Seruatoris sermo nō habebat Ioan.8
locum in eis? Responderunt & dixerunt ei, pater noster Abraam est. Videntur hi abie
ctius longè respōdere, cū dixerit Dominus, declarantes quis ipsorum esset pater, si qui-
dem Iesus ad deum referens dixerat: uos igitur facite quæ audiuistis à patre, hi uerò ab-
iectius, patrem gentium, patrem suū fatentur dicentes: pater noster Abraam est. Quòd
si quis eos defendens, tanquam qui bene responderint dicet, Iesu dicente, facite quæ au
diuistis à patre, & uoculam patris referēt ad deum eos dicere, pater noster Abraam est,
ceu modestos, & uolentes sibi tribuere, q̄ filij dei essent, perspicuū est hoc etiam à Ser- Ioan.8.
uatore corrigi, ceu falsò dictum his uerbis: Si filij Abrahæ estis, facite opera Abrahæ.
Neq; uerò absurde præter hæc quærat etiam aliquis, quomodo Seruator (qui eis ne fi-
lijs quidem esse Abrahæ concedebat) dicere posset, uos igitur quæ audiuistis à patre
facite, relata uoce patris ad Deum: nam qui Abrahæ filius non est, qualicunque modo
uirtutem posterorum Abrahæ imitando, is uituperabilis perinde atque hi, ad quos est
sermo, multo magis non erit filius Dei. Proinde uide, an etiam ad hoc dicere possi-
mus (quoniā non dictum fuit, facite igitur etiam uos, quæ audiuistis à patre uestro, uel
à patre nostro, sed à patre) quòd licet aliquis sit pater, non continuò tamen pater etiam
sit eorū, qui nō sunt filij Abrahę, nec formati à semine Abrahæ in filijs Abrahæ, uel hęc
uerba (indefinitè dicta) quæ audiuistis à patre, sumi possunt pro eo, q̄d est à patre meo, Ioan.8
ut declarant illa uerba, quæ ego uidi apud patrē loquor, quę idem ualent, ac si dicas, a-
pud patrem meum. Verum enim uerò edocemur etiam in sequentibus, quorum nam
deus sit pater, per hæc quæ loquit̄ Seruator: Si Deus pater uester esset, diligeretis utiq;
me. Ac profectò liquet, qui filium quærant interficere illum non diligere, & non dili- Ioan.8
gentes eum, filios Dei non esse, unde perspicuum efficitur hæc uerba, facite quæ audi-
uistis à patre, nō minus ualere, ac si dictū fuisset à patre uestro, dicit illis Iesus: si filij A-
brahæ estis facite opera Abrahæ. Respōdeant, qui ex his quæ gessit Abraam, elegerūt
unum quoddā opus (nempe credidit Abraam deo, & imputatū est illi ad iustitiam) &
hoc existimant esse, ad quod referant hæc uerba, facite opera Abrahæ, ut etiā conceda
tur illis, fidem esse opus, quod minime concederent, qui auctoritatē illam admittunt, si
des sine operibus mortua est, neq; hi qui intelligunt melius esse iustificari ex fide, q̄ ex
operibus legis, & dicant, quare non dictum singulariter, si filij Abrahæ estis opus faci-
te Abrahæ, sed numero plurium, facite opera Abrahæ, quod meo iudicio perinde ua-
let, ac si dictum fuisset, omnia opera Abrahæ facite. Sin uerò idem est, ac si diceremus
omnia opera Abrahæ facite, & neq; corporaliter adhærere ancillæ debet is, qui uxorē
habet, neq; defuncti coniugi aliam ad senectutem coniugem superinducere, iuxta Ser
uatoris interpretationē, uolentis eum declarari Abrahæ filium, qui Abrahæ opera fe-
cerit, palàm hinc discimus necesse nobis esse, ut allegoricè intelligentes omnē Abrahę
historiā, singula, quę ipse corporaliter fecit, spiritualiter à nobis fiant, incipientes ab eo Gen.12
dicto: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in ter
ram quā monstrauero tibi, id quod sanè dictū est non soli Abrahæ, uerū etiam cuicūq;
qui ipsius filius sit futurus, est enim quædam uniuscuiusq; nostrum terra, atque quæ-
dam ante diuinum responsum nō bona cognatio, & postremo quædam domus patris
nostri, antequam perueniat sermo Dei ad nos, quæ omnia nobis propter sermonē Dei

damnanda sunt,& omittenda,si Seruatorẽ audimus dicentem:si filij estis Abrahæ,opera facite Abrahæ. sic enim perueniemus (quia reliquerimus terram nostram) ad eam terrã, quã nobis ostendet dominus, nempe ad terram uerè bonã, uerecp multam, quã à Domino Deo dari par est his,qui quod iubet in illo dicto: egredere de terra tua,peregerint. Quin etiam tancp qui reliquerimus cognationem non bonam, erimus in gentem magnam, eamcp maiorem quàm hominũ, tanquamcp qui despeximus domum patris nostri illaudabilem,benedicemur.Magnificato nomine nostro, & ad tantam benedictionem peruenientes, ut uel nobis quocp benedicentes à Domino benedicant, nobiscp maledicentes,diris deuoueantur, atcp etiam omnes familiæ terræ in nobis benedi
Gen.12 cantur,quando etiam nobis sermo ille dicetur: Egressus est Abraam, quemadmodum loquutus ei fuerat dominus . Existimo autem futurum , ut in principio , & aliquandiu,
Gen.12 Loth nos sequat, cuius nota illud fuit. Ambulauit cũ eo Loth, & redeuntes in Chanaan pertransibimus regionem, uscp ad locum Sichem : sic ascensione cogitationis profi ciẽtes, donec perueniamus ad quercum altam . Videbitur etiam nobis dominus deus, qui uisus est Abrahæ,ac promittet circa quercũ altam semini intelligibili animæ nostræ dare terram.Porrò ad eum,qui hæc uerba cõsiderauerit,facite opera Abrahæ, pertinet quocp aram ædificare Domino: Domino inquã, qui nobis quocp apparet, ubi est quercus alta:posteacp recedere à loco altæ quercus, quasi ad montẽ, & à monte ad Orientẽ Bethel(quod si interpreteris,est domus Dei)ubi figet tentoriũ suũ: Bethel quidẽ tanquam ad mare, Angæ uerò tanquam ad Orientẽ.si interpreteris enim Angæ, sonat festiuitates,atcp is profectò ceu proficiens post hæc rursum domino ędificabit aram:iam etiam inuocare ualens in nomine Domini,per ordinemcp inde soluens,qui futurus est filius Abrahæ, factus aliquo modo ducendi exercitus peritior, intelligenscp, ad quot bella seipsum præparare oporteat,castrametabit in solitudine,postea cũ famem ortam in terra sentiet,in Ægyptũ descẽdet,illic habiturus (ne aduersum quocp se prævaleat fames,quæ super terram prævaluerit) descendetcp in Ægyptũ cũ coniuge sua eleganti forma,pactis quibusdam cũ ipsa constitutis,quò se mansuetè Ægyptij illius causa utantur, sintcp illi in Ægypto oues, & uituli, & asini, & serui, & ancillæ, & muli, & cameli, de quibus singuli alicuius sapientis, & qui profunda scripturæ docte penetrare possit, officium erit dicere:& certe generatim omnẽ Abrahæ historiam explorantes, & quæcunctp de ipso sunt scripta,quæ unum dicunt, & aliud innuunt, spirituales spiritualiter omnia facere conabimur. Vide uerò an nõ apertè ex his, quę in hoc loco indagauimus constet,sapientis cuiusdam esse,& omni uirtute ornati,fieri Abrahæ filius. Quid enim opus est dicere,quanta opus sit sapiẽtia,ut Abrahę opera cõsideremus? quantacp opus sit potẽtia,ut ea faciamus? Sed quali sapiẽtia, qualicp potentia egemus, nisi Christi, qui est Dei potentia, & Dei sapientia ? Cum ergo scriptum sit, si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite,consequenter huic dixeris : si filij Isaach estis,facite opera Isaach:similiterq; de Iacob, & de singulis sanctis patribus. Contrà,singuli peccantes generatim qui dem filij sunt diaboli(quoniam qui facit peccatum ex diabolo natus est) priuatè uerò uel Caym,uel Cham,uel Pharaonis, uel Nabuchodonosor,uel alicuius impiorum.Cõsequenter etiam his dices, unumquemcp ex hac uita migrantem proficisci ad suos patres:omnibus enim hominibus decedentibus è uita, non soli Abraamo dici censendũ est:Tu aũt ad patres tuos ibis,etiam si non omnibus hominibus addatur illud,cum pace. At uerò perfectis,hiscp,qui spiritualiter longæui fuerint,illud etiam additur,in senectute bona:quandoquidẽ canicies hominibus est prudentia,& corona gloriationis,& senectus,& gloria, ueris ac diuinis senibus canicies illæ sunt,quę mente cernunt,ipsos ornãtes. Nunc aũt quæritis me interficere, hominẽ qui ueritatem loquutus sum uobis, quam audiui à Deo. Iesum qui quærunt interficere (quoniam Deus non interficitur) etiam si interficiant,hominem interficient . Quòd si quærunt interficere , & nondum interficiant,insidias illi ueluti homini struunt,non Deum esse existimantes,cui struunt insidiæ . Nam nullus existimans Deum esse, cui struuntur insidiæ , insidias illi strueret. Cernere uerò licet quosdam aliquo modo semper sermoni dei struentes insidias, quoniam interficere quærunt eum,& delere, tancp hominem ipsum (hoc est,humanum & mortalem)esse existimantes:qui uel humaniorem ipsius partem , & quod uidetur, in-

uadunt,sed ut corpus etiam sermonis interficiant,perspicuũ est eos amplius aliquid facere non posse. Quamobrẽ non est nobis timendum ab his,qui occidunt corpus, nihil reliqui postea quod faciant habentes:necp timendũ est ab his,qui occidunt corpus,animam uerò Sermonis interficere non ualent,sed timendus est Dei Sermo,qui potest & corpus & animã perdere & delere, siue in gehenna, siue quò ei lubitũ fuerit: cum eiusmodi sit quispiam sermo, ut corpus & animam habeat, quæ perdantur, quia sint perdi
2 Thes.2 tione dignæ:quẽ sermonẽ sibi aduersariũ Dominus Iesus cõficiet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui efferentẽ se aduersum omnem,qui dicitur deus,aut numen. Et sanè hi,ad quos est sermo, quæruntinterficere hominẽ, qui ueritatem loquutus est, quam audiuit,& accepit à patre. Etiam si simpliciter locum hunc interpretemur,apertè Seruator docuit,quòd is,quem quærebant Iudæi,ut morti traderent, Deus non erat, sed homo,qui etiam interfectus est. Nam Deum dicere mori nephas est: & hãc ob causam uerbum illud, quod erat in principio apud Deum,quod etiam Deus uerbum erat, non mortuum fuit.Sed quæres quoniã scriptum sit, uerbum caro factum est,utrum tandem uerbũ caro factum,eo quòd factum sit caro,factum etiam sit homo,aut non sit factum homo,nam si factum est homo,potest ipsum quæri,ut interficiatur. Quòd si non fuerit factum homo,uerbũ etiam caro factum non interfectum,restitutum est,suntcp singula ipsius restituta ad hoc, quod erat antequam fieret caro . Hoc Abraam non fecit, quod nullo modo Abrahæ facile factu erat, si non fecit Abraam, idcp postea contigit, destruere atcp abrogare uidetur hunc contextum, hoc Abraam non fecit : quibusdam ad hoc dicturis,frustra dici, hoc Abraam non fecit, si id nullo modo fieri poterat ætate Abrahæ:non enim natus erat Abrahæ tempore Iesus.Sed dicerem ego(quoniã ueluti in laudẽ dici Abrahæ opinor hæc uerba, hoc Abraam non fecit) iuxta doctrinã seruatoris,docentis,ac dicentis,Abraam pater uester exultauit ut uideret diem meum, & uidit & gauisus est,fuisse Abrahe tempore hominem , qui ueritatem, quam à Deo audisset, loqueretur: quẽ tamen Abraam ipse interficiendum non curarit: Et obserua,quòd homo,qui tropicè intelligit in Iesu,nunquam non aduenerit in hanc uitam:& post tempora historiæ sui ipsius, & antea . Hanc ob causam fieri non posse existimo , ut qui se-
Heb.6 mel illuminatus fuerit,quicp donum cœleste gustauerit particeps factus spiritus sancti, gustauerit cp bona Dei uerba, ac uirtutes futuri seculi, si excidet, denuo reponetur per pœnitentiam ab integro crucifigens sibimet ipsi filium Dei, & infamans, uel ante crucifigens , uel denuo crucifigens filium Dei, infamanscp, siue antequam corporalis Seruatoris nostri aduentus historijs mandaretur,siue post.Non enim qui nunc post illuminationem,cæteracp Dei in se beneficia peccat,filium dei crucifigit propter peccata, ad quæ recurrit,nihil perficiens illius actionis,quæ cõmunius dicitur corporalis ad crucifigendum filium Dei, non idem etiam antea fieret, & qui peccat post quàm audierit diuina uerba,antea crucifixerat filiũ dei. Quòd si cui placet admittere, quod in actis Pauli scriptũ est tanquam à Seruatore dictum,denuo debeo crucifigi,existẽtem isto modo etiam ante accessum,quãdo eadẽ causa est dicenti, iam debeo crucifigi, quãobrẽ enim
Gal.2 non etiam antea crucifixus est,ut crucifigendus est denuo? Vide uerò, an non tantum sanctorum, qui post Christi aduentum fuere,sit uox illa,cũ Christo crucifixus sum, sed
Gal.2 æquè ad priores etiam pertineat,ne differre dicamus sanctos,qui post Christi aduentũ fuere,à Moyse,& patriarchis. Vox illa quoc p : uiuo ego, non amplius ego , sed uiuit in
Mat.22 me Christus, æquè etiam dicatur non solum de sanctis, qui post Christi aduentũ fuere, uerùm etiam de his,qui antea. Obserua etiam,& hoc dictũ Seruatoris: Deus Abraam, & Deus Isaach, & Deus Iacob, Deus autem non est mortuorum, sed uiuentium, num forte Abraam, & Isaach, & Iacob, propter hoc sint uiuentes, quoniam, & ipsi cum Christo consepulti, resurrexerunt: non tamen corporalis sepulturæ Iesu, uel corporalis resurrectionis eius instar. Hæc hactenus de eo quod est : Abraam hoc non fecit. Quid autem hoc est aliud, nisi quærere interficere hominem, qui ueritatem loquutus fuerit , quam à deo audierit . Tradimus enim, & docemus, nunquam defuisse sanctis spiritualem Iesu aduentũ,atcp dispensationem . Quòd si hæc (perinde atcp in alijs consideramus)ad sensum anagogicum reduxeris,alius hæc omia huius loci similiter explanare tentabit, ad mysticum Abraam ea referens , omissa uulgari explanandi con-

Ioa.8 suetudine, quærens horum singulorũ consequentiam. Vos facitis opera patris uestri
Quòd ad dictum hoc attinet, clarum non est, quem patrem Iudæorũ, qui sibi credide-
rant, quíq; nondũ agnouerant ueritatẽ, uelit dicere, ad hoc enim hæc omnia loquẽ: q
Ioan.8 niſi poſt pauca intuliſſet uos à patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri, uultis face-
re, ne nunc quidẽ agnoſceremus (ſaltim aperte) conſiliũ loquẽtis. Nec mirũ profectò, ſi
ad eos ludẽos, qui ei crediderãt, nec tamẽ tantũ rẽporis in ſermone eius permanſerant,
ut uerè ipſius facti diſcipuli agnoſcerẽt ueritatẽ, ut ab ea liberarenẽ, dixerit. Vos facitis
opera patris uestri: & illud etiã, quod in ſequẽtib. ſubiungiẽ: uos ex patre diabolo eſtis.
Quãuis enim inhumanũ hoc dictũ uideatur ad eos qui ei crediderãt, quíq; aliquo mo-
do ab eo edocti fuerãt, nõ tamen eo uſq;, ut uerè diſcipuli Chriſti dicerenẽ, attamẽ ne-
ceſſe eſt cõſideremus illud à Ioãne in catholica epiſtola dictũ de filijs dei, deq; filijs Dia
boli: Qui cõmittit peccatũ ex diabolo eſt, quoniã ab initio diabolus peccat. Ad hoc
1 Ioan.3 apparuit filius Dei, ut diſſoluat opera diaboli, omnis qui natus eſt ex Deo, peccatũ nõ
cõmittit, quoniã ſemen ipſius in eo manet, et nõ poteſt peecare eo, q; ex deo natus eſt.
In hoc manifeſti ſunt filij dei, & filij diaboli, omnis qui nõ facit iuſtitiã, nõ eſt ex deo, &
qui non diligit fratrem ſuum. Quibus uerbis ſic habentibus, conſidera, an nõ aperte di
ctum ſit: omnis qui committit peccatum ex diabolo eſt. Proinde in quantum, peccatũ
committimus, nondum exuimus ortum ex diabolo, etiam ſi credere in Ieſum exiſtime
mur, & cõſequẽs eſt hoc dici à Ieſu Iudęis, qui ei crediderãt: Vos facitis opera patris ue
ſtri, relationẽ habẽte uoce patris, ad diabolũ, propter illud: uos ex patre diabolo eſtis.
Quòd ſi omnis qui cõmittit peccatũ eſt ex diabolo, omnis qui nõ eſt ex diabolo, non
committit peccatum. Quin etiam ſi ad hoc apparuit filius dei, ut ſoluat opera diaboli,
quatenus nondum ſoluit in nobis opera diaboli, quia huic non exhibuerimus nos ip-
ſos ſoluenti opera diaboli, nondum depoſuimus eſſe filij diaboli: quia ab operibus
agnoſcimur cuius filij ſimus, ex quib. etiã perſpicuum eſt, non propter opificium, ali-
quem diaboli filium eſſe, neq; quia ſic creatus fuerit filius quiſpiã in hominib. dici dei:
imò manifeſtũ eſt, q; qui aliquando fuerit diaboli filius, effici poſſit filius dei. Id quod
etiã Matthæus hunc in modũ manifeſtat Seruatorẽ dixiſſe ſcribẽs, Audiſtis dictũ eſſe:
Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicũ tuum. At ego dico uobis: diligite inimi-
cos ueſtros, & orate pro perſequentibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri, qui in cœlis eſt.
Orate enim ut orãtes pro perſequentib. uos, & inimicos ueſtros amore proſequẽtes, ſi
2 Ioan.3 lij efficiamini patris cœleſtis, ſi quis antea ex uobis non fuerit illius filius. Quoniã aũt
manifeſti ſunt filij dei, & filij diaboli, propter id quod ſuperius dictũ eſt de diaboli filijs
nempe qui cõmittit peccatũ ex diabolo eſt, De filijs uerò Dei: omnis qui natus eſt ex
deo, peccatũ non cõmittit, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare,
eo quòd ex deo natus eſt, perſpicuum eſt hominem omnem, qui cõpleuerit rationem,
uel filium Dei, uel filiũ diaboli eſſe. Aut eñ cõmittit peccatũ, aut non cõmittit: cum ni-
hil ſit inter committere peccatum, & non cõmittere peccatum: & ſiquidem peccatum
committit, diaboli eſt: ſin uerò peccatũ non cõmittit, ex Deo natus eſt. Coniuncta ſunt
autem enunciationi horum de filijs Dei & filijs diaboli, quæ in epiſtola ipſa dicuntur
2 Ioan.3 de his, qui ſunt in filio Dei, deq; his, qui non uiderunt eum: omnis enim (inquit) qui in
eo manet non peccat, & omnis qui peccat, nõ uidit eum: igitur ſi omnis, qui in illo ma-
2 Ioan.3 net non peccat, qui peccat non manet in filio: & ſi omnis qui peccat, non uidit filium,
qui uidit filium non peccat. Pariter hoc etiã notabis quid ſibi uelit Ioannes dicens: om-
nis qui peccat non uidit filium: quaſi his uerbis uidit ipſum, innuẽs ſemper aliquos eſſe
poſſe, qui uideant filium dei, quíq; ex ipſius uiſione partcipent potentiã nunq; peccan
di: præterea dices hæc uerba, uos facitis opera patris ueſtri, aliquando quidem dici ad
filios diaboli, aliquando uerò ad filios Dei: Qui peccata nanq; committunt, opera pa-
tris ſui diaboli cõmittunt, at uerò qui præclare ſe gerunt, opera faciũt patris ſui dei. Sed
probabile eſt futurum, ut aliquis ex his moueatur, cogitans an faciendo bona & mala
ſeorſum, idẽ propter bona filius dei, & propter mala filius diaboli eſſe poſſit. Sed hoc
præterquam quod abſurdiſſ. eſt, non innuitur ex dictis. Enunciat nanq; Ioannes, quòd
unuſquiſq;, qui ex Deo natus eſt, peccatum non faciat (quòd ſemen illius in ſeipſo ha-
beat) nec poſſe hunc peccare, eo q; ex deo natus ſit. Omnis igitur, qui ex deo natus eſt,
pecca-

peccatum non committit: nec tamen ſcriptum eſt, quòd omnis natus ex diabolo, iuſti
tiam non committit: ſed qui committit peccatum, ex diabolo eſt. Rurſus non quemad
modum dictum eſt de eo qui committit peccatum, ex diabolo eſt, ita ſcriptum eſt, qui
committit iuſtitiam, ex Deo eſt. Et adhibe animum ad differentias propoſitionũ, quo-
nam pacto cum omni diligẽtia à Ioanne dictæ fuerint, adeò ut miretur aliquis, quomo
do irreprehenſibiliter, & ut quidam dicerent, dialecticè, illis uſus fuerit: cumq; ſimilia
afferret de his qui ſunt ex diabolo, deq; his, qui ſunt ex Deo, ſimiliter extuliſſet ſi feciſ-
ſet: quemadmodum qui peccatũ committit ex diabolo eſt, ita qui iuſtitiam commit ex
Deo eſt. Vel ſi (quemadmodum ſcripſerat: omnis qui natus eſt ex Deo, peccatũ non
committit) feciſſet: omnis qui natus eſt ex diabolo, iuſtitiam nõ committit. An non e-
tiam ſapientiſſimè admodum poſuit uerbum eſt, & uocabulum genitus? uerbum eſt
(dictum de eo qui ex diabolo eſt) non ponens de his, qui ex Deo ſunt, & uocabulum,
genitus, ſcriptum de his, qui ſunt ex Deo, non ponens de his, qui ſunt ex diabolo: extu
lit enim eum, qui ex Deo eſt, uocabulum genitus, ponẽs de eo: quod ſi etiam de diabo
lo poſuiſſet, peius quiddam oſtenſurus erat, quàm ſi dixiſſet, eſt ex diabolo. Atq; etiam
ſi poſuiſſet uerbum eſt, de eo qui eſt ex Deo, quemadmodum poſuit de eo, qui ex dia-
bolo eſt, minus oſtenſurus fuerat de eo, qui ex Deo natus eſt: cum longe melius ſit ge-
nitum fuiſſe ex Deo, quàm ex Deo eſſe. Sed dicet aliquis quaſdã creaturas eſſe ex deo,
quæ omnino genitæ nõ ſint ex Deo, hasq; omnino inferiores eſſe omnibus, quæ à Deo
dicantur genita eſſe. Ac certè cum peruenerís ad differentiam illam, quæ eſt inter eſſe
ex diabolo, & inter genitum eſſe ex Deo, quæres num fortè aliquis ſit, qui etiam ex dia
bolo ſit natus: cum omnino qui ſit ex diabolo, non continuò etiam natus ſit ex diabo-
lo: cum ſi ſit aliquis ex Deo, non omnino ſit etiam natus ex Deo. Proinde formatur, de
lineaturq;, qui natus eſt ex deo, ſi peccatum non committat, eo quòd ſemen dei in ipſo
maneat, & à potentia dei in ſe exiſtente ingenita uim habeat in poſterum non peccan-
di. Dicitur etiam in extremo huius epiſtolæ: omnis qui natus eſt ex deo, non peccat, 1 Ioan.5
ſed qui genitus eſt ex Deo, ſeruat ſeipſum, & malus ille non tangit eum. Qui ſeipſum
non ſeruat ne malo illo tangaẽ, non genitus eſt ex Deo, & omnis, quẽ tangit malus ille
non genitus eſt ex deo, tangit autem malus ille eos, qui ſeipſos nõ ſeruant. Quoniã ue
rò nullo facto interuallo ad eos, de rebus Abraam hoc inferẽ, facite uos opera patris ue
ſtri, quærebamus num fortè propter primum Abrahæ datum mandatũ, hoc ſcriptum
ſit. Primum nanq; diuinum mandatum ad eum ſic habet: Egredere de terra tua de co- Gen.12
gnatione tua & de domo patris tui, & uade ad terrã, quam oſtendam tibi. Exiuit ergo
Abraam de domo patris ſui, quod non feciſſe cõuincuntur hi qui reprehenduntur, eo
q; non bene dixerint: Pater noſter Abraam eſt. Nam ſi filij Abrahæ faciũt opera Abra- Ioan.8
hæ, & primum opus exire de terra ſua, & de domo patris ſui, & proficiſci ad eam terrã,
quam illi oſtendit deus (& hanc ob cauſam hi, ad quos eſt ſermo, reprehenduntur tan-
quam qui non ſint filij Abrahæ) liquet eos idcirco reprehendi, quia non exierint è do
mo patris ſui: tanquam adhuc ad malum patrem diabolum pertinentes: atq; adhuc pa
tris illius opera facientes. His à nobis huncin contextum dictis palàm opinor eos con
uictos, qui hinc oſtendi exiſtimant filios diaboli ex creatione eſſe.

TOMVS VIGESIMVS SECVNDVS

Dixerunt ergo illi, nos ex ſtupro non ſumus nati, ſed unum patrem habemus Deum.

VAERO num fortè Iudæi illi, qui dicuntur Domino credidiſſe, redargu-
Q ti, quòd non ſint filij Abraam, acerbius reſpondeant illi, rectè innuen-
tes, Seruatorem ex ſtupro natum fuiſſe: hoc ſuſpicantes, ut probabile eſt,
quòd admiſſus non fuerit celebris, atq; diuulgatus illius ortus ex uirgine.
Admodum enim præter rationem, atq; præter rem, de qua agitur, uiden-
tur mihi hæc uerba ipſi effutiſſe, cum neq; ad ſuperiora, neq; conſequenter poſteriori-
bus dictũ fuiſſe poſſit, acne ſimpliciter quidem intelligi illud: Nos ex ſtupro nõ ſumus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nati quod ipſi dixerunt. Quin etiam quoniam patrem ſuũ dicebat deum Seruator, ne minem hominem patrem ſui ipſius confitens, probabile eſt ipſos illi dicto, nos ex ſtupro non ſumus nati, ſubiungere, rurſum inimici facti, illud: Vnũ patrẽ habemus deum, tanctꝫ ſi dicerent: nos potius, cꝫ tu habemus unum patrẽ deum, qui te ortum dicis ex uirgine, cum natus ſis ex fornicatiõe: qui etiã dicis te unũ ſolum patrẽ habere deum, quia factes te natum ex uirgine, fatentib. alioquí nobis deum patrẽ, nõ tamen negantibus hominẽ etiã nos habere patrẽ. Sed dicet aliquis hæc ſic intellecta non poſſe eſſe uerba eorũ Iudæorũ, qui illi crediderant, ad quod dicẽdũ eſt: Quòd cũ principio dictũ fuiſſet illis illud: ſi uos manſeritis in ſermone meo, uerè diſcipuli mei eritis, & agnoſcetis ueritatem, perinde ac poſſent manere in ſermone Ieſu, & nõ manere, nõ difficillimũ factu eſſe, quoſdã redargutos nõ manſiſſe in ſermone ipſius, cũcꝫ non mãſiſſent, acerbius & repugnanter illud dixiſſe: Nos ex ſtupro nõ ſumus nati, unũ patrẽ habemus deum. Videntur mihi contentioſius quocꝫ reſpondiſſe. Cũ enim antea dixiſſent, ſemen Abrahæ ſumus, & quaſi hoc manifeſtius per illud, pater noſter Abraam eſt, cõfeſſi fuiſſent, atcꝫ audiuiſſent ad illud, ſi pater ueſter Abraam eſſet, opera Abrahæ faceretis, maiorẽ Abrahamo ſuũ ipſorũ patrẽ fatentur dicentes: unum patrẽ habemus deum: Ac fortaſſis, eò quòd aliqui homines ſint ex diabolo, alíj uerò orti ex deo, omnes rectè diceremus, qui geniti ex deo eſſent, ex ſtupro ortos fuiſſe. Nõ enim ex ſpõſa, ſed ex meretrice materia gignit, uel creat diabolus eos, qui ab ipſo ſunt: qui etiã immodicè affecti, & affixi rebus corporalibus adglutinãtur meretrici materiꝫ facti cum ipſa unum corpus: cum hi, qui ex deo fuerint geniti, à meretrice materia recedant, etiam adglutinẽtur Domino, uniti ſermoni illi, qui in principio erat apud deum, & ſapientiæ ipſius, quam creauit principium uiarũ ſuarũ ad opera ſua: ut ſint cũ ipſa unus ſpiritus. Qui enim adglutinat meretrici unum eſt corpus, qui uerò adglutinatur domino, unus ſpiritus eſt.

1. Cor. 6

Dixit illis Ieſus: ſi deus pater ueſter eſſet, diligeretis utiꝫ me:
ego enim ex deo exiui, & uenio.

QVONIAM qui naturas introducunt, utunt hoc textu, enarrantes ipſum, ac ſi dixiſſet Ieſus: tanctꝫ agnatũ uobis ac fratrẽ agnouiſſetis me, atcꝫ ueluti primum dilexiſſetis me, ſi deus, pater ueſter eſſet, mouenda ſunt contra ipſos dubia, hunc in modũ. Erat quando Paulus oderat Ieſum, eumcꝫ oderat, cũ depopulatur & perſequereꝰ eccleſiã dei ueracꝫ narrãs dicebat illi primũ dei oraculum: Saul Saul quid me perſequeris? cum ergo uerè dixerit illud: ſi deus pater ueſter eſſet, diligeretis utiꝫ me, perſpicuum eſt quocꝫ illud, quod cum hoc conuertitur, rectum eſſe: ſi me nõ diligeretis, nequaquam deus pater ueſter eſſet. Ergo deus pater nõ eſt eorum, qui non diligunt Ieſum, cumcꝫ tẽpus fuerit, quo Paulus nõ diligebat Ieſum, ſequitur quocꝫ tempus fuiſſe, quo deus pater Pauli non erat: non ergo natura Paulus erat dei filius, ſed poſtea factus eſt dei filius: quando etiam rectè aſſumeremus id, quod ſequitur illud, quod præcedit coniunctum dicens. Atqui ò Paule, Deus pater eſt tuus, diligis ergo Ieſum. Quin etiam ante tempora fidei Pauli, cum uerum eſſet illud: ſi deus pater ueſter eſſet, diligeretis utiꝫ me, rectè aſſumere poſſet Ieſus dicens. Atqui ò Paule me non diligis, non ergo pater tuus deus eſt. Quando autem deus efficitur alicuius pater, niſi quando aliquis ſeruauerit mandata eius quibus (cum antea non eſſet aliquis filius patris cœleſtis) efficit ipſius filius, quãdo etiã pater ducẽs hunc ad regenerationẽ pater ipſius efficitur, & habetur ipſius pater. His adiungere poſſumus, quæ in euãgelio ſecundũ Matthæum ſcripta ſunt hunc in modum: Audiſtis dictum eſſe, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, at ego dico uobis: diligite inimicos ueſtros, & orate pro his, qui uos perſequuntur, ut ſitis filíj patris, qui in cœlis eſt. Adhibe aũt animũ ad illud, ut ſitis filíj patris ueſtri, qui in cœlis eſt, oſtendens cꝫ qui antea nõ eſt filius illius patris, qui eſt in cœlis, deinde illius efficiat filius: cumcꝫ diligenter obſeruaueris illud, ueſtri (quæres, quod additur uocabulo patris, ſic enim ſcriptum eſt: ut ſitis filíj patris ueſtri) Nihil eſt utrum ſimplicius illud dictũ ſit, an peccãtib. exẽplaribus additũ ſit illud, ueſtri. Nihil enim quæſiſſemus, ſi ſcriptũ fuiſſet, ut ſitis filíj patris illius qui in cœlis eſt: & præſertim quoniam uidentur hæc repugnare: ut aliquis ſit filius non ſimpliciter patris illius qui eſt in

Act. 9

Matt. 6

eſt in cœlis, ſed ſui patris: nam ſi eſt pater ipſius, non efficiẽ poſtea filius ipſius. Sin uerò ipſius filius efficitur, non erat antea ipſius pater. Illud ſimul obſeruabis (eò quòd ex his qui cenſentur credere, quidam ſerui dei, rurſum alíj dicantur filíj dei) an fortè non qualecunꝫ mandatum, ſed quædam per excellentiam præclarè acta faciant aliquem, qui ea obierit, effici filium dei. Quamobrem cum in Matthæo multa ſint dicta, illud ob ſeruа, ut ſitis filíj patris ueſtri, qui in cœlis eſt, quod ſubiungitur illis uerbis: Ego autem dico uobis, diligite inimicos ueſtros, & orate pro his, qui uos perſequuntur. Elucet enim ſimilitudo erga deum, atcꝫ imitatio ipſius diligentis omnia entia, & nihil abominantis eorum, quæ fecit, & omnibus parcentis: quandoquidem ipſius domini animarum amantis, ſunt omnia in eo, qui diligit inimicos ſuos, & precatur pro his, qui perſequuntur eum: Alioquin quomodo cõuenienter ſubiungeretur illud: ut filíj ſitis patris ueſtri qui in cœlis eſt, illis uerbis: dictum eſt, ne cõmittes adulterium: at ego dico uobis, quicunꝫ aſpexerit mulierem ad concupiſcendã eam, iam adulteriũ cõmiſit in corde ſuo cum ea, atcꝫ illis de perditione unius membrorũ, ne totum corpus conijciat in gehennam? Quin etiam ſi ſubiungeretur, poſt illud, dictũ eſt antiquis, & poſt illud: Nõ peierabis, ſed perſolues domino iuramenta tua: at ego dico uobis, ne iuretis omnino, ut ſitis filíj patris ueſtri qui in cœlis eſt, multum profecto offendiculi ex ſe feciſſet: nũc autem ut ille pater cœleſtis exoriri ſolem facit ſuper malos & bonos, ſic unuſquiſcꝫ filiorum dei dilectionẽ in ſemetipſo, ueluti ſolem habemus, hãc exoriri facit etiã ſuper malos, cũ ſuos ipſius dilexerit inimicos. Ac rurſum quemadmodũ pluit deus ſuper iuſtos & iniuſtos, ita ſanctus (ueluti pluuiam quandam) demittit precationem ſuper eos, qui deorſum degunt, eò quòd illum perſequebantur, pro talibus etiam orans. Hęc in illud quod mihi explanandum incidit, ſi deus pater ueſter eſſet, diligeretis utiꝫ me. Videamus uerò & illud. Ex deo exiui, & uenio, cum quo conferre illud Michææ utile uideꝰ ſic habens: Audite populi ſermones, & attendat terra, & omnes, qui in ea ſunt, & erit dominus teſtis contra uos: dominus inquam de domo ſancta ſua. Ecce egreditur dominus de loco ſuo, & deſcẽdet, & calcabit ſuper excelſa terræ, & cõmouebunt mõtes ſub illo, & ualles liqueſcent, ſicut cera à facie ignis, & ſicut aqua, quę deſcendẽs per præceps defertur. Et uide an fortè æquipolleat illud: exiui à deo, cum illo: Dñs egreditꝰ de loco ſuo, quoniam quando filius in patre eſt, anteꝫ ſeipſum inaniat, ueluti locus ipſius eſt deus. & ſi quis conſideret ipſum exiſtentem in principali illa dei forma, uidebit nondum egreſſum à deo filium ipſius, & dominum nondum egreditẽtem de loco ſuo, cum uerò cum hoc ſtatu contulerit ſtatum illius, qui ſeipſum inaniuit, ex eo cꝫ formam ſerui aſſumpſerit, intelligit, quomodo filius dei exierit, & uenerit ad nos, ac ueluti extra eum, qui miſit illũ, factus fuerit, etiam ſi alio modo nõ dimiſerit illum ſolũ pater, ſed eſt cum ipſo, qui etiam eſt in filio, quemadmodum filius eſt in patre. Sin uerò non cõſideraueris alio modo eſſe filiũ in patre, quàm erat antequàm exiret à deo, uidebiẽ repugnare, egreſſum eſſe à deo, & egreſſum à deo eſſe adhuc in deo. Cæterũ alíj illud, exiui à deo, expoſuerunt pro eo quod eſt, genitus ſum ex deo: quos ſequitur filium dicere ex ſubſtantia genitum fuiſſe patris ueluti diminuti, & carentis, ſubſtantia filíj, quam ante habebat, quando generauit filium: tanquam ſi conſideraret aliquis hoc etiã in prægnantibus. Conſequiẽ aũt illos dicere, patrẽ & filium corpus eſſe, ac patrẽ diuidi: quæ dogmata hominum ſunt eorum, qui ne per ſomniũ quidem rerum quæ animo cernuntur, & incorpoream naturam (quę propriè eſt ſubſtãtia) imaginati ſunt: unde etiã perſpicuum eſt hos in corporali loco patrem eſſe daturos, & filium imutato loco, ex loco ad hanc uitam deuenisſe, nec mutaſſe ſtatum ex ſtatu, ut nos interpretati ſumus. Neqꝫ enim à memetipſo ueni, ſed ille me miſit. Hęc arbitror dici perinde, quaſi à ſemetipſis ueniant quidam, non miſſi à patre doctrinam, uel prophetiam prominentes: At de talibus quidẽ hominibus docemur à Hieremia, apud quẽ ſcriptum eſt: Non mittebã prophetas, & ipſi currebant. An uerò potentię etiã aliquę nõ miſſæ à patre uenerint ad homines, notabis: & an aliquæ inter ipſas egreſſæ ſint à deo, & idcirco peccarint, qa miſſæ non fuerint ab ipſo. Nec prætereundus eſt locus abſcꝫ indagine de ſermone animę. Nam fortaſſis Ieſu anima in ſua ipſius perfectione exiſteus, in deo, & in plenitudine erat: & inde egreſſa, quia miſſa fuerat à patre, aſſumpſit corpus ex Maria: aliæ uerò

Ioan. 8

Mich. 1

Hier. 23

Ioan. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sic exierunt à deo: hoc est non à deo missæ, neq; à diuina uoluntate præmissæ.

Quare dicta mea non agnoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.

V OS inquit, non posse sermonem meum audire, in causa est, quòd dicta mea non agnoscatis. Vnde primũ cõparanda nobis est uis audiendi diuinum sermonem, ut deinde omnia Iesu dicta agnoscere possimus: licet enim illi, qui antea nõ ualebat audire sermones Iesu, postea eò peruenire, ut possit audire illos, quo niã quàm diu nõ medicauerit alicuius auditũ sermo, ac filius dei dicens mutuo adaperire, non potest ille audire. Simul atq; aũt solutũ fuerit uinculum, quod occasionẽ præbebat surditatis, tũc audire quis poterit Iesum, quando etiã cognoscere potest ipsius dicta. Alioquin dicant nobis illi, qui existimãt hisce uerbis cõstitui dogma de naturis, utrum poterant illi (quibus medicatus est postea) muti adhuc existentes, audire, an nõ? sed cum liqueat eos non potuisse, perspicuum est licere immutari ab impotẽtia audiendi sermones Iesu, ad audiendũ illos, & non propter naturã incurabiliter habentẽ, quãdo non potest aliquis audire: sunt hæc potissimum dicẽda his, qui ab ecclesiæ decretis dissident, gaudentes allegorijs, & sanationum historiã reducentibus ad curationẽ animæ, quã Iesus liberat ab omni morbo, & ab omni mollitie. Arbitror uerò ego uocabulum audire, positum nunc esse pro intelligere, quæ dicunt. Vocabulum uerò agnoscere, pro eo, qui percipiens assentitur, illustratus luce cognoscendi ea. Sanè Heraleon suspicat causam reddi, cur ipsi audire nõ possint Iesu sermones, neq; illius dicta cognoscere, per illud uos ex patre diabolo estis, istisq; uerbis inquit: Quare autem non potestis audire sermonem meum? an quoniam ex patre diabolo estis, pro eo quod est, ex essentia diaboli? manifestãs de cætero naturã ipsorũ, cum prædixisset ipsos neq; Abraham esse filios, haud enim odio prosequerentur illum, neq; dei, ex quo non diligebant illum. Cæterum si illud: uos ex patre diabolo estis exposuisset, ut in superioribus exposuimus nos, & dixisset: quia adhuc ex diabolo estis, non potestis audire sermonũ meũ, admisissemus etiam illius enarrationem: nunc autem apertè dicit quosdam homines esse ὁμοουσίους, hoc est eiusdem substantiæ cũ diabolo: qui alterius est substantiæ (ut existimãt illius etiam sectatores) ab his, quos uocant animales, uel spirituales.

TOMVS VIGESIMVSTERTIVS

Vos ex illo patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere illius diaboli.

MBIGVVS est contextus, proinde quoq; duplex ex eo elici potest sensus: alter, ut sit quasi diabolus habeat patrem, ex quo patre (quantum ad
A contextum attinet) ostendãtur hi esse, ad quos est sermo: Alter (qui etiã melior est) uos ex hoc patre estis de quo prædicat diabolus. Atq; ambiguus quidẽ futurus erat hic cõtextus, si etiã omisso primo articulo, dictũ fuisset ex patre, & non ex illo patre, attamẽ apertius apparuisset uoluntas cõtextus. & quidẽ qui faueret credenti esse aliquem diaboli patrem, cuius filios uideat dicere hos, ad quos est sermo, uerbis quæ subiunguntur usurus est, sic se habentibus: Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quoniã mendax est & pater suus, dicetq; mendacium esse diabolũ, diuersum uerò ab hoc esse mẽdacij patrẽ, sed nõ rectè hoc diceret: nam magis cõueniet mendaciũ contrario dicẽtis: Ego sum ueritas. dico aũt contrario Christi, cui mendax est pater, qui diabolus est. Sed consentaneũ est aliquem offensum iri, eò quòd dixerimus Antichristum esse mendaciũ, uituperabilem non amplius futurum, si hypostasi, & essentia nil aliud sit mendacium, contra quem cum attuleris in medium illud: perditio factus es, & non eris in seculum (quod in Ezechiele dictum est de quodam, qui propter uitium immutatus fuerat, ut esset ipsa perditio) tu similiter etiã proferes aliquem non esse natura mendaciũ, ex creatione, sed ex mutatione, & pprio proposito talem factũ fuisse, & sic, ut nouè dicã, naturatum. Quãobrem nõ fugiẽs quis ceu absurdum dicere: Antichristum mendacium esse, dicet omnibus etiam congruere mentientibus hoc dictum: Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. Cũ enim mendacium (quod in singulis mẽtientibus ineſt) loquitur, ex proprijs mẽdacijs loquitur. Quin etiam si referas hæc uerba: mendax est & pater eius, ad unumquemq; proferentem mendacium ex suo ipsius ore, dicasq; hunc esse patrem eius mendacij quod loquitur, huiusmodi sanè assignatio absurda non erit. Sed dicta hæc sunto ueluti adiacentia amphiboliæ contextus nobis expositi: sequitur.

Et desideria patris uestri uultis facere.

NARRANTES illa uerba: uos opera patris uestri facite, anteuertimus etiam
E in hoc differere, frequẽter alioqui colligẽtes, quę nobis utilia uisa fuerant ad enarrationẽ. Proinde sine causa nũc hoc in loco nõ immorabimur, nisi qd si ortus fuerit aliquis ex diabolo (eò q; cõmittat peccatũ) & hũc ab illo ortũ non aboleue rit, hũc non unũ, sed plura desideria talis patris, uelle facere. Cumq; desideria, quę sunt in omnibus filijs diaboli, nascunt à desiderijs, quę sunt in diabolo, perspicuũ est desideria illius esse prudentiã materiæ, & corruptionis, quas propriè inimicas dixerit aliquis esse aduersus deũ: Atq; eędes quidẽ, & iniustitias, & auaritiã, si quis dicat illius esse desideria, quę generẽt desideria his similia in filijs eius, nõ dissentanea loquit: atq; etiã generaliter dicere immunditia naturę illi purissime cõtrarias existẽtes, esse illius desideria, à quib. desideria ingenerent diaboli filijs, ad res immũdas, nõ grauatè admittẽdum est, dicere etiã fornicationẽ, uel adulterium, uel amorem obscœnũ in pueros, uel molliem esse illius desideriũ, facilè quis etiã admiserit: Quòd si dubitet quis, quónã pacto hæc desideria in hominib. oriant à desiderijs quę sunt in illo, quantũ ad uerba attinet, ueluti quiddã uniuersale doceat de desiderijs, quæ sunt in hominibus, quòd uelint homines desideria patris sui facere, quia omnia, quę præter legẽ desiderant, antea fuerint desideriũ patris sui, tale enim est, quod dicitur: desideria patris uestri uultis facere, ad hunc dicendũ est, diabolum desiderare ut corrumpat, uerbi gratia: hic puer, illa adulterium cõmittat, hi fornicent, & hęc desiderãdo ingenerare his qui ualent illi obsequi, desiderium faciendi, quæ ille cupiat effici: ut hac ratione dicat aliquis diabolum committentem fornicationem, aut adulterium, prius fornicari, & prius adulterium cõmittere, quàm hominem. Idem etiam dices de omni peccato, uerbi gratia: diabolus argentum non desiderat, at amat argenti cupidos facere, facereq; homines rerũ materialium affectibus obnoxios: quod ipsius desideriũ facere uolũt hi, qui argentũ nõ aliter quàm uoluntate amant. Quamobrem omnia quæ acturi sumus, inspiciamus oportet, & examinemus, ne forte quod facere uolumus, sit ex desiderijs diaboli: ut cũ uiderimus diaboli desideria, desinamus uelle ea facere: scientes omnem, qui diaboli desideria facere uoluerit, ex deo patre haudquaquã esse posse, sed factũ fuisse diaboli filium, atq; etiam formatũ, & factũ ad imaginẽ mali patris, eò quòd uelit peioris desideria facere, à quo primus delapsus fuerit à rebus melioribus, & desiderauerit alteram uitam, præter uitã præstantiorem) dignus factus fuit, ut esset principium non creaturę, nõ operis, sed figmenti domini: factus ut illuderetur ab angelis eius. Nostra uerò principalis substantia in ea parte est, quæ ad similitudinem est creatoris. Altera uerò ex culpa in figmento, quòd è puluere terræ est sumptum. Atq; equidem si obliti ueluti substantiæ melioris, quæ in nobis est, ei figmento, quod est è puluere, subdiderimus nos ipsos, pars etiam præstantior imaginem terreni sumet, sin uerò intelligentes quod factũ est ad imaginẽ, & quod sumptum est è puluere terræ, inclinauerimus ad hunc, ad cuius imaginem facti sumus, erimus etiam ad similitudinem dei: omni affectione erga materiam, & erga corpora, atq; etiam erga aliquem eorum, qui sunt ad similitudinem, abolita. Quoniam autem, ἐπιθυμία hoc est desiderium indifferens est in scripturis diuinis non agnoscentibus accuratã uocabulorũ significationẽ, à gentibus qui diligenter disseruere traditã (qui τὸ ἀκριβὲς hoc est) quid industriũ, studiosumq; est nominẽt βούλημα, hoc est uoluntatem: eam diffinientes appetitũ rationi consentaneũ, quod uerò malum est ἐπιθυμία hoc est desiderium, quod dicunt esse appetitum à ratione alienum, uel uehementẽ appetitum dicendũ est: omnem naturam genitam desideria patris sui uelle facere: quemad modũ etiam omnis natura facit opera patris sui: in primis quidẽ illius patris sancti,

ingeniti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ingeniti existentis, qui est Deus, illius uerò in primis mali patris, qui ex nullo est patre: quippe in quo nullus pater effecerit, ut subsisteret prauitas, sed auersio à deo genuerit eam. Quod igit̃ nunc examinatũ à nobis est, nempe uos desideria patris uestri uultis facere, perspicuũ est ad diabolũ referri, cum superius dict̃ũ sit: uos ex patre diabolo estis, & subiungãtur, ille homicida erat ab initio. Quin etiam ad unumquenq; siue is fuerit ex diabolo, siue ex deo rectè dicetur: uos desideria patris uestri uultis facere. Dicuntur enim etiam dei quædam esse desideria, isto modo sic dictis uoluntatibus ipsius. unde in 18. psalmo dictum est: Iudicia Domini uera simulq; iusta desideria, super aurũ, & lapidem precio sum multũ. Quòd si legas desiderabilia super super aurum, & lapidẽ precio sum multũ, ut quędã habent exemplaria, dices desiderabilia digna esse ut aliqs desideret ea, sicut laudabilia ut laudentur, & diligibilia ut diligantur. Vt igitur laudabilia, magis à Deo laudantur, benedicta ut benedicantur, & diligibilia ut diligant̃. Vt igitur benedicta magis à deo benedicunt̃, & diligibilia magis à deo diligunt̃, sic etiam desiderabilia, rationabilibus multò à deo desiderantur. Candidius, & in bonam (ut diximus superius) partem accipientes ἐπιθυμίαν, hoc est desiderium, dicente etiã Seruatore:

Luc. 22 Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum, anteq̃ patiar. Quòd uerò etiã in malam partem sumatur desiderium, etiam si sufficere potest præsens cõtextus quem nunc tractamus, nihilominus tamen ille etiam addendus est: Qui inspexerit in mulierem ad desiderandũ eam, iam adulteriũ in corde suo cũ ea cõmisit. Porrò qui desiderat, non omninò id quod abest desiderat, quemadmodũ neq; qui uult, is omnino absentia uult: hoc aũt præmunuimus, ppter desideria dei, & perfectorũ desideria. quisqs ergo alicuius filius fuerit, is etiã patris sui desideria uult facere, suiq; patris opera facit, omnino q; in potestate nostra qui sumus homines, uel dei, uel diaboli sumus opera: & quę facere uolumus, uel desiderium est patris nostri boni cœlestis, uel diaboli, qui est inimicus illi. & siquidẽ facimus opera dei, uolumusq; eius desideria facere, filij sumus dei: sin, quę diaboli sunt agimus, uolẽtes quę ille desiderat facere, ex patre diabolo sumus: quãobrem inspiciamus non solũ, quę agimus, uerũ etiã quæ uolumus. Vt enim aliquis sit diaboli filius, sufficit uel solũ uelle illius desideria facere: & fortassis etiam hac de causa post illud, uos facitis opera patris uestri, dictũ est, uos desideria patris uestri uultis facere: ut hinc discamus nos esse diaboli filios, si uel solum uelimus facere quæ diabolus desiderat. At aptissimè quis ad hæc diceret: sufficere etiã ut simus filij dei, uelle desideria illius facere, etiã si opera illius non faciamus, sed dicendũ est, q; necesse sit ei q uelit desideria dei facere, ut etiã faciat opera dei: nõ enim solũ uelle, uerũ etiã operari (ut inquit Paulus) ex deo est, cum hoc bonũ uelle sequat̃ omnino operatio, ueluti sua (ut ita dicam) cõiunx. Diligentib. enim deũ omnia cooperant̃ in bonũ: nec deus omnino bonum uelle imperfectũ sinet, qui facit omnia opera ualde bona. Quin ne excogitari quidem potest bonũ uelle, non coniuncta in tali uolũtate operatione bona, bono uelle: sine operatio, uelle coniuncta est, etiã si plerunq; rationi conuenienter impediat̃ à prouidentia, quãdo pro aliqua uniuersali utilitate, uel pro qualicũq; utilitate, opus est interrumpi opus malũ, secundũ uoluntatẽ. sed in hæc inquit Heracleon: Hi, ad quos est sermo, ex substantia diaboli erant, perinde quasi diaboli substantia diuersa sit ab essentia sanctorũ angelorũ rationis cõpote. Ac mihi simile quiddã in hoc passus fuisse uidetur atq; ille, qui diuersam essentiam dicit esse oculi sani, & oculi perperam uidentis: & alteram esse essentiã auditus uitiati, alteram auditus sani. Vt enim in his non essentia diuersa, sed causa quædã cõtigit, ut auditus oculusq; uitiarent̃, sic cuiuscunq; natura aptè ad assequendã rationẽ essentia assecutiua, eadẽ est, siue rationẽ admittat, siue eam renuat. Quòd enim in nobis hominibus differat uis illa quę assequuta est ab ea quę nõ assequitur, haud equidẽ dicere queã, etiam si post dictorũ intelligentiã, alter quidẽ ea laudãs acquiescat dicto, alter uerò illud renuat. At frequenter diximus si cõcessum fuerit essentias esse diuersas, minimeq; rerũ præstantiũ capacẽ diabolũ esse, futurũ esse, ut ille à nobis defendat̃, perinde quasi prauitatis non sit auctor, notã alioquin inusturi ei, qui illum creauit, quiq; ipsi essentiam est largitus: id quod omniũ absurdissimũ est. Manifesta aũt erit absurditas intuenti humanarũ animarum essentiã, & inspicienti quòd quemadmodum fieri nequit, ut corpora humana magis cẽ alia humana corpora sint alterius, & alterius essentiæ, ita fieri nõ posse, ut animæ magis cẽ aliæ animæ, & res ad intellectũ spectans magis, cẽ res ad intellectũ spectans, & uis cogitãdi magis cẽ uis cogitãdi, sit alterius essentiæ. Idem dices etiam de eo, quod rationis est compos, & de potentijs, quæ sunt in animo: nempe de potentia memoriæ, & de potentia sic imaginãdi. Si enim homo præ alio homine alterius est substãtię, alterius quoq; generis necesse est esse animæ potentias, & genere (ut ita dicã) differre memorię potentiã à memorię potentia, & discurrendi potentiã à potẽtia discurrẽdi. Sed certis agamus: exemplo utentes eorũ quæ similiter intelligunt & discurrunt: ita ut unus spiritualis, alter terrestris (ut illi loquuntur) similiter assentiant̃, uel assensionem inhibeant aut abnuãt: utrũ hæc similitudo fuit in diuersis essentijs, an potius passio similis fuit, quoniã id cui cõtingit passio erat eiusdem essentię? Atq; equidẽ si dixerint easdem figuras imaginationũ, & assensionum, & recordationũ, & discursuũ factas fuisse in his quæ essentia differant, alienum est à ratione, sin uerò dicent eos qui sunt eiusdẽ essentiæ, quandam & aliã in se habere essentiam particularẽ ab illis diuersam, fatuũ erit. Ostendant præter has potentias alterã quandã essentiam esse non intelligentem, neq; considerantem, neq; reminiscẽtem, neq; imaginantem esse in his quos spirituales appellant, & in his quos terrestres, meliorẽ potentia intelligendi, atq; cogitandi, uel similem uel peiorem: neq; enim dicturi sunt meliorem, sed consentaneum est eos dicturos, quemadmodũ contingit, ut ex eodem sigillo similiter imprimatur dissimilis essentia, puta auri, argenti, stanni, plumbi, & ceræ, sic facile factu esse, ut ex ijsdem imaginationibus imprimantur figuræ in diuersas essentias habentibus, & imaginantibus simile etiam de discursu, de intelligentia & reminiscẽtia dicturi. At uide, ne fortè (etiam si admodum persuasibilis hæc uideat̃ oratio) corripere magis, ac decipere sic collata possit, cẽ persuadere illi qui exemplũ accurate annotarit. Ac de imagine illud quidẽ possum ostendere, q; figura in auro, qua ratione figura est, similis illi figuræ quæ in argento proprietatem ostendat, cur facta sit potius in auro, cẽ impressa sit in argento, uel in ceteris materijs. Quare uicissim nobis ostendant illi proprietatem eius, quod amisit maiorem figuram, uel minorem, uel infimam, ac tentẽt saltim nugari, ac circumloqui diuersam essentiam figurarum suscipientium similiter impressionẽ: quod cum non exhibuerint, enunciabũt quidem, sed non demonstrabunt. Hactenus de Heracleone, qui exposuit ex patre diabolo, pro eo quod est, ex substantia patris diaboli: Qui rursus in hoc dictum, desideria patris uestri uultis facere, disputat dicens: diabolum non habere uoluntatẽ, sed desideria: cuius dicti absurditas apparet ex se, dum omnibus in confesso est, illum mala uelle. Colliges etiam tu ipse (etiam si in præsentia non sit nobis ad manus, quod in medium adducamus) an alicubi in scriptura positum sit uocabulum, uelle, de diabolo. Inquit etiam post hæc Heracleon, hęc dicta fuisse, non ad terrenos natura existentes diaboli filios, sed ad eos qui sunt animales, factos diaboli filios positione: ex quibus possunt quidam natura & positione filij dei esse. Inquit præterea hos fieri diaboli, eò quòd dilexerint faciantq; diaboli desideria, cum natura huiusmodi non sint. Disputat etiam uocabulum filiorum trifariã intelligi debere: primum natura alterum uoluntate, tertiũ dignitate. Natura inquiens, illud Ephes. 2
est, quod genitum est à quodam genito, quod etiã propriè filius uocat̃: Voluntate uerò, cum quis uolũtatem faciens alicuius, animi sui iudicio filius, cuius facit uolũtatem, uocatur. Postremò dignitate, iuxta qd̃ dicunt̃ quidã gehennę filij, & tenebrarũ, & iniquitatis, & serpentiũ & uiperarũ progenies. Nõ enim generant hęc inquit talia quędã sua ipsorũ natura, cum potius corrumpant consumantq; eos, qui in se coniecti fuerint: sed quoniã effecerint illorũ opera, eorũ filij uocant̃. Hanc aũt differentiã cum dederit, cumq; ne tantulũ quidẽ suã narrationẽ ex scripturis cõfirmarit, respõdebimus illi, si nõ natura, sed dignitate uocant̃ gehennæ filij, & tenebrarũ, & iniquitatis, nã hæc eorum punt, cõsumunt, magis cõfirmãt, quomodo Paulus hoc inquit: Natura eramus filij iræ, sicut & cęteri. alioquin dicant nobis iram illã, cuius nos natura filij eramus non consumere, & ex se maximè non corrũpere. Rursum inquit diaboli filios à Iesu hos dici, non quòd diabolus generet, sed quòd diaboli opera facientes assimilati fuerint ipsi. At uerò quantò melius est idcirco eos diaboli filios haberi, quia illi assimiles sint faciendo opera eius, non per essentiam, neq; per creationem, in qua nulla sunt opera?

Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo.

QVONIAM generatim homicida est ille, qui quomodocunq; interfecerit hominem, qui etiam est indifferẽs, iuxta id quod etiam fecit Phinees, qui Israelitam interfecit fornicantem, & Madianitam, & Dauid etiam absq; uituperatione dicetur homicida, qui in nomine domini dei uirtutum, coram acie Israelis interfecit Goliath, quærẽdũ est, quæ nam sit hominis uera uita, & rursum quę sit huius mors ueræ uitæ contraria: ut intelligamus, quis nam sit uituperabilis homicida. Et quantũ quidem ad historiam pertinet, dices, Adã & Euam tàm diu interfectos non fuisse, quàm diu non peccauerunt, mox uerò perijsse in ea die qua de ligno uetito comederunt, nullo alio interficiẽte eos, q̃ homicida illo diabolo: quando Euam decepit per serpentẽ, & Eua dedit uiro de ligno, & comedit uir. Quantum uerò ad profundiora dogmata, si cõsideraueris dictũ illud: non moriar sed uiuã, & enarrabo opera domini, & illud à Seruatore dictũ ad Sadducæos occultissimè his, qui quod dictum erat, intelligere quirent, in Euangelio à Matthęo tradito de resurrectione mortuorũ: Aũ non legistis, quod dictum est uobis à deo, qui ait: ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, deus non est deus mortuorũ, sed uiuentiũ. & in Euangelio à Luca tradito: Quòd uerò resurgãt mortui etiã Moses ostẽdit iuxta rubum, cum dicit, dominũ deum Abrahã, & deum Isaac, & deum Iacob: Deus aũt non est mortuorum, sed uiuentiũ, omnes enim uiuunt illi. Ad hæc etiam in Euangelio secundum Marcum de mortuis, qui resuscitentẽ. Non legistis in libro Mosi, quomodo in rubo loquutus sit illi deus dicẽs: ego ille deus Abrahã, deus Isaac, & deus Iacob? non est deus mortuorum, sed deus uiuentiũ, si hæc inquã cõsideraueris, uidebis, si uiuit, quia ex mortuis resurrexerit Abrahã, & Isaac, & Iacob, hos fuisse mortuos antequàm uiuerẽt. Videbis etiam neminem propriè dici mortuum, qui ante nõ uixerit. Inspice uerò etiam hoc: In Adam omnes moriuntur, & in Christo omnes uiuificabuntur. Quibus uerbis neque mors media significatur hoc dicto, in Adam omnes moriuntur, neque indifferens uita (quæ neque bonum per se est, neq; malum) in illo: In Christo omnes uiuificabuntur, & uidebis uitam hominis, qui est ad imaginem: cuius uita cõsiderata, intelliges quonam pacto homicida ille interfecerit uiuentẽ hominem, rectè dicẽdus homicida, non quia unum quempiam priuatim interfecerit, sed propter uniuersum genus à se interfectũ: unde in Adam omnes moriũtur. Hoc uerò homicidium operatus est, cum incœpisset ab initio: per huius homicidium unusquisq; rem ipsam considerans, suumq; ipsius corpus, & cui accommodatum sit, hoc dicturus est, seipsum dicens miserum, eò quòd in Adam perierit, infelix ego homo, quis me liberabit ex hoc corpore morti obnoxio? Rom.6
Videẽs etiam quonam pacto dictum sit illud: In puluerẽ mortis deduxisti me, & illud: Psal.21
Humiliasti nos in loco afflictionis, & illud: Corpus nostrũ humile. Est etiam occultius quiddã, ꝓpter quod homicida ille ab initio princeps sit, huius mũdi inquã, hoc est terrestris loci, ubi sunt homines, quos interfecit. Atq; homicida quidẽ interfecit nos, nos uerò dei gratia consepulti sumus Christo, & consurreximus illi, conformes facti resurrectioni eius, & in nouitate uitæ ambulantes. At uerò homicida ille princeps est interfectorum, itemq; mortuorum: nullius uiuentis ualens princeps esse. Quòd si latius cõsideraueris, quæ scripta sunt de mortuis, ueluti hoc: in hoc enim Christus, & mortuus est & resurrexit, ut mortuorum ac uiuentium sit princeps, uidebis quomodo per mortem Iesu ne mortuorum quidem amplius sit ille princeps. Mortuus est enim Iesus, ut mortuis etiam dominetur: atq; quàm diu uiuit homo, nõ gerit imaginem terreni, sed cum moritur interficiturq; ab homicida illo, tùm perdit dei imaginem, tùm recipit imaginem terreni & mortificat: mortuus enim est terrenus, quomodo uiuus est superecœlestis: & deus non est deus mortuorum, sed uiuentium: ergo, si quidem cõsurreximus, in nouitate uitæ ambulantes, deus est noster: q; si adhuc inter mortuos sumus, cũ deus non sit mortuorũ, ne nostri quidẽ erit deus. Cæterũ institutæ disputationi de eo quod est, qui erat homicida ab initio, proximũ est ut uideamus aliquos quidẽ mortuos esse, sed Psal.43
Phil.3
Matt.22
Luc.20
Marc.22
Rom.14

sed non in alio præterquàm in Christo: qui etiam primum resurrecturi sunt, de quibus in epistola sic ad Corinthios dicitur: Clanget tuba, & mortui resurgent incorruptibiles, & nos immutabimur. In epistola uerò ad Thessalonicenses. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quòd nos qui uiuemus, & reliqui erimus, in aduẽtu domini nequaquam præueniemus eos, qui dormiũt: quoniam ipse dominus cum hortatu, & uoce archangeli, ac tuba dei, descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primum, deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus, simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum domini in aera, & sic semper cũ domino erimus. Itaq; arbitror perfectos, & qui nequaquã amplius peccata cõmittant, uiuentes esse in Christo, mortuos uerò in Christo eos esse, qui affecti quidem sint secundũ eam fidem quæ est in Christo, quicq; delirant optimè uiuere, haud tamen illud assequuti iam fuerint, uel propter ignorantiã accuratę & uerę rationis de iustitia, uel propter infirmitatẽ iudiciorũ, quæ uicta fuerunt à carne eõcupiscente aduersus spiritũ. Ac profectò his consequens est, Paulũ sibimet ipsi cõscium iam præclarè se gessisse, dicere illud, nos uiuentes. Cæterũ, quos diximus mortuos, hi maximè indigent resurrectione, cum ne uiuentes quidẽ rapi possint in nubibus in occursum domini in aera, anteq; primùm resurgãt mortui in Christo: quo circa scriptum est: mortui in Christo resurgent primùm, deinde nos, qui uiuemus, & quæ sequuntur. Inspicies autem, num etiam propter homicidiũ suum effecerit, ut essent ea, quæ non erant super terram maledictã, propter opera electi à paradiso delitiarum Adam. Veruntamen factus fuit homicida hic ab initio rerum existentium, qui opinor satus principiũ figmenti domini inuidit his, quæ creata fuere ut essent: sic inuidia mors introiuit in mundum, semper homines diabolo occidente, in quibus uiuẽtibus uitam inuenerit, donec omnibus inimicis positis sub pedes filij dei, ultimus hostis mors abolebitur. Videamus uerò etiã de hoc: In ueritate non stetit. Atq; omnis quidem ac solus ille, qui recta firmiter habet dogmata, & propter firmitatẽ dogmatũ perpetuò cõstantis est sententiæ, nullo infortunio, nullo corporali prætextu concussus, is stetit in ueritate: qui uerò etiam num appetitu, uehementiore rerum uenerearũ, uel qualicunq; culpa concutitur, ita ut aliquantulũ dimoueatur ab honesto, is meritò non stetisse existimetur in ueritate. Sed hæc oratio peruenit ad eas naturas, quę sunt extra carnem & sanguinem, est enim etiam illarum uita necessariò dicendũ eas, quæ præclarè se gesserint, stare in ueritate: sin uerò aliquis hunc in modum nõ uixerit, is nõ stetit in ueritate. Sed ob seruo, ne fortè unũ quiddam & uniforme sit, stare in ueritate, uariũ uerò ac multiplex, non stare in ea: quibusdam conantibus in ea stare, sed id assequi non ualentibus, quòd pedes habeant tremebundos, ut ita dicam, & uacillantes, alijs uerò, etiam si hoc modo affecti nõ fuerint, in periculo tamen constitutis, ne idem sibi contingat, qualis erat, qui dicit: Mei aũt penè moti sunt pedes: rursumq; etiam alijs in ea labentibus, de quib. dici Luc.20
opinor: Qui ceciderit super petram conteretur. Ad hoc stare in ueritate Dominus ad- Exod.33
hortãs Mosen, dixit ad eum: Ecce locus apud me, & stabis super petrã: nã si petra Christus erat, Christusq; inquit: Ego sum ueritas, fortassis hoc dictũ, Stabis super petrã, idẽ est atq; hoc: Stabis supra ueritatem: id quod uix post multa tandẽ contingit alicui. Vn de ad id etiã usq; temporis, quo dicta fuere hęc uerba Mosi, ecce locus apud me est, & stabis supra petram, Moses non steterat supra petram. Quod si quis diligentius inspexerit naturam humanam non facile ualentẽ se mundare à falsis dogmatibus, is uisurus est, quemadmodum omnis homo est mendax, ita etiam nullũ hominem stare in ueritate: nam si aliquis non est amplius mendax, aut stat in ueritate, huiusmodi sanè non est homo: adeò ut deus illi suiq; similib. dicat: ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Nec illud de eo subiũgetur. Vos autem sicut homines moriemini. Quòd si quisquam alius non stetit in ueritate, profectò is fuit diabolus, qui ab initio fuit homicida: & causa sanè cur ipse non steterit in ueritate, dicta est hunc in modum: Veritas dei in eo nõ est. Hanc autem ob causam non est in eo ueritas, quoniam deceptus est, falsaq; opinatur: ipseq; à seipso deceptus est peior his cæteris deceptis habitus, quòd illi quidem decipiuntur ab hoc, ipse autem sibi fabricator, & auctor est deceptionis. Sed dignũ quæsitu est, quomodo ueritas non dicatur in eo esse: utrum ue tandem, quia nullũ dogma uerum habet, sed quæcunq; opinatur falsa sint, an potius qui particeps Christo non est Ioan.8

ut sunt participes Christi dicentis:ego sum ueritas(qui enim participes sunt illius, illius sunt participes,in quantum est ueritas, & idcirco ueritas in eis est.) Rursum tertio addubitabitur hoc in loco quibusdam annotaturis,num dicere oporteat non esse ueritatem in eo,qui qualecunq; mendaciũ opinat, etiã si cũ multis ueris ipsum opinet. Vt enim falsa est complexio ex innumeris,quæ ualde uera sint,& uno mendacio constãs, sic in eo qui cum multis ueris unum mẽdacium opinatur, talis fermè est complexio & copulatio,ut in illo dicamus ueritatem non esse.Ostendo autem cum multis ueris unũ mendacium suspicantem,& tria uidebuntur habere rationem:aliquo quidem dicturo propter hoc dictum fuisse: in ueritate nõ stetit,quoniã particeps non sit Christi(quippe cui etiam inferat bellum)altero autem, quoniam nil uerè cogitet, sed mentitus sit, propter quod etiam diabolus sit,& malus,& peior quocũq; cadente,quoniam fortalsis in multis sit etiam aliquid ueri admixtũ illis multis, quibus falluntur,in hoc uerò nihil sit uerum.Atq; etiam tertius patrocinabitur reliquo: dicens fieri non posse, ut aliquod animal rationis compos ita de omnibus falsa opinetur,ut de re nulla (saltim imbecilliter)cogitet uerũ. Nam omnino saltim hoc diabolus dogma uerũ habet, quòd se ipsum rationis cõpotem esse intelligit: quodq; talis etiam homo est,itidemq; angelus,quodq; corpus est tale:& quale corpus:& aliud quiddam à corpore diuersum.Sed ut demum non dicat,nec consideret,ac saltim satis sunt prima,ut uerum esse nõ possit de eo,quod nihil ueri cogitat.Atq; nos quidem hoc dictum,in ueritate non stetit,intelligimus non tanquam ostendentes naturã talem,neq; docentes fieri non posse, ut ipse stet in ueritate,Heracleon uerò in hęc inquit hoc.Natura ipsius ex ueritate nõ est, sed ex eo,quod contrariũ est ueritati:nimirum ex errore,& ignorantia. Quo circa inquit, neq; stare in ueritate,neq; ueritatem in se ipso habere potest,ex natura sua propriũ habens mendacium: naturaliter aliquando non ualens dicere ueritatem,dico autem,q; non solùm ipse mendax est,uerum etiam pater ipsius,priuatim pater ipsius exponens, naturam ipsius:quandoquidem ex errore & falsitate constat.Quæ omnia diabolum liberant omni uituperatione,& culpa,& accusatione.Nullus enim iure uel uituperaret, uel inculparet,uel accusaret non natum aptum natura ad præstantiora: Quãobrem infelix potius,quàm uituperabilis est diabolus,iudicio Heracleonis.Sciendum uerò est, quemadmodum diabolus in ueritate nõ stetit,quoniam non est ueritas in eo, sic etiã, qui sint ex patre diabolo,in ueritate non stare, quoniam ueritas non sit in ipsis: cuiusmodi sunt omnes etiam num peccantes,etiam si Christi se dicant esse:omnis,enim qui committit peccatum,ex diabolo est.

Cum loquitur mendacium,ex proprijs loquitur,quoniam mendax est & parer eius.

QVONIAM exponẽtes illud,uos ex patre diabolo estis,memores huius dicti anticipauimus dicere,quæ nobis tum in hũc textum succurrerunt,quærẽtes quid sit mendacium,& quid sit pater eius,expendenda quoq; nũc sunt cum illis,quę à nobis dicent.& arbitror ego omnem spiritum malum & fallacem, mendacium esse:cumq; unusquisq; horũ loquit, ex proprijs loquitur,nõ ex his,quę dei sunt: horumq; mendax pater diabolus est.Vnde uerò moti fuerimus,ut diceremus omnem malũ spiritũ mendacium esse,nunc in mediũ adducemus.Scriptum est in tertio Regũ. Sic dixit Micheas uocatus ab Achab prophetãdi causa,utrũ sibi cõduceret ire ad bel-
3.Reg.22 lum,an nõ. Vidi deũ Israelis sedentẽ in solio suo, & omnis exercitus cœli stabat iuxta eum ad dexteram eius,& ad sinistram eius,dixitq; dominus,quis decipiet Achab Regem Israel,& ascendet,& cadet in Rammoth Galaad:cumq; alius aliud diceret, egrediebatur spiritus quidam,& stans coram domino ait:ego decipiã eum. dixitq; ad eum dominus,qua in re?is dixit egrediar, & ero spiritus mendacij in ore omniũ prophe-
2.Paral.18 tarum eius.Et in secundo Paralipomẽ.Ipse Micheas ad Achab,& Iosaphath inquit:Audite uerbum domini. Vidi dominum sedentem in solio suo,& omnis potẽtia cœli stabat ad dexteram eius,& ad sinistram eius,& dixit dominus: quis decipiet Achab Regem Israel? & ascendet,et corruet in Ramoth Galaad?cũq; alius aliud dixisset,egressus est spiritus, & stetit coram domino, & dixit: ego decipiam eum: & dixit dominus

minus,qua in re? & dixit:egrediar,& ero spiritus mendax in ore omnium prophetarũ eius.Apertè igitur ex his declaratur,quòd est aliquis spiritus mẽdax, ac spiritus etiam similes,spiritus esse mendaces:quippe qui à patre suo mẽdace, acceperint esse spiritus mendaces propter mẽdacium,& propter uitium:non quia propter essentiã,& naturã sint tales.Atq; spiritus quidem sanctus,uel angelicus spiritus cum loquitur, nõ ex proprijs loquitur,sed loquitur à sermone ueritatis,& sapientiæ:id quod etiam manifestat Ioannis Euangelium,in quo de paracleto docens Seruator inquit:de meo accipiet,& annunciabit uobis,qui uerò ex proprijs loquitur,mẽdaciũ loquitur. Ex proprijs enim loquutus est etiam ille in tertio regum spiritus mendax decipiens Achab: Veruntamẽ obserua uocabulum,mendax,similiter positum fuisse de diabolo,qui mendacium genuit,& de homine.Atq; hoc quidem in loco dicitur de homine & de diabolo, mẽdax est,& pater eius,in psalmis uerò de homine solũ:& illud.Ego dixi in excessu meo,omnis homo mẽdax.Verum hæc omnia in medium adduximus,ut quoad fieri potest, fugiamus esse homines,festinãtes filij dei effici,quoniã quam diu homines sumus,mendaces sumus,sicut & pater mẽdacij mendax est.Simile est autem participare nos unũ, & nomen eius,& participare rem ab ipso nomine significatam. Nos dico (si manserimus homines) & diabolum,qui mendax est dictus.

TOMVS VIGESIMVSQVINTVS

Ego autem,quia ueritatem dico,non creditis mihi.

Si memores sumus,ad quos loquitur (nempe ad eos,qui crediderãt ei, Iudæos,qui promissionem acceperant,si permãsissent in sermone Iesu tùm uerè discipulos eius futuros,& agnituros ueritatem liberantem eos)dubitabimus quomodo talibus dicat: ego autem quia ueritatẽ dico uobis, non creditis. Proinde uide, ne fortè iuxta unam considerationem fieri possit,ut quis illi credat, & iuxta aliam considerationem illi non credat: uerbi gratia. Qui credunt in Iesum crucifixum tempore Pontij Pilati in Iudæa,non credunt autem in eum, qui natus est ex Maria uirgine, hi in eum credunt,& in eum non credunt.Rursumq; qui credunt in Iesum qui fecit in Iudæa signa & prodigia quæ scripta sunt, non credunt autem in Iesum filium eius, qui fecit cœlum & terram,in deum credunt,& nõ credunt.Acrursus qui credunt in patrem Iesu Christi,non credunt autem in opificem factoremq; huius uniuersi,hi in eum credunt,& non credunt. Atq; equidem qui credunt in factorem cœli & terræ,non credunt autem in patrem Iesu Crucifixi tempore Pontij Pilati,in deum credunt,& non credunt.Ne igitur statim sit contrarietas (perin de quasi qui hoc scribit huiusmodi Euãgelium,non itidẽ hoc perspexerit)dices,quòd dicens eis qui crediderant ei Iudæis,ego autem quia ueritatem dico uobis,non creditis mihi,secundum unam considerationem credentibus,secundum aliam cõsiderationem non credentibus hæc dixerit: & certe consentaneũ est credidisse quidẽ eos iuxta apparentiam propter prodigia,& non credidisse dictis ipsius profundioribus. Proinde hoc dictum,quia ueritatem dico non creditis mihi,conuenit cum illo: Agnoscetis ueritatem:quod perinde est,ac si non agnoscerent ueritatem,tãquàm si diceret:quatenus prodigia facio creditis mihi,quatenus autem ueritatẽ dico non creditis mihi.Hoc nunc in multis cernere possis admirantibus quidem Iesum,cũ illius historiæ intendũt, haud ita uerò credentibus,simul atq; profundior ac maior,quàm pro captu ipsorũ explicata fuerit illis ratio,sed suspicantibus illã esse falsam.Quo circa intẽdamus,ne forte nobis etiam dicat sermo dei filius,quia ueritatem dico nõ creditis mihi: Quis ex uobis arguit me de peccato,sermo dei filius,cum apertè uolũtatẽ suam ob oculos posuisset, ita ut ne unus quidem audientiũ contradicere posset, etiã hæc dicit,uisum perstringẽs eorum,qui sibi non assentiebantur:si non ostenditis ea, quæ dicũtur peccata esse,iam iure à uobis exigo consensum.Magnam autem fidutiã habet Seruatoris oratio in hoc dicto,nullo homine cum ea confidentia quæ nascitur ex nõ peccasse, dicere ualente, quis ex uobis arguit me de peccato,sed solo domino nostro dicere hæc ualẽte ad omnes qui unquam illum cognouerunt, qui peccatum non fecit,per omnia tentatus iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

xta similitudinem absq; peccato. Quòd autē dixit quis ex uobis, sic intelligo, ut id ad nō præsentes tantùm, sed ad uniuersum hominum genus dictum sit, tanquàm si sic explanaretur: Quis ex uestro genere, uel quis, qualiscunq; tandem sit ille homo, arguere poterit me de peccato? at certè nemo. Propter autem hoc dictum: imitatores mei estote, & ego Christi, omni modo contendēdum nobis est, ut iuxta uires humanæ naturæ talem recipiamus fiduciā mundę cōscientię erga omnes homines, ut dicamus in futurum, ac post fidei principiū ad singulos nos agnoscētes, qs ex uobis arguet me de peccato, etiā si factu facile nō est, ut hoc dicamus, cum cōpleuimus rationē? Cęterum non ad homines tantū Seruator dixit hoc, sed etiam ad diabolū, atq; ad potentias illi subiectas, nihil ualentes quòd ipse peccaret, ipsi obijcere, & hoc sanè consequēs est illi: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, & nihil in me inuenit. Possumus uerò etiam nos ex multa diligentia per aliquod tempus fiduciā recipere ad dicendum diabolo quęrenti aduersum nos occasionē, cum animā efflamus, quis ex uobis arguit me de peccato? Si ueritatē dico, quare uos non creditis mihi? Dignū est ut uideamus, quid innuatur ex hac interrogatione: at hoc uidebimus: etiam si illi, ad quos erat sermo non responderint proferentes conueniens responsum: respondere enim posset aliquis, hanc ob causam non credimus, quoniā non uidebimus quonā pacto illud, qđ dicit, sit ueritas, non uidemus autem eò quòd nondū mūdati sint in nobis illi oculi, qui uim perspiciendę ueritatis natura habent. Et quoniam tales sumus, non sumus ex deo, quod si nondum ex deo sumus, etiā oculi uim perspiciendæ ueritatis habentes mundi nō sunt, uel quia cooperti sint, uel quia sint crassi, uel quia sint turbidi propter uitium. Ac considerantes diligenter quidem quid sit propriè credere (iuxta illud dictum, omnis qui credit quòd Iesus Christus est, ex deo genitus est) scientesq; quantum absimus ab hoc credendi modo, hæc respondeamus: obsecrantes medicum oculorū animæ, ut sua ipsius tum sapiētia tum amore, quo genus humanū prosequitur, omnia faciat, quo aperiātur oculi nostri adhuc clausi ab ignominia nostra propter uitiū, iuxta illud, cooperuit nos ignominia nostra: & cōfitentibus nobis exaudiētur causæ cur nondū credamus, & quasi male affectis atq; medico egentibus opem ferens dominus cooperabitur nobis ad percipiendum donum credendi. Tertio loco apud Paulū posito, dum recenset dona: nimirum post donum sapientiæ, & post donum scientię, quibus subiūgit: Alij fides per eundē spiritū, de quo dono, & alibi inquit, à deo nobis donatum est, non solum ut in ipsum credamus, uerum etiam ut pro ipso patiamur. Atque equidē si quis efficatiam credendi notarit, uidebit manifestò non uulgare esse donū, quòd quis credat nulli alij, præterquàm soli uero: præsertim cū plura dogmata, eaq; uaria diuulgentur à multis uera se docere promittentibus. Hoc enim iam probati etiam nummularij officium est, quem si quis perfectum nominarit, haud aberrabit: cum etiā in Hebræorum epistola scriptum sit: Perfectorum est solidus cibus, nempe horum, qui propter assuetudinem sensus habent exercitatos ad discretionem boni pariter & mali.

Hebr. 4
1 Cor. 12
Phil. 1
Hier. 3
Heb. 5

Qui ex deo est, uerba dei audit, propterea uos non auditis, quia ex deo non estis.

VT diuersarum naturarū introducunt cōmentum, quiq; dicunt filios dei natura tales existere, eosq; solum capaces esse uerborū dei propter cognationē quam cum deo habent, ex hoc etiā loco existimant se probare quod proposuerint: hoc contextu, quem mordicus etiam tenent in suam opinionē trahētes rudes, & sine iudicio, nec ualentes respondere ad probabilitatē uoluntatis contextus, neque uidentes eius solutionē hunc in modū se habētem: si palàm est quotquot receperūt lucem ueram, quæ illuminat omnē hominem uenientem in mundū, non quia sint ex deo, recepisse eam (nam si eò quòd essent ex deo, recepissent illā, haud quaq; de eis scriptū fuisset: quotquot autem receperunt eum, dedit eis credentibus in nomē eius potestatē ut filij dei fierent) liquere etiam eos qui non sunt ex deo, potestatem non habere aliquo pacto filios dei fieri, antequàm acceperint uerā lucē. Immò qui acceperint, ne filij quidem dei adhuc sunt, sed potestatem accipiunt filios dei fieri, & tunc ex deo geniti, etiam uerba dei audiunt: non amplius tantum simpliciter credētes, sed iam acutius res

res diuini cultus intelligentes. Porrò qui huiusmodi esse non contēderint, nec filij dei fiunt, nec sunt ex eo: & hanc ob causam, neq; audiunt uerba ipsius, neq; intelligunt uoluntatem illorum, sed manent in statu præcedenti filios dei: nempe in statu eorum qui tantùm crediderunt, serui dei, eò quòd acceperint seruitutis spiritū in timore, nec contenderint eò procedere & proficere, ut etiam adoptionis filiorum spiritum acciperēt, per quem clamant illum habētes, Abba pater: quòd enim generatim nullus homo ab initio fit filius dei, palàm est tum ex hoc dicto, eramus natura filij iræ (in quod Paulus etiam de se ipso dixit) tùm ex eo: dico autem uobis, Diligite inimicos uestros, & orate pro persequentibus uos, ut sitis filij patris uestri cœlestis: nam si Paulus natura filius iræ erat, quis non filius irę antequàm accipiat potestatem filium dei fieri, & antequàm filius dei efficiatur, superior est Paulo, quatenus ad creationem attinet? Quòd si non aliter efficitur aliquis filius patris cœlestis, nisi diligendo suos ipsius inimicos, & orando pro persequētibus se, perspicuum est nullum hominem, eò quòd natura sit ex deo, uerba dei audire, sed quia acceperit potestatem, ut filius dei efficiatur, eaq; utatur commodè, & eò quòd dilexerit inimicos, & orauerit pro se lædentibus, factus filius patris cœlestis, tunc ex deo, & uerba dei audire, intelligens ea, & scientiam illorū recipiens: quæ res non propria est seruis, sed his qui sunt dei filij, qui omnem quidem ortum destruxerunt, sed ortū à deo receperunt, duce spiritu adoptionis. Pariter illud etiam diligenter considerandum est, quomodo accipi opus sit hoc dictum, uerba dei audit: cui simile est illud: Oues meæ uocem meam audiunt. Nam si uocabulū audiendi de nudo sumamus consensu, etiā animales ad tempus credentes ex deo erunt: de quibus Seruator inquit quosdam esse qui ad tempus credant. Rursum si uerbum audiēdi sumamus pro eo, quod est seruare mandata, perspicuum est, uel in uno peccantem, non futurum filium dei: quod quidem non premit, qui dicimus ex mutatione unumquenq; filium dei fieri, sed illos, qui neq; seipsos, neque ijsdem disciplinis imbutos facile ostendere possunt ἀναμαρτήτους, hoc est impeccabiles. Quòd si audire sumamus pro eo quod est intelligere & considerare ostendant aliquem omnes hunc in modū noui testamenti sermones audientem: ut illum dicamus filium dei, si expositio illius in sacris literis in uersionem non recipiat: nos enim etiam in his magnum quendam & admirandū imaginantes esse eum qui iam filius dei effectus est, non inscitè indicauimus quis nam sit ille, qui ex deo est, explanantes illud, qui est ex deo, uerba dei audit. Vide uerò paradoxon qđ ex contrarijs emergit, scilicet quòd aliquis filius dei, alio sit magis filius dei, & quòd alius filius dei sit magis alio in duplo filius dei: quod quomodo ex cōtrario ostēdatur, sic proponemus. In Euāgelio à Matthæo tradito secūda cōminatio ad pharisæos & scribas sic se habet. Væh uobis scribæ & Pharisæi, hypocritæ, quia obitis mare & terram, ut faciatis unum proselytū, & cum fuerit factus, facitis illū filiū gehennę, duplo magis quàm uos estis: igitur hac ratione, neq; quidam natura sunt filij gehennæ, neq; gehennæ filij ex æquo sunt illius filij, si alius duplo magis quàm alius est gehennę filius. Quòd si alius duplò magis quàm alius est gehennæ filius, cur non etiam perditionis, & mortis, & tenebrarum, & cæterorum, quorum qui uariè peccāt, sunt filij? Quòd si in his sic se res habet, cur non etiam filij lucis alij duplò magis quàm alij erunt, & filij uitæ, & filij sapientiæ, atq; etiam hunc in modum filij dei? quòd si duplo alius magis quàm alius efficitur filius dei, cur non etiam multipliciter, & tantò multipliciter, quantò multipliciter dignum est considerare esse primogenitum totius creaturæ filium dei super omnes, qui sunt filij dei, & non amplius habent spiritum seruitutis in timore, sed acceperunt spiritum adoptionis. Fortassis igitur plura cum sint uerba Dei, non solum quæ scripta sunt, uerum etiam ineffabilia, & quæ homini dicere nefas est, & ea de quibus inquit Ioannes, nec ipse opinor mundus caperet eos qui scriberentur libros, quili bet qualicunq; uerba dei audiens & intelligens iam ex deo est: & quantò plura uerba dei audierit, tantò magis efficitur ex deo: ut iam re uera aliquis qui audierit omnia uerba dei nostri, nominetur filius dei, si hoc apparuerit in aliquo qui accipiat spiritum perfectæ adoptionis, & eximiè nascitur filius dei, & omninò, & totaliter, & totus. Candidius autem sunt intelligendæ illæ uoculæ, totaliter & totus, ut respondeant totis dogmatibus, toti cognitioi & totis mysterijs, adeò ut totus & totaliter dicat se genitū ex

Matt. 23

Universidad de Deusto
Biblioteca

deo, qui nouerit omnia mysteria, & omnem cognitionem, feliciter etiam gestis, quæ
1. Cor. 13 sunt perfectæ dilectionis. Vide uerò an is consequenter huic dicto, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, possit dicere, & ex parte sumus filij dei: & rursum cum uenerit quod perfectum est, abolebitur quod ex parte est, & illud: cum uenerit ut perfectè efficiamur filij dei, non amplius ex parte efficietur aliquis filius dei. Nec hoc sinatur intactum, num fieri possit, ut aliquis ex parte sit filius præstãtioris partis, nempe diuinæ, & ex parte sit alterius partis contrarię, an potius hoc impossibile sit sic se habere: Similiter inquires, quomodo multi unius patris dicantur filij, utrum propter proauos & propter successores illorum, an propter talem considerationem. At uerò, cum accelerimus potestatẽ ut efficiamur filij dei, omnia faciamus ut simus ex deo, et uerba eius audiamus ut proficiamus etiam, quia simus ex Deo, proficiamus etiam, quia audimus uerba dei. Plura ex his uerbis semper manifestãtes, donec omnia perceperimus uerba dei, quę uel nunc uel in posterum percipere possunt hi, qui spiritu adoptionis digni habiti fuerint. Quoties autem uerba quæ à deo dicuntur, non audimus (hoc est ea non intelligimus) toties consentaneũ est nos redargui, perinde quasi non simus ex deo: nam propter hoc non audit qui nõ audit uerba dei, quoniã ex deo non est, & ex deo nõ est propter seipsum, etiã si aliquando acceperit potestatem fieri filius dei, possitq; diligendo inimicos, & orando pro his à quibus læditur, fieri filius patris cœlestis.

TOMVS VIGESIMVSSEXTVS

Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: nonne benè dicimus nos, quòd Samaritanus es, & dæmonium habes?

CONSENTANEVM est propter id quod tacet, quòd frequenter inter se
c hęc quidã de Seruatore dicerent, Samaritanũ illum appellãtes tanq; qui res Iudaicas adulteraret, non secus atq; Samaritani: non enim commercium habent Iudæi cum Samaritanis, in multis dogmatibus ab illis dissidentes. Sed profecto quæsitu dignum est, quomodo Samaritanis futurũ seculũ negantibus, & ne animę quidẽ permanentiam admittentibus, ausi fuerint Seruatorem dicere Samaritanũ, qui q; plurima docuerat & de resurrectione & de iudicio. At fortassis hoc dicũt illũ mordentes, perinde quasi eadẽ quę illi decreta poneret. Verisimile est etiã aliquos existimasse eũ nõ ex affectu de futuro seculo, de resurrectione, de iudicio docere, sed Samaritice affectũ (perinde ac nihil reliquũ foret post hãc uitã) simulationis causa propter opinionẽ quã habebant Iudæi (& ut illis placeret) de resurrectione, deq; æterna uita uerba facere. Quin dęmoniũ quoq; eũ habere dicebant propter ipsius sermones, qui hominũ captum transcendebãt, quib. patrem suum dicebat deum, seq; è cœlo descendisse, quodq; esset panis uitæ longè melior mãna, adeò qui ex hoc pane comederet, uicturus esset in æternum, aliaq; innumera, quib. Euãgelia repleta sunt. Potest etiam propter suspitionem eorum circa Beelzebul dictum fuisse, tu dęmoniũ habes, quando quidẽ in Beelzebul principe dæmoniorũ existimabant eum ejicere dæmonia, tanquam qui in se haberet Beelzebul. Atq; inimici quidẽ dicentes ipsum habere dæmonium illi uiderint: nos uerò illi credamus dicẽti: ego dæmonium nõ habeo: neq; enim potest dæmonium cæcorũ oculos aperire, uel hæc signa facere quæ scripta sunt, quorum etiam uestigia & reliquiæ uel usq; in præsens fiunt in ecclesiis in nomine domini. Præterea quærat ali quis, cur respondentibus Iudæis (nõ illis qui crediderant ei) duoq; crimina ei impingẽtibus, nempe Samaritanus es tu, & dæmonium habes, non ad duo, sed ad unum (nempe dæmonium habes) respondet dicens: ego dæmonium non habeo. Et uide an ad hoc applicari possit illud illius parabolæ, quæ est
Luc. 10 apud Euangelium Lucæ: nempe de eo, qui cum descenderet à Hierusalẽ in Hiericho, incidit in latrones, quẽ cum sacerdos & Leuita præterijssent, Samaritanus iter faciens uenit ad eum, & uiso eo misericordia motus est, et cum accessisset, obligauit uulnera eius infundens oleum & uinũ. Nam si poterit quis de hac parabola disputans ostendere ad nullum alium, præterquàm ad solũ Seruatorẽ referri posse quæ de Samaritano dicunt, qui semimortuum & delapsum in latrones curauit, is ostendet etiam, quare Seruator non

tor non negarit se Samaritanum. At uerò alius, quia differant apud Paulum Iudæi ab his qui sunt sub lege, cõsiderans, & sensu anagogico pro his qui sunt sub lege, Samaritanos intelligens, inueniensq; Seruatorem magis quàm Paulum omnibus omnia factũ fuisse, ut omnes lucrifaceret, dicet, eò quòd factus sit sub lege his qui sub lege erant, ueluti etiam Samaritanum fuisse factum: & idcirco non negasse etiam se Samaritanum fuisse. Rursus aliquis tertius interpretationem Samaritani intelligens significantis custodem, dicturus est quamuis alia consideratione dixerint Iudæi Iesum Samaritanum, ipsum tamen significatione nominis perspecta, illud se esse non negasse: sciẽtem se custodem animarum hominum, de quo etiam dictum est: ecce non dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel, & custodiens paruulos Dominus. Hebræi etiam Somer dicunt custodem: sicq; tradunt Samaritanos primùm appellatos fuisse, quòd missi fuerint ab Assyriorũ Rege ad custodiã terræ Israel, post captiuitatẽ Israelis, qui diuersus erat à Iu- 3 Reg. 17
da: qui etiam Israel propter peccata multa in captiuitatem deductus fuit Assyriorum.

Respondit Iesus: ego dæmoniũ non habeo, sed honoro patrem meum, & uos ignominia affecistis me: ego non quæro gloriam meam, est qui quærit & iudicat.

SIlignum iuxta decursus aquarum plantatum huiusmodi est, ut fructum suum in tempore afferat, ita ut ne folium quidem eius defluat, sed cuncta quæ cunq; fecerit, felicem habeant successum, quid existimandum est de Seruatore nostro Iesu, nisi q; (cum sit lignum uitæ quatenus est sapientia) fructificat etiã, ut sapientia sit lignum uitæ omnibus recipientibus eam? sed folia præter fructus talia habens, ut ne unum quidem ex ipsis defluat? hanc ob causam nullum Iesu uerbum (præsertim quod habitum dignũ fuerit scriptione à sanctis ipsius discipulis) uulgariter intelligendũ est. Quin etiã omnis diligentia adhibẽda est nobis, his etiã quæ existimant aperta, nõ desperantes in eius sermone, etiã si extẽporaneus & simplex esse credatur, in ueniri semper aliquid illius ore sacro dignum à recte quærentibus: q; si aliquando non inueniamus, nos incusandi sumus, non illius sermo, tanq; qui non spiret ex plenitudine
Ioan. 8 dogmata plena ueritatis & sapientiæ, quæ mihi dicta sunt uolenti inquirere de eo: ego dæmonium non habeo, per quod omnes euangeliũ legentes rem docemur, quam, antequam euangelium legeremus, non noueramus: quæ qualis nam sit, cõsideranda est. Conuenit iuxta scripturas, peccantes multa facere præter rationem, non ob aliud nisi quia facti fuerint capaces operationis mali spiritus, uel uoluntatis immundi dæmonis. Non dubitarunt igitur uel ea, quæ existimantur esse leuia peccata dæmonijs tribuere illi, qui dixerunt repentinam iram similiterq; detractionem dæmonium esse. Consentaneum uerò est dæmonijs in nobis imaginationes imprimẽtibus, in nosq; operantib. innumera alia nos iuxta illorũ uoluntatẽ facere. Et ut inter homines nullus est absq; foribus, & nullus iustus super terrã qui faciat bonum & nõ peccet, sic etiã nullus est semper à dæmonijs mundus, & perpetuo factus incapax operationis horũ. Quocirca allegoricè interpretantes curationes in euãgelio positas, in quibus sunt etiam dæmonum expulsiones, dicemus Iesum ab illis omnib. semper dæmonas expellere, qui propterea q; curati fuerint à filio dei, nõ amplius admittunt dæmonũ operationes. Quãobrem solius Iesu uocẽ esse reor (qui solus expoliauit principatus, & potestates ostẽtauit palam, & triumphans eas in ligno trophęum aduersus omnẽ potentiã contrariam statuit crucem) ita dicere: ego dæmonium neq; habui, neq; habeo, ac ne habiturus quidem sum,
Ioan. 14 quẽadmodum illud etiam dixit: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quic quam. Possimus quidem etiam nos proferre, & dicere, dæmonium nõ habeo, sed refellemur peinde, atq; hi, qui cum negauerint se insanire, ipsis factis conuincuntur mentitos fuisse. An non manifestum argumentũ nos insanire, quando statum habentes insanientium clamamus, excandescentia, & ira accensi, uel cum rabie agitati, & tanq; hinnientes, proprias etiam cõiuges instar equorum amore insanientiũ conscendimus, post tergũ ejcientes quicquid deus dixerit de sedandis affectibus? Quin etiam quia abiecti, & obscuri à mœrore detineamur: ꝓpriaq; generositate eorũ, qui rationis sunt cõpotes, amissa, obliuiscimur ne unum quidẽ passerẽ absq; deo in laqueũ cadere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustáque esse quarumlibet rerum, quæ hominibus contingunt, iudicia, quid dicturi sumus, nisi nos hæc pati, quia uicerit nos diabolus, & quia etiam animæ partem præstantissimam (principatum quam uocant) offuscarit turbidaritq; Quin etiam timores rerum non timendarum, gaudiaq; elata de rebus nihili, quorum sunt actiones? non dæmonū? qui impleuerunt eos, qui cum ueritate dicere nequeunt. ego dæmoniū non habeo. Sed consentaneū est futuros aliquos, qui sanctos patriarchas, uel seruum illum sacrum, uel admirandos prophetas, uel potētissimos Seruatoris nostri Iesu apostolos, in hanc disputationē afferentes, nos refutent, quasi hi perinde atq; Iesus dicturi sint: Ego dæmonium non habeo. ad quos dicere licet: num hi aliquando peccarint, an falsum est
Rom.2 illud: Omnes peccauerunt, ac destituunt gloria Dei? num etiam uerū nō est illud: Nul-
Iob 25 lus mundus à sorde? an non dictū est cum consideratione, non est iustus super terram, qui faciat bonum, & non peccet? An non perspicuum est omnes scripturas ueras esse?
Eccl.7 Igitur non semper neque ab initio poterant hi dicere, ac ne hi quidem, qui trāseunt ad uitam uirtute constantem: ego dæmonium non habeo, sed solius hominis, qui consideratur in Seruatore uox est illa, ab initio: qui etiam hanc ob causam proprijssimè, & perfectissime solus patrem honorauit. Nullus em̄ honorans aliquid eorū quæ honorant à Deo, honorat spernentem quæ ille honoret: Alioquin quomodo dicendus est aliquis honorare patrem, qui ne à principio quidem spiritū adoptionis perceperit? Nam nul-
1 Ioan.3 lus habet adoptionis spiritum peccans. Qui enim ex deo genitus est, non peccat. Præterea quomodo honorat quis patrem, honorans gloriam quæ est ab hominibus, uel argentum, uel terrenas diuitias, uel generatim, quæ sunt propria materiei, & interitus? Itaq; perspicuum est, quomodo Seruatoris uox illa sit, ego honoro patrem, quam pro uirili contendere nos etiam debemus dicere, tribuentes Deo & patri honorē, nec ulli alij tribuentes ipsum, cōstante nobis conscientia in spiritu sancto. Ac pulchrè profecto cum aduenisset temporis plenitudo, missus à deo ut ex muliere nasceretur, fieretq; sub lege, quasi qui esset sub lege dicente: honora patrē tuum, & matrē tuam ut bene sit tibi, nullum alium habens patrem nisi deum cœlestem, inquit: sed ego honoro patrem meum. Dicemus uerò etiam nos hanc uocem, si cōsiderauerimus regenerationis lauacrum, lotiq; in eo, ut efficiamur filij dei, non amplius uocabimus patrem super terram,
Ioan.20 eò quòd facti fuerimus filij patris cœlestis, fratresq; dicentis: Vado ad patrem meum & patrem uestrum, Deum meum & Deum uestrum. Quamobrem perspicuum est, quòd proprijssimè & perfectissimè dicente Iesu: Ego dæmonium non habeo, sed ego honoro patrem meum, unusquisq; nostrum imitator eius, quoad fieri potest, & omnia potens in Christo Iesu eum corroborante dicturus etiam est: Ego dæmonium non habeo, sed cohonesto patrem meū. Cæterùm quis inter mortuos uersans, in sepulchrisq; habitans dicere poterit: ego dæmonium non habeo? uel quis quippiam aliud honorās præter Deum, uerbumq; ipsius, ac præter id, quod à uerbo præcipitur (cum sit necesse honorem illi tribuere) & alteri honorē tribuens, decenter honorem se illi tribuere exi-
Ioan.8 stimans, dicturus est tanquam Iesu discipulus: sed honoro patrem meum? cui dicto proximū est hoc, & uos ignominia afficitis me, quod dictū est ad eos, qui illum contēptui habebant, quiq; illi dicebant, Nónne bene dicimus nos, q̄ Samaritanus es tu, & dæmonium habes? existimantes, quod male dixerant, se bene dixisse: male enim cogitantes enunciarunt Seruatorem Samaritanum, & dæmonium habentem. Nec uero existimandum est illis solis tunc dictum fuisse, uos ignominia me afficitis, sed his etiam, qui perpetuo Christum, qui est iustitia, ignominia afficiunt per ea, quæ iniustè agunt, atq; etiam his qui ignominia potentiā dei afficiunt, quæ est Seruator (Christus enim est dei
1 Cor.1 potentia,) ex his, quæ efficiunt in debilitate, & infirmitate, Quin etiā cuicunq; spernen-
Psal.119 ti Dei sapientiam dicetur, uos ignominia me afficitis: quandoquidem Christus etiam est sapientia, atque etiam pax. Quòd si quispiam est ex ipso, is pacem etiam cum hominibus omnibus habeat oportet, adeò ut dicat propheticum illud: Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, opus etiam est, ut recipiat pacem superantē omnē dei intelligentiā, corq; custodientē sensus eius, qui eam receperit. Quòd si quis bellādi cupidus mordeat etiā, incusetq; ac deuoret proximū, sitq; etiā plenus turbationibus, causa seditionis existētis in suo ipsius animæ principatu, huic etiā dicetur: uos ignominia me

me afficitis, Christus enim pax nostra est. Rursus quoniam qui male agit, odit lucem, Ephes.2
& nō uenit ad lucem, luxq; est ille qui dixit, ego sum lux mundi, perspicuum est, quòd
qui male agit ignominia lucem afficiens, ignominia etiam Christum afficiat: auditu- Ioan.8
rus etiam, & uos ignominia me afficitis. & quid opus est in longum protrahere sermonem, explicantem, & ostendentem, qui nam sint qui à Iesu redarguātur, & qui sint
qui audiant ab ipso, uos ignominia me afficitis, cum manifesti sint ex his quæ explicui
mus, & ex his quæ his consequenter cōiungi possunt? Post hęc uideamus quid sit. Ego Ioan.8
non quæro gloriam meam: est qui quærit & iudicat. Quærit Deus (qui nobis suum ipsius filium dedit) in singulis, qui eum receperint, gloriam Christi, quam quidem inue-
niet in his, qui sui curam egerint, quiq; diligenter excolunt natura sibi ingenitas ad uirtutem causas. Alioquin hanc non inuenturus in his, qui huiusmodi nō fuerint, & nō in
ueniens iudicat eos, in quibus non inuenit gloriam filij sui, ad quos dicet, per uos no- Ioan.6
men meum male audit inter gentes. Addubitabit etiā aliquis propter hoc, est qui quærit & iudicat, num ad deum referri hoc opus sit, cum palàm dixerit Seruator: pater ne-
minē iudicat, sed omne iudicium dedit filio suo, ut omnes honorent filium sicut hono- Ioan.5
rat patrē. At uide, an ad hoc uti possis eo dicto, non possum ego facere à me ipso quicquam, sicut audio, iudico, & iudicium meum uerum est, quoniam non quæro uoluntatem meā, sed uoluntatē eius qui misit me. Nam si, ut audit à patre Seruator, sic iudicat,
quærens nō suam, sed patris, qui eum misit, gloriam, & hanc ob causam iustum est eius
iudicium, fortassis iudicium quod iudicat, qui à patre audit, nō est audientis, sed magis
propriè eius, qui dicit audienti. Sin uerò etiam dicit iudicium meum iustum est, audi
eum in ipso euangelio dicentē: Omnia mea tua sunt. Nam si uerum est, quod à Seruato
re dictum est: omnia mea tua sunt, perspicuum est iudiciū etiam ipsum, de quo inquit, Ioan.8
meum iudicium iustum est, patris esse iudicium, quòd si patris est iudicium, potest sol-
ui dubium huius dicti: Ego autem nō quæro gloriam meam, est qui quærit, & iudicat.
Habet autem quandam modestiæ emphasim conuenientem Seruatori quod dicitur: Ioan.8
Ego nō quæro gloriam meam, neq; enim admodum decebat illum, ut gloriā exigeret
& ob hoc iudicaret eos, qui illi illam non reddidissent: sed oportebat, uti pater, qui gloriam filio dederat, exigeret eam ab his, qui eum illa priuabant, iudicaretq; eos. propter
hanc fortassis etiam Seruator imitator patris cum esset, gloriam dei quærit ab his, qui
dicerunt quę sunt dei: & nisi inuenerit in aliquibus patris gloriam, iudicabit illos, tan
quam qui potestatem acceperit faciendi iudicium, quoniā filius hominis est. Heracle-
on sanè in illud: est qui quærit & iudicat, qui me uindicat (inquit) est ministeri ad hoc
ordinatus, qui non temere gladium portat uindex Regis. Moses autem est hic quem-
admodum superius illis dixit Iesus dicēs, in quem uos sperauistis, postea subiungit: qui
iudicat & punit est Moses, hoc est ipse legislator. Postea dubium contra seipsum mouet Heracleon dicens: Quomodo igitur dicit, omne iudicium sibi traditum fuisse? &
existimans se soluere obiectionem, hæc inquit: Pulchrè dicit, nam Moses tanquam
minister, uoluntatē Christi faciens iudicat, quemadmodum apparet etiam in homini-
bus euenire: Quomodo uerò alij tanquam inferiori Seruatore (nempe ut ipse putat
demiurgo, & mūdi effectori) iudicium tribuat, neq; sic ostendere potest, cum apertè Ioan.5.
sit scriptum: Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, &
illud: Potestatem dedit ipsi iudicium faciendi, quoniam filius hominis est.

TOMVS VIGESIMVS SEPTIMVS

Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum.

VEMADMODVM est quædā uita, quę nobis est indifferens, neq; bonum,
neque malum existens (iuxta quam etiam impios, & animalia bruta uiue-
re dicimus) altera, quæ non est indifferens, non malum, sed bonum exi- Col.3
stens (de qua inquit Paulus: uita nostra abscondita est cum Christo in
Deo, & ipse Dominus noster de ipso: Ego sum uita) ita mortem eam, quæ

contraria

Universidad de Deusto
Biblioteca

contraria sit indifferẽti uitæ, indifferentẽ dixeris: illã uerò, quæ est inimica dicenti, ego sum ueritas, malam quandã, & asperã mortẽ: qua qui moritur, est in morte, de qua scriptum est: ultimus inimicus aboletur, nempe mors. Ac profectò de hac morte censendum est apostolum hæc loqui: propter hoc quemadmodum per unum hominem peccatum intrauit in mundũ, etiam per peccatũ mors, & sic in omnes homines pertransiit, eò quòd omnes peccauerunt. Vsq; ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatũ enim nõ imputatur non existente lege, sed regnauit mors ab Adam usq; ad Mosen, etiam in eos, qui peccarunt ad similitudinẽ transgressionis Adam. & post pauca: etenim si per unius delictũ mors regnauit per unũ, multò magis hi, qui exuberantiã gratiæ & iustitiæ accipiunt per uitam, regnabunt auctore uno Iesu Christo. Quæ nam enim est mors, quę per peccatũ introijt in mundum, nisi ultimus inimicus Christi abolendus? & quæ nam mors illa est quæ in omneis homines peruasit, eò quòd omnes peccauerint, nisi hæc? quæ etiam regnauit ab Adam usq; ad Moysen. Moses aũt hoc est lex, fuit usq; ad Seruatoris nostri Iesu Christi aduentum. Ac profecto regnauit unius delicto per unum, quo usq; qui exuberantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt per uitã, regent autore uno Iesu Christo. Hanc igitur mortem non uidebit in æternum, qui sermonem unigeniti & primogeniti omnis creaturæ seruauerit, natura aptum ad prohibendũ, ut mors nõ uideatur. Sic igitur intelligendũ est, si quis sermonẽ meũ seruauerit, mortẽ nõ uidebit in æternũ, perinde ac si hæc loquẽs, quia donasset lucẽ audientibus, diceret illis: si quis meam hanc seruauerit lucẽ, tenebras non uidebit in æternum. Nam fieri non potest, ut tenebræ oriantur illi qui seruat hanc lucem, atqui hanc lucem qui perdiderit futurum est ut mox talis uideat tenebras. Isto igitur modo uita facta est in sermone qui in principio erat apud deum. Quocirca principium (hoc est sapiẽtia quæ dicit, Dominus creauit me initium uiarum suarũ ad opera eius) de sermone in seipsa existente, in quo facta est uita, docebit & dicet: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum: pariter enim seruat quis sermonem, & uitam in ipso factam, ab ipsoq; inseparabilem, quæ etiam uita lux est hominum lucens in tenebris, & ab ipsis non apprehensa. Si igitur ueluti percunctans propheta dicat: Quis est homo, qui uiuet, & non uidebit mortẽ? respõdebimus à Seruatore nostro edocti, & dicemus. Ille homo uiuet, & nõ uidebit mortẽ, qui seruat sermonem dicentis: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Hoc in loco pariter quæro num fortè uocabulum, in æternum, intelligendum sit cõmuniter, ut totum sit huiusmodi: Si quis sermonem meum seruauerit in æternum, mortem nõ uidebit in æternum. Videtur enim aliquis tam diu non uidere mortem, quàm diu sermonẽ seruat Iesu, simul enim atq; quis eum perdiderit, mortẽ etiã uidit. Quòd si recurrere quis potest ad profundiores rationes, & cõsiderare, quõ dicatur ab homine, & in puluerem mortis adduxisti me, & à Paulo, quis me liberabit ex corpore hoc mortali? uidebit etiã quõ q̃ diu seruatus fuerit sermo, tandiu mors uisa non fuerit ab eo, qui ipsum seruarit, & quõ, cum quis ægrè attendens obseruationi sermonis, & circa eius custodiam negligens factus, eum cessarit custodire, tũc mortem uiderit, non apud alium q̃ apud seipsum. Ac profecto dogma, legemq; sempiternam censendum est hoc esse, perpetuo dicẽdum esse his, qui receperint sermonẽ. Si quis sermonem meũ seruauerit, mortẽ non uidebit in æternum. Vt autem (ut ita dicam) diutius uisæ tenebræ aciem illius, qui uiderit obtundunt, sic mors conspecta ab eo qui sermonem non seruauerit, interimit & mortificat, excæcatq; faciem contemplationi assuetam, adeò ut opus habeat eo, qui cæcorum oculos, aperit. Ac profecto existimo idcirco cæcos (quorum nota fuerunt cæci, qui in euangelio scribunt) amisisse oculos, eo quòd (sermonem cum non seruassent) mortem conspexerint.

1. Cor. 15
Rom. 5

Dixerunt ei Iudæi, nunc cognouimus, quòd dæmonium habes.

C OMPLVRES, hicq; sapientes omne genus peccati (cuius una etiã species est peccatum in sermone) non aliunde oriri existimant, quàm à prauis iudicijs: At uerò qui scripturis sacris tanquam diuinis crediderunt, sic disputant de hominibus præter rationem operantibus, tanquam absq; dæmonijs, uel qualibuscunq; potentijs contrarijs peccata non perficiant: Quamobrem Iudæi etiam existimabant

mabant Iesum iuxta dęmonis operationem dixisse: Amen amen dico uobis, Si quis sermonem meum seruauerit mortem non uidebit in æternum. Quod passi sunt, quia nec sermonem seruauerũt, nec uim dicti uiderunt. Nam mortem quandam sciens Iesus inimicam esse rationi, qua moriantur peccantes, & hanc in æternũ non uideri, diceret ab eo, qui sermonem ipsius seruauerit, illi de communi morte dictum esse existimantes, aberrare arbitrati sunt (cum mortuus fuisset Abraam, cæteriq; prophetæ) dicentem, neminem in æternum mori, qui mandata sua seruarit.

Abraam mortuus est, & prophetæ, & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem nõ gustabit in æternũ. Num tu maior es patre nostro Abrahamo qui mortuus est, & prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis?

E TIAM si iuxta simpliciorẽ intelligentiã uidetur apertum esse id, quod Iudæi suspicati fuerant, respondentes ad Seruatoris sermonẽ, de Abraam, cæterisq; prophetis, perinde quasi illi mortui fuissent, nihilominus nõ sinẽda est disputatio inexplorata, cũ collatione ostendente superiora similia. Vtrũ existimabant Seruatorẽ cũ nulla ratione dixisse, si quis sermonẽ meũ seruauerit, mortẽ nõ uidebit in æternũ, & hanc ob causam manifestũ quiddã ad ipsius sermonẽ responderũt, an potius, sicut cõsideremus, nõ de cõmuni morte ipsum loquutũ fuisse opinabant? & animo cogitantes Abraam, et prophetas aliquando spiritualiter mortuos fuisse, sermone illius spreto (ut qui ne eum quidem talem esse, qualem loquens se promittebat, existimarẽt) inquiunt: nunc cognouimus q̃ dæmonium habes? Simile uerò etiam in alijs ipsius sermonibus pluribus uerbis in superioribus exquisiuimus, ueluti in Samaritide, quando cũ dixisset ei Iesus, da mihi quod bibã, post alia talia addidit: Si scires donũ dei, & quis sit qui dicit tibi, da mihi quod bibã, tu utiq; petijsset ab eo, & dedisset tibi aquã uiuam. Et dicit illi mulier: Domine neq; haustoriũ habes, & puteus profundus est, unde ergo habes illam aquam uiuam? & rursus, Domine da mihi istam aquam uiuam, ut non sitiam, neq; ueniam huc ad hauriendum. Haud enim probabile est, Samaritidem illi respondere de aqua sub sensum cadente, uel ab ipso petere corporalem aquam, ne in posterum sitiret, uel ne ueniret ad hauriendum ex fonte Iacob sub sensum cadente: Quin etiã dicẽte Dño, panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi uita (quãdo pugnabant inter se Iudæi dicentes: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?) ostendimus nõ adeo stupidos fuisse, qui audiebant, ut opinarent Iesum hęc loquentẽ inuitare auditores, ut accederent comesturi carnem ipsius, consentaneumq; certè est Iudæos dixisse in præsenti cõtextu, quẽ nũc examinamus, hæc uerba: Abraam mortuus est, & prophetæ, quoniã didicissent, quomodo per unum hominẽ peccatũ intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ita in omneis homines mors peruasit, eò q̃ omnes peccauerunt. Consentaneum uerò etiam est, eos uidisse mortẽ regnasse in eos, qui peccarunt ad similitudinem transgressionis Adæ, habuisseq; sermonem de morte, quæ per peccatũ in omneis homines peruasit, eò quòd omnes peccauerunt: de his autem edocti, Iesu sermones nõ nouerunt, quia, quæ sequuntur, nõ admiserunt: nimirum quòd non sicut delictum ita & donum. Sed ne ratiocinari quidem poterant, quòd si unius delicto multi perire, multo magis gratia Dei, & donum per gratiam, quę fuit unius hominis Iesu Christi in multos exuberauit. Non intellexerunt etiam, quomodo donum non est simile morti, quę fuit per unum qui peccauit: neq; enim eruditi fuerant aliquando donum ex multis delictis fuisse ad iustificationẽ, sed ne uiderant quidem etiã, quòd exuberantiam gratiæ, & doni accipientes per uitam, regnabunt auctore uno Iesu Christo. Atq; Abrahæ quidem, & prophetarum mortem uerebantur animo, audiẽtes quòd etiam Samuel (quasi per mortẽ sub terra existens) à phytonissa excitatus fuisset: quæ Deos cum existimaret inferne sub terram esse, dicebat: ego uidi Deos ascẽdentes e terra. At uerò uitam Abrahæ, & prophetarum non apprehenderunt, ac ne apprehenderunt quidẽ Deum Abrahę, & Isaach, & Iacob, Deum non esse ipsorum mortuorum, sed uiuentium: ac ueluti suspicantes mortuos esse prophetas, fabricabant illorũ sepulchra: Hanc etiã ob causam miseri habiti. Etiam igitur si Abraam mortuus fuerit, reuixit in posterum nõ uisurus mortẽ. Ab eo enim tempore, quo uidit Iesu diem, exultauit, & gauisus

1 Reg 28

Universidad de Deusto
Biblioteca

gauisus est. Atq; etiam ob hanc causam arbitror Seruatorẽ docentem Abraam uiuere, cum dixisset Abraam mortuus est, mox intulisse: Abraam pater uester exultauit, ut uideret diem meum, & uidit, & gauisus est. Quod si nolit aliquis res Abrahæ sic se habere, dicat nobis: Vtrũ qui uidit aliquando Seruatoris nostri diẽ, & hanc ob causam exultauit, & gauisus est, dignatus tali uisione, tanquã ipsa dignus, postea priuatus fuit ea re, quam uiderat? Nam si utrũq; horum absurdum est, cum Abraam uidit Iesu diem, cum ipso pariter uidere, audiuit etiam sermonem ipsius, & seruauit, nec amplius mortem uidit. Nec rectè Iudæi dicebant, Abraam mortuus est, perinde quasi mors Abrahæ in causa esset, ut etiam Christus moreretur. Simile etiam de prophetis dices. Nam si deus non est mortuorũ, sed uiuentium, & ut est Abraam, Isaach, & Iacob deus, sic etiam est cæterorum prophetarum deus, uiuunt etiam prophetæ, ut qui seruarunt etiam sermonem filij dei, quãdo sermo factus est ad Oseam, uel sermo factus est ad Hieremiam, uel sermo factus est ad Esaiam. Nec enim alius ad aliquem horum factus est, præterquam sermo ille, qui erat in principio apud deum, filius ipsius dei sermo, quem (si quis alius) prophetæ in primis seruauerunt, qui etiam ex quo acceperunt sermonem, mortem amplius non uiderunt. Similiter igitur falsum est, quod dixerunt Iudæi: Nunc cognouimus, quòd dæmonium habes, & Abraam mortuus est, & prophetæ. Neq; enim agnoscit, uerãt dæmonium habere eum, qui imperabat dæmoniis (nullus enim cognoscit, quod non est) neq; Abraam, & prophetæ in morte amplius erant, quando dicebant Iudæi: Abraam mortuus est, & prophetæ. Deinde quærimus, cur tandem, cum dixisset Seruator de quocunq;, qui sermonem ipsius seruat, mortem non uidebit in æternum, idq; exigeret, uti Iudæi post illa uerba, quæ antea examinauimus (consequenter his uerbis, mortem non uidebit in æternum) dicerent. Et tu dicis, si quis sermonẽ meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum, illi non hoc faciant, sed respõdeant quod Seruator non dixerit. Neque enim dixerat Seruator: Si quis sermonẽ meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum, quod isti proferunt tanquam à Domino nostro dictum. Et uide an quia differentia sit inter uidere mortem, & gustare mortem, à cæteris pariter euangelistis dictum fuerit, eos qui propè Iesu essent nõ gustaturos mortem, quoad usq; uidissent filium hominis uenientem in regno suo. Matthæus quidem sic habet: Amen dico uobis, sunt quidã hic stantes, qui non gustabunt mortẽ, donec uiderint filium hominis uenientem in regno suo. Marcus uerò: Amen dico uobis, Sunt quidam inter eos qui hic stant, qui non gustabunt mortem, donec uiderint Regnum Dei uenisse cum potentia. At Lucas sic: Verè sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec uideant filiũ hominis in gloria sua. Vt enim in corpore diuersi sunt sensus, gustus, & uisus, sic iuxta sensus, qui à Solomone diuini dicuntur, alia erit animæ potentia, quæ uim uidendi habet, & contemplandi, alia quæ gustandi, & adipiscendi qualitatem eorum ciborum, qui animo percipiũtur. & quoniam quatenus dominus panis est uiuus, qui è cœlo descendit, sub gustum cadit, nutriens animam (cadens etiam sub uisum, quatenus sapientia est, cuius pulchritudinis amatorem se esse fatetur ille, qui dicit: Amator factus sum illius pulchritudinis, nobis etiam illud præcipiens amabis eam, & seruabis)
Psal.33 hanc ob causam in psalmis dictum est: gustate & uidete, quòd suauis est Dominus: & ut Dominus sub gustum, & sub uisum cadit, sic etiam aduersaria eius mors, sub gustum & sub uisum cadit. Mortem sub gustum cadere illud docet: Sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, & quæ sequuntur. Quòd uerò sub uisum etiam cadat, illud: Si quis sermonem meum seruauerit, mortẽ non uidebit in æternũ. Proinde gustat mortem, nec solùm gustat, uerũ etiam morte, ueluti cibo expletur, qui cõtraria uerbis uitæ æternæ profert. Promissio etiam est neminẽ stantem in loco, qui mente cernitur, (quem demonstrat Iesus) gustaturum mortem. Obserua enim tres euangelistas dixisse pariter. Sunt quidam hic stantes, uel sunt quidam, qui hic steterũt, de quibus scripse-
Lucæ 9 runt, quòd gustaturi non essent mortem, donec uidissent filium hominis uenientem in regno suo, uel in gloria sua, uel donec uidissent regnum dei aduenisse cum potentia. & quoniam quasi fieri possit, ut qui stat, cadat, dictum est, qui stare se existimat, uideat ne cadat. Hanc ob causam obserua non de omnibus, sed de quibusdã scriptũ fuisse: Amen dico uobis, sunt quidam hic stantes. Atque stans quidem aliquis, non gustat mortem (nimirum

(nimirum seruans illud stare) qui uerò sermonẽ perceperit et seruat, mortem non uidebit. Quamobrem si differentia quædã est gustandi mortem, & uidendi mortẽ, Iudęi uel uti auditores parum intelligẽtes, cõfundentesq; domini sermonem, pro eo quod est, non uidebit mortẽ, dixerunt, non gustabit mortẽ: uerbo delapsi in sensum deteriorem: Quæres etiam nunquid quẽadmodum dicimus uidere mortẽ, & gustare mortem, ita etiam sit in cæteris sensibus, uel audire mortẽ, uel adorare mortem, uel rãgere mortem: & si manus apostolorum contrectauerunt de uerbo uitæ, nunquid manus pseudoapostolorum, & operariorũ dolosorum, qui transfigurantur in angelos iustitiæ, cõtrectauerint de uerbo mortis: & si oues Christi audiunt uocem eius, nũquid etiã quę nõ sunt eius oues, (ad quos dicitur, uos non estis ex ouibus meis) audiant uocem mortis? Pro inde uide, ne fortè etiã sit odor mortis in his uibicibus, quæ ex peccato proueniunt (de quibus dictũ est: Fœtuerunt, & corruptæ sunt uibices meæ) & odor mortis in Lazaro, antequã à mortuis resurgeret: quẽ nolentes adorare apostoli dicebant Seruatori: Domine iam fœtet, quatriduanus enim est. At uerò quod ad mortis odorem attinet, qui mente cernitur, & ad odorem uitæ, apostolicũ illud obseruemus necesse est. Christi bonus odor sumus in omni loco, in his qui seruant, & in his qui pereunt: istis quidẽ odor mortis in mortem, illis uerò odor uitæ in uitam. bonus enim odor Christi sunt, & haudquaquam malus odor, homines qui sunt in Christo. Verum enimuero quoniam, ut corporalis bonus odor animalia quædã perimere dicitur, sic etiam propter præcedens uitiũ, bonus Christi odor his, qui sunt ex morte, fit in mortẽ ipsorũ, cum interim his qui sunt ex uita, fiat in uitam. Hæc nobis uisa sunt esse adiacẽtia disputationi de gustando mortem, uel de uidendo, uel non uidendo mortem. Posthæc non uidentes, quantum præstaret & patriarchis, & prophetis, ac ne Messiam quidẽ esse credentes talia, tantaq; docentem, addubitant dicẽtes: Num tu maior es patre nostro Abraam, qui mortuus est? Non uident aũt, quod qui genitus est ex uirgine, nõ solum Abrahamo ipso, uerũ etiam quocunq; ex mulieribus genito sit maior, itemq; omnibus prophetis, prophetatus ab ipsis, atq; omnibus qui mortui fuerint, quia ipsos uiuificauerit: Nec hoc, quia seipsum talem fecerit, sed quia isthuc à patre acceperit. Vt eñ pater uitã habet in semetipso, sic dedit etiã filio, ut uitã habeat in semetipso, filio non ualente à seipso facere quicq;, nec quærente uoluntatẽ suã facere, sed eius, qui misit illum. Dicunt etiã, quẽ tu teipsum facis? quippe qui non uiderant uocem eius: quoniã non seipsum fecerat Iesus, quod est. Quam ob causam etiã uidetur mihi ad hoc respondere docẽs, quis ipsum fecisset id, q̃d erat: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nulla est, est pater qui me glorificat. Sed hæc hoc in loco finem sumant, cum tomus septimus & uigesimus explanationum in euangelium à Ioanne traditum circumscriptionem sufficientem acceperit, ut (deo nobis reuelante) quæ restant, consideremus in sequenti tomo, prosequentes ab illis uerbis. Respondit Iesus, si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.

Psal.37 Ioan.11

2 Cor.2

TOMVS VIGESIMVS OCTAVVS

VI naturas numerorũ inuestigarunt, primum quidem senariũ definiuerunt perfectum, cum ex suis ipsius constet partibus, ex compositione duplati ab unitate, unius & duorum, quod est tria, numerus primus, & in quem ex ijs duplicatio, dico autem duo, multiplicatus enim duo in tria, fecit ipsum sex: secundum aũt perfectum dicunt esse uiginti & octo, cõstantem ex composito duplicatorũ ac unitate, donec fiat primus numerus ex eo, in quem terminauit duplicatio: nam quatuor est ille, qui ab unitate est duplicatus, in eo quod est, unum, duo, quatuor, † Hanc ob causam Mosen reor in omni scientia & disciplina Ægyptiorũ eruditũ, disponere facilius extructionẽ tabernaculi domini: cubitorũ enim octo & uiginti, longitudine sunt aulæ. oportebatq; sanè, ut tabernaculũ testimonij quod in dñi gloriam construebaẽ, cum præcipuis numeris haberet etiã uigesimum octauum: ad quem, Sacer Ambrosi, quia peruenimus (erit hic enim tomus explanationum in euangeliũ à Ioanne traditũ, Deo largiente, uigesimus octauus) Deum in primis inuocantes perfectum, ac perfectionem suppeditantem, auctore summo sacer

Universidad de Deusto
Biblioteca

dote, nostro (nempe Iesu Christo) ut nobis det inueniendi intelligentiam, ueritatēq; rei tum exquirendarū, dispositionemq; earum: sic pergemus ad ea quæ sequuntur.

Dicit Iesus tollite lapidem.

QVONIAM hoc in loco superimpositum spelunceæ lapidem non ipse Iesus tollit, sed dicit, tollite lapidem, in Genesi uerò, ubi lapis erat ingens super ore putei, & ubi congregabantur omnes greges, & reuoluebant lapidem ab ore putei, & collecti potum præbebant ouibus, & rursum restituebāt lapidem super ore putei in locum suum, & ubi (quia nondum hoc factum fuisset, propterea q nondum congregata fuissent iumenta) Iacob intuitus Rachaelem filiam Labam fratris matris suæ, & oues Labam fratris matris suæ, cum accessisset ipse, reuoluit lapidem ab ore putei, & potum præbuit ouibus Labam fratris matris suæ, uolumus utroq; lapides inter se conferre, ut quod consentaneum est rationi consideremus: nempe quare hoc in loco non ipse Iesus sustulerit à spelunca lapidem, sed dixerit tollite hunc lapidē: In Genesi uerò ipse Iacob reuoluerit lapidem ab ore putei. Et animū adhibe an dicere possimus, non oportuisse ut Iesus tangeret lapidem spelunceæ superimpositum, quoniam spelunca monumentū erat, sed præcipere tantum his, qui muneri obeundo erant, ut tollerent lapidem: iustum uerò esse, ut ipse Iacob hunc superpositum ori putei, & obstantem quominus oues biberent (à quibus futurum erat, ut adiuuarentur nobilia, & pars Iacob) acciperet. cumq; ad hunc lapidem accessisset, reuolueret eum ab ore putei, ut potum daret ouibus Labam fratris matris suæ. Ac profecto opus erat, ut ad puteum ipse accederet Iacob, extra speluncam uerò staret Iesus. Vide uerò, an inspicere possis, quamobrem superpositus speluncæ lapis non reuoluatur, sed tollatur, à puteo autem non omnino tollatur, sed reuoluatur. Oportebat quidē omnino à monumento lapidem tolli, nec rursum uolui, alterum uerò reuolui tantum à puteo: superius enim dictum est quòd † gloriā dei, & considerantes magnitudinē eius fidei, quæ est ad iustitiam, credamus. Quòd si aliquis ex eorum numero, qui se credidisse existimant, nondū gloriā dei uidit, is dicat se argui nō credidisse, eò q nondum uidit gloriā dei: mentiri etenim ille non nouit, qui non solum uni Marthæ, uerum etiam cuicunq; dicit: si credideris, uidebis gloriam dei. Sustulerunt ergo lapidem: ut lapis speluncæ impositus, tardius tolleretur, soror defuncti fecit, quæ ueluti his, quibus iussum erat Iesus dicens, tollite lapidem, obstitit, cum dixisset: iam fœtet, quadriduanus enim est. Et sanè ni coercita fuisset Marthæ infidelitas, dicente illi Iesu: nónne dixi tibi, quòd si credideris, uidebis gloriam dei, haudquaquam qui audierant, tollite lapidem, sustulissent lapidem. Agè enim, ponatur cum diceret Iesus, tollite lapidem, defuncti sororē nec respondisse nec dixisse, iam fœtet quatriduanus enim est: quid sequuturum fuerat, quia scriptum fuisset, dicit Iesus, tollite lapidem, nisi sustulerunt igitur lapidem? Nunc autem quæ dicunt à sorore defuncti, inter hoc dictum tollite lapidem, & inter illud, sustulerunt igitur lapidem, impedimento fuere, quo minus tolleretur lapis. Ac ne principio quidem etiam si sero, sublatū fuisset, nisi respondens Iesus ad illius incredulitatem dixisset, nōne dixi tibi, quòd si credideris, uidebis gloriam dei? quamobrem bonū est, si cum quid cuiq; iusserit dominus, is nihil interposuerit inter eius iussionem, & operis impletionem: opinorq; sanè conuenire ut tali dicatur, ut imitator Christi fiat. Vt enim Christo dixit Deus, & facta sunt, mandauit, & creata sunt, sic fideli cum dixit Christus, fidelis fecit, cum Christus mandat, ille mandatum impleuit nihil moræ interponens, uel sibi damnificus erit inobedientia, quia intercedat tempus inter imperium & imperij expletionem. Existimare enim debemus, tempus illud, quod interponunt aliqui, postea mandata facientes, tempus esse inobedientiæ præcepti. Hanc etiam ob causam qui iubet à patre in euangelij parabola proficisci in agrum & operari, quia nō confestim fecit, sed quando præsentia motus abijt, nō fecit uoluntatē patris per id tempus quod interceſſit, antequam pœnitētia moueretur. Quocirca memores simus necesse est illius dicti: ne percunctēris reuerti ad Dominū, neq; differas de die in diem, & illius: ne dixeris rediens redi, & cras dabo tibi, cum possis beneficium conferre. Itaque necessario nobis existimandum est accusationem esse Marthæ, q tardius scriptum fuerit, sustulerunt

Matt. 21

Eccl. 5

sustulerunt igitur lapidem: cum alioquin res postularet, ut cum dixisset Iesus, tollite lapidem, deinceps sequeretur, tulerunt ergo lapidem. At Iesus sustulit oculos sursum, & dixit quæ scripta sunt. De oculis Iesu, deq; eorum habitu erga quosdam, diligens observatio, inquisitioq; est adhibenda. Verbi gratia: in euangelio Lucæ dicturus beatitudines, hisq; cōiunctam doctrinam, eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Nunc autem cū sustulisset oculos suos sursum, dixit: à primo nanq; dicto monemur discipulos suos inferne non esse, quam ob causam eleuantur magistri oculi in eos in quos dignum erat, ut suos ipse oculos attolleret. Hoc autem, quod nunc tractamus, edocemur Iesum intelligentiam humanam transtulisse à consuetudine, quam habebat cū his qui inferne degebant: eamq; in sublime eleuasse & exaltasse, euehens eam per precationem ad patrem super omnia existentem. Quinetiam Paulus cum sui similibus (quandoquidē imitator Christi est) exēplo, & imitatione precationis Christi precaturus, necessario attollere debet oculos animæ sursum, eosq; abducere à rebus præsentibus nēpe à memoria, à cōsiderationib. atq; cogitationibus, sicq; deo dicere precatiōis uerba magna eaq; cœlestia, de rebus magnis, deq; super cœlestibus. Verum si quis opposuerit publicanum, qui ne oculos quidē attollere uoluerit, quiq; percusserit pectus suū dicens: Deus propitius esto mihi peccatori, huic est respondendū: quemadmodum neq; omnibus, neq; semper assumendus est dolor qui est secundum deum, quiq; operatur pœnitentiā ad salutem haud pœnitendam, sed ei soli, & omni, qui dignū aliquid tali dolore cōmiserit, ob eumq; dolorē resipuerit (isq; sanè assumendus est cum mensura, & non exuberans, ne exuberantiori dolore absorbeatur à Sathana) ita fortassis non cōuenire, ut uelint omnes semper attollere oculos, ut etiā non cōuenit semper stare procul. Cæterum unusquisq; seipsum de rebus huiusce modi iudicet probetq; homo, & sic non solum ex illo pane comedat, & ex calice bibat, uerum etiam oculos eleuet supernè eos attollēs, precemq; fundat subijciens seipsum deo, humiliāsq; illi. Quòd si existimamus quomodocunq; uiuenti licere, perinde atq; publicano, nolle oculos ad cœlum leuare, commodè dicemus uolenti leuare oculos suos, itidem ei standū esse procul à tēplo, quod quale aliud erit, nisi ecclesia dei uiuentis? quæ etiam à Paulo dicitur domus dei, dum dicit: Quòd si tardius uenero, ut noris quō oporteat te in domo dei uersari, quæ est ecclesia dei uiuentis: columna, & basis ueritatis. Vt igitur non decet omnem uti illo pane, & bibere ex illo calice, & esse procul à domo dei & ab ecclesia, sic non decet omnem nolle eleuare oculos. Peccat autem aliquis, si, cum deceat eum leuare oculos, non leuat eos. Rursumq; itidem peccat, si cum eum dedeceat leuare oculos, eos leuat. Atq; publicanus quidem in euangelio nec oculos leuare uolebat, decenter faciens, quos iure leuaret discipulus Iesu assistens, cui etiam mandatum datur dicens: Attollite oculos uestros, & contemplamini regiones, quoniam albæ iam sunt ad messem. Quin propheta quoq; inquit: Leuate in altum oculos uestros. & in psalmo CXXII, qui graduum est cantus quartus, tanquam qui decēter leuauerit oculos suos ad deum inquit propheta: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlo. Ecce sicut oculi seruorum ad manus dominorū suorū, & sicut oculi ancillæ ad manus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominū deum nostrū, donec misereat nostri. Quòd si apertius etiam docere opus est, quem qui dem deceat imitari Iesum supernè oculos attollentē, dum etiam ipse attollit oculos suos, rursus quem dedeceat non solum instar publicani procul à templo stare, uerū etiam nolle oculos attollere, in mediū adducemus ex Daniele, quæ scripta sunt de iniquis senibus amatoribus Susannæ, hunc in modū se habentia: & auerterunt mentem suam, & declinarunt oculos suos, ne in cœlum suspicerent, neq; memores essent iudiciorū iusto rum. Adducemus etiā in mediū, quæ de Susanna scribūtur hoc modo dicta: at illa flens suspexit in cœlum, quoniā cor eius fidebat domino. Obserua enim in istis, quòd qui auerterant mentem suam, declinarunt oculos suos, ne in cœlum suspicerēt, ea uerò, quæ domino fidebat, cōsequenter fiduciæ, quam habebat in domino, suspexerit in cœlum. Decebat enim precaturā ob fiduciam temperantiæ suspicere in cœlum, superneq; oculos attollere, seniores uerò decebat nolle oculos leuare, atq; etiā procul perinde ac publicanus stare, uerberareq; pectora sua, & dicere: Deus propitius esto nobis peccatoribus si supponaī, posteq; auerterent mentē suam, declinauerantq; oculos suos, ne suspi-

IOAN. 11

Psal. 122

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerent in cœlum, neq; recordarentur iustorũ iudiciorũ, eos resipuisse, atq; post dolum intentatũ mulieris, impotes facti factos præcari. Cæterũ erigentis oculos sursum, eosq; decenter erigentis in cœlũ, officiũ quoq; erit sustollere manus sanctas, præsertim quando absq; ira & disceptationibus emittit precem. Sic enim nostris etiam oculis sursum per cogitationem & contemplationẽ erectis, atque etiam manibus ipsis erectis per actiones sustollentes atq; exaltantes, animam Moseos more, ita sustollentis manus ut etiam diceret, eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum, Amalecitæ, & omnes inuisibiles inimici uincentur, Israelitæ uerò, nempe cogitationes nostræ uincent. Hactenus de eo, quod est, sustulit oculos Iesus sursum & dixit, in quẽ locum diximus, quæ nobis sunt uisa conducere.

Pater gratias ago tibi, quoniã audisti me: Ego aũt sciebã, q̃ semper me audis, sed propter turbam, quæ circumstat, dixi, ut credant q̃ tu me miseris.

S I orantibus uiris probis, & in carne uiuentibus, nec secundum carnem militantibus: tale quiddam promisit deus, pro eorum prece, adhuc loquente dicam, ecce adsum, quid censendum est de Seruatore, & Domino? nonne hoc, antequam loquaris tu, ego dicam, adsum? simul enim sustulit oculos sursum, & dixit: Quid dixit? si fieri potest, ut coniectemus in talibus consequenter huic dicto, antequam loquaris tu, ego dicam, ecce adsum, ut maius sit, quod dicitur ad Seruatorem, quàm quòd scriptũ fuerit in promissione, quæ est ad sanctos (nempe adhuc te loquente, ego dicam, adsum) quid, inquam, dixit? proposuerat Seruator precari, sed præoccupante illius precationem illo, qui ei dixerat, antequam loquaris tu, ego dicam, adsum, pro precatione, quam animo conceptam dicturus erat patri, qui præoccuparat preces, gratias agit: & (perinde quasi exauditus fuisset) propter ea, quæ animo tantùm conceperant, non tamen protulerat, precando, inquit:

Pater gratias ago tibi, quòd audisti me.

P RECATVRVS ergo erat pro Lazari resurrectione, & præoccupans illius precationem solus ille bonus deus, & pater audiuit, quæ dicenda erant in præcatione, pro quibus in frequenti auditorio circumstantis ipsum turbæ, precum uice remittit gratiarum actionẽ Seruator, duo pariter faciens, & gratias agens pro his, quæ de Lazaro assequutus fuerat, & circumstantem sibi turbam confirmans. Volebat enim Iesus ut hi admitterent se à deo missum, ad hanc uitam aduenisse. Agnouit autem se exauditum, quoniã spiritu norat Lazari animam remissam ab animarum loco, corpori eius restitutam. Nec enim censendum est quòd Lazari anima adesset corpori post suum excessum, & quòd quasi celeriter præsens cũ clamasset Iesus, dixissetq; Lazare prodi foras, coniuncta corpori fuerit. Alioquin si quis hoc de Lazari anima sit spicatur, absurditatemq; admittat de anima à corpore liberata, perinde quasi mortuo assideat, dicat quomodo auditus fuerit Iesus à patre, manente adhuc mortuo Lazari corpore, & anima quidem seperata (aliquis eorum, qui hoc asserunt, diceret) assidente autem corpori. Vt enim hoc concedatur haudquaquam dicturi essemus, Iesum exauditum fuisse: auditurum quòd anima habitabat in corpore. Simile opinor factum fuisse, quando archysynagogi suscitauit filiã, precibus etiã pro hoc habitis. Perijt enim, redíret anima, inhabitaretq; corpus rursum. Cæterùm an simile sit necne, quod attinet ad uiduæ filium qui efferebatur, inquires tu ipse, ut inuenias consequentiam locorum omnium: nec enim alioquin tales digressiones decet nos facere. fortasse uerò cognouit etiam Iesus, talis, tantusq;, Lazari animam ipsam, uel adductam ab his, quibus hoc opus obeundum præceptũ fuit, uel ab ipsa paterna uoluntate, quæ Iesum exaudierat: qui cum uidisset ipsam egredientem per locum, unde ablatus erat lapis, dixit: pater gratias ago tibi, quòd audisti me. Sed quoniam antehac alia etiam innumera fuerat cõsequutus, hanc ob causam non propter Lazarum modo, sed etiam propter alia priora gratias agit dicens, propter Layarum quidem, pater gratias ago tibi, quòd audisti me, propter priora uerò: Ego

Ego autem noramq; semper me audis: id quod totum dixi, inquit, turbæ circumstantis causa, ut credant quòd tu me miseris.

S ED de hoc contextu ac Lazari resurrectione hactenus quidem. Cæterùm sensus huius loci anagogicus, ex his, quæ explicuimus, haud est difficilis. Petijt enim Iesus, ut qui peccauerat post amicitiam, quam erga se habuerat, mortuus factus deo, diuina uirtute rediret denuo ad uitam, uoticq; compos factus est, uiditq; in huiusce modi homine uitales motus, quibus gratias agit patri. Circa huiusce modi autem mortuum stabat turba nõdum credentium Iesum à deo missum fuisse, nec sermonem hunc diuinitus ad homines accessisse. Atq; utinam hæc turba circumstans miretur quòd aliquis adeò fœtidus factus ob peccata ad mortem, mortuusq; uirtuti de nuo ad uitam redierit, cumq; mirata fuerit, credat sermoni ipsam aliquãdo uiuificaturo, quòd diuinitus ad homines aduenerit.

TOMVS VIGESIMVS NONVS

Hæc cũ dixisset Iesus, uoce magna clamauit: Lazare ueni foras. Et prodijt qui mortuus fuerat, manus & pedes habens reuinctos fascijs funereis: & facies illius sudario erat obuincta. Dicit eis Iesus: soluite eum, & sinite abire.

P RECATVRVS Iesus cum sustulisset oculos exauditus fuit, et precum loco gratias egit, quia diligenter perspexisset Lazari animam corpus ingressam fuisse, egentem superuentura sibi (ob iussionem Iesu) strenuitate, & uigore ad exeundum è monumento. Quo circa postquam patri gratias egisset, uoce magna clamauit robur impositura in Lazaro, magna uoce opus habente, quia nondum acumine præditus esset audiendi clamorem inuitantem se extra monumentum. Atq; hoc sanè opus dignum Iesu esse dicendum est, ut non solum pro mortui uita oret, uerùm etiam si in illo insonet, uocetq; illum in monumento existentem, & in spelunca ad prodeundum foras. Sed noremus necesse est aliquos etiamnũ Lazaros esse, qui post contractam cum Iesu amicitiam infirmati sunt, & periere: qui etiam in monumento, & in mortuorum loco manserunt cum mortuis mortui, & postea oratione Iesu, qui illos è monumento ad prodeundum foras uoce sua magna uocauit, uiuificati: cui qui paret, egreditur, uinculis mortificatione dignis ob priora peccata circundatus: & faciem etiamnum obuinctam habens, neq; uidens, neq; ambulare ualens, neq; aliquid operari propter mortificationis uincula, donec Iesus iusserit soluentibus eum: (penes quos etiam facultas esset sinendi eum abire) & sanè quisquis dicere ualet. An experimentum quæritis in me loquentis Christi, is tentet talis fieri, ut sibi 2 Cor. 13
Christus uoce magna cum clamauerit dicat: Lazare prodi foras. sibi inquam, qui post quam mortuus fuit, inuocauit quidem, sed non acutè, & idcirco etiam opus habebat Iesu clamore. Proinde cogita eum qui à Christo recessit, ad gentilem relapsus uitam, post acceptam ueritatis cognitionem, & postquam illuminatus fuerit, gustauerit q̃ do Heb. 7
num supercœleste, particeps factus spiritus sancti, atq; gustauerit bonum dei uerbum, uirtutesq; futuri seculi: Cogita inquam talem in inferno esse cum umbris, & mortuis, in loco a regione mortuorum & monumentis. Simul atq; igitur peruenerit Iesus ad huiusce modi hominis monumentum, & extra illud stans pro tali orauerit, & exauditus fuerit, postutans illius uoci, illius sermonibus innasci robur, uoce magna clamat illum quem sic adamabat, ad ea quæ procul absunt à gentilium uita, & à monumẽto atq; spelunca eorum uocans: quando Iesu sectatori licet agnoscere, quonam pacto talis propter Iesu quidem uocem prodeat, sed adhuc suorũ peccatorũ spiris ligatus, & strictus, atq; ob pœnitentiam quidem, atq; quia audierit Iesus uocem, uiuens, sed nec pedibus (quia nondum liberatus sit peccati uinculis) liberis ingredi, nec res eximias liberè operari ualens, manus & pedes reuinctos habẽs uinculis mortuorũ sepulchralibus. Ac talis profecto præter in se existentem mortificationẽ, præter uincula etiam manuũ & pedum, faciem quoq; ignorantia coopertam & obuinctam habet. Deinde, quoniam nõ tantum uoluit Iesus hunc uiuere, nec amplius in monumento manere, extra monumen-

tum cum uenisset Lazarus ligatam(ut superius dictum est)faciem habens,atq; impedi
tus,quatenus ligatus erat,è monumento prodire, dicit illis, qui huic muneri obeundo
idonei erant Iesus,soluite eum & sinite abire: existimo q̃ non approbans rationẽ con-
uersionis postẽq; peccauerat, nec adhuc ualens iuxta illam uiuere, quòd detineretur
animæ illius potẽtiæ(nempe eundi,operandi,& contẽplandi) talis prodijt è monumẽ
to: adhuc manus, & pedes reuinctos habens fascijs sepulchralibus,faciemq; suam suda
rio obuinctam.Sed postquam dicente Iesu Christo tanquam Domino,soluite eum, &
sinite abire (his, qui soluere illum poterant) ob iussionem Iesu solutus fuit pedibus &
manibus,ac deposuit quod impositum faciei suæ operimentum fuerat, instituit iter ta-
le,ut etiam ipse eò perueniat,ut sit unus ex accumbentibus cum Iesu.Iam propter illud
prodijt qui mortuus fuerat,uinctos habens pedes & manus fascijs funereis,dicendum
est differentiam esse inter eos, qui uinctos habent pedes & manus: nec idem esse cœ-
pisse ligari mortificationem(nunc nanq; κείρια uincula mortuorum significant) & li-
gatum fuisse iudicio Domini,qui ingressus ut uideret accumbentes, cum uidisset non
habentem uestem nuptialem de eo dixit:ligatis illius pedibus & manibus, eijcite eum
in tenebras exteriores. Insuper hoc in loco est nonnihil quod egeat inquisitione,nem
pe dum dicitur: Lazari faciem sudario obuinctam fuisse, & uelamen impositum faciei
Mosis, cum populum alloqueretur. Impositum nanq; Lazari faciei sudarium regebat
illius mortificatas uisiones: At uerò Mosis uelamen per œconomiam faciei illius im-
positum erat, ob illos ex populo, qui gloriã uultus eius intueri non poterant. Sed quæ
res de eo qui non indutus erat uestenuptiali, de quo dictum est: ligatis illius manibus
& pedibus, eijcite eum in tenebras exteriores, utrum perpetuo maneat uinctus, & te-
nebris exterioribus (non enim additur uocabulum illud, in seculum, uel in secula) an
aliquando soluendus sit: non enim apparet ex his quæ de ipso dicuntur, scriptum fuis-
se de futura eius liberatione: nec mihi tutum esse uidetur de aliquo pronunciare, quod
assequutus non fueris,præsertim cum literis non sit id expressum.Quæres præterea,eò
quòd dicat Iesus ipsis,soluite eum,quinam sint hi ipsi quibus dixit: neq; enim discipu-
lis, neq; circumstanti turbæ, ac ne ludæis quidem qui cum Maria erant, quicq; eam con
solabantur, scriptum est eum dixisse. Sed fortasse aliquis propter contextum illum:Ac
Matt.4 cesserunt angeli & ministrabant ei, & propter sensum anagogicum huius loci suspica-
Ioan.11 bitur illis etiam dictum uideri posse: Soluite eum,& sinite abire. Adhuc quæro, an im
pleuerit Iesus hoc dictum: sed uado ut suscitem eum, quod illi subiungitur, Lazarus a-
Ioan.11 micus noster dormit. itaq; inspicio, an fortè expletum fuerit hoc dictum: ego uado ut
à somno excitem eum, cum Iesus uoce magna clamans dixit Lazare prodi foras: nam
uox magna & clamor, non absurdè dicetur excitasse eum. Inspicio etiam, an possis e-
nunciare in hoc magis impletum fuisse illud:ego uado ut à somno excitem eum,quàm
cum pater audita Iesu precatione, Lazari animam fecit ad corpus eius redire, quod in
monumento repositum erat. Dicturus est aliquis patrem (cum audiuisset orantem fi-
lium) Lazari animam ex mortuis excitasse, Iesum uerò uoce magna cum clamasset,
Ioan.11 ac dixisset, Lazare prodi foras, id, quod antea promiserat, implesse: sed uado ut susci-
tem eum. Atq; hoc quidem qui astruit, differre dicens hoc dictum: Lazarus amicus
noster dormit, ab hoc, Lazarus mortuus est, dicet ad uocabulum, dormit, Iesum pro-
misisse:uado ut suscitem eum ex mortuis. At uerò qui soluit,apparentem esse in his dif
ferentiam,& dans Lazari ex mortuis resurrectionem cõmune opus fuisse,tùm filij pre
Ioan.11 cantis, tùm patris exaudientis, utet testimonio domini ad Martham dicẽtis: Ego sum
resurrectio & uita: addetq; illud etiam: ut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic
Ioan.11 etiam filius, quos uult, uiuificat: multi igitur ex Iudæis qui uenerant ad Mariam, cum
uidissent quæ fecisset Iesus, crediderunt in eum: Quemnam eorum, qui demersi ad-
modum fuere uitio,tanquam mortificatione, & fœtore,quicq; summa mutatione facta
deposuerunt (imperio, & cooperatione filij dei) non solum multũ fœtorẽ ex peccato
contractũ, uerum etiam uincula uires animæ detinentia) nempe uires eundi, & ope-
randi, atq; etiam præterea uim cõtemplandi)quem nam inquam nõ mouerunt hæc ad
credendũ,atq; etiam ad uerè credendum prædicationi Iesu? Perculsi enim qui gloria-
bantur se multa diligentia adhibita exercere in uerbo dei,plenitudinẽ uerò eius nõ per

ceperant,crediderũt: præsertimq; crediturí erant, quòd propter mortuum, & omnino
desperatum,quem & ipsi deploratũ habebant,ad Mariam uenerant officij gratia: plo Ioan.11
rantem ob fratris casum, quorum etiam causa potius, quam eius qui mortuus fuerat,
cum uenissent ad defuncti speluncam,sustulit oculos sursum,& dixit: Pater gratias a-
go tibi,quòd audisti me:Ego autem noueram quòd semper me audis. Quod enim ho
rum gratia magis quàm Lazari,huiusce modi gratiarum actionem reddiderit, perspi-
cuum est ex his uerbis:nempe propter circũstantem turbam: ut multi ludæorũ, qui ad
Mariam uenerant,quicq; uiderunt,quæ fecisset Iesus,in ipsum crederẽt. Sed audi etiam
de his.uerum non tantum corporaliter.

Quidam autem ex eis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt illis, quæ fecisset Iesus.

NON nihil ambigui habet hic contextus. Vtrũ qui inde ad Pharisæos con-
cesserant,dixerantq; ipsis,quæ fecisset Iesus,essent ex ea ludæorum multi
tudine,qui crediderant in eum conspectis his quæ fecisset,hoc agentes,
ut etiam eos flecterent,qui hostili animo erga Iesum erant affecti,nunci-
antes,quæ Lazaro eueniissent, an alij (præter illos multos qui credide-
rant) ceu edito miraculo non moti ad credendum in Iesum: imo potius quantum in
seipsis erat Pharisæos, atq; zelum malum in seipsis existentem,excitantes cõtra Iesum
per ea quæ de Lazaro nuciabant, id quod uidetur magis mihi significare uoluisse Eu-
angelista. Quo circa subiungitur: Collegerunt igitur Pharisæi & quæ sequunt.Mul-
tos igitur dicens,intellexit eos,qui conspectis his,quæ circa Lazarum egerat, credide
rant: quemadmodum pauciores dixit esse, qui huiusmodi non essent dicẽs: Quidam
ex ipsis abierunt, & quæ sequuntur. Adhibe uerò animũ his,quæ dicturus sum, nem-
pe an huius approbationem mouere nos possit,quod dictum non fuerit: Multi igitur
ex ludæis,nempe hi, qui uenerant ad Mariam,& uiderant quæ fecisset Iesus, credide-
runt in eum,sed scriptum sit: Multi igitur ex illis Iudæis,qui uenerãt ad Mariam,& ui-
derant,quæ fecisset Iesus,crediderunt in eum. Moueor præsertim ob anagogen, num
forte omnes οἱ θεασάμενοι τοτὲ θεωρήσαντες, καὶ σωισθέντες, hoc est qui uiderãt,& con-
templati fuerant,& intellexerant,quæ fecisset Iesus,crediderint in eum,cum contra de
his,qui abierunt ad Pharisæos,& dixerunt illis quæ fecisset Iesus non dicatur,quòd ui-
derint,& contemplati fuerint.Et fortasse quia laudi datur his,qui crediderunt,uocabu
lum uigendi,seu contemplandi,hi qui abierunt ad pharisæos,non habent uocabulum
uidendi seu contemplandi.Quandoquidem si etiam hi, qui in eum crediderunt, con-
templati fuissent,scriptum esset: quosdam ex his ad Pharisæos concessisse, dixisseq; ip
sis,quæ contemplati fuissent,fecisse Iesum uel se contemplatos fuisse,quod fecisset Ie-
sus, nunc autem uocabulum contemplandi haudquaquam dictum est de hisce, sed de
his,qui crediderant,& uenerant etiam ad Mariam,& uiderant,quæ fecisset Iesus: pro-
pter quos etiam opinor eum dixisse, sed propter circunstantem turbam dixi, ut cre-
dant,quòd tu me miseris.Pariter etiam huc mentem adhibe,num possis eos solos,qui
ad Mariam uenerint, quicq; contemplati fuerint,quæ fecisset Iesus,quicq; in ipsum cre-
diderint, dicere (quia multi essent) fuisse turbam, circum Iesum stantem, cuius causa
dixit illud: Pater gratias ago tibi,quoniam audisti me,ego autem sciebam, quod sem
per me audis. Nam si hæc dixit turbæ circumstantis causa,ut crederent, quòd pater il-
lum misisset, & propter hoc loquens dixit,ut turba circumstãs credat, haudquaquam
ad patrem loquuturus fuerat,perinde atq; aliquis homo futurorum ignarus (si futurũ
erat, ut aliquis ex ipsis non crederet) propter turbam circumstantem dixi,ut credant,
quòd tu me misisti. Proinde uide,ne forte qui uenerant ad Mariam, & contemplati
fuerant, quæ fecerat, & crediderant in eum, soli sint turba circumstans
Iesum,cæteros uerò neque contemplatos fuisse,
quæ fecerat Iesus,neque circa
eum stetisse.

Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, ac dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa edit, si permiserimus eum sic, omnes credent in eum, uenientq; Romani, & tollent, tum locum nostrum, tum gentem.

QVOD attinet ad contextum, pharisæi, & pontifices uidebant facillimũ factu esse, ut ob magnitudinem prodigiorum, ac uirtutũ quas fecisset Iesus, totus Iudæorum populus traduceretur ad credendum in eum, & traductus despiceret cultum illius loci corporalem, tum leuiticum, tum sacerdotalem: adeò ut res hu iuscemodi, prætextus fieret (quia non fouerent Iudæi locũ) ut Romani haberent (causa Seruatoris) tum locum dictum (quod ab illis plurimi fiebat) tum gentem Iudæorũ totam, nolentium omnino seruare confessionem quòd essent Iudæi ipsi. Deinde quoniam cultum diuinum & locum, & gentis multitudinem omnibus præferebant, quæ præ his maioris esse momenti censebantur, hanc ob causam consilium agitant contra Iesum, ne sinant eum uiuere. Arbitrorq; eos simili modo dixisse: Hic homo tãquàm ad destruendã gloriam eius: Nec enim credebant his quæ superius dixerat (nempe quòd esset ipse deus) cum lapidare eũ uoluerunt, tanquàm pro blasphemia dicentes illi: Tu homo cum sis, facis teipsum deum, quando etiam sua benignitate respondit docens, omnem ad quem sermo dei factus est, dici deum à deo cum non ualeat solui, uel dissolui scriptura prophetica, quæ hoc enunciat. Licet etiam ex his, quæ pharisei & pontifices dixerunt, considerare illorum apertam malitiam, & cæcam: Apertã quidem, quoniam attestabantur illi eum multa fecisse signa, possecq; huic, qui tot signa egerat, insidias strui, perinde quasi sui causa nihil posset contra factas sibi insidias: id quod ipsum etiam nihilominus cæcitatis erat, cum eiusdem esset, qui multa fecisset miracula, insidias etiam superare nolentium eum sic dimittere: Nisi fortè credebant eum facere miracula, & ita suspicabantur ea non fieri uirtute diuina, ita ut hanc ob causam, omnia ipse non posset, neque se eripere ex illorum insidijs. Atque illi quidem cogitabant non dimittere eum, existimantes futurum, ut hanc ob causam impedimento essent credentibus in eum, & Romanis qui ablaturi erant ab eis tum locum, tum gentem. Verum quia dominus dissipat consilia gentium, & reprobat cogitationes populorum, nihilominus etiam si non dimiserunt eum, & omnes gentes seruierunt ei, & Romani uenientes tulerunt illorum locum. Alioquin ubi diuinum, quod illi uocant templum? Atque etiam tulere gentem, ablatis illis è loco uix concedentes illis stare, ubi uellent, & in dispersione. Quòd si audere necesse est in sensum anagogicum horum uerborum, dicemus horum qui ex circumcisione sunt, locum gentes accepisse, quia illorum lapsu salus uenerit gentibus, quo ipsis Iudæi æmularentur, & pro gentibus Romanos fuisse dictum, hoc est pro subditis, eos qui rerum potiebantur: proinde gens à gentibus ablata fuit: Qui enim populus non erat, factus est populus, & qui ex Israel erant, non amplius sunt Israelis, quicq; semen erant, eò non peruenerũt, ut filij fierent, quarum rerum causa multa fuere Iesu miracula. & quia dimisit illum pater superiorem factum pontificum & Pharisæorum, qui concilium aduersus eum collegerant cõsilio. At uerò pontifices, & totus Iudæorum corporalis cultus, pharisæicq;, & tota legis doctrina, iuxta literam insidias molitur ueritati Iesu, uultcq; figuram subsistere, ueritatis manifestationẽ impediens, & non secus ac caro, etiam hanc ob causam concupiscit aduersus spiritum. Sed fortior cum sit spiritus concupiscens aduersus carnẽ, & uerus Seruator nostri principatus sacerdotij, spiritualiscq; illius doctrina pontificum, Pharisęorumcq; conciliũ aduersus eum insidias struentiũ dissoluit. Hæc autem etiam num fieri censendum est, ut est cernere in his, qui spiritualem Christi doctrinam per conspirationem Iudaicam dissoluere uolunt.

Ioan. 21

Ioan. 10

Tomus

TOMVS TRIGESIMVS

Vnus autem quispiam ex eis, nomine Caiaphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, nec perpenditis expedire nobis, ut unus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, uaticinatus est Iesum moriturum esse pro gente: & non tantum pro gente, sed ut etiam filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.

CAIAPHAS igitur pontifex cum esset anni illius, prophetauit quidem Iesum moriturum pro gente, & non pro gente tantum, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum, haud tamen propheta erat: Quòd si Balaam prophetauit, quæ in numerorum libro sunt scripta, dicens: Verbum quod immiserit deus in os meum, hoc loquar, & quæ sunt ab eo loco, ex Mesopotamia accersiuit me, & quæ sequuntur, perspicuum est quòd prophe- Num. 24
ta non erat: Augurem enim fuisse scriptum est: Atque si aliquis quidem propheta est, Num. 23
prophetat, sin uerò quis prophetat, non continuò etiam est propheta. Tanquam si de re alia quapiam meliorem dicerem: si quis est iustus, ius etiam persequitur, ac si quis ius persequitur, non tamen statim iustus est: id quod intelliges notans dictum illud, iuste, quod iustum est, persequeris, quandoquidem hæc uocula iuste, non frustra præposita Deut. 16
fuerit illis uoculis: quod iustum est, persequeris. Facillimum enim factu esse reor, ut ius quis persequatur, sed non iustè. Etenim qui faciunt opus aliquod ex se bonũ, ut ab hominibus glorificentur (uerbi gratia in pauperes benefici) rem quidem iustam fecerunt, haud tamen ex habitu iustitiæ, sed ob uanam gloriam. Ac mea quidem sententia iuxta comparationem dicti huius: iuste ius persequeris, dicetur etiam hoc: modeste id quod modestum est persequeris, & uiriliter id quod uirile est persequeris, & sapienter id, quod sapiens est, persequeris: ac deinde similiter in cæteris uirtutibus. Hæc autem diximus ut conferremus cum propheta augurem, qui similis illi cum sit, nõ tamen est propheta. Hanc etiam ob causam continenter in prophetijs à prophetis dici arbitror: dicit Hieremias propheta, & si quid his est simile. Porrò qui nominum uim tenẽt inquiunt, non cõtinuò si quis quid fecerit quod ad medicinam spectet, uel rem quampiam quę ad sanitatem conducat, illum medicum esse, neque si quis quid fecerit quod ad artem ædificandi pertineat, domorum fabricatorem esse. Insuper ex his quæ de Caiapha scripta sunt, qui de Seruatore prophetauit, dicere possumus: animam quoq; praua suscipere prophetandi munus. Accusatur enim ab Euangelistis Caiaphæ prauitas, qui erat pontifex anni illius, quando Seruator noster, dum pro hominibus patere- Matth. 26
tur, perfecit œconomiã. Matthęus etenim inquit: Tunc profectus unus de duodecim, qui dicebat Iudas Iscariotes ad principes sacerdotes dixit: qd uultis mihi dare, & ego uobis illum tradam? at illi constituerunt ei triginta argenteos, & paulo pòst inquit: Iudas unus ex duodecim uenit, & cum eo turba multa cum gladijs, & fustibus à pontificibus, & senioribus populi. Atq; in his quidẽ pontificibus intelligimus etiam inesse Caiapham, quod de illo testatũ sit eum pontificem esse anni illius. Apertè autem post hęc Matthæus inquit: At illi comprehensum Iesum abduxerunt ad Caiapham pontificem, ubi scribæ, & seniores conuenerant: post pauca etiam infert. Pontifices autem, & concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut morti eum traderent, & nõ inueniebant, etiã cum multi falsi testes accessissent: postremò autem aduenerunt duo falsi testes & dixerunt: hic dixit, possum destruere templũ dei & in triduo ędificare illud. & surgens princeps sacerdotũ ait illi: nihil respondes? cur isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et respondens princeps sacerdotum dixit illi: adiuro te per deum, ut dicas nobis an tu sis Christus filius dei, dicit illi Iesus, tu dixisti: Verumtamen dico uobis, iam hinc uidebitis filium hominis sedentem à dextera potẽtiæ & uenientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum disrupit uestimenta sua, dicens: proloquutus est blasphemiam, quid insuper egemus testibus? Ecce nũc audistis blasphemiam eius, quid uobis uidetur? At ille respõdẽtes dixerũt: reus est mortis, deinde rursum post alia: & cum accusaretur à principibus sacerdotũ & seniorib. nihil respondit, rursumq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.27 Mat.28 rursumq; post pauca: Principes autem sacerdotum & seniores, persuaserunt multitudini ut peterent Barrabam, Iesum uerò perderent. Postea post resurrectionẽ Seruatoris, abeuntibus Maria Magdalena & altera Maria, ecce quidam ex custodia uenerunt in ciuitatem, ac nunciarunt principibus sacerdotum omnia quæ acciderant: & congregatis cum senioribus, consilio capto, pecuniam numerosam dederunt militibus dicentes: Dicite, discipuli eius nocte uenerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus: & si hoc auditũ fuerit sub præside, nos persuadebimus ei, & securos uos faciemus. At Lu-
Luc.22 cas scripsit quòd egressus fuerit Sathanas in Iudam, cui cognomen erat Iscariotes, qui erat ex numero duodecim, abijtq; & locutus est cum principibus sacerdotum, ac magistratibus, quomodo eum traderet illis. Deinde post pauca dixit, inquit, Iesus ijs, qui uenerant ad se principibus sacerdotum, ac magistratibus templi & senioribus: Quasi ad latronẽ existis cum gladijs & fustibus, & post pauca. Comprehensum autem eum duxerunt, & induxerunt in domum principis sacerdotum. & adhuc post pauca: Stabant autem principes sacerdotum, & scribæ accusantes eum. Rursumq; post pauca: Vtillu
xit, conuenerunt seniores populi, principes sacerdotum & scribæ duxeruntq; illum in
Marc.24 concilium suum. Porrò Marcus inquit: Iudas unus ex numero duodecim accessit ad summos sacerdotes, ut proderet eum illis: hoc autem illi audito gauisi sunt & polliciti sunt ei pecuniam se daturos. & post pauca: Adhuc loquẽte Iesu accedit Iudas, qui erat unus è duodecim, & cum illo turba multa, cum gladijs & fustibus à summis sacerdotibus & scribis & senioribus, & post pauca: Abduxerunt Iesum ad summum sacerdotem Caiapham, & conueniunt ad illum omnes summi sacerdotes & seniores & scribæ, deinde rursum post pauca: & surgens summus sacerdos interrogauit Iesum dicens: non respondes quicquã? quid isti aduersum te testificantur? At ille tacebat, neq; quicq; respondebat. Rursum summus sacerdos interrogabat eum dicẽs: Es tu ille Christus filius illius benedicti? At Iesus respondens dicit illi: tu dixisti, ego sum, & uidebitis filium homi
nis sedentẽ à dextera potentiæ, & uenientem cum nubibus cœli. At summus sacerdos
Marc. 15 dilaceratis uestib. suis dicit: Quid præterea opus habemus testibus? Deinde post pauca: Et diluculo consilio inito summi sacerdotes cum senioribus & scribis ac toto cõsessu, uinctum Iesum abduxerunt in aulam, tradideruntq; Pilato, Deinde post pauca: accusabant eum summi sacerdotes de multis: ipse uerò nihil respondit. Ioannes etiam inquit. Ducunt Iesum à Caipha in prætorium. Hæc autem diutius exposuimus, ut multis omnium Euangelistarũ testimonijs ostenderemus dissolutionem uitiositatis Caiaphę, & quòd aduersum Iesum cõtendens nihilominus prophetarit. Atq; quòd prophetarit, manifestè docuit nos Ioannes. Sed quæres, an qui prophetat, is omnino à spiritu sancto prophetet, etiam si aliquibus non uideatur hoc dictũ quæstionẽ postulare. Verum quomodo non est hoc quęsitu dignum, si Dauid post peccatum in Vriam cõmis-
Sap.1 sum, timens ne ab se auferetur spiritus sanctus inquit: Spiritum sanctum tuũ ne auferas à me? Quòd si quis etiã admittat illud, spiritus disciplinę effugiet dolosum & recedet à prauis cõsilijs, apertè uidebitur ostendere spiritũ sanctum animã fugere, etiam si in ea ante dolus, & peccatum habitauerit. Sic autem quæsitu dignum est illud de spiritu sancto, an in peccatrice quoq; anima esse possit, ut aliquis dicturus sit, in ipsis quoq; peccatoribus esse spiritum sanctum: quando quidẽ nemine ualente dicere dominũ Iesum, nisi in spiritu sancto, multi tamen peccatores affecti inueniãtur erga Iesum, tanq; erga dominum. Ac forte, quoniam qui peccant, postq; ipsum acceperint, non assequuturi sunt remissionem, hanc ob causam dicitur cuidam lapso in spiritum sanctũ: omne pec-
Matt.12 catum, & blasphemia remittetur filijs hominum: At uerò de his, qui post acceptũ spiritum sanctum peccauerint, illud: Qui uerò in spiritum sanctum blasphemiam dixerit,
Matt.12 nõ habet remissionem neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Blasphemat enim operibus, & sermonibus peccati in præsens, in spiritum sanctum, qui peccat spiritu sancto præsente in eius anima. Sic enim dicet aliquis dictum illud fuisse, quod in epistola ad He-
Heb.6 bræos hũc in modũ scriptũ est. Difficile factu est, ut qui semel illuminati fuerint, gustauerintq; donũ supercœleste, participesq; facti fuerint spiritus sancti, & donum dei uerbũ degustarint, potentiasq; futuri seculi, prolapsiq; fuerint, ab integro renouari ad pœnitentiã: crucifigentes sibimet ipsis filiũ dei, & infamantes. Attende enim his uerbis. Partici-

Participes facti spiritus sancti, ex aduerso, quòd Caiaphas, etiam si prophetarit, nihilominus non habuerit in se spiritum sanctum, dici posset illud: Nondum erat spiritus, quòd nondum esset Iesus glorificatus. Quòd si ne in Apostolis quidem erat spiritus, antequàm glorificaretur Iesus, quanto magis non erat in Caiapha? proinde cum surrexisset Seruator insufflauit discipulis, & dicit illis: accipite spiritũ sanctum, & quæ sequuntur. Atq; audacter quidẽ addet aliquis ad illud, Quòd non ex spiritu sancto prophetauerit Caiaphas, quę dicẽda sunt. Similiter igit̃ dicet iste, malos etiã spiritus posse testimoniũ prębere Iesu, & prophetare de eo nõ secus, atq; ille, qui dixit. Noui te quis Marc.1
sis: nempe ille sanctus dei, et ut illi qui rogabãt eũ, ut pręciperet illis in abyssum abire, & dicentes: uenisti ad perdendum nos. Quin in Apostolorum quoq; actis hæc scripta Act.16
sunt. Contigit ut euntibus nobis ad precationem puella quædam spiritũ pythonis habens nobis occurreret, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinãdo: hæc subsequuta Paulum, & nos clamabat dicẽs: isti homines serui dei excelsissimi sunt, qui annunciant nobis uiam salutis. Proinde qui his testimonijs utitur, dicet nihil distare à prophetia orationẽ spiritus diuinatoris, testimoniũ prebẽs Apostolis, & admonẽs audientes, ut uiam salutis, quæ annuntiabat, crederent. Quoniam aũt in medium adduximus, quę dixit Balaam, adhibe mentẽ, an de illo quoq; dici possit, diuinitus eum nõ fuisse loquutum, sed ab angelo. Stetit enim inquit angelus dei in uia, dum transiret ipse, Num.22
ascenditq; Balaam super Asinã suam, & duo sui pueri secum. Vidensq; asina angelum domini stantem è regione in uia, gladiumq; districtũ in manu eius, declinauit asina de uia, & iuit in campũ. At Balaam uerberauit asinam uirga, ut rediret in uiam. stetit autẽ angelus in angusta semita uinearum, eratq; ex utraq; parte maceria. Deniq; post pauca. Videns asina angelum dei, succubuit sub Balaam. Deinde post pauca, & dixit angelus dei illi: cur iam ter uerberasti asinam tuam? En ego egressus sum, ut te impedirẽ: aberrat enim uia tua coram me: & uidens me asina declinauit iam ter: quæ si non declinasset corã me, te interfecto ipsam incolumẽ seruassem, & dixit Balaã angelo: Domine peccaui, quoniam nõ noui, quòd tu aduersum me in uia stares: quòd si tibi displicet, reuertar. aitq; angelus domini ad Balaam, uade cum uiris illis, & uerbum quod loquutus fuero ad te, loqueris. Obserua enim, quòd angelus sit, qui dicit uerbum, quod loquutus fuero ad te, loqueris, uerùm dices, paulo post, deum ipsi Balaã apparuisse, dixisseq; illi Balaam. Septem aras paraui, & imposui in unaquaq; uitulum, & arietem, & quòd dominus sermonem indidit ori Balaam, & dixit: Reuersus ad Balaam sic loqueris. At uerò tu attende, quomodo utraq; uera sunt, & quod ab angelo dicitur (nempe quod ego ad te dixero, loqueris) & quod scriptura pronũciat, indidit deus sermonem ori Balaam, & dixit: cæterum uerò transfiximus hæc uerba. factus est spiritus dei in ipso, quod neq; ea, neq; his simile quicq; in cæterorũ editionib. inuenerimus. Rursumq; è diuerso post pauca. Occurrit inquit deus Balaã, & indidit sermonẽ in ore eius, & dixit. Reuertere ad Balaam, & hæc loqueris. In hæc autem omnia audens aliquis, dicet: de Saule etiam dictum fuisse spiritus malus suffocabat eum. Quin etiã cum exisset spiritus mendax factus est in ore omniũ prophetarũ Achab dicente domino: Quis decipiet Achab? & exeunte spiritu mendaci, & dicente: ego decipiam eum. Atq; hæc quidem his in locis examinata sunt, cũ alioquin ualeat unusquisq; à semetipso consequenter his testimonijs, quæ in medium protulimus considerare quomodo prophetauerit Caiaphas. Vide uerò an fortè hæc etiam dicenda sunt de prophetia eius, quoniam nõ sanctus erat, etiam si prophetarit, non tamen ex afflatu spiritus sancti prophetasse Caiapham. Vt autem quæsitu dignum est, quomodo prophetauerit Caiaphas, sic etiam in primo Reg. quæres, quomodo prophetarint nunciĩ Saulis missi ad Dauidẽ, & post
ipsos Saul. Scriptum est enim, & nunciatum est Sauli hisce uerbis: Ecce Dauid est in 1.Sam.19
Nauoth in Ramà, & misit Saul nuncios qui adducerẽt Dauidem, & uiderunt cuneũ prophetarum, & Samuelẽ stantem antistitem super eos: factusq; est spiritus dei super nuncios Saulis, ut & ipsi pphetarent: nunciatumq; est Sauli, & misit alios nũcios, qui etiam ipsi prophetarunt: & excanduit ira Saul, concessitq; etiã ipse in Ramà, & uenit usq; ad puteum magnum, & ad uiam quę est in Ophèm, & interrogans ait: Vbi est Samuel & Dauid? & dixerũt, ecce in Nauoth Ramà: & cõcedũt illinc in Nauoth Ramà:

factusq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

factusq; est spiritus domini super eum,& eundo ibat,atq; prophetabat,donec cum ue
nisset in Nauoth in Ramà,exutis uestimentis suis prophetauit coram Samuele,& pro
cidit nudus tota illa die & tota nocte. Hinc dicitur,num & Saul inter prophetas? hæc
uerò necessariò apposita fuisse reor,ut clareret peccatores quoq; prophetare: & utrũ
ex spiritu sancto,an ex alia potentia non mentiente (quantum ad testificandum uerita
ti attinet) hi prophetent. Rursumq; in primo Regũ inueniuntur idolorũ uates, osten-
dentes de arca, denuntiantesq; Palestinis, quòd si bucculæ lactentes in uiam ambula-
uerint Iesu Bethsamuæ,sciant sibi adeo factam fuisse plagam. Ac ne illud quidẽ de mu
1.Reg.28 liere habente spiritum pythonis,deq; Samuele in his locis reticendum est: ex quib. di-
dicit Saul futurum,ut postero die cum filijs interfi ceretur: quorum locorum acuratam
intelligentiã is uisurus est,qui differere potest de diuersis potẽtijs,tùm bonis,tùm ma-
lis,atq; de his etiam,quę inter has mediæ sunt, si quæ sunt. Rursus qui uelit Caiapham
pphetasse ui potentiæ malæ,dicturus est,nil mirũ esse,si mala potẽtia hęc dixerit,quan
do quidem inueniatur diabolus non omnino ignorare Iesum dictum fuisse in his, quæ
ab Euangelistis sunt scripta,filium dei esse: cum ipse loquereturad dominum. dicere-
tiam malitiam quandam innatam esse prophetandi de Seruatore in potentia hæc ope
rante: quippe cui scopus esset nõ fideles facere auditores,sed summos sacerdotes,pha
risæosq;,qui cõuenerant in conciliũ aduersus Iesum,irritare,ut ipsum interficerẽt: quæ
operatio non erat ex spiritu sancto. Vide uerò,an nõ cõcitare uelit auditores siue Caia
phas,siue is,qui illi uim pphetandi suppeditabat,ad interficiendũ Iesum hisce uerbis.

Vos nescitis,neq; cogitatis quicquam,quia expedit nobis ut unus homo
moriatur pro populo,& non tota gens pereat.

TRVM qui dicit,expedit nobis,quæ uerba sunt prophetiæ ipsius pars,uera
narrat,an mentitur? si uera narrat Seruatur Caiaphas cum his, qui in cõcilio
aduersus Iesum contendunt,quia mortuus est Iesus pro populo: consequun
turq; omnes hi utilitatem: Si uerò absurdum est dicere Caiapham, eosq; qui concilio
aderant aduersus Iesum seruari,assequutosq; eos fuisse utilitatem, quia mortuus fuerit
Iesus,perspicuum est non dici spiritũ sanctum talia operatum fuisse: spiritus enim san-
Heb.2 ctus non mẽtitur. Qui uerò uelit Caiapham atq; potentiam in ipso operantẽ uera nar-
rare dicẽdo,expedit nobis,ut unus homo moriatur pro populo,profundius intelliget
1.Tim.4 hoc dictum: expedit nobis propter rationem finis,uteturq; eo testimonio, ut per gra-
tiam dei,uel sine deo pro omni gustaret mortẽ: & notabit illud pro omni,& illud sine
deo,pro omni. Vtetur pariter etiam illo: Qui est Seruator omnium hominum præser-
Ioan.1 tim fidelium,& illo: Hic est ille agnus dei qui aufert peccatum mundi, propriè intelli-
gens auferri peccatũ mundi,non partis eius. Cæterũ qui uerum esse dicit: Expedit no-
bis ut unus homo moriatur,dicet totum præsentẽ locum uerã prophetiam esse,incipi
entem ab illo: uos nescitis quicquam. Nihil enim norant summi sacerdotes & pharisei
nescientes Iesum ueritatem esse,sapientiam, iustitiam & pacem: Ipse enim est pax no-
stra. Quin etiam non cogitabant hi nihil scientes, quonam pacto conduceret illis,ut
unus homo moreretur pro populo. Iesus enim qui mortuus est,homo est: quo circa ip
se etiam inquit,nunc autem quæritis me interficere hominem,qui loquutus sum uerita-
tem. & quoniam homo est ille,qui mortuus est (non erat autem homo ueritas,sapi-
entia,pax,& iustitia,& de quo scriptum est,deus erat sermo) non mortuus est ille de-
us sermo,& ueritas,& sapientia & iustitia: Si quidem imago inuisibilis dei primogeni-
tus omnis creaturę incapax est mortis. Pro populo autem moritur hic homo omnibus
animantibus purior,qui peccata nostra tulit & infirmitates,quia posset uniuersum to
tius mundi peccatum in se receptum soluere & consumere & delere,quoniam pecca-
tum non fecit,neq; inuentus est in ore eius dolus,neq; agnouit peccatum. Hanc etiam
ob causam opinor Paulum dixisse: Deus fecit eum peccatum,qui non nouit peccatũ,
2.Cor.5 ut nos efficeremur iustitia dei per illum: peccatum enim dixit,ipsum fecit,qui peccatũ
nõ nouit,quia cum ipse nihil peccati commisisset, omnium in se peccata recepit: & si
audacius loqui audendum est magis quàm cæteri sui Apostoli, purgamentum mun
di factus fuerit, reiectamentaq; omnium dicentium: quasi purgamenta mundi facti
sumus

sumus, omnium reiectamenta usq; nunc. Quòd autem frequenter inualescentibus re-
bus quibusdam asperis,ueluti peste,uel fame,uel nocuis uentorũ agitationibus,in ho-
minum genere,soluantur hæc,abolito(uerbi gratia) spiritu illo malo, qui hæc opera-
batur eò quòd aliquis seipsum pro communi salute dederit multorum auctorum nar-
rant historiæ tùm Græcorum tum barbarorũ: hanc nostrã intelligẽtiam,neq; respuen-
tium,neq; reprobantiũ,quę uerę sint,nec ne,non est præsentis tẽporis accuratè exqui-
rere. Veruntamen nullibi gentium,nullis historijs aliquando mandatũ est,ac ne man-
dari quidẽ potest,fuisse aliquẽ qui se reciperet pro toto mũdo mortẽ obiturũ, ut totus
mundus purgaretur illius sanctitate: alioquin perdẽdus,ni pro eo seruando mortẽ op
peteret,quippe quòd solius sit Iesu posse omnium peccati onus in se recipere per cru-
cem pro omnib. sine deo,atq; in gentibus suis uirib. illud portare. Calluit enim hic so-
lus ferre languorem,ut inquit Esaias propheta dicens: Homo in plaga existens,& sci- Esa.53
ens ferre languorẽ. Atq; hic sanè peccata nostra accepit,& ægrè affectus est ppter ini-
quitates nostras,in seq; facta est punitio quæ nobis debebat, ut pacem recipiamus dũ
erudimur castigati: Isto nanq; modo hoc intelligo: eruditio pacis super eũ, fortasse au- Esa.53
tem ga liuore eius sanati sumus (liuore ex cruce illi obueniente) sanati dicemus: Mihi
absit gloriari,nisi in cruce domini nostri Iesu Christi,per quem mihi mũdus crucifixus Phil.2
est,& ego mundo. Traditus est à patre propter peccata nostra hic Iesus,qui etiam pro-
pterea ad occisionẽ ductus est,ut agnus corã tõdẽte mutus. Huius in humilitate (qua
humilẽ prębuit seipsum factus obediens usq; ad mortẽ,mortẽ aũt crucis) iudicium sub
latum est,sic enim hoc intelligo: In humilitate iudiciũ eius sublatum est,perinde ac di-
ceret in humilitate eius, iudicium sublatum est, & fuit hic propter iniquitates populi
dei ductus ad mortem. Mortuus est igitur hic homo pro populo,& propter hunc non
tota gens perijt. Ac uide num populi nomen referre possis ad eos qui sunt ex circũci-
sione,gentis uerò ad cæteros. Mortuus etenim est hic homo non tantum pro populo,
sed etiam ne tota gens pereat: tanquàm si dixisset,ne qui uocantur gens inter Iudęos,
& omnes gentiles pereant: His proximum est:

Hoc à semetipso non dixit.

HOC dicto nos discere opinor,quędã nos homines à nobismetipsis proferre,
nullo spiritu nos ad id impellente: alia uerò ueluti insonãte, ac suggerẽte no
bis spiritu quopiã quæ dicamus,etiã si omninò à nobis nõ alienemur,& in-
cõsequenter affecti erga ipsa quę dicimus,uideamur illa assequi. Contingit aũt, ut asse
quentes ea quę dicimus,nõ assequamur uoluntatẽ,& consiliũ eorũ quę dicunt: quem
admodũ nunc Caiaphas pontifex,qui nec à semetipso loquutus est,nec sensum loquu
tus est,ut prophetiã,quia prophetiã eorum,quæ loquebatur,nõ intellexit. Quin apud
Paulũ etiam sunt quidã legis doctores,neq; intelligentes quę dicũt,neq; de quibus af-
firmant. At uerò sapiens non est huiusmodi,de quo loquit in prouerbijs Salomo ille:
Sapiens intelliget,quæ ex ore suo prodibunt,& in labijs suis portabit agnitionem. Ac
meum profectò est iudicium,casum aliquoties in causa esse prophetandi,ut nunc Ca-
iaphæ in causa fuit,quod pontifex esset anni illius quo moriturus erat Iesus,non tãtum
pro populo,sed ne tota gens pereat. Cum enim alij quoq; Pontifices essent (ut perspi-
cuum est ex his quæ in medium protulimus) nullus prophetat nisi Pontifex anni illius
quo passurus erat Iesus,summus Pontifex. Itidẽ casus fecit nuncios Saulis ad Dauidem
missos ipsumq; Saulem,prophetare: ferè enim quia quæsierunt Dauid obuenit ut pro
phetarent: sed eo modo quo scriptũ est: Quin & Balaã ni recepisset dilationẽ,dixisset:
Ex Mesopotamia accersiuit me,& quæ sequunt, ni uidisset Israelẽ castrametatũ fuisse:
& semper aliam partẽ exercitus uidẽs ex nouitate rei cõspectę mouebat ad dicẽdum
pro Israele. Moriturus ergo erat Iesus pro gente,quæ diuersa erat à filijs dei dispersis,
ut perspicuum est hoc dicto: futurum erat, ut Iesus moreretur non tantum pro gen-
te,sed etiã ut filios dei qui dispersi erant,congregaret in unũ. Qui nam uerò alij pręter
gentes filij dei dispersi essent,nũc tempus est quærere: de quibus,qui naturas introdu
cunt,dicturi sunt illos qui iudicio eorum sunt spirituales filios esse dei,spiritualiter nõ
iudicantes omnia. Hoc enim dicere consequens est eos qui naturas esse existimant, 1.Cor.2

intelligẽtes hoc uocabulum ſpirituale, præter uoluntatẽ Apoſtoli dicentis: Spiritualis omnia diiudicat, & ipſe à nullo diiudicatur, quibus uerbis efficitur, ut qui omnia nõ diiudicet, uel non ſit ſpiritualis, uel nondum ſit ſpiritualis. Quin ſi quis diiudicatur ab aliquo, quoniam ſpiritualis à nullo diiudicatur, uel non eſt ſpiritualis, uel nondum ſpiritualis. Vide uerò, an non melius dicendum ſit efficí aliquem ſpiritualẽ, qui antea non eſſet, qui propriè iam filius etiam dei eſt. Qui nam igitur ſint qui dicuntur filij, ſi non ſunt hi, qui ſpirituales ſunt iudicio eorum, qui naturas introducunt, tempus eſt cõſiderare. & uide an filios dei diſperſos alios à gẽtibus intelligere poſſis eos eſſe qui iam iuſti erant in deo cum hæc tum dicerentur: ſiue patriarchas, qui iam antea è uita exceſſerant, uel prophetas, uel quoſdam alios dei electos, ſiue etiã eos, qui per id temporis ſani erant: quaſi enim aliqui ſani eſſent non ægrotantes, inquit, non opus habent qui ſanent ſunt medico, ſed ægrè affecti: & quaſi eſſent etiam aliqui iuſti, dicit: Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Moriturus itaq; Ieſus erat pro gente, ut non periret, pro filijs uerò dei qui in diſperſione erant, ut congregarentur in unum ſermonem, fierentq; unus grex, unus paſtor: quando mea ſententia, Seruatoris precatio implebitur dicẽtis: ut ego & tu unum ſumus, ut & ipſi unum ſint. Sin uerò de Iſraelis non natura, ſed genere altius aliquid dicendum ſit (de quo cum in diſperſione eſſet ſcriptũ, eſt primogenitus meus filius Iſrael) notabis: quaſi hi ſint filij dei diſperſi, pro quib. moriturus ſit Ieſus, ut eos in unum congregaret.

TOMVS TRIGESIMVSPRIMVS

Ab illo ergo die conſultarunt unà, ut interficerent eum pontifices & Phariſæi.

VT concilium collegerant, & cõſideraverant quid facere deberent (cum Caiaphas Pontifex, quæ ſuperius expoſuimus dixiſſet, & huius ſermonibus fuiſſent incitati) conſultarunt, unà ut interficerent dominũ. Quo circa quæres quo ſpiritu prophetarit Ieſum moriturum pro gente: & utrum ſanctus ſpiritus hac etiam in re operatus ſit, auctorq; fuerit concilij aduerſus Ieſum, an ille quidem non fuerit, ſed alius ſpiritus, ualẽs in impio etiam loqui, ſibiq; ſimiles aduerſum Ieſum mouere: nihilominus uide etiam tu in Ieſum, ut pro uiribus ſuperius exquiſiuimus. Atque omnino qui reſpondere uoluerit ſpiritum ſanctũ auctorẽ uideri fuiſſe, ut pontifices & Phariſæi moti ex ſermonib. Caiaphæ unà cõſultarent interficere Ieſum, dicet nõ alienum eſſe tale opus à ſanctitate, quoniam ne Ieſus quidem ſe indignam fecerit in ruinam, & reſurrectionem multarum gentium, quę erant in
Ioan. 9 Iſrael ueniens, & dicens: Ego in iudicium in hunc mundum ueni, ut non uidentes uideant, & uidentes cæci fiant. Vt enim opus habemus ſermone ſapientiæ, quo defenda mus quomodo rem ſe indignam ille non fecerit, qui ſe huic mũdo acceſſiſſe in iudicium fateẽ, ſic etiã in hoc, ut oſtendamus Pontifices & Phariſæos ex Caiaphæ uerbis unà cõſultaſſe ut interficerent Ieſum. Atq; de eo quidem, quod eſt in iudicium ego in hunc mundũ ueni, in explanationibus illius loci pro uiribus diſſeruimus, nũc uerò, quòd attinet ad id quo de agitur, hæc dicentur, nempe quòd quemadmodum ſacram ſcripturarum intelligentiam (ob eorum utilitatem dictam, qui ex ea iuuari quęrunt) calumniantur hi, qui eam in deteriorem partẽ intelligũt, quo anſam habere uideant impiam, confirmandi doctrinam eorum qui loquuntur in altitudinem iniuſtitiam, ſic pontifices etiam & Phariſęi non recte intelligentes factam à Caiapha de Seruatore noſtro ueram prophetiam (nempe quod expediret nobis, ut unus homo moreretur pro populo & tota gens non periret) ſed aliam intelligentiam eſſe rati in uoluntate conſilij Caiaphæ, ab illo die unà conſultarunt, ut Ieſum interficerent. Hæc autẽ dico ſequens hãc intelligentiam, ut ſpiritus ſanctus ſit ille, qui prophetarit in Caiapha: nõ omnino confirmans hoc ita ſe habere, ſed lectoribus iudicium relinquens, utrum admitti oporteat de Caiapha, quòd quaſi repente ſpiritu ſancto ſit motus.

Ieſus ergo iam non propalàm ambulabat inter ludæos, ſed abiit illinc in regionem deſerto uicinam, in ciuitatem, quæ dicitur Ephraim, ibiq; uerſabatur cum diſcipulis ſuis.

HAEC & his ſimilia ſcripta fuiſſe cenſeo, uolente Ieſu nos aduertere, ne iracundius ac incõſideratius inſiliamus in certamẽ mortis, pro ueritate teſtimoniũ præbituri. Etenim honeſtum quidem eſt, ſi inciderit certamen pro cõfitẽdo Ieſum confeſſionẽ non differre, neq; tardare mortẽ pro ueritate oppetere. At non minus quàm hoc honeſtũ eſt, tali tantęq; tentationi occaſionẽ non dare, ſed omnimodo uitare eam, non ſolũ quia tantę rei exitus incertus ſit nobis, ùerùm etiam, ne nos occaſio ſimus, ut magis peccatores, magiſq; impij euadãt illi, qui nondũ ſanguinẽ noſtrum quidẽ re ipſa effudiſſe rei ſunt facti, ſi quæ in nobis ſunt facientes, declinauerimus eos, qui inſidias nobis uel ad mortem uſq; moliuntur, ſed puniẽdi alioquin maiori, grauioriq; pœna noſtri cauſa, ſi noſtri amantes rebus illorum poſthabitis, expoſuerimus nos ipſos interficiendo, nulla nos neceſſitate urgente. Nam ſi etiam qui alicui occaſio peccati factus fuerit, is pœnas dabit ob ea quę ſui cauſa peccauerint aliqui homines, quomodo nõ etiã pœnas daturus eſt, qui cũ declinãdi facultatẽ habeat, ne ꝓditor ille Chriſtiani ſit hominis, & inſidiator cultus diuini erga Ieſum, non declinauerit? imò potius cõcitauerit? etiam ſi quod ad promptitudinem attinet, fortitudinemq; hac in re honore laude ſit dignus apud deum, quem piè colit, apudq; Seruatorem, quem confeſſus fuerit. Porrò quòd noſtri cauſa hæc ſcripta fuerint, quo Ieſum haberemus exẽplar, cuius in huiuſcemodi rebus imitatores eſſemus, docet ſcriptura dicens:

Quærebant igitur eum comprehendere, & nullus in eum coniecit manum, quòd nondum ueniſſet hora eius.

VT enim iuxta hunc textum nullus in eum coniecit manum (præſentẽ, & non fugientem) quia nondum ueniſſet hora eius, ſic etiam ſi non ſeceſſiſſet ad tempus, quòd nondum inſtaret hora, eum haudquaquam detenturi fuerant: Attamen nullus in eum õiecit manum. Quocirca intelligendũ eſt non tantũ illud, ſi perſequuti uos fuerint in una ciuitate, fugite ad aliã, & ea quę ſequunt, ſed etiã hoc, quòd quando unà conſultauerunt Pontifices & Phariſęi ut Ieſum interficerent, id quòd rationi erat maximè conſentaneum, Seruator nõ amplius propalàm ambulabat inter Iudæos: ſed neq; in urbem ſeceſſit turbis plenam, ſed in quandam urbẽ ſeorſum poſitam. Scriptum eſt enim: Ieſus igitur non propalàm ambulabat inter ludæos, ſed abiit illinc in locum deſerto proximum, nempe in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem. Nec ſanè ſolus eò conceſſit, uerùm ne ullam occaſionem ſe quærentibus daret, diſcipulos etiam ſecum aſſumpſit, illicq; uerſabatur cum diſcipulis. Tale quiddam eſt, quod in Euangelio à Matthæo tradito ſcriptum eſt: quando audiens Ioannem traditũ eſſe, ſeceſſit in Galilæam, relictaq; Nazareth profectus habitauit Capharnaum ciuitatem maritimam in montibus Zabulon & Nephthalim: & cum tempus appeteret, ut comprehenderetur, obſeruauit, ne ultra illud pateretur: neq; in Hieroſolymis inueniretur uel in templo, ubi frequẽter docuit, neq; in ullo alio ſimili loco: exiuit enim cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron ubi erat hortus, in quem intrauit ipſe & diſcipuli eius. Sic autem ſeceſſit per id temporis & in publico non ambulabat, ut Pontifices & Phariſæi uolentes illum comprehendere egerent luda: propterea quod diſcipulus ipſius cum eſſet, probè ſciret loca ſeceſſus illius.

Quocirca tunc Iudas cum accepiſſet cohortem, & ex principibus ſacerdotum ac Phariſęis miniſtros, illuc uenit cum lanternis & facibus & armis.

AETERVM in hoc loco Euãgelij declaratur, quòd ſiquidem noluiſſet capi, haudquaquã detẽtus fuiſſet: detentus aũt fuit, cum humilẽ præbuit ſeipſum, factus obediẽs detinẽtibus eum, uel uſq; ad crucẽ: Quando igitur exiuit, & dicit his, qui ad hortũ uenerant, quem quęritis? & reſpõderunt ipſi, Ieſum illum Nazarenũ, cũ illis dixiſſet, ego ſum, uirtute ſua diuina abiere retro, humiq; ceciderũt. Deinde

post hoc cum uoluisset recipere dispensationem atq; œconomiam per passionem rursum interrogauit eos, quem queritis? at illi dixerũt, Iesum Nazarenum. Et post pauca: Cohors & tribunus militum & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum uolentẽ & ligauerunt ipsum se præbentem uinculis. Nam si pati noluisset, rursum dixisset, ego sum, & abijssent hi, tot cum essent retro, omnesq; humi prostrati fuissent. Vt autem talibus rebus docet nos secedere in persequutionibus, & in insidijs quæ aduersum nos struuntur, sic etiam alibi reperias eum secedere ab his, quæ bona mundus ducit, ut hãc ob causam doceat nos mundi dignitates fugere, excellentiasq; in ipso existentes. Iesus enim cum aliquando cognouisset futurum, ut uenirent, & raperent eum, ut illum Regem facerent, secessit in montem, sed non cum discipulis sed solus, ne his occasionem quidem præbens (tanquàm ipsum amantibus & uolentibus cum cæteris ipsum facere Regem) ut iam mundanè ipsorum etiam Rex esset. Hæc quidem in textum, & in doctrinam, quæ est ex euangelica litera, de secessu. At uerò in anagogen talia dicũtur: Iesum olim propalàm inter iudæos obambulasse, quãdo sermo Dei per prophetas inter eos uersabatur: Iesu enim erat propalam uox illa: hæc dicit Dominus, sed nunc nõ amplius Iesus inter iudæos propalam obambulat, sed inde abijt, nec est Dei sermo inter iudæos: indeq; digressus nẽpe à iudæis, uenit in locũ deserto uicinũ, de quo dicitur: multi filij desertæ magisq; eius, quæ uirum habet, & ad quam dicitur: Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis. Est autem deserto uicina ciuitas Ephraim ad quam uenit Iesus, non amplius propalam obambulans inter iudæos. Sonat autem Ephraim (si interpreteris) fertilitas: fuitq; Ephraim frater Manasse, hoc est populi natu grandioris, maximeq; obliuioni traditi. Simulatq; enim derelictus est populus obliuioni traditus, orta est ex gẽtibus fertilitas: nempe cum flumina quidem, quæ sunt in Israele, uertit in desertum, & uenas aquarum illic existẽtium, in loca siticulosa. Et terram eorum frugiferam in sterile solum, propter incolarum uitiositatem, gentium uerò desertum uertit in stagna aquarum, terramq; eorũ siticulosam, in uenas aquarũ: ibi collocauit famelicos, & extruxerunt urbem celebrem, nempe ecclesiam, ubi seminauit agros iuxta semen, quod cecidit in terram bonam faciẽtem fructum centesimũ & plantauit uineas, cuius palmites erant discipuli Domini, qui etiam fecerunt fructum copiosum, & benedixit eis, & multiplicati sunt ualde. Quin etiam ne hos quidem, qui à ratione alieniores erant, paruos esse cogitauit ille, qui homines & iumenta seruat. Scriptũ est enim, & iumenta eorum non minuit: Ac Iudæi quidẽ imminuti sunt, & afflicti fuere propter tribulationem & propter mala & propter dolorẽ, effuditq; deus cõtemptũ in principes propter Abraã: & errare fecit eos per uastitatẽ in uiã, & non in uia. Deus igitur, post Iudæos, populũ gentilẽ pauperẽ exemit ex mẽdacitate, tractauitq; familias uelut oues, quos uidebunt mox angeli & lætabuntur, & omnis iniquitas obturabit os suum. His in psalmo sexto supra centesimo prophetatis, subiungitur, quisquis igitur sapit custodiet hęc & intelliget: benefico enim existente domino in gentileis, sapiẽs hęc custodiet intelligens beneficia dñi. Iesus igit̃ non amplius in publico obambulabat inter Iudæos, sed inde abijt in locum totius orbis ecclesiæ deserto uicinum, nempe in urbem Ephraim, quæ dicitur frugifera ciuitas, illicq; uersabatur cum discipulis. Estq; ad hunc usq; diem Iesus cum discipulis in urbe quam uocant Ephraim deserto uicinam, nam adest fertilitati, et in ortu sanè huius Ephraim dicet illius genitor dominus noster frumenti errogator (qui seipsum humilem præbuit factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis) auxit me deus in terra afflictionis meæ.

Ioan. 6

Gal. 4

Instabat autem pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam è regione ante pascha, ut purificarent se. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur inter se in templo stantes: Quid uidetur uobis, quòd non uenerit ad diem festum.

NON idem cẽsendum est esse Pascha domini, & Pascha Iudæorũ. Nam Pascha secundũ legem, ad dominum pertinet, ad eos uerò qui sunt exleges, Pascha Iudæorum. Quocirca animaduertendum est quando dicitur Pascha domini, & alij dies, & quando non domini, sed eorum qui redarguuntur ob peccata. Ver bi gratia, in Exodo post alia scriptum est de paschate in primo præcepto: Et comedetis illud festinanter. Pascha est enim domini. Et in secundo: Si dixerint ad uos filij uestri, qui nam cultus est uobis iste? respondete, uictima est Pascha domini, quoniam protexit domus filiorum Israel in Ægypto. In Esaia uerò non sui ipsius, sed peccatorum inquit dominus esse nouilunia, & sabbata, & ieiunium, & ferias, & festiuitates, quòd si festiuitates, liquet etiam quòd pascha, cum hæc una sit inter festiuitates. Scriptum est autem hunc in modum: Nouilunia uestra, & sabbata uestra, & diem magnum non tolero: ieiuniũ, & ferias, & nouilunia uestra, & festiuitates uestras odit anima mea. Quin in uno ex duodecim prophetis scriptum est. Odi ac detestor festiuitates uestras: & iuxta expositam eloquutionem, Pascha non Domini, sed Iudæorũ erat: dictumq; est Iudæorum pascha, quòd in ipso insidias molirentur Seruatori nostro. Opinor etiam illis prophetice dictum fuisse: odi atq; abominatus sum festiuitates uestras: opus em̃ non congruens festiuitati dei, sed scelestũ in ipso Pascha fecerunt, interfecto Iesu. Verũtamen ante hoc Pascha Iudæorum, multi ascenderunt ex regione, ut se purificarent. Præoccupans aũt dicerem, multos non considerasse, quomodo purificarent seipsos, propterea q; existimantes suũ ipsorum Pascha cultum præstare Deo, tantum abfuit ut se purificarent, ut etiã scelestiores fierent q; erant antequàm sanctificarent seipsos. Dixerunt em̃ Pilato, qui Iesum illi tradiderunt, Iudæi: Nobis non licet interficere quẽquam, propter quos ille dixit Seruatori: Nunquid ego Iudæus sum? gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Ac sanè qui dicebant se ascendisse, ut purificarentur, clamauerunt dicentes Pilato: Hunc ne dimiseris, sed Barabam: erat autẽ Barabas latro, & rursum responderunt Iudæi: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Et rursus Iudæi clamauerunt ad Pilatum dicentes. Si hunc dimittis, nõ es amicus Cæsaris: nam quisquis se regem facit, contradicit Cæsari. Ac rursus clamauerunt Iudęi tolle, tolle, crucifige eum. Ac sanè qui ascenderant ante pascha seipsos purificaturi dicant in eodem Paschate: non habemus regem nisi Cæsarem. Cæterum quod discipulis Seruator dixerat prophetãs ac dicẽs: uenit hora cum quisquis uos interfecerit, uideat̃ cultum præstare deo, in seipso cum incœpisset impletum est. Qui nãq; dignum esse censuerũt ut moreretur, quiq; ascenderant Hierosolymam ante Pascha, ut se purificarent, uidebantur cultum præstare deo. At uerò purificatio uera non ante pascha, sed in ipso Paschate erat, tum scilicet quando Iesus mortuus est pro his qui purificabantur, uelut agnus ille dei, & tulit peccata mundi. Ac profectò Iesum quærebant hi Iudęi nõ ut adiuuarentur, sed ut eum interficerent, quibus dixerat: Nũc uerò quæritis interficere me hominem qui ueritatem loquutus sum uobis: quam audiui à deo. & sanè in templo ipso stantes colloquebantur inter se de Iesu: Quid uidetur uobis quòd non uenerit ad diem festum? At non ubi hi stabant diem festũ agebat Iesus, sed in cœnaculo magno sco pis purgato & mundato, ubi desiderio desiderauerat Pascha manducare cum discipulis ante equàm pateretur. Dices igitur eos etiamnum in templo stare quærentes Iesum, innixos ueluti sacris scripturis: sed quia quærentes ignorẽt eum qui uenit, huic quidẽ maledicere, diuersum uerò ab hoc cõfiteri Christũ. Adhibe uerò mentẽ, an dicere possis, alios quoq; Iudæos esse qui ascendant Hierosolymam, ueniantq; ad urbem Dei ex regione quæ est extra Hierosolymã, ueniantq; ut purificati diem festũ tum agere, possint cũ Pascha immolatus fuerit Christus, non fermẽto ueteri, neq; fermento malitię & uersutiæ, sed in panibus fermento carentibus, hoc est synceritate & ueritate. Huiusmodi q; sanè quærent Iesum in templo scripturarum stantes, & inter se dubitantes, an uenturus sit Iesus ad diem festum.

Dederant autem Pharisæi & pontifices mandatum, ut si quis cognouisset ubi esset, indicaret, ut comprehenderent eum.

VIDE ut dictus est secessisse, quo nos etiã discamus in tempore idẽ facere. Ac profectò attende, neq; Pontifices neq; Pharisęos nosse ubi sit Iesus: & quòd nescietis, dent mãdatum, ut si quis agnouerit ubi sit indicet illis, ut cõprehendat eum. Atq; etiam aliter dices, quòd qui Iesu insidias moliuntur, nesciunt ubi sit, quã ob causam alia dant mandata à mãdatis dei, docẽtes doctrinas, hominumq; mandata.

Et sunt ipsorum mandata, quæ Pharisæi præbent, & pontifices corporalium Iudæorũ aduersus Iesum. Volunt enim quosdam indicari sibi Iesum, ut illum mancipium acceptum prodãt, & dices, omnem curiosè perscrutantem Christianismum quo subuertat illud & accuset, Pharisæum quendam esse, & non bonum pontificẽ: rerum ratione carentium dantẽ mandata, quibus existimat se docere Iesum, ut ipsum sibi indicatũ comprehendat, & contumelijs affectum occidat. Verum cum satis inscriptionis acceperit primus & trigesimus tomus explanationum in Euangelium à Ioanne traditum, hoc in loco finiemus orationem, in secundo & trigesimo quæ sequuntur, prosequuturi, deo dante.

TOMVS TRIGESIMVSSECVNDVS

EO nobis per Iesum Christum iter ex animi sentẽtia largiente, gradimur per
D Euangelij sancti uiam magnam, eamq; uiuentem, ut ad ipsius etiam finẽ perueniamus, si per eam à nobis agnitam ambulauerimus, atq; utinam cum nũc ueluti secundam &]trigesimam stationem, in his quæ dicentur ingredi conemur, nobis adsit columna illa lucidæ nubis Iesu, quæ nos præcedat cum opus erit, rursusq; stet cum oportebit, donec ò Ambrosi homo sacer idemq; frater, totum copiosis commentationibus explanauerimus Euangelium, non succumbentes ob lõgitudinem uię prolixæ, neq; defatigati ob nostram infirmitatẽ, sed conantes incedere per uestigia columnæ ueritatis. Vtrum autem uelit deus, mentem nostram iter perficere scripturæ totius Euangelij à Ioanne traditi explanationibus an non, ipse nouit. Tantum domi existentes in corpore, & ab ipso peregrinantes, ut præsentes adsimus apud dominũ, extra Euangeliũ nõ eamus, ut operibus, sermonibusq; beatitudines ferentibus, in Paradiso delicijarum dei fruamur.

Et cœna facta cum diabolus iam immisisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ, ut proderet eum, sciens Iesus omnia dedisse sibi patrem in manus, seq; à deo exisse, & ad deum abire, surgit à cœna, & ponit uestimenta, cumq; accepisset linteũ præcinxit se, deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo præcinctus erat.

N Homilijs, quas in Lucã ædidimus, parabolis inter se collatis, inquisiuimus
I quid in diuinis scripturis significaret prãdium, quidq; rursus in his significet cœna, dicat ergo etiã nunc, quòd prandium sit illi primus cibus qui ijs, qui introducuntur, conuenit, atq; etiam antequàm finiatur dies spiritualis, qui in hac uita obtingit, cœnã uerò esse ultimũ illũ cibũ, qui rationabiliter apponit his, qui plus profecerunt, nisi dicat etiã aliquis, prandiũ esse intelligentiã literarum antiquarum, cœnam uerò mysteria, quæ in nouo testamento sunt recondita. Hæc autem in procœmio dicta mihi fuere exquirenti, quomodo facta cœna surgit Iesus, & missa aqua in peluim, cœpit lauare pedes discipulorum, arbitror enim ego, eos qui cum Iesu cœnant, cibũ cum ipso percipiẽtes, in ultimo huius uitæ die, purificatiõe quidẽ aliqua opus habere, cum tamen non opus habeant, ut primæ partes corporis animę (ut ita loquar) illorũ lauent sed ut aliquis diceret, illa illis tantum lauanda sint, quæ sunt ultima, & extrema, & quæ in terra necessariò uersantur, hanc q; purificationem primum quidem à nullo, præterquàm à solo Iesu fieri posse, deinde uerò etiam à discipulis suis, quibus dixit: debetis & uos mutuò lauare pedes, exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, sic & uos faciatis. Quin Euangelista etiam uidetur mihi, excitans mentem nostram ad intelligentiam spiritualem præsentis loci, non obseruasse hoc in loco corporalem lauandi consequentiam & ordinem: quãdoquidem qui opus habent lauari ante cœnã, anteq; cœnæ accubitum pedes lauent, sed id temporis cum sermone cõsumpsisset, scilicet Iesum, qui iam accubuerat cœnandi causa, à cœna surrexisse, ut discipulorum, qui iam cœnarant, magister & dominus inciperet pedes lauare: nanq; ante cœnam loti erant, et facti mundi toti, propter illud, lauamini, mũdi estote, auferte uitia ab animabus uestris, coram oculis uestris, & quæ sequunt: post quod lauacrũ secunda etiã aqua egebant ad solos pedes, hoc est ad eas solas partes, quæ infimæ sunt. Nam alioquin facto lectu nõ est, ut anima nihil sordium contrahat, ne in extremis quidẽ partibus, & quę infimæ sunt, etiam si quo ad homines perfectus quis esse uideatur, atq; multi quidẽ etiã post baptismum peccatorum puluere caput replent, uel ea quæ sunt paulo inferiora, qui uerò germanè ipsius Iesu discipuli fuerint, adeò ut eò perueniant, ut etiam cum eo ipso cœnent, solos pedes habent, qui egeant lauari ἀπὸ τοῦ λόγου, hoc est à filio dei, & ratione, & certe qui uidet diuersitates peccatorum, quiq; peccata considerat (quantum ad accuratam, & constantem rationem) quæ nec peccata existimanr̃ esse apud multos, is uisurus est quæ nam sint illa, ob quæ opus habeant pedes lauari à Iesu. Sin uerò talia sunt pedum inquinamenta, quid facturi sumus nos, qui nunquam ad cœnandum cum Iesu peruenimus? quiq; non pedes tantũ habemus inquinatos? dicente Iesu Petro tùm nescienti, sed agnituro postea mysterium lauationis pedum qui à Iesu mundantur, nisi lauero te, non habebis partẽ mecum, quod quẽ sensum habeant inquires, utrũ ne hũc: Nisi lauero te, nullam omnino bonam partem habiturus es, an illum, ne mecum quidem præceptore ac Domino, habiturus es partem, nisi lauero te. Sed cum meis inferioribus, inter quos sunt ij, qui post baptismum nec cœnarunt mecum, nec pedes habuerunt à me lotos, uel si cœnarunt, à me tamen loti non fuerunt, illud autem noto: ego sto ad ostium & pulso, si quis mihi aperuerit ostium, ingrediar ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum, ne fortè Iesus cum ullo non prandeat: neque enim cuiquam get introductione & primis disciplinis, neq; prandet aliquis cum eo, sed qui cum illo comedit, tantùm cœnat. Plusquam enim Solomon, inquit, hoc in loco, de quo scriptũ est, & erat prandium Solominis hoc, quod in Regum tertio recensitum est. Ausim etiam hoc dicere tanquam consequens huic dicto, nisi lauero te, non habebis partem mecum, Iesum Iudę pedes non lauisse: nimirũ quòd illi iam diabolus immisisset in cor, ut Iesum traderet præceptorem & dominum, cum inuenisset eum nõ indutum omnẽ dei armaturã, nec habentem fidei scutum, quo ualet quis omnes mali illius sagittas ignitas extinguere, intelligo enim iaculo petitum, sicut scriptura hac de re in septimo psalmo docet, feriente diabolo, qui ueluti sagittarius sagittas ignitas confecit ijs, qui omni custodia cor suum non seruant. Est autem psalmi contextus talis: Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit, arcum suum tetendit & parauit illum, & in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardentes effecit. Ecce parturijt iniustitiam, concepit laborem & peperit iniquitatẽ: Atq; omis quidẽ fatebit, ecce parturijt in iustitiã, cõcepit laborẽ, & peperit iniquitatem referri posse ad diabolum, ad quorum etiam uerborum similitudinem, non existimare dictum fuisse illud, nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit, arcum suum tetendit & parauit illum, & in eo parauit uasa mortis, absurdum est. Nam uasa mortis nemo alius arcu suo quem tetẽdit, parauit, nisi ille cuius inuidia mors intrauit in orbem. Ex ijs igitur sagittis quas ardentes confecerat diabolus, immisit in cor Iudæ Symonis Iscariotis, iam sic in cœna saucij, ut etiam illi placeret celeriter conuiuato rem prodere. quoniam cœnæ huius cibus, uinumq;, quod in ipsa erat, cor non poterat (diaboli enim erat sagitta saucium) penetrare. Nec aperte in his apparet quis esset ille, à quo cœna fiebat, ut in superioribus: fecerunt illic, inquit, cœnam illi, & Martha minis strabat, eratq; Lazarus unus ex recumbẽtibus cum ipso. atq; de Iuda quidem scriptum est, cum iam diabolus immisisset in cor Iudæ Symonis Iscariotę, ut proderet eum. Sed huic consequenter dices de singulis cor à diabolo saucium habentibus: cum iam misisset diabolus in cor illius ut fornicaretur, & in cor illius ut fraudaret, & ut perditæ opinionis admittat idolatriam alicuius ex his, qui uidentur esse in dignitate: & isto modo in cæteris peccatis etiam dices, quæ diabolus mittit in cor, quòd non habet fidei scutum, quo fidei scuto non unam, aut duas, sed omnes mali sagittas extinguere quis potest. Appropinquante igit̃ œconomia passionis, in qua proditurus eũ erat Iudas Symon Iscariotes à diabolo saucius est factus.

Luc. 11
3 Reg. 10
Ioan. 12
Ioan. 13

Cœna iam facta, sciens Iesus omnia sibi dedisse patrẽ in manus, seq; à deo exijsse, & ad deum abire, surgit à cœna.

GITVR quæ antea non erãt in manibus Iesu, dantur à patre in manu illius,
Psal.119 I nec aliqua quidem & aliqua nõ, sed omnia, quæ spiritualiter Dauid uidens inquit: Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam, donec inimi cos tuos subdam scabellum pedibus tuis. Etenim inimici Iesu pars quædam omnium erant, quos nouerat Iesus, quantum ad præscientiam sibi datos fuisse à patre. Vt autem uideamus apertius, q; scit omnia sibi dedisse patrẽ in manus, inspiciamus hoc dictum.
1.Cor.15 Quemadmodũ omnes in Adam moriunt, sic etiã in Christo omnes uiuificabunt, nam quãuis dederit illi omnia pater in manus, atq; in Christo sint oẽs uiuificandi, nõ confun ditur tamen iustitia dei, quin distributio fiat ex dignitate uniuscuiusq;, quod declaratur ex his, quæ mox huic dicto, sic in Christo oẽs uiuificabunt, subiungunt, nempe unus-
1.Cor.15 quisq; aũt in suo ordine. Rursusq; uarie ipsos cõsiderabis ordines eorum, qui in Christo sunt uiuificandi, quando implet illud: omnia dedit ei pater in manus, illud notans, pri-
1 Cor.15 mitiæ Christus. Deinde hi qui sunt Christi, id aduentu eius. Deinde finis, qui finis cum Christo in aduentu eius instabit, cum tradiderit regnũ deo & patri, prius omni princi-patu & potestate ac uirtute abolitis. Mouet aũt me, ut credam principatũ omnẽ & po testatem omnem & uirtutem omnem quæ destruuntur, ea esse, aduersus quæ nobis sit
1 Cor.15 pugna, eò quòd his quæ Paulus dixit, mox subiungatur: Oportet enim eum regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedes suos. Deinde nouissimus hostis aboleatur mors. quod profecto cum hoc dicto, omnia dedit illi pater in manus eius, conuenit, id
2 Cor.15 quod apertius exponẽs Paulus inquit: cum dicat omnia illi subiecta esse, palam est excipiendum eum, qui subiecit illi omnia. Sin uerò omnia subiecta fuere, præter eum qui subiecit illi omnia, perspicuum est q; & is de quo scriptum, coram domino omnipoten te collum fregit, erit ex his qui subduntur illi, uictus ut cedet sermoni filio dei, & ut sub datur imagini dei, & sit subsellium Christi pedum. œconomiam igitur aspiciens ad bo num finem iam tendentem, propter illud, cum iam immisisset diabolus in cor Iudæ Sy monis Iscariotis, ut eum proderet, nouerat omnia sibi patrem dedisse, dedisseq; in ma nus omnia capiẽtes, ut omnia essent illi mancipia. Vel omnia dedisse sibi patrem in ma nus nouerat, hoc est in actiones suas, & rectè facta, nam pater, inquit, meus ad hoc usq;
Ioan. 5 temporis operatur, & ego operor. Cæterum propter illa, quæ, à deo exierãt facta extra deũ, & extra eũ, qui uoluisset principaliter exire à patre, exiuit à deo Iesus, ut quę exie-rant, uenirent in manus tua, & ordine Iesu, disponerentur ad deum ire sequentia Iesum:
Ioan. ult. & quia sequerentur Iesum futura apud deum, ex quo dictum est Petro, quò ego uado, non potes me nunc sequi, sequeris aũt postea, adhuc enim habebat Petrus, quod non permitteret illum sequi λόγῳ, & filium dei. An uero simile sit, an potius iuxta quandã iustam analogiã, & rationẽ illud, quod dicendũ est singlis illis omnibus, quæ pater filio dedit in ipsius manus (singulis enim omnibus dicetur illud. Sequeris autem me postea) considerare te oportet: uerum si simul non sequantur, cum dicitur, sequeris autem me postea, uox postea singulis, qui sequuti fuerint, cõueniens, nõ ad idem tẽpus refert, id quod etiã mihi considera de his, quę destruuntur, siue cum destruxerit omnem prin-cipatum, siue omnẽ potestatem, siue omnẽ uirtutem, & generatim donec posuerit om-
Ioan.13 nes inimicos sub pedes suos, atq; ultimus hostis abolebitur mors. Sciẽs igitur Iesus o-mnia dedisse sibi patrem in manus, seq; à Deo exisse, & ad patrem abire, & sciẽs ualde, ob quæ moti sumus, ut exposuerimus in medium adducentes opinionem nostram, in hoc dictum, à Deo exiuit, & ad Deum uadit, surgit inquit à cœna, quod pariter cõside rabimus cum sequentibus: & uide, an possis in his dicere, summopere quidem illũ ob lectatum fuisse cœnando cum discipulis suis, afflictim uerò, & necessario, propter di-scipulos, à cœna surgere, eatenusq;, à cœnando eum cessare, quatenus pe des mundet discipulorum non ualentium habere partem se-cum, nisi ipse illorum pedes lauerit. Sedconsidere mus diligenter quid dicatur post hæc uerba.

Surgit

Surgit à cœna: ponit uestimenta, cumq; accepisset linteum, præcinxit se.

D ICAMVS etiam in hoc contextu ad eos qui nolunt à uerbis ascendere, & mente cõsiderare animæ cibos in his uerbis positos. Quid obstabat quo minus indutus ipse discipulorũ pedes lauaret? An uerò nisi aliquo modo uide rimus, ut dignum est ipsius Iesu uestimenta quibus circũdabatur cœnans, cum discipu lis se exhilarãs, cõsiderabimus quod ornamentũ circa se habebat caro factus, filius dei sermo, hoc autem formatum in quadã textura, & tela dictionum ad dictiones, & uocũ ad uoces deponit, fitq; nudior cũ figura seruili, quod declaratur per illud, cũ accepisset linteũ præcinxit se, ut & nõ omnino nudus esset, & cũ lauisset, tela ad id accõmodatio-re discipulorũ abstergeret pedes. Et uide in his, quõ magnus & glorificatus sermo fa-ctus caro seipsum minuat, ut lauet pedes discipulorũ, mittit eñ, inquit, aquã in peluim. Gen. 18
Atq; Abraam equidem cum respexisset oculis suis uidit, & ecce tres uiri steterũt iuxta eum, quos cum uidisset occurrit eis de ostio tabernaculi, & incuruauit se uersus terram & dixit: Amabo Domine si hanc gratiam à te impetrare possum, ne quæso prætereas seruum tuum. Non ipse accipit aquam, non promittit se pedes eorum (qui ueluti hospi tes aduenerant) lauare, sed inquit: Sumat quæso aqua, & lauentur pedes uestri. Sed ne Gen. 43
Ioseph quidem aquam attulit, ut lauaret undecim fratrũ pedes, sed homo de domo Io seph eduxit ad eos Symeon, & tulit aquam ut lauaret pedes suos: at uerò ille, qui dixit: Matt.11
Ego ueni, non tanquam qui recumbit, sed tãquam qui ministrat, quicq; dicebat iustè, di-scite à me, quia mitis sum, & humilis corde, ipse mittit aquam in peluim: norat enim ne minem sic posse lauare pedes discipulorũ, qui uenerant ad peluim appositum sibi à Ie-su. Deinde quæro, cur tandẽ nõ scriptũ sit, lauit pedes discipulorũ, sed dictũ fuerit, cœ-pit lauare pedes discipulorũ. Sed fortasse consuetudo talis est scripturarũ, iuxta quã nõ iure (cõparatione cõsuetudinis multorũ) præponi uidetur illud, cœpit quidem lauare pedes discipulorum Iesus, haud tamen cessauit, cum tum lauisset illorũ pedes, lauans e-tiam postea atq; complens ipsum lauare, quoniam inquinati fuerãt, iuxta illud: omnes uos offendemini causa mea nocte hac, & iuxta illud quod Petro est dictum: Non can-tabit gallus, donec ter abnegaris me. Cum enim hæc peccata cõmissa fuerunt, tũc opus habuerunt discipulorũ pedes inquinati, ut rursum lauarenẽ: quos lauare cœpit quando surgit à cœna, ac lauare cõpleuit cum eos mundasset non amplius inquinandos. Hunc etiam in modum cœpit extergere pedes discipulorũ, illlos complens abstergere, cum compleuit etiam lauare.

Venit ergo ad Symonẽ Petrum, & dicit ei ille: Dñe tu mihi lauas pedes? Respon-dit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nunc nescis, scies autem postea. Dicit ei Pe-trus: Nequaquam laueris pedes meos in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habes partem mecum. Dicit ei Symon Petrus: Domine non tantùm pedes me os, sed & manus, & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, nihil opus habet, præterquam pedes lauare, sed est mundus totus, & uos mundi estis, sed non omnes, sciebat enim, quis nam esset proditor ipsius.

H IS, quæ nunc à Petro sunt dicta opportunè utemur, exẽpli causa sic ubi o-pus fuerit, propterea q; facilè factu sit, ut aliquis propter imprudentiã opti-mo proposito dicat, quæ sibi minime sint utilia: Nã si Petro utile erat ad ha-bẽdam partẽ cũ Iesu, ut sui pedes lauarent ab ipso, et Petrus nesciẽs utile hoc esse, prius quidẽ ueluti addubitãs dixit uerecũdè: Dñe tu mihi lauas pedes? ac denuo, nõ lauabis mihi pedes in ęternũ, & quæ Petrus dicebat, prohibebant Iesum eò eũ euehere, ut habe ret partẽ secum: perspicuũ est etiam si sano proposito, & uenerãdo ad præceptorẽ hoc dixerit, nocẽter sibi dixisse. Itaq; hac specie peccatorum uita eorũ repleta est, qui dum ad fidem ueniuut, res quidem proponunt sibi præstantes, propter ignorantiam tamẽ quæ in contrarium ducunt, dicunt uel etiam faciunt. Atque huiusmodi profecto sunt qui dicunt, ne tetigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris de omnibus quæ sunt in corruptionem, & abusum omnium, iuxta quandam doctrinam utpote huma-nam diuina longe inferiorem. Quid aũt dicere oportet de his qui in hęresiis fluctuant;

quicq;

quícp omni uento circumferuntur per uersutiam hominum diuulgantiũ salutaria esse quæ perniciem afferunt, ac tancp in honorẽ Iesu falsa de ipso opinantium. Petrum itaq; sæpenumero scriptura talem notauit feruentiorem ad promittendum, quæ sibi uidebantur meliora: quẽadmodum etiam in eo, quod dixit absq; ulla examinatione, ac uoluti spernẽs prophetiam Iesu de discipulis dicentis: omnes uos offendemini mea causa nocte hac, & causam ostendentis in eo, quod ait: scriptum est enim, percutiam pastorem, & dispergent oues gregis. Absq; ulla enim examinatione, & quasi spernens enunciationem Iesu, dixit ad hoc, etiam si omnes offendantur tua causa, ego tamen nunquã offendar: id quod tum temporis temerarium existens in animo ipsius, etiã in causa fuit, ut grauiore præ cæteris lapsu peccarit ipse, Iesum ter negando ante galli cantũ. Hanc ob causam talem sui ipsius temeritatem priorem diligẽtius cum perspexisset, postea factus est fortissimus, atq; ad quidquid accidisset æquanimiter ferendum paratissimus.

Gal.2 Quod declaratur ex eo, quòd Paulo dicente illi coram omnibus: Si tu Iudæus cum sis gentiliter uiuis, & non Iudaice, quomodo gentes cogis Iudæorũ more uiuere, & quæ sequuntur, hic cum fortitudine tacuit, & patientissimè quod illo in loco cũ ratione factum fuerat nõ docuit, qua de re accõmodatius quis in epistola ad Galatas disputabit. Quin in apostolorũ quoq; actis, cõstantia ipsius ad eandem imaginẽ trãsformati, patebit singula obseruãtibus, & mentẽ adhibẽtibus. Igitur hoc etiã in loco, Iesu, qui à cœna surrexerat, & posuerat uestimẽta, quícp præcinxerat se eo linteo quod acceperat, quícp posuerat aquã in peluim, atq; inceperat lauare pedes discipulorũ, & abstergere linteo quo erat præcinctus, cũ omnes exhibuissent pedes cõsequẽter opinioni, quã iam ante de Iesu cõceperant, uidentes q talis nõ sine causa, nec ut multi dicerẽt, grauare uolens discipulos, lauat ipsorum pedes: sed utile aliquid perficiens, quod expectabant in posterum cognoscendũ, considerantes ne forte hæc agerent symbolum existens alicuius rei, solus Petrus, id quod in promptu erat & apertum intuitus, nullo alio consilio adhibito, ueluti honorãs Iesum, non præbuit illi suos pedes lauandos, sed primum quidem tentauit illum pudore perfundere dicens: Domine tu mihi lauas pedes? Deinde cum debuisset parere dicenti, quod ego facio, tu nescis nunc, scies aũt postea, inquit: non mihi lauabis pedes in æternum. alioquin etiam cum cæteri discipuli commisissent seipsos Iesu fidei, de re nulla illi contradicentes, hic ex his, quæ dicit (etiam si recte se uerba facere putabat) non solùm Iesum incusat, tancp qui sine causa discipulorum pedes lauare inceperit, uerum etiam condiscipulos. Nam si ipse, opinione sua, dum prohibere uelit, officiosum se præbuit, illis idipsum non considerantibus, etiam illos accusauit, qui præter officium pedes suos lauandos Iesu præbuissent. Atq; equidem si cogitasset, rectæ quæ cum ratione efficit, nõ cõtradicendũ, cogitasset q; rationabile esse id quod fiebat, dum lauarent discipulorũ pedes à Iesu, haudquaq; repugnasset facto. Qamobrem apparet sine iudicio eum cogitasse uoluntatem Iesu de lauandis pedibus discipulorũ, rationi consentaneam non fuisse: q si opus est scripturam perscrutari usq; ad ea, quæ minima esse putantur, quæret aliquis. Cur tandem eum in numerandis apostolis primum locum obtineat Petrus (fortassis quia cæteris honorabilior, quoniã etiã uerè omniũ ultimus ludas, ob malum affectum in ultimum locũ proiectus iacet) cum Iesus incepisset lauare pedes discipulorũ, & abstergere linteo quo erat præcinctus, non à Petro inceperit, sed ab illo? Ad quod respondendum est: Vt medicus plurimis infirmis submistrans iuxta artẽ medicinæ, initium medendi facit ab his qui urgẽtur, quicp peius affecti sunt, sic discipulorum sordidos pedes lauantem, incepisse à magis sordidis atq; equi dem fortassis ad Petrum postremò uenit, quia minus cæteris indigeret ut sibi lauarentur pedes: fortassis etiam status pedum suorum, qui proxime accedebat ad mũdiciem,

Ioan.13 effecit, ut cõtradicere cogitaret. Porrò si examinemus quod dixit Iesus (nempe qui lotus est, nihil opus habet præterquam pedes lauare, sed est mundus totus, & uos mundi estis, sed non omnes) fortasse talem suggerit intelligentiam, perinde quasi discipuli lotos haberent pedes à Iesu, & quòd non amplius opus haberent præter illam lauationẽ, ut lauarentur illorum pedes: quod q Petrus etiam mundus existeret, antecp illius pedes lauaret Iesus. Quòd si cõtra hæc quęrat aliquis, cur cũ dixisset, qui lotus est, nõ opus habet ut lauetur, sed est mundus totus, lauet tamẽ Iesus pedes discipulorũ, qui alioquin opus

opus non habebant sibi eos lauari, huic illud dicendum est omni habenti dabitur & adijcietur, unde habentibus discipulis munditiem, Iesum, ut adijceret munditiei illorum, illorũ pedes etiam lauare, illos alioqui non lauaturus, ni loti fuissent, atq; omnino mundi: ita tamen ut dicamus neminem ex his, qui isto modo sunt mũdi (etiam si perfectus sit inter homines) absente munditia (ut ita loquar) Iesu mundum reputandum esse. & hæc quidem ultimo expono, quæ succurrerunt post priora superius dicta, seruantibus nobis ordinem eorum quæ in mentem uenerunt, & intelligentiam: uerbi gratia, cum prius cõspexerimus sordidatos pedes discipulorum, eguisse ut à Iesu lauarent, nunc id circo illũ illorũ pedes lauisse dicimus, quia essent cõparatione hominũ mundi, sed nõ etiã apud deũ. Nec em̃ sine Iesu aliquis fit apud deũ mundus, etiã si coram se existimet aliquis aliqua diligẽtia seipsum mundũ fecisse, iam in his, qui hominũ cõparatiõe mundi sunt facti, quícp loti sunt Iesu baptismo, quícp etiã ab ipso lotos pedes habẽt, inhabita re potest etiam spiritus sanctus, uirtusq; ex alto ceu uestimentum. Atq; Petrus quidem non considerans rationem uoluntatis Iesu, qui inceperat lauare pedes discipulorum, & abstergere linteo quo erat præcinctus, dicit illi: Domine tu mihi lauas pedes? Dubitatiue, & ueluti pudore illum afficere uolens, hoc dicens.

At uerò Iesus respondit, & dixit illi: Quod ego facio, tu nunc nescis, scies autem postea.

D OCENS mysteriũ hoc esse. Sed quid erat illud quod faciebat Iesus lauãdo pedes discipulorũ? An operabatur lauando ipsorum pedes, & abstergendo linteo quo erat præcinctus, ipsos speciosos? cum futurũ esset, ut apostolis bona euangelizarent? Nam quando lauit pedes discipulorũ Iesus, tunc opinor illud propheticè dictũ de apostolis suis cõpletũ fuisse: Quàm speciosi sunt pedes euãgelizantium bona. Quòd si pedes discipulorum lauans pulchros eos facit, quod dicturi sumus ingenerari à uera pulchritudine, his qui toti sunt baptizati à Iesu spiritu sancto & igni? proinde pedes euangelizantium bona pulchri facti fuerãt, ut loti & mundati & absterti Christi manibus, incedere possent per sanctam uiam, atq; iter facere per illum qui dixit: Ego sum uia. Solus enim, & omnis cuius pedes lauerit Iesus, uiam perambulat hanc uiuentem, & ad patrem ducentẽ. Nec capit hæc uia pedes inquinatos, & pedes qui nõ dum sint mundi. Atq; Moses quidem opus habebat soluere calciamẽtum ex pedibus suis, quoniam is locus ad quem peruenerat, & in quo stabat, terra sancta erat: similiter Iesus Naue filius. At uerò Iesu discipuli, ut per hanc uiuentem animatãq; uiam perambulent, tantùm sunt contenti non habere calceos in uia, quia hoc illis præcepit Iesus. Sed enim ad hanc ipsam uitam conficiendam opus habebant lauari à Iesu, qui depositis uestimenta: fortassis ut mundos illorum pedes existentes, mundiores faceret. Fortassis etiam, ut immunditiam, quam in pedibus suis habebant discipuli, in suum ipsius recipieret corpus, mediãte linteo eo quo solo præcinctus erat: Fert ipse nanq; infirmitates nostras. Vide igitur quòd lauaturus pedes piscipulorum nullum aliud tẽpus elegerit, nisi quãdo iam diabolus immisisset in cor Symonis ludæ Iscariotis ut proderet eum, & quando faciẽda erat pro hominibus œconomia: ante hanc etenim non oportunũ erat discipulos habere pedes à Iesu lotos. quis enim loturus fuerat pedum illorum sordes intra hoc tempus usq; ad passionem? Sed ne tempore quidem passionis. Neq; enim alius erat Iesus, qui illorum lauaret pedes, ac ne post œconomiam quidem. Iam enim aderat hora spiritus sancti ad discipulos uenturi iam factos mundos, et lotos habentes pedes eosq; promptos, & pulchros ad euangelizandum in spiritu sancto bona. Tale igitur illud est: quod ego facio, tu nũc nescis, scies aũt postea. Quòd ego lauem pedes uestros, nota est, quòd animarum uestrarum purificentur gressus, ut sint pulchri, euangelizatu ris uobis bona, & mũdis pedibus ingressuris in hominũ animas. Hoc autẽ mysteriũ tu nunc nescis, quia nõdũ percipis cognitionẽ eius oportunius in te futurã, simulatq; ego lauero pedes tuos, postea cognosces, dũ hoc intelliges illuminatus cognitione nõ partua, neq; facilè cõtemnenda. Cæterùm hæc loquente Iesu Petro, discipulus respõdet responsum nõ peritum, sed sententiam proficiscentem quidem ab affectu, & erga Iesum honoris & reuerentiæ plenam, sed tamẽ quæ falleretur. Quocirca quoniã utilis Petro

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non erat eius responsio, non sinit eam ille ueram esse, qui nocua utilitati ducentis, & ue-
rè euẽtura prohibet, pro sua bonitate. Atq; Petrus quidẽ inquit, nõ lauabis mihi pedes
in æternum, enunciauitq; cum Iesus illius pedes lauare decreuisset, nunquam futurum
ut lauaretur ab ipso, ac ne hoc quidem ullo unquam seculo futurum, sed ille, qui uide-
bat Petro conducibilius esse, ut hac in re mentiretur quàm ut uera diceret, utilitatem
ostendit in eo quòd non opus erat ut qui hoc dixisset, uera loqueretur, dicens: nisi la-
uero te, non habebis partem mecum. Atque equidem si Petrus, qui enunciarat, non
lauabis mihi pedes in æternum, uera dicens, hac in re non habiturus erat cum Iesu par-
tem (alioqui habiturus mentiens) eò quòd temerariè præueniens locutus fuisset, quid
aliud agere opus erat, nisi mentiri ne hoc, quod uerũ Petrus diceret, impedimento ip-
si Petro esset, quò minus haberet partẽ cum Iesu, qui ostendit illum mendacẽ lauando
pedes eius? Scriptum est enim, omnis homo mendax. Opportune autem utemur hoc
dicto ad eos, qui audacius, ac sine delectu id se facturos dicunt, quod minime illis con
ducat, præsertim si desistere nolint ab eo, quod male promiserint, ostendentes eũ illis,
qui nullatenus habituri sint partẽ cum Iesu, si uocem temerariam in promittendo ser-
uauerint, futurum uerò, ut bonam spem habere possint, si quod prius dixerant, spreue
rint, abducemus eos à persistendo in his, quæ male iudicassent, etiam si aliquando cum
iuramento tale fiat, propter multam temeritatẽ. Dicemusq;, ut prohibetur Petrus, qui
dixit: non lauabis mihi pedes in æternum, persistere in eo, quod dixerat, ut habeat par-
tem cum Iesu, sic tu, qui peccasti propter temeritatẽ, atq; etiam hoc promisisti, nullo de
lectu melius facturus sis, si desistens à permanendo in hoc, quod male iudicasti, ad hoc
Ioan. 13 agendũ, quod magis est consentaneũ, transeas. Qui aũt hoc dictũ obseruauerũt, quod
ego facio, tu nunc nescis, scies autem postea, & illud, nisi lauero te, non habes partẽ me
cum, nolentes illud, huicq; similia ad mores referre, pudefacti admittant talem euange
licarum disputationum formam, uel nolentes ostẽdant, qui cõsentaneũ esset si propter
uenerationem (ut isti dicturi sunt) qua Iesum prosequebatur Petrus dicebat, non laua
bis mihi pedes in æternũ, Petrum à magistro audire, sic non habiturum se partem cum
filio dei, perinde ac maximo peccato obnoxium, q̃ sui pedes ab ipso loti non fuissent.
Nam dicere, si hoc delictum cõmiseris, non habebis partem mecum, locum habet (id
quod dicitur de peccatis apertis) At uerò dicere, nisi lauero te, non habes partem me-
cum, haudquaquam est consentaneum, si (quod nephas est dictu) magister uideturre
spondisse, quod est absurdissimum, discipulo Petro ipsum honoranti, & prebere nolen
ti pedes suos lauandos ab eo, qui statuerat lauare pedes ipsius mãsuetissimè. Hanc ob
causam præbeamus pedes nostros Iesu etiamdum surgenti à cœna, & ponenti uestimẽ
ta, & linteum accipienti, & præcingenti se, & mittenti aquã in peluim, & incipienti la-
uare pedes nostros, non secus, atq; si essemus sui discipuli, & extergere linteo, quo præ
cingitur nostri causa, factus in medio nostri, tanq; qui ministrat. Nã nisi hoc fecerimus
non habebimus partem cũ eo, neq; erunt pulchri pedes nostri: præsertim cum æmule-
mur charismata meliora, uolentes inter eos annumerari, qui bona euangelizant. Cete
rum quando liberior est Petrus in loquẽdo importunè rogatus pedes suos præbere le
su, cum audisset, nisi lauero te, non habes partem mecum, mensuras petitionis eius uult
superare, non tantũ solos pedes à Iesu lauandos exhibens, uerũ etiam manus, quas nõ
amplius Iesus lauari uolebat, cum panem comederent, despiciens eos, qui dicerent: Di
Matth. 15 scipuli tui nõ abluunt manus, cum panem edunt: Exhibuit etiam, præter manus, caput,
quod nõ amplius uolebat Iesus lauari: quippe quia in eo imago, & gloria dei iam esset:
sufficit enim nobis, si eò peruenerimus, ut occasionẽ habeamus eque ac discipuli, præ-
bendi illi pedes, quos solos lauat & abstergit: quòd qui lotus sit, non opus habeat laua
ri, sed sit mundus totus. q̃ si quis nõ est mundus, totus is se nõ lauit. Sed quærat aliquis,
si lotus non opus habet lauari, sed est mundus, & erant discipuli Iesu mundi (tanquam
loti) quomodo mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum Iesus? ea
terum hac de re cum supra disseruerimus ex parte anticipantes, nũc etiã hæc illis adde-
mus, nimirũ hęc uerba, opus habemus, posita esse de rebus necessarijs, sine quib. aliqs
uiuere nõ potest, ut si dicamus in rebus corporalib. hominẽ nõ pluribus opus habere,
sed his solum, quæ dicit Apostolus: habẽtes cibum, & operimentũ his cõtenti sumus,
quæ

quæ uerò ad diuitias, & delicias conferunt ex abundanti mollibus, & delicatis super-
esse non tanquàm necessaria, & sine quibus non possint uiuere, sed tãquàm superflua.
Sic igitur, & diuinioribus opus quidem nobis est introducẽtibus ad uitam, hisq;, quæ
faciunt in eo nos esse, qui dicit, ego sum uita, quæ uerò sunt supra hæc, de quibus di-
citur: Deliciare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, & quæcũq; cõsiderãtur
propter paradisum deliciarũ, & propter diuitias, & propter gloriã, quæ sunt in sinistra
sapientiæ iuxta dicentem, Lõgitudo uitę, & anni uitę in dextera eius, & in sinistra eius Prou. 3
diuitiæ, & gloria, supra necessitatem esse dicẽtur. Ac fortasse tale est, cum alicuius, qui
lotus fuerit, lauantur pedes à tali magistro, ac Seruatore: Nam donum Dei excellit ne-
cessitatem, quemadmodum etiam esse in gloria solis, uel lunæ, uel astrorum, in sacra
mortuorum resurrectione, atq; qui mundus est quidẽ, & lotus, opus nõ habet, ut laue-
tur, sed lauatur propter illud, quod superius assignauimus: nimirum quòd omni haben
ti dabitur, & adijcietur (ut etiã inquit Ioannes) mundus mundetur adhuc, & sanctus
sanctificetur adhuc, cæterùm illud, uos mũdi estis, refertur ad undecim, cui subiũgitur
illud, Non omnes, propter Iscariotem. Nouerat enim eum, à quo tradebatur, non esse
mundum: primùm quidem, quòd pauperes illi non essent curæ, fur cum esset, & quòd
marsupium habens, quæ immittebantur, auferret: deinde q̃ cœna facta cum iam dia-
bolus immisisset in cor ipsius Iudæ Simonis Iscariotæ, ut proderet Iesum, non reputet
ferientẽ. Quocirca loti undecim etiam mundiores facti fuere, cum illorum pedes lauis-
set Iesus, & Iudas non mundus (sordibus enim inquit sordescat adhuc) factus est sor-
didior, & immundior, quando post bucellam intrauit in illum Sathanas.

Postquàm ergo lauit pedes eorum, receptisq; uestibus suis iterũ accubuit, dixit eis.
Vos uocatis me magistrum, ac dominum, & benè dicitis, sum etenim, si ergo laui pe-
des uestros Dominus, & magister, uos quoq; debetis inuicem alij aliorũ lauare pedes:
exemplum enim præbui uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, uos quoq; faciatis.

p Robabile est eos, qui considerassent magnitudinẽ potentię Iesu, quiq; intelle
xissent, quid factum fuisset à Iesu, qui lauauit pedes discipulorum, ut ultimas,
ac uiles ipsorum partes, ac corpora humi uersantia, quorũ nota erant illa cor-
pora, mundaret, admiratos opus è lauatione proueniens, haudquaquam ausuros fuisse
rem talẽ etiã ipsos facere, tenuiores se esse existimantes, q̃ qui possent lauare pedes in-
teriores, & occulti hominis, uel eorũ, qui hæc amplectũtur Dei dogmata, nisi Iesus per
ea, quæ exposita sunt, ad hoc adhortatus fuisset eos, figura cœnantis reassumpta, quan
do docturus erat ea, quæ dicũtur ad eos qui iã cœnarant. Atq; summa quidẽ austerita-
te, orationesq; ad admonendũ maximè accõmodata (quo agnoscerent quod actũ fue
rat) dictũ est: Scitis quid fecerim uobis? Scitis aũt uerbũ per interrogationẽ legendũ
est, ut ostendat rei gestæ magnitudinẽ, uel imperantis modo, cognoscite, ad excitãdũ
illorũ intelligentiã, qua illũ cognoscerẽt perpendentes, quid gestũ fuisset. Summa aũt
magistri autoritate, summaq; animi intentione persuadendi illos, dictũ est. Vos uoca
tis me magistrũ, ac Dominũ, & bene dicitis, sum etenim, si ergo ego laui pedes uestros
magister, & Dominus, & uos debetis alij aliorum lauare pedes. Lauit quidẽ Iesus disci
pulorũ pedes, quatenus eorũ magister, pedesq; seruorũ, quatenus Dominus erat. Do-
ctrina enim purgatur puluis, qui ex terra, rebusq; mundanis contractus nõ ad aliquid
pertingit, q̃ ad extremas, infimasq; partes discipulorũ. Dominatione uerò principa-
tum, & potestatem habentis, abijciuntur ea, quæ pedes inquinant eorum, qui adhuc
uel uulgare, ac qualecunq; inquinamentum suscipiunt, quia etiã non habeãt spiritum
seruitutis. Nec ullus cordatus dicturus est Iesum, quatenus ostium, uel quatenus pa-
stor, uel quatenus medicus est, discipulorũ, & seruorũ, lauare pedes. Ego uero arbitror
quoniã discipulorũ pedes necessitatẽ recipiunt, ut à magistro lauentur, nondũ perce-
pisse quod illis esset satis: Sed etiã nõ procul abesse ab illo dicto: Sufficit discipulo, si sit
similis præceptori ipsius. Atq; hic profectò finis est magistri erga discipulũ (quatenus
magister est) facere discipulũ sui similẽ, ne in posterũ egeat magistro: sed ut etiã ipse sit
magister, quo alius egeat, ut enim finis medici (quo egẽt qui male habẽt nõ qui ualidi Matth. 10
sunt)

sunt) est sanare male habentes ab ægritudine sua, ne in posterũ opera eius egeant, sic finis magistri est discipulo acquirere illud, quod ἀρκοῦν, hoc est sufficiens dicitur, ut cũ discipulus id habuerit, quod sibi sufficit, sit similis præceptori ipsius. At uerò quod ad Seruatorem nostrum attinet existentẽ Dominũ, cernere est eum ex se lõgè plus existere, quàm alij Domini: nolentes, discipulos esse sicut magistros suos, uel seruos, sicut dominos. Talis igitur est ille filius paternę bonitatis, & charitatis eius. Dominus enim eũ sit, operatus est, ut sint serui sicut eorum Dominus, quando scilicet non amplius habebunt spiritũ seruitutis iterum in timore, sed accipient, spiritum adoptionis, per quẽ clamabunt Abba pater. Attamen, antequàm fiant sicut magister, & Dominus, opus habent perinde ac discipuli indigi, ut sui lauentur pedes, & quasi adhuc seruitutis spiritum in timorẽ habẽtes. At uerò simulatq; aliquis ex his habẽs, quæ discipulo sufficiãt, ut sit sicut magister eius, & seruus sicut Dominus, eò peruenerit, ut sit sicut magister suus, & Dominus suus, tunc imitari poterit eũ, qui lauit pedes discipulorum, discipulorumq; pedes lauare, sicut magister, quem Deus in ecclesia ordinauerit post apostolos, qui in ea primum sortiti sunt locum, ac post prophetas, qui secundum. Sin uero dictũ
Gen. 28 hoc, fratri tuo seruies, referri potest ad eos, quibus magis deest, Et illud: Esto dominus
Gen. 28 fratris tui, ad eos qui Iacob instar sunt præstantiores, perspicuũ est seruũ qui factus fuerit sicut Dominus, lauare pedes eorum qui seruiũt doctrinæ, quã penes se habet, quo-
Ioan. 13 niam non existimo dictum hoc: Vos uocatis me magistrum & Dominum, & bene dicitis, sum etenim, nihil omninò habere profundum, ac supra multorum intelligentiã, quando quidem non omnibus qui dicunt Domine, Domine, dictum fuerit à Iesu: Vos uocatis me Dominũ, ac magistrũ, & bene dicitis. Neq; enim bene dicunt illi, qui in die
Luc. 13 illa dicturi sunt: Domine nonne nomine tuo edimus, et nomine tuo bibimus, & nomine tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus: proinde dicet illis Iesus: discedite à me, nunquam uos noui, quia operarij estis iniquitatis. Quæ uerba (nẽpe discedite à me) non illis dixit, qui bene dicũt, Domine Domine. Quin etiã hoc dictũ: Non quis quis mihi dicit, Domine, Domine, intrabit regnũ cœlorũ, palàm docet non omnem dicentem Domine, Domine, testimonium habiturũ ab ipso, sicut nunc apostoli, quibus dixit: bene dicitis, sum etenim. Verè enim uitiũ nõ amplius eis dominabatur, sed λόγος id est ratio: & ut generatim dicã, Dominus, hoc est uniuersa animata & uiuens uirtus. Quin etiam si nullus potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto, & consideremus quid sit dicere hoc in loco: Dominus Iesus. Qui dicit, Dominus Iesus in spiritu sancto, bene dicit: an uerò qui bene dicit, is omninò dicat etiã in spiritu sancto, tu quæ-
Ioan. 13 res, propter illud: Et bene dicitis, quod nunc examinatur cum illo dicto: Nondum erat spiritus datus, quia nondum esset Iesus glorificatus. Illius itaq;, qui sincere, & ex animo seruit filio Dei, officiũ est bene dicere, Dominus Iesus, cũ ad discipulũ æquè pertineat huius instar dicere, magister, ad quẽ ipse respondeat, sum etenim id, quod alioquin dicturus non fuerat Iesus seruienti peccato, & discipulo mendaciorũ. Contingit attamẽ sanctum quoq; opus habere, ut sibi lauentur pedes: quoniam requiritur etiam à uidua, quæ connumerantur in honorem ecclesiasticũ, an inter alia, sanctorũ quoq; pedes lauerit. Nam ridiculum existimo affigi literæ, uiduamq; hæc omnia (ut ita dicã) habentem, quæ sanctam delineent uiduam, hacq; una re carentem, non coniungi honori ecclesiastico, cũ ipsa frequenter mediantibus ancillis, & uernis prudenter egerit tẽpore, quo abundabat: habebatq; opportuna, quibus beneficiũ cõferret hospitibus, atq; etiã
Tit. 2 his, ut generatim dicam, qui opus habebãt, ut ab ea perciperẽt aliquid officij humani. Nec mireris si tibi exponendum sit anagogico sensũ hoc dictum, si sanctorũ pedes lauit, cum anus iubeantur pari ratione cum presbyteris honesta docere. Vide uerò, an non etiam operosum sit cuilibet discipulo uolenti implere mandatũ dicens: & uos debetis alij aliorũ lauare pedes, si uelit corporales, ac sensibiles fratrũ pedes lauare, ceu opus debitũ, ut fideles in quouis uitæ genere existẽtes hoc faciant: siue qui uidentẽ esse in sublimitate ecclesiastica episcopi, & presbyteri, siue in quibusdam alijs mundanis dignitatibus. Adeò ut hanc ob causam Dominus quoq; ueniat ad lauãdos serui credẽtis pedes, & parẽtes filij, qui mos quidẽ erat, sed nunc nõ fit, nisi supra modum rarissime, & apud admodum simplices, rusticioresq;. præter hæc autem meminisse debemus eorum,

eorum, quæ disseruimus in hoc cõtextu: nisi lauero te, non habes partem mecum, atq; Ioan. 13
etiam illud, scitis quid fecerim uobis? Decet enim Iesum dedisse nobis exemplum de lauandis pedibus principalibus, quod respõdet his, quæ tropicè dicta fuerunt à spõ
Ioan. 13 sa in Cantico Cãticorũ, dũ dicit, Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Attẽde aũt huic dicto, ut quemadmodum ego feci, ita uos etiam faciatis. Cum hæc pariter exa minans, nisi lauero te, non habes partem mecum, Verùm si quispiam cõtra hæc dicat, quamuis per allegoriam dicantur, nihilominus iuxta contextum facta fuisse, moraliterq; etiã intelligenda esse hæc uerba, si igitur ergo laui pedes uestros Magister, & Dominus, & uos debetis alij aliorum lauare pedes, exemplum enim dedi uobis, ut quẽad modum ego feci, ita ut uos faciatis. Ad huiusmodi respondendum est, ergo quoniam iuxta textum factum est, quod Petro dicenti, non lauabis mihi pedes in æternũ, dictũ fuit, nempe nisi lauero te, non habes partem mecum, etiam nos, ob reuerentiam pedes suos lauandos non præbẽtibus, dicemus, audebimusq; talibus dicere, nisi lauero te, nõ habes partem mecum, quòd si hoc in loco tibi non persuadet, quod dixi, perpende, quid dicere te oporteat contra dubitationem, an omninò iuxta textũ hęc sint seruãda, atq; huic quidẽ aliquando cõueniat lauare pedes illius discipuli Iesu, aliquãdo suos ab ipso lauandos præbere, ut ille ob charitatem, & comitatem beneficiũ conferat, hic se exhibeat, etiam ipse fateor: sin uerò dicemus, unumquemq; non conscium sibi hoc fecisse, sanctorũq; illo modo pedes nõ lauisse, debitũ quoddã mandatũ nõ persoluisse, nempe debetis alij aliorum lauare pedes, tempus est dicendi, omnes aliquo modo huius mandati debitores esse.

Amen amen dico uobis, non est seruus maior Domino suo, neq; legatus maior est, eo, qui legauit ipsum: si hæc nouistis: beati estis, si feceritis ea: non de omnibus uobis loquor. Ego scio quos elegerim, sed ut impleretur scriptura. Qui edit mecum panem, sustulit aduersum me calcaneum suum.

A Dhuc, & hæc cohærere mihi uidentur, ut sciamus ad mores reducere, quæ dicuntur de lauatione pedum. Hæc enim uerba, si hæc nouistis beati estis, si feceritis ea, cum nihil antea præscriptum sit quod agere debeamus, prętereq; de lotione pedũ, ad illa, habent relationẽ. Cæterùm præsentis loci doctrinas scire, nempe quomodo discipulorũ, qui iam lauerant, pedes inquinentur, & quonã pacto lauentur, uerè opus est uirorum beatorum, hoc enim tale, tantumq; nomen (nempe beatũ) consentaneũ nõ est dicere, adesse quibusdã uulgaribus: adeò ut uel seruo lauãti pedes Domini uideatur hanc ob causam beati nomen obtingere, etiã si adulator, & hypocrita fuerit: cũ, ut nos explicauimus, lauare pedes discipulorũ Iesu magni cuiusdã sit, & Iesum in se habentis, & omninò beati: sed sciamus necesse est similia huic textui inesse in euangelio à Matthæo tradito. Sic enim habet: Non est discipulus supra præceptorem, Matth. 10
neq; seruus supra Dominũ suũ, sufficit discipulo, ut sit similis præceptoris ipsius, & ut seruus similis Domini ipsius. Lucas uerò sic habet: Non est discipulus supra præcepto- Luc. 6
rẽ suũ: perfectus aũt omnis erit similis præceptoris ipsius: Huic proximũ est, ut quæramus, ad quem referemus id, quod in fine dicitur. Non de omnibus uobis dico. Atq; aliquis quidem dicet, dictum hoc referri ad illud, beati estis, si feceritis ea, neq; enim beatus Iudas. At ego non existimo rectè hoc dictum eò referri ad illud dictũ, beati estis, si feceritis ea. Hoc enim totũ, & de Iuda, & de quouis, quamuis prauissimus sit, uerum est. Beatus es, quisquis hæc feceris, tanquàm, si dicerem intemperanti (etiam si non auditurus sit, quæ dicuntur, neq; temperantia usurus) beatus es, si temperatè uixeris, & sapientiã spernenti, etiam si ingrediatur hoc propositum, beatus es tu, si sapientiam, & disciplinam susceperis. Proinde uide, ne forte hæc uerba, non de omnibus uobis dico, referenda sint ad illud, non est seruus maior Domino suo. Quoniam enim quisquis peccatum committit, seruus est peccati, committebat autẽ peccatum Iudas, et maximè cum diabolus immisisset in cor eius, ut Seruatorẽ proderet, seruus erat Iudas peccati. Seruus aũt peccati cum esset, nõ erat Dei seruus: istoq; modo, ne Iesu quidem amplius apostolus erat, iam enim factus erat diaboli: qui in cor eius immiserat, ut Seruatorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

proderet:idcirco negans Seruator eum esse seruum suũ, & apostolum, cũ dixisset, non est seruus maior Domino suo, necꝙ apostolus maior eo, qui misit ipsum, addidit, nõ de
Ioan. 13 omnibus uobis dico. Post hoc uideamus hoc dictũ, ego scio, quos elegerim, quod simplicius tale est. Scio qualis sit unusquisꝙ eorum, quos elegi: Quamobrem scio etiam, qualis sit Iudas, nec me clam est, quæ diabolus iã immiserit in cor eius aduersum me. Atꝙ talem habet intelligentiã propter quandã cõsuetudinẽ scripturæ, cum utitur uocabulo, scio, atꝙ illi similibus: cuiusmodi etiã est, agnoui, Seruatore alicubi dicẽte futurum, ut dicat dicturis, Domine nonne nomine tuo prophetauimus, & nomine tuo dæmonia eiecimus, nunquàm noui uos: & illud nescio, unde sitis: quod simplicius si intelligaſ, uidebimur infra dignitatẽ Saluatoris cogitare. Proinde uide, ne fortè, quoniam cognouit Dominus, qui sunt eius, non agnoscat etiã, qui nõ sint eius, & quomodo de quibusdã inquit, nunꝙ noui uos, sic dicat etiã de Iuda, si nõ est ipsius, nunquã agnoui te, qꝙ si cum esset Iesu Iudas, & postea lapsus fuit, dicturus certè est illi Iesus, nõ noui te, unde sis. Vnde etiamnum, quia immiserit diabolus in cor eius hæc aduersus Iesum, nescit illum Iesus, quamobrem nõ dixit: Nunc ego scio omnes præsentes, sed ego scio, quos elegerim: tanquàm diceret, electos meos. Non de omnibus aũt præsentibus inquam, ego scio quos elegerim: utꝙ hoc eueniat, quod euenit, unus ex uobis est causa, qui me est proditurus: ut impleatur scriptura dicens, Qui manducat panẽ meũ, sustulit contra me calcaneũ suũ: translatum aũt est προφητικῶς dictũ hoc, à psalmo quadragesimo sic habens. Homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit
Psal. 40 aduersum me supplantationem, quod dictũ Seruator de Iuda, ac seipso dictũ fuisse inquit. In quo quæres quomodo homo pacis Iudas fuerit, & quomodo Seruator in eum sperauerit. His uerbis ergo declarari arbitror Iudam aliquãdo syncere credidisse. Necꝙ enim, ni aliquando fuisset filius pacis, misisset eum Dominus cũ cæteris apostolis: eiꝙ
Luc. 10 dixisset (nã duodecim scriptũ est eum dixisse) Dicite pax huic domui, & si illic fuerit filius pacis, requiesceret super illũ pax uestra, sin minus, ad uos reuertetur pax uestra. Proinde uide post quanta diabolus immiserit hæc in cor eius aduersum Seruatorẽ, & quia dictus est paulò ante fur esse, non opinor, quòd marsupium ei concreditum fuisset, si à principio fur fuisset, sed dignus cum esset, cui illud crederetur, (etiam si eum præscisset lapsurum Iesus) illius illi cura credita fuit, fuitꝙ tantus homo pacis Christi, ut in eo uel bono apostolo bonam spem habuerit aliquando Iesus: considera enim illud, in quẽ sperauit. Proinde meum est iudicium, sermones eum occultos, & firmissimos, ac maximè nutriẽtes, quos à Iesu accepisset, apostolis communicasse, de quibus dixit, qui edebat panes meos. Cæterùm, pro magnificauit aduersum me supplantationẽ, fecit euangelista, sustulit aduersum me calcaneum suum, ut idem ualeat, magnificauit quod sustulit: quòd si contextus hic: sustulit aduersum me calcaneum suũ, & magnificauit aduersum me supplantationem suam, necessariò nobis explanandus sit: dicemus, hoc fieri à calce intendente plagas alicui: cuiusmodi etiam erat Iudas Dei filium decipiens, mancipium Iscariotæ porrigente) sustulit Iudas aduersus præceptorem calcaneũ suũ, quando post bucellam intrauit Sathanas in Iudam. An uerò illud, Iniquitas calcanei mei circundabit me, unà examinatum cum eo, Sustulit contra me calcaneum suum, referri ad Iudam possit, qui fuit in parte habitus possessio eius, & apostolus, dictus uerò calcaneum tropicè, quòd ipse ultimũm proditor fuerit, tu ipse etiam considerabis.

Nunc dico uobis, ut cum factum fuerit, credatis, quia ego sum.

RElationem habent hæc uerba ad id, quod superius est dictum, non de omnibus uobis dico. Scio quos elegerim, sed ut impleatur scriptura, qui mãducat panẽ meũ, sustulit aduersum me calcaneum suũ, hoc enim futurũ, ut scriptura impleretur de eo, qui sustulit aduersum me calcaneũ suũ, qui est ille, qui manducat panem meũ. Nunc dico uobis, & dico, anteꝙ fiat, ut cũ factũ fuerit, quod prophetatũ in scriptura futurũ est, ut impleat, credatis me esse eũ, de quo hæc ꝓphetata sunt: propter eum, qui cum manducaret panẽ meum, sustulit aduersum me calcaneũ suũ: Sed quærat aliquis,

aliquis, quomodo dictum sit discipulis, quorum lauaret pedes Iesus, perinde quasi nõdum credidissent ipsum esse Christum: Nunc dico uobis antequàm fiat, ut cum factũ fuerit, credatis me esse Christum prophetatum. At uide num possimus cauentes accusare tales, tantosꝙ Iesu discipulos, quasi qui nondum credidissent, consilium etiam seruare dicentis: ut credatis, quia ego sum: Qui recipit sapientia theoremata, interdũ per priora, quibus iam sapiens est, percipit posteriora, in quibus antea non erat sapiens, sapientiorꝙ erit: quemadmodũ illud etiã dicitur: Sapiens qui hæc audierit, sapiẽtior erit. Vt igitur si sapienti dicerentur quædã, & subiungeretur, hæc faciunt sapientẽ, nõ omninõ sapientem consideraremus ex non sapiente, sed ex sapiente sapientiorẽ, tãquàm profectu succedente, et tendente ad perfectionẽ, sic mihi considera credentẽ posse magis credentem fieri, apostoli enim cũ aliquando ad Dominũ accessissent non seipsos
Luc. 17 incusantes tanquàm nõ credentes, dixerunt illi: Domine adauge nobis fidẽ: siquidem in uocabulo, adauge, apertè ostenditur fidẽ habuisse apostolos capientẽ additamentum. Quamobrẽ si hæc intelleximus, mihi considera additamenta rerũ fidẽ facientium post quædã, quæ antea fidẽ fecerant, addidisse fidei, adeò ut discipuli præter ea, quæ habebant fidem facientia, etiam hoc assumpserint, ut uiderẽt scripturam dicentem, Qui manducat panẽ meum, sustulit contra me calcaneum suum, impletam ob oculos ponente eo, qui prophetabatur se esse, de quo talia prædicta fuerant: uideꝙ ut intelligas hoc uocabulũ, ut credatis. Perinde ac sit: ut operemini, permanentes in credulitate, nullam causam habentes qua mutemini: ac certe nisi magnitudine magna fides esset, aut multitudine multa, haudquaquam dixisset Paulus, etiã si habuero omnem fidem. Vt enim perfectus & omnes habens uirtutes, cũ singulatim unamquãꝙ uirtutẽ perfectã perceperit, perfectam habet sapientiã & perfectã modestiã, atꝙ etiam sic pietatem & cæteras, sic aliquis diceret perfectum in uirtute credendi, eum omnem habere fidem. Hæc autem dico, tanquàm sapientia, modestia, pietas, cęteręꝙ uirtutes imperfectę, nõ possint à nobis propriè nominari, sed abusiuè, cũ etiã perfectus qui efficitur in unaquaque uirtute, nominetur æquiuocè cũ eo, qui est uirtute perfecta. Nã hũc in modũ sapiens dicitur, qui in quibusdã quidẽ offendit, ut obiurgatione egeat, haud tamẽ odit obiurgãtes, imò uerò diligit, iuxta quod scriptũ est, Argue sapientẽ, & diliget te, hũc etiã in modũ sapiens dicitur ille, qui capax cũ sit aliorũ speculationum sapientiæ, nondum quæ restant, habet, iuxta quod dicitur illud etiã. Da sapienti occasionem, & sapientior erit. At enim huc deuenimus ostendentes contingere, ut qui iam credit, discat aliqua rursum crediturus, & additamentum eorũ, quæ didicerit, addere fidei. Sin uero uidere uolumus quisnã sit, qui omnẽ habeat fidẽ, sumamus (exẽpli gratia) breuiter quæ credentẽ seruant, dũ creduntur: sintꝙ (ut ita loquar) numero centũ, & dicamus eũ quidẽ, qui hæc centũ, quæ prædiximus sine ulla hæsitatione accipit, singulis ipsis constanter credẽs, omnẽ habere fidẽ, deficientẽ uerò in aliquo numero rerũ earũ, quæ seruãt, dũ creduntur, uel minus firmũ existentẽ erga ea, quę creduntur, eò magis abesse ab habẽdo omnẽ fidẽ, quò plures numeri sibi credẽti defuerint: quoꝙ magis abfuerit à firmitate eorũ, quæ creduntur, siue omniũ, siue aliquorũ (ut interim demus aliquẽ aliquibus constanter credere posse, aliquibus uerò credere, sed non constanter) attamen omnium consensũ, dederis difficillimũ demonstratu esse, ut cui unus defuerit numerus, nihil habeat firmitatis: eò ꝙ nõ æquali distantia distet à firmitate erga ea quæ credũtur unusquisꝙ eorũ, qui sunt (ut ita loquar iuxta scripturã) exigua fide prædíti, & qui nondũ receperũt firmitatẽ erga ea, quæ creduntur. His uerò cõsequens est, propter illud, Iuxta Matt. 8
fidẽ tuã fiat tibi, & illud, Fides tua te seruauit, unumquẽꝙ habere retributionem, quæ est in iusto iudicio Dei iuxta proportionem talis, & talis, fidei, & salutis: Quandoquidem in hac est eorum, qui seruant, differentia: Adeo ut illud, Qua mensura metiemini, eadem mensura dabitur & uobis, pertingat etiam ad mensuras fidei, & ad mensuras retributionis, & salutis, quæ est à Deo: Hanc rationẽ qui considerarit diligenter, uidebit Matt. 7
quomodo meritò dicatur omnibus iudicare nõ ualentibus: Nolite iudicare, ne iudicemini, et illud, Ne iudicetis quicquã ante tẽpus donec uenerit Dominus: Rursus in hac, quoniam dixi exempli gratia, centum numero existentibus his, quæ seruant dum creduntur, his centum firmiter credentem, omnem habere fidem, non habentem uerò 1. Cor. 4

fidem erga aliqua eorum centum,uel uariè affectum firmitate erga ea,quæ creduntur, non habere omnem fidem,explanationis gratia exponemus talia. Ante omnia credito unum esse Deum,qui omnia condidit,& perfecit: quíq; omnia fecit, ut essent exre non existente,quin etiam credamus necesse est Iesum Christum esse Dominũ, & omni ueritati, quæ de ipso dicitur, tùm iuxta illius diuinitatem, tùm iuxta illius humanitatem,in spiritũ etiam sanctum credendi necessitatem habemus,& quòd liberi arbitrij cum simus, punimur ob ea, quæ peccamus, honoremur uerò ob rectè facta. Age igitur ponamus,si quis se credere in Iesum putans, non credat unum esse Deum legis, & euangelij,cuius gloriã cœli,tanquàm ab ipso facti,enarrant,& firmamentũ annunciãt opera manuũ suarũ, tanquàm earum opus: Huic profectò maximũ deerit fidei caput. Vel rursus si quis credat Iesum sub Pontio Pilato præside cruci affixum, sacrã rẽ quandam,& salutarem mundo attulisse,non itẽ credens eum ex uirgine,& sancto spiritu ortum assumpsisse,sed ex Ioseph,& Maria,huic etiam deerunt maximè necessaria,ad habendã omnẽ fidem:Rursus è regione si quis diuinitatem illius admittat,humanitatemq; eius offensus nihil humani circa eum factũ fuisse credat, uel hypostasin sumpsisse, huic quoq; nõ uulgaria deerunt ad omnẽ fidẽ. E cõtrario denuò si quis humanas de eo res admittat,spreta hypostasi unigeniti,& primogeniti omnis creaturæ,haudquaquam is dicere poterit omnẽ se habere fidem. Sicq; mihi per ordinem considera: Vt uideamus quanta res sit absq; ullo defectu,& constanter habere fidem adeò potentẽ,quando est in hominis anima,ut uel montes (qualescunq; sint illi) transferre possit: cum omnes quidẽ homines loco dimouere ualeant mõtem, uel montes,quos Iesus ostenderit: sin uerò quædam defuerint perfectæ fidei, desit etiam potentia transferendi montes. Ac profectò tali in huiusmodi rebus utar exemplo: ut enim tales,totq; habentes uires,primũ nauim deducunt in mare: Sin uerò, uel unus cooperarius, uel uires alicuius rei his defuerint,non deducitur nauis: Sic uerbi gratia, sunt multi transferentes montes,omnis fides,in qua qui fuerit imperfectus,quò minus habuerit omnẽ fidẽ, aberit à potentia transferendi mõtes. Proinde uide,an nõ utiliter hæc indagata fuerint propter discipulos,ad quos (cũ latuisset Iesus eorũ pedes) ut suspicari posset negligẽs lector, quasi ad nondum credentes,dixit. Nunc dico uobis,priusquàm fiat,ut cũ factũ fuerit,credatis,quia ego sum. Pariter uerò etiam explicata oratio,quanta res sit uirtus omnem continens fidem, ostendit. Et quod rarò inueniatur:ostendit præterea, quàm procul absit quiuis noſtrum,ut habeat illam omnẽ fidem,qua montes transferat. Cæterùm nõ contemnenda res est,quæ nos ad credendum inducit (iuxta ea, quæ nunc sunt proposita) quòd prophetæ uaticinati antea fuerint,quæ ad Iesum pertinent,& quòd iuxta sermonem illorum seruatori responderint,quæ ab ipsis prædicta fuerunt.

Ioan. 13

Amen amen dico uobis,qui recipit, quẽcunq; misero,me recipit: Qui autem me recipit recipit eum,qui misit me.

Ittit Iesus non solum sanctos,uerùm etiam,& sanctos,& angelos. Nominan
M turq; hi,quos mittit, (eò quòd ab ipso mittantur) apostoli, hoc est missi. Iã uerò horum apostolorum alij sunt homines, alij uirtute præstantiores: Nec enim à uero aberrauimus apostoli nomen his angelis etiã ponentes, de quibus scriptũ est,q; omnes sint administratorij spiritus, qui in ministeriũ emittuntur propter eos, qui
Hebr. 1 hæredes erunt salutis: Nam si προ ὸ ἀποστέλλεσθαι ἀπόστολοι (hoc est à mittẽdo, missi) omnesq; ab eo, qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flãmã, in ministeriũ mittuntur administratorij spiritus, hi etiã apostoli, hoc est missi dicẽtur eius, à quo mittuntur: Atq; unusquisq; profectò qui mittitur ab aliquo, apostolus, hoc est missus, est illius, qui misit: luxta quod in superioribus est dictũ post ea uerba, Non est seruus maior Domino suo,neq; apostolus maior eo, qui misit ipsum. Hãc ob causam non aberrabit
Ioan. 1 à uero, qui Ioannem etiã dixerit Dei apostolũ propter illud: Erat homo missus à Deo,
Esa. 6 cui nomẽ erat Ioãnes. Quin Esaias quoq; apostolus erit, propter illud, Quem mittã,& quis ibit ad hũc populum? Quando respondit dicens, en ego sum, mitte me. Sed quid de hisce dico, quãdo & in Epistola ad Hebræos talis, tãtusq; Seruator noster dictus sit

apostolus

apostolus à patre? Scriptum est enim: Habẽtes igitur pontificem Magnum, & apostolum Iesum Christũ. Quamobrẽ Si seruator aliquẽ miserit, qui aliquorũ salutẽ administrarit,is, qui mittitur, apostolus est Iesu Christi. Verùm ut apostolus,apostolus est eius,qui milit,sic quibusdam solis, ad quos mittitur, est apostolus: Hanc rẽ considerans Paulus dicebat, etiam si alijs non sim apostolus,uobis sum tamen: Nam signaculum apostolatus mei uos estis in Domino: proinde licet alicui esse apostolo Iesu Christi ad unum solũ misso: si, Dei prouidentia, uni soli sermonẽ is administrauerit. Quæ quidem diximus,ut rursus uideamus eorum,qui Iesu Christi apostoli fuerunt habiti, excellentiam. Dexteras enim societatis mihi, & Barnabæ inquit dederunt, ut nos in gẽtes,ipsi uero in circuncisionẽ. Igitur Paulus gentibus solis erat apostolus. Petrus toti circũcisioni. Quòd si ex nobis habitus fuerit aliquis dignus, ut ostendit apostolus, eundi ad alium,uel ad paulò plures,apostolus is efficitur. Nec extollatur factus apostolus,illius dicti memor. Quod superest aũt, illud requiritur in dispensationibus, ut fidus aliquis inueniatur. Non enim si quæritur aliquid, illud omninò inuenitur. Cæterùm propter hoc dictũ,qui recipit,si quẽ misero, diximus quoscunq; contigerit à Iesu mitti,hos esse apostolos,etiã si nõ nominentur apostoli,ut consueuimus. Diximus etiã cõtingere,ut aliqua præstantiora, q̃ natura sit hominum,mittantur à Iesu. Præterea,qui recipit,quẽ miserit Iesus,Iesum in misso recipit,qui autem Iesum recipit, patrem recipit: Igitur qui recipit,quem Iesus miserit,Iesu patrem recipit,qui misit ipsum,potest etiam hęc oratio talis esse,qui recipit,quẽ ego misero,me recipit eò usq; pertingens, ut me recipiat, qui uerò me non recipit per aliquem meũ apostolũ, sed me recipit,nõ ab hominibus,neq; per homines administratum,sed ad animas aduenientẽ eorũ, qui seipsos diligẽter prępararuerunt ad mei receptionẽ,hi patrem,qui me misit, recipiunt: ita ut non solus ego Christus futurus sim in ipso,sed ipse quoq; pater. Possumus aũt ex his repugnantia etiã considerare: Qui nanq; recipit, quem miserit filius mali, ille Antichristum recipit: qui recipit filium mali,& admittit sermonem Christo contrarium,fingentem se esse ueritatem,falsoq; promittentem se esse iustitiam,is ipsum recipit malum. Quamobrem attendamus,ut tanquàm boni numularij, eorũ quidem,quæ uera sunt, ministrũ probemus, falsa uerò administrantem reprobemus. Atq; hoc quidem in loco, qui recipit, inquit, si quem misero,me recipit: qui aũt me recipit,recipit eum qui me misit: et qui uidet me, uidet eum,qui misit me. At uerò non dictum est,qui credit in uos,credit in me: neque qui uidet uos,uidet me: Vt enim recipiamus suos ipsius apostolos uult quidem ille,nõ tamẽ ut in illos credamus: quamobrẽ recipiamus eos, qui à sermone mittũtur: ipsumq; Dei sermonẽ, haudquaquã tamen recipiamus apostolũ Antichristi,sermonẽq; falsum.

Ex Heb. 3 & 4

1. Cor. 9

Gal. 2

1. Cor. 4

Cum hæc dixisset,is turbatus est spiritu,& testificatus est, & dixit, amen amen dico uobis,quòd unus ex uobis me proditurus est.

S Vperius dixerat,nunc anima mea turbata est: Nunc uerò hæc cũ dixisset Iesus,turbatus est spiritu: Et quæro hũc in locũ talia: Cur nam scilicet dictũ nõ fuerit,spiritus Iesu turbatus est,perinde atq;, nũc anima mea turbata est,uel cur hoc dictũ Nunc anima mea turbata est ad similitudinẽ illius dicti: Turbatus est spiritu,pronunciatũ non fuerit: Quæ quærere ausus sum, quòd mediocriter per totã scriptura diligenter obseruauerim spiritus,& animæ differentiam. Mediumq; quiddã uiderim esse animã,capacẽq; uirtutis,et uitij: Spiritum uerò hominis,qui in ipso est,mala recipere minimè posse: quippe cũ res optimæ,fructus dicantur esse spiritus, & spiritus hominis,non spiritus sancti: ut arbitraretur aliquis. Nam ad distinctionem huius spiritus hominis,opera carnis nuncupantur ea omnia,quæ sunt uituperabilia: Quoniã nullũ est carnis opus laudabile. Hactenus aũt semel inueni spiritũ hominis mali dictum à Deo. Hũc enim in modum scriptum est in Deuteronomio. Noluit Syon rex piè agẽs præterire per ipsum, quòd indurauerat Dominus Deus spiritũ eius: & occupauit cor eius,ut traderetur in manus tuas,ut in die hac,quæ quidem accõmodatius in Deuteronomio examinabunt. Nunc propositũ est nobis dicere,quomodo,quæ superius diximus,loquutus Iesus turbatus fuerit: et cur turbatus nõ fuerit in anima,neq; propter ani

Deut. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam, neq; à spiritu, sed spiritu. Ne igitur, quid obseruauimus de spiritu prætereat: dicẽ dum est, ubi nunc dicitur, anima mea turbata est, illam turbationis affectionem fuisse animæ: ubi uerò dicitur Iesus, turbatus est spiritu, affectionem humanã fuisse uenientẽ ad Dominũ spiritus. Vt enim sanctus uiuit spiritu, auspicante in uita actionem omnẽ, & uotum, & laudem ad Deum, sic quicquid fecerit, id facit spiritu, atq; etiam si patitur, spiritu patitur, quod si sanctus sic se habet, quantò magis dicenda sunt hæc de Iesu sanctorum principe? cuius spiritus hominis, qui in eo est, dum ipsum totum hominem assumeret, concussit cætera in ipso humana? huncq; in modum turbatus est spiritu, ut testaretur, & diceret cum diuino quasi iuramento illud. Amen dico uobis, quòd unus ex uobis me proditurus est. cum enim spiritus uidisset id, quod immissum fuerat à diabolo in cor Iudæ Simonis Iscariotæ, nimirum ut præceptorem proderet, futurum prę-
uidens, turbatus est: & quoniam perturbatio illa ex cognitione est orta, quæ erat per
spiritum, qui etiam spiritus perturbabatur, dictus est Iesus turbatus fuisse spiritu, fortasse uerò iuxta unam intelligentiam, nempe illam, quæ dicit, caro est infirma, caro
etiam perturbata est, hæc autem caro erat Iesus, iuxta illud, quod à Gabriele Mariæ
Luc. 1 dictum est: Ecce concipies in utero, & uocabis nomen eius Iesum: Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Cæterùm notabis in his, quæ indagauimus, quò uox, testatus est, referatur ad ea uerba: Vnus ex uobis me proditurus est. Hoc etenim dictum discipulis, & prophetatum de Iuda, qui unus erat ex eis, testimonium erat æquiuocè (opinor) cum illa significatione, quæ à testando, & moriendo pro Dei cultu deducitur. Nec enim eandem significationem fuisse reor per uocem, testatus est, quando declaratur uerbum illud, à quo ὁ μάρτυς, hoc est testis Dei, & Christi sui, figuratus est, & nunc quando refertur ad hæc uerba, unus ex uobis me proditurus est. Adhuc pro uiribus illud obseruo, unus ex uobis me proditurus est, quod refertur ad Iudam, ne forte hoc ostendat eum ab ordine apostolico decidisse, in quo fuit & ipse sublimatus, quòd aliquando eque affectus fuerit, atq; alij apostoli. Sic enim ego intelligo, & illud. Et Adam factus est, quasi unus ex nobis: quoniam ne illic quidem dictũ fuerit, quasi nos, uel quasi ego: sed propter unũ, qui cecidit à beatitudine, quasi unus ex nobis, quoniã unus cecidit: concinere uidetur cum his uersibus illud, Vos aũt quasi homines morieminí: & illud, Quasi unus de principibus cadetis. Plures enim cũ essent principes, unus ruit, cuius ruinam ferè imitantes peccatores, illius ruina ruunt: ut enim ille in diuinitate existens ruit: sic, & quibus sermo ille inquit: Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Cũ autem ceciderint à beatitudine, cũ principaliter non essent homines, moriuntur quasi homines, & quasi unus ex principibus, cadunt. Existimo uerò etiã cum admiratione dicta fuisse hæc uerba tali sensu. Qui me proditurus est, nõ est alienus à discipulis meis, ac ne unus quidem ex multis, & uulgaribus discipulis, sed unus ex illorum apostolorum numero, quos ego mihi honorando delegerã. Atq; multi quidẽ, qui Iesum condemnarunt, dicunt crucifige, crucifige eũ, & tolle hunc è terra: At eum tradere opus illius fuit, qui uidit, & cognouit eum, taliũ enim, tantarumq; disciplinarũ, quas seorsim cum apostolis audierat, cũ sciret eum præceptorem, ac Dominũ cum agnouisset, prodens eum, magnitudinẽ illius, quam norat, prodidit, cum nullus, qui magnitudinẽ illius non uidisset, acturus fuisset hoc. Nam prodens proderet ille quidẽ magnum, at nõ in quantum est magnus, cum Iesum non nosset in quantum magnum. At uerò, hic qui didicerat, quomodo sit magnus, auditor factus magnitudinis sapientiæ, quæ est in eo, & rationis, & gratiæ, & prodidit eum, & prodidit totã, quã nouit, magnitudinẽ. Hanc ob causam conducebat illi natũ non fuisse, siue regenerationis ortu (ut profundius quis intelligeret) siue hoc cõmuniori ortu, de quo ortu molestijs se eximere quis uolens, cũ inquisierit etiã, q̃ quicquid utile est, utile sit ei, qui est, & cõsiderãs q̃ ei, qui nõ sit, nihil conferat, & utile sit, ad secundam expositionem cum deuenerit, illam magis suscipiet.

Aspiciebant sese mutuò discipuli dubitantes, de quonam diceret.

E Quidẽ si aperta fuisset Iudę malitia Iesu discipulis, agnitus etiã fuisset ille, qui magistrum proditurus esset, dicente Seruatore, unus uestrum me proditurus est, at nunc intuentur sese mutuo discipuli, dubitantes de quo diceret. Iudas etenim

etenim ex his, quæ antea recte egerat, persuaserat apostolis, ut nihil de illo suspicarentur mali. Fortasse uerò nondum Iudas Simon Iscariotes prorsus à malitia depẽdebat, etiã si diabolus immisisset in cor illius, ut proderet Iesum, reliquijs etiamnũ existẽtibus in ipso boni propositi, quibus cũ perspexisset, Iesum condemnatũ, quando ligatũ eum abduxerũt, & tradiderunt Pilato præsidi, pœnitudine ductus retulit triginta argẽteos Matth. 2
principibus sacerdotũ, & senioribus dicẽs, peccaui tradens sanguinẽ innocentẽ, quan-
do, & dicentibus illis, quid ad nos? tu uideris, projectis argenteis, argenti ipse cupidus Matth. 27
abiens laqueo se suspẽdit, ne uidere quidẽ expectans iudicij finẽ de Iesu apud Pontiũ Pilatum, neq; hic syncere à peccato resipuit, neq; fuit huius malitia ad aliquid boni imposse: siquidẽ enim syncere resipuisset, atq; perinde ac latro ille, qui dixit, Memẽto mei Domine, dum ueneris in regnũ tuũ: fecisset, quæ ad ipsum pertinebant, ut Iesum placatũ redderet ob proditionẽ, quæ iã præcesserat, quod si omninò expulisset ab anima sua boni notionem, haud quaquã resipuisset uidens Iesum condemnatũ, imò illũ accusans addidisset sermones similes proditioni: quinetiã fruens, ceu argenti cupidus argenteis triginta, quos acceperat preciũ appreciati, neq; uoluisset argẽteos projcere, neq; retinere eos principibus sacerdotum, & senioribus, neq; corã illis ipsis peccatũ suũ fassus fuisset seipsum accusans, et magistrũ laudans dicendo, peccaui tradens sanguinẽ iustũ. Quinetiã præfocare seipsum laqueo nemo alius fecisset, præter illũ, qui in cor suũ misisset, ut prderet Seruatorẽ. Ac profectò in utrisq; dedit Iudas locũ diabolo. Cæterùm hæc pro uiribus accuratè inquisiui, simul quidẽ ostendens his, qui Iudã existimabãt salutis non capacẽ esse natura, talẽ non esse, simul etiã exponẽs, quomodo meritò intuerentur sese mutuò apostoli ob Domini sermonẽ, dubitantes de quonã diceret: sed sufficiat ad ostendendũ eum corruisse, cũ sanctus esset, afferre in mediũ lectionẽ prophe-
ticã ex Psalmo quadragesimo sic habẽtẽ. Homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat Psal. 40
panes meos mecũ, magnificauit super me supplantationẽ. Quin etiã illud. Si inimicus Psal. 54
meus conuitijs me increpasset, sustinuissem utiq;, declarat eũ à principio inimicũ nõ fuisse: illud etiã, Si is, qui me oderat, aduersum me mala locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo, palàm ostendit hunc aliquando dilexisse Iesum: eo usq; etiã amãdo per-
uenientẽ, ut esset Iesu unanimis. Iuxta illud, Tu aũt homo unanimis, dux meus, et neces- Psal. 54
sarius meus. Alioqui sexcenta alia inuenias, ex quibus intelliges meritò discipulos sese mutuò respexisse, dubitãtes de quonã diceret. Porrò Lucas scripsit, cũ dixisset Iesus: Luc. 22
ueruntamẽ en manus me tradẽtis est mecũ in mẽsa, & filius quidẽ hominis uadit iuxta id, quod sibi diffinitũ fuit: uerũtamẽ ueh homini illi, per quẽ traditur, discipulos cœpisse inter se quærere, quis nã esset hoc facturus. Quærebãt enim inter se, de quo diceret. Iã uerò secundũ Lucã non apparet unũquenq; se suspectũ habere, perinde atq; apud Matthæũ, & Marcũ, qui palàm hoc ostendunt. Inquit enim Matthæus. Et ualde mœsti Matth. 26
cœperunt dicere: nunquid ego sum Domine? At Marcus, cœperunt mœsti esse, & di- Marc. 10
cere illi singulatim, nũquid ego? Et alius, nũquid ego? Secũ enim repetebãt, opinor, se homines esse, & propositum adhuc proficientiũ mutabile esse: capaxq; uolẽdi repugnãtia his, quæ antea proposuisset: fortassis etiã edocti, cõtra quæ sit nobis lucta, propter incertũ rerũ humanarũ exitũ, uerentur, ne quãdoq; uicti admittant proditionẽ de magistro: nanq; Petrus propositũ quidẽ habebat, cum confirmatus dicebat: Etiã si oẽs offendantur tua causa, ego tamen nunquàm offendar, non negandi Iesum, at uictus propter timorẽ spiritus, ante galli cãtum ter eum negauit. Istiusmodi igitur rationibus 1. Cor. 10
edocemur, ut qui existimat se stare, uideat ne cadat, atq; etiã ne glorieris de die crastino, quando nescis quid superuentura pariat dies, fortasse uerò etiã illud (intuebantur Prouer. 17
sese mutuũ discipuli) præter id, quod simpliciter intelligitur, tale quiddam declarat, q̃ unusquisq; iuxta uires humanæ naturæ in propositum alterius intueretur addubitans, an posset anima, quæ talia peregerit, & sic affecta erga ueracem magistrum, qui uerè testatus fuerit dicendo, Amẽ amẽ dico uobis, quòd unus ex uobis me proditurus est, in tantum immutari, & obliuisci doctrinarum magistri, ut ad Deum tradendum per Ioan. 13
uenirẽt, emphasin enim habet dictio de discipulo, dicens, dubitantes de quo diceret, non enim habebãt copiam cogitandi, cui competeret, quod prædictum fuerat: sed de hoc dubitabant, nihil apertum, uel cogitare, uel dicere inuenientes.

Erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erat autem unus ex discipulis Iesu recumbens in sinu ipsius, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simõ Petrus, ut sciscitaretur, quis esset, de quo loqueretur: Itaq; cum recubuisset ille super pectus Iesu, dicit ei, Domine quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctam offulam porrexero: Et cum intinxisset offulam, dedit illam Simoni Iscariotę: & post offulam ingressus est in eum Sathanas. Dicit igitur ei Iesus, quod facis, fac ocyus. Hoc autem nemo discumbentium intelligebat, ad quid ei dixisset, quidã enim putabãt, quia loculos habebat Iudas, dixisse ei Iesum, Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret.

Ille, qui in sinu Iesu erat recumbẽs, unus ex discipulis, quem diligebat Iesus, uidetur esse Ioannes, qui Euangelium scripsit: quod in fine euangelij scriptũ sit hunc in modũ: Cõuersus Petrus uidet illũ discipulũ, quẽ diligebat Iesus, quẽtẽ, qui, & recubuit in cœna super pectus eius, et dixit, Domine quis est ille tui proditor? Nũc cũ uidisset Petrus, dicit Iesus: Domine hic aũt quid? Dicit ei Iesus: Si eũ uelim manere, donec ueniã, quid tua? Tu me sequere: exĳt ergo sermo ille inter fratres, q; discipulus ille non moreretur: & nõ dixerat ei Iesus, non moritur, sed si uelim eũ manere, donec ueniã, quid tua? quòd aũt discipulus iste, qui scripsit euangeliũ, sit Ioannes, liquet ex his, quæ subiũgũtur: Hic est discipulus ille, qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc, obserua aũt in utriusq; euangelij locis, quonam pacto Petrus quàm plurimum sibi fidens, interdũ accumbens annuat Ioanni dicens, quis est, de quo proditurus Iesus loquitur, aliquando uerò eũ intuitus sequentem, ueluti illius, plusquàm cæterorum curã habens, dicat Iesu de eo: Domine hic aũt quid? finem Ioannes discere uolens, perinde atq; suum agnouerat: nempe quòd cum senuisset, futurum erat, ut manus suas extenderet, & alius eum cingeret, & duceret, quo non uellet, & si uerba, quæ locutus est Iesus, spiritus sunt, & non litera, in quibus omnibus uita est, & nusquàm mors, & discipulus, quem diligebat Iesus, ipsum imitans, uitam etiã scribit: intelligendũ est illud, Erat recumbẽs unus ex discipulis eius in sinu Iesu, pro dignitate honoris, quem conueniens est filio Dei dare, & ei, quẽ ipse dilexerit, accipere: & existimo, quòd quãuis symbolicè recumberet tùm tẽporis Ioannes in sinu Iesu hoc munere dignatus, ceu præcipuo amore magistri habitus dignus, hoc symbolicũ denotare, Ioannem, addictũ in sermonem filiũ Dei propensum, & illi multũ fauentem, in rebusq; secretioribus acquiescẽtem, recubuisse in sinibus sermonis filĳ Dei, perinde atq; ipse Dei sermo est in sinibus patris, iuxta illud, Vnigenitus, q̃ est in sinu patris, ipse nobis enarrauit, quin ni si abiectius intelligamus hoc dictum: Euenit aũt, ut moreretur mendicus Lazarus, & deduceretur ab angelis in signum Abrahæ: tale quiddam de sinu Abraam etiã conside rabimus: quod hunc in modũ enarrabimus, nos defendentes contra dubitationem ex ignorantia scripturæ ductã ab eo, qui spernere uoluit enarrationẽ de diuite, & paupere. Nã si recumbebat (inquit) Lazarus in sinu Abrahæ, & ante illũ alius, etiã alio iusto & uita decedente mendicus assurget. Sed qui de hisce dubitat, non uidit sinum Abrahæ, nec facillimè factu esse uidit, ut innumeri in sinu Abrahæ unà cõquiescant, particípes rerum illius rectarum. Sin uerò locum alium pro sinus nomenclatura in medium proferre opus fuerit ex scriptura, agè examinemus, quonam pacto dixerit Dominus Mosi, Rursus infer manũ in sinum tuum: & intulit manũ suam in sinũ suum: cumq; exeruisset eam è sinu suo, erat manus eius leprosa, uelut nix, & dixit insere manum tuam in sinum tuum, & inseruit manum suam in sinum suum, & cum exeruisset eam è sinu suo, rursum restituta est in colorem carnis suæ. Atq; difficile quidem est, ac supra caprũ nostrum uidere, cuius rei nota possit esse hoc signum. Quoniam non oportet, ut quærentes dolore afficiamur, quod nobis succurrit tradentes ad iudicãdum lecturo dicemus. Manum plerunque operationum notam esse, sinũ uerò Mosis duas potentias habere: priorem quidem facientem iuxta literæ sensa operãtis actionem leprosam, ueluti nix: quantum ad Hebræorum uocem, posteriorem uerò ostendẽtem institutum uitæ synceru, iuxta spiritualem legem restitutã ad uoluntatẽ naturæ, & rationis: & obserua, q̃ his subiungatur. Nisi crediderint tibi, neq; exaudierint uocem primi signi, credent tamen uoci posterioris signi. Nam qui non crediderit interpretationi literæ, is ob animi præstantiam

Ioan. 21

Ioan. 21

Luc. 16

Exod. 4

præstantiam credit spirituali legis enarrationi, quòd si quis his duobus signis nõ crediderit, nimirum priori, quia leprosam facit actionem: secundo, quia eam restituit in naturam suã, aqua huic efficitur sanguis: scriptũ est enim, Et erit, si non duobus his signis Exod. 4
crediderint, neq; audierint uocẽ tuam: accipies de aquis fluminis, & effundes in siccã humum, eritq; aqua illa, quã de flumine acceperis, sanguis in siccã humum. Et mentẽ adhibe, quòd in hoc signo non amplius dicatur, si credent, uel si nõ credent tibi. Innuitur enim, quòd nõ credẽti duobus signis, aqua de flumine sumpta fiat sanguis, nequeunti propter infidelitatem frui ratione potabili. Sed redeamus unde aberrarat oratio, cũ plura q̃ præsens locus postulet, de sinu Iesu assumpserimus. Cumq; didicerimus eũ, quẽ amat Iesus, recumbere in sinu Iesu, nihil nõ agamus, quò præcipuo ipsius amore digni iudicemur, hunc enim in modũ recumbemus etiã ipsi in sinu Iesu. At annuit discipulo Simon Petrus, nec annuisse contentus, inquit illi: sciscitare, quis nã sit ille, de quo loquitur: Quamobrẽ quoniã annuere in Prouerbĳs assumitur in calumniã, Prou. 6
nã malus annuit oculo, annuit & pede, docetq; nutibus digitorũ corde peruerso mala machinans: & qui annuit oculis, cũ dolo aggregat uiris mœrores, dicendũ est malũ nõ esse annuere, sed oculo annuere: hoc est oculo transuersa tueri, & non rectè uidere: & annuere cum dolo, uituperabile etiã est ei: At amanter annuere, Petri officium esse. Et huic consequuntur nutui dicere condiscípulo, tanquàm maiorem erga magistrũ liber tatẽ habentis, ut sciscitaretur, de quo loqueretur. Volebat enim fortassis mysterium, quod erat in proditione, qua Iesum Iudas prodit, nosse, quod ut discat Petrus, Ioãnes, qui prius recubuerat in sinu Iesu, superascẽdit, et recubuit super pectus: & fortassis nõ recumbenti super pectus, sed perseuranti in sinu recumbere haud quaquam reddidisset Iesus, quem Petrus, & Ioannes desiderabant, sermonem. Quamuis igitur antea recumberet in sinu Iesu, deinde uerò recubuerit supra pectus Iesu, notatur tamen germanus Iesu discípulus in fine euãgelij, non quia in sinu, sed quia supra pectus recubuerit, quasi hoc ultimum excellentius sit, ac præstantius, scriptum est enim:

Conuersus Petrus uidit discípulum, quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine quis est, qui tradit te? non enim scriptum est, qui recubuit in sinu Iesu. Ille inquit est, cui ego offulam intinctam porrexero: Dixit igitur hoc Iesus: cumq; intinxisset offulam, eam sumit, & porrigit Iudæ Simoni Iscariotæ.

Tatim etiã post offulam intrauit in illũ Sathanas, qui neq; antea ualuerat intrare, neq; etiã mox cũ misisset in illius cor, ut eũ proderet. Necesse enim erat, opinor, ob dationẽ offulæ, ut Iesus reacciperet donũ ab indigno, quod se habere credebat: quandoquidẽ ab eo, qui nõ habet, et id, quod uidetur habere, auferetur ab eo: priuatus ergo Iudas ueluti indignus ab excellentiori, qui precatus fuerat pacẽ, recepit ingressum Sathanæ in se, exẽpli aũt gratia, ut intelligatur quomodo Iudæ quidem dederit Dominus offulã, ille aũt tunc illud à se repulerit, quod in se eximium habebat, & fortasse pacẽ reuertentẽ ab eo, qui audiuit, & non admisit dicentem, Si manserit illic filius pacis, pax uestra super illum requiescet, sin minus, pax uestra ad uos reuertetur, in medium adducemus, quæ in secundam ad Corinthios epistolam hunc in modum sunt scripta. Vestra copia illorum inopiæ succurrat, ut & illorum copia uestræ inopiæ, si enim consideraueris retributionem in hisce rebus rerum terrenarum ad spiritualia, scire poteris, quomodo ei, qui indignus erat pane, distribuerit offulam, ut per eam à Iuda auferret pacẽ, tanquàm indigno, qui amplius audiret: Etenim homo pacis meæ: nam sordidus sordescat adhuc, qua ablata, ille, qui obseruabat occasionẽ ingrediendi in animã illius, & in dantem sibi ingrediendi locũ, in Iudam ingressus est: Pariter obserua Sathanam antea non ingressum fuisse in Iudam, sed tantùm misisse in cor eius, ut magistrum proderet, iuxta ea uerò, quę nunc accuratè exquisiuimus, post offulã introisse in eum. Quamobrẽ caueamus & nos, ne quãdo diabolus in cor nostrũ iaciat qualemcunq; sagittã sui ipsius ignitã: Nam si fecerit, mox etiã obseruat tẽpus ingrediendi. Sed quærat aliquis quare scriptũ nõ fuerit: Ille est, cui ego offulam dedero, sed cũ adiectio-

Luc. 10

1. Cor. 8

adiectione hac, intingam. Intingam enim, inquit, & porrigam offulam: & cum intinxisset bucellam, sumit, & dat Iudæ Simoni Iscariotæ. In similibus aũt locis mentem adhibe, an possis dicere syncerum panem non esse tinctum, sed ex se esse τρόμμον, hoc est nutriens, illud uerò, quod Iudæ dabatur, non fuisse panem, sed offulam, & non offulã absq; immersione, sed tinctam, & immersam ab eo, qui poterat ab anima ipsius auellere omnem tincturam à ratione aliquantulum infusam, ut post offulam ingrederetur in illum Sathanas. At ego adhuc quærerem, quod in Matthæo scribitur huic loco affine sic habẽs. Qui intinxit mecum manũ in catino, hic me proditurus est. Item illud, quod scribit Marcus. Intingens mecũ in catino. Rursus etiam quod Lucas, etiam si non dicat, intinxit, sed tantùm, Veruntamen en manus me prodentis est mecũ in mensa. Atq; uerus quidem hisce de rebus sermo inueniatur apud eos, qui me longè sapientia præstant: Ego autem coniector, ne fortè impudentia Iudæ appareat hac quoq; in re non honorantis magistrum in conuiuio, dum unà comederet: neq; deferẽtis illi, dum in catino immergeret, ut cæteri deferebant. Hanc ob causam, cum nemo illorum immergeret cum Iesu, ipse æqualitatem uolens cum illo habere, cum ipso immergebat, cum cedere debuisset excellentiæ ipsius. Quamobrẽ huic fortasse proximũ est illud. Veruntamen, en manus me prodentis mecum est in mensa. Ac profectò quisquis urbanè aliquando iuuenes admonuerit, ut senioribus in conuiuijs deferant, hoc dicto utetur, ne manum conprimant duorum seniorum. Scriptum est enim, & hoc quoq; Ne comprimas cum eo in catino. Cæterùm non ignorantes propter opinionem curiosæ quæstionis, & persuadere auditori non ualentis, à defensione procul esse apud eos, qui hæc audiunt: hæc ausi sumus, melius esse rati omnia explorare, quàm aliquid, quod scriptum sit, præterire intactum.

Matth. 26 Mar. 14 Luc. 12

Cum uerò ingressus fuisset Sathanas in Iudam, dicit illi Iesus, quod facis, fac ocyus.

Ed cui dicat dubiũ est. Nam uel Iudę, uel Sathanę potest dixisse Dominus, quod facis, fac ocyus, inuitans uel antagonistam ad pugnam, uel proditorẽ ad subministrandum dispensationi, quæ toti orbi salutifera futura erat: Quam non amplius retardare, sed pro uiribus accelerare uolebat: non ut quidã existimãt malè intelligentes, quomodo dixerit Dominus, Pater si fieri potest, transeat à me calix iste, sed confidentissimè ad certamẽ (ut ita loquar) exutus. Proinde arbitror uigesimũ etiam Psalmũ ex persona Seruatoris prophetatum in tẽpore passionis diabolo totis uiribus aduersus eũ contendente: Quos intuitus aduersum se armatos, atq; ad pugnã paratos, (quãdo astiterãt Reges terræ, & principes unà cõuenerũt aduersus Dominũ, & aduersus Christum eius) inquit, Dominus Lux mea, & salus mea, à quo nam metuam? Dominus obtento scuto protegit uitam meam, à quo expauescam? Dum appropinquant super me, ut deuorent carnes meas tribulantes me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt: Si aciẽ struant aduersum me, castra non timebit cor meum: Si insurgat aduersum me prælium, hac re nitar. Veruntamen quod dixit Iesus, siue Iudæ, siue Sathanæ, quod facis, fac ocyus, nemo agnouit discumbentium, ad quid dixerit, quidã enim putabant, quòd instaret Paschatis dies festus, Iesum dixisse habenti marsupium expenjarũ, & eorum, quæ dabantur in usum pauperum, ut erueret ea, quibus opus haberẽt ad diẽ festum: uel ut ex his, quæ collecta fuerant, daret pauperibus. At Iesus non hoc dixerat, sed uidens & Sathanam ingressum, & Iudam admittentem eum, omnesq; aduersus se insidias, ad certamen ueluti exutus, & ad strenuè se gerendum pro salute hominũ aduersum malum, & diabolum, hoc dixit: Quod facis, fac ocyus. Cum accepisset ergo illе offulam, exiuit continuo, eratq; nox. Dixerat quidem Seruator Iudæ, quod facis, fac ocyus, at proditor hac una in re magistro nunc paret, sumpta nanq; offula, non moratur, sed ut scriptum est, exiuit continuò, ut faceret ocyus proditionis opus iuxta uisionem Iesu: & uerè exiuit: Nec enim tantùm iuxta simpliciorem sensum exiuit ex domo, in qua cœna fiebat, sed etiam exiuit à Iesu: Non secus atque illud: Exierunt à nobis. Arbitrorq; Sathanã in Iudam ingressum post offulã ferre non potuisse, ut esset in eodẽ loco cũ Iesu: Neq; enim ulla cõueniẽtia est Christo ad Belial. Quæro insuper, nisi id

Psal. 26

Ioan. 13

id curiosum est, quare tandem huic uoci, cũ accepisset offulã non addatur, & comedisset: sed inspicies etiã tu ipse, huic enim uerbo accipiendi, comedendi uerbum addunt euangelistæ cum uolunt, ueluti in panis benedictione scriptum est, dixisse Iesum discipulis: accipite & comedite. An igitur acceptam offulam nõ comederit Iudas, etiam si quæ dicturi sumus, conuenire non uideanẽ cum superioribus, explanabimus in præsenti loco, iudicante lecturo, utrum oporteat admittere quę dicuntur. Cum intinxisset, inquit Iesus, offulam, & dimisisset eam, licet in catino, ne uacet uox, accipit, deinde dicitur, dat Iudæ Simoni Iscariotæ, & post offulam, tunc ingressus est in illũ Sathanas. Post offulam igitur fortasse à Iuda non comestam, anticipante Sathana, qui ingressus fuerat in Iudam, offulæ usum, ne Iudas adiumentum perciperet ex data à Iesu offula, (habebat enim hæc quidem uim adiuuandi ea usurum, sed acceperat iam semel in suũ cor Iudas, ut magistrum proderet) timens ne telũ in Iudam emissum aberraret, si Iudas usus offula fuisset anticipans, mox atq; Iudas sumit offulam, ingressus est in illum, tum scilicet cum dixisset illi Seruator, quòd facis fac ocyus, accepisseteq; offulam Iudas, ingressus est statim. Proinde haud absurdum in præsenti loco diceretur, quòd ut qui panem Domini comedit, uel calicem eius indignè bibit, in iudicium manducat & bibit, una uirtute præstantiori operante bonum, in bono affectu supposito, panem & calicem, in affectu uerò malo, operante condemnationem: sic offulam à Iesu datam eiusdem generis fuisse cum ea, quam Iesus dedit cæteris apostolis, dum diceret, accipite, & comedite, sed illis quidem ad salutem, Iudæ uerò ad condemnationẽ, ita ut post offulam ingrederetur in illum Sathanas. Cæterum consideretur hic panis, & hoc poculum à simplici oribus iuxta cõmuniorem intelligentiam de gratiarum actione: At qui altius hęc intelligere didicerint, considerent hoc dictũ, fuisse iuxta diuiniorem promissionẽ etiam de λόγῳ, & uerbo ueritatis alimentum uberius præstante, tanquam si exemplo dicerem: panem, quòd ad corpus attinet, alimentum uberrimũ præstantem febrim subiectã augere, cum contra bonam corporis habitudinem ad sanitatem reducat. Quam ob tam plerũq; sermo uerus ægrotanti animæ, & nõ indigẽti tali cibo datus illam cõteret, illi ut peius se habeat, causa existens. Atq; etiam sic sequitur, ut uera dicere periculosum sit: hoc autẽ mihi dictum est propter offulam, quam intinctam dedit Iudæ Iesus Simoni Iscariotæ, mouimusq; rationem in utranq; partem, siue necesse sit dicere, Iudam acceptam offulam, comedisse, siue à Sathana, qui in ipsum ingressus fuerat, prohibitũ fuisse: sin uerò perpendere etiam illud oportet: Erat aũt nox, tanq; non temere assignatum ab euangelista, dicendum est: symbolicè tunc noctem fuisse sub sensum cadentem quæ imago existeret noctis factæ in anima Iudæ, quando quæ ferebantur super abyssum, illæ tenebræ (nempe Sathanas) ingressæ sunt in eum. Vocauit enim deus tenebras noctem. Quare noctis, inquit Paulus, non sumus filij neq; tenebrarum dicens: Ergo fratres non sumus noctis, neq; tenebrarum filij. Et illud: nos qui diei filij sumus, sobrij simus. Quamobrem nox non erat his, quorum pedes lauerat Iesus, sed dies, eaq; splendidissima, ut qui iam mundati essent, abiecissentq; sordes, quas in pedibus animę suæ habebant: excellentiori etiam modo. Nox non erat recumbenti in sinu Iesu, quòd Iesus amore, quo illum prosequebatur, cunctas soluisset tenebras. Ac ne Petro quidem nox erat confitenti id, quod sibi cœlestis ille pater reuelarat, nempe tu es ille Christus, ille filius dei uiuentis, cui tamen neganti, nox confestim fuit: etiam nunc igitur cũ egressus est Iudas, sumpta offula, mox sibi ingresso nox fuit. Nec em illic ille uir aderat, cui nomen est oriens, scilicet reliquerat, dum egrederetur iustitiæ solem. Ac Iesum qui dem persequebatur Iudas tenebrarum plenus, sed tenebræ, & qui ipsas receperat non apprehenderunt eos, qui persequebantur lucem. Quo circa cum dixisset tanquam iustitiæ sermonem, peccaui tradens sanguinem iustum, profectus laqueo se præfocauit, Sathana nimirum, qui in ipso erat, eum usq; ad laqueum adducente, & in hoc ipsum præfocante, quando & animam eius diabolus attigit, quippe qui talis nõ esset, ut de eo diceretur à domino, quod de Iob est dictum ad diabolum: at illius animam ne attingas.

1. Thes. 5

Cum ergo exisset Iesus dicit: nunc glorificatus est filius hominis, & deus glorificatus est per eum, & deus glorificabit eum per se. Et continuò glorificabit eum.

TVNC glorificari cœpit filius hominis post gloriam, quæ ob signa & prodigia contigerat, & post gloriam transfigurationis, cum Iudas, Sathana in ipsum ingresso, à loco ubi erat Iesus, exiuit. Quocirca dixit dñs: Nunc glorificatus est filius hominis. Præterea illud etiam: si ego exaltatus à terra fuero, omnia traham ad meipsum, dictũ est à Seruatore significãte, quali morte glorificaturus esset deũ, glorificauit enim etiã moriendo deum. Hanc ob causam, quoniam initiũ dispensationis morituri Iesu perficiebatur, egresso post offulam Iudæ, ut contra Iesum negotiaret, dictum est: Nunc glorificatus est filius hominis, deinde quoniam nõ liceat glorificari Christum, non glorificato per ipsum patre, propterea his uerbis, nunc glorificatus est filius hominis, addunt hæc, & deus glorificatus est per ipsum. Veruntamen gloria contingens ob mortem pro hominibus non pertinebat ad unigenitum, qui natura mori aptus non erat, neq; ad sapientiam, & pietatem, & quæcunq; alia esse dicuntur in Iesu diuiniora, sed ad hominem, qui erat etiam filius hominis, genitus ex semine Dauid secundum carnem. Quo circa superius quidem dixit: Nunc glorificatus est filius hominis. Nunc etiam, opinor, Deus exaltauit factum obedientem usq; ad mortem, mortem autem crucis. Nam illud uerbum, quod erat in principio apud deum, deus, non recipit exaltari. Cæterùm exaltatio filij hominis sibi facta glorificãti deum per suã ipsius mortem, hæc fuit, ut nõ amplius ipse aliud esset à uerbo, sed idem cum ipso. Nam, si qui adhæret dño, unus est spiritus, ut de hoc, & de spiritu nõ amplius dicatur, q̃ duo sint, quo modo non magis diceremus id, quod de Iesu est humanum, factum fuisse unum cum uerbo exaltato quidẽ illo, qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed uerbo manente in sua altitudine, uel etiam restituto ad id, ubi erat prius, apud deum, deus uerbum existens, & homo. Altera uerò glorificatio Iesu, deum per mortẽ suam glorificantis tunc fuit, cum expoliatos principatus, ac potestates ostentauit palàm triumphans de illis per lignum, pacificatis per sanguinem crucis eius, siue quæ in terra sunt, siue quæ in cœlis. In his enim omnibus glorificatus est filius hominis, deo etiam glorificato. Cæterum, quoniam qui glorificatur, ab aliquo glorificatur, quæres in his uerbis, glorificatus est filius hominis, à quo glorificatus fuerit, similiter etiã in his facies: Deus glorificatus est per eum. Pro quorum uerborum explanatione diligenter adhibeamus animum ad primum dictum, scilicet nunc glorificatus est filius hominis, item ad secundum, & deus glorificatus est per eum, et ad tertium, glorificabit eum per se, demum ad quartum, & continuo glorificabit eum. Nisi fortè quis dicat recipere coniunctionẽ cõiuncti in finiẽte, ut cõiunctum incipiat ab illis uerbis, & deus glorificatus est per eum, & desinat in ea, & continuo glorificabit eum. Verũ attendamus necesse est gloriæ uocabulo, quod apud nullos gentiles de re media ponitur, ex quo diffiniunt, gloriam esse laudem à multis proficiscentẽ. Perspicuum uerò est alia de re hoc nomen, etiã poni ex
Exod.40 eo, quod hunc in modum in Exodo dictũ sit: & gloria domini repletum est tentorium. Nec poterat Moses ingredi in tentorium testimonij, quòd obumbrasset illud nubes, & gloria domini plenũ fuit tentoriũ. In tertio etiã Regum hunc in modum est scriptũ:
3.Reg.8 Euenit, cum egrederent̃ sacerdotes è sanctuario, ut nubes repleret domum domini, & non poterant sacerdotes stare coram nube ad ministrandum, quòd replesset gloria domini domum. Quin de Mosis gloria scripta etiam sunt talia in Exodo: Vt autem de-
Exod.33 scendit Moses de monte, duæq; tabulæ testamenti in manibus erant Mosis: cũq; è monte descenderet Moses, non norat glorificatum fuisse aspectum cutis uultus sui, dum de-
Luc.9 us sibi loqueret̃. Viditq; Aaron, & omes filij Israel Mosen, & erat glorificatus aspectus cutis uultus sui, & timuerunt ei appropinquare. Hæc gloriæ significatio in euãgelio etiam Lucæ his uerbis declaratur. Et facta est, dum oraret, species uultus eius alia, & uestitus eius candidus, ac refulgens: Et ecce duo uiri loquebantur cũ eo, qui erant Moses &
2 Cor.4 Helias: q uisi in maiestate narrabãt excessum eius, quẽ cõpleturus erat Hierosolymis. Vide uerò in quib. etiã Paulus nomẽ gloriæ assumat, alicubi enim dicit: Si administratio mortis in literis deformata in saxis fuit in gloria, adeò ut non possent intẽdere filij in faciem

in faciẽ Mosis, propter gloriam uultus eius, quæ aboletur, cur non potius administratio spiritus erit in gloria? Nam si administratio condemnationis gloria est, multo magis excellit administratio iustitiæ in gloria: quandoquidẽ ne glorificatum quidem est in hac parte propter eminentem gloriam: si enim quod aboletur in gloria fuit, multo magis, id, quod manet, est in gloria. Alibi uerò: At nos omes retecta facie gloriam Domini in speculo repræsentantes ad eandem imaginẽ transformamur à gloria in gloriam: tanquam à domini spiritu. Rursumq; post pauca, si adhuc uelatu est euangelium nostrum, in his uelatum est, qui pereũt: in quibus Deus huius seculi excæcauit sensus incredulorum: ne illucesceret illis euangeliũ gloriæ Christi, qui est imago dei, & iterum post pauca: deus, qui iussit è tenebris lucem illucescere, qui luxit in cordibus nostris ad illuminationem cognitionis glorię dei, in facie Iesu Christi. Quorum singula quamuis accurate enarrare nõ posset̃ proposita enarratio textus euangelici, tamen paucis hęc dicenda sunt. Quantum ad sensum humilem, & corporalem attinet, diuinior quædã manifestatio in tentorio, & in templo completa fuit, & in facie Mosis, qui cum diuina natura cõuersatus fuerat: quantum uerò ad Anagogen, & altiorem intelligentiã ea quæ de deo accuratè agnoscuntur, quæq; acie mentis dispiciuntur, apte propter excellentiam puritatis dicentur esse gloria dei conspecta. Quoniã mens mundificata, & quæ materialia cuncta transcẽderit, ut accuratè intueatur uisionẽ dei, ob ea, quæ intuetur, deificatur. Dicendum est etiam eiusmodi esse glorificari faciem eius, qui deum intuitus fuerit, & cũ ipso cõuersatus, quiq; cũ huiusmodi uisione consuetudinẽ habuerit, ut tropicè glorificata fuisse Mosis facies intelligatur, quia mẽs illius deificata fuerit. In hanc sententiã Paulus quoq; dicebat: Nos autem retecta facie gloriam domini in speculo repræsentantes, ad eandẽ imaginẽ transformamur. Vt aũt nocturnæ lucis splendor exoriente sole offuscat̃, sic Mosis gloriæ, tenebras offundit gloria, quæ est in Christo, cũ alio quin excellentia, quæ est in Christo, cõparationẽ non habeat, qua agnoscẽs patrẽ Christus, longe magis glorificatus fuit, cũ fuerit Moses ex his, quæ à se cognita fuere, & quæ glorificauerũt faciẽ animæ eius. Idcirco gloria in Mose existens dicta est destrui, à supereminenti gloria, quę est in Christo. Verùm enimuero cũ hæc pro uitili pauc̃ differuerimus in his, quę in mediũ ptulimus, redeamus ad illud, nũc glorificatus est filius hominis, & deus glorificatus est per ipsum. Agnoscens patrem filius glorificatus est ipsa patris agnitione, quę maximũ bonum, & tale, ut filius glorificet̃ in perfecta cognitione existens, qua agnoscit patrẽ. Arbitror uerò etiã quo seipsum agnouerit, an uerò etiam ipsa res nõ procul à priori abest) glorificatus sit, eo q; seipsum agnouerit, an uerò etiam uniuersorũ cognitio magnitudinẽ glorię ipsius cõpleat, quæ sunt occulta, quęq; aperta cognoscentis, quæres. Et uide ne fortè hanc glorificationem filius hominis habeat, quiã unitus sit sapientiæ, cũ ipse sit αὐτοσοφία, uel ut uocant αὐτοσοφὸς, hoc est sapientia ipsa, uel filius ipse. Hac aũt enim gloria, qua glorificatus est filius hominis, à patre, qui hoc illi donauit, glorificatus fuit. Multaq; cum sint gloriã omnẽ hominis quę cõpleãt, his omnibus præstans est Deus, qui non simpliciter à filio, dum cognoscitur glorificatur, sed per filiũ glorificatur, iuxta quod audax quidem facinus, supraq; captum nostrũ nosmetipsos permittere horũ inquisitioni, sed tamen audendum est suggerere, quod hoc in locò quæstionẽ adduci possit. Quæro aũt, an liceat glorificari Deum, præterq; glorificari per filiũ, ut assignauimus. Et dicendũ est necessario eũ, quãdo in sua est specula, propter suã ipsius cognitionẽ, ac suã ipsius contemplationem maiorem contemplatione illa quæ est in filio, ut opus est, talia de Deo cogitare, oblectari indicibili quadam hilaritate, & iocunditate, & gaudio, in seipso libenter acquiescentem, & gaudentem. Quibus uocabulis egò quidem utor non tanquam propriè cõuenientibus Deo, sed indigus indicibilium (ut ita loquar) uerborum, quæ solus ipse unigenitus filius eius cũ ipso propria locutione effari potest, uel cogitare de eo. Cæterùm quoniã in hũc locũ deuenimus, ubi Deus per Christũ glorificatur, appositè quæremus, quomodo eti am per spiritũ sanctũ glorificetur, & per oẽs, à quibus cõspecta fuerit, uel conspiciatur gloria Domini. Atq; arbitror ego quidem totius gloriæ Dei splendorẽ esse filiũ (ut à Paulo traditum est dicente: qui cum sit splendor gloriæ) peruenire tamen particulares splendores ab hoc splendore totius gloriæ ad reliquam naturã rationis capacem.

Alioqui non arbitror percipere aliquem posse omnem splendorem totius gloriæ dei, nisi filium dei. Nunc autem quando œconomia, & mysterium passionis filij hominis pro omnibus fit non sine deo, (quam ob causam deus illum superexaltauit) glorificatus est, inquit, filius hominis, non solus (deus enim per ipsum etiam glorificatus est) ad huius loci similitudinem exponere quis poterit illud: nemo agnouit filium, nisi pater. Et illud: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est. Quatenus enim filius non erat mundo agnitus (in mũdo enim erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit (nondum glorificatus erat per mundum, etiã si quòd per mundum glorificatus nõdum esset, damnũ nõ erat Christi nõ glorificati, sed mundi, Christũ nõ glorificantis. Cũ uerò pater cœlestis reuelauit his, qui è mũdo erant, Iesu cognitionẽ, tunc glorificatus est filius hominis per illos, qui eũ cognouerunt. Et per eandẽ gloriã qua glorificatus fuit inter eos, qui eũ cognouerunt, acquisiuit gloriã cognoscentibus ipsum. Qui enim retecta facie gloriam Domini repræsentant, ad illius imaginem transformantur. Vide uerò, unde à gloria dicat, & ubi ad gloriã, nimirum à gloria glorificati, ad gloriam glorificantiũ. Cum igitur uenit ad œconomiã, à qua & mundo illucescere, atq; etiã cognitus glorificari debebat, propter gloriã glorificantiũ eũ, nunc dixit, glorificatus est filius hominis: & quoniã nemo cognouit patrẽ, nisi filius, & cui filius reuelauerit, reuelaturusq; erat patrẽ filius ex œconomia: hanc ob causam etiam pater per filium glorificatus est. Vel illud, & Deus glorificatus est per ipsum, examinabis simul cum illo dicto: Qui uidit me, uidit patrem, qui misit me. Videtur enim in sermone existenti Deo, & imagine inuisibilis Dei pater, qui ipsum genuit: cum is qui inspexerit in imagine inuisibilis dei, statim inspicere etiam possit in patre, qui est primum exemplar. Adhæc hũc in modum apertius etiam interpretari potest hic locus. Cũ enim per sanctos, quorũ uidentur bona opera splendidissima corã hominibus, glorificetur nomen patris in cœlis (quẽadmodũ etiam nomẽ Dei per quosdam blasphematur inter gentes) in quo nam perinde glorificatus est pater, atq; in Iesu? quandoquidem peccatum non fecit, nec inuẽtus fuit dolus in ore eius, neq; cognouit peccatũ. Talis igitur cũ esset filius, glorificatus est, & deus glorificatus per ipsum est, q; si deus glorificatus est per ipsum, deus illi uicissim donat, quod maius est re illa, quã fecit filius hominis. Maius est enim, q; filius hominis glorificatus fuerit per deum, inferior per præstãtiorem, quàm quod inferior glorificauerit deum præstantiorem: iuxta illud. Pater qui misit me, maior me est. Atq; profecto longe excellentior gloria est in filio, quando glorificat ipsum pater, q; sit in patre, quando glorificatus fuerit per filium. Decebatq; profecto, ut maior uicissim rependens gloriã, qua glorificarat eum filius, gratificaretur filio glorificando eum in se patre. Deinde quoniã hæc iam futura erant (dico autem glorificari filium hominis per deum) idcirco subiungit, & cõtinuo glorificabit eum. Nec uerò ignoramus hæc longe inferiora esse his, quæ presens requirat locus, quem nunc examinamus reuelante deo, & præsente existẽte uerbo suo ad demonstrandum gloriam dei: quare ueluti parui, & longe abiectiores, quàm dignitas sermonum exigat, gratias deo agamus pro his, quæ exposuimus: quæ longe sunt maiora nostra dignitate.

Lucæ 10 Mat. 16

Filioli adhuc paulisper uobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quò abeo, uos non potestis uenire, & uobis dico nunc.

C VM colligeris uoces ex euãgelijs, quæ dicuntur à Seruatore nostro, tanq; à patre ad filios, confidito dicere Seruatorem esse aliquorũ patrem. Inquit enim paralytico, confide fili, remittuntur tibi peccata. Fœminę uerò fluxu sanguinis laboranti, filia fides tua te saluã fecit. Nũc etiã discipulis, inquit: Filioli, ostendente, opinor, Iesu nonnullum blandientis affectũ, simulq; docente apostolos etiamdũ animo pusillos esse. Sin uerò quærat aliquis, nũ paralyticus dictus filius honorabilior sit illis, quib. filius dei dixit filioli, is sciat eũ, qui sit filiolus, esse etiã omnino filiũ, propter quod nec paralyticus dictus prohibitus est esse etiã filiolus, quẽadmodũ etiam nec esse nõ est, ut paralyticus nuncupatus filius honorabilior sit his, quos filius dei dixit filiolos. Proinde sciamus necesse est, non ut in hominibus euenit, ut qui filius alicuius fuerit

fuerit, is illius postea esse frater non possit, ita euenire in Iesu ut aliquis ex filio immutari non possit, ut sit illius frater. Quamobrem hi, quibus dixit, filioli, post Seruatoris resurrectionẽ (tanquã immutato Iesu ex resurrectione) fratres illius efficiuntur, qui antea illis dixerat filioli (unde & scriptũ est: Vade ad fratres meos, & dic illis: Ascendo ad patrẽ meum, & patrẽ uestrũ, Deum meũ, & deum uestrũ) Et fortasse quẽadmodũ licet etiam ex seruo Iesu immutari, nam serui erãt etiã discipuli, anteq; fierent filij, ut ex hoc dicto perspicuũ est: Vos uocatis me magistrũ & dominũ, & bene dicitis, sum etenim. & ex illo: Nõ est seruus maior dño suo, q; scriptũ est ante hæc uerba: Filioli adhuc pauliſper uobiscũ sum. Inspicies uerò an seruus efficiatur primùm discipulus, deinde filius: postremo frater Christi, & filius dei. Inspicies etiam, an discipulus inter hos discendus sit, qui percepturus sit (eò quòd seipsum exhibuerit sermonis scientiã) addiscẽs à tanto q; præceptore sapientiam dei. Cæterum hoc dictum: adhuc paulisper uobiscũ sum, iuxta simpliciorem quidem sensum, q; ad contextum attinet, apertum est (quoniam iam futurus non erat amplius cum discipulis) primum quidem cõprehensus à cohorte & Centurione, & à Iudaicis ministris, qui eum ligatum abduxerunt ad Annam primũ, postea uerò Pilato traditus, & deinceps ad crucem condemnatus, ac demum tribus diebus, & tribus noctibus in corde terræ. Iuxta profundiorem uerò sensum quæres, an forte non fuerit cum illis paulisper, non eò quòd illis non adfuerit secundũ carnẽ, & eò q; descenderit cum anima sua ad inferos (huius enim rei causa non prohibebatur esse etiam cum discipulis ille qui dixerat: Vbi duo uel tres cõgregati fuerint in nomine meo, etiã ego sum in medio eorũ: & ecce ego uobiscũ sum usq; ad consummationẽ seculi) sed quia illud impleret: omnes uos offendemini mea causa in nocte hac, scriptũ est enim: Percutiam pastorẽ, & dispergent oues gregis. Idcirco enim nõ amplius futurus erat cũ illis, quia cum dignis est solis. Cæterũ cõtra hoc obijciet aliquis illud: In medio uestrum stat, quem uos nescitis, dicens eum cum his etiam esse, à quibus non cognoscatur. Proinde uide, ne fortè idem non sit esse cũ aliquo, q; in promissione tanq; dignis datur, & stare in medio non agnoscentiũ eum. Cum enim sit in promissione illud: Vbi duo uel tres cõgregati fuerint in nomine meo, egò etiam in medio eorũ sum. Et illud: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationẽ seculi, nõ eiusmodi est illud: In medio uestri stat, quem uos nescitis. Proinde qui dixerat, ecce ego uobiscum sum, in præsenti contextu inquit: Adhuc paulisper uobiscum sum. Et qui dicit: Paulisper uobiscum sum, haudquaq; præsenti sensibiliter Iudæ (in cuius cor immiserat diabolus, ut proderet Seruatorẽ) dixit tecum sum. Non amplius enim erat cum ipso, cum intinctã offulam ipsi porrigeret. Quando uerò post offulam ingressus est in Iudam Sathanas, multò minus erat cũ illo Iesus, abducente procul seipsum à Seruatore (quæ enim conuenientia Christi cũ Beliar?) Quamuis attamen paulisper cum filiolis futurus esset Iesus, ipsorum pater, sciamus oportet illud, paulisper, magnum esse. Nam etiam si cum illis non erat Iesus, nihilominus quæsituri erant Iesum: quẽadmodum Petrus post negationem amare fleuit, quærens (opinor) Iesum. Nunc igitur illud:

Matt. 18 Matt. 28 Matt. 26 Ioan. 1

Filioli adhuc paulisper uobiscum sum, pusillum, & non uidebitis me, & iterum pusillum, & uidebitis me: quando dicẽtibus discipulis, quid est hoc, q; dicit pusillum? Nescimus quid loquatur. Cũ intellexisset ergo Iesus qui uellent eum interrogare, dixit illis: De hoc quæritis inter uos, quòd dixi. Pusillum, & nõ uidebitis me, & iterum pusillum, & uidebitis me: Amen amen dico uobis, plorabitis, & lamentabimini uos, mundus autem gaudebit, uos autem mœrore afficiemini, sed mœror uester uertetur in gaudium.

I LLO enim pusillo tẽpore, quo nõ uidebant eum, quærebant Iesum. Quocirca plorabãt, & lamentabant sed mœrore cõmutato illis in gaudiũ, imple batur tũc illud: Rursus pusillũ, & uidebitis me. In quibus perscrutaberis, an non uidẽs eũ paulisper, & uisurus eum post hoc pusillũ tẽpus, postea uisurus sit ipsum omnino nõ multũ, cõsiderãtibus nobis illud: Rursum pusillum, & nõ uidebitis me. Cæterum quærere Iesum, est quærere sermonẽ, sapientiã, & potentiam dei, quæ omnia est Christus. Quærunt uerò quidã eum ex his, qui signa uiderunt, quiq; cum ipso uidere

sumpserunt ab eo panẽ, & comedunt, habẽtibus illis quærẽdi causam, eò q nutriti fuerint à λόγῳ, & filio dei. Quæritis enim me, inquit, non quia signa uideritis, sed quia comederitis ex panibus, & saturati sitis. Deinde quoniã antea Iudæis dixerat: Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Et quò ego uado, uos non potestis uenire, ad illud referẽs id, de quo agimus, inquit. Et sicut dixi Iudæis, quò ego abeo, uos non potestis uenire, ita etiam uobis dico nunc. Vt enim illis, inquit, hoc dixi, sic etiam uobis. Sed uobis etiam hoc dico non de multo tempore. Sic enim ego intelligo illud: Etiam uobis dico nunc (quæ non idem sonant, ac si dixisset, & uobis dico, absq; additione uocabuli nunc.) Iudæi enim, quos præuiderat morituros in peccato suo, ire non poterant, nec ad breue tempus, quò abibat Iesus: at uerò discipuli post illud pusillũ tẽpus, in quo non amplius futurus erat cũ eis, propterea, quæ superius diximus, poterãt sequi sermonem abeuntem ad suas ipsius dispensationes. Et nisi his uerbis, quò ego uado, uos non potestis uenire, præposita fuissent hæc, sicut dixi Iudæis, simplicius existimassemus hæc etiam dicta fuisse, referẽtes uerbũ nunc ad id temporis, quo anima Iesu è uita decedebat. Cæterum si Iudæi periturí erant, & Iesus periturus, descensurusq; ad inferos, quomodo ire non poterant, quò Iesus abibat? Sed dicet aliquis, quòd in paradiso Dei etiã futurus erat Iesus, ad quem, qui in peccatis suis moriebãtur, proficisci nõ poterãt: Discipulos uerò Iesu cũ tũc ire non possent, postea potuisse: Idcirco Iudæis inquit, peccato suo moriẽtibus dictũ fuisse: Quò ego abeo, uos non potestis uenire nũc. Eloquutionis enim talis est ordo: Quò ego abeo, uos nõ potestis uenire nũc. Sicut dixi Iudæis, etiam uobis dico: quò ego uado, uos non potestis uenire nũc. Quam sic etiam non paruum quæstionis habet hic locus, propter hoc: Filius hominis aget in corde terræ tres dies & tres noctes. Nã quomodo tres dies & tres noctes egit in corde terræ, qui simulatq; cum decessisset è uita, futurus erat in paradiso Dei? Iuxta illud: Hodie mecum eris in paradiso. Sic aũt perturbauit hoc dictũ nõnullos, ceu absonũ, ut suspicari ausi fuerint, hæc uerba, hodie mecũ eris in paradiso Dei, addita fuisse euangelio ab aliquibus illud adulterantibus. At uerò nos iuxta simpliciorem quidem sensum intelligimus, eũ fortasse, antequàm abiret in cor terræ, ut uocãr, restituisse in paradiso Dei dicentem sibi. Domine memẽto mei, dum ueneris in regnũ tuũ, iuxta uerò profundiorẽ sensum dicimus. Plerunq; uocabulũ, hodie, in scriptura extẽdere præsens tẽpus in totũ seculũ: ut in illud. Diuulgatũ est hoc uerbũ apud Iudæos usq; hodie: & hic est pater Moabitarũ usq; in hodiernum diem: Et hodie si uocem eius audieritis, nec recedatis à Domino. Itaq; oranti latroni, ut sui memoria habeatur in regno Dei, promittit Christus in uocabulo, hodie, se facturũ, ut latro ipse secũ sit in regno Dei in præsenti seculo ante futurũ. Sed hoc per interuallum sit dictũ in id, quo de agimus. At uerò discipulis uolentibus sequi Iesum (non ut simpliciores rentur corporaliter, sed ut signifícat illud. Qui non tulerit crucem suã, & me subsequutus fuerit, nõ est dignus meus esse discipulus) inquit nunc Dominus: quò ego abeo, uos non potestis nunc sequi. Nã etiã si sequi uolebãt uerbũ Dei filiũ, & confiteri eũ nõ offensi causa ipsius, nondũ poterant tamẽ hoc facere. Nondum enim erat spíritus, quòd nondum esset Iesus glorificatus. Et nullus potest dicere Dominus Iesus, nisi in spíritu sancto. Cæterũm abit λόγος, id est, filius Dei pergens ad sua itinera, quem quidẽ sequitur, qui λόγῳ, hoc est ratione sequitur: nõ potest uerò sequi, qui seipsum nõ præparauerit pro dignitate illius ad suũ ipsius patrẽ adducẽtis eos, qui nihil nõ agũt, ut possint illum sequi: & sequuntur eum, donec, ut Christo dignum est, dicant: Adhæsit anima mea post te. Verùm cũ secundus & trigesimus tomus explanationum in euangelium à Ioanne traditum sufficientem scriptionem acceperit, illius sermonem hic finiemus.

Ioan. 6
Ioan. 8
Ioan. 13
Matt. 12
Luc. 24
Matt. 10
Ioan. 7.
1. Cor. 12
Psal. 62

Ambrosius idem lectori S.

Lector amice, scito me in hoc libro uertendo summa usum esse fide ac diligentia, ut nihil prorsus sit immutatum ab eo quod scribit author. Scito præterea me nihil inuenisse in hoc libro, quod uideatur decretis sanctæ matris ecclesiæ aduersari, nam si inuenissem, aut librum nõ uertissem, aut locum signassem suspectum. Tamen omnia iudicio subiecta esse uelim sanctissimæ matris ecclesiæ, & quilibet cautè, & cum iudicio legat.

SEQVVN-

SEQVVNTVR NONNVLLAE HOMILIAE
ADAMANTII ORIGENIS QVAS EX VARIIS LOCIS in unum recollegimus.

In illo tempore, cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent inuenta est in utero habens de spíritu sancto. Et reliqua.

Matthæi Cap. 1 Homilia 1

Q VAE fuit necessitas ut desponsata esset Maria Ioseph, nisi propterea quatenus hoc sacramentum diabolo celaretur, & ille malignus fraudis commenta aduersus desponsatam uirginem nulla penitus inueniret? Vel ideo fuerat despõsata Ioseph, ut nato infanti, uel ipsi Mariæ curam uideretur gerere Ioseph, siue in Ægyptum transiens, siue inde denuo ueniens. Ideo desponsata fuit Ioseph, non tamẽ in concupiscentia iuncta. Mater, inquit, eius. Mater immaculata, mater incorrupta, mater intacta. Mater eius. Cuius eius? Mater dei unigeniti domini & regis omnium, plasmatoris & creatoris cunctorum. Illius qui in excelsis sine matre, & in terra est sine patre. Ipsius qui in cœlis secundũ deitatem in sinu est patris, & in terris secundum corporis susceptionem in sinu est matris. O magnæ admirationis gratia. O inenarrabilis suauitas. O ineffabile, magnumq; sacramentum. Ipsa eademq; uirgo, ipsa & mater domini, ipsa & genitrix, ipsa eius ancilla, plasmatio eius, ipsa quæ genuit. Quis unquam ista audiuit? & quis uidit talia? & quis cogitare potuit, ut mater uirgo esset, & intacta generaret, quæ & uirgo permansit, & genuit? Sicut enim quondam rubus cõburi uidebatur, & ignis eum non tangebat: & sicut tres pueri in camino ignis inclusi habebantur, & tamen eos non lædebat incendium, nec odor fumi erat in eis: uel quemadmodũ Danieli intra lacum leonum incluso, claustris non apertis allatum est prandiũ ab Abacuc: ita & hæc uirgo sancta genuit deum, sed intacta permansit, mater effecta est, sed uirginitatẽ non amisit: genuit infantẽ, & ut dictũ est uirgo permansit. Virgo ergo genuit, & uirgo permansit. Mater filij facta est, & castitatis sigillũ non perdidit. Quare? quia non homo iste tãtum qui uidebaꝫ, sed unigenitus erat deus qui in carne aduenerat. Nec subito carnaliter genitus est, sed perfecta deitas in corpore uenit. Ergo integer iste & indiuisus deus in humano adueniens uel genitus est corpore: quiq; deus & dominus, figuram serui suscepit. Nõ enim pars unigeniti uenit in corpore, nec se ipse diuisit ut dimidius esset apud patrem, & dimidius esset in uirgine, sed totus apud patrem, totus in uirgine, totus in sinu patris, totus in humano corpore: non relinquens superiora uenit quærere terrena, quę in cœlis sunt cõseruãs, & quę in terra sunt saluãs, ubiq; omnipotẽs, in sanctis suis indiuisus, hic sanctus unigenitus deus. Si enim hoc uerbum humanũ & corporale immissum in aures plurimorum non diuiditur per singulos, ut pars in alio, & pars sit iterum in alio, sed in omnibus integrũ & plenũ habet, ut in unoquoq; totum sit: quãto magis uerbũ unigenitus ubiq; totus est & in cœlo, & in terra, & apud patrẽ, & in uirgine, & non diuidit (ut dictũ est) neq; scinditur, neq; in partes efficit, sed totum totus tenet, totũ implet, totum illustrat, & possidet? Huius itaq; unigeniti dei dicitur hæc mater uirgo Maria, digna digni, immaculata sancti immaculati, una uniꝰ, unica unici. Nec enim alter unigenitus super terrã uenit, aut alia uirgo unigenitum genuit. In omnibus his quæ dicta sunt despõsata legit mater eius Maria, Et ait: Inuenta est in utero habẽs. Cui inuenta, aut à quo inuẽta est? Primo ab angelis custodientibus eam, protegẽtibus eam, cõseruãtibus eam, uel eius beatissimã animã, ad honorem illius qui ab ipsa generandus erat. Dehinc inuenta nõ incõgrue putaꝫ ab ipso beato Ioseph sancto & iusto, qui pene licentia maritali licet eam non contingeret, futuræ tamen ut putabatur uxoris omnia nouerat. Ioseph aũt uir eius, inquit, cum esset homo iustus, & nollet eam traducere.] Virum eum appellauit cõtra Iudæorũ prauitatẽ ut aduersus uirginẽ non sæuirent. Propterea & desponsata fuit ipsi Ioseph, ut suprà dictũ est. Si enim nõ fuisset desponsata Ioseph, omniũ bonorũ increduli & inimici Iudæi lapidib. eam occidissent. Ideo uirũ eius hic eum Euãgelista appellauit. Ioseph uir eius cũ esset homo iustus. Iustus aũt in uerbo, iustus in facto, iustus in lege, iustus in cõsummatione, iustus in iudicio gratiæ. Iustus itaq; cum fuisset, & nollet eam traducere, uoluit occulte eam dimittere. Noluit eam

Universidad de Deusto
Biblioteca

traducere,noluit eam accipere,noluit eam male diffamare, ſed uoluit eã occulte dimittere.Occulte à ſe dimittere uolebat,ſicut manſuetus,ſicut pius,ſicut miſericors. Talis ergo cum eſſet Ioſeph,cogitabat eam occulte dimittere. Hæc, inquit,eo cogitante.] Quærendum eſt nobis,nunquid cogitauerit ut occulte eam dimitteret: & ſi cogitabat ut eã dimitteret,& ſi ita ſuſpitionem in eam habebat,quomodo iuſtus erat. Si ergo nõ eſt ſuſpicatus, uel tale aliquid cogitauit,cur eam dimittere uolebat ut immaculatã & ſanctam uellet dimittere:iniuſtũ enim & hoc erat. Sed ſimplicitatẽ ſenſus audi huius orationis.Iuſtus erat Ioſeph,& illa uirgo immaculata erat:ſed ideo eam dimittere uolebat,quoniã uirtutem myſterij,& ſacramentum quoddam magnificũ in eadem cognoſcebat,cui approximare ſe indignum exiſtimabat.Ergo humilians ſe ante tantã & tam ineffabilẽ rem,quærebat ſe longe facere.Sicut & beatus Petrus domino ſe humilians aiebat:Recede à me domine, quoniam ego peccator ſum:uel ſicut ille centurio ad eundẽ dominum mittẽs dicebat:Nõ ſum dignus ut intres ſub tectũ meũ,quia neq; meipſum dignũ exiſtimaui ad te uenire: uel ſicut ſancta Elizabet ad ipſam beatã Mariã locuta eſt dicens:Et unde hoc mihi,ut ueniat mater domini mei ad me? Sic & Ioſeph iuſte humilians ſeſe in omnibus cauebat,& timebat ſibimetipſi tantæ ſanctitatis coniunctionem adhibere.Idcirco occulte uolebat eam dimittere,dimittam eam dicẽs,& à me longe faciã eam,& à cognitione mea. Maior eſt enim eius dignitas,ſuperexcellit eius ſanctitas,nec meę congruit indignitati. Ideo uolebat occulte dimittere eam.Hæc ergo eo cogitãte angelus domini per uiſum apparuit illi dicẽs: Quid dubitas ò Ioſeph? quid imprudenter cogitas? quare irrationabiliter meditaris? Deus eſt enim qui generat,uirgo quæ generat.Huius generationis miniſter es,& non largitor:ſeruus,& non dominus:mancipiũ,& nõ plaſmator.Propterea miniſtra,ſerua,cuſtodi,ſeruam, intende & huic qui naſcit,& huic quæ generat.Etenim ſi tibi uxor nominatur, ſi deſponſata tibi eſſe dicitur,non tamen tibi uxor eſt,ſed dei unigeniti electa mater eſt. Propterea Ioſeph fili Dauid qui has promiſſiones accepit,cui iſta fidelia data ſunt teſtamenta,Ioſeph fili Dauid, nõ tantum ſecundũ carnem,ſed et ſecundũ ſpititũ,Ioſeph fili Dauid, Si enim filius Dauid,iuſte & hæres eius tanq; filius patris. Ideo in hæreditatem accipe ea quæ illi promiſſa ſunt teſtamenta fidelia. Ioſeph fili Dauid ne timueris accipere Mariã coniugẽ tuam.] Ne timueris,ne trepidaueris,ne cõturberis:ſed ſecurus & intrepidus accipe eam ſecundũ legis præceptũ uxorẽ tibi nominatã,ſed ſecundum nuptiarũ cõſuetudinem,& cõiunctionem longe alienã.Accipe ergo eam ſicut cõmendatũ cœleſtẽ theſaurũ, deitatis diuitias,ſicut pleniſſimam ſanctitatẽ,ſicut perfectã iuſtitiam.Accipe eam ſicut unigeniti manſionem,ſicut honorabile templum,ſicut domum dei,ſicut creatoris omniũ propria,ſicut regis cœleſtis ſponſi domum immaculatã. Ita ergo Ioſeph fili Dauid,ne timeas accipere eam tibi cõmendatam,tuæ religioſitati creditam.Serua,ſer curã,attẽde,fugiẽs ab Herode duc in Ægyptũ:iterũ remeaturus poſt Herodis mortẽ,deduc in terram Iſrael.Ne timueris accipere Mariã coniugem tuam.Cõiugem audiens,ne expauẽſcas,non cõturberis nec tu,neq; quisq; ſequentium uſq; in cõſummationem ſeculi.Coniugẽ eam dico,propterea ut diabolo uirginitatẽ eius occultẽ,& ut ludęorũ prauitatẽ excludã atq; deijciam,utlegis inſtituta nõ deſtruã.Et in conſequentib. demonſtrabo quod iſta nec tua cõiunx ſecundum conſuetudinẽ coniugij habeat,nec iſte qui generat,tuus filius eſſe credatur. Quod enim ex ea naſcẽ de ſpiritu ſancto eſt.] Quia ſcilicet cooperator huius natiuitatis ſpiritus ſanctus eſt.Nam unigenitus filius qui ante ſecula ineffabiliter ex ſolo patre natus eſt, iam ſeculi propinquante fine in uoluntate patris in humano corpore ſancto cooperante ſpiritu inter homines uenit.Iſte eſt de quo ſcriptura pronunciauit dicẽs: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Patris etenim unigenitus filius ex uirgine geñeratus eſt,ut illam uirginem priorem Euam quæ ceciderat iterum renouaret atq; erigeret,& qui per prauam uoluntatem filij effecti fuerant diaboli,per adoptionem gratiæ filios efficeret dei. Pariet, inquit,filiũ,& uocabis nomen eius Ieſum.] Virgo generat,& tu hunc genitum uocabis Ieſum,quod interpretat̃ ſaluator. Ipſe enim ſaluũ faciet populũ ſuũ à peccatis eorũ.] Uocabis,ait,nomẽ eius,hoc quod ante fuit,quod ante ſecula nominatũ eſt. Non tu ei nomen ponẽs,nec ex te ei uocabulũ conſtitues,ſed nomina & uoca exultando Ieſum,id eſt ſaluatorem.Saluatorẽ eum eſſe teſtare,neq; ex tẽpore cœpiſſe ſaluare,ſed iam antiquiſſimũ ſaluatorem.Ipſe enim ſaluũ faciet populũ ſuũ à peccatis eorũ.Duo enim per hoc uerbũ præ-

Luc.5 Matth.8 Luc.1 Eſa.9

clara deſignant, quod & deus fuerit, & dominus priús ante incarnationẽ Chriſtus, & ꝗd populus eius ab ipſo ſaluãdus,iam tunc annunciabat.Et ideo dictũ eſt:Ipſe ſaluũ faciet populũ ſuũ à peccatis eorũ,ut uere deus. Dei em̃ uirtutis eſt à peccato ſaluare, uel peccata dimittere.Iſte ergo filius dei habens populũ ſuũ, ipſum uenit (ut dictũ eſt) à peccatis liberare atq; ſaluare,ſiue ex Iudęis,ſiue ex gẽtibus,de quo iam ipſe per prophetam fuerat locutus dicẽs:Dñs dixit ad me,filius meus es tu,ego hodie genui te.Pete à me,& dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã,& poſſeſſionẽ tuã terminos tertæ.Ipſe ſaluabit populũ ſuum à peccatis eorum:ſanguine uidelicet ſuo cunctos redimẽs,morte ſua de mortis eos liberans poteſtate.Ipſe ſaluabit,hoc eſt erit ſaluator omniũ hominũ fideliũ atq; credentium. Hoc aũt totũ factũ eſt.] Quia totum hoc,per unigeniti deſcenſionẽ. Hoc de iſta domini incarnatione. Hoc de angeli ad uirginẽ deſtinatione.Hoc de ipſius uirginis deſpõſatione,uel caſtitate. Hoc enim totũ factũ eſt ad totius mũdi ſalutẽ. Hoc totũ factũ eſt, ut unũ cõpleret̃,ut unũ conſummaretur. Quid illud? Quod uirgo genuit,quod uirgo permanſit,quod mater fuit, & intacta uirgo perſeuerauit.Ecce uirgo in utero accipiet. Audite quid dicit oẽs filiæ Euæ:Audite omnes uos quæ hęreditatẽ doloris & triſtitię poſt illã & ex illius cõdẽnatione ſumpſiſtis.Vos quæ in triſtitia generatis filios uel magis uos quæ cõcupiſcentiã corruptibilem non timuiſtis,audite,& lætamini,audite,& cõſolamini.Audite quod uirgo in utero accipiet:non ex deſiderio partum concipiens,quæ neq; perſuaſione ſerpentis decepta eſt, neq; eius afflatibus uenenoſis infecta:ſed uirgo in utero accipiet prædicationẽ angeli ſuſcipiens,prophetarũ teſtimonia aſſumens.Virgo in utero accipiet,ut deũ dignanter incarnatum ad mũdi pariat ſalutẽ.Ecce,inquit.Hoc ipſum qd̃ dicit: Ecce,admirãtis eſt tanti myſterij magnitudinem,ut omnes uelut de ſomno ſuſcitãs ad hoc dictum euigilet:Ecce uirgo,dicit,in utero accipiet,& pariet filiũ.Ad colligandũ fortẽ armatũ, ad conculcandũ ſerpẽtis impij caput,ad cõterendas uires eius,ad prędã eius diripiendã, atq; captiuitatem ſui populi conuertendam.Pariet filium ad denuo reparandũ Adam,ad inobedientiã Euę per Mariæ obedientiã excludendã,ad erigendũ iacentiũ genus quod per mulieris temeriam credulitatẽ fuerat ante deiectũ. Et uocabũt nomen eius Emanuel, qd̃ eſt interpretatum nobiſcũ deus.] Vocant nomẽ eius priús angeli, pſallentes in eius generatione atq; gaudentes ſicut deũ omniũ & regẽ pacis ad homines uenientẽ.Deinde Apoſtoli unigeniti dei dominationẽ atq; uirtutem omnibus gentibus prędicãtes: adhuc & ſancti martyres contra ignes & gladios uſq; ad mortẽ reſiſtentes.Deinde cuncti credentes: hoc ipſum nomen uſq; ad conſummationẽ ſeculi memorantes atq; laudantes. Et uocabunt nomen eius Emanuel, qd̃ eſt interpretatũ nobiſcum deus.Qui uocabũt,niſi iuſtiꝝ quorũ uocabit̃ inrea nomẽ nouum, non ſicut priús in figuris,& in imaginibus,ſed facie ad faciẽ apparẽtem nobiſcũ deus.Abrahæ patri credentiũ tribus horis temporis, licet nõ per ipſam ineffabilẽ deitatis ſubſtantiam,ſed potius per angelicã ſpeciẽ à meridie uiſus eſt:nobis trigintatribus annis in terra apparuit, & cum hominib. cõuerſari dignatus eſt.Iacob etiã breui tempore per angelũ nihilominus apparuit colluctãs cum eo,quiſq; ſe ab eo ſuperari permiſit,ut hũc mundi cordẽ merito benediceret,atq; Iſrael nominaret:nobiſcũ deus amplius magis pro nobis magnificũ certamen adimplens,uſq; ad mortẽ accedens,ut morte ſua mortẽ occideret,& benedictionẽ atq; immortalitatem mũdo corde populo cõdonaret,qui fiducialiter dicit nobiſcum deus:per Euangeliſtarũ & Apoſtolorũ prædicationem,per ſui ſancti corporis & ſanguinis ſacramentum,per glorioſæ crucis ſignaculũ:per iſta ergo omnia nobiſcum deus, & ad nos atq; in nobis, ſicut ipſe ait:Ecce ego uobiſcũ ſum omnib. diebus uſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Qui cũ patre & ſpiritu ſancto uiuit,& regnat in ſecula ſeculorũ.

Psal. 2 Matt. 28

In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum.Hoc erat in principio apud deum.Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.Et reliqua. Ioannis Cap. I Homilia II

OX ſpiritalis aquilę auditũ pulſat eccleſiæ.Exterior ſenſus tranſeuntem accipiat ſonitũ:interior animus manentẽ penetret intellectũ. Vox altiuidi uolatilis non aerẽ corporeũ,uel æthera,uel totius ſenſibilis mundi ambitũ ſuperuolitantis,ſed omnem theoriã ultra omnia quæ ſunt,& quæ nõ ſunt citiuolis intimæ theologię pẽnis clariſſimę ſuperneq; cõtemplationis obtutibus tranſcenden-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scẽdentis. Dico eñ quæ sunt, quæ siue humanũ, siue angelicũ nõ omnino fugiunt sensum. Quæ uerò non sunt, quæ profecto oẽs intelligentiæ uires relinquunt: cũ post deum sint, ut eorũ numerũ quæ ab una omniũ causa condita sunt nõ excedant. Superuolat itaq; beatus Ioannes Theologus nõ solũ quę intelligi ac dici possunt, uerũ etiam ea quæ superãt omnẽ intellectũ & significationẽ superuehitur, extraq; omnia ineffabili mentis uolatu in arcana unius omniũ principij exaltaẽ, incõprehensibilẽq; ipsius principij & uerbi, hoc est patris & filij unicã supersubstantialitatẽ pure dignoscens euãgeliũ inchoat dicẽs: In principio erat uerbum. O beate Ioannes non immerito uocaris Ioannes, Hebræum nomen est Latine uero, cui donatum est. Cui enim theologorũ donatũ est, quod tibi donatũ est? abdita uidelicet summi boni penetrare mysteria, & ea quæ tibi reuelata & declarata sunt, humanis mẽtib. ac sensibus intimare? Dic quæso cui talis ac tãta donata est gratia? Fortassis quis dicet, summo uertici apostolorũ, Petro dico, q̃ domino interrogãti quẽ se existimaret esse, respõdit: Tu es Christus filius de uiui. Sed nõ temere (ut opinor) quis dixerit plus in typo fidei & actionis, q̃ scientiæ & cõtemplationis Petrũ talia dixisse. Quare? Ea scilicet ratione qua Petrus in forma actionis ac fidei ponitur: Ioannes aũt cõtemplationis atq; scientiæ typũ imitatur. Vnus siquidẽ recũbebat super pectus dominicũ, quod est cõtẽplationis sacramentũ, alter sæpe titubabat quasi trepidæ actionis symbolũ. Actio nãq; mãdatorũ diuinorũ priusq̃ perueniat, in habitũ, puras aliquãdo discernit species uirtutum, aliquãdo fallit eius iudicium carnaliũ cogitationũ nebulis obumbratũ. Intimæ uero theoriæ acies postq̃ semel ueritatis perspexerit uultũ, nequaq̃ repercutit, nunquã fallit, nulla caligine obcęcat in perpetuũ. Ambo tamẽ currũt ad monumentũ. Monumentũ Christi est diuina scriptura, in qua diuinitatis & humanitatis eius mysteria denſitate literæ ueluti quadam muniunt petra. Sed Ioãnes præcurrit citius Petro. Acutius nãq; atq; uelocius intima diuinorũ apicũ penetrat secreta uirtus cõtẽplationis penitus purificataæ, q̃ actionis adhuc purificandæ. Verũtamen primo intrat Petrus in monumentũ, deinde Ioãnes, ac sic ambo currũt, ambo intrãt. Petrus siquidem fidei est symbolũ, Ioannes signat intellectum. Ac per hoc quoniã scriptum est: Nisi credideritis, nõ intelligetis: necessario præcedit fides in monumẽtum sanctæ scripturæ: deinde sequẽs intrat intellectus, cui per fidẽ præparaẽ aditus. Petrus quidẽ Christum deũ, & hominẽ iam factũ in tẽporibus cognoscens & dicens: Tu es Christus filius dei uiui, altissime uolauit: sed Ioãnes altius illo, qui eundẽ Christũ deum de eo ante omnia tẽpora genitũ intellexit dicẽs: In principio erat uerbum. Nemo nos existimet Petro Ioannẽ præferre. Quis hoc fecerit? Quis esset altior Apostolorũ illo qui est & dicitur uertex eorũ? Non præferimus Petro Ioannem, sed cõferimus actioni cõtemplationem: purgandum adhuc animũ, perfecte purgato: ascẽdenti adhuc uirtuti ad incõmutabilem habitũ perueniẽtẽ iam uitutẽ. Nõ eñ nũc cõsideramus apostolicarum personarum dignitatem, sed inuestigamus pulcherrimã diuinorum mysteriorũ differentiã. Petrus itaq; (hoc est actio uirtutum) dei filiũ mirabili & ineffabili modo carne circũscriptũ per uirtutẽ fidei & actionis conspicaẽ: Ioannes uerò, hoc est altissima ueritatis contẽplatio, dei uerbũ per se ante carnẽ absolutũ & infinitũ in principio suo, hoc est in patre, miraẽ. Petrus æterna simul ac tẽporalia in Christo unũ facta diuina reuelatione introductus inspicit: Ioãnes sola eius ętterna in notitiã fideliũ animarum introducit. Spiritale igitur petaurũ, citiuolum, deiuidum, Ioannẽ dico theologũ, omnem uisibilem & inuisibilem creaturã superat, omnẽ intellectũ penetrat, & deificatus in deum intrat se deificantẽ. O beate Paule raptus es (ut tu ipse asseris) in tertiũ cœlum, & paradisum: sed non es raptus super omne cœlũ, & paradisum. Ioannes omne cœlum conditum, omnemq; creatã paradisum, hoc est omnẽ humanam, angelicãq; transgrediẽ naturã: in tertiũ cœlũ raptus. O uas electionis & magister gentium, audisti uerba quæ nõ licet homini loqui. Ioãnes intimę ueritatis inspector ultra omne cœlum in paradiso paradisorũ, hoc est in causa omnium audiuit unũ uerbũ per quod facta sunt omnia, & licuit ei illud uerbũ dicere, hominibusq; prædicare quantũ hominibus prędicare potest, ac fiducialiter clamat: In principio erat uerbum. Nõ ergo Ioãnes erat homo, sed pluſquã homo, quãdo & seipsum & omnia quæ sunt superauit, & ineffabili sapientiæ uirtute purissimoq; mentis acumine subuectus in ea quæ superiora sunt secreta, uidelicet unius essentiæ in tribus substantijs, & trium substantiarũ in una essentia, ingressus est. Non enim aliter potuit ascendere in deũ nisi prius fieret deus. Vt enim radius oculorũ nostrorum

Matt. 16.

Esa. 7.

rum species rerũ sensibilium colores q̃ nõ prius potest sentire quã se solaribus radijs immisceat, unũq; cum ipsis, & in ipsis fiat: ita animus sanctorũ puram rerum spiritualiũ, omnẽq; intellectum superantiũ cogitationẽ non sufficit accipere, nisi prius incõprehensibilem ueritatis participationẽ dignus efficiaẽ habere. Sanctus itaq; theologus in deũ trãsmutatus, ueritatis particeps, dñi uerbum subsistere in deo principio, hoc est deum filium in deo patre pronunciat. In principio, inquit, erat uerbũ. Intuere cœlũ apertũ, hoc est summæ ac sanctæ trinitatis & unitatis reuelatum mundo mysterium. Animaduerte angelum diuinũ super filiũ hominis ascendentẽ, nobis uidelicet annunciantẽ ipsum esse ante omnia in principio uerbum, ac mox descendentẽ super eundẽ filium hominis, clamantẽq;: Et uerbũ caro factum est. Descẽdit Euangelizãs deũ uerũ hominẽ factũ supernaturaliter inter omnia ex uirgine: ascendit proclamãs Ioãnes uerbũ supereſſentialiter genitũ ex patre, ante & ultra omnia. In principio, inquit, erat uerbũ. Et notãdũ quod in hoc loco nõ tẽporis sed substantiæ significationem beatus Euãgelista insinuat per hanc uocẽ quæ est, erat. Nam & positum eius, id est sum, inæqualiter duplicẽ continet intellectũ, aliquãdo tẽporales motus secundũ aliorũ uerborũ analogiam declarat. Tale est ergo quod ait: In principio erat uerbũ, ac si aperte diceret, in patre subsistit filius. Quis eñ sapiens dixerit filiũ in patre temporaliter unq̃ subsititisse? Illic eñ sola cogitaẽ æternitas, ubi sola intelligiẽ immutabilis ueritas. Et ne quis existimaret ita in principio uerbum subsistere, ut nulla substantiarũ differentia intelligaẽ inesse, continuo subiũxit: Et uerbũ erat apud deũ: hoc est, & filius subsistit cũ patre in unitate essentiæ, & substantiali distinctione. Et iterũ ne talis serperet uenenosa cõtagio in quenq̃, uerbum nõ solummodo inquit cũ patre esse, & in deo esse. Non autẽ ipsum uerbũ substantialiter, & coæternaliter subsistere ait deo patri. Hic nanq; error per uerbum perfidos inuasit Arianos. Ideo protinus adiecit: Et deus erat uerbũ. Videns itẽ quod non defuturi essent qui dicerẽt, non de uno eodẽq; Euangelistã scripsisse: In principio erat uerbũ, sed aliud uerbũ in principio uoluit, aliud deus erat uerbũ: hæreticam opinionem destruens, cõsequenter adiũgit: Hoc erat in principio apud deũ: ac si diceret, hoc uerbũ quod deus est, apud deũ ipsum est, & non aliud, quod erat in principio. Sed significãtius ex græcorum exẽplaribus potest intelligi, in eis eñ ὅτι Θ· ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν scribiẽ: & potest referri ad utrũq;, ad uerbũ uidelicet, & deum. Hæc quippe duo nomina θεὸς & λόγος, deus & uerbũ, apud græcos masculini generis. Ac p̃ hoc ita potest intelligi. Et deus erat uerbũ, hic erat in principio apud deum: tãquam si luce clarius dixerit: Hic deus uerbum apud deum, hic est de quo dixi: In principio erat uerbum: Omnia per ipsum facta sunt, per ipsum deum uerbum, uel per ipsum uerbũ domini omnia facta sunt. Et quid est, per ipsum omnia facta sunt, nisi eo nascente ante omnia ex patre, omnia cum ipso, & per ipsum omnia facta sunt? Nã ipsius ex patre generatio ipsa est causarũ omniũ cõditio, omniũq; quæ ex causis in genera & species procedunt operatio, & effectus: per generationẽ quippe dei uerbi ex deo principio facta sunt omnia. Audi diuinum & ineffabile paradoxũ, irreserabile secretum, inuisibile profundũ, incõprehensibile mysterium. Per non factũ sed genitũ, omnia facta sed nõ genita. Principiũ ex quo omnia, pater est: Principiũ per quod omnia, filius est: patre loquẽte uerbũ suum, hoc est patre gignẽte suã sapientiã, omnia fiunt. Propheta ait: Omnia in sapientia fecisti, & alibi personã patris introducens. Eructauit cor meũ. Et quid eructauit cor suũ? Ipse exponit: Verbũ bonũ dico, uerbũ bonũ loquor, filiũ bonũ gigno. Cor patris est sua propria substantia, de qua genita est filij propria substantia. Precedit pater uerbũ non natura, sed causa. Audi ipsum filiũ dicẽtẽ: Pater maior me est. Substãtia eius causa est meæ substantiæ. Pater, inquit, præcedit filiũ causaliter, præcedit filius omnia quæ per ipsum facta sunt, naturaliter: & inchoauit in ipso esse ante tẽpora non in tẽpore, sed cũ tẽporibus. Tempus siquidẽ inter cætera quæ facta sunt factũ est, nõ ante factũ, non prælatum, sed cõcreatũ. Et quę enim cõsequentia uerbi quod locutũ est os altissimi? Non eñ in uanũ locutus est pater, nõ infructuose, nõ sine magno effectu. Nã & homines inter ipsos loquẽtes in auríb. audientium efficiũt. Tria itaq; credere & intelligere debemus, patrem loquentẽ, filiũ genitũ, & ea quę efficiunt per uerbũ, pater loquit, uerbũ gignit, omnia effi ciunt. Audi prophetã: Quia ipse dixit, & facta sunt: hoc est uerbũ suũ genuit, per qd facta sunt omnia. Et ne forte existimares eorũ quæ sunt, quædã quidẽ per ipsum dei uerbũ facta esse, quædã uerò extra ipsum aut facta esse existẽtia per seipsa, ita ut nõ omnia quæ sunt ad unum

Ioan. 1

Psal. 104

Psal. 44

Ioan. 14

Psal. 148

unũ principiũ referant, cõclusione totius prædictę theologiæ subdit: Et sine ipso factũ est nihil: hoc est nihil extra ipsum est factũ, quia ipse ambit omnia intra se, cõprehẽdes omia, & nihil ei coęternũ uel cõsubstãtiale intelligit, uel coessentiale præter suũ patrẽ, & suũ spiritũ, à patre per ipsum procedentẽ. Et hoc facilius in græco dat intelligi: ubi enim Latini ponunt sine ipso, ibi Græci χωρὶς αὐτοῦ, hoc est, extra ipsum. Similiter & ipse dñs discipulis suis dixit: Extra me nihil potestis facere. Qui per uos, inquit, extra me non potuistis fieri, quid extra me facere potestis? Nã & ibi nõ χωρὶς, hoc est nõ sine, sed extra, græci scribunt. facilius propterea dixi, quia dum quis audiuit sine ipso, potest putare sine ipsius consilio, uel adiutorio: ac per hoc non totum, nõ omnia illi distribuit: audiẽs uerò extra, nihil omnino relinqt qđ in ipso & per ipsum factũ nõ sit. Quod factũ est in ipso uita erat.] Postq̃ remotissima oratiõe, & intellectu beatissimus Euãgelista diuina reuelauit mysteria, deum uerbum uidelicet in deo loquẽtem, & in ambobus intelligentiã sancti spiritus diuinę scripturæ contẽplatorib. relinquẽs: ut enim qui loquit, in uerbo quod loquit necessario spiritũ proflat: ita deus pater, & filiũ suũ gignit, & spiritũ suũ per genitũ filiũ producit: & postquam per dei filiũ omnia facta esse, & nihil extra ipsum subsistere astruxit, ueluti ab altero primordio suę theologię seriẽ direxit dicens: Quod factũ est in ipso uita erat. Prędixit em̃: Omnia per ipsum facta sunt: ac ueluti à quopiã interrogatus de ijs quæ per deum uerbum facta sunt, quõ & in ipso quę per ipsum facta sunt, respõdet, & ait: Quod factum est in ipso uita erat. Quę sentẽtia dupliciter pronunciat. Potest em̃ subdistingui, qđ factũ est: ac dein de subiungi, in ipso uita erat. Potest etiã sic: Quod factũ est in ipso, ac deinde subinferri, uita erat. Ac per hoc in duabus pronũciationib. duos speculamur intellectus. Nõ em̃ eadem theoria est quę dicit, qđ factũ est locis temporibusq̃ discretũ, generibus, formis, numeris distinctũ, sensibilibus intelligibilibusq̃ substãtijs seu cõpactũ, seu segregatũ, hoc totum in ipso uita erat: & ea quæ declarat, Quod factũ est in ipso, nõ aliud erat nisi uita: ut sit sensus: Omnia quæ per ipsum facta sunt, in ipso uita sunt, & unum sunt. Erãt enim, hoc est in ipso subsistunt causaliter priusquã sint in semetipsis effectiue. Aliter enim sub ipso sunt ea quæ per ipsum facta sunt, & in ipso uiuunt incõmutabiliter, & uita sunt, in quo neq̃ fuerũt omnia tẽporalib. interuallis, seu localib. nec futura sunt, sed solũmodo super omnia tẽpora & loca unũ sunt in ipso, & uisibiliter subsistunt uisibilia, inuisibilia, corporalia, incorporalia, rationabilia, irrationabilia, & simpliciter cœlũ, terra, abyssus, & quæcũq̃ in eis sunt in ipso uiuunt, & uita sunt, & æternaliter subsistũt, & quæ nobis omni motu uitali carere uidentur, & in uerbo uiuũt. Sed si quęris quõ, & qua ratione omnia quę per ipsum uerbũ facta sunt, in ipso uitaliter & uniformiter & causaliter subsistũt, accipe paradigmata ex creaturarum natura, disce factorẽ in ijs quæ in ipso, & per ipsum facta sunt. Inuisibilia enim eius (ut ait Apostolus) per ea quę facta sunt intellecta conspiciunt. Conspicare quõ omniũ rerũ quas mundi huius sensibilis globositas cõprehendit, causæ simul & uniformiter in isto sole, qui maximũ mundi luminare uocitat, subsistũt. Inde nãq̃ forme omniũ corporũ procedũt: in de distantia colorũ, pulchritudo, & cętera quę de sensibili natura prædicari possunt. Cõsidera multiplicẽ et infinitã seminũ uirtutẽ, quõ numerositas herbarũ, fructuũ, animarum in singulis seminib. simul continent, quõ ex eis surgit formarũ pulchra & innumerabilis multiplicitas. Intuere interioribus oculis quõ multiplices regulæ in arte artificis unũ sunt, & in animo disponẽtis uiuunt, quomodo infinitus linearũ numerus in uno pũcto unũ subsistit. Ex huiusmodi naturalia perspice exẽpla, ex quibus ueluti physicæ theoriæ pẽnis ultra omnia subuectus, diuina gratia adiutus & illuminatus, poteris arcana uerbi mẽtis acie inspicere, & quantũ dat humanis argumẽtationibus deũ suũ quęrẽtibus uidere quõ omnia quę per uerbũ sunt facta in ipso uiuũt, & uita sunt. In ipso enim ut os loquit diuinum, uiuimus, mouemur, & sumus: & ut ait magnus Dionysius Areopagita, esse omniũ est superessentia & diuinitas. Et uita erat lux hominum.] Dei filiũ quẽ ó beate Theologe prius uocasti uerbum, nunc uitã nominas & lucẽ: nec immerito mutasti appellatiões, ubi distãtes nobis insinuares significationes. Verbũ siquidẽ dei filiũ nominasti, qa per ipsum locutus est pater omnia. Quoniã ipse dixit & facta sunt. Lucẽ uerò, & uitã, qm idẽ filius lux est & uita omniũ quæ per ipsum facta. Et qd illuminat? Nõ aliud nisi seipsum & patrẽ suũ. Lux itaq̃ est, & seipsum illuminat, seipsum mũdo declarat, seipsum se ignorantibus manifestat. Lux diuinæ cognitionis de mũdo recessit, cũ homo deũ deseruit. Dupliciter ergo lux ęterna se ipsam

ipsam mundo declarat, per scripturã uidelicet, & creaturam. Non enim aliter in nobis diuina cognitio renouat, nisi per diuinę scripturæ apices, & creaturæ species. Eloquia disce diuina, & in animo tuo eorũ concipe intellectũ, in quo cognosces uerbũ sensu cor poreo. Formas, ac pulchritudines perspice sensibiliũ, & in eis intelliges dei uerbum. Et his omnibus nihil aliud tibi ueritas declarabit præter ipsum qui cuncta fecit. extra quẽ nihil cõtemplaturus es, quia ipse omnia in omnibus quæ sunt, ipse est quicquid est. Vt enim nullum bonum substantiale, ita nulla essentia pręter ipsum est uel substãtia. Et uita erat lux hominũ. Quasi specialiter, ac proprie lux hominũ dicitur, quia in homine nõ solũ hominibus, uerumetiã angelis, omniq̃ creaturæ diuinæ cognitionis participẽ fieri ualẽti seipsum declarauit. Non em̃ per angelum angelis, neq̃ per angelum hominibus, sed per hominẽ hominibus & angelis, nõ phantasia, sed in ipsa uera humanitate, quam totã sibi in unitatem substãtiæ suscepit, apparuit, suãq̃ cognitionẽ omnibus cognoscentibus se præstitit. Lux itaq̃ hominũ est dominus noster Iesus Christus, qui humana natura omni rationali & intellectuali creaturę seipsum manifestauit, sueq̃ diuinitatis quasi patri est æqualis abdita reserauit mysteria. Et lux in tenebris lucet.] Audi Apostolũ. Fuistis aliquãdo tenebræ, nunc aũt lux in domino. Audi Esaiã. Sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Lux in tenebris lucet. Totũ genus humanũ merito originalis peccati in tenebris erat, non exteriorũ oculorũ quibus sensibiliũ formæ coloresq̃ sciũtur, sed interiorum quibus intelligibiliũ species & pulchritudines discernunt, non in tenebris huius caliginosi aeris, sed in tenebris ignorantię ueritatis: nõ in absentia lucis quę mũdum corporeum illuminat. Post cuius ortũ ex uirgine lux in tenebris lucet, in cordibus scilicet se cognoscentium. Quoniam uerò totum genus humanum in duas ueluti partes diuidit: in eos uidelicet quorũ corda cognitione ueritatis illuminata sunt, & in eos qui adhuc in obscurissimis impietatis atq̃ perfidiæ tenebris permanent: Euangelista subiunxit. Et tenebrę eum nõ cõprehenderunt.] Ac si euidẽter diceret, lux in tenebris fideliũ animarũ lucet, & magis ac magis lucet, à fide inchoans, à spe trahẽs. Imperitorũ uerò cordium perfidia & ignorantia lucẽ uerbi dei in carne fulgentis non comprehenderunt. Obscuratũ est enim (ut ait Apostolus) insipiens cor eorũ, & sapientes se esse dicẽtes, stulti facti sunt. sed iste sensus moralis est. Physica uerò horũ uerborũ theoria talis est: lux humana & si nõ peccaret, suis propriis uiribus lucere non posset. Nõ enim naturaliter lux est, sed particeps lucis. Capax siquidẽ sapientiæ est non ipsa sapientia, cuius participatione sapiens fieri potest. Sicut ergo aer iste per semetipsum non lucet, sed tenebrarũ uocabulo nuncupat, capax tamẽ solaris luminis est: ita nostra natura dum per seipsum consideratur, quædã tenebrosa substantia est capax ac particeps lucis sapientiæ. & quemadmodũ prefatus aer dum solares radios participat, non dicitur per se lucere, sed solis splendor dicitur in eo apparere, ita ut naturalem suam obscuritatẽ nõ perdat, & lucẽ superuenientẽ in se recipiat: ita rationabilis nostrę naturę pars dum præsentiam dei uerbi possidet, non per se res intelligibiles & deum suũ, sed per insitũ sibi diuinum lumẽ cognoscit. Audi ipsum uerbũ. Non uos, inquit, estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquit in uobis. Hac unà sententia uoluit nos docere id ipsum in cæteris intelligere, hac semper in aure cordis nostri ineffabili modo sonare: Non uos estis qui lucetis, sed spiritus patris uestri qui lucet in uobis. Hoc enim meũ in uobis lucere, uobis manifestat quod ego sum lux intelligibilis mundi: hoc est rationalis & intellectualis naturæ. Non uos estis qui intelligitis me, sed ego ipse in uobis per spiritũ meum meipsum intelligo: quia uos nõ estis substantialis lux, sed participatio per se subsistẽtis luminis. Lux itaq̃ in tenebris lucet, quia dei uerbũ uita & lux hominũ in nostra natura, quæ per se inuestigata & considerata informis quædã tenebrositas reperitur, lucere nõ desinit: nec ea quãuis delinquentem deserere uoluit, nec unq̃ deseruit formãs eam per naturã cõtinendo, reformãsq̃ per gratiã deificando: & quoniam ipse lux est omni creaturæ incõprehensibilis, tenebrę eam nõ cõprehenderunt. Superat itaq̃ deus omnẽ sensum & intellectũ, & solus habet immortalitatẽ, cuius lux per excellentiã tenebræ nominatur, quoniã à nulla creatura quid uel quale sit cõprehenditur. Fuit homo missus à deo, cui nomẽ erat Ioannes.] Ecce aquilã de sublimissimo uertice mõtis theologię leuiatu descẽdentẽ in profundissimã uallẽ historię, de cœlo utiq̃ spiritalis mũdi pennas

altissimæ cõtemplationis relaxantẽ. Diuina siquidẽ scriptura mũdus quidã est intelligi
bilis, suis quatuor partib. ueluti quatuor elemẽtis cõstitutus: cuius terra est ueluti in me
dio imoq; instar centri historia: circa quã aquarũ similitudine abyssus circunfundit mo
ralis intelligentiq, quæ à Græcis Ethica solet appellari: circa quas, historiã dico & Ethi
cam, ueluti duas prefati mũdi inferiores partes, aer ille naturalis scientiæ circũuoluitur.
Quã naturalẽ dico scientiã, Græci uocant Physicam. Extra aũt omnia & ultra, ętereus
ille igneus ardor Empyrei cœli, hoc est supernæ cõtemplationis diuinæ naturæ, quam
Græci theologiã nominant, circũglobatur: ultra quã nullus ingreditur intellectus. Ma
gnus itaq; theologus (Ioannẽ dico) in primordio Euangelij sui excellentissima theolo
giæ cacumina tãgens, cœliq; cœlorum spiritualiũ secreta penetrans, ultra omnẽ histori
am, & ethnicã ascendẽs & physicã, ad ea quæ paulo antè incarnationẽ uerbi facta sunt,
scilicet ad historiã narrandam ueluti in quandã terram suum intelligibilem deflexit uo
latum, & ait: Fuit homo missus à deo, cui nomẽ Ioannes. Ioannẽ consequenter in suam
Psal. 41 introducit theologiã. Abyssus abyssum inuocat, diuinorũ mysteriorum Euãgelista præ
cursoris narrat historiam: ille cui donatũ est uerbum in principio cognoscere, illum cui
donatũ est uerbum incarnatum præire, cõmemorat. Fuit, inquit, homo. Non dixit sim
pliciter, fuit missus à deo, sed fuit homo, ut discerneret hominẽ solius humanitatis parti
cipẽ qui præcucurrit, ab homine diuinitate & humanitate coadunato & cõpacto, qui
post me uenit: ut segregaret uocem transeuntẽ, à uerbo semper & incõmutabiliter ma
nente, ut insinuaret matutinã stellam in ortu regis cœlorũ apparentẽ, & declararet solẽ
iustitię permanentẽ. Testem ab eo discernit, de quo testimoniũ perhibet, missum ab eo
qui mittit, lucernã lucubrantẽ à luce clarissima mundũ implente, totius generis humani
tenebras mortis & delictorũ demoliente. Præcursor itaq; domini fuit homo, non deus.
Dominus aũt cuius præcursor erat, homo similiter & deus fuit. Præcursor homo fuit trã
siturus in deũ per gratiã qua præcucurrit. Deus erat per naturã, accepturus hominẽ per
humilitatẽ, & nostrę salutis & redẽptionis uolũtatẽ. Homo erat missus. A quo? A deo
uerbo. Quæ præcucurrit missio eius? Præcursor clamans præmittit uocẽ: Vox claman
tis in deserto nouũ præparat domini aduentũ. Cui nomen erat Ioannes. Cui donatũ est
ut regi regũ fiat præcursor, incarnati uerbi manifestator, & in spiritalẽ felicitatẽ bapti
zator, æterni luminis uoce & martyrio testator. Hic uenit in testimoniũ ut testimoniũ
perhiberet, Christi uidelicet. Audi testimoniũ: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata
mundi. Et iterũ: Qui post me uenit, ante me factus est. Quod euidẽtius in græco legit
ἔμπροσθέν μου γέγονεν, hoc est corã me, ante conspectũ meum factus est. Ac si aperte dice
ret: qui in ordine temporũ post natiuitatẽ meam natus est in carne, ante conspectũ me
um dum adhuc essem in uisceribus meæ matris sterilis, prophetico uisu uidi illũ coram
me conceptũ, & hominẽ factũ in utero uirginis. Non erat ille lux, sed ut testimoniũ
perhiberet de lumine.] A superioribus subaudi, ac sic intellige: Nõ erat ille lux, sed ut
testimoniũ perhiberet de lumine. Præcursor luminis nõ erat ille lux. Quare ergo lucer
na ardens, astrũq; uocitatur matutinũ? Lucerna ardẽs erat, sed nõ proprio igne ardebat
succensus, non propria luce lucebat. Stella erat matutina, sed non à seipso propriũ lumẽ
accepit, gratia ipsius quẽ præcurrebat in eo ardebat & splendebat. Non erat ille lux, sed
ut particeps luminis: suũ non erat, quod in se & per se fulgebat. Vt enim superius dixi
mus, nulla rationalis & intellectualis creatura per seipsam substãtialiter lux est, sed par
ticipatio uniusac ueri luminis substãtialis, quod ubicunq; in omnibusq; intelligibiliter
lucet. Propterea subditur. Erat aũt lux uera qnæ illuminat omnẽ hominem uenientẽ
in hunc mundũ.] Veram lucẽ dicit dei filiũ per se subsistentem ante omnia secula geni
tum: uerã lucẽ dicit eundem filiũ hominem ex hominibus propter homines factũ. Ipse
est lux uera qui de seipso ait: Ego sum lux mũdi, qui sequit̃ me nõ ambulat in tenebris,
sed habebit lumen uitæ æternæ. Erat lux uera quæ illuminat omnem hominẽ uenientẽ
in hunc mundũ. Et quid est uenientẽ in mundum? Et quis est omnis homo ueniens in
hunc mundũ? Et unde uenit in mundum? Et in quẽ mundũ uenit? Si de his quæ de oc
cultis naturæ sinibus in hũc mundum per generationẽ locis temporibusq; uenientibus ut cor
ceperis: qualis illuminatio est in hac uita nascentibus ut moriãtur, crescentibus ut cor
rumpantur, compositis ut soluantur, de quietudine silẽtis naturæ in inquietudinem tu-

multuantis miseriæ cadentibus: dic quæso qualis est lux spiritalis & uera, procreatis in
uita trãsitoria & falsa? Nunquid mũdus iste alienatus à uero lumine cõueniens habita
tioni? nunquid nõ regio umbræ mortis, & lachrymarũ uallis, & ignorãtię profundum,
& terrena habitatio humanũ animũ grauans, & ex ueri luminis cõtuitu interiores ocu
los eliminans nõ immerito dicit̃? Non ergo de his qui de occultis seminũ causis in spe
cies corporeas procedũt, debemus intelligere, Qui illuminat omnẽ hominẽ uenientem
in hunc mundũ: sed de his qui spiritaliter per generationẽ gratiæ quæ dat̃ in baptisma
te in mundũ ueniunt inuisibilem, qui natiuitatẽ quæ secundum corruptibile corpus est
spernentes, natiuitatẽ quæ est secundum spiritũ eligunt, mundũ qui deorsum est calcan
tes, umbras ignorantiæ & mortis deserentes, lucẽ sapientiæ & uitæ appetentes, filij ho
minũ esse desinentes, filij dei fieri inchoantes, mundũ uitiorum postponentes, & in se
metipsis destruẽtes, mundũ uirtutum ante oculos mentis cõstituentes, & in eũ totis ui
ribus ascẽdere inhiantes. Eos itaq; uera lux illuminat qui in mundum uirtutum ueniũt,
nõ eos qui in mundũ uitiorũ ruunt. In mũdo erat.] In hoc loco mundũ appellat nõ solũ
generaliter sensibilẽ naturam, uerumetiã specialiter rationalis creaturę quæ in homine
est, substantiã. In his siquidẽ omnibus, & (ut simpliciter dicã) in uniuersitate cõditũ uer
bum lux uera erat: idẽ subsistit, & semper erat, quia nunq; in omnib. subsistere desistit.
Vt enim qui loquit̃, dum loq; cessat uox eius esse desinit, et euanescit: sic cœlestis pater
si uerbũ suũ loqui cessauerit, effectus uerbi, hoc est uerbo uniuersitas condita nõ subsi
stet. Vniuersitatis nãq; cõditę substitutio est & permãsio, dei patris locutio, hoc est, ęter
na & incõmutabilis sui uerbi generatio. Potest etiã nõ irratiõabiliter de hoc mundo so
lummodo sensibili hæc sentẽtia intelligi, quæ ait: In mundo erat, & mũdus per ipsum fa
ctus est. Ne forte quis putaret Manichææ hęresis cõsors mũdũ corporeis sensib. succũ
bentẽ à diabolo fuisse creatũ, et nõ à creatore omniũ uisibiliũ & inuisibiliũ, Theologus
subnectit, In mũdo erat, hoc est in mundo subsistit ille qui cõtinet omnia. Et mundus
per ipsum factus est.] Non em in alienis operib. uniuersitatis cõditor habitabat, sed in
suis quæ fecit. Animaduertere debemus beatũ Euangelistã quater mundũ nominasse,
tres tamẽ mũdos oportet nos intelligere. Quorũ primus, qui absolute solis inuisibilib.
& spiritalib. uirtutũ impletur substantijs, in quẽ quicunq; uenerit, plenã ueręlucis possi
det participationẽ. Secũdus qui prefato ponit̃ ediuerso, quoniã absolute, ex uisibilibus
& corporalibus cõstituitur naturis: & quãuis uniuersitatis infimã obtineat proportio
nem, in eo tamẽ erat uerbũ, & per uerbũ factus est, & est primus gradus ad cognitionẽ
ueritatis ascendere per sensum uolẽtibus. Species nanq; uisibiliũ ratiocinantẽ attrahit
animũ. Tertius mũdus est qui ratiõe medietatis, & superiorẽ spiritaliũ, & inferiorẽ cor
poraliũ in seipso copulat, & de duob. unũ facit: & in homine solo intelligit̃, in quo om
nis creatura adunat̃. Corpore enim cõstat & anima. Corpus de hoc mũdo, & anima de
altero mũdo collígens, unũ facit ornatũ & corpus. Quę de cõpagine una cõglobãtur,
omnẽ mundanũ hominis conficiunt ornatũ, ideoq; homo dicitur omnis. Omnis nanq;
creaturę in ipso uelut in officina quadã cõflat̃. Hinc & ipse dñs prędicaturis discipulis
præcepit: Prædicate Euangeliũ omni creaturæ. Iste igit̃ mũdus, hoc est homo creatorẽ
suum nõ cognouit: neq; per legis scriptę symbola, neq; per uisibilis creaturę paradigma
ta deum suũ uoluit cognoscere, carnaliũ cogitationũ uinculis detentus. Et mũdus eũ
nõ cognouit.] Nõ cognouit deũ uerbũ, neq; ante inhumanationẽ eius p se sola diuini
tate nudũ, nec post inhumanationẽ sola incarnatiõe uestitum: inuisibilẽ ignorabat, uisi
bilẽ negabat: noluit quærentẽ sequi, noluit audire uocantẽ, noluit colere deificantẽ, no
luit recipere recipientẽ. In propria uenit.] In ea uidelicet quę per ipsum facta sunt, ac
per hoc ꝓpria illius sunt nõ immerito. Et sui eũ nõ receperũt.] Sui sunt omnes homi
nes, quos uoluit redimere, & redemit. Quotquot aũt receperũt eũ, dedit eis potestatẽ
filios dei fieri, credentib. in nomine eius.] Iam diuidit̃ nõ humanitas rationabilis mun
di, sed uolũtas, segregãt̃ receptores incarnatiõis à respuẽtib. eã: fideles credũt aduentũ
uerbi, & libẽter recipiunt dominũ suũ: impij negãt, & cõtumaciter renuũt, ludęi per in
uidiã, Pagani per ignorãtiã. Recipiẽtibus dedit eis potestatẽ filios dei fieri, nõ recipiẽti
bus dat adhuc spatiũ recipiẽdi. A nullo em auferẽ possibilitas credẽdi dei filiũ, & possi
bilitas essendi dei filiũ. Hoc enim in arbitrio hominis, & cooperatione gratię cõstitutũ

est. Quibus dedit potestatē filios dei fieri: Recipientibus se uidelicet, & credentibus in nomine eius. Multi recipiūt Christū, sed non credūt in nomine eius, non credūt in nomine unigeniti, qui filiū deo patri consubstantialē negant, hoc est patri consubstantialē eum affirmant, hoc est essentiā quæ pater est. Ac per hoc nō prodest eis Christū recipere, dum conantur eis ueritatē negare. Qui uerò recipiūt Christum uerum deū & uerum hominē, & hoc firmissime credunt, eis possibilitas data est filios dei fieri. Qui nō ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uolūtate uiri, sed ex deo nati sunt.] Neq; ex sanguinibus, inquit, hoc est nō corporalib. procreationibus, qui adoptionē filiorū dei merito fidei adipiscuntur, sed à deo patre per spiritū sanctum in eo hæreditatē Christi, hoc est in confelicitatē unigeniti dei filij nati sunt. Neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uolūtate uiri. Duplex introducit sexus, ex quo in carne nascentiū carnaliter numerositas propagat. Carnis quidē nomine fœmineū, uiri uerò Euāgelista masculinū significat habitū. Et ne forte dicas, impossibile uidet mortales fieri immortales, corruptibiles corruptione carere, puros homines filios dei esse, tēporales, æternitates possidere: ex his quæ maiora sunt accipe argumentū, quo rei de qua dubitas possis fidē accōmodare. Et uerbū caro factū est.] Si itaq; quod plus est procul dubio præcessit, cur incredibile uidet quod minus est posse cōsequi? Si filius dei factus est homo (quod nemo eorū qui eū recipiūt ambigit) quid mirū, si homo credēs in filiū dei filius dei futurus sit? Ad hoc siquidem uerbū in carnē descendit, ut in ipsum caro, id est homo credēs per carnē in uerbum ascendat, ut per naturalē filium unigenitū multi filij efficiant adoptiui. Nō propter seipsum uerbū caro factū est, sed propter nos, qui nō nisi per uerbi carnem potuissemus in dei filios trāsmutari. Solus descendit, ut cū multis ascēderet: de hominibus facit deos, qui de deo fecit hominē. Et habitauit in nobis.] Id est, naturam nostrā possedit, ut suę naturæ participes faceret nos. Et uidimus gloriā eius, gloriā quasi unigeniti à patre.] Vbi uidisti beate Theologe gloriam incarnati uerbi? gloriā inhumanatā filij dei quomodo uidisti? qualibus oculis spexisti? Corporalibus (ut opinor) in mōte, trāsformationis tēpore. Tunc em̄ tertius aderas testis diuinę glorificationis, præsens eras (ut existimo) in Hierusalē, & audisti uocē patris filiū suū glorificantē & dicentem: Et clarificaui, & iterū clarificabo. Audisti turbas infantiū glorificantiū, & Osanna filio Dauid dicentiū. Quid dicā de gloria resurrectionis? uidisti eum resurgentē à mortuis, dum ad te cæterosq; tuos cōdiscipulos clausis intrauit ianuis. Vidisti gloriā eius ascendentis ad patrē, quomodo ab angelis est assumptus in cœlū: & super hęc omnia altissimo mētis cōtuitu cōtemplatus es, illud dico uerbū in principio suo apud patrē suū, ubi gloriā eius uidisti. Quasi unigeniti à patre, plenū gratię & ueritatis.] Duplex huius periodi intellectus est: Pōt em̄ de humanitate ac diuinitate incarnati uerbi accipi, ita ut plenitudo gratię referat ad humanitatē: plenitudo uerò ueritatis, ad diuinitatem. Verbū quippe incarnatū dominus noster Iesus Christus plenitudinē gratiæ secundum humanitatē accepit: quoniā caput est ecclesiæ, & primogenitus est creaturæ uniuersæ, hoc est totius uniuersaliter humanitatis, quæ in ipso, & per ipsum sanata & restituta est. In Christo dico, quoniā maximū & principale exēplum gratię qua nullis præcedētibus meritis homo efficitur deus, ipse est, & in ipso primordialiter manifestatū est. Per ipsum uerò, quoniā de plenitudine diuinitatis eius nos omnes accepimus gratiā deificationis per gratiā fidei qua in eū credimus, & actionē qua mādata eius custodimus. Potest etiā plenitudo gratiæ Christi de spiritu sancto intelligi. Spiritus nanq; sanctus quoniā distributor est & operator donationū gratię, gratia solet appellari: cuius spiritus septi formis
Esa.11. operario humanitatē Christi impleuit: & in quo requieuit, sicut ait propheta: Et requiescet super eū spiritus domini, spiritus sapiētiæ & intellectus, spiritus cōsilij & fortitudinis, spiritus sciētię & pietatis, & replebit eū spiritus timoris domini. Si ergo de Christo per seipsum uis accipere quod dictū est plenū gratię, de plenitudine deificatiōis & sanctificatiōis secundū humanitatē cognosce. Deificatiōis dico quia homo & deus in unitatē unius substantiæ adunati sunt. Sanctificationis uerò quia nō solū de spiritu sancto cōceptus, uerū etiā plenitudine donationū eius repletus est, & ueluti in summitate mystici ecclesię cādelabri gratiarū lāpades in ipso & de ipso fulsere. Si uerò plenitudinem gratiæ & ueritatis incarnationē uerbi de nouo testamēto mauis intelligere, sicut idem Euā-

Euāgelista paulo pòst uidet̄ sensisse (ait em̄, Lex per Moysen data est, gratia aūt & ueritas per Iesum Christū facta est) nō incongrue pronūciabis plenitudinē gratiæ esse noui testamenti per Christū donatam, & legaliū symbolorum ueritatē in ipso esse impletā, si cut ait Apostolus, In quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat: Plenitudinē uide- Col.1
licet diuinitatis mysticos legaliū umbrarū intellectus appellans, quos Christus in carnē ueniēs in seipso corporaliter, hoc est ueraciter, habitasse & docuit & manifestauit: quo niā ipse est fons & plenitudo gratiarū, ueritas symbolorū legalium, finis & prophetica-
rum uisionū. Cui est gloria cū patre & spiritu sancto per omnia secula seculorū, Amen.

In illo tempore, angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi usq; dum dicam tibi. Et reliqua. Matthæi Cap. II. Homilia III.

A NGELVS domini per somnium apparuit Ioseph. Qualis angelus? Ille ipse qui & ad Mariam destinatus fuerat Gabriel, ille annūciare uenit qui ad Zachariam in templo locutus est, ipse & nunc per somniū ostēdit se Ioseph sanctus angelus Gabriel. Ipsi enim iniunctum fuerat & cōmendatū generationis dominicæ sacramentum. Propterea & digne Gabriel appellatus est, quod interpretatur fortitudo dei. Illius nāq; incarnationis sacramentum commendatum habebat, qui ueniebat ad debellandas potestates aereas. Iste etiam angelus ad illos bene uigilantes pastores uenit, & domini generationem eisdem annunciauit. Angelus, inquit, domini stetit iuxta illos, & gloria dei circumfulsit illos. Iste ergo beatus & sanctus angelus, & nunc Ioseph apparuit per somnium dicens, Surge & accipe puerum, non tuum puerū, sed hūc puerum cui prius pater testimonium perhibuit dicens, Hic puer meus dilectus est, in q̄ bene complacuit animæ meæ, & ea quę sequuntur. Hunc dicit puerum accipe, per quē reges regnant, & potentes scribūt iustitiam, per quem sapientes magnificantur, & principes possident terram. Hunc puerum accipe & matrem eius. Non tu huic puero pater, sed hæc sola uirgo huic puero mater. Non indiget patre super terram. Incorruptibilem enim habet patrem in excelsis. Non indiget matre in cœlis, immaculatam & castā habet matrem in terra hanc multum beatam uirginem Mariam. Sine matre & sine patre similis filio dei ut ait quidam: ita ut intelligatur filius dei sine patre plenus super terram, sine matre in cœlis. Sine patre secundum corpus, sine matre secundum deitatem. Sine patre in sinu uirginis, in nouissimo tempore: sine matre in sinu patris ante omnia secula. Accipe puerum & matrem eius.] Ante generationem coniugem eam appellauit Ioseph, post generationem matrem eam dicit pueri. Et quare ante generationem coniugē dixit? Propterea ut diabolo occultaret utranq;, uel impijs Iudęis: & postmodū profecto sacramēto, atq; generato unigenito ex ipsa uirgine, post laudē quoq; angelorū atq; pastorū, post adorationē Magorū, post circuncisionē factam secundū legem, iam nec erat necesse ut coniunx diceret̄, sed mater huius qui natus est pueri uocat. Idcirco & in Aegyptū fugere mandauit, & iterū ad terrā Israel reuerti, sicut dictū est ad Ioseph. Accipe puerū & matrē eius, & fuge in Ægyptū. O Ioseph fuge ab Herode, à simili fuge diabolo, cui uirginitas Marię occulta est. Sed hic qui in ea natus est, nō occultus fuit. Audiuit em̄ angelos præconantes, pastores laudantes, Magos adorātes, stellam superfulgentē, & plura alia signa: & hunc promissum & magnū considerās omni uirtute interficere perquirebat. Fuge nunc in Ægyptū ait. Quare in Ægyptū? propter multitudinem quę ibi est idolorū, abominationumq; multarum. Fuge in Ægyptum propterea ut destruātur manufacta eorū, ut confringantur & pereant idola ipsorum: propterea ut dæmones turbentur, & regum fabricæ in idolis destruantur, ut fiat in aduentu domini fugitiuorū seruorū atq; malorū interitus. Fuge in Ægyptū ut adimpleas quę dicta sunt:
Ecce dominus sedet in nube pusilla, & ueniet in Ægyptū, & cōmouebūtur omnia ma- Esa.19
nufacta Ægypti. Ecce dominus sedet in nube pusilla, carnalē animā non habente, nec aliquam peccati grauedinem. Nubes enim in aera eleuatur, atq; leuitate sui in alta dirigitur, quia peccatū non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Fuge in Ægyptum, ut fugiant de Ægypto qui ibi sunt dæmones, ut appropient ibidem angeli sancti qui deum consequuntur, qui sanctis iunguntur, ut pro multitudine templorum atq; abominationum multarum multitudo exuberet ecclesiarum, pro idolorum turbis turbæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

abundēt fideliū atq; colentiū dominū, pro uitijs & erroribus multis multa castitas, mul
taq; sanctitas superabūdet, multaq; uirginitas. Fuge in Ægyptū, ut hi q in nomine Chri
sti persecutionē patiunt, qui tribulationes tolerāt, qui iniurias perferūt, fortiter stent, &
uiriliter prælientur, ueritatē teneant, fidem nō derelinquant, ecclesiā nō deserāt, sed sem-
per meminerint, quia & dominus à peccatorib. persecutionē perpessus est, quoniā ab
iniustis cōtumeliatus est, et ab ipsis de loco in locū fugit, & ab ipsa sua infantia, ab initio
penè introitus sui in hunc mundū. Fugit em dominus de loco in locum, non mortem ti-
mens nec interfectionē formidans, sed mysteriū & consummationē passionis propter
multorū salutem expectans. Sæpius enim à uolentibus eum lapidare per mediū eorum
transiit. Sed post hæc tamen omnia uel cætera sentiens Herodes quod delusus sit à Ma
gis: deridere uolens, derisus est: spernēdo sanctos, spretus remansit, & subdolis cogita-
tionibus fraudis suæ atq; articulis suis superatus atq; cōfusus expauit: Sentiēs quod de-
lusus sit à Magis. Deluſa est eius animi peruersitas à sancta iustitia, sicut scriptū est: Do-
minus dissipat consilia gentiū, reprobat aūt cogitationes populorum, & reprobat cōsi
lia principū. Consilium uerò domini manet in æternū, cogitationes cordis eius in ge-
neratione & generationē. Hæc cōuenienter, uel de Herode, uel de similibus eius dicta
à sanctis prophetis atq; cōscripta sunt. Destructū est ergo consilium Herodis, ut multo
rum proficeret salus, & is qui ex uirgine natus est, totū redimeret mundū. Hi ergo bea-
ti magi per somniū admoniti, Herode relicto ad propria per aliā profecti sunt uiā: per
illā uiam per quā & desiderātes uidere uenerāt Christū. Ipse eis uia fuit Christus, qui &
desiderātibus uisus est, & remeantib. inhærere uel comitari dignatus est. Ipsi quoq; an-
nunciauerunt cunctis, nomenq; sanctū unigeniti prædicantes ad suam prouinciā perre
xerunt. Quibus ita gestis sentiēs Herodes quod delusus sit ab istis magis, iratus factus
est nimis, utpote quē auctor omnium scelerū diabolus possidebat, inerat illi furor ser-
pentinus, horribilisq; draconū & spirituū immundorum insania. Idcirco, ut dictum est,
iratus est nimis. Multa in furore suo cogitans, diuersa considerans, intra semetipsum di
cebat: En ego qui domui prouincias, occupaui urbes, inuitos mihi subieci populos, a-
lia uoluntaria, alia necessitate ad meū conuerti obsequium, qui terrui hostes, deuici ad-
uersas gentes, in quibuscūq; uolui meis impietatibus satis feci, furoriq; meo obsecunda
tus sum, nec quicq; mihi contra quod uolui restiturū putaui: Ecce nūc meipsum uideor
circumuenisse, deludor nūc à magis, & ab alienigenis uelut nullus irrideor: decidit à po
tentia mea, à miseris hominibus illudendus deueni. Hæc dicēs impalluit, furiosusq; tre-
mor per totā eius cucurrit mentem: Frendebat dentibus, nubilo tenebricabat aſ aspectu:
Igneus oculis eius sese turbo infuderat, suisq; gemitib. intra semetipsum impius torque
batur. Nec immeritò dicit scriptura, quia ira regis ut rugitus leonis. Ergo iratus factus
est nimis, quo nefando furore excæcatus animus eius deū contemnit, iustitiā abigit, mi
sericordiam spernit, pietatē relinquit, uno tantū (ut dixi) furori sese totum dedit. Iratus
ergo frendebat nimis. Et ut impleret sibi exitiabilē causam, misit impius statim, & occi-
dit omnes pueros qui erant in Bethleē, & in omnibus finibus eius. Cōsummauit miser
iniquitatis suæ furiosæ cōmenta, totumq; quod male cogitauerat, in sui pœnā adimple-
uit. Multi multas iniquitates facere festinauerunt, iste aūt nequissimus Herodes in pe-
ctifero ambitu cordis sui omniū facinorum crimina supergressus est. A deo discessit, cu
ius nec reuerentiā unquam habuit, maiestatē diuinam offendere non curauit, innocen
tes, lactētes, & immaculatos ab omni crimine interficere festinauit, dolorē parentibus
pijs, luctusq; multiplices cruentus ingessit. Misit & occidit omnes pueros. Quare occi
dit? Propterea ut post Magorū illusionem sicut putabat puerū inter istorū neces deper
deret. Sic & antea iniquus fecerat Pharao, qui & ipse uniuersos paruulos in flumine ne
cari mandauit: Moysen em quærebat occidere, propter quē infantes iussit occidi. Etsi
ad exercitum suū alia loquebaſ, ut ne multitudo cresceret filiorū Israel, ideo debere ne-
cari infantes: tamen in corde Moysen maxime interficere cogitabat. Ita & iste nūc ma-
lignissimus Herodes propter unius ad cuius festinabat pueri necē cunctos ante proue
tus, sacerdotes pios, senes etiā & iuuenes, paruulos & lactētes, omnes pariter interimi
sine

sine mora præcepit. Sic & Achab rex irreligiosus Heliam sanctū quærens occidere, &
minime inueniēs, innumerabiles populos interemit, sicut refert Abdias sanctissimus.
Ita & extremus Herodes, de quo in Actibus apost. cōmemoratū est: Petro de carcere Act. 12
ab angelo educto custodes innocentes & innoxios occidi mandauit. His ergo similib.
supradictis omnibus peiora nunc augmenta adnectens sceleris sui exaggerauit malitia-
am in miserrimos Herodes. Magos se deludentes apprehendere quærēs, nec potens, ut
eos more canū si fieri cōtigerit, dentibus discerpsisset suis, & nullo modo reperiens ma
litia (ut dictū est) canum rabidorū ad alios lacerādos cōuersus est, ut suæ satisfaceret ira-
cundiæ. Vel iterum sicut canis insanus saxo percussus, dum percutientē sequi non præ-
ualet ad ipsum furore conuertitur lapidē, quē pedibus dētibusq; dissipare perquirit: nō
aliter Herodes sua præcipitatus iracundia, solitoq; insanæ suæ mentis furore in infantiū
cęde uersatus & cōcitatus est. Misit & occidit oēs pueros qui erant in Bethleē, & in om
nibus finibus eius: nō solū quia occidit, sed uiolenter occidi mandauit. Mortem enim
ipsam quam intulit, cum cruciatibus pœnarum iniecit. A bimatu & infra omnes occidi
iussit infantes: ut audierat tēpus à magis. Misit ergo in Bethleem, misit impie, scelerate,
crudeliter, indignos, impios, crudelitatis suæ socios, & ministros feritatis suæ, impieta
tis horribiles apparitores. Misit in Bethleem quasi aduersarios, & cōtra se repugnantes
hostes. Misit quasi contra expugnatores (ut dixi) imperij sui, misit quasi contra fortem
exercitū, quasi cōtra pugnatores & pręliatores idoneos. Circūdant missi illā omnē con
tinuo regionē: uiuentem quærentes panem unigenitū de cœlo uenientem, descendentē
de supernis, hunc quærebant in Bethleē in domo panis. sic enim interpretatur Bethle-
em, domus uel ciuitas panis. Ergo in panis domo uiuentem quærebant panem, non ad
uitam sibi, sed potius ad mortē, non ad salutem, sed ad interfectionem. Irrumpētes itaq;
in ciuitatē crudelissimi hostes feralia secum pręcepta portantes percutiebant paruulos
in manibus hęrentes miserorum parentum, percussiq; crudeliter paruuli iactabantur in
sinibus matrum, quibusq; matres dilaceratis crinibus oscula quantū poterant morien-
tibus paruulis infigebant. De cōplexu iterum miserorum patrum alij plangentes rapti
infantes collidebantur in terram, hastisq; & gladijs fundebantur. Nec alter alterum de
parentib. poterat consolari, quia omnib. proprius atq; cōsimilis inerat luctus: in omni-
bus pene domibus occisi paruuli uolutabant in sanguine. Sicut in Ægypto quōdam ut
superius dictum est, sub Pharaone impio gestum est, ita & hic turba crudelium hostium
turbam innocentū necauit infantum, in illorum morte sibi maximū interitum inferens:
& sic sibi satis hostilis gladius fecit. Sed per suā dexterā prius se crudelis occidit hostis,
uulnera alijs infigendo ipse suam animā uulnerauit, inferendo temporalem mortem se
æterna morte damnauit. Fletus ergo parentum, uel filiorum undiq; resonabat, terrore
gladiorum omnis regio turbabaſ. Parentes dolore nimio exanimes pene remanserant,
artubusq; omnibus resolutis, in cruore adhuc trementū suorū iacebant paruulorū. Nec
iam se quisquā consolari ualebat, sed omne eis hoc erat grande solatiū, si paruula corpo
ra suorū infantum complecti quantum uellent, uel sepelire liceret. Cupiebant parentes
pro filijs mori, libēterq; sese & suppliciter cruentis uulneribus offerebant, petebāt mor
tem pro filijs, sed nō erat qui audiret, nō erat qui annueret. Nulla ibi misericordia, nulla
apud hostes pietas fuit: diuitum uel pauperum, seruorum atq; liberorū, ciuium uel pere
grinorum paruuli passim proijciebātur occisi, nulli ut dictum est exhibita misericordia
est, in singulis domibus bini & terni inueniebantur occisi. In plateis quoq; omnibus
luctus & fletus & ululatus undiq; sonabat. Nec erat (ut diximus) qui lugētem cōsolare
tur parentem, quia omnibus par inerat luctus & dolor. Simile est hoc, ut sentire uale-
mus, ad futurū iudicij diem, ubi omnes uenient, & unusquisq; sibi timebit, nec alium po
terit consolari, aut à sua culpa liberare. Ita gestum est in ista Bethleem, sicut iam ante ab
Hieremia sancto propheta fuerat dictū. Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus,
Rachel plorās filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Hanc ergo historiā primo
pręcinuit spiritus sanctus, quia pro domino gerenda esset, ut audientes qui habitāt Hie
rusalem, uel in Bethleem, & proximis locis, rememorarentur propheticorū dictorum,
& in tribulatione sua cuncta forti animo tolerarent, quia dominus istos de quibus prę-
locutus est per Prophetā, elegerat infantes: quicq; paruuli & ad memoriā æternæ laudis

Universidad de Deusto
Biblioteca

à beato Euangelista in sancto euangelio conscribuntur, horũ & memoria semper ut dignum est in ecclesiis celebratur secundum integrũ ordinem sanctorũ, ut primorũ martyrum pro domino occisorũ, & ut ipsa Bethleem primitias domino martyrũ in qua natus est ipse Saluator obtulisse uideatur. Sed adhuc primitiæ uidebant ex Iudæis, necnõ etiã ex gentibus, quicq; postmodum ad similitudinẽ istorũ paruulorum innocentes pro domino pati habẽt, uelut & ipsi paruuli necdum habentes scientiã plenam in rebus se-
1 Cor.3 culi, necq; astutiã aliquam: quibus Apostolus scribens dicebat: Velut infantibus lac uobis potũ dedi: & uelut innocentes infantes in nullo curã circa seculum habẽtes, sed omnia quasi cõtemnentes atq; negligentes, paraticq; pro domini charitate ad mortẽ ire. Tales uidentur qui ex gentibus credunt uelut innocẽtes, & intellectu ipsius puritatis fortes in passione. Imago ergo fuerunt gentiũ isti sancti infantes qui pro domino sunt occisi. Bene ergo & secundũ uoluntatẽ dei eorũ memoriam sancti patres celebrari mandauerunt sempiternã in ecclesiis uelut pro domino morientiũ, uelut pro Iudæis & gentibus creditu ris, uel etiã pro ipsis parentibus, quorũ parentes præ nimio dolore (ut dixi-mus) percutiebantur, ut eis intercessio filiorũ apud deum plurimũ profuisset. Considerantes, & in memoriã reuocãtes parentes antiquorũ sermones prophetarũ sanctorum, suos mitigarunt exinde (ut dixi) dolores. Ideoq; hi beati & sancti infantes in æternũ lociati sunt in numero omnium sanctorũ atq; beatorũ. Rachel, inquit, plorans filios suos, & noluit consolari, quia nõ sunt. Consideremus & hoc, Ioseph & Beniamin mater cum esset Rachel, quomodo plorauit Iudę filios, id est quos dixit suos affines ex Liæ sororis progenie uenientes? Quomodo ergo plorauit ex Iudæ generatione occisos filios? Sed hoc ut ego arbitror, non magnã habet quæstionẽ. Rachel enim in uia quæ dicitur Hipodromi in terra Cabrati introeũtibus in Bethleẽ sepulta est, sicut narrat Iacob Ioseph filio suo. Dixit eam propheta quasi plorantẽ filios cum Iudę qui mortui sunt in Bethleẽ filijs. Duas nunc rationes habet hoc uerbũ, unam quã aliquanti antiqui dixerũt ad Beniamin pertinentẽ filium Rachel affinitate Iudæ generationis coniunctũ, qui Iudæ filij pro domino nec mortui sunt. Plorauit ergo Rachel filios suos quasi nihil passos in aduentu uel pro aduentu domini, & quasi non essent existimauit ad illos qui pro domino mortui sunt, & martirij tulerunt coronã. Ita ergo antiqui dixerunt. Est & alia ratio. Ipsa Rachel plorare dicitur, hoc est genus Beniamin affinitatẽ ipsam generationis Iudæ habẽs. Extẽdit enim & illuc suã crudelitatẽ Herodes, sine misericordia omnes affines Iudæ & Beniamin filios interficiens. Prius in Bethleẽ interficit omnes, postmodum misit in circuitu regionũ sine misericordia manus, nullumq; uiuum dereliquit infantem: ideoq; plorare dicitur Rachel, hoc est generatio Beniamin. Vel ꝓpterea adhuc nomi-nat Rachel, omnium nostrũ pietatẽ per illam demonstrãs circa filios uel proximos, in nomine Rachel uniuersas pias matres (ut dixi) significans. Matres enim infantes suos maiori diligunt affectu quàm patres: propterea cũ aliquid infantibus cõtigerit, plus tabescunt illæ quæ eos genuerunt matres, q̃ qui illos fecerunt patres. Idcirco nũc maior & multiplex & nimium prolixus earũ quæ genuerũt effectus est luctus. Quidam enim infantes nimis paruuli, & nuper nati ad mortẽ oblati sunt: aliquanti paulo maiores amplectentes ubera matrũ diripiebantur occidendi: Alij in conspectu parentũ repentes iam uel ludentes, gladijs sine misericordia necabãtur, ut superius memoratũ est: ideoq; omnium horũ occisorum matres per Rachel piæ matris nomẽ demonstrantur, misera-biliter plorantis, & nimis lugentis. Hi ergo cũ iniuste uel impie occiderentur, in pace, in quiete multa, pro nomine domini passi de hoc mundo sublati sunt, in ecclesia æterna per secula in Christo mansuri. Eorũ uerò parentes pro ipsorũ merito passionis dignam mercedis accipient retributionem à iusto æterno domino deo. Venit ergo ut supra dictum est dominus in Ægyptũ, ut exinde omnes dęmonum exercitus fugaret, & omnia idola cõminueret, & omnem ritum uel diuersa mala & opera actus inde euelleret, & fidei & castitatis fundamentũ ibidem collocaret, & illud quod scriptũ est ibi adimpleretur, & ubi abundauerit delictum superabundaret & gratia. Ibi enim sustinuit dominus quamdiu Herodes impius & crudelis defunctus esset: & exinde ad terrã Israel remeare festinauit, quo patris præceptũ illic perficeret, ut legis & prophetarum testificationes ibi adimpleret, ubi & prophetatæ & uaticinatæ sunt: illuc ergo reuertens dominus ut popu-

ut populum Israel illuminaret, ut seculum saluaret, ut ecclesiam solidaret, ut cunctos se diligentes in uita æterna & in regno cœlorum sibi cohæredes faceret. Qui cum deo patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Demoliuntur enim facies suas ut pareãt hominibus ieiunantes. Et reliqua. Matthæi VI Homilia IIII.

SVPERABVNDANTER & digne dominus consequentia orationis ieiunium commendauit. Conueniens & consequens orationis ieiunium: & procurat oratio ieiunium, uel iterum ieiunium orationem. Ideo Apostolus in quodam loco hoc significans ait: Vacate ieiunio & orationi. Qualis anima erit quæ sic 1 Cor.7
uoluntati carnis cõiungitur ut alacri deuotione ieiunet & oret? & quomodo quæ propter deum utraq; adimplet, proficit? Ideo cum ieiunatis (ait dominus) non propter humanam laudem, nec propter uanam placendi cuiquam cupiditatem, quæ præterit, sed cum ieiunatis ex dilectione dei ieiunate, propter regnum cœlorũ ieiunate. Cum aũt ieiunatis, per sanctorũ uiam pergite, ipsius domini uestigia sequimini. Sic & Moyses ieiunium magnificãs dicit: Ieiunaui quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panẽ non manducaui, & aquã non bibi. Sic & Helias per æquale ieiuniũ & tẽpus, illam magnificam uidit uisionẽ dei. Sic & Daniel ieiunans gloriat̃, & dicit: Ego Daniel fui ieiunans per tres hebdomadas dierũ, panem desideriorũ nõn manducaui, uinum non bibi, & caro non introiuit in os meũ. Sic illi tres pueri delitiosam contẽnentes mensam, legumina in ieiunio sumebant, & ita flammã fornacis cincti uirtute fidei extinxerunt. Sic & illi beati duodecim apostoli assumpto ipso post resurrectionẽ, euangelij prædicationẽ ieiunantes cõmendarunt mundo. Cum aũt ieiunatis charissimi ad spiritalia cõuertimini, ad cœlestia eleuamini. Cum autem ieiunatis dæmones uincitis, omnemq; classem illam malignam retrorsum cõuincitis, mala desideria effugatis. Quando alacriter ieiunatis, quando instanter & syncere à malis abstinetis, tunc nõ eritis hypocritæ tristes, simulatores, hominibus mentientes, similes illis hominibus qui exterminant facies suas ut pareãt hominib. ieiunãtes. Duo itaq; mala faciũt: unũ quod tristes facies suas ostendũt, quia nõ uoluntarie ieiunant, propterea non habent mercedẽ. Hilarem enim datorẽ diligit deus. Aliud aũt quod coram hominibus quod non sunt esse fingunt, & humanam laudem lucrari quærunt, atq; se uidentes scandalizant, sibiq; æternum iudicium præparant. Tales erant Iudæi, tales & nunc sunt innumerabiles hæretici, qui super alia infidelitatis & irreligiositatis ostendũt & addunt & hoc, ut exterminẽt facies suas, ut dum ieiunant colorent pallore uultus & oculos suos, ut uisi admirent̃ quasi ueraces, & ut per specti diligantur uelut pro ieiunio laborantes, honorent̃ etiam uelut discipuli domini, beatificentur quoq; uelut hunc mundũ cõtemnentes. Ideo exterminant facies suas isti hypocritæ, & isti increduli, isti spe inanes, qui iam acceperunt mercedẽ suam, illam brevissimam ab hominibus laudem, istam tẽporalem à mortalibus adulationẽ. Sed super terram hanc acceperunt mercedẽ: de cœlis aũt magnum eos expectat iudiciũ, sicut deo & hominibus mentientes. Attendite ò charissimi ecclesiæ filij, ut nullus quod nõ est se esse fingat, sed in ueritate deo seruiat, sed alacriter eius legẽ perficiat, sed eius diligentissime mandata custodiat, propterea ut æternæ uitæ mercedẽ ab ipso domino percipere mereatur. Exterminant enim facies suas. Bene dicit quod exterminãt, hoc est immaculatas maculãt, incoinquinatas coinquinãt, mundas sordidant: propterea digna illos exterminatio in hoc seculo expectat. Tales sunt aliquæ mulieres, quę albũ, & nigrũ, & rubicundum super facies suas inducũt, quasi sapientiores plasmatore suo, tanquã non bene illum fecerit uultum, tanquã non prudenter istam faciẽ constituerit. Huius creantis opus uolunt emendare, & cõponere non erubescunt, & post fabricatoris manus super addere nõ uerentur: mortuis coloribus uiuentes suas facies liniunt, & de uiuentibus in mortem transmutãt, ideo ut imprudentiũ faciant euolare corda, ut minus cautorũ subtentant animas, ut multã perditionẽ sibimet parent. Ista ergo omnia religiosæ credentes animæ fugere & abominari debent. Tu uerò cũ ieiunas, ait dominus, tu deũ timens, tu fidem seruans, tu religiositatẽ adimplens, tu ergo cum ieiunas, quod sumpturus eras distri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

destribue pauperibus,cũ ieiunas frange esurienti panem tuum, pauperem & sine tecto induc in domũ tuam.Si uideris eum nudũ, uesti, & domesticos seminis tui ne despicias. Tunc erumpet tua domus pauperibus,quãdo tu sic ieiunas. Quando enim ieiunas ò amice,depone omnem maliciam, omnẽ zelum, omnem furorem, omnem iniquitatẽ, omnem iracundiã,omnem superbiam, omnem litem, omne maledictũ. Cum ieiunas, non manducabis carnẽ, hoc est non manducabis carnem humanam,impie agendo. Non bibas uiuum,non bibas sanguinẽ per crudelitatem.Non spires siceram,hoc est non spires adulationẽ, nec bilinguis sis in perditionẽ animæ. Cum ieiunas, sicut marcescit uenter tuus,sic efficiatur os tuũ, sed plus marceat tum cor tuũ. Anima tua sit ab omni mala cogitatione sepolita. Attende ne cõcipias dolores cõcupiscentię: sed omnia hæc mala deponens,omnia indigna expellens, sic sanctum & deo placens ieiuniũ ieiunabis. Hilari animo & lympido corde ieiuna,& nõ tristi uultu. Cum ieiunas (ait) unge caput tuũ, & faciem tuã laua,ut nõ uidearis hominibus ieiunãs,sed angelis & omnibus sanctis.Omnes occasiones abijce ut non uidearis hominibus ieiunare. Et faciẽ tuam laua, ut nõ sit sordidus aspectus tuus:& caput tuũ unge, ut non indecorus uidearis,ut nõ cognoscant uidentes quod ieiunes, & dicãt: Ecce ille Christianus uide quàm tristis est quia ieiunat. 1 Cor.11 Vnge ergo caput tuum.Caput tuũ Christus est, ait Apostolus. Hoc ergo caput tuũ unge,& hoc decora omni tẽpore, & maxime in tempore ieiunij unge per singularem charitatem,unge & compone per pauperũ miserationem,peregrinorum eleemosynas:per ista ergo unge caput tuum dominũ tuum Christũ,ut dicat tibi, quando fecisti uni ex his pusillis mihi fecisti. Ita ergo unge caput tuũ. Sed & faciem tuam laua. Omnis corporis gloria & decor facies est, id est aspectus & uultus. Sic & omniũ credẽtium unũ corpus, aspectus,& gloria est ecclesia,et sanctitas altaris.Hanc itaq; laua,hoc est orna et exalta, honora & glorifica,& hoc fac ad gloriã & exaltationẽ capitis huius corporis, quod est Christus,qui est caput ecclesiæ. Etenim uere qui ecclesiã exaltant, uel altare honorificant sanctũ,ad gloriã domini hoc faciunt.Ita ergo faciẽ tuã laua,hoc est uisionẽ animæ, aspectũ cordis tui laua,munda ab omni contaminatione,ab omni caligine, ab omni erroris obscuritate, ab omni infidelitate. Ablue cor tuum Hierusalem ut salua sis, ait quiEsa.1 dam:Lauãmini,mundi estote,auferte iniquitates ab animabus uestris, à conspectu oculorum meorũ.Hanc faciem & hunc aspectum lauemus ò dilectissimi,lympidam & sine offensione animæ nostræ faciem omni tẽpore conseruemus in conspectu dei, ut simus lympidi & sine offensa ante dominũ in sempiternum. Hæc itaq; omnia facite, ut pater uester qui uidet in occulto, reddat uobis in manifesto, in illa manifestatione de qua di-Dan.12 cit Daniel:Et tunc prudentes fulgebunt sicut luminaria cœli. Et iterũ: Iusti atq; alij plures sicut stellæ in æternum.Sequitur adhuc: Nolite thesaurizare uobis thesaurum in terra, ubi ærugo & tinea exterminant, & ubi effodiunt fures & furantur: Nihil in terra firmum,nihil stabile,nihil tutũ:omnia infirma, omnia caduca, omnia temporalia & transitoria. Vita pertransit, iuuentus senescit, honor aufertur, diuitiæ fugiunt uelut aliquis fugitiuus, diuertentes ab alio ad alium transeunt, meretricio more amorẽ fingentes, & nulli fidem seruantes. Ideo nolite thesaurizare uobis thesauros super terrã, ubi nihil fidele,ubi inimicitiæ propter pecuniã, ubi zelus & iracundia pro cupiditatibus, ubi frater fratri inuidet ditiorem uidens, alius alium circumuenire per zelum quærit,ubi qui habet & possidet thesauros, adhuc inhiat,& accumulat ad rapinam,et pauper usque ad mortem tolerat necessitatem. Nolite thesaurizare uobis thesaurum super terram. Transiet enim ista terra & iste qui in ea est thesaurus: & antequam terra pertrãseat,antea isti pertranseunt thesauri, aut qui thesaurizat moritur.Quid adiuuerunt Pharaonẽ illi plures thesauri Ægyptij? Nónne repẽte in maris profundo absorptus est? Quid adiuuerit Nabuchodonosor regem totius pariter orbis diuitiæ congregatæ, & in Babyloniam translatæ? Nónne elisus est de throno gloriæ suæ,& de medio hominũ subito separatus est,atq; cum feris agrestibus deputatus, & septẽ annis habitare præceptus est? Etenim tunc ille consilium audiens beatissimi Danielis,peccata sua eleemosynis expiare redemit. Quid adiuuit Balthasar filium eius quod ipse post patrem suũ innumerabiles terenas cõgregauit diuitias? Nónne percussus statim in eadem nocte perijt? Quid dicemus de alijs multis qui illi similantur, de quo in Euangelio scriptũ est, quòd horrea sua destruens maiora ædificare quærebat sibimetipsi dicẽs:Habes multa bona multis thesaurisata annis? Propterea ista qui colebat relictis alijs ablatus est,& illa quæ remanserũt ad alios sine dubio trãsierũt. Nolite thesaurizare uobis thesaurũ super terrã, hoc est nolite desodere sensus uestros cũ diuitijs in terra. Nolite recõdere cor uestrũ cũ pecunia in perditionẽ, quia multa pericula in thesauris sunt multa offendicula in humanis diuitijs,aliquanta abintro,deforis fures defodiunt mansiones,latrones obsident in solitudinibus & in desertis, aliquando plures undiq; circũueniũt uolentes modis omnib. irrũpere. Alij præparãt flãmas,& immittunt incendia,uidẽtes illos thesauros habentes omni cõsilio eos depredari excogitant. Propterea super terrã nõ uobis thesaurũ pereuntem thesaurizetis ò charissimi. Thesaurizate uobis thesaurũ in cœlo, ubi thesauriza uerũt sibi beati omnes deũ diligentes. Ibi thesaurizauit sibi Abrahã per hospitalitatẽ, Iob per egenorũ miserationẽ.Illic thesaurizauit sibi Samuel per iusta iudicia,ita Dauid omnesq; sancti:quorũ uestigia sequẽtes & uos oẽs thesaurizate uobis thesauros in cœlo,ubi neq; ærugo, neq; tinea exterminãt. Ærugo exterminat, id est diuersorũ inuidia, & insatiabilis cogitatio.Neq; fures effodiũt, & furanẽ. Illi nequissimi dæmones,& male articulosi, qui innumerabiliũ corda effodiũt. Isti multos & magnos thesauros furanẽ. isti effoderũt per auiditatẽ cor Esau.Isti furati sunt ei præclaras thesaurorũ primitias cũ benedictionũ donis. Isti effoderũt per auaritiã Iudæ cor, & huic apostolatus magnũ furati sunt thesaurũ.Propter quid? quia nõ thesaurizauit sibi in cœlo, ubi isti supradicti fures non effodiunt nec furanẽ,sed super terrã thesaurizauit,propter pulchritudinẽ argẽti totius uitæ dñm uendidit. Isti effodiũt & nunc multorũ corda,aliquantorũ per superbiam & cupiditatẽ,aliorũ quoq; per ciborũ auiditatẽ uel cætera carnis desideria, quos omnes cœlestib. regnis furanẽ ideo quia non in cœlis thesaurizãt sibi. Labore nimio & dolore quæramus, & nunc poterimus inuenire quẽ quærimus &c.

Luc.12

In illo tẽpore,cũ descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eũ turbæ multæ. Et ecce leprosus ueniẽs adorabat eum dicẽs.Domine,si uis potes me mundare. Et reliqua. Matthæi VIII Homilia V

DESCENDENTE Iesu de monte secutæ sunt eum turbæ multæ. Docẽte uerò domino in monte discipuli erant cum ipso, quibus datum erat cœlestis doctrinæ nosse secreta,per quæ salutis scientia brutorũ corda salirent,cæcorumq; oculis per mundanæ delectationis tenebras caligantibus lucẽ patefacerent ueritatis. Vnde & dominus ad eos: Vos estis(inquit)sal terræ,uos estis & lumina mundi. Matt. 5
Nunc uerò descendente eo de monte turbæ secutæ sunt eum. In montẽ scilicet ascendere nequaquam poterãt, quia quos delictorũ sarcina deprimit, ad mysteriorum sublimia nisi adiecto onere scandere mimine ualent. Idcirco & filij Israel primitus in montem ascendere non poterant ad obuiandum deo, quia Ægyptiaca grauati conuersatione præpediebant,sed solus Moyses ascenderat,& pauci cum eo seniorũ Israel. Veluti deniq; tunc cum dño discipuli in montẽ ascenderunt,sic & modo fideles animæ deum timentes, & dñm diligentes, regna cœlestia desiderantes, dominum semper sequẽtes post dñm in illum cœlestem montem ascenderũt audiẽtes Apostolũ dicentem: Quæ Col.3
sursum sunt sapite, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei sedẽs. Descendente nunc domino, hoc est inclinante se ad infirmitatẽ, & impotentiam cæterorum,misertus imperfectiõi eorũ,uel infirmitati, secutæ sunt eũ turbæ multæ,quidã propter charitatẽ,plerique propter doctrinam,nõnulli propter administrationẽ & curationem.Et ecce homo leprosus unus ex illis qui curã quærebãt,qui leuamẽ desiderabant, adorabat eum dicens:Domine,si uis potes me mundare. Deorsum cum ẽs rogas ò homo,& in monte nihil dicis.Quare sic? Quia tẽpus,& tẽpora omni rei sub cœlo. Tempus doctrinę,& tẽpus curationis.In mõte docuit,illuminauit,monuit,animas curauit, corda sanauit.Propterea ergo illa maiora ego tentare nolui, illa summa tradere passus sum.Ipsis ergo ab illo cõpletis deorsum eo de mõte ad curãdũ, sicuti de cœlestib.monitibus ad saluãdos carnales descendente,uenit ad eũ homo leprosus adorãs eũ. Anteq; peteret,adorare cœpit:anteq; rogaret,culturam ostendit. Adorauit eum.Pro hoc ipso deum & dominũ eum inuocãs adorabat eũ.Sicut enim illi beati Magi prius procidentes ado-

tes adorauerunt eum,& ita demũ ei munera obtulerunt: eodem modo & nunc iste cadens adorabat,& sic supplices obtulit postulatiões,dicẽs, Domine tu qui digne adoraris,et merito coleris,te ego ut dñm adoro:ideoq; et dominũ dico,opera prius cõtestãs, & sic uerba loquẽs:Per te enim omnia facta sunt. Tu ergo dñe si uis potes me mundare. Voluisti ut hæc immũdissima lepra super me ueniret,siue ppter mea peccata, ut correptus pœnituissem,seu propter tuã prouidentiam,ut mirabiliter me mundans magnificeris:omia dispẽsanter & prouidẽter facis,& salutẽ largiter tribuis. Siue ergo hanc lepram propter mea peccata portaui, dimittẽs culpas meas mũda me,siue propter prouidentiã tuã,mirabiliter me mũda,ut ab hominib.magnificeris. Dñe,si uis potes me mundare. Voluntate tua opus est,quia & opera uoluntati tuæ obediunt, ideoq; si uis potes me mundare. Non dubitãs fallor,nec dicẽs sic ut ille qui filij salutẽ deprecabat, Si quid potes,adiuua nos:sed scio quia omnia potes, idcirco non potentiã peto, nec fortitudinem quæro: homines enim scio deficientes: sed tantũ uoluntatẽ tuam deprecor, & sequens uirtus statim hanc gratiam implebit: Domine si uis,potes me mundare: mihi ad beneficium,tibi ad laudem,uidentibus ad miraculum & proficiẽdi doctrinam. Domine si uis,potes me mundare. Tu qui prius(ait)Naaman principem Syriæ per Helisæum in Iordane tingens lepra mundasti,& modo si uis potes me mundare. Cui respondens dominus ait: Confidens profiteris quia ego possum, & si uolo fit, ideo uolo mundare. Magnifice credis, magnifice & mundaris,plenissime confiteris,plenissime lætificaris. Volo mundare. Nõ dubitasti credere,nõ tardo sanare. Non distulisti confessionẽ,non differam te mundare: Volo mũdare,ut magnam gratiam tibi ostendam, manum ad te porrigo. Extendẽs iraq; manum Iesus tetigit eum,dicẽs: Et quid est quod tetigit eum? cũ lex prohibuisset leprosum tãgere. Propter hoc tetigit, ut ostẽderet quia omia munda mundis, quia aliorũ alij nõ adhærent inquinamẽta, neq; extranea immunditia immaculatos coinquinat. Sed ad hæc propter quid tetigit? ut humilitatẽ demõstraret, & nos doceret nullũ spernere,aut horrere,uel contemptibilẽ ducere propter corporis læsionem,aut maculationẽ,quæ à deo immittitur,pro qua ipse sit redditurus rationẽ. Extendens ergo manũ eius,tetigit eum. Medicus(ait)sum cœlestis,corpora cũ animabus curare possum:propterea omnes tango nõ ut infirmitas mihi adhęreat,sed ut ab ijs quæ habent expellã. Sol enim,ait,incõparabilis sum, & luna iustitiæ. Ideo omnibus aproximo, & omnibus meis splendoribus ad salutẽ radio, ipse uerò sicut fui permaneo in singularis meæ sanctitatis pulchritudine. Extendens manũ tetigit eum. Non sperno legẽ sed curo uulnus:nec destruo mandatũ,sed fugo atq; mundo lepram. Ideoq; cũ extendo manũ mox effugit:nec cõtaminatio meę uirtuti proximare,uel resistere meę potentiæ poterit. Dico ergo: Volo mundare:& me manum ad tangendũ extẽdente, effugit ilico lepra:& inuenta est manus dñi non lepram,sed mundũ tetigisse corpus. Consideremus & nos nunc dilectissimi fratres,ut nullus peccati lepras in sua habeat anima, aut contaminationes delictorũ in uo detineat corde. Sed & si habet, instanter adorãs dominũ dicat ad eum: Dñe si uis,potes me mundare. Tu illum prius multa delicta cõmittentem mundasti Manassem, & innumerabilibus alijs à seculo precantibus misertus. Tu ergo si uis potes me mundare. Et dominus mox misericordiæ porrigens manũ dicit, Volo mundare. Et Iesus ait illi mundato à lepra. Huic cui misertus est credẽti domino,qui cõfisus est in uirtute eius, huic ergo dixit Iesus. Credidisti, saluus es: speraisti, mundus effectus es. Noli obliuisci qualis fueris, qualis factus sis. Non cesses gratias referre,nõ taceas confiteri. Charissimi hoc & nos debemus facere quando à domino de aliquo periculo liberamur, uel ab aliquo dolore saluamur, siue infirmitatis, seu uulneris,siue de qualibet necessitate. Nõ efficiamur ingrati, & relinquamus liberatorem nostrũ,sed alacriter gratiarũ actiones ei reddamus, sed & munera secundũ substantiã nostram ad honorificandũ eum exhibeamus. Hoc enim & illi mandauit dominus, Vade (ait) ad sacerdotes,& offer munus tuum. Dixit ergo ei Iesus, Vade, nemini dixeris. Et quare hoc domine dicet nemini? Propter meam humilitatẽ, propter meã dulcedinem. Et uos doceamini quando aliquid boni facitis,nõ gloriari, aut extolli uel inaniter placere uelle in cõspectu, sicut cõsuetudo est aliquantis, qui cũ quid boni fecerint seu ieiunauerint,seu in pauperum eleemosynis,largitatibus, necnon & in altaris honore, cultuq; sanctorũ: Etenim ipsi ante homines uolũt gloriari,& sibi placere, ante dñm merce dem perdentes. Vide nemini dixeris. Te enim tacente,hoc mirabiliter clamabit. Te enim os non aperiente, omnis uirtus tui corporis iubilabit. Hesterno immundus, hodie mundus ante pusillũ horribilis,& nũc decorus. Vide ergo nemini dixeris, sed uade ostende te sacerdoti. Ambulãte te ad tẽplum uidentes mirabunt, & sacerdos uidẽs expauescet, quoniã secundũ legẽ semel & bis ab eo inclusus, & ostendẽs teipsum, mundari non potuisti. Vade ergo ostẽde te sacerdoti, ut uidens cognoscat quia nõ per legis consuetudinem mundatus es,sed per gratiæ operationẽ: non propter terrenorũ sacerdotũ imaginẽ,sed per cœlestẽ summi sacerdotis splendorẽ. Vade ostende sacerdoti teipsum. Sacerdoti te ostende à summo sacerdote missus, à summo sacerdote dei patris mundatus. Sed non uidearis in cõspectu dñi inanis, nõ uidearis ad sacerdotẽ manu uacua uenire. Non uenias in cõspectu sancti tẽpli infructuosus,sed offer munus tuum. Ad illum enim hoc tunc dictum nos admonet omnes loquens, ut & nos dona & munera nostra non teneamus apud nos, sed reddamus gratias deo, maxime cũ de aliqua liberamur tribulatione. Offer,inquit,munus tuũ. Quare? ut oẽs qui uidẽt portare & offerre,credant his mirabilibus, & magnificent deum qui misertus est tui,& infidelib. per hoc increpatio,& testimoniũ duritiæ cordis ipsorũ fiet. Sic & illũ xxxviij annis iacentẽ in infirmitate erigẽs à languore iussit portare grabbatũ suum, & ire in domũ suã, ut hunc ipsum lectus portatus ab eo per mediã ciuitatẽ clamaret saluantẽ se inuocando & laudando. Sic & illum cæcum in natatoria Siloe misit,ut uidentes ambulare illuc eundem cæcũ, & iterum remeantẽ mirati & obstupescentes crederẽt huic talia mirabilia facienti. Post hæc quæ superius dicta sunt: Cum introisset Capernaum ciuitatẽ Galilææ:Sic cognominata est Capernaũ,in qua sæpius dñs uirtutis suæ magnificentiã demonstrauit. Ingrediente eo Capernaũ. Capernaum nanq; interpretatur ager, uel uilla cõsolationis. Cum ager quod in eo aliquid agatur,uel uilla à circũuallatione limitis,hoc est munitione custodię nomen acceperit,congrue dispensatione carnis illò ingressus asseritur dñs,quò per dei tatis portam circũdando attrahens ad credulitatem incredulos,& sanitatis miraculum erat aciurus. Accessit Centurio externus generatione, sed mente domesticus, militum princeps,sed plus angelorũ gaudium. Accessit ad eum Centurio. Increpatio nanq; illo rum ostendit ascendentiũ quondam ad Heliã in Carmelo quinquagenariorũ, qui manentes in infidelitate,cœlesti sunt igne cõsumpti. Iste uerò ex infideli particeps fidei facius,in sinũ ilico deportatus est Abrahæ. Accessit ad eũ Cẽturio rogans eum, & dicẽs: Domine puer meus iacet paralyticus in domo,et male torquetur. Multi illo tẽpore pro diuersis rogabant infirmitatibus,nullus tamẽ pro seruo nisi iste solus:& hoc ei ad argumentũ beatitudinis,& coronã gloriæ erat. Quid emi in mẽtis abdito dignũ uoluẽs Centurio iste aiebat? Mihi hic seruus est, & ego creatoris. Iste me super terrã, & ego magnũ in cœlis habeo dominũ. Si ergo eius nõ misereor, quomodo mei ille miserebit? Si ego huic non subuenio,quomodo mihi ille subueniet? Sic debent omnes qui famulos & famulas habent cogitare, sic misereri & cõdolere eis, supplicare & curã habere de seruis, uel de ancillis suis,sicut ille beatus Cẽturio fecit: Puer,inquit,meus iacet in domo. Non in una hac re tantum miserabilis quod iacet,sed & in alia q; paralyticus,tertia quod male torquetur. omnia enim ista dolorẽ congeminant,& iacentẽ, & paralyticũ,& dure detentum. Ideo ut suæ animæ angustias demõstraret,& dñm cõmoueret, quatenus & illius crucíatus demonstraret,& domini beneuolentiã inuitaret: Puer meus, inquit, iacet in domo: Et huc quare nõ attulisti eũ? Ideo, ait, quia nõ opus est ostẽdere illi omia uideti,nõ opus est in cõspectu offerre eius, cuius potẽtia non terminatur, nec includit, neq; excluditur. Iacet in domo paralyticus,& male torquetur. Quid ergo uis & cupis seu desideras? Non multũ loquor ait. Scio enim quia ad omnia præscientẽ respondeo. Ideoq; iste cognoscens corda respondens dixit: Ego ueniã & curabo eum. Ego ad Abraham ueniens senilem Saræ sanauí uterum, in senectute eis Isaac filium donans: ego & nunc ueniens ad te curabo eum. Et quomodo promittis dñe aduentũ tuum huic? nec quęrit, nec petit, sciens quod non acceptabile sit ei ut uenias in domum eius. Ob hoc, ut & uos pręualeatis, & eius fidei similes sitis,uel cognoscatis quid iste sit, uel qualis in eo fidei thesaurus habeatur occultus. Iam enim & primitus Abraham tentaui, non pro hoc

Ioan.5

Ioan.9

4 Reg.1

ut cognoscerē quem ante sciebā,sed ut uos similes ei in omni tētatione fortissimi inueniamini.Et Iob ita probaui: nō propter hoc probaui ut cognoscerē, quē iustum testificatus sum,sed ut uobis spem & fiduciā demonstrarē.Idcirco & huic dico. Ego ueniā,& curabo,ut ipse magnā fidem suā proferens dicat:Dñe terruisti me,cōturbasti,interfecisti fortitudinem animæ meæ in hoc uerbo. Non sum dignus appropinquatione, aspectu,uel non sum dignus accessu,uel introitu tuo.Dñe non sum dignus ut intres sub tectum meum. Moyses ille primus magnus tuus confabulator, mirabilis tuorū narrator operum,fidelis in tota domo tua,nimiū se humiliauit dicens: Non sum dignus ante hesternū & tertium diem.Quanto magis ego dicā: Dñe non sum dignus ut intres sub tectum meum? Alienigena sum, gentilis miles gladio accinctus, sanguinem fundens, ad prælium exiens,& ob hoc non sum dignus ut intres sub tectum meum: Sed tantum dic uerbo,sed tantū ueni uerbo:uerbū aspectus tuus est,opusq; est cōsummatū. Quamobrem dic uerbo,ostende absens corpore quod præsens spiritu cōsumare potes: ubiq; indeficiens præsentia,ubiq; præsens tuus aspectus.Idcirco ego accessu & introitu tuo indignus sum,& iste infirmus uerbi tui uisitatione indiget.Et hac de causa dic uerbo,& sanabitur puer meus.Sed & hoc nullū nostrū pertranseat sicut pusillum aliquid,quod dixit iste Centurio: Non sum dignus ut sub tectū meū intres. Intrat & nunc dñs sub tectū credentium duplici figura uel more.Nunc enim quando sancti & deo acceptabiles ecclesiarum antistites sub tectum tuum intrant,tunc ibidem per eos dominus ingreditur. Et tu sic existimes tanq; dñm suscipiens.Et aliud:quando sanctū cibum illudq; incorruptum accipis epulū, quando uitæ pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & sanguinē domini,tunc dñs sub tectum tuum ingredit. Et tu ergo humilias temetipsum imitare hunc Centurionem, & dicito: Domine non sum dignus ut intres sub tectū meum. Vbi enim indigne ingreditur,ibi ad iudicium ingredit accipienti.Sed adhuc quid adijcit ille Centurio in sequentibus? Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, & habeo sub me milites, & dico huic uade, & uadit: & alij ueni, & uenit:& seruo meo fac hoc, & facit. O prudentia intellectus animæ, O mundītia cordis. Primus omnium manifeste ueritatis cōfessionē reuelauit, & noui testamēti mysteriū declarauit, & ecclesiæ in sese monstrauit imaginē, primitiæq; ex gentibus domino credentibus factus est. Ego, ait,homo sub potestate regis uel principis,indignus ego habeo sub potestate mea milites & seruos: & tu habes sanctos sub potestate tua angelos sicut milites, & sanctos omnes seruos.Ego mando unicuiq; & secundū preceptū meū facit,& tu mandas quod & statim cōpletur. Quod enim mandas & dicis, fit, & sine mora perficit. Omnis enim creatura seruit tibi:& ideo dic uerbo,& perficietur uelociter,& saluabit hic puer meus. O fides uiri,O confidentia militis,O charissime amice ueritatis,te admiratur dominus, & tuam indeficientē magnificat fidem, quō de tenebris gentium processit lumen tantum, qualiter de errore deum non cognoscentiū tanta manifestata est iustitia, & ex ore stultorū idolis seruientiū tam lympida effulsit fides. Audiens ergo dominus admiratur eum.Et quod deus unigenitus mirat quantū sit,aut quale,inenarrabile & ineſtimabile,percipe sensum charissime,q; deo nihil est mirabile,nec aurum, nec diuitiæ, nec regna,nec principatus:ista omnia sunt in conspectu eius tanq; umbra & sicut nihil,uel flos decidēs.Nihil ergo mirabile in cōspectu dei magnū,uel preciosum,nisi tantū una fides: hanc miratur honorificans, hanc acceptabilē sibi existimat. Ideoq; conuertens se ad sequentes turbas ait:Amen dico uobis,hoc est,uere dico uobis, nō inueni tantam fidem in Israel.Nō in illo priore Israel beato Iacob tantā fidem abnegat se dominus inuenisse. Ille enim non tantum credidit dño, sed & prophetauit de eo, & apertius eius iustitiam demonstrauit,& manifestum aduentū eius prælocutus est.Nisi enim credidisset ei,quo modo de eo prophetasset? Sic & ij qui de Israel processerunt,Israel enim & ipsi nominati sunt prophetæ,& iusti,Dauid,Esaias,Hieremias:Hi omes clare & manifeste eius aduentum prænunciauerunt:omes nanq; hi habuerūt fidē,habebant em & prophetiā. Et iste Centurio fidem habuit,sed prophetiam non habuit.Idcirco dominus admirans magnificauit fidē eius super illū qui tunc fuit Israel, hoc est super omes qui tunc fuerūt tribus Iacob,& nō super illū qui ab initio fuit, nec super eos qui postea prophetæ iusti inuenti sunt in Israel:Amē dico uobis,quia nec in Israel tantā fidem inueni,sicut in gentibus barbaris atq; alienigenis.Gentes filiū dei me inuocāt omnipotentē, unigenitū confitenē, dñm asserunt, diligūt,& sicut bene omnia dispensantē,adorant.Et Israel me non cognouit,& populus hic me nō intellexit: Ideoq; me Beelzebub & Samaritanū appellant,& peccatorē existimāt.Iairus in Israel princeps pro filia sua me petens nō dicit,dic uerbo,sed ueni,ait, uelociter, anteq; moriat hæc filia mea. Nicodemus doctor in Israel de fidei sacramēto audiēs ait,quō potest hoc fieri? Maria & Martha me nimiū diligētes dicunt: Dñe si hic fuisses,non esset mortuus frater meus: tanq; dubitātes quod ubiq; uelox non posset esse mea potentia. Propterea nō inueni tantā fidem in Israel sicut in isto alienigena.Dico enim uobis,quod multi ab Oriēte & Occidente uenient,& recūbent cum Abraham,Isaac & Iacob in regno cœlorū.Dico uobis,testor uobis, annuncio uobis,prædico uobis, quia multi uenient, de quibus propheta locutus est dicēs: Venient & gentes multæ,& dicent: uenite ascendamus in montē domini, & ad domū dei Iacob ingrediamur, & ostendat nobis uiā suā, & ambulemus in ea. Multi uenient,illi de quibus dñs ait: Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas adducam, & erit unus grex & unus pastor. Multi uenient,illi de quibus dictū est,ut & filij dei qui dispersi sunt cōgregenē in unū.Isti ergo oēs uenient. Vnde ueniēt? Ab Oriente & Occidente, hoc est ex omni gente quæ est sub sole ab Oriente usq; ad Occidentē. Sicut enim per omes gentes habetur hoc euangeliū prædicatū, sic ex omnibus gentibus uenturi sunt ad regnum cœlorū. Vel adhuc ab Oriēte hi qui statim illuminati transeunt,& ab Occidente hi qui passiōes & persecutiōes usq; ad mortē tolerāt pro fide. Multi ergo ueniēt. Et quō ergo alibi dicit: Multi uocati,pauci uerò electi? Multi uocati ait. Omnes em tribus hominū ab initio seculi uocatæ sunt.Et pauci electi,de multitudine. Etem per diuersas generationes,& secula diuersa pauci electi sunt. Simul uerò cōuenientes, & cōgregati in tempore uisitationis multi inuenient,nimiūq; innumerabiles.Multi ueniēt ab Oriente & Occidēte,& recūbent:nō carnaliter iacentes sed spiritaliter quiescentes, nō tēporaliter potantes,sed æternè epulantes, recūbent in regno dei,ubi lux & spes,lętitia & exultatio,gloria & benedictio, lux oculorū, & longæuitas æternæ uitæ,ubi oēs iocundant, omnes gaudent:ubi patres illi beati recūbunt,prophetę requiescūt, oēs apostoli & euangelistę super glorioſos ſedent thronos: ubi multitudo martyrū in æterna gloria dominī gloria, copiositas uirginū in secula exultat,portās coronā immaculatæ uirginitatis.O charissimi fratres ista est à seculo beneplacita, & annunciata exultatio, & ab initio narrata requies,in istam festinate ire oēs dñm diligentes. Ad istam colligunt oēs ex gentibus dñm credentes,necnō & fidē seruantes. In eam & nos oēs pergamus dilectissimi,ad istam omi uirtute festinemus,nihil nos reuocet aut retardet, nihil nos impediat ad hoc desiderabile properare cōuiuiū, omnē negligentiā à nobis repellamus, omnēq; desidiā ab animo & corporis impedimēta proijciamus:ut huius beatitudinis & requiei domestici efficiamur,quatenus sanctę huius(ut dictū est)epulatiōis digni inueniamur. Vade,sicut credidisti fiat tibi.Sic fiet uere unicuiq; homini sicut crediderit, secūdū mensurā fidei remetieē ei ista à dño gratia. Ideoq; dixit ad illum dñs.Sicut credidisti fiat tibi. Credidisti quia ego omnia possum,omniūq; dñs ego sum.Sicut credidisti fiat tibi. Credamus & nos charissimi fratres Iesum Christū deum ac dñm nostrū omnia posse, ubiq; præsentē esse, nobis remissiones cunctorū peccatorum indulgentia eius (si tamen eius præcepta seruemus)largiri, ut & unusquisq; nostrum cum centurione isto audire mereamur: Vade,sicut credidisti fiat tibi: adiuuante ipso domino nostro, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum,Amen.

Ioan.3
Ioan.11
Esa.2
Ioan.10
Matt.22

In illo tēpore,ascendente Iesu in nauiculā secuti sunt eū discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari,ita ut nauicula operiretē fluctibus.Et reliqua. Matthæi VIII Homilia VI.

INGREDIENTE domino in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius, nō imbecilles, sed firmi & stabiles in fide, mansueti & pij, spernentes mundum, non duplici corde, sed simplici. Hi ergo secuti sunt eum, non tantū gressus eius sequentes, sed magis sanitatem comitantes,& iustitiam eius consectantes. Et ecce tempestas magna facta est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus. Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim multa magna & mirãda ostẽdisset in terra, transiit ad mare ut ibidẽ adhũc excellentiora opera demõstraret, quatenus terræ marisq; dominũ se esse cunctis ostenderet. Ingressus ergo nauiculã fecit turbari mare, cõmouit uentos, cõcitauit fluctus. Cur hoc ideo ut discipulos in timorẽ mitteret, & suum auxilium postularent, suamq; potentiam rogantibus manifestaret. Illa tẽpestas non ex se orta est, sed potestati paruit imperantis eius, Qui educit uentos de thesauris suis, Qui terminũ mari arenam constituit. Dixit enim ei: Vsq; huc uenies, & non supergredieris, sed in temetipso confringentur fluctus tui. Huius ergo iussione & præcepto orta est tempestas in mari propter occasiones superius memoratas: Facta est tempestas magna, & non pusilla, ut magnũ opus & nõ pusillum ostenderetur: Quantoq; fluctus nauiculæ magis irruebant, tanto magis discipulos timor conturbabat, ut plus desiderarent ad liberandum se mirabilia saluatoris. Dominus uerò dormiebat. O res mirabilis & stupenda. Is qui nunq; obdormiuit, dormit. Is qui cœlum & terram gubernat, dormit. Is qui nunq; dormit, neq; dormitat, dormire dicitur. Dormiebat quidem corpore, sed diuino nutu cõturbabat mare, erigebatq; fluctus, & apostolos conterrebat suam ostensurus potentiã: Dormiebat corpore, sicuti & ad puteũ de itinere fatigatus sedebat, demonstrãs quia uere humanũ portabat corpus quod corruptibile induerat. Ipse corpore dormiebat, deitate uerò concitabat & cõturbabat mare, & iterum cõplacabat. Dormiebat itaq; corpore ut apostolos suscitaret, faceretq; uigilare: præcipue autem ne omnes nos unq; animo dormiamus, uel intellectu, aut prudentia, sed uigilare in omni tempore & iubilare domino, & salutẽ ab eo postulare studeamus. Nam quia ipse qui dormiebat corpore, illud secundũ uerbũ dicit: Ego dormio, & cor meum uigilat. Ad quem accedentes discipuli, suscitabant eum, dicentes: Domine salua nos, perimus. Tanto fuerant metu conterriti, & pene animo alienati, ut irruerent in eum, & nõ modeste ac leniter suggererẽt, sed turbulenter suscitarent eum, dicentes: Domine salua nos, perimus. O beati, O ueraces discipuli, dominũ saluatorem uobiscũ habetis, & periculum timetis? Vita uobiscũ est, & de morte solliciti estis? Maris tumore trementes creatorem eius præsentem ita suscitatis quasi nõ possit dormiente corpore fluctus sedare, uel mitigare? Sed quid respondent dilectissimi discipuli? Paruuli, inquiunt, sumus adhuc infirmi, & nondum robusti: ideoq; timemus, ideoq; trepidamus. Necdum uidimus crucem, necdũ nos cõfirmauit passio domini, & resurrectio, non ascensio in cœlos, nec promissi descẽsio sancti spiritus paracleti: propterea fragilitate nutamus, propterea & sæpius audiuimus à domino increpationẽ pusillæ fidei. Supportamus, toleramus libenter, uoluntarie sustinemus. Vnde & nũc dicit dominus: Quare turbati estis pusillæ fidei? Cur non habetis fortitudinem? Cur non habetis confidentiam, & fiduciã apud me tenetis? Et si mors irrueret, nónne eam debuistis constantissime sustinere? Ad omne enim quicquid euenerit fortitudo necessaria est, ad omne periculum uel tribulationem usque ad exitum animæ. Similiter & circa delitias, & diuitias, & terrenos honores, animi fortitudo tenenda est, ut neq; extollaris ò homo, neq; in superbiã erigaris, nõ despicias inimicos, nec humilem spernas, neq; obliuiscaris dominũ, neq; derelinquas creatorem, nec existas ingratus. Si ergo in necessitate, & in periculis fortitudo necessaria est, ut uiriliter cũ fide toleres uniuersa: multo magis circa delitias, ut dictũ est, & luxurias fortitudo necessaria est, ne in decipulam incidas diaboli. Quare turbati estis pusillæ fidei? Si potentẽ me super terrã cognouistis, quare non creditis q^m & in mari potens sim. Si deũ me uere esse & creatorẽ omnium suscepistis, quare nõ creditis quòd ea quæ à me facta sunt in meã habeã potestatẽ? Quare ergo dubitastis pusillæ fidei? qui pusillũ credit, arguet: & qui nihil credit, contẽnetur. Fragiles in fide corripient, alieni omnino à fide punientur. Tales fuerunt Iudæi & Pagani, ideo in malis suis euanuerunt: tales hæretici, ideoq; in die iudicij dãnabunt. Tunc surgẽs imperauit uẽtis & mari, & facta est tranquillitas magna. Scriptũ fuit: Et exurrexit tanq; dormiens dominus, tanq; potẽs crapulatus à uino, & percussit inimicos suos in posteriora. Et nunc surgens imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. Imperauit uẽtis & mari sicut creator, sicut suis, ut potens, ut dominus imperauit uentis & mari. Primitus ante discipulos, ut audiẽtes firmarent in fide, & potẽtia diuinitatis occulta, imperabat & cõminabatur ei, magis aũt regebat & placabat illud, secundum quod quidam ait. Imperauit ergo

ergo uentis & mari, & facta est tranquillitas. De magno uento, & tẽpestate magna mari conturbato & tumenti, facta est tranquillitas magna. Decet hunc magnũ magna & mirãda facere, ideo paulo ante magna accinctus potẽtia magnifice cõturbauit profundum maris: & nunc iterũ in eo ipso ostendens suæ magnificentiã maiestatis, tranquillitatẽ magnã fieri iussit. Hoc ideo, ut nimiũ conturbati apostoli magnifice exhilarati lætarentur. Dedit em̃ per hæc omnia nobis figuram dominus, & doctrinæ imaginẽ, ut & nos in omni cõturbatione, & contumelia patientiã teneamus, stabiles simus, fidem nõ deseramus. Et si omnis iste mundus tanq; mare ebulliat, atq; in furorem consurgat, & si omnes uenti & uertigines dæmonũ undiq; sæuiant, & si omnes (ut diximus) tẽpestates maris, id est omnes principatus, & potestates mundi concitentur, & in tumore iracundiæ spument, ut surgant super sanctos, & si adhuc usq; ad cœlos sese extollãt, ut tẽpestates maris, malignitates, & dolos, & fremitus concitent aduersus aliquem uestrũ nolite timere, nolite turbari, nolite contremiscere, cõcitantes aduersus aliquem uestrũ nolite deficere. Omnes enim quotquot in fidei nauicula cum domino nauigatis, omẽs quotquot in hac nimirũ sanctæ ecclesiæ nauicula cũ domino per hunc undosum supernatatis mundũ, etsi ipse dominus pio dormiat somno, uestrã patientiam & tolerantiã expectans, uel impiorũ pœnitentiam & conuersionem sustinens, alacriter accedite ad eum orationibus instantes, atq; cũ propheta dicẽtes: Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finẽ. Et iterũ: Exurge domine adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Et ipse surgens imperat uentis, id est aeris dæmonũ spiritibus: ipsi enim maris tẽpestates cõmouẽt, hoc est amaros cõcitant & elatos fluctus, huius principes mundi, ad persecutiones omnibus sanctis immittẽdas, ad cõtumelias fidelibus ingerendas. Omnibus dominus imperat, omnibus comminatur, omnia mitigat, facitq; tranquillitatem magnã circa corpus & spiritũ, pacem ecclesiæ, & serenitatem mundo. Scitis nanq; quomodo sæpius consilia infidelium cõmota sunt aduersus ueram & firmã ecclesiã, aliquoties hæreticorũ, aliquoties paganorum, q̃ comminantes & conterentes huius principes mundi per omnia perdere se ecclesiæ filios arbitrantes. Sed surgens dominus increpauit uentos dæmonum, & omnes euanescere fecit audaces aduersarios fidei, magnamq; pacem & tranquillitatem dedit ecclesiæ suæ. Homines autẽ illi in nauicula mirati sunt. Qui homines? scilicet hanc habentes nauiculam, & ei intendentes nauiculæ. Non putes hic apostolos significatos: nusquã enim inuenimus præter honorẽ dictos discipulos, sed semper aut apostoli, aut discipuli nominantur. Mirabant̃ ergo hi homines, hi qui cũ eo nauigabant, hi quorũ erat nauicula, hi qui in eadem nauicula sese transferebant. Hi mirabantur, & admiratione dignum fuit, mare ac profundum cõmotum mitigari, eiusq; elatos deplacari fluctus, uentos furentes cõpesci. Mirabantur ergo dicẽtes: Qualis est iste, quia uenti & mare obediunt ei. Non interrogãtes dicunt qualis est iste: sed asserentes quia iste talis est cui uenti & mare obediunt. Qualis est iste, hoc est quantus, quàm fortis, q̃ potens, quàm magnus. Qualis est iste, maior Moyse, potẽtior Helia. Illi enim ambo, quorũ unus ligno mari percusso cum labore discedit, alius ictu melotæ Iordanem transiit. Iste uerò uno uerbo mandat illis qui non habent uerba, & obediunt ei hi qui non habent auditũ, & obtẽperant ei. Hi qui prudentiæ & intellectus expertes sunt, inclinant̃ iubenti. Quibus neq; loquela, neq; (ut diximus) sermo, obediunt. In eadẽ aũt substantia in qua sunt, & sua natura mouent̃, & eius iussioni deseruiunt, ad confusionem mortalium, ad condemnationem corruptibilium. Iubet mari, & non contemnit: dicit uentis & tempestatibus, & mox compescuntur: iubet & omni creaturæ, & non supergreditur iussionem eius: & unum hominum genus, & unum quod secũdum similitudinem dei honoratum est, cui uerbum & prudentia data est, hi soli homines resistunt, hi tantum inobedientes sunt, hi soli contemnunt. Ideoq; & hi in iudicio damnabuntur, & à iustitia puniẽtur, uelut deteriores mutis animalibus, uel ijs quæ sine spiritu & anima sunt in isto mundo. Mirabantur ergo illi quia mare cõpescitur, & uẽti mitigati sunt: admiremur & nos quando benignitates & beneuolentias ostendit circa nos dominus, quãdo nos de periculis saluare dignatur, quãdo de tumultibus nos liberat, quando ab inimicis insequẽtibus eruit nos. Miremur, & mirantes gratias agamus, grati obediamus, obedientes timeamus, timentes diligamus, ut æternæ charitatis ab eodẽ hæredes effi-

des efficiamur. Mirabant dicentes: Qualis est iste. Sicut homo uidet, & sicut deus potẽ tiam ostendit, sicut unus carnaliũ putatur esse, & super omnia carnalia, magna ostendit mirabilia. Dormit sicut homo, & imperat mari et uentis sicut deus. In nauicula sedet, & omnem creaturã iussione inclinat ubi uult Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto uiuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Matthæi XV.

Homilia Septima.

MIRA res ò Euangelista: Et ecce mulier. Caput peccati, arma diaboli, expulsio paradisi, delicti mater, corruptio legis antiquæ. Et ecce mulier ueniebat ad dominum Iesum. Mulier Chananæa, mulier alienigena, de gentibus noua plantatio. Mirum negotium: Iudæi fugiunt, Chananæa sequitur, domestici derelinquunt, alienigena hæret, iungere & proximare cupit. Et ecce mulier de finibus illis egressa clamabat dicens: Miserere mei domine fili Dauid. Mulier hæc Euangelista efficitur. Probauit enim diuini consilij sacramentum, quando & diuinam uirtutem obsecratur, & carnis naturam cõfitetur, dicens: Miserere mei domine fili Dauid. Considera pulchram mulieris mentem, uide quid dicat: Non est bonum inquit, in actibus meis, non mihi de conuersatione iustitia: ad misericordiam tuam confugio, ubi nõ cedit, nec requirit locus saluandi. Et quomodo ausa est mulier legis ignara, tam iniqua, sic abrupte accedere ad fontem salutis? Non petijt Iacobum, non rogauit Ioannem, non accessit ad Petrũ, sed hos intermittens quid dicit? Non est mihi necessarius fideiussor. Suscepit in se pœnitentiæ patrocinium, & sola cucurrit ad dominũ, tenet eum in uoce, & dicit: Miserere mei domine fili Dauid. Ideo descendisti, ideo carnẽ suscepisti, ut ego loquar ad te, & cum fiducia petam. Cherubin aspectum eius tremũt in cœlo, & in terra mulier non formidat: Angeli metuũt in excelsis, & mulier non erubescit in terris. Instat oportune, & uocẽ suã exaggerat dicens: Miserere mei fili Dauid. Nõ habeo opus sponsore, per me accedo, per me obsecro miserere mei. Quid tibi opus est? Misericordiã quæro. Quid pateris? Dolorẽ quem nõ suffero. Quid habes? Filia mea captiua tenet. Quid illi est? Male à dæmonio uexatur. Et quid nunc? Miserere mei domine, pignus meũ consumitur, & pars corporis mei uiolat. Opinio iniqua exit de filia mea. Noli me uereri pecatricẽ, & miseram, quoniã tu es deus qui secreta consideras. Filia mea male à dæmonio uexatur. Quid desideras? Vt liberetur de plaga. Mirabilis luctus concludit uterũ meũ, & animã meam perturbat sæua tempestas. Quid faciam, nescio: patitur misera, nec sentit tormenta, nec mortẽ scit timere, nec uitam sperare: Miserere mei. Iacet cõfusa, & cam tormenti ignorat. Me aspice domine, me exaudi cum fiducia peto, uide diuturna uulnera mea. Illa patitur, & ego deficio: passio eius pauorem cũctis incutit, cunctis sum spectaculum. Quid faciã, aut quò uadam, nescio. Non possum ab illa diuelli, non potest sola derelinqui: non enim de foris uenit, sed intus est expugnator, in se habet hostem inclusum & gladiũ. Nauis est quæ de se concutit tempestatẽ, non inuenio nomẽ passionis eius. Miserere mei domine fili Dauid. Vtinã defuncta fuisset filia mea priusq; sic uideret. Si enim mortua fuisset, & sepulta, transacto iam tẽpore oblita fuissem, nec memi-
nissem uulneris, aut doloris. Nunc uerò cadauer est semper in domo mea, casa mea sepulchrũ eius, augetur quotidie uulnus meũ, augescit & opprobriũ, quoniã uideo oculis meis toruũ aspectũ torqueri, manu crinis uittas dissolui & dilacerari, spumas ex ore diffundi, dari uoces & mugitũ horrendum, sæuire intus inuisibilẽ inimicũ, & pugnam manifestã. Miserere mei domine, quoniã filia mea erat, & facta est dæmonis esca. Non audeo illi proximare, nõ ausa sum cõtingere, prohibet me pauor, expellit ipsa passio dura. Miserere mei fili Dauid. Qui ex uobis patres fuerunt, adiuuent uerba mea: quæ matres, lachryment unà mecũ, quia non sufficio exponere dolorẽ quẽ mulier ista sustinet. Miserere mei fili Dauid. O prudentia fœminæ, non iuit ad homines seductores, non se cuta est uates fallaces, non quæsiuit inanes ligaturas, aut ad falsa confugit præsidia, sed omnem relinquens diaboli cultũ uenit ad dominum Iesum omnium saluatorẽ, & dicit: Miserere mei domine fili Dauid, filia mea male uexatur. Vidisti sensum mulieris, probasti sapientiã eius, sed uide aliud nouum & inexpertũ negotiũ: petit & obsecrat, & la-

mentum suũ produxit in clamorẽ, & amator omniũ deus non respondit ei uerbum. Tacet fons uitæ, & pius medicus cõtinet medicinã, & abnegat curã. Quid est hoc? nescio. Si non quærentes contemnis, quare non suscipis pulsantẽ mulierẽ? O sapientia medici. Dominus, inquit, non respondit ei uerbum: quapropter, nisi ut detegeret sapientiæ eius ueritatem? Propterea dicunt ei discipuli: Dimitte eam, quia clamat post nos. Sed omnipotens deus uitã mulieris, uirtutemq; pensabat. Et quid ait? Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Nihil proficiunt nec ipsi apostoli suggerentes: uelox medicus differt magis curã, & exulcerat uulnus, & potestatem suam arte quadam excusat, ut latentia pãderet sacramẽta. Non sum (inquit) missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Hic modo considerate sermonem, & ad uerba mea dirigite intellectum, quoniã profundam uolo comparationẽ exponere. Non sum (inquit) missus nisi ad oues perditas Israel. Quid est hoc uerbũ? Quæ est ista excusatio tua? Nunquid ideo te corpore uelasti, ut unum tantummodo angulum liberares? & integrũ relinquens orbem, Pontum & Asiam, Ægyptum & Ciliciam & Cappadociam, & reliquas nationes, & de Israel tantũmodo curãs relinquis terram desertam, nationes despectas, & solis Iudæis factus es liberator? Non uides iniuriam patris tui in falsis simulacris, & dæmonum cerimonijs exercere? An non etiã hoc prophetæ uulgarũt? Quid dicit affinis tuus David? Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessionẽ terminos terræ. *Psal.2*
Quid Esaias qui oculis suis respexit? Exurget uirga de radice Iesse, qui dominabitur o- *Esa.11*
mnibus gentibus, & in eum fines terræ sperabunt. Quid Iacob patriarcha dixit? Non *Gen.49*
deficiet princeps de Iuda, & dux de femoribus eius, donec ueniat dominator omnium cui destinatũ est dominiũ, & hic est expectatio gentiũ. Quid enim Zacharias prophetat? Propter nos (inquit) claudentur portæ æreæ, quoniam ab ortu solis usq; ad occasum gloriabũtur nomen domini in omni loco, & effundentur libamina ante ipsum. Dauid ipse quid iterũ dixit? Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in uoce exultatio- *Psal.46*
nis, quoniã deus excelsus terribilis rex magnus super omnẽ terrã. Deniq; quando natus es in carne quos uocasti? Nónne Magos? Nunquid uenisti uocare prophetas, qui ipsam salutem gentibus cecinerunt? Apostolos etiã cũ mitteres, quid eis mandasti? Ite, docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et nunc misera hæc mulier acris doloris stimulis coarctata rogat te, & obsecrat pro filia sua ut eam à funesta passione absoluas: modo dicis: Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel. Venit ad te Cẽturio rogãs pro puero, et dixisti: Ego ueniẽs curabo eum. *Matt.8*
Pendenti latroni paradisum reserasti: Paralytico imperasti, dicẽs: Surge, tolle lectũ tuũ *Matt.9*
& ambula: Lazarus uocatus de monumẽto rediuiuus surrexit: uaria quoq; languorũ genera uerbo sanasti: Latronẽ liberasti: Meretricẽ uirginibus prætulisti, & solam miseram hanc mulierẽ Chananæã despicis deprecantẽ. Quid est hoc uerbũ, miraculum inaudi-
tum? Nunc intendite ut sciatis quale cõpendiũ incipit reuelare. Quando liberatus est Israel à plagis Ægyptiorũ, & à Pharaonis exercitu, transiuit populus per desertum, præcepit dominus in lege Iudæis, ut non cõmunicarẽt Chananeis, nec cõuenirent cum eis, *Deut.7*
quoniã sine lege erant idola immunda colentes. Præcepit etiã dominus in lege Iudæis, ut nõ mercarẽtur cum eis, nec connubia in semine eorũ miscerẽt, ne per hoc à suis legitimis priuarentur, & profanis idolorũ cultibus iungerẽtur. Aspice & considera & intende quæ dico, quia adhuc in textura est tela. Mulier ista Chananæa de gente immunda, quibus non licebat cõmunicare cũ eis. Quid ergo? Sub lege uenerat dominus ut adimpleret, non ut solueret legẽ. Igitur si ad momentũ audisset mulierẽ, dicere haberent Iudæi: Ideo te nõ audimus, nec sequimur, quoniã soluis legem. Præcepit omnis lex abstinere à Chananæis, propter hoc tacet dominus, propter hoc nõ respõdit mulieri. Vide quomodo legẽ conseruat, ut Iudæos cõfundat dicens: Quisnã uestrũ arguet me de pec *Ioan.8*
cato? Ecce non respicio ad mulierẽ Chananæã, ecce clamat sine causa, obsecrat, & non exauditur. Ecce quomodo teneo legis formã: ne dicatis, quoniã præteristi legẽ ideo nõ credimus in te. Ergo nõ ex me, sed ex uobis est error. Obmutescite itaq; propter obseruantiã legis, ecce populus quẽ non cognouimus seruire festinat. Nolite itaq; argumẽto sis occasionibus uti. Ecce à non cognoscentibus me cognitus sum, & à cognitis ignoratus. Ecce alienigenæ obsecundant, & domestici refugiunt. Hæc est itaq; prima causa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua distulerit dominus respondere mulieri. Propterea perstitit dño in clamore dicens: Adiuua me domine. Ad hoc tamẽ ipse respõdit: Nõ licet tollere panẽ filiorũ, & mittere canibus. Qui sunt filij? Iudæi quos confundit, dicẽs quia fuerũt filij, & facti sunt canes,
Phil.3 de qbus Paulus dicit: Videte canes, uidete malos operarios, uidete interfectores. Nos uerò qui uelut canes eramus de gẽtibus, facti sumus filij in eorũ radice, quos ita exhor-
Gal.4 tatur Paulus. Filioli mei quos iterũ parturio, donec Christus formeẽ in uobis. Excusat ergo Iudæos quũ dicit: Non licet tollere panem filiorũ & mittere canibus. Sed quid respõdit mulier? Etiã domine potes, si uelis. O mulier uiolẽta: Dominus dicit: Non licet: & illa dicit: Etiam domine potes si uelis. Oblita uerecundia, & intermisso pudore conatur uincere dominum. Dominus dicit: Non licet tollere panẽ filiorum & mittere canibus: & illa respõdet: Etiã domine sum quod dicis, canẽ me uocas, canis sum, cognosco nomen meũ, cõfundis me, sed nõ recedam à te. Canis sum, sequar te quasi canis, ut porrigas mihi aliquid. Non quæro panẽ filiorũ, da mihi uel micas quas catuli manducant, quæ cadunt de mensa dominorũ suorũ. O certamen pietatis, O prudentia fœminæ. Canis sum domine, sum etenim. Itaq; nutri me uelut canẽ, quia nõ possum relinquere mensam domini mei. Sed quia canem me appellas, saltẽ porrige mihi micas. Dixisti causam meam, distulisti petitiones meas, et manifestasti cõditionẽ meã: adiuua me nunc, q̃niam catelli edunt de mẽsa dominorũ suorũ. O mulier accepisti subito laudẽ, & inuẽta es electis electior: idcirco tacet dominus. Ideo distulit & protaxit ut mentẽ tuã perpẽderet, & uiuã de te produceret uocẽ. Si eñ statim ut cœpisti petere accepisses, recessisses, & nemo fidem tuã probasset, nullusq; mentis tuæ cognouisset arcanũ. Nunc autem quia intelligis dei uirtutẽ, & sic te pure cognoscis ut dicas, etiã catelli edunt de mensa dominorum suorũ, laudo te, & ego tibi dico: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis.

Homilia de Epiphania domini, quam multi putant esse Adamantij Origenis, licet nõ plene stilũ eiusdem redoleat. Idcirco sicut inter eius opera cõperta est, ita inter eadem reponere curauimus. Et est octaua.

H ODIE uerus sol ortus est mũdo. Hodie in tenebris seculi lumen exortũ est. Deus factus est homo, ut homo fieret deus. Formã dominus serui accepit, ut seruus uerteretur in dominũ. Hodie cœlorũ habitator & cõditor habitauit in terris, ut homo colonus terræ migraret in cœlum. O dies omni sole lucidior. O tempus à cunctis seculis expectantius. Quod præstolabantur angeli, quod Cherubim & Seraphim et cœlorum mysteria nesciebãt, hoc in nostro tempore reuelatum est. Quod illi uidebant per speculũ & per imaginem, nos cernimus in ueritate. Qui loquebatur in Israelitico populo per Esaiam, Hieremiam, & cæteros prophetas, nunc nobis per filiũ loquitur. Videte quid sit inter Vetus testamentũ & Nouũ. In illis loquebatur per nubilum, nobis loquitur per serenum: Ibi deus uidebatur in rubo, hic de uirgine deus nascit. Ibi ignis erat populi peccata cõsumens, hic homo est populi peccata dimittens, immo dominus ignoscens seruis suis. Nemo enim potest peccata dimittere nisi solus deus. Si ue hodie natus est dominus Iesus, siue hodie baptizatus, diuersa quippe opinio fert in mũdo, & pro traditionũ uarietate sententia est nobis, illud cõstat ad liquidũ, quòd siue hodie natus ex uirgine est, siue renatus in baptismo, & natiuitas carnis & spiritus nobis proficit. Vtrũq; mysterium meũ est, utrũq; utilitas mea est. Dei filius non habebat necesse sarium ut nasceretur & baptizaretur: neq; enim peccatũ fecerat qd' ei remitteret in baptismo, sed illius humilitas nostra sublimitas est: illius crux, nostra uictoria est: illius patibulũ, noster triũphus. Gaudẽtes leuemus hoc signũ, in humeris nostris uictoriarũ uexilla portemus. Immortale lauacrũ portemus in frontib. nostris. Cũ dæmones uiderint, cõtremiscẽt. Qui aurata capitolia nõ timẽt, crucẽ timẽt. Qui cõtemnũt sceptra regalia, & purpuras Cæsarum & dapes, Christiani sordes & ieiunia pertimescũt. Deniq; in Ezechiele propheta cũ oẽs qui missus fuerat angelus occidisset, et interfectio cœpisset à sanctis, illi tantummodo sospites reseruanẽ, quos T tau literæ, id est crucis pictura signauerat. Exultemus itaq; fratres charissimi, et ad crucis similitudinẽ sanctas in cœlũ leuemus manus: cũ sic nos dæmones armatos uiderint, opprimenẽ. Quãdo Moyses erectas habebat manus, uincebaẽ Amalech. Si paululũ illæ cõciderant, inualescebat. Antennæ nauium

uiũ, uelorũ cornua, sub figura nostrę crucis uolitãt. Aues quoq; ipsæ quãdo in sublimio ra obuoluunẽ & pẽdẽt per aera extẽsis alis, imitanẽ crucẽ. Sed & trophęa ipsa, & uictoriæ triumphorũ ornatę cruces sunt: Quas nõ solũ in frõtibus, sed & in animabus quoq; nostris habere debemus, ut cũ sic fuerimus armati, calcemus su per aspidẽ & basiliscum in Christo Iesu: cui est gloria cũ deo patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Cum uenerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit in sede maiestatis suæ. Et reliqua. Matthæi XXV. Homilia Nona.

E VANGELICVS quidem sermo uidetur esse manifestus, quasi exhortãs homines ad dandum & largiendum, & auertens ab omni inhumanitate & parcitate. Videamus tamẽ quid quærere in eo oportet propter illos qui aliud nihil arbitrantur in eo nisi exhortationem humanitatis. Certe secundũ gloriosum Christi aduentum fore credit omnis ecclesia, quando et filius dei qui assumptus est in gloria, sic cum gloria huc reuertetur in specie sua & pulchritudine sua, ut corpus eius sit quale fuit cum transformatus esset in monte discipulis tribus coassistentibus ei, ut iam nõ tribus, nec alijs paucis, sed uniuersis gentibus congregatis ante eum appareat. Et sedebit super sedem gloriæ suæ, & tunc segregabit bonos & malos. Quantum ergo pertinet ad simplicem textum, nec qui à dextris consistunt alia causa laudantur, & in præparatum regnum uocantur, nisi propter humanitatem solam: nec qui sunt à sinistris alia causa cõfunduntur & deputãtur in ignem, nisi propter inhumanitatem. Quid ergo si isti qui humani fuerunt, circa uirtutes cæteras negligentes fuerunt, consequentur talia hæc promissa? aut illi qui non fuerunt humani, si alias impleuerunt uirtutes, maledicti erunt omnino, & igne sunt condemnandi, & hoc cum ipso diabolo? Vides ergo quod necessari am habet sapientiam sermo. Item tractandum est utrũ in loco futurus est saluatoris aduentus in gloria, an alteram expositionem debemus exquirere. Quis enim locus ille erit, ut accipiat omnes angelos uenientes cum Christo in uno aspectu, & omnes gentes illic congregatas? Et de sede gloriæ eius quid est dicendum? Putas corporale aliquod subsellium erit? an etiam hoc opus interpretationem habet subtiliorem? Propterea qui uult omnia rationabiliter intelligere, multam sapientiam inueniet & in istis. Et periculosum quidem est de huiusmodi rebus exponere, sed ne propter intellectus difficultatẽ plenius tacentes derelinquamus eos qui mouentur in his ad fluctuandũ: pauca de multis secundum quod possibile est exponamus. Existimo ergo quoniam erit tempus aduentus Christi, quin imo tanta manifestatio futura est Christi & diuinitatis eius, ut non solum nullus iustorum, sed nec aliquis peccatorum ignoret Christum secundum quod est, quãdo & peccatores cognoscẽt in cõspectu suo sua delicta, & iusti manifeste uidebunt semina iustitiæ suæ ad qualem eos perduxerũt finem: & hoc est quod dictum est: Congregabuntur ante eum omnes gẽtes. Cognoscẽt Christum secundũ quod est, nec ipsi quod uidentur cognoscere palam eũ cognoscũt: sed in fide tum intrãt homines in conspectu eius quando cognitionẽ eius accipiunt per fidem, sicut scriptũ est: Intrate in conspectu eius in exultatione. Quin magis recte dicũtur omnes gẽtes ante eũ congregandæ & cõstituendæ, quãdo palam omnibus tam bonis q̃ malis, tã fidelibus quàm infidelibus fuerit factus manifestus ante oculos mẽtis eorũ, iam nõ fidei aut diligẽtiæ alicuius inquisitiõe repertus, sed ipsius suæ diuinitatis manifestatione probatus. Non eñ in aliquo quidem loco apparebit filius dei cũ uenerit in gloria sua, & in altero nõ apparebit, sed sicut in se secundũ comparationẽ fulguris exeuntis aduentũ suum uoluit demonstrare, dicẽs: Si dixerint uobis: Ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in domo, nolite credere. Sicut enim fulgur egreditur ab oriente, & apparet usq; in occidentẽ, sic cũ uenerit filius hominis in gloria sua. Propter quod ubiq; futurus est, ipse in cõspectu omnium erit ubiq;, & omnes ubiq; erunt in conspectu ipsius, & sic cõstituentur ante sedem gloriæ eius, hoc est ante regnũ eius, & potestatẽ dominationis eius. Sedes autem eius, aut certe quidam perfectiores dicuntur sanctorũ, de quibus scriptũ est: Quoniam illic sederunt sedes in iudicio: aut quædam uirtutes angelicæ, de quibus dicit: Siue sedes, siue dominationes. Ergo rex seculorũ deus uerbũ, qui & in forma factus est hominis, sede-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis,sedebit super huiusmodi sedem gloriæ suæ, & congregabuntur ad eum omnes gentes iam non dispersæ in dogmatibus falsis,& multis de eo,& sic erunt ante eũ: ut nõ loquamur audiamus iustos ea dicturos quæ sunt dicturi. Quandiu ergo cõfusi sunt iniqui, nec se cognoscẽtes,nec Christum,sed in erroribus tenebricati tenentur, & iusti quãdiu per speculum & in ænigmate uident,& ex parte seipsos cognoscũt, non secundũ quod uere sunt, tandiu nõ sunt segregati boni à malis. Cum aũt propter manifestationem filij dei,omnes ad intellectum uenerint suum, tũc saluator segregabit bonos à malis. Oues autẽ dicti sunt qui saluãtur propter mansuetudinẽ quã didicerunt ab eo qui dixit:Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et propter hoc usq; ad occisionẽ parati fuerũt uenire imitantes Christũ, quia sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine uoce:& nõ simpliciter sine uoce, sed coram tondente, id est coram auferẽte quæ sunt ipsius & diripiente. Hœdi aũt dicunt mali, qui aspera & dura saxa male ascẽdũt,& per præcipitia eorũ incedũt. Sic intelligi mihi uideẽ, & sanctos à dextris, qui dextera opera operati sunt, & plenius sunt cõuersi ad iustitiã quæ semper à dextris est dei.Propterea secundũ dignitates actuũ suorũ dextrorũ à dextris cõsistunt,& acceperunt mercedem suorũ dextrorũ dexterã regis, in qua gloria & requies est. Qui aũt ob peruersitatẽ uitæ seipsos separauerũt à dextris,propter opera sua pessima & sinistra ceciderunt in sinistrã: id est in tristitiã tormentorũ damnati quòd à sinistris consistunt. Et dicet ad eos q̃ sunt à dextris, inuitãs eos ad se, Venite: ut quicquid minus fuerat eis, cùm perfectius uniti fuerint Christo consequantur audientes Venite,& facietes. Tale
Luc.19 est quidẽ & quod dicit apud Lucã: Auferte talentũ ab eo, & date ei qui habet decẽ. Ei aũt qui non habet,et hoc quod uideẽ habere auferetur ab eo. Vocat aũt illos addito:Benedicti patris mei:ut eminẽtia benedictiõis eorũ manifestetur, qui benedicti sunt à domino qui fecit cœlũ & terrã:& forsitan quia sunt aliqui benedicti inferiores, qui quidẽ benedicti sunt non aũt patris. Accipite regnũ quod uobis paratũ est ab origine mundi. Quod in latino habet constitutionẽ, in græco habet depositionẽ mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare &c. Videẽ mihi per hæc quia unius iustitiæ species remuneratur:sicut existimant multi. Absurdũ est ẽm nihil aliud intelligere uirtutis in eo quia remunerat̃,nisi tantũ communicationẽ humanitatis. Non aũt hoc dicimus ut negligentius studeamus humanitati,cũ sit omnibus fidelibus præcipue obseruãda:sed ut omnibus adiuti superna gratia uirtutib.æqualiter aut pene æqualiter studeamus,ut propterea ex omnibus omnẽ benedictionẽ percipiamus in cœlestibus in Christo Iesu. Necesse est enim,ut qui studiosus est det cibũ & potũ,& uestimentũ Christo esurienti & sitienti & algenti in sanctis,ut hoc modo & peregrinũ colligat, & infirmũ uisitet, & eat ad eum in carcerẽ. Vere aũt siue secundũ simpliciora facta intelligamus, siue secundum spiritalia,certũ est quoniã siue hoc siue illo modo quis faciat opus bonũ, & nutriat animas spiritalibus cibis, siue qualemcũq; speciẽ boni operis quis fuerit operatus propter deũ, Christo esurienti & sitienti dat cibũ & potũ: siue quæ fecimus sanctis qui sunt dilecti meritis,pauperes rebus,siue in quibuslibet qui meritis pauperes sunt, & si fuerint ditiores rebus, siue in qualibuscũq; causis mãdatũ Christi quis fecerit Christũ cibat & potat, qui fideliũ iustitiã & ueritatẽ mãducat & bibit. Itẽ Christo algẽti teximus uestimentum,accipietes sapiẽtiæ texturã à deo,ut per doctrinã aliquos doceamus, & induamus eos uiscera misericordiæ, castitatẽ, mansuetudinẽ, humilitatẽ cæterasq; uirtutes. Quæ omnes uirtutes spiritalia sunt uestimenta eorũ qui audiũt doctrinã docentiũ eas,secun-
Col.3 dum eũ qui dicit:Induite uos uiscera misericordiæ,benignitatẽ,humilitatẽ,mãsuetudinẽ,&c. magis aũt & ipsum Christũ qui super hæc omnia fidelibus est, secundũ eum qui dicit:Induite dominũ Iesum. Cum ergo huiusmodi uestimẽtis uestiuerimus unũ deminimis in Christo credentibus, ipsum dominũ uidemur uestisse, ut ne quantũ ad nos est nudũ sit uerbũ dei in mũdo. Sed & peregrinũ dei filiũ constitutũ debemus induere, & domesticos corporis eius peregrinos in mũdo ab omnibus actibus: sicut & ipse de se &
Ioan.7 de discipulis suis dixit:Et isti nõ sunt de hoc mũdo, sicut & ego nõ sum de hoc mundo. Et quærit Christus cũ suis animã ubi succedat. Quãdo ergo præparamus cor nostrũ diuersis uirtutib.ad receptaculũ eius, uel illorũ qui sunt ipsius, ipsum peregrinantẽ suscipimus in domũ pectoris nostri,faciẽtes cœnaculũ magnũ,mundatũ & ornatũ ad susceptionem

ptionem Christi peregrinantis in mundo, cæterorumq; discipulorũ ipsius. Quorum enim uerbũ suscipimus, ipsos suscepisse uidemur in nobis, & ipsum Christũ cuius baiulant uerbum.Item in infirmatis hominib.siue à fide,siue ab aliquo opere bono,aut scandalum patientibus, Christus infirmatur & scandalum patitur, sicut ipse dixit ad Petrũ quæ carnis sunt sapientem,scandalum mihi es.Sed & omnes discipuli eius dilecti simul Matt.16
cum talibus infirmantur,& scandalum patiuntur,dicentes: Quis infirmatur,& nos non infirmamur? Quis scandalizatur & non urimur nos? Et si discipuli coinfirmantur infirmis,quanto magis ipse saluator & creator ipsorum? Nam quem maior misericordia tenet hominum infirmorum, grauius constringit infirmitas talis. Cum ergo unum fratrẽ infirmatorum uisitauerimus aut per doctrinam,aut per increpationem aut per cõsolationem:aut per cibos,aut per errorẽ iudicij,aut opera alicuius bona facietes,& eum fecerimus meliorari in Christo,ipsum Christum uisitauimus infirmũ, & cæteros discipulos talibus passionibus coinfirmãtes refrigerauimus,sicut Paulus ad Philemonẽ dicit: Philem.1
Gaudium enim magnũ habuimus & consolationẽ in charitate tua, quia uiscera sancto rum requieuerunt per te frater.Et ne putes blasphemiã infirmum dicere Christum.Ipse enim in infirmitate est crucifixus propter misericordiã, & ipse infirmitates nostras tulit,& omnes noti ipsius. Deinde omne quod hic est, carcer est Christi, & eorũ qui sunt ipsius:propterea eamus ad eos qui in domo uinculorũ istorũ habẽtur, & quasi in carcere sunt in hoc mundo degẽtes,quasi in carcere naturę necessitate constricti.Cum ergo abierimus ad tales,& omne opus bonũ fecerimus in eis, uisitauimus eos in carcere, & Christũ in eis. Videamus autẽ nisi generaliter hæc intellecta, & ad simplicẽ humanitatem exhortanẽ,& ad omnia laudabilia facta,ut benedictionẽ domini dicentis: Venite benedicti patris mei,consequi ualeamus digne. Non aũt iusti obliti eorũ quæ egerunt, tunc respõderunt ei dicẽtes:Domine quãdo te uidimus esurientem &c.sed humilitatis causa laude benefactorũ suorũ indignos se proclamantes. Ipse aũt uolens eis ostẽdere suã passionẽ, in suis eam pronunciat esse,in quibus fuerunt fratres eius, dicens: Amen dico uobis, ex eo quod fecistis uni minimorũ fratrũ meorum mihi fecistis. Videamus nunc quid dicit iustis: Venite benedicti patris mei: iniustis autẽ: Discedite à me. Cum fuissent utiq; intelligimus impletũ in eis quod dictũ est:Omni habẽti dabitur,& abundabit:ab eo aũt qui nõ habet,& quod uideẽ habere auferẽ ab eo.Nam propinqui sunt uerbo qui seruãt dei mandatũ: uocanẽ adhuc ut magis propinqui efficiãtur, audientes: Venite benedicti patris mei. Longe aũt ab eo sunt, & si uideanẽ assistere ei qui nõ faciunt mãdata eius:propter hoc tollẽ ab eis quòd sibi uideanẽ assistere,audiẽtes:Imò discedite à mẽ maledicti in ignẽ æternũ: ut qui modo uel uidẽtur esse ante eũ, postea non uideanẽ. Propter quod & nos debemus cõseruare ne audiamus & ipsi quasi elongãtes nosipsos à domino:Discedite à me:& omnia faciamus ut dicat ad nos: Venite benedicti patris mei. Considerãdum est aũt quoniã in sanctis non solũ dictũ est benedicti, sed cum additamento patris mei,nõ qualemcunq; honorẽ habentes:id est benedicti nõ alicuius alterius nisi dei patris.E cõtra aũt quibus dicitur maledicti, nõ dicitur maledicti patris mei. Nam benedictiõis quidẽ ministrator est, maledictionis aũt unusquisq; sibi est autor,qui maledictionis dignã operationẽ habemus. Qui aũt recedũt à Iesu, decidũt in ignẽ æternũ, q̃ alterius generis est ab hoc igne quẽ habemus in usu. Nullus enim ignis inter homines est æternus,sed nec multi tẽporis:extinguitur enim cito. Æternus autẽ est ignis de quo dicit Esaias in fine prophetiæ suæ: Vermis eorũ non moritur,& ignis non Esa.ult.
extinguitur. A plerisq; cõscientia accipit peccatorũ quæ torqueat in supplicijs constitutos,quia uitio suo atq; peccato tãto caruerũt bono,iuxta illud quod dicitur: Versatus Psal.32
sum in miserijs dum infigitur mihi spina,& in Prouerbijs: Tinea ossium, cor intelliges, Prouerb.25
& iterum: Sicut tinea uestimentum, & uermis lignum, sic excruciat mœror cor uiri.Ita duntaxat,ut non negent præuaricatorũ & deum negantiũ ęterna supplicia,dicente domino:Ligate ei manus & pedes,& mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentiũ.Si manus audiuimus & pedes & tenebras exteriores, quæ oculorũ pœnã est lumẽ dei nõ uidentiũ,& fletũ qui utiq; & ipse ad oculos pertinet,& stridorẽ dentiũ, miror quosdam aereũ corpus,& paulatim in auras tenues dissoluendũ post resurrectionẽ introducere, quia dominus potẽtia maiestatis suæ ad apostolos ingressus est ianuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuis clauſis: qui certe & ante reſurrectionẽ pendulo ſuper mare ambulauit inceſſu, & hoc ipſum apoſtolo præbuit Petro, ut qui fide ambulauit, infidelitate poſtea mergeret. Cui dictũ eſt, quare dubitaſti modicæ fidei? Ignis quoq; iuxta id accipiendus quod & uermis, qui tam diu habeat materiã, qua uorax flamma paſcat. Si quis igitur habeat in conſcientia ſua zizania quæ inimicus homo dormiente patrefamiliâs ſuperſeminauit, hæc ignis exuret, hæc deuorabit incendiũ, & omniũ ſanctorũ oculis eorũ ſupplicia mõ ſtrabuntur, qui pro auro & argẽto & lapide precioſo ędificarunt ſuper fundamentũ do mini fœnũ, ſtipulam, lignum ignis pabulum ſempiternũ. Porrò qui uolunt aliquando ſupplicia finiri, & licet poſt multa tẽpora, tamen terminũ habere tormenta, his utuntur teſtimoniis. Cũ intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Et iterum: Concluſit deus omnia ſub peccato, ut omnibus miſereatur. Et in alio loco dicitur, uel loquitur ſanctus: Iram domini ſuſtinebo, quia peccaui ei, donec iuſtificet cauſam meã, & auferat iudicium meum & educat in lucem. Et rurſum: Benedico te domine quoniam iratus es mihi, auertiſti faciem tuam à me, & miſertus es mei. Dominus loquitur ad
Rom. 11 peccatorem: Cũ ira furoris mei rurſum ſanabo. Et hoc eſt quod alio loco dicitur: Quàm
Mech. 7 grandis multitudo bonitatis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te. Hæc autem
Pſal. 59 replicant affirmare cupientes poſt cruciatus atq; tormenta futura refrigeria, quæ abſcõ
Oſeæ 14 denda ſunt ab his quibus timor eſt utilis, ut dum ſupplicia formidant peccare deſiſtant.
Pſal. 30 Quod nos dei ſolius debemus ſcientiæ derelinquere, cuius non ſolum miſericordiæ, ſed & tormenta in pondere ſunt, nouit quem, quomodo, & quando debeat iudicare: ſo lumq; dicamus quod humanæ conuenit fragilitati: domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Et ſicut diaboli & omnium negatorum atq; impiorum, qui dixerunt in corde ſuo non eſt deus, credimus ęterna tormenta: ſic peccatorum, & tamẽ Chriſtianorum, quorum probanda ſunt atque purganda in igne opera, moderatam ar-
Iob 20 bitramur & mixtam clementiæ ſententiam iudicis. De quo igne dicitur in Iob: Deuora bit eum ignis qui non ſuccenditur. Miro ualde modo paucis uerbis expreſſus eſt ignis gehennę. Ignis nanq; corporeus, ut eſſe ignis ualeat, corporeis indiget fomentis: qui cũ neceſſe eſt ut ſeruetur, per congeſta ligna nutritur, nec ualeret niſi ſuccenſus eſſet, niſi refotus ſubſiſtere. At contra gehennæ ignis cum ſit corporeus, & in ſe miſſos reprobos corporaliter exurit, nec ſtudio humano ſuccenditur, nec lignis nutritur, ſed creatus ſemel durat inextinguibilis, & ſuccenſione non indiget, & ardore non caret. Omnipotẽtis ergo dei iuſtitia futurorum præſcia ab ipſa mundi origine gehennæ ignem creauit, qui in pœna reproborum eſſe ſemel inciperet, ſed ardorem ſuum etiam ſine lignis nunquam finiret. Sciendum uerò eſt quòd omnes reprobi, qui anima ſimul & carne peccauerunt, illic in anima pariter & carne cruciẽt. Cumq; hoc ita ſit, conſiderandũ eſt quo niam regnũ quidem non alijs præparatũ dicit à conſtitutione mundi, niſi iuſtis, & ideo reddet eis illud rex eorũ Chriſtus. Ignem autem æternum non illis quibus dicitur: Diſcedite à me maligni, paratum oſtendit, ſicut regnũ iuſtis, ſed diabolo & angelis eius: quia quantum ad ſe homines non ad perditionem creauit, ſed ad uitam & gaudium.

Hanc Homiliam ſupradictam ſuperaddere uoluimus, ut conſtaret quanta eſſet exemplariorum uarietas, quæ non minor eſt quàm inter homines facierum diuerſitas.

Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Et reliqua. Ioannis uigeſimo.

Homilia de Maria Magdalena.

IN præſenti ſolennitate locuturi auribus ueſtræ charitatis dilectiſſimi, amor uenit ad memoriam, quomodo beata Maria Magdalene dominũ noſtrum ſuper omnia diligendo, diſcipulis fugientibus, eum ad mortem euntem ſequebatur, ac ueri amoris igne ſuccenſa, nimio ardens deſiderio indeſinenter plorans à monumento non recedebat. Maria enim (ut ait euangeliſta) ſtabat ad monumentum foris plorans. Audiuimus fratres Mariã ad monumentum foris ſtantem, audiuimus & plorantem: uideamus ſi poſſumus cur ſtaret, uideamus & cur ploraret. Proſit nobis & illius ſtare, proſit & illius plorare. Amor faciebat eam ſtare, & dolor cogebat eam plorare. Stabat & circũſpiciebat, ſi forte uideret quem diligebat. Plorabat uerò, quia ſublatum exiſtimabat quem quærebat. Dolor renouatus erat, quia prius doluerat defunctũ, & nunc

& nunc dolebat ſublatum. Et iſte dolor maior erat, quia nullam conſolationẽ habebat. Prima fuit cauſa doloris quia uiuũ perdiderat: ſed de hoc dolore aliquantulũ cõſolationem habebat, quia mortuũ ſe retinere credebat: Nunc aũt de iſto dolore conſolari non poterat, quia corpus defuncti nõ inueniebat. Metuebat ne amor magiſtri ſui in pectore ſuo frigeſceret, ſi corpus eius nõ inueniret, quo uiſo recaleſceret. Venerat aũt Maria ad monumentũ, deferẽs ſecũ aromata & unguenta quæ parauerat, ut ſicut antea pedes uiuentis unguento pretioſo unxerat, ſic & nunc totũ corpus defuncti & unguento ungeret, & aromatibus cõdiret: & ſicut prius ad pedes eius lachrymas fuderat, fleuerat prius, & lachrymis ſuis pedes eius rigauerat pro morte animæ ſuæ, ueniebat nunc ad monumentũ lachrymis rigare pro morte magiſtri ſui. Quum aũt non inueniſſet corpus in monumento, labor ungendi periit, ſed dolor lugendi creuit, defuit obſequio qui nõ defuit dolori, defuit quẽ condiret: ſed non defuit quem ploraret, eoq; magis plorabat quo magis ille deerat. Plorabat enim uehemẽter Maria, quoniã additus erat dolor ſuper dolorem eius, duoſq; dolores eximios uno geſtabat in corde: quos mitigare lachrymis uolebat, ſed nõ ualebat. Et ideo tota poſita in dolore, mẽte & corpore deficiebat, & quid ageret ignorabat. Quid enim mulier iſta poterat agere niſi plorare, quæ & intolerabilem habebat dolorẽ, & nullum inueniebat conſolatorẽ? Petrus quidem & Ioannes uenerant cum ea ad monumentũ, ſed non inuento corpore abierũt ad ſemetipſos: Maria aũt ſtabat ad monumentũ foris plorans, & quaſi deſperando ſperans, & ſperando perſeuerans. Petrus & Ioannes timuerunt, & ideo non ſteterunt. Maria aũt non timebat, quia nihil ſuſpicabatur ſibi ſupereſſe quod timere deberet. Perdiderat enim magiſtrum ſuum, quem ita ſingulariter diligebat, ut præter ipſum nihil poſſet diligere, nihil poſſet ſperare. Perdiderat uitã animæ ſuæ, & iam ſibi melius arbitrabatur fore mori quàm uiuere, quia forſitan inueniret moriens, quẽ inuenire non poterat uiuens, ſine quo tamen uiuere nõ ualebat. Fortis eſt ut mors dilectio. Quid enim aliud faceret mors in Maria? Facta erat exanimis, facta inſenſibilis, ſentiẽs non ſentiebat, uidẽs nõ uidebat, audiens nõ audiebat: ſed neq; ibi erat ubi erat, quia tota ibi erat ubi magiſter erat, de quo tamen ubi eſſet neſciebat. Quærebat eum & non inueniebat, & ideo ſtabat ad monumentũ & plorabat, tota lachrymabilis, tota miſerabilis. O Maria quid ſpei, quid conſilij, aut quid cordis erat tibi, ut ſola ſtares ad monumentũ diſcipulis abeuntibus? Tu ante illos ueniſti, & cum illis rediiſti, & poſt illos remanſiſti. Cur hoc feciſti? Sapiebas plus illis, aut diligebas plus quàm illi, quia nõ timebas ut illi? Certe nihil modo ſapiebat Maria niſi diligere, & pro dilecto dolere. Oblita erat timere, oblita erat gaudere, oblita erat ſeipſam, oblita erat denique omnia præter illum quẽ diligebat ſuper omnia: & quod mirabile eſt, ſic erat oblita ut etiã ipſum nõ cognoſceret. Credite mihi, ſi ipſum cognoſceret, in monumento eum nõ quæreret: & ſi uerba illius corde retineret, nõ de mortuo doleret, ſed de uiuẽte gauderet, nec de ſublato ploraret, ſed de reſurgẽte exultaret. Dixerat enim Ieſus quod ſic moreret, & quod die tertia reſurgeret: ſed pro dolor nimius dolor cor illius repleuerat, & memoriã horum uerborũ deleuerat, ſenſus nullus in ea remanſerat, omne conſiliũ in ea perierat, ſpes omnis defecerat, ſolũmodo flere ſupererat. Flebat ergo quia flere poterat, & dum fleret inclinauit ſe & proſpexit in monumentũ, & uidit duos angelos in albis ſedentes, unũ ad pedes, & unũ ad caput, qui dicunt ei: Mulier quid plo
ras? O Maria, ecce magnã conſolationem inueniſti, & forſitan melius tibi contigit quã ſperaſti. Nam tu quærebas unũ, & duos inueniſti. Quærebas mortuũ, & uiuentes repe-riſti. Reperiſti eos qui de te curam uidentur habere, & qui uolũt dolorem tuum lenire: ille uerò quem quæris, dolorem tuum negligere, lachrymas tuas non uidetur reſpicere. Vocas eum, & non audit: oras, & non exaudit: quæris illum, & non inuenis: pulſas, & nõ aperit: tu ſequeris illũ, & fugit. Heu quid eſt hoc? Heu quàm magna mutatio? Heu quomodo mutatũ eſt in contrariũ? Iſte enim eſt Ieſus qui modo receſſit à te. Et quomodo? Forte neſcis an diligat te. Olim te diligebat, olim à phariſæo te defendebat, & à ſorore tua diligẽter excuſabat. Olim laudabat te, quãdo unguento pedes ipſius ungebas, lachrymis rigabas, & capillis tergebas, dolorẽ tuũ mulcebat, peccata dimittebat. Olim quærebat te cũ non adeſſes, uocabat te cũ abeſſes: mandabat tibi per ſororẽ tuam ut ad ſe uenires. Magiſter adeſt, & uocat te. O quàm cito ſurrexit Maria ut audiuit, cũ ſollicite

uenit,& ſolito more cecidit ad pedes tuos.O bone Ieſu. Tu quoq; cũ uidiſti eam lachry
mantẽ lachrymatus es. O quàm pie cõſolando eam dixiſti: Vbi poſuiſtis eum? Denicq;
pro dilectione eius quæ multũ dilexit te, fratrẽ eius Lazarũ ſuſcitaſti, & planctũ huius
dilectricis tuæ in gaudiũ cõuertiſti:& ó dulciſſime magiſter, quid poſt hæc peccauit in
te hæc diſcipula tua, aut in quo poſtea offendit dulcedinem cordis tui hæc amatrix tui,
quia ſic recedis ab ea? Nos poſt hæc nullum aliud peccatum de ea audiuimus, niſi quia
quãdo ſepultus fuiſti ante omnes ualde mane uenit ad monumentum tuum, ferens un
guenta quibus ungeret corpus tuum:& cũ non inueniſſet te in monumẽto, cucurrit &
nunciauit hæc diſcipulis tuis.Illi uenerunt,uiderunt & abierunt:hæc autem ſtat & plo-
rat.Si hoc peccatum eſt,negare non poſſumus quin ipſa hoc faciat: ſi autem peccatum
non eſt, ſed eſt amor tui, & deſiderium quod habet de te, quare ſic recedis ab ea & ab-
ſcondis te,tu qui diligis omnes diligentes te,& qui inueniris ab omnibus quærẽtib.te?
Tu enim dicis,Ego diligẽtes me diligo,& qui mane uigilauerit ad me inueniet me.Er-
go mulier iſta quæ ualde mane uigilat ad te,quur nõ inuenit te? Quare non conſolaris
lachrymas quas fundit pro te domino ſuo, ſicut cõſolatus es lachrymas quas fudit pro
fratre ſuo? Si enim ſolito more eam diligis,quur deſideriũ eius tamdiu protrahis? O ue
rax magiſter & fidelis,recordare teſtimoniꝝ quod olim reddidiſti Marthæ ſorori eius.
Dixiſti enim:Maria optimã partem elegit,quæ non auferetur ab ea. Vere optimã par-
tã elegit Maria,quia elegit ſtare ad pedes tuos, & audire ſermones tuos. Vere optimã
partem elegit,quia te elegit. Sed quomodo uerũ eſt, Quæ non auferetur ab ea,ſi tu es
ablatus ab ea? Quod ſi ab ea non eſt ablata optima pars quam elegit,ut quid plorat? aut
quid quærit? Certe Maria nihil aliud quærit niſi quod elegit:& propter hoc ſolum plo
rare non deſinit,quia quod elegit nunc perdidit. Ergo ó cuſtos hominũ, aut tu partem
quam elegit cuſtodi in ea,aut ego neſcio quomodo uerũ eſt, Quæ non auferetur ab ea.
Niſi & hoc ita intelligat,quod licet tu ſis ablatus ab oculis eius, tamen nõ es ablatus à
corde eius.Sed ó Maria quid iam amplius moraris? quid turbaris? quid ploras? Ecce ha
bes angelos,ſufficiat tibi angelorũ uiſio:quia forſitan ille quẽ quæris, quẽ ploras,ſentit
aliquid in te propter quod nõ uult uideri à te.Pone iã finẽ dolori tuo,ſit modus lachry-
mis tuis.Recordare quid ipſe dixerit tibi & aliis mulieribus,Nolite flere ſuper me, Er-
go qd eſt hoc quod facis? Ipſe prohibuit flere,& tamẽ tu nõ deſinis flere.Timeo ne plo
rando ipſum offendas,pro quo ſic inceſſanter ploras.Nã ſi ipſe amaret lachrymas tuas,
nõ poſſet forſitã ut olim,tenere lachrymas ſuas.Nunc audi conſiliũ meum. Sufficiat ti-
bi angelorũ conſolatio,mane cũ illis, interroga illos, & forte ſcient quid factũ ſit de eo
quem quæris & quẽ ploras.Ego certe credo quod ipſi ad hoc uenerũt,ut teſtimoniũ de
ipſo perhiberẽt:& credo quod ille quem ploras,miſit eos pro ſe & pro te,ut annunciẽt
reſurrectionem ſuam,& conſolentur deplorationẽ tuam. Dicunt enim ei:Mulier quid
ploras? quæ eſt cauſa tanti doloris tui? Non abſcõdas à nobis lachrymas tuas, aperi no
bis animũ tuum,& nos indicabimus tibi deſideriũ tuum. Maria nimio dolore cõfecta,
tota in exceſſu mentis poſita:nullam recipit conſolationẽ,& ad nullum tendit conſola
torẽ:ſed intra ſe cogitat dicẽs: Proh dolor, qualis eſt iſta cõſolatio, qualis eſt iſta uiſita-
tio? Oneroſi mihi ſunt omnes conſolatores, grauant me & non conſolantur. Ego autẽ
quæro creatorẽ,& ideo mihi grauis eſt ad uidendum omnis creatura. Nolo angelos ui
dere,nolo cũ angelis manere,quia poſſunt dolorẽ augere, & non poſſunt penitus dele
re.Si cœperint mihi multa narrare,& ſi uoluero illis ad omnia reſpondere, timeo ne a-
morem meũ magis impediant quàm expediãt.Denicq; ego nõ quæro angelos, ſed eum
qui fecit me & angelos. Non quæro angelos, ſed meum & angelorũ dominum. Tule-
runt dominũ meum:ipſum ſolum quæram,ipſe ſolus me poteſt conſolari.Sed neſcio u-
bi poſuerunt eum. Circumſpicio ſi uidere illum,& non uideo: uellem inuenire locũ in
quo poſitus eſt,& nõ inuenio.Heu me miſerã, quid agam? quò ibo? quò enim abijt di-
lectus meus? Quæſiui eum in monumẽto, & non inueni:uocaui eum,& nõ reſpondit
mihi.Heu me ubi eum quærã? ubi eum inueniam? Surgam certe,& circuibo omnia lo-
ca quæ potero,nõ dabo ſomnũ oculis meis,non dabo requiẽ pedibus meis donec inue
niã illũ quẽ diligit anima mea.Effundite lachrymas oculi mei, plorate & nolite deſice-
re.Ambulate pedes mei,diſcurrite,& nolite quieſcere.Heu heu quò abijt gaudiũ meũ, ubi

ubi latet amor meus? ubi eſt dulcedo mea? Cur dereliquiſti me ſalus mea? O dolores,ó
angustiæ intolerabiles.Angustię ſunt mihi undiq;,& quid eligã ignoro.Si iuxta monu
mentũ maneo,ego illum nõ inuenio: ſi à monumento receſſero, neſcio infelix quò ua-
dam,neſcio ubi eum quærã.Diſcedere à monumẽto,mors mihi eſt:ſtare ad monumen-
tum irremediabilis dolor eſt.Melius aũt mihi ſepulchrum domini mei cuſtodire quàm
ab eo longius ire.Si enim longius abiero,forte quũ rediero ipſum ſublatum inueniã,&
ſepulchrũ deſtructum. Stabo igitur & hic moriar, ut ſaltẽ iuxta ſepulchrũ domini mei
ſepeliar. O quàm beatũ corpus meum,ſi fuerit ſepultum prope magiſtrũ meum.O cũ ſe
lix anima mea, quæ egrediens de uaſe fragili corporis mei, mox poterit ingredi in glo-
rioſum ſepulchrũ domini mei. Corpus meũ ſemper fuit animæ meæ labor & dolor, ſe-
pulchrũ domini mei erit mihi requies & honor.Hoc ergo ſepulchrũ non deſeram,quia
ita mori erit cõſolatio mea, & in morte mea erit requies mea. Viuens iuxta illud mane
bo,moriẽs illi adhærebo:nec uiua nec mortua ab illo ſeparabor.Heu me infelicẽ.Qua-
re hæc tunc ego nõ proſpexi,quando dominũ meum ſepeliri cõſpexi? quare cũ eo non
ſteti? quare monumentũ tunc perſeuerater nõ cuſtodiui? Nunc certe non plorarẽ ſub-
latũ,quoniã aut prohibuiſſem,aut ſublatores ſubſecuta fuiſſem.Sed proh dolor ego uo
lui obſeruare legẽ,& dimiſi dominũ legis.Legi obediui,& eum cui lex obedit non cu-
ſtodiui:quamuis cũ Chriſto manere non fuiſſet legẽ tranſgredi, ſed adimplere. Paſcha
enim ab iſto defuncto nõ contaminatur,ſed renouatur. Mortuus iſte non polluit mun
dos,ſed mundat immũdos.Sanat omnes tangentes ſe,& illuminat ad ſe accedẽtes.Sed
quid recolo dolorẽ meum? Abiij,redij,monumentũ apertũ inueni, ipſum aũt quẽ quæ-
rebã non inueni.Stabo itaq; & expectabo, ſi forte alicubi appareat. Sed quomodo ſta-
bo ſola? Abierunt diſcipuli,& me ſolam plorantẽ reliquerunt.Nuſquã apparet qui me-
cum doleat,nuſquã apparet qui mecum magiſtrũ requirat.Apparuerunt angeli,ſed ne
ſcio pro qua cauſa apparuerũt. Si me conſolari deberẽt, cauſam pro qua ploro nõ igno
rarent:ſi enim non ignorãt pro qua ploro,cur dicunt mihi, quid ploras? An ideo inter-
rogant ut me plorare prohibeant? Quæſo nõ hoc mihi ſuadeant,non hoc moneãt,alio
quin interficiant.Quid plura? Ego illis non obediam,& dum uiuo plorare non deſinã,
donec dominũ meum inueniam. Sed quid faciã ut illum inueniã? Quò me uertam? ad
quem ibo,à quo conſiliũ petam? Quẽ percõtabor? Quis mei miſeribitur? Quis me con
ſolabitur? Quis indicabit mihi quẽ diligit anima mea, ubi poſitus ſit, ubi cubet in meri
die,ubi quieſcat? Quæſo nunciate illi quia amore langueo,& dolore deficio,nec eſt do
lor ſicut dolor meus.Reuertere dilecte mi,reuertere dilecte uotorũ meorum. O amabi
lis,ó deſiderabilis,redde mihi lætitiã ſalutaris præſentiæ tuæ. Oſtende mihi faciẽ tuam,
ſonet uox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. O ſpes mea,
ne confundas me ab expectatione mea. Demonſtra mihi faciẽ tuam, & ſufficit animæ
meæ.Dum Maria ſic doleret & ſic fleret,cũ hæc dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & ui-
dit Ieſum ſtantẽ,& neſciebat quia Ieſus eſt. Dixit ei Ieſus: Mulier quid ploras? & quem
quæris? O deſideriũ animæ ſuæ cur interrogas eam quid ploras,& quẽ quæris? Ipſa pau
lo ante coram oculis ſuis cũ magno dolore cordis ſui uiderat ſpem ſuã ſuſpẽdi in ligno,
& tu nũc dicis, Quid ploras? Ipſa die tertia uiderat manus tuas, quibus ſæpe benedicta
fuerat,pedes tuos quos deoſculata fuerat,& quos lachrymis rigauerat,cruce clauis affi
gi,& tu dolor eius nunc dicis,quid ploras? Viderat te expirantẽ ſpiritum ſuũ,uidelicet
ſpiritum tuũ,et tu dicis,quid ploras? Nunc inſuper corpus tuum ſublatum exiſtimat,ad
quod ungendũ,ut ſe quoquo modo cõſolaretur,ueniebat, & tu dicis, quid ploras? quẽ
quæris? Tu ſcis quia te ſolũ quærit,te ſolum diligit,pro te omnia contemnit,& tu dicis,
quid quæris? Dulcis magiſter, ad quid quæſo prouocas ſpiritũ huius mulieris? ad quid
cõmoues animam eius? Tota pendet in te,tota manet in te,tota ſperat de te,& tota de-
ſperat de ſe.Ita quærit te, ut quærens nihil quærat, nihil cogitet præter te. Ideoq; forſi-
tan non cognoſcit te,quia non eſt in ſeſe,ſed propter te eſt extra ſe.Quur ergo dicis qd
ploras? quem quæris? An putas quod ipſa dicat,te ploro,te quæro,niſi tu prius inſpira-
ueris & dixeris in corde eius,ego ſum quem ploras & quem quæris? An putas quod ip
ſa cognoſcat te,quamdiu uolueris celare te? At illa exiſtimans quia hortulanus eſſet,di
xit ad eum: Domine,ſi tu ſuſtuliſti illum dicito mihi ubi poſuiſti eum,& ego eum tollã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

O dolor miſerabilis, amor inenarrabilis. Mulier iſta, quia denſa nube doloris obtecta non uidebat ſolem, qui mane ſurgens radiabat per feneſtras eius, & per aures corporis ſui, iam intrabat domum cordis ſui: ſed quoniã amore lãguebat, iſto languore ſic oculi cordis eius caligabãt, ut nõ uideret quẽ uidebat: uidebat enim Ieſum, ſed neſciebat ſi eſſet Ieſus. O Maria ſi quæris Ieſum, cur nõ cognoſcis Ieſum? Et ſi cognoſcis Ieſum, quid quæris Ieſum? Ecce Ieſus uenit ad te, & quem quęris quærit à te Mulier quid ploras? Et tu eum hortulanum exiſtimas, ut ipſum non cognoſcas. Etenim Ieſus eſt et hortulanus, quia ipſe ſeminat omne ſemen bonum in horto animæ tuæ, & in cordibus fidelium ſuorum. Ipſe omne holus plantat bonum, & rigat in animabus ſanctorum: & ipſe eſt Ieſus qui tecum loquitur. Sed forſitan eum ideo non cognoſcis, quia tecum loquitur: mortuum tu quæris, & ideo uiuentem non agnoſcis. Nónne in ueritate comperi hanc eſſe causam pro qua à te recedebat, et pro qua tibi non apparebat? Cur enim tibi appareret quẽ non quærebas? Tu certe quærebas quod non erat, & non quærebas quod erat. Tu quęrebas Ieſum, & non quærebas Ieſum. Ideoq; uidendo Ieſum, neſciebas Ieſum. O pie & dulcis magiſter, non poſſum omnino excuſare hanc diſcipulam tuam, non poſſum libere defendere hunc errorem eius, & tamen errabat, quia talem te requirebat qualem uiderat, & qualem in monumento poſitũ reliquerat. Viderat quippe defunctũ corpus tuum de cruce deponi, & in monumento reponi: tantusq; dolor inuaſerat eam de mortem tua, ut nihil poſſet cogitare de reſurrectione tua. Deniq; Ioſeph poſuit in monumento corpus tuum, Maria ſepeliuit ibi pariter ſpiritũ ſuum, & ita indiſſolubiliter iunxit, & quodammodo uniuit eum cũ corpore tuo, ut facilius poſſet ſeparare animã ſe uiuificantem à uiuificato corpore ſuo, quàm ſpiritũ ſuum te diligentem à defuncto corpore tuo. Spiritus enim Mariæ magis erat in corpore tuo quàm in corpore ſuo: cumq; requirebat corpus tuum, requirebat pariter ſpiritũ ſuum: & ubi perdidit corpus tuum, perdidit cum eo ſpiritum ſuum. Quid igitur mirum ſi ſenſum non habebat quæ ſpiritũ amiſerat? Quid mirum ſi te neſciebat, quæ nõ habebat ſpiritũ quo ſcire debebat? Redde ei itaq; ſpiritũ ſuum quẽ habet in ſe corpus tuum, & mox recuperabit ſenſum ſuũ, & relinquet errorem ſuum. Sed quomodo errabat quę ſic pro te dolebat, et ſic te amabat? Certe ſi errabat, indubitanter dico quod ipſa errare ſe ignorabat, & ſic error nõ procedebat ab errore, ſed ab amore & dolore. Igitur miſericors & iuſte iudex, amor quem habebat in te, & dolorẽ habebat pro te, excuſet eam apud te, ſi forte erret de te: nec attendas ad mulieris errorẽ, ſed ad diſcipulæ amorẽ, quæ non pro errore, ſed pro dolore & amore plorabat, & dixit tibi, Domine ſi tu ſuſtuliſti eũ dicito mihi ubi poſuiſti eũ, & ego eum tollã. O q̃ ſcienter neſcit, & quàm docte errat. Angelis dixit tulerunt & poſuerunt: & non dixit tuliſtis & poſuiſtis: quoniã angeli nec de monumento te tulerũt, neq; te in aliquo loco poſuerunt. Tibi uerò dixit: Si ſuſtuliſti eum, & ubi poſuiſti: quia tu reuera teipſum de monumento ſuſtuliſti, & in loco ubi es poſuiſti. Angelis nõ dixit, dicite mihi: quoniã angeli non poterant ex toto dicere quod de te factũ fuerat, & ut factum fuerat. Tibi uerò dicit, dicito mihi: quia nõ eſt impoſſibile tibi dicere, quod poſſibile tibi fuit facere. Tu enim uirtute tua ſurrexeras, et quod de te factũ fuerat tu ipſe feceras. Quid eſt autem hoc domine, quia Maria tam crebro dicit & repetit uerbũ iſtud, ubi poſuiſti eum? Dixerat aũt apoſtolis primo ubi poſuerũt eum: hoc idem poſtmodũ dixit angelis, ubi poſuerũt eum: & nunc tibi dixit de te: ubi poſuiſti eũ. Multum dulceſcit uerbũ hoc in corde eius, quod ſic abundat in ore eius. Certe dulce magis hoc facit dulcedo tua, facit & hoc ipſa pro amore tuo, quoniã meminit te dixiſſe de fratre ſuo, ubi poſuiſtis eũ? Ex quo enim audiuit uerbũ hoc ab ore tuo, conſeruauit illud diligenter in corde ſuo, & delectata eſt uti eo in ſermone ſuo. O quantũ diligit perſonã tuam, quę ſic diligit uocẽ tuã. O quàm deſiderat uidere uultũ tuum, quę tam deſideranter pronuntiat uerbũ tuũ: & quàm libenter oſcularetur pedes tuos, quæ tam libẽter loquitur ſermones tuos. Quid eſt hoc etiã ô bone Ieſu quod dicit ad te de te, & ego eum tollam? Ioſeph timuit, & non fuit auſus tollere corpus tuũ de cruce, niſi de nocte, & niſi hoc peteret à Pilato: Maria uerò nõ ẽtem nõ præſtolatur, nec Pilatũ reueretur, ſed audacter promittit dicẽs, et ego eum tollam. O Maria ſi corpus Ieſu forte poſitũ eſt in atrio principis ſacerdotũ, in quo princeps apoſto

poſtolorũ calefaciebat ſe ad ignem, quid factura es? Ego eum tollã. O mirabilis mulieris audacia. O mulier non mulier. Et ſi ancilla oſtiaria interrogauerit te quid factura es? Ego eum tollã. O ineffabilis huius mulieris amor, ò mirabilis mulieris audacia, ò mulier nõ mulier: nullum locũ excipit, nullum anteponit, ſine timore dicit, abſolute promittit, dicito mihi ubi poſuiſti eũ, & ego eum tollã. O mulier magna eſt fides tua, magna eſt cõſtantia tua. Tu ergo bone domine quur oblitus es dicere, Fiat tibi ſicut uis, & cõfide quia fides tua te ſaluã fecit? Nunquid oblitus es miſereri? Cur igitur nõ dicis ei ubi poſuiſti te, ut ipſa tollat te ſuper cor ſuũ, & portet in corpore ſuo, & annunciet te diſcipulis tuis? Noli quæſo dulcis magiſter illius ultra protrahere deſideriũ, quia ecce iam triduo ſuſtinet te, nec habet quid mãducet, neq; habet unde ſatiet animã ſuam eſurientẽ, niſi te manifeſtando porrigas illi panẽ corporis tui, & de fragmẽtis tuis repleas cophinũ cordis ſui. Si ergo nõ uis ut deficiat in uia, refrigera & cõforta uiſcera animæ eius dulcedine ſaporis tui. Tu es em̃ panis uiuus, qui habes in te delectamentũ, & omnẽ ſaporẽ ſuauitatis. Nõ enim diu poterit retineri uita corporis eius, niſi tu cito manifeſtes te uitã animæ eius. Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa dixit ei, Rabboni, quod dicit magiſter. Dicit ei Ieſus: Noli me tangere. O mutatio dexteræ excelſi. Cõuerſus eſt dolor magnus in gaudium magnum, mutatæ ſunt lachrymæ doloris in lachrymas amoris. Vbi Maria audiuit, Maria: (Sic enim cõſueuerat eam uocare magiſter ſuus) præſenſit in nomine quandam ſingularẽ uocationis dulcedinẽ, & per eam cognouit ipſum à quo uocabatur eſſe magiſtrũ ſuum. Tunc reuixit ſpiritus eius, & reuerſus eſt ſenſus eius. Cumq; Ieſus uellet adhuc adiungere, nõ potuit hęc Maria patiẽter expectare, ſed præ nimio gaudio interrupit ea dicẽs: Rabboni. Non em̃ arbitrabatur ſe indigere uerbo quæ inuenerat uerbũ, & longe utilius arbitrabatur tãgere uerbum q̃ audire quælibet uerba. O amor fortis & impatiẽs. Non ſufficiebat illi uidere Ieſum, & loqui cum Ieſu, niſi etiam tangeret Ieſum. Sciebat enim quia uirtus de illo exibat, & ſanabat omnes. O pijſſime domine & dulciſſime magiſter, q̃ bonus es his qui recto ſunt corde, & q̃ ſuauis es his qui recto ſunt corde, & humiles ſunt ſpiritu. O quàm beati qui in ſimplicitate cordis quærunt te, & q̃ fœlices qui ſperãt in te. Verũ certe eſt & indubitanter uerũ, quod tu diligis omnes diligentes te, & nunq̃ derelinquis ſperantes in te. Ecce enim dilectrix tua ſimpliciter quærebat te, & ueraciter inuenit te: Sperabat in te, & non eſt derelicta à te: ſed plus eſt conſecuta per te q̃ expectaret à te. Sequamur igitur fratres huius mulieris affectũ, ut perueniamus ad effectũ. Ploret unuſquiſq; ad Ieſum, & quærat fideliter Ieſum, quia non celauit ſe quærenti peccatrici. Diſce peccator homo à peccatrice muliere, cui tamẽ dimiſſa ſunt peccata ſua, diſce plorare dei abſentiã, & deſiderare eius præſentiã. Diſce à Maria Ieſum amare, & in Ieſum ſperare, & quærendo Ieſum inueſtigare, nullas aduerſa formidare, nullã conſolationẽ extra Ieſum accipere, omnia propter Ieſum cõtemnere. Diſce à Maria quærere Ieſum in monumẽto cordis tui. Reuolue lapidẽ ab oſtio monumenti dei, amoue omnẽ duritiem, & repelle omne obſtaculũ à fide tua. Tolle omnem cõcupiſcentiã mundi à corde tuo, & diligenter perſcrutare ſi ſit Ieſus in eo. Si aũt non inueneris in eo Ieſum, ſta foris & plora, permane in fide, & reſpice foris ad alios ſi forte in aliquo uideris eum, & plorando ora Ieſum ut dignetur intrare ad te, & inhabitet in te. Et ne forte erecta ceruice repellas eum à te, humiliando inclina te. Et iterũ reſpice in monumentũ dei quod eſt in te: & ſi uideris ibi angelos, unũ ad caput, & unum ad pedes, id eſt ſi cognoueris in corde tuo quaſi cœleſtia deſideria, tam ad actiuã q̃ ad cõtemplatiuam pertinentia, per quæ tamen adhuc non poſſis uidere & habere Ieſum, noli his contentus eſſe, noli adhuc deficiendo quieſcere, ſed plora, & quære Ieſum in te donec inuenias. Et ſi forte aliquando tibi apparuerit, & deſiderio tuo ſe repræſentauerit, noli à te preſumere tanquã tu eum cognoſcas, ſed interroga illum, & ora ut indicet tibi ſeipſum. Audeo tibi cõfidenter promittere, ſi in fide ad monumentũ cordis tui ſteteris, ſi plorando Ieſum quæſieris, & quærendo perſeueraueris, ſi te cũ humilitate inclinaueris, ſi exemplo Mariæ nullam conſolationẽ de Ieſu niſi Ieſum recipere uolueris, ipſo reuelante ipſum inuenies & ipſum cognoſces, ita ut nõ ſit neceſſe ab ijs quærere ubi ſit Ieſus, ſed tu magis indicabis eum nuncians alijs, Quia uidi dominum, & hæc dixit mihi: Cui eſt honor & gloria cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

nationē Origenis super epistolam Pauli ad Romanos, ad Heraclium.

VOLENTEM me paruo subuectum nauigio oram tranquilli littoris stringere, & minutos de græcorum stagnis pisciculos legere, in altū frater Heraclí laxare uela cōpellis, relictoq; opere quod in transferendis Homilijs Adamātij habebam, suades ut nostra uoce quindecim eius uolumina, quibus epistolam Pauli ad Romanos disseruit, explicemus: in quibus ille dum sectatur Apostoli sensum, in tam profundum pelagus effertur, ut metus ingens sit illuc eum sequi, ne magnitudine sensuum, uelut immanitate opprimar undarum. Dein de nec illud aspicis, quod tenuis mihi est spiritus ad implendam eius tam magnificam dicendi tubam. Super omnes autem difficultates est quod interpolati sunt ipsi libri. De sunt enim ferè apud omnium bibliothecas (incertum sanè quo casu) aliquanta ex ipso corpore uolumina: & hæc adimplere in latino opere, & integrā consequentiā dare, nō est mei ingenij, sed ut tu credis qui hæc exigis, muneris fortasse diuini. Addis autem ne quid laboribus meis desit, ut omne hoc quindecim uoluminū corpus, quod græcus sermo ad quadraginta ferè aut eo amplius milia uersuū produxit abbreuiē, & ad media si fieri potest spatia coarctem. Dura satis imperia, & tanēq; ab eo qui pondus operis huius scire nolit impositа. Aggrediar tamen, si forte orationibus tuis quæ mihi tanquam hominí impossibilia uidentur, aspirante domino possibilia fiant. Sed ipsum iam, si uidetur Origenem, qualiter prefationem susceptí operis dirigat, audiamus.

ORIGENIS ADAMANTII PRESBYTERI Præfatio in explanationem epistolæ sancti Pauli ad Romanos, diuo Hieronymo translatore.

QVOD cæteris apostoli Pauli epistolis difficilior putatur ad intelligendum hæc quæ ad Romanos scripta est, duabus mihi uidetur fieri ex causis. Vna quod elocutionibus interdū confusis et minus explicitis utitur. Alia, quod quæstiones in ea plurimas mouet, & eas præcipue quibus innitentes hæretici astruere solent, quod uniuscuiusq; gestorū causa non ad propositū debeat, sed ad naturæ diuersitatem referri: & ex paucis huius epistolæ sermonibus totius scripturæ sensum qui arbitrij libertatē concessam à deo homini docet conantur euertere. Propter quod deprecantes prius deum qui docet hominem scientiam, & qui dat per spiritum uerbum sapiētię, quiq; illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū, ut dignos nos facere dignet intelligere parabolas & obscuros sermones dictaq; sapientiū & ænigmata, ita demū explanationis Pauli ad Ro. cōtingemus exordiū, prænittentes hæc quę ab studiosis obseruari solent, quòd uidet Apostolus in hac epistola perfectior fuisse q; in cæteris. Etenim cum primā ad Corinthios scriberet, erat quidem in magnis profectibus, aliquid tamē de seculo ut nutabūdus eloquit, cū dicit: Sed macero corpus meū & seruituti subijcio, ne forte cū alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. Sed & ad Philippenses scribens quiddā in se minus adhuc esse illius quā postea assecutus est perfectionis ostendit, cū dicit cōformari se morti Christi, si quo modo occurrat in resurrectionē quæ est à mortuis. Non enim diceret si quo modo, si ea iam res indubitata uideretur. Sed & in consequentibus eiusdē epistolæ hæc eadem ostendit cū dicit: Non quo iam cōsecutus sim, aut iam perfectus sim, sequor aūt ut comprehendā in quo & cōprehensus sum à Christo. Fratres ego me ipse nō arbitror apprehendisse. Quod si quis putat per humilitatē dictum, uideat in cōsequentibus q; magna de profectibus suis memoret cū dicit: Vnum aūt ea quidē quæ retro sunt obliuiscens, & ad ea quę in ante sunt me extendens, secundū propositū sequor ad palmā supernę uocationis dei in Christo Iesu. & post hoc dicit: Quicūq; ergo perfecti sumus hoc sentiamus. In quo ostendit duplicē esse perfectionē: unam quæ est in expletione uirtutū, secundum quā dicit quod non sit perfectus: & aliā cum ita quis proficit ut decidere nō possit, neq; retrorsum aspicere: secundum quā dicebat: Quicūq; ergo perfecti sumus hoc sentiamus. Quomodo ergo dubio quæ in cebit perfectior iam secūdā ad Corinthios scripsisse q; primā? Ex his sine dubio quæ in ea scri-

ea scripta referuntur, cum dicit: Tribulationē patimur, sed nō angustiamur: aporiamur sed nō exaporiamur: persecutionē patimur, sed non derelinquimur: deijcimur, sed non perimus. Semper mors Iesu in corpore nostro manifestatur. Qui ergo mortē Iesu in corpore suo circunferebat, nunquā in eo concupiscebat caro aduersus spiritum, sed erat ei subiecta, utpote mortificata ad similitudinē mortis Christi. Quod si dicat nobis aliquis hæc uerisimilia non uideri, quia non multum temporis inter primā epistolam fuerit ac secundam, potest ex eo euidentius noscere, quod in prima epistola eiectū eum qui fuerat incesti scelere pollutus, & traditum Satanæ in interitū carnis, ut spiritus saluus fieret, in secunda iam reuocat, & ecclesiæ membris associat. Quod utiq; non faceret, nisi processu temporis dignos in eo fructus pœnitentiæ peruidisset, & quod iam caro interitum quē designarat Apostolus susceperisset, peccato scilicet & uitijs mortua, ut ita deum uiueret deo. Cum ergo tantū spatij fuerit quo peccator incestus salutē spiritus laudabili carnis interitu recepit, quomodo nō putandū est multo uelociore cursu Apostolum quæ perfecta sunt assecutū? Sed in illis quidem iste eius fuerit profectus: quantū autem sublimior & eminentior sit ad Romanos scribēs, ex ipsius epistolę sermonibus colligamus, in qua dicit: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptū est: Quia propter te morte afficimur tota die, existimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superuincimus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neq; mors neq; uita, neq; angustia, neq; principatus, neq; potestates, neq; præsentia, neq; futura, neq; uirtus, neq; altitudo, neq; profundū, neq; alia ulla creatura, poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Veritatem dico in Christo, usq; in spiritu sancto. Nunquid uidetur eadem sublimitate mētis dixisse: Macero corpus meū & seruituti subijcio, ne forte cū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar: qua & hic dicit, quia in his omnibus superamus, &: Certus sum em̄ quia neq; mors, neq; uita, neque angustia, neque principatus, & cætera quæ scripsit, poterit nos separare à charitate dei. His igitur nobis prout potuimus de sensu eius in hac epistola iam perfectiore conceptis, etiam illud haud absurde admonebimus, quod uidetur hanc epistolam de Corintho scribere, & alijs quidem pluribus indicijs, euidentius tamen ex eo quod dicit. Commendo autem uobis Phœben sororem nostram ministram ecclesiæ quæ est Cenchris. Cenchris enim dicitur locus Corintho uicinus, imò portus ipsius Corinthi. Et ex hoc ergo apparet de Corintho scripta, & ex eo quod dicit: Salutat uos Caius hospes meus. De quo Caio scribens Corinthijs cōmemorat dicens: Gratias ago deo meo quod neminem uestrum baptizaui nisi Crispum & Caium. Simile & deinde datur indicium ubi dicit: Salutat uos Erastus arcarius ciuitatis. De quo Erasto ad Timotheum secundam scribens dixit: Erastus remansit Corinthi. Ex quibus omnibus colligi certissima uidetur indicia, quod de Corintho scripta sit. Illud sanè non parū cedit ad intelligentiæ diffi cultatem, quod multa de lege Moysi in hac eadem connectuntur epistola, de uocatione gentium, de Israel secundum carnem, & de Israel qui non est secundum carnem, de circunsione carnis & cordis, de lege spirítali, & lege literę, de lege carnis, & lege membrorum, de lege mentis, & de lege peccati, de interiore & exteriore homine: quæ singula prædixisse sufficiat: in his em̄ cōtinētia haberi uidet epistolæ. Nūc iam prout uiam nobis dñs aperire dignatur, ad explanationē ipsius quantocyus properemus.

Prima nobis quæstio de nomine ipsius Pauli uidetur exurgere, cur is qui Saulus dictus est in Actibus apostolorum, nunc Paulus dicatur. Inuenimus in scripturis diuinis quibusdam ueterum cōmutata uocabula, ut ex Abram uocatus sit Abraham, ex Sarai Sara, & ex Iacob Israel. In euāgelijs quoq; ex Simone Petrus, & filij Zebedæi filij tonitrui nuncupati sunt. Sed hæc ex præcepto dei legimus facta, nusquā uerò erga Paulum inuenimus tale quid gestū. De qua re quibusdam uisum est, quod Pauli procōsulis, quē apud Cyprum Christi fidei subiecerat, uocabulum sibi Apostolus sumpserit, ut sicut reges solent deuictis (uerbi gratia) Parthis Parthici, & Gothis Gothici nominari, ita & Apostolus subiugato Paulo Paulus fuerit appellatus. Quod ne nos quidem usquequaq; euacuandum putamus. Tamen quia nulla talis in scripturis diuinis consuetudo deprehenditur, magis ex his quæ in exemplo nostris sunt, absolutionem quæramus.

Inuenimus igitur in scripturis aliquantos binis, alios etiã ternis uisos esse nominibus, ut Salomonẽ, eundẽq; Idida dici, Sedechiã, eundemq; Ioachim, Oziam, eundemq; Azariam: Aliosq; plurimos in Regum uel Iudicum libris, binis nominibus inuenies uocitatos. Sed nec euangelia quidem hunc eundem renuunt morẽ. Nam & Matthæus ipse refert de se, quod cũ transiret Iesus, inuenit quendam sedentẽ ad teloniũ nomine Matthæum: Lucas uerò de eodem dicit: quia cũ transiret Iesus, quendã uidit publicanũ nomine Leui, & dixit ei, sequere me. Sed & idem Matthæus in cathalogo apostolorũ dicit post multos, Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi, & Lebbæus, & Simon Chananæus, Marcus uerò ita refert. Matthæus publicanus, & Thomas, & Iacobus Alphæi, & Thaddæus. Hunc eundem quem Matthæus Lebbæum, Marcus Thaddæum posuit: Lucas uerò ita posuit: Matthæus, Thomas, Iacobus, & Iudas Iacobi. Igitur eundẽ quem Matthæus Lebbæum, & Marcus Thaddæũ dixit, Lucas Iudam Iacobi scripsit. Certũ est aũt euangelistas non errasse in nominibus apostolorũ: sed quia moris erat binis uel ternis nominibus uti Hæbræos, unius eiusdemq; uiri diuersa singuli nominũ uocabula posuere. Secundũ ergo hanc consuetudinẽ uidetur nobis Paulus duplici usus esse uocabulo: & donec quidem genti propriæ ministrabat Saulus esse uocatus, quod magis appellationi patriæ uernaculũ uidebaẽ: Paulum aũt appellatũ esse cum Græcis & gentibus legis ac præcepta conscribit. Nam & hoc ipsum quod scriptura dicit: Saulus aũt qui & Paulus, euidenter nõ ei tunc primũ Pauli nomẽ ostendit impositum, sed ueteris appellationis id fuisse designat. Hæc ab ipso auctore operis omissa, nos quia id dissertionis initium uidebatur exposcere, puto quod non inconuenienter præmisimus. Cętera iam de explanationum corpore, quibus poterimus compendijs exequemur.

Luc.9 Matt.10

Luc.6

Act.13

INCIPIT LIBER PRIMVS EXPLANATIONVM ORIGENIS IN EPISTOLAM PAVLI APOSTOLI AD Romanos, secundum Hieronymi orthodoxi egregijq; doctoris translationem ex Græco in Latinum. Cap. I

PAVLVS seruus Iesu Christi.] De Paulo iam diximus, requiramus nunc cur seruus dicatur is qui alibi scribit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed spiritũ adoptionis in quo clamamus abba pater. Et iterum: Quia autem estis filij, misit deus spiritum filij sui in corda uestra clamantem abba pater. Itaq; iam non est seruus sed filius. Quomodo ergo cum etiam his quibus prædicabat, dicat quia iam non est seruus sed filius, ipse se seruum profitetur? Siue id secundum illam humilitatẽ dictum putemus, quam dominus docuit dicens: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde, non erramus. Neq; enim per hoc lædetur ueritas libertatis in Paulo. Dicit enim & ipse: Nam cum liber sim ab omnibus hominibus, me seruum feci. Seruit ergo Christo, non in spiritu seruitutis, sed in spiritu adoptionis, quia omni libertate nobilior est seruitus Christi. Siue qua imitatur eius pronunciet qui dixerat: Ecce ego sum in medio uestrum, non sicut discumbens, sed sicut ministrans, & eius qui semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, ut sicut ijs qui in lege sunt, fit & ipse sub lege, & ijs qui sine lege sunt, efficitur etiã ipse sine lege: ita & ipse pro ijs qui adhuc serui sunt, & nondũ per spiritũ adoptionis in libertatem perducti filiorũ, seruus efficiatur, contrarium non uidebitur. Ad hoc potest etiam illud addi, quod ad Corinthios scribens idem Apostolus: & de nuptijs uel castitate præcipiẽs, tanquam alieno nomine quædam de libertate ac seruitute interserit dicẽs: Seruus uocatus es, nihil cures, sed si potes liber fieri magis utere. Qui enim in domino uocatus est seruus, libertus est domini: Similiter & qui liber uocatus est, seruus est Christi. Precio empti estis, nolite serui fieri hominũ. Quæ utiq; nõnullis contra rationem uidentur inserta. Quid enim ad nuptiarũ uel castitatis præcepta cõmemoratio seruitutis ac libertatis assumitur? Sed nos sensum Pauli ita intelligimus, quod seruum dicat eum qui iugali conditione constrictus est: quia mulier nõ habet potestatem corporis sui, sed uir eius: & uir non habet potestatẽ corporis sui, sed eius mulier. Propter quod & in alijs dicit

Rom.8

Matt.11

1 Cor.7

dicit de eis, quia nõ est seruituti subiectus frater uel soror, in talibus scilicet, quod in alijs eos seruituti sciret esse subiectos. Est ergo seruus uocatus qui in coniugio positus uenit ad Christum, cui dicitur: Seruus uocatus es, nihil ad te attineat: sed & si potes liber fieri magis utere: quod in coniugibus alteri continentiæ libertas, alteri generat periculum castitatis. Non enim debent nisi ex consensu ad tempus uacare orationi, & iterum in idipsum esse reuertendum, ne eos tentet Satanas propter incontinentiam suam. Is ergo qui pro nexu coniugij seruus uocatus est, libertus est domini. Libertus enim neque ex integro liber, neque ex integro seruus est appellatus: si in cæteris uirtutibus liber fuerit, si fidei, patientię, misericordiæ, iustitiæ tenuerit libertatem, libertus domini appellatur, utpote qui pro actione uirtutis liber sit, & pro coniugali necessitate sit seruus. Liber uerò est qui sine uxore per puritatem continentiæ uenit ad Christum, qui tamen seruus Christi efficitur dum ex integro uirtutibus seruit. Paulus ergo (sicut quidam tradunt) cũ uxore uocatus est: de qua dicit ad Philippenses scribens: Rogo te etiam germana compar, adiuua illas quæ cum ipsa sunt. Ex consensu igitur liber effectus seruum se nominat Christi. Si uerò (ut alijs uidetur) sine uxore, nihilominus qui liber uocatus est, seruus est Christi. Quid est autem seruum esse Christi? quid est seruum esse uerbi dei? sapientiæ, iustitiæ, ueritatis, & omnium omnino uirtutum, quæ Christus est? Sed & illud (si uidetur) in hoc loco addimus, quod sicut scientia quæ nunc datur sanctis, est per speculum in ænigmate, & prophetia, & ut cætera dona spiritus sancti: ita & libertas quæ nunc sanctis præstatur, nondum plena libertas est, sed uelut per speculum & in ænigmate: & ideo sancti seruos se esse dicunt ad comparationem illius libertatis quæ facie ad faciem tribuitur. Quomodo etenim potest in carne quis positus adipisci integram libertatem, ut in nullo iam seruiat carni? Sicut nec adoptionem filiorũ quis in corpore positus habere ex integro potest. Atque utinam hoc saltem obtineri possit in uita mortalium, ut seruus quis Christi ex integro fiat, non carni, non sanguini, non uanæ gloriæ, non cupiditati, non auaritiæ, non iracundiæ, non inuidiæ, sed qui soli Christo, id est omnibus simul uirtutibus seruiat. Hæc de eo quod scriptum est, Paulus seruus Iesu Christi, Vocatus Apostolus.] Hoc nomen, id est uocatus, quia ad omnes pertinet qui in Christo credunt, generale potest uideri: sed unusquisque secundum id quod in eo præuidet & elígit deus, aut apostolus uocatur, aut propheta, aut magister, aut liber ab uxore, aut seruus in coniuge, & pro diuersitate gratiæ cõpletur illud quod scriptum est: Multi uocati, pauci electi. Sciendum tamen est quod possibile est aliquem esse uocatum apostolum, aut uocatum prophetam, aut uocatũ magistrum, & si neglexerit uocationis suæ gratiam, decidere ex ea: sicut & Iudas qui etiam Apostolus uocatus est, & negligens uocationis suæ gratiam ex apostolo factus est prædo proditor. Et fuit quidem uocatus apostolus, sed nõ fuit electus apostolus. Sed & ille propheta qui in terrore Regnorum libro refertur prophetasse de Hieroboam, uocatus propheta fuit: si autem electus fuerit, ipsi discutite, quoniã quidem prohibitus panem mãducare in Israel, manducauit, & reuertendo captus est à leone. Sunt & multi uocati magistri per omnes ecclesias dei, & uocati ministri, sed nescio qui in his magistri electi sint, & ministri electi. Sic & quosdam puto uocatos quidem ut putentur pati pro Christo, non tamen electos, id est uocatos martyres: ut sunt illi qui post tormentorum agones & carcerum, non usq; ad finem in confessionis tolerantia perdurarunt. Est & uocata uirgo, sed non electa, quæ scilicet uirgo sancta non fuerit corpore & spiritu. Et est uocatus pastor, sed non electus, qui præest gregi quidem, & lacte eius utitur, & lanis eius operitur, sed infirmum non requirit, & claudum non colligit, & fortem circumscribit in laborem. Ita est & uocatus abstinens, sed non electus, scilicet qui ieiunat tristis, & exterminat faciem suam ut hominibus placeat. Sed & per singulos gratiarum gradus similiter inuenies multos quidem uocatos, paucos autem electos. Segregatus in Euangelium dei.] In Paulo non sola generalis uocatio ad Apostolatum designatur, sed electio protinus secundum dei præscientiam subsecuta per hoc quod segregatus dicitur in Euangelium dei: sicut & alibi ipse de se dicit. Cum autem complacuit deo qui me segregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me. Quod tamen hæretici ad calumniam uocant, dicentes eum segregatũ esse ab utero matris suæ ob hoc

Matt.22

3 Reg.13

Gal.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob hoc quod in eo naturæ bonitas inerat, sicut econtrario de his qui malæ naturæ sunt, dicitur in Psalmis, quia segregati sunt peccatores ex utero. Nos autem dicimus quod neque Paulus fortuito, aut naturali differentia electus est, sed electionis suæ causas in se metipso dedit ei, qui scit omnia antequam fiant: neq; peccatores qui separantur à uentre, iudicij iniquitate separantur. Deniq; statim in consequentibus uide quid de eis dicat sermo diuinus. Scriptum est enim: Segregati sunt peccatores ab utero, errauerunt à uentre, locuti sunt falsa. Si intelligamus quomodo statim ut de uentre matris procedunt peccatores errauerũt uel locuti sunt falsa, pariter intelligimus quod iusti separantur à uentre. Ergo & Paulus quod segregatus in euangeliũ dicitur, & segregatus à uentre matris suæ, causas in eo & merita quibus in hoc segregari debuerit, uidit ille quem non latet mens. Præuidit enim quod abundantius quàm cæteri omnes laboraturus esset in euangelio, quod in fame & siti, in frigore & nuditate, periculis latronum, periculis fluminum, periculis maris, prædicaturus esset euangeliũ Christi, sciens quod uæ esset sibi si non euangelizaret, & quod maceraturus esset corpus suum, & seruituti subiecturus, ne forte cũ aliis prædicaret, ipse reprobus efficeretur. Hæc ergo & his similia & alia multa in eo de uentre matris præuidens Iesus pro his segregauit eum in euangeliũ. Si enim (ut hæretici putant) uel sortis incerto, uel naturæ melioris prærogatiua fuisset electus, nunquam utiq; timuisset, ne si minus corporis sui frena tenuisset, euenire posset ut reprobus fieret, uel uæ sibi esset futurum si euangelizare cessaret. Denique & ipse in consequentibus latius differens ait: Quia quos præscíuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, euidenter ostendens quod eos quos præscíuit deus tales futuros ut Christo se in passionibus conformarent, ipsos etiam conformes ac similes imaginis eius prædestinauit & gloriæ. Præcedit ergo præscientia dei, per quam noscũtur qui in se labores & uirtutes habituri sint, & ita prædestinatio sequitur: nec tamen rursus prædestinationis causa putabitur præscientia. Quod enim apud homines uniuscuiusq; meritum pensatur ex præteritis gestis, hoc apud deum iudicatur ex futuris, & ualde impius est qui in hoc non credit deo, ut quod nos in præteritis uidemus, hoc ille videatin
Mar.1 futuris. Segregatus in euangelium dei, inquit. In alijs locis scripturæ euangelium Christi esse dicuntur, sicut & Marcus euangelista scribit: Initium Euangelij Iesu Christi, sicut scriptum est in Esaia propheta: Verum quoniã Christus uerbum est, &: In principio
Ioan.1 erat apud deum, & deus erat uerbum. unum atq; idem dicit euangelium dei & euange-
Ioan.17 lium Christi, uel quia ipse dominus dicit: Ego & pater unum sumus. Et iterum dicit ad
Gal.2 patrem: Omnia mea tua sunt, & tua mea, & glorificatus sum in his. Ergo & euangelium patris euangelium filij est. Sed & Paulus dicit: Euangelium meum quod prædico inter gentes. Quod fortassis ut hæres Christi dicit, & tanquam in Euangelio cohæres, quia & alibi etiam plurimorum dicit esse Euangelium sicut ad Galatas: Sed & si uelatum est Euangelium nostrum, id est omnium qui cohæredes sumus Christi. Verum & secundum hoc quod ipse prædicator eius est, recte suum dicit esse Paulus Euangelium. V-

Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo.] trum simpliciter accipi debeat euangelium per scripturas propheticas à deo repromissum ad distinctionem alterius Euangelij quod æternum dicit Ioannes in Apocalypsi. Quod tunc reuelandum est cum umbra transierit, & ueritas uenerit, & cum mors fuerit absorpta, & æternitas restituta, considerato etiam tu qui legis. Cui æterno Euangelio conuenire uidebuntur etiam illi æterni anni de quibus Propheta dicit: Et annos æternos in mente habui. Eiq; adiungi potest & ille liber uitæ, in quo sanctorum nomina scripta dicuntur. Sed & illi libri qui apud Danielem cum iudicium consedisset aperti sunt, uel qui apud Ezechielem prophetã deintus & deforis dicuntur inscripti, omnia quæq; non atramento, sed spiritu dei uiui scripta memorantur. De quibus quamuis periculosum uideatur chartulis committere, tamen non otiose prætereunda sunt dicta sapientium & ænigmata, sed subtili admodum mentis acie (in quantum res patitur) uelut per
1 Tim.3 quoddam speculum cõtemplanda: ne forte is qui uerbum caro factus apparuit positus in carne, sicut apostolus dicit: Quia manifestatus est in carne, iustificatus in spiritu, apparuit angelis: hoc quod apparuit angelis, nõ eis absq; euangelio apparuit: sicut nec nobis quidẽ hominibus ad quos missum se dicit euangelizare pauperibus, dimittere captiuos in

uos in remissionem, & annunciare annum domini acceptum. Si ergo cum apparuit nobis omnibus hominibus non sine euangelio apparuit, consequentia uidetur ostendere quod etiam angelico ordini non sine euangelio apparuerit, illo fortassis quod æternum euangelium à Ioanne memoratum supra edocuimus. Si uerò etiam in reliquis cœlestibus ordinibus tale aliquid gestum esse ab eo suspicãdum sit, in ea qua singuli quiq; sunt forma apparuit eis, annuncians pacem, quoniã quidem per sanguinem crucis suæ pacificauit non solum quæ in terra, sed quæ in cœlis sunt, etiam tu apud temetipsum dicutito. Quod promisit per prophetas suos in scripturis sanctis. Quæ de Christo prædicta sunt per prophetas, hæc etiam de Euangelio prædicta esse sentiendum est, quamuis Marcus euangelista distinctionem facere uideatur Christi & Euangelij, cum dicit: Mar.8
Qui dimiserit patrem & matrem &c. propter me uel propter Euangelium. Quod & si proprie Euangelij promissiones requirendę sunt, in prophetis abundanter inuenies, ut est illud: Domínus dabit uerbum euangelizantib. uirtute multa, &: Quàm speciosi pe- Psal.68
des euangelizantiũ bona. Ad hoc respicit &: Ad omnẽ terram exiuit sonus eorum, & Esa.52
in fines orbis terræ uerba eorum. & Velociter currit sermo eius: Sed &: Ecce ego mit- Psal.18.147
to pastores multos, & uenatores multos, & capient eos super omnẽ montem, & super Hier.16
omnem collem. Per Hieremiã promittitur, quod nunc Paulus dicit de Euangelio, quia promisit deus per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Quod filius secundum carnẽ ex semine Dauid factus.] Factus est autem sine dubio id quod prius non erat secundum carnem. Secundum uerò spiritum erat prius, & non erat prius, quando non erat. Obseruandum est enim quia non dicit, qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritũ sanctificationis, sed qui destinatus est filius dei in uirtute. Et nemo putet nos de hoc sermone curiosius quàm res patitur perscrutari. Quamuis enim in latinis codicibus & exemplaribus prædestinatus soleat inueniri, tamen quod interpretationis ueritas habet, destinatus scriptum est nõ prædestinatus. Destinatur enim ille qui est, prædestinatur uerò ille qui nondũ est. Sicut de his quibus dicit apostolus: Quos Rom.8
autem præscijt, illos & prædestinauit. Præsciri ergo & prædestinari possunt illi qui non dum sunt. Ille autem qui est, & semper est, non prædestinatur sed destinatur. Hæc dicta sint à nobis propter eos qui in unigenitũ filium dei impietatem loquuntur, & ignorantes differentiam destinati & prædestinati: putant eum inter eos qui cum ante non fuerint prædestinati sunt, esse numerandum: qui nunquam prædestinatus est ut esset filius, sed semper fuit sicut & pater. Qui ergo semper est, destinatur ut diximus, non prædestinatur. Qui autem prædestinatur, nondum erat tunc cum prædestinaretur, sed cœpit ex tẽpore. Necessaria igitur distinctione Apostolus utitur, eum qui ex semine Dauid secundum carnem est factus prædestinatum dicẽs: eum uerò quem filium dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis nominat, destinatum. Etenim cum dixisset filium dei, non superfluo addidit in uirtute, indicans per hoc quod substantia filius fit secundum spiritum sanctificationis. Christus enim Dei uirtus & Dei sapientia dicitur, qui & uapor uirtutis Dei, & manatio gloriæ omnipotentis purissima, & splendor lucis æternæ, & imago bonitatis dei appellatur. Sed requiritur si id quod de semine Dauid, secundum carnem est, quod uerò in uirtute destinatur secundum spiritum sanctificationis, filius Dei & in substantia dei est, quomodo accipiendum est de anima Iesu quæ hic nequaquam cum carne & spiritu sanctificationis uel diuinæ uirtutis substantia nominatur? De qua alibi ipse saluator dicit, quia tristis est anima mea usq; ad mortem: & Matt.26
Nunc anima mea turbata est: quam & à semetipso posuit, imò qua usq; ad infernum de Ioan.12
scendit, de qua & dicitur: Non derelinques animam meam in inferno. Certum est enim quia hæc non de semine Dauid generata sit. Dicit enim, quia quod factum est ex semine Dauid, secũdum carnem est. Quia ergo neq; in eo quod secundum carnem est, uidetur annumerari, neq; in eo ubi descendit, de qua & dicitur: Non derelinques animam meam in inferno: Destinatur filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis.] Puto quod consuetudine sua Apostolus utatur etiã in hoc loco, sciens mediam semper esse animam inter spiritum & carnem, & aut iungere se carni, & effici unum cum carne: aut sociare se spiritui, & esse unum cum spiritu: ex quo siquidem cum carne fit carnales homines fiant: si uerò cum spiritu, spiritales, & idcirco extrinsecus

eam

Universidad de Deusto
Biblioteca

eam non nominat,sed carnem tantum uel spiritum: scit enim alteri horũ necessario ani-
Rom.8 mam cohærere,sicut & in his ad quos dicit: Vos autem in carne non estis, sed in spiri-
tu: & qui se iungit meretrici unum corpus est: Meretricem hic carnem uel corpus uo-
1 Cor.6 cans: Qui autem iungit se domino unus spiritus est. Ita ergo etiam nunc sciens de ani-
ma Iesu,quia sociato domino,& cohærens ei,unus cum ipso factus sit spiritus sanctifica
tionis,non eam nominauit extrinsecus ne solueret Iesum. Quod deus coniunxit homo
nõ separet. Sanctificationis uerò spiritus dicitur secundum hoc quod præbet omnibus
1 Cor.1 sanctitatem, sicut alibi de eo scriptum est: Qui factus est sapientia nobis à deo, & iusti-
tia, & sanctificatio, & redemptio. Verum occurrunt nobis quædam quæstiones acer-
bissime commouẽtes,quomodo uideatur Christus descẽdere ex semine Dauid, quem
constat non esse ex Ioseph natum, in quem Ioseph series ex Dauid descendentis gene-
rationis adducitur. Quibus occurrere quamuis molestũ sit secundum literæ rationem,
tamen respõdetur à nostris quod Maria desponsata erat Ioseph, antequam conueni-
rent,& inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Secundum legem sine dubio con-
Luc.1 tribuli suo & cognato coniuncta est. Et quamuis dicatur ad eam ab angelo,quia & Eli-
zabet cognata tua ipsa etiam pariet filium in senectute sua: Elizabet autem ex filiabus
Aaron esse dicitur, tamen affirmabitur à nostris quod cognationis nomen non solum
ad contribules,sed ad omnes qui sunt ex genere Israel,inter se inuicẽ possit aptari com-
Rom.9 petenter, sicut & idem apostolus de omnibus simul dicit: Qui sunt cognati mei secun-
dum carnem. Hæc quidem & alia similiter respondentur: uerũ quàm sint ualida aduer-
sum assertiones eorum,qui nos de scripturarum testimonijs perurgent,probato qui le-
gis. Nobis tamen hæc intelligenda secundum spiritalem uel allegoricam rationem ma
gis uidentur,secundum quod nihil obest etiã quod Ioseph pater Christi dicitur,cum o-
mnino nõ sit pater eius. Quia & in generationibus à Matthæo refertur quod Iosaphat
genuerit Ioram,& Ioram genuerit Oziam. In quarto autem Regnorum libro scriptum
est, quod Ioram genuerit Ochoziam, & Ochozias genuerit Ioas, & Ioas genuerit A-
masiam, Amasias uerò genuerit Azariam, ipsum qui interdum Ozias nominatur, &
Azarias Ioatham. Hic ergo Ozias, qui & Azarias, cum in tertio Regnorũ libro dica-
tur Amasiæ esse filius, à Matthæo filius Ioræ scribitur, tribus in medio generationibus
prætermissis. Cuius rei dissertio,certum est quod non secundum historiam, sed secun-
dum spiritalem intelligentiã constet, quę nõ est nobis nunc in transitu pulsanda: in suo
enim loco iungetur. Interim sufficit nobis ad eos qui aduersantur respondere, quod si-
cut Iesus Ioseph filius esse dicitur, ex quo nõ est generatus, & Ozias genitus ex Ioram,
ex quo non est genitus, ita ex semine Dauid secundum carnem Christus potest accipi,
ut quicquid rationis uel assertionis in Ioram protulerunt,& in Ioseph, hoc & in Dauid
suscipiendum dicamus. Ex resurrectione mortuorum, Iesu Christi domini nostri.]
Quomodo quidem is qui secundum carnem factus esse dicitur ex semine Dauid, filius
dei sit in resurrectione mortuorum, difficile non est aduertere ei qui legerit illud quod
Heb.2 scriptum est: Decebat enim eum per quẽ omnia, & in quo omnia, multos filios in glo-
riam adducentem, auctorẽ salutis eorum per passiones consummare. Finis autem pas-
Rom.6 sionum Christi,resurrectio. Et:quia post resurrectionẽ ultra iam non moritur, & mors
2 Cor.5 illi ultra non dominabitur, & iterũ dicitur: Quia etsi agnouimus Christum secundum
carnem, sed nunc iam non nouimus, ideo omne quod est in Christo, iam nunc filius
dei est. Quomodo autẽ & ad eum qui filius dei est destinatus in uirtute hoc referatur,
coarctat intelligẽtiam nostram,nisi quod per indissolubilem unitatem uerbi, & carnis,
omnia quæ carnis sunt asscribũtur & uerbo, quomodo & quæ uerbi sunt prædicantur
in carne: Iesum uerò & Christum,& dominum inuenimus sæpe ad utramq; naturam re-
1 Cor.8 ferri,ut est illud: Vnus dominus noster Iesus Christus, per quẽ omnia. Et iterum: Si co-
1 Cor.2 gnouissent,nunquam dominũ gloriæ crucifixissent. Primitiuus ergo uel primogenitus
ex mortuis dicitur Christus. Sed requirendum nobis est, si solus primogenitus uel pri-
mitiuus ex mortuis,et non habet aliquos secum etiam in primatu participes, de quibus
Eph.2 dicit apostolus: Quia suscitauit nos cum Christo, simulq; fecit sedere in cœlestibus, &
forte ergo & isti quos dicit excitatos esse cũ Christo, & cum eo sedere in cœlestibus, &
ipsi primogeniti sunt,uel primitiui ex mortuis: sicut & illi fuerunt, qui cum illo suscitati
esse di-

esse dicuntur, cum monumenta aperta sunt, & multa sanctorũ corpora qui dormie-
rant surrexerunt, & ingressi sunt in sanctam ciuitatem. Et de his talibus fortassis dicit
Apostolus esse ecclesiam illam primitiuorum, quam asscriptam memorat in cœlis.

Per quem accepimus gratiam & apostolatũ ad obediendum fidei in omnibus gen-
tibus pro nomine eius.] Per Christum se dicit accepisse gratiam & apostolatum, ut-
pote mediatorem dei & hominum. Gratiam & apostolatum. Gratia ad laborum pati-
entiam referenda est: Apostolatus ad prædicationis auctoritatem,quia & ipse Christus
apostolus dicitur,id est missus à patre: quippe qui ad euangelizandum pauperibus mis-
sum se dicit: Omnia ergo quæ sunt,dat etiam discipulis suis. Gratia dicitur diffusa in la-
bijs eius: dat & apostolis suam gratiam, cum qua laborantes dicant: Abundantius ue-
rò quàm omnes illi laborauí: Non autem ego,sed gratia dei mecum. Et quia de ipso di-
ctum est: Habentes igitur pontificem & apostolum confessionis nostræ Christum, dat
discipulis suis apostolatus dignationem,ut & ipsi efficiant apostoli dei. Non enim gen
tes quæ erant alienæ à testamento dei, & conuersatione Israel, credere poterant euan-
gelio, nisi per gratiã quæ apostolis fuerat data, per quam prædicantibus apostolis in fi-
dem obedire dicitur: & in omnem terram de nomine Christi sonus gratiæ eorum com-
memoratur exisse, ita ut ad eos qui Romæ sunt peruenirent, ad quos ait Apostolus:

In quibus estis & uos uocati Iesu Christi.] Paulus uocatus Apostolus dicit, & Ro
mani uocati, non tamen Apostoli, sed uocati sancti in obediẽtiam fidei. De diuersitate
autem uocatorum iam superius diximus. Omnibus qui sunt Romæ dilectis dei, gra
tia uobis & pax à deo patre nostro,& domino Iesu Christo.] Benedictio hæc pacis &
gratiæ quæ datur dilectis dei ad quos scribit apostolus Paulus, puto quod nõ sit minor
quàm fuit benedictio Noe in Sem & Iapheth, quæ per spiritũ impleta est erga eos, qui
fuerint benedicti. Similiter & ea in qua benedict⁹ est Abrahã à Melchisedech, & Iacob
à patre suo Isaac: & duodecim patriarchæ qua benedicuntur à patro suo Israel, uel bene
dictio Moysi qui benedixit tribus Israel. Non ergo his omnibus inferiorem dico hanc
apostoli benedictionẽ, qua benedixit ecclesias Christi. Ait emi & ipse de se: Puto enim 1 Cor.7
quia & ego spiritũ dei habeo. In spiritu ergo dei scribit Apostolus, & in spiritu benedi-
xit. Per ipsum ergo spiritum benedictiones capient hi qui benedicuntur ab Apostolo:
si tamen digni inueniantur super quos ueniat benedictio eius. Alioquin fiet illud in eo
quod scriptum est: Si fuerit ibi filius pacis, pax uestra ueniet super eum: Sin autem, pax Matt.10
uestra ad uos reuertetur. Quod scriptum est ergo de pace, hoc de gratia fiet, quia grati-
am simul coniungit cum pace. Sciendum uerò est, quia hæc apostoli cõsuetudo scriben
di non erga omnes ab eo seruatur ecclesias. Nam ad Corinthios quidem in prima & se-
cunda, & ad Galatas, & ad Ephesios, & ad Philippenses similiter scribit. Ad Colossen-
ses uerò: Gratia uobis & pax à deo patre nostro, dicit: & non addidit & domino nostro
Iesu Christo. Ad Thessalonicenses uerò prima ita habet: Gratia uobis & pax, & nihil ul
tra. In secũda uerò: Gratia uobis, & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Ad
Timotheum prima & secunda: Gratia, misericordia, & pax à deo patre, & Christo Iesu
domino nostro. Ad Titũ uerò: Gratia & pax à deo patre & Iesu Christo saluatore no-
stro. Et quãuis curiosior uideatur huiuscemodi obseruatio, tamen qui nihil otiosum cre
dit in scripturis esse diuinis, etiam horum differentias & diuersitates non inanes puta-
bit. Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis,
quoniam fides uestra annunciatur in uniuerso mundo.] Quoniã ad quosdam scribens
Apostolus, dicit pro omnibus semper gratias agere, sicut & nunc ad Romanos: ad ali-
os uerò scribens gratias quidẽ agere, sed non addidit pro omnibus: obseruans inuenies
quod ubi dicit pro omnibus se gratias agere, culpas aliquas graues, aut probra non ex-
aggeret, ubi autẽ aliquos uel arguit, uel notat, non addidit gratiarum actionem, quod
pro omnibus gratias agat, sicut ad Corinthios, & ad Colossenses. Ad Galatas uerò om
nino nõ ponit gratiarũ actionẽ, quod eos miratur tam cito transferri ab eo qui uocauit
eos in aliud euangeliũ. Prima ergo uox incipit ad gratiarũ actionem. Agere autem deo
gratias, hoc est, sacrificiũ laudis offerre, & ideo addidit: Per Iesum Christum, uelut per
pontificẽ magnũ. Oportet enim scire eum qui uult offerre sacrificiũ deo, quod per ma-
nus pontificis debet offerre. Sed & hoc quod dixit: Deo meo, nõ est otiose accipiendũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non enim uox ista potest esse nisi sanctorum, quorũ deus dicitur, sicut deus Abraham, uel Isaac uel Iacob. Non potest dominum deum suum dicere is cui deus uenter est, aut cui auaritia deus est, aut cui gloria seculi, & pompa mundi, aut potentia rerum caduca rum deus est. Quicquid enim unusquisq; supra cætera colit, hoc illi deus est. Sed uidea mus quid est pro quo Apostolus gratias agit deo suo. Quoniam (inquit) fides uestra annunciatur in uniuerso mundo. Si in uniuerso mundo simpliciter accipiamus, hoc ui detur designare quod dicimus in multis locis mundi, hoc est terræ huius, eorũ qui Ro mæ sunt fides & religio prædicatur. Si uerò in hoc loco ut etiã in nonnullis mundus de signatur qui è cœlo constat & terra, atq; omnibus quæ in eis sunt, potest etiam illud in telligi, quòd uirtutes de quibus dicit quia gaudiũ habeant super uno peccatore pœni tentiam agente, multo magis de conuersione quoque & fide Romanorum lætentur, nunciantibus sibi angelis illis qui ascedunt & descendunt ad filiũ hominis. Et ipsi enim mirantur de conuersione gentium, & quod in omnem terram exiuit sonus Apostolo-
1 Cor.4 rum Christi Iesu. Denicq; & agones ipsorum spectantes in hoc mundo lætantur, sicut & Apostolus dicit: Quia spectaculum facti sumus huic mundo & angelis & hominibus. Potest tamẽ & ita intelligi, quod fides ista quam Romani habent, ipsa eademq; sit & nõ alia quæ in uniuerso mundo annunciatur & creditur, quæ non solum in terra, sed etiam in cœlis prædicatur: quia Iesus pacificauit per sanguinem suum non solum quæ in terris sunt, sed & quæ in cœlis, & in nomine eius genu flectunt nõ solum terrestria, sed & cœ lestia & inferna. Et hoc est in uniuerso mundo fidem prædicari, per quam omnis mun dus sit subditus deo. Obseruandum est sanè quia ad hoc quod dixit: Primum quidem, non reddidit uerbi gratia ut diceret, secundo autem, sed ut prædiximus de loquutioni bus minus finitis: nisi forte uideatur in eo reddi cum dicit: Nolo autẽ uos ignorare fra tres. Testis enim mihi est deus, cui seruio in spiritu meo, in euãgelio filij eius.] Deus testis est sanctis suis, quia & ipsi testes sunt dei, secundum quod dicit propheta: Eritis mihi testes, & ego testis, dicit dominus. Sed & saluator ad discipulos dicit: Eritis mihi
Act.1 testes in Hierusalem, & in Samaria, & in omnibus finibus terræ: secundum illud quod
Matt.10 scriptum est: Qui confessus fuerit me, & ego confitebor eum coram patre meo. Videa mus autem quid est quod dicit: Cui seruio in spiritu meo. Seruire in spiritu simile mihi uidetur esse, imò & amplius aliquid quàm adorare in spiritu, sicut & ipse dominus di-
Ioan.4 cebat ad Samaritanam mulierem: Venit hora, & nunc est quando ueri adoratores ado rabunt patrem in spiritu & ueritate. Sed & Paulus non solum adorat in spiritu, uerum & deseruit in spiritu. Nam adorare quis potest & sine affectu: deseruire uerò eius est, quem constringit affectus. Deseruit ergo Apostolus domino, non in corpore neque in anima, sed in meliore sui parte, in spiritu. Hæc enim tria esse in homine designat ad
2 Thess.ult. Thessalonicenses scribens cum dicit: Vt integrum corpus nostrum & anima & spiritus
Dan.3 in die domini nostri Iesu Christi seruetur. Et Daniel dicit: Laudate spiritus & animæ iu storum dominum. Apostolus ergo ubique spiritum præfert, & repudiat carnem, uel quæ carnis sunt. Denicq; & legis ipsius spiritum laudat: literam uerò tanquam carnem
2 Cor.3 spernit cum dicit: Litera occidit, spiritus uerò uiuificat. Sed & cum dicit: Etenim in quo infirmabatur lex per carnem, deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati: carnem legis, sine dubio literam legis dicit. Per literam namque infirmabatur lex, ut
Exod.16 non posset impleri: Quis enim impleret uel de sabbato quod scriptum est: Non te mo uebis de loco tuo in die sabbatorũ? Quomodo enim fieri poterat ut se aliquis penitus non moueret de loco suo in die sabbatorum? uel de legibus lepræ in stamine, uel in pa riete, uel in pellicula exortæ? & multa alia in quibus secundum literam tanquam secun
Rom.7 dum carnẽ infirmata est lex. Propterea ergo Apostolus dicit, quia lex spiritalis est. Qui
Rom.8 igitur legem intelligit spiritalem, hic spiritu seruit deo. Vnde & ad alios dicit: Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini, hoc est secundum literam quæ occidit. Si au tem spiritu actus carnis mortificaueritis, uiuetis. Requirendum sanè est, si & patres an tiqui & patriarchæ uel prophetę, qui etiam ipsi fuerunt perfecti in spiritu, deo serui esse credendi sunt: quia & Abraham desiderauit ut uideret diem domini, & uidit & gaui sus est: & Moyses & Helias apparuerunt in gloria cũ Iesu colloquẽtes in monte. In quo ostenditur legẽ & prophetas cũ euangelijs cõsonare, & in eadem gloria spiratalis aspe ctus

ctus atq; intelligentiæ refulgere. Quomodo sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem aliquando prospe rum iter habeam in uoluntate dei ueniendi ad uos.] Quod sine intermissione pro his quibus scribit orare se dicit, mandati sui memor cõplet opere quod sermone præcipit. Quod autem dicit obsecrare se si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeat, ut uoluntate dei ueniat ad Romanos, considerandũ quod Apostolus ad dei opus san ctum, & opus Euangelij proficiscens expectat donec obsecrationibus impetraret non solum prosperum sibi iter fieri, sed & in uoluntate dei prosperum fieri. Vnde & multo magis nobis quibus non est uel operis tanta, uel meriti conscientia, cum aliquid age re disponimus, à Deo itineris prosperitas postulanda est. Puto tamen quod etiam hoc uoluit intelligi Apostolus, quia non semper prosperitas itineris dei uoluntate perfici tur. Denicq; & Balaam iter habuit prosperũ eundi ad Balach, ut malediceret populo Is rael, sed non fuit illa ex uoluntate diuina prosperitas. Et multi in rebus seculi prosperis utuntur successibus, & exultant in prosperitatibus suis, sed non est talis prosperitas ex uoluntate dei, nisi cum tale est opus itineris nostri, quale hic designat Apostolus.

Desidero enim uidere uos, ut aliquid impartiar uobis gratiæ spiritalis ad confirman dos uos, id est, simul consolari in uobis per eam quę inuicem est fidem uestram atq; me am.] Primo omnium discere debemus esse apostolicũ, desiderare fratres, sed non aliam ob causam nisi ut uel conferamus eis aliquid doni spiritalis si possumus: uel si non possu mus, ipsi ut capiamus ab eis. Sine hoc enim non est probabile desiderium circumeundi fratres. Quod autem dicit: Vt aliquod tradam uobis donum spiritale, uidetur indicare esse aliquid quod donum quidem sit, non tamen spiritale. Nam donum fidei sine dubio spiritale est, & donum sapientiæ & scientiæ, & uirginitatis similiter. Vbi autem dicit
1 Cor.7 de nuptijs & de uirginitate loquens: Sed unusquisq; proprium donum habet à Deo, alius sic, alius autem sic: Donum quidem dicit esse nuptias, quoniam sicut scriptum est: A Deo aptatur mulier uiro: sed non istud donum spiritale. Possunt & alia multa donum Dei dici, ut diuitiæ & fortitudo corporis, ut formæ decor, ut regnum terrestre. A Deo enim etiam hæc donantur, sicut & Daniel dicit: Quia ipse facit reges & commutat,
Dan.2 sed non sunt hæc dona spiritalia. Beati sunt ergo illi quibus spiritalem gratiã tradere uult Apostolus ad confirmationem fidei, ut ultra iam non sint paruuli, neque circum ferantur omni uento doctrinæ. Quod cum fit à Paulo, & ipse consolationem capit, o pus suum firmum & stabile uidens: & illi consolantur, quia apostolicæ gratiæ partici pes fiunt.

Nolo autem uos ignorare fratres, quia sæpe proposui uenire ad uos, & prohibitus sum usq; adhuc, ut aliquẽ fructũ habeam in uobis, sicut & in cæteris gen tibus: Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum. Ita quod in me est, promptum est & uobis qui Romæ estis, euangelizare.] Est quidem & hyperbaton in hoc loco, & loquutionis defectio: sed hyperbaton modo hoc possumus reddere. No lo autem uos ignorare fratres, quia sæpe proposui uenire ad uos, ut aliquem fructũ ha berem in uobis, sicut & in cæteris gentibus Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipien tibus, & prohibitus sum usq; adhuc. Defectio uerò elocutionis hoc modo adimplebit. In eo ubi dicit: Et in cæteris gentibus Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus, uidetur deesse quibus: ut ea quæ subsequuntur sic legantur, quibus debitor sum, & sit talis consequentia. Sicut fructum habeo in cæteris gentibus Græcis ac Barbaris, sapien tibus & insipientibus, quibus debitor sum: ita quod in me est promptus sum etiam uo bis qui Romæ estis euangelizare. Nunquam enim apud ullam gentem erubui euange lium meum prædicare, quia uirtus dei est in eo ad salutem omni credenti, ludæo primũ & Græco: quia in euangelio Dei iustitia reuelatur, quæ obtecta prius uelabatur in le ge. Reuelatur autem in his qui ex fide Veteris testamenti ad fidem nouam Euangelij ueniunt, sicut in propheta dictum est: quia iustus etiã si in lege adhuc sit. Deo credens, & famulo eius Moysi, ex fide uiuit: & cum de Euangelio uenit, ex fide legis in fide Chri sti dirigitur: ita ex fide in fidem proficit. Hæc quantum ad consequentiam uerborum ipsius Apostoli pertinet dicta sint. Hoc autem quod spectat ad intelligentiam requira mus. Quod ait: Quia sæpe proposui uenire ad uos: charitatem suam quam erga Roma nos habebat, innotuit. Quod uerò addidit: Et prohibitus sum usque adhuc, si quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

putetur à deo prohibitus, ostenditur per hoc etiã id curæ esse deo, quo unusquisq; apostolorum uel debeat ire uel non debeat, & quod dispensatione quadam alijs prohibeat
Act.16 quidem, alijs sinat prædicare uerbum dei, sicut & alibi dicit: Et cum tẽtaremus ire in Bi-
Matt.13 thyniam, prohibuit nos spiritus Iesu. In euangelijs à saluatore dicitur: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non audiant. Si uerò: Prohibitus sum usq; adhuc, ad illum referatur de quo alibi
1Thess.2 ipse dicit: Quia impediuit nos satanas: competenter ostendit se in orationibus sine intermissione certare, ut deuictis satanæ impedimentis, prosperum iter eius fiat in uoluntate dei eos uidere qui Romæ sunt. Desiderat enim, & in orationibus obsecrare nõ cessat, fructum aliquem capere ex ipsis, sicut ex cæteris gentibus. Vnde uelut multarum diuitiarum cupidus Paulus, ex multis rationabilibus possessionibus reditus desiderat cõgregrare: congregat fructus ex Græcis, congregat ex Barbaris, cõgregat ex sapientib. aliquid etiam ex insipientibus colligit, dum alijs tanquã perfectis sapientiam loquitur, alijs tanquam insipientibus nihil aliud se scire dicit, nisi Christum Iesum & hunc crucifixũ, dum alios ex lege & prophetis docet, alios signis & uirtutibus suadet. Verum hos omnes fructus affert Paulus, quia tanquã palmes bonus permanet in uite uera quæ Christus est: quem frequẽtius pater purgat agricola, & ideo fructum plurimum affert. Purgat autem eum in laboribus, in tribulationibus, in persecutionibus. Sunt enim alij palmites, qui in uite quidem permanent, fructum uerò nõ ferunt, sed sunt aridi: Ex quibus sunt illi, qui nomine quidem permanent in Christo, operibus autem & actibus infructuosi inueniuntur & aridi, qui dicuntur excidi, & in ignem mitti. Sicut enim primus Adam quædam uitis fuit, & radix humani generis, quæ attulit quosdam quidem palmites fructuosos, ut Seth, Enos, & reliquos usq; ad Noe: alios autem infructuosos & inutiles, ut Cain, & omnem quę ex ipso procreata est stirpem: Ita & in Christo, qui est nouissimus Adam, sunt quidam palmites fructuosi, uelut in uite uera fructificãtes: quidam uerò aridi & à patre agricola excidendi. Sed & illud obseruandum est, quod singu-
Gal.5 lari numero Apostolus bonorum nominat fructum, sicut & alibi: Fructus autem spiritus, gaudiũ, charitas, & pax: Opera autem quæ exprobrat, pluraliter profert. Quod si
Psal.128 quis obijciat illud quod in psalmo scriptũ est: Labores fructuũ tuorum mãducabis, pro bono & pluraliter dictum: sciẽdum est quod sicut is qui margaritas negotiatur plures, inueniens unam pretiosam, uendidit omnes & emit illam unam: ita quis à pluribus fructibus incipiẽs, ad unum perfectionis tendere debet fructũ. Requirendũ nunc est, quomodo Apostolus Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor est. Quid enim ab ipsis acceperat, unde eis debitor fieret. Arbitror quidem diuersis gẽtibus inde eum effectum esse debitorem, quod omnium gentium linguis eloquia accepit per
1.Cor.14 gratiam spiritus sancti, sicut & ipse dicit: Omniũ uestrum magis linguis loquor. Quia ergo linguarũ notitiã non pro se, sed pro his quibus prædicandum est accipit, debitor omnibus illis efficitur, quorũ accepit à deo linguæ notitiam. Sapientibus autẽ efficitur debitor per hoc quod accepit sapientiam in mysterio absconditam, quam perfectis & sapientibus loqueretur. Quomodo aũt & insipientibus? In quo patientiæ gratiã & longanimitatis accepit. Summæ etenim patientiæ est ferre insipientium motus. Gratissime aũt addidit in consequentibus: Ita quod in me est promptus sum & uobis euange-
1Cor.9 lizare. Promptum se esse testatur, quod & alibi dicit: Si uolens hoc ago, mercedem habeo. Promptus enim quis est prudentibus loqui. De insipientibus uerò sciendum est illud, quod dicit: Si aũt inuito dispensatio ista credita est mihi, & uæ mihi est si non euangelizauero. Non enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est in salutẽ omni credenti.] Multa quidem probra aduersus euãgelium in initio prędicationis exorta sunt: sed Paulus patiẽtiã didicerat à prophetis dicẽtibus: Nolite uinci opprobrijs eorũ, neq; cedatis persecutionibus eorum: & sciebat quia euangelium prędicaret non in suasorijs humanæ sapientiæ uerbis, sed in uirtute spiritus. Definiens ergo quid sit euangelium pronunciat. Virtus enim (inquit) dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Quod dixit: Virtus est dei in salutem, uidet ostendere quia sit aliqua uirtus dei
Psal.146 quę non sit ad salutem, sed ad perditionẽ. Scit quippe & in propheta scriptũ esse: Et erit
Psal.54 hæc uirtus mea magna. Et iterũ in psalmis dicitur: In uirtute tua disperde illos. Et ideo hic

hic dicit: Virtus Dei in salutem. Videndum est ergo ne forte propter istas uirtutum dei differentias dextra & sinistra in Deo appelletur, ut uirtus in salutem dextra eius, & uirtus in qua disperdit, sinistra dicatur. Sed & illud aduertendum est, ne forte quia Christus uirtus Dei dicatur, & Euangelium uirtus dei, Christus sicut & alia multa, ita etiam Euangelium intelligi debeat, & forte quod æternum dicitur Euangelium de ipso dici sentiendum sit. Omni (inquit) credenti, Iudæo primum & Græco. Græci enim duabus appellationibus omne hominum censuerant genus, id est uel Græcum dicentes esse uniuersumquenque, uel Barbarum: & distinctio eorum talis fuerat, ut omnis qui Græcus non esset, Barbarus haberetur. Sed multo uerius distinctione utitur Paulus, Iudęos primum dicens, & postmodum Græcos, postremũ uerò Barbaros. Cum enim Græci, quia ipsi legibus utebantur, omnes reliquos tanquam sine legibus uiuentes, Barbaros appellauerint, merito Iudæi etiam ipsis Græcis ab Apostolo præferuntur, quia & ante ipsos legibus uiuere cœperunt, & leges eorum à deo & non ab hominibus promulgatę sunt. Iustitia enim dei in Euangelio reuelatur ex fide in fidem. Iustitia enim dei in Euangelio reuelatur per id quod à salute nullus excipitur, siue Iudæus, siue Græcus, siue Barbarus ueniat. Omnibus enim æque Saluator dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus autem ex fide uiuit.] Iam superius diximus, quia & prior populus in fide erat, quia crediderat deo & Moysi famulo eius, ex qua fide nunc ad fidẽ Euangelij transiit. Quod autem dicit ex testimonio Abacuc prophetæ, quia iustus ex fide in ea uiuit, siue is qui Abac.2
in lege est, ut etiam in Euangelijs credat, siue is qui in Euangelijs est, ut etiam legi credat & prophetis: alterum enim sine altero integritatem non habet uitæ. Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem dei in iniquitate detinent: quia quod notum est dei, manifestũ est in illis. Deus enim illis manifestauit.] De ira dei plenius à nobis in alijs locis dictum est: paucis tamen etiam in præsenti dicetur. Igitur ira Dei nunc reuelari dicitur non in parte aliqua, sed in omnem impietatem & iniquitatem, nec tamen in omnes homines, sed in illos solos qui ueritatem dei in iniquitate detinẽt, quibus etiam dicit manifestum esse id quod notum est Dei, ostendens esse aliquid dei quod notum sit, & aliquid eius quod ignotũ sit. Dicit ergo reuelari iram Dei his qui ueritatem in iniquitate detinent. Quæ reuelantur de obscuris & reconditis ad notitiam proferuntur. Quia ergo & hic non ignorantibus ueritatem, sed tenentibus eam, licet male tenentibus, ira dei de cœlo dicitur reuelari, uidetur quod ratione & sciẽtia iram dei manifestatam dicat esse his quibus ueritas nota est, licet eam in iniquitate detineant. Quod quidem, ut ex consequentibus declaratur, de sapientibus huius mundi, & eruditis, uel philosophis dici intelligitur: qui cum ueritatem dei & iustitiam cognouissent, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis conuersi ad idola, & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, quia cõmutauerunt gloriã incorruptibilis dei in similitudinẽ imaginis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium. In quibus etiam ostendit Apostolus, quod ea quidem quæ ad sapiẽtes seculi de ueritatis scientia peruenerũt, deo reuelante peruenerunt: sed dum aut uanæ gloriæ student, aut adulantur erroribus uetustis, aut metu principum refrenantur, damnationis suæ ipsi iudices fiunt. A quibus ueritas quam deo reuelante cognouerant, aut excluſa libertate contegitur, aut gestorum iniquitate denegatur. Ira ergo dei ira uidetur interdum uirtus ipsa quæ præest pœnarum ministris, & quæ supplicia infert peccatoribus dici: sicut significari existimo in eo quod refertur, quia ira dei commouerat Dauid ut iuberet Ioab numerare populum. Sed & ministri eius significantur ac socij, in eo quod dicitur: Immisit in eos iram furoris 2 Reg.23
sui, tribulationẽ & iram per angelos malos. Interdum etiam ipsius conscientiæ cum de Psal.178
linquimus ultores uindices stimuli iræ appellantur, sicut idem apostolus dicit: Recondis tibi iram ipse in die iræ. & alibi: Inter se inuicẽ cogitationibus accusantibus, aut etiam defendẽtibus, in die cũ iudicabit deus occulta hominũ. Sed & tribulationis, uel tentationis afflictio ira dei nominatur, sicut Iob dicit: Ira autẽ domini est in corpore meo. Iob 6
Cur aũt de cœlo nunc ira reuelari dicitur? fortassis ad distinctionẽ alterius iræ, quę non est de cœlo, ut est illud: Furor draconũ uinum eorum, & uenenũ aspidũ insanabile. Aut Deut.32

Universidad de Deusto
Biblioteca

forte quod ipſi aduerſum quos ſermo dirigitur, non in ignorantia, ſed in ſcientia ueritatis peccare dicuntur, ideo in eos pœna de cœlo dirigitur: inde enim pœnarum magiſter accipit poteſtatem. Vel certe quia ſpiritales nequitiæ aduerſum quas nobis certamen eſt, in cœleſtibus eſſe dicuntur, conſequenter in eos qui ab his ſuperantur, ira dei de cœlo dicitur iaculari: uelut ſi dicamus quia ignita in eos tela inde uibrantur, & uulnera qui in peccato currunt inde ſuſcipiunt: hi uerò qui totius ueritatis expertes ſunt, uel qui nihil habent commune cum cœlo & luce, iram uel uitiorum ſuorũ, paſſionum, uel dæmonum, quibus ſe ſponte ſubdiderunt, perferunt. In omnem impietatẽ hominũ, & iniquitatem, qui ueritatem dei in iniquitate detinent. Impietas in deum peccare eſt, iniquitas in homines. In deum ergo & homines peccant, qui ueritatẽ in iniquitate detinent. Quam ueritatem agnouiſſe credendi ſunt homines naturalibus, & à deo animæ inſitis rationibus. Quibus tamen id prudentiæ cõceſſum eſt, ut quod notum eſt dei, id eſt quod agnoſci de deo poteſt per coniecturam craturæ, ex his quæ uideri poſſunt inuiſibilia eius agnoſcerent. Hoc ex pacto iuſtum erit iudiciũ dei etiam erga eos qui ante aduentum Chriſti, cum potuerint deum agnoſcere, ab eius cultu declinantes ad imagines hominum adorandas & animalium diuerterunt. Vt enim breuiter & omi in unum collecta definitiõe dicamus, adorare alium quẽpiam præter patrẽ & filium & ſpiritum ſanctum, impietatis eſt crimẽ. Quia quod notũ eſt dei, manifeſtũ eſt in illis: Deus enim illis manifeſtauit. Iam ut & ſuperius diximus, quia notũ eſt dei hoc quod ex huius mundi conſequentijs uel rationibus aſſequi poſſunt, ſicut & ipſe Apoſtolus ex conſequentibus indicat, dicens inuiſibilia eius per ea quæ facta ſunt contemplari: ignotum autem dei intelligẽdum eſt ratio ſubſtantiæ eius, uel naturæ: cuiuſcũ ſit proprietas, puto quod non ſolum nos homines, ſed & omnem lateat creaturam: aut ſi aliquando tantus erit naturæ rationabilis profectus, ut in hanc quoq; poſſit peruenire notitiam, dei eſt noſ-
Matt.11 re. Tale enim aliquid mihi ſperandum uidetur ex his quæ à ſaluatore dicuntur: quia nemo nouit filium niſi pater, neq; patrem quis nouit niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Non enim adderet: Et cui uoluerit filius reuelare, niſi ſciret aliquos eſſe quibus reuelare uellet. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciũtur, & ſempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas, ita ut ſint inexcuſabiles: quia cum cognouiſſent deum, non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationib. ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum. Dicentes em ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt, & mutauerũt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinẽ imaginis hominis corruptibilis, & uolucrũ, & quadrupedũ, & ſerpentiũ.] Penè iã in ſuperioribus de his omnibus dictũ eſt. Diximus enim hæc quamuis ad omnes homines quibus ineſt ratio naturalis, maxime tamen ſpectare ad ſapientes huius mundi, & eos qui philoſophi nominanẽ, quibus præcipue creaturas mundi, & omia quæ in eo facta ſunt, diſcutere diſciplina eſt, & per hæc quæ uidentur, ea quæ non uidentur ratione colligere. Sciendum tamen eſt quod hic inuiſibilia quæ nominat, de creaturis dicit: de quibus
Col.1 & in alio loco idem Apoſtolus dicit: quia omnia per ipſum, id eſt per Ieſum Chriſtũ facta ſunt, ſiue quæ in cœlo, ſiue quæ in terra, uiſibilia & inuiſibilia. Et ideo præter ea quę inuiſibilia dixit, addit, Et ſempiterna eius uirtus ac diuinitas. Virtus ergo dei quæ ſempiterna eſt, ac diuinitas quę nihilominus ſempiterna eſt, ex coniecturis agnoſcitur creaturæ. Virtus eſt qua regit omnia, diuinitas qua replet uniuerſa. Ex hoc ergo inexcuſabiles fiunt: quia cum manifeſtante deo cognouerunt deum, non ut dignum eſt coluerunt deum, aut gratias egerũt, ſed per cogitationũ ſuarum uanitatẽ dum formas & imagines requirunt in deo, in ſemetipſis imaginem dei perdiderunt, & qui iactare ſe in luce ſapientiæ uidebantur, in profundas ſtultitiæ tenebras deuoluti ſunt. Quid enim tam tetrum, tam obſcurũ, tamq; tenebroſum, q̃ gloriam dei ad corporalẽ & incorruptibilem humanæ formæ effigiẽ uertere, ut moris eſt ijs qui ſimulachra ueneranẽ, & diuinę maieſtatis eminentiã uolucribus, & quadrupedibus, & ſerpentibus exæquare? Propter quod tradidit illos deus in deſideria cordis eorum, in immunditiã, ut contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis, quia cõmutauerunt ueritatẽ dei in mendaciũ, & coluerunt & ſeruierũt creaturæ potius q̃ creatori, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.] Quæ ſingula quãuis iuxta eccleſiæ fidẽ conſequenter explanari uideantur, quod præcedenti

bus cauſis culparum iure & merito deſerantur à deo hi qui ueritatẽ quam deo reuelante cognoſcunt in iniquitate detentant, & per hoc quod deſerũtur, traduntur in deſideriis cordis ſui: quorum deſideria cordis hæc erant, ut immunditia & contumelijs afficerent corpora ſua in ſemetipſis: & quali iudicio erga diuinitatis uſi ſunt rationem, dum dei incorruptibilis gloriam ad fœdas & indignas deducunt hominum uel animalium formas, tali etiã erga ſemetipſos utantur uice, ut rationabiles homines uiuant more irrationabilium beluarũ: Requiramus tamen ab his qui deum bonum negãt etiã iuſtum eſſe iudicem, quid reſpondeãt de his quæ dicit Apoſtolus, quod tradidit eos deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora ſua. Videbitur enim in hoc non ſolum ipſorum ratio, quæ penitus excluditur, ſed & noſtra reſponſio coarctari. Quomodo enim iuſtum erit eum qui traditur, quãuis pro peccatis tradatur, tamen ad concupiſcentias tradi, & ad hoc tradi, ut immunditijs & cõcupiſcentijs afficiat corpus ſuũ: ſicut enim huic qui (uerbi cauſa) tenebris traditur ad pœnam, imputari non poteſt quod in obſcuro ſit, & qui igni traditur culpari pro hoc ipſo non poteſt cruciatur: ita his qui deſideriis & immũditijs traduntur ut cõtumelijs afficiãt corpora ſua, non digne uidebitur imputari, ſi in deſideriis & immunditijs poſiti, corpora ſua contumelijs maculent. Marcion ergo, & omnes qui de ſchola eius uelut ſerpẽtium germina pullularunt, horũ abſolutiones ne extremo quidem digito attingere audebunt: quippe qui propter huiuſcemodi quæſtiones uetus inſtrumẽtum ſicubi forte in eo tale aliquid legerant, abiecerunt. Sed quid eis profuit cum ſimilibus nihilominus noui inſtrumenti quæſtionibus præferantur? Nos tamen qui unũ bonũ deum & iuſtum legis & prophetarum & euãgeliorum patrẽ Chriſti fatemur, eiſdem explanationibus & in nouo & in ueteri utimur teſtamento, inuocãtes eum qui poſuit in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali, ut ipſe nobis per ſpiritum ſanctum ſuũ offenſionem & ſcandalum lectionis apoſtolicæ, per quẽ dubiæ mentes offendi uidentur, aperiat. Frequenter in ſcripturis inuenimus, & à nobis ſæpe diſſertũ eſt, quod homo ſpiritus & corpus & anima eſſe dicatur: uerũ cum dicitur, quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, ſpiritus autẽ aduerſus Gal.5
carnẽ, media proculdubio ponitur anima quæ uel deſideriis ſpiritus acquieſcat, uel ad carnis concupiſcentias inclinetur. Et ſi quidẽ ſe iunxerit carni, unũ cum ea corpus in libidine & concupiſcentijs eius efficitur: ſi uerò ſe ſociauerit ſpiritui, unus cũ ea ſpiritus erit. Idcirco deniq; de his quorũ ſe animæ ex integro cum carne iunxerant, dicit dominus in ſcripturis: Iam non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quia caro ſunt: Gen.6
De his aũt quorum anima fuerat ſpiritui ſociata, Apoſtolus dicit: Vos autẽ non eſtis in Rom.8
carne, ſed in ſpiritu. Sunt præterea (ſicut in multis ſcripturæ locis inuenimus) etiam utriuſq; partis uel utriuſq; uiæ fautores quidã & adiutores angeli. Nã carnis cõcupiſcentiæ aduerſus ſpiritum fauet diabolus & angeli eius, & omnes ſpiritales nequitiæ in cœleſtibus cunctiſq; aduerſus quos hominibus luctamen eſt, principatus & poteſtates, & mundi huius rectores tenebrarũ. E contrario uerò ſpiritui aduerſus carnẽ decertãti, animæq; humanã quæ media eſt ad ſe reuocare conanti, fauent angeli hominũ omnes illi, de quibus ait dominus: Quia angeli eorũ ſemper uidẽt faciẽ patris mei qui in cœlis eſt: Matt.18
& de quibus apoſtolus ad Hebræos ait: Nonne omnes ſunt miniſtri ſpiritus ad miniſterũ miſſi propter eos qui hæreditatẽ capiunt ſalutis? Fauet & ipſe dominus, qui etiã Heb.1
animã ſuã ponit pro ouibus ſuis. Sed utraq; parte fauoris diſciplina ſeruatur. Non em ui res agitur, neq; neceſſitate in alterã partẽ anima declinatur: alioquin nec culpa eius, nec uirtus poſſet aſſcribi, nec boni electio præmiũ, nec declinatio mali ſuppliciũ mereretur: ſed ſeruatur ei in omnibus libertas arbitrij, ut in quodcũq; uoluerit ipſa declinet, ſicut ſcriptum eſt: Ecce poſui ante faciem tuã uitam & mortem, & ignem & aquã. Vi- Deut.30
ta ergo Chriſtus eſt, & mors nouiſſimus inimicus, qui eſt diabolus. Habet ergo in arbitrio ſuo anima ſi uelit eligere uitam Chriſtum, aut in mortem ad diabolum declinare. Quod ſi agnoſcens anima deum Chriſtum uitam ſuam amplexata non fuerit, nec ſicut deum magnificauerit, aut gratias egerit, ſed euanuerit in cogitationibus ſuis, & mutauerit gloriã incorruptibilis dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibiils hominis, & uolucrum, & quadrupedum et ſerpẽtium, & his omnibus declinauerit ad carnẽ, atq; eos qui carnis deſideriis fauent: derelinquet ſine dubio & deſeretur ab eis qui eã fauore ſuo ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritui iungeretur animabant: & concedent eam, uel tradent desiderijs cordis sui, qui bus carni sociatur & adhæret. Neq; enim obsistentẽ eam ac reluctantem, ad ea quæ re fugit ac respuit reuocabunt. Cuius rei imaginem si adhuc uidetur obscura, tali quadam specie manifestiorem planioremq; reddemus. Ponamus esse aliquod domiciliũ, in quo cum corpore & spiritu uelut cum duobus consiliarijs habitet anima: pro foribus uerò huius domicilij astare pietatem, omnesq; cum ea uirtutes: ex alia uerò parte impietatẽ, omnesq; luxurijarum ac libidinum formas expectare animę nutũ, quem ex duobus pro foribus obseruantibus introduci ad se desideret, quem repelli: Nonne si spiritui obtem perans, & meliori usa consiliario pietatis & pudicitiæ ad se reuocauerit chorũ, ille alius spiritus repudiatus discedet? Si uerò carnis usa cõsiliarijs impietatis ad se & libidinis in troduxerit turmam, omnis illa sanctitatis & pietatis corona cui malorum anima conci lium præposuit, ista cum indignatione recedet, & membrum Christi, & templum spiri tus sancti relinquens, eam in desiderijs cordis sui permittet: ut ignominia & contume lijs afficiat corpus suum in semetipsa, quæ commutauit ueritatem dei in mẽdacium, & introducens ad se impietatis & infidelitatis principem, colit & seruit creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Quibus sanè ex causis anima humana tanti discriminis tam ancipitem subeat statum, non est præsentis loci discutere. Eorum ergo est contumelijs afficere corpora sua, qui deseruiunt simulacris: & eorũ colere creaturã, qui dereliquerint creatorem. Nos autem qui nullam creaturam sed patrem & filium & spiritum sanctum colimus & adoramus, sicut non erramus in cultu, ita nec in actibus quidem & in conuersatione peccemus, neque imitemur eos qui contumelijs afficiunt
1 Cor. 6 corpora sua in semetipsis: sed aspicientes quod dicit apostolus: An nescitis, quia corpo ra uestra membra sunt Christi? & iterũ: Quia corpus uestrum templum est spiritus san cti: ut membra Christi & templum spiritus sancti corpora nostra in omni sanctitate & puritate seruemus, quo nõ solum angelorum digna ingressibus fiant, uerum etiam in habitatione spiritus sancti, & mansione patris & filij, qui dicit de eo qui in mandatis su
Ioan. 14 is permanet: Ego & pater ueniemus, & mansionẽ apud eos faciemus. Propterea tra didit illos deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorũ immutauerunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi relicto naturali usu fœminæ ex arserunt in desiderijs suis inuicem masculi in masculos turpitudinẽ ope rantes, & mercedem quã oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non pro bauerunt deũ habere in notitia, tradidit illos deus in reprobũ sensum, ut faciant ea quæ non conueniũt, repleti omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, deo odibi les, contumelioso s, superbos, elatos, inuentores malorũ, parẽtibus non obedientes, in sipientes, incõpositos, sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerũt quoniã qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui faciunt illa, sed etiam qui consentiunt facientibus. Propterea inexcusabilis es ô ho mo omnis qui iudicas: in quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas.] Ter inuenimus ab apostolo positum: Tradidit illos deus: & primæ quidem traditionis causas dedit, quia cũ cognouissent deum, non sicut deum magnifi cauerunt, aut gratias egerunt, usq; Et serpentium. Propterea, inquit, tradidit illos deus, usq; Corpora sua. Secundæ traditionis causam uidetur præmittere cũ dicit, quia cõmu tauerunt ueritatem dei in mendaciũ, usq; Creatori. Propter hoc (ait) tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Quę tamen secunda traditio, grauioribus flagitijs uidetur ob noxia. Etenim fœminæ eorũ, inquit, immutauerunt, usq; Quæ est contra naturã. Simili ter & masculi. Tertiæ quoq; traditionis causas uidetur dare cum dicit: Et sicut non pro bauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non cõueniũt, repleti omni iniquitate, malitia, cæterisq; sceleribus quæ cõsequen ter enumerat. Verũ distinctiones istę causarum non mihi uidentur satis congruere ad ea quę singulis quibusq; obiecta sunt crimina. Quomodo enim turpioribus flagitijs tradi tur is qui creaturæ seruit, magis quàm ille qui gloriam incorruptibilis dei in similitudi nem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrũ, & quadrupedum, & serpentium mu tauit? Aut quomodo supra utrunq; horum, uel examini cuidam traduntur malorum hi qui

hi qui non probauerunt deum habere in notitia? Vnde magis mihi uidentur omnes hę causæ quæ traditionibus singulis præferuntur, in unũ coaceruandæ, & rursum traditio nis species in unum: ut (uerbi causa) dicamus ita. Quoniã quidem homines mutauerũt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis hominum & uolucrum & qua drupedum & serpentium. & quia commutauerunt ueritatem dei in mendacium, & co luerunt, & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, nec probauerũt deum habere in notitia: propter hæc omnia tradidit illos deus in desideria cordis eorum, & in immun ditiam ut contumelijs afficiant corpora sua, & tradidit eos in passiones ignominiæ, ut fœminæ eorum immutarent naturalem usum in eum qui contra naturam est, similiter autem & masculi. Sed & tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conueniũt: quia erant repleti omni iniquitate, malitia, nequitia & auaritia, plenicq; erãt inuidia, homicidijs, contentione, dolo, & cæteris quæ scripta sunt malis: quicq; cum co gnouissent iustitiã dei hanc esse, ut qui talia agunt digni sint morte, nõ solum qui faciũt illa, sed & qui consentiunt facientibus. Et ideo pro his omnibus malis inexcusabiles e runt, dum alios in his quæ ipsi agunt sceleribus & iudicant & condemnant. De se enim pronunciat quis, cum de his quæ ipse committit, alium punit. Arbitror autem sufficere ea quę de traditionis specie supra dicta sunt, quomodo dicatur eos, quorũ actus & animum à se declinantem, & indulgentem uitijs, abhorrescit & deserit, & ea dem repetere superfluum puto. Duo sunt sanè quæ in hoc loco indicari reor, quorũ al terum designari uidetur ex altero. Certum nanq; est, quod si quẽ tradiderit deus uel in desideria cordis sui, uel in passiones ignominiæ, uel in reprobum sensum, cõtinuo tan quam in terra pessima & reproba, omnis illa in eo qui traditur seges criminum surgat: & rursum si quis cognouerit deũ, & non sicut deum magnificet, aut gratias agat, sed sit talis qualem per singula apostolicus sermo describit, dubium nõ est huiuscemodi ani mam derelictam esse à deo, & traditam. Neq; enim possibile est cum his malis habitacu lum esse deo, aut hæc mala inde procedere ubi habitat deus. Verum quia in his tribus uniuersas impietatis species enumerasse uidetur apostolus, uel eorũ qui idola colũt, uel eorum qui creaturæ deseruiunt potius quàm creatori, sed & eorũ qui non probauerũt deum habere in notitia: in quorum primo titulo promiscui pagani, in alio sapientes eo rum & philosophi designantur: puto quod in hoc tertio indicẽtur hæretici, uel creato rem deũ negantes, uel diuersas blasphemias in excelsum loquẽtes. Igitur singuli quiq; horum quos supra diximus in cultu diuinitatis errare, talibus malorũ titulis designan tur. Nos qui uidemur in ecclesia fidẽ rectã tenere, consideremus nosmetipsos, & omni circumspectione pensemus, ne forte solo ab his ueri cultus nomine separati, rebus eis atq; actibus sociemur. Certum est enim, quia (uerbi causa) repletus iniquitate, malitia, nequitia, auaritia, non probatur deum habere in notitia, & est de numero eorum quos tradidit deus in reprobum sensum. Et iterum quorum fœminę uel masculi relicto natu rali usu accenduntur in eum usum qui contra naturam est, certum est, quia ex illorũ nu mero sunt qui seruiunt creaturæ potius quàm creatori: & quos tradidit deus in passio nes ignominiæ, sed & si qui immunditia & contumelijs afficiãt corpora sua, ex illis qui commutauerunt gloriam incorruptibilis dei: nisi quia grauiore sacrilegio is qui iam fi delis est, Christi templum, q; profanus adhuc templum cõtaminat idolorum. Nõ est sa ne prætereundum, ne istum quidem apostolicum sermonem in quo dicitur: Quoniam commutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinẽ imaginis hominis, non so lum eos qui idola colunt arguere: sed inter Anthropomorphitas intelligẽdi sunt com putati, qui in ecclesia positi imaginem corpoream hominis, dei esse imaginem dicunt, ignorantes illud quod in Genesi scriptum est, ad imaginem dei factum esse hominem: Gen. 1
de quo homine sentiendum sit & ab Apostolo interpretari cum dicit: Deponẽtes uete Col. 3
rem hominẽ cum actibus suis, & induentes nouum hominẽ qui secundum deũ creatus est. Audis quia nouũ hominem dicit secundum deum creatũ. Hunc autẽ eundem no uum hominẽ, alibi interiorem uocat hominẽ. Corruptibilem uerò hunc, cuius hic ima ginem respuit, exteriorẽ nominat cum dicit: Nam etsi is qui foris est homo noster cor- 2 Cor. 4
rumpatur, sed is qui intus est renouatur. Et ut planius adhuc eius sententiam sciant isti qui de imagine dei errãt, audiant quem dicat esse apostolus hominem, qui ad imaginẽ dei

creatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

creatus est,cũ ad Colossenses hoc modo scribit:Nolite mentiri, inquit,spoliãtes uos ue- Col.3
terem hominẽ cum actibus suis,& induẽtes nouum,qui renouatur in agnitione secun-
dum imaginem eius qui creauit eum. Ex quibus euidenter ostendit, quod interior ho-
mo qui per agnitionẽ renouatur,ipse ad imaginẽ dei creatus est. Qui aũt exteriorẽ ho-
minẽ,id est corporeum & corruptibilem ad imaginem dei esse dicũt,cum his apostolo
sociantur qui cõmutauerunt gloriã dei in similitudinem imaginis corruptibilis homi-
nis.Verũ oportuit ne hæc quidem in explanatione apostolici sermonis omitti, ut & in
hoc capitulo apostoli sicut & in cæteris plurimis Anthropomorphitæ,id est qui corpo
rei hominis imaginem, dei esse imaginem dicunt,conuictos se, & confutatos esse co-
gnoscerent.Sed nos iam in his continentiam primi uoluminis concludamus.

LIBER II CAP. II

CIMVS autem quoniã iudicium dei est secundum ueritatem in eos qui ta-
S lia agunt.] Iudicium quidem dei secundum ueritatem,non solum in eos qui
hæc agunt quæ superius enumerata sunt, uerum in omnes quicunq; modo
boni quiddam maliúe gesserũt,expectandum est & credendum.Sed illud quid est, qđ
in hoc loco uidetur ostendi,quia solius dei sit secundum ueritatem iudicium:Sunt em
quædam quæ committuntur opere quidem malo,animo autem nõ malo:ut si quis,ue-
bi causa,homicidium non uoluntate commiserit.Et alia fiunt opere quidem bono, sed
animo non bono:ut si quis misericordiam non pro mandato dei in bono, sed ut laude-
tur ab hominibus faciat.Alia uerò sunt in quibus siue in bono siue in malo animus cum
corpore concordat.Et quia corda hominum noscere solius dei est,& mentis secreta di-
gnoscere,idcirco ipse solus est qui secundum ueritatem potest habere iudiciũ.Sed req-
ritur,si ergo eis quorum remissæ sunt iniquitates per baptismi gratiam, uel quorum te-
cta sunt per pœnitentiam peccata,uel quibus imputandum non est peccatum per mar
tyrij gloriã,uideatur secundum ueritatem deus seruare iudicium: Veritas quippe iudi-
cij hoc postulat,ut malus mala,& bonus recipiat bona:& quamuis dona & largitio dei
nequaquã curiositatem discutientis admittant,tamẽ etiam in hoc quanta sit iudicij eius
ueritas ostendamus.Communis professio est bonũ nõ debere puniri,nec malum con-
sequi bona.Si quis ergo sit,uerbi gratia, qui egerit aliquando mala, certum est quia ma
lus erat tunc cum agebat mala.Is uerò si præteritorũ pœnitens mentẽ suam corrigat ad
bona,& agat bene,loquatur bene,beneq; cogitet,bene uelit, qui hæc agit,nõ tibi uide
tur bonus,& merito recipere bona? Similiter & si ex bono quis cõuertatur ad malum,
nõ iam bonus quod fuit,& nõ est, sed malus iudicabitur quod est.Actus enim siue bo-
ni siue mali prætereunt,sed secundum sui qualitatem agentis mentẽ imaginãtur & for-
mant,eamq; uel bonã relinquunt uel malam, seu pœnæ, seu prẽmijs destinandam.Erit
ergo iniquum uel bonã mentem pro malis gestis puniri,uel malã pro bonis actibus mu
nerari.Verũ ut adhuc planius fiat quod dicimus,addamus etiã hæc:Ponamus esse ani-
mam in qua habitet impietas, iniustitia, stultitia, luxuria, & multitudo omnis malorũ,
quibus scilicet ministrã se famulãq; subdiderit.Quod si in semetipsam regressa hæcani-
ma, pietati rursus & uirtutibus mẽtis suæ ianuã pandat, nónne ingressa pietas impietã-
tem cõtinuo depellet:similiter & iustitia iniustitiã trudet,& sapiẽtia stultitiã,& sobrie-
tas luxuriã fugabit:atq; ita depulsis habitatoribus barbaris ex semetipsa, ciuile & legiti
mum uirtutibus prębebit hospitium? Quomodo ergo iam plenã uirtutibus animam iu
stum erit de his arguere quæ gesserit cum nondum esset amica uirtutũ, & de impietate
piam,de iniustitia iustam, de luxuria sobriã condemnare? Hoc ergo modo in his quo- Psal.32
rum etiã remissæ sunt iniquitates,& quorum tecta sunt peccata, credendus est deus se-
cundum ueritatem seruare iudiciũ. Existimas autem hoc ô homo omnis qui iudicas
eos qui talia agunt,& facis illa,quia tu effugies iudicium dei?] Si omnia quæ lex loqui
tur his qui in lege sunt loquitur:& quę euangeliũ,uel nũc apostolus loquitur, non prin
cipibus seculi,nec regibus mũdi,sed ecclesiarũ rectoribus & principibus loquitur, his
uidelicet qui iudicãt, eos qui intus sunt,id est episcopis, uel presbyteris & diaconibus:
his ergo dicit ne existimẽt se effugere iudicium dei, si ea cõmittant ipsi de quibus alios
iudicãt & condemnãt. Et ideo oportet unumquemq; de sua prius conscientia iudicare,
& tunc

& tunc eius quem iudicat gesta discutere, quod si fieret, omnis penitus adeundi hono-
ris ecclesiastici abscinderetur ambitio, si se iudicandos potius q̃ iudicaturos hi qui præ
esse uolunt populis,cogitarent.Nemo ergo existimet quod possit effugere iudiciũ dei,
sicut & propheta dicit: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Et quia hæc ad Psal.138
eos maxime dicuntur qui præsunt iudicijs populorũ,idcirco & alibi dicit, quod de do-
mo domini incipiet iudiciũ: & itẽ alibi dominus dicit: In his qui approximãt mihi san-
ctificabor: Sicut in Nadab & Abiuth gestum est, cum alienũ ignem,id est non sacrum
diuinis altaribus obtulerunt: Incipit ergo iudiciũ à filijs prius. Flagellat em deus omnẽ
quem in numerum recipit filiorum. Verum ut ego existimo,nec si posset quis, deberet
uelle effugere iudicium dei. Nõ uenire enim ad iudicium dei, hoc est ad emendationẽ,
uel sanitatem,& remedium non peruenire. Aut diuitias bonitatis eius & patientię &
longanimitatis contemnis? Ignorus quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te addu
cit?] Diuitias bonitatis dei ille agnoscere potest qui considerat quanta in terris mala
quotidie homines gerant,& quomodo pene omnes declinantes et simul inutiles facti,
latam & spatiosam perditionis ambulant uiam,angusto uitæ itinere neglecto,& his o-
mnibus deum producentem solem suum quotidie,& pluuias ministrantẽ:si quis consi
deret quãti in deũ quotidie blasphemant,& in cœlum extẽdunt linguas suas. Iam quid
de fraudibus,de uitijs,de scelere,de sacrilegijs,& piaculis dicã? Quibus tamen oĩbus
in hoc loco illi uidentur in scelere præferri, qui alios iudicantes ipsi committũt quæ in
cæteris puniunt.Si quis ergo hanc bonitatem dei & sustentationem eius et patientiam
contemnit,ignorat quod per hæc ad pœnitentiã prouocatur.Sustentatio uerò à patien
tia hoc uidetur differre,quod qui infirmitate magis quàm proposito delinquũt,susten-
tari dicuntur:qui uerò pertinaci mente uelut exultant in delictis suis,ferri patienter di-
cendi sunt. Sed sicut omnia in mensura fecit deus, & pondere & numero, ita etiam pa-
tientiæ eius certa mensura est: quam mensuram credendum est esse cõsumptam uel ab
his qui diluuio periere, uel ab his qui in Sodomis cœlesti igne uastati sunt. Vnde & de
Amorrhęis dicitur:Nondum enim repleta sunt peccata Amorrhęorum usq; nunc.Fert Gen.15
ergo deus patienter,& expectat uniuscuiusq; pœnitentiam.Sed non nos dissoluat hoc
& tardos ad conuersionem faciat,quia rursus patientiæ eius & sustentationis certa mẽ-
sura est. Secundum duritiam autem tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in
die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuiq; secundum opera eius.] Cor
durum in scripturis dici uidetur, cum mens humana uelut cæra frigore iniquitatis ob-
stricta signaculum imaginis diuinæ non recipit. Hoc idem alibi cor crassum appellat,
sicut cum dicit:Incrassatum est cor populi huius: Cõtrarium uerò est duro molle,quod Deut.32
in scripturis cor carneum nominatur, & subtile, uel tenue: quod apostolus spiritalem
hominẽ uocat,eum qui examinat omnia.Igitur cum scit quæ bona sunt, & non agit bo
na,per duritiã cordis contemptũ omnium bonorum habere credendus est. Crassitudo
uerò cordis est, ubi subtilis & spiritalis intelligentiæ non recipitur sensus: & ita cor im-
pœnitens effectum thesaurizat sibijpsi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei,
dum opus bonum non agitur per duritiã, intellectus uerò bonus per crassitudinẽ cor-
dis excluditur. De ira autem dei & superius quantum res pati potuit, & in alijs locis sæ
pe dissertũ est.Quod uerò dicit, Thesaurizas tibijpsi iram in die iræ,cõsiderandum est.
Thesaurus appellatur quo diuersi generis opes & diuitiæ congregantur.Huius in scri- Matt.6
pturis significantiam triplicẽ legimus.Dicitur enim in euãgelio,thesaurus esse quidam
in terris, in quo prohibet dominus thesaurizari: et alius thesaurus in cœlo,in quo iubet
fideles quoscq; opes suas recondere: & hic nunc apostolus dicit iræ thesauros. Omnes
ergo homines per hæc quæ agunt in hoc mundo,in uno aliquo existis tribus congre-
gant thesauros.Aut enim infidelis est quis & iniquus, & per duritiam cordis & cor im
pœnitens in thesauro iræ actus suos recõdit.Aut terrenus est,& de terra sapit,ac de ter-
ra loquitur, & cum ei attulerit ager fructus uberes,destruit horrea sua,& maiora ædifi
cat et thesaurizat in terra.Et ille quidem durus, hic aũt stultus appellatur. Dicitur enim
ad eum: Stulte hac nocte repetent abs te animam tuam, & ea quæ parasti,cuius erunt? Luc.12
Aut sapiens est in deum diues,et in terris ambulans conuersationẽ habet in cœlis,atq;
omnia quæ agit digna sunt regno cœlorum. Iste talis diuitiarum suarum thesauros con
dit in

dit in cœlis. Ita ergo uniuſcuiuſq; theſauri poſſeſſor & cõditor poteſt alius quidem carnalis, alius uerò animalis homo, alius autem ſpiritalis appellari. Nunc autem uideamus qui eſt dies irę, quẽ hic apoſtolus nominat, qui tamen facilius dignoſcitur, ſi de eo quid etiã reliquæ ſcripturæ indicent requiramus. Quæ ergo ad præſens exempla occurrere poterũt, aptabimus, & ex his qui ſit dies iræ monſtrabitur. Scriptum eſt enim in Amos
Amos.5 propheta: Væ his qui deſiderant diẽ domini. Vt quid uobis dies domini? & hæc eſt tenebræ, & non lux, Quemadmodũ ſi effugiat homo à facie leonis, & occurrat ei urſus, & intret in domũ ſuam, & extendat manus ſuas ad parietem, & mordeat eum ſerpens. Nónne tenebræ, & nõ lux ſunt dies domini, & caligo quæ non reſplẽdet? Sed & Iohel dicit ad ſacerdotes, & eos qui altari deſeruiũt. Clamate ad dominũ ſine ceſſatione: Heu me heu me in diẽ, quia prope eſt dies domini, & ſicut miſeria ex miſeria ueniet, & poſt pauca. Tuba canite in Sion, prædicate in mõte ſancto meo, & confundant̃ omnes qui habitãt ſuper terrã, quia adeſt dies domini, quia prope eſt dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & nebulæ. Sicut matutinũ effundetur ſuper montes populus multus & fortis. Similis ei non fuit à ſeculo, & poſt ipſum non erit uſq; in annos ſeculi ſeculorũ. Ante ipſum ignis conſumens, & poſt ipſum flamma accenſa. Sicut paradiſus delitiarum erit terra ante faciẽ eius, & poſt tergum eius caput exterminij, & nullus eſt qui euadat eum. Sicut aſpectus equorũ facies eorum, & ſicut equites ita ſequentur. Sicut uox currruum ſuper uertices montiũ inſilient. Sed & omnia in conſequentibus de eadẽ ſcribit uſq; ad eum locum ubi dicit: Et dominus dabit uocẽ ſuam ante faciem uirtutis ſuę, quia ingens eſt ualde multitudo caſtrorũ eius, et ualida opera uerborum eius. Propter quod magna eſt dies domini, magna & nobilis ualde, & quis erit idoneus ei? Sophonias uerò ita dicit: Reuertimini à facie domini dei, quoniã prope eſt dies domini, & præparauit dominus uictimã ſuam, ſanctificauit uocatos ſuos. Et poſt pauca: Prope eſt dies domini magna, ꝓpe eſt, & uelox nimis. Vox diei domini amara, & dura poſita eſt & ualida. Dies iræ, dies illa, dies anguſtię & neceſſitatis, dies acerbitatis & perditiõis, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & nebulæ, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper muros excelſos. Et afficiã homines, & ambulabunt ſicut cæci, quoniã domino peccauerunt, & effundam ſanguinẽ eorum ſicut puluerẽ, et carnes eorũ ſicut ſtercora. Aurum eorum & argentũ eorum nõ poterit liberare eos in die iræ domini. In igne æmulationis conſumetur omnis terra, quoniã conſummationem & feſtinationẽ faciet ſuper
Eſa.13 omnes qui habitant terram. Eſaias quoq; ſimiliter memorat: Ecce enim dies domini uenit inſanabilis furoris & iræ, ponere orbẽ terræ deſertũ, & peccatores perdere ex eo. Et poſt pauca: Cœlum enim furore accendet̃, & terra mouebit̃ à fundamentis ſuis propter furorẽ iræ domini Sabbaoth in die qua ſuperuenerit furor eius. His tot & talibus de die iræ teſtimoniis cõgregatis, puto quod ultra locus hic expoſitione nõ egeat. Euidenter em̃ in his omnib. dies iræ & uindictæ, dies iudicij deſignat̃. Inde denicq; ad diem iræ addit apoſtolus: Et reuelationis. Sic enim dicit: In die irę & reuelationis iuſti iudicij
Matt.10 dei. Reuelanda nancq; eſſe omnia, etiã in euangelio deſignat̃ cum dicitur: Nihil occultum quod non manifeſtetur, nec opertũ quod non reueletur. Sed & apoſtolus in conſequentibus huius epiſtolę dicit: Cogitationibus accuſantibus aut etiã defendentibus in die cum iudicabit deus occulta hominũ. In quo utiq; oſtendit occulta hominũ reuelan
1 Cor.4 da non niſi in die qua iudicaturus eſt deus, ſicut ad Corinthios euidentius dicit: Nolite ante tẽpus iudicare uſquequo ueniat dominus, qui illuminabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordiũ. Quæ utiq; omnia de hac eadem die dici intelligunt̃, in qua tenebrę & mœror, & triſtitia futura dicitur, propter eos qui multis peccatorum uulneri
Eſa.26 bus confoſſi ignis remediis indigebũt. Quo in tẽpore dicetur ad ſanctos: Perge populus meus, intra in prõptuaria tua, claude oſtium tuũ, occultare pauliſper, donec tranſeat furor iræ meæ. In quibus ſermonibus quantæ diuitiæ bonitatis dei occultent̃ propter eos qui patientiã eius bonitat̃q; contemnũt, manifeſtare nõ opus eſt. Requiritur ſane à quibuſdã, cur dies hic de quo ſuperius bibliothecas propheticas mouimus, in fine mundi ſtatutus ſit, ut omnes qui ab initio ſeculi uſq; ad finẽ ipſius defuncti ſunt, ad hũc ultimum diem iudicandi reſeruent̃. Cuius rei interiores cauſas certũ eſt ſecretioribus myſteriis contegi: Myſteriũ uerò regis abſcondere bonum eſt. Tamen explanationis gratia diſce

tia dicemus in quantũ poſſibile eſt paginis uerba cõmittere. Multi ſunt qui ex hac uita abeuntes uel bonorũ, uel malorum poſt ſe quædã ſemina reliquerunt, ex quibus qui ſuperſunt homines occaſiones uel ſalutis uel perditionis accipiũt: Verbi gratia dixerim, ut ſunt omnes qui prauas ſectas & alienas à deo inter philoſophos cõdiderunt, uel qui magica ſacrilegia, aut qui errores aſtrorũ, & decreta finxerũt: certe qui apud nos auctores hęreticorũ & prauorũ dogmatũ libris ꝯditis extitere, uel etiã qui ſchiſmata in eccleſiis, ſcãdala, ac diſſenſiões operati ſunt: ecõtrario apoſtolicarũ literarũ opus profectuſq; per has uniuerſæ eccleſię, & conuerſio ad deum, atq; emendatio totius mundi: quorum omniũ cauſæ nõ niſi cũ ipſius mundi fine claudentur: & ideo nõ eſſet iuſtum iudicium dei, donec de his ſingulis uel profectus, uel impedimẽta penderẽt. Quod & apoſtolus ſignificare uidetur cum dicit: Quorundam hominũ peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudicium, quorundam aũt & ſubſequũtur. Iam uerò ſi etiã extra corpus poſiti uel ſancti, qui cum Chriſto ſunt, agunt aliquid, & laborant pro nobis ad ſimilitudinẽ angelorum, qui ſalutis noſtrę miniſteria procurant: uel rurſum, peccatores etiã ipſi extra corpus poſiti agunt aliquid ſecundum propoſitũ mentis ſuæ, angelorũ nihilominus ad ſimilitudinẽ ſiniſtrorũ, cum quibus & in æternũ ignem mittendi dicuntur à Chriſto: habeatur hoc quoq; inter occulta dei, nec chartulæ cõmittenda myſteria. Sufficiãt iſta de die iræ & reuelationis. Nũc requiramus de iuſto iudicio dei, in quo reddet unicuiq; ſecundum opera ſua. Et primo quidem excludantur hæretici, qui dicũt animarũ naturas bonas uel malas: & audiãt quia non pro natura unicuiq; deus, ſed pro operibus ſuis reddit. Secundo in loco ædificentur fideles, ne putent ſibi hoc ſolum ſufficere poſſe quod credunt, ſed ſciant iuſtum iudiciũ dei reddere unicuiq; ſecundum opera ſua. Videbuntur nequaq; pro hoc ſermone excludi poſſe gentiles: ſi forte & ipſi boni aliquid operẽtur, & emendatius agant. Sed & illud quod in Ezechiele ſcriptũ eſt, huic ſententiæ uidetur aduerſari. dicit em̃: Cũ auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatẽ ſecundum omnes iniquitates quas facit iniquus, omnes iuſticię eius quas fecit, nõ cõmemorabuntur: in lapſu eius quo lapſus eſt, & in peccatis ſuis quę peccauit, in ipſis morietur. Dicẽt enim: Si nihil ex iuſticia iuſti cũ lapſus fuerit memorabitur, quomodo unicuique reddet deus ſecundũ opera ſua? Sed uideamus ne forte abſolutionẽ ſui in ſe, ipſe ſermo diuinus inueniat, ſi obſeruemus quomodo ſcriptum eſt quod dicit: Cum auerſus fuerit iuſtus à iuſticia ſua: & non ſuffecit cũ diceret, cum auerſus fuerit à iuſtitia ſua, ſed addidit: Et fecerit omnẽ impietatem ſecundũ omnes iniquitates quas facit iniquus. In quo uidetur latenter huiuſmodi inſeruiſſe intellectum, ut ſi forte non ſecundum omnes iniquitates quas facit iniquus fecerit iuſtus, non omnes iuſticiæ eius de memoria auferantur. Si uerò omnes iniquitates fecerit quas iniquus agit, tunc demũ omnes iuſticię in lapſu eius de memoria ſubtrahuntur. Hæc quamuis occultauerit in ſcripturis ſpiritus ſanctus propter hos qui diuitias bonitatis & patientiæ eius contemnunt, non tamen penitus abſtulit: quia & theſaurus in agro abſconditus nõ quidem ab omnibus inuenitur, ne facile diripiatur & pereat: inuenitur tamẽ à prudentibus, qui poſſunt ire & uendere omnia quæ habent, & emere agrũ illum. Et hæc ergo quamuis abſcondita ſunt in ſcripturis ſicut ſcriptũ eſt: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quã abſconditi timentibus te: tamen inueniuntur ab his qui non ſolum iuſtum, ſed etiã bonum eſſe deum legis & prophetarũ teſtimoniis ex his quę in ſcripturarũ myſterio ſunt occultata defendũt. Ex quibus neceſſitas exigit pauca patefacere gratia exponendi Apoſtolicũ ſermonẽ, quo ait iuſti iudicij dei, qui reddet unicuiq; ſecundũ opera ſua. His quidem qui ſecundũ patientiã boni operis, gloriam & honorẽ & incorruptionẽ quærẽtibus, uitam æternam: his aũt qui ex contentione, & qui nõ acquieſcunt ueritati, obtemperant autem iniquitati, ira, & indignatio, & tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, ludæi primũ & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, ludæo primum & Græco. Non enim perſonarum acceptio eſt apud deum.] Quærentibus, inquit, gloriam & honorem & incorruptionem pro boni operis patientia, uita æterna dabitur, non ſolum ludæis, quibus credita uidentur eloquia dei, ſed etiam Græcis, quia iuſtum eſt iudicium dei, & non tantum ludæorum deus eſt, ſed & gentium. His uerò qui per contentionem mentis, & animi prauitatem ueritati non

credunt, sed iniquitatem sequuntur, redditur ira, & indignatio, tribulatio, & angustia,
non solũ gentili, sed & Iudæo, quia non est personarũ acceptio apud deum. Hæc quidẽ
quantũ ad sermonum ordinem spectat, sed nunc quæ ad interiorẽ sensum pertinent re
quiramus. His, inquit, qui per patientiã boni operis.] Quod dicit patiẽtiã boni operis,
ostendit laborẽ quendam & agones imminere his qui bonũ opus facere uolunt: Lucta
Eph.6 men est enim, sicut & idem Apostolus dicit, non aduersus carnem & sanguinẽ, sed ad-
uersus principatũ & potestatem, & mundi huius rectorem, quæ omnia bono operi ad-
uersantur: & ideo patientia necessaria est, quia scriptũ est: In uestra patientia acquiretis
animas uestras. Videamus autem quod dicit opus bonum. Dominus in euãgelio de ea
muliere quæ alabastrũ unguenti precioſi effudit super caput eius pronunciat, quod bo
num opus operata est in me, designans quod qui uerbo dei unguentũ superfuderit, id
est, qui opera cum uerbo sociauerit, ille opus bonum operetur. Odoratus namq; efficie-
tur omni unguentorũ suauitate repletus sermo, cum fuerit ut oportet actibus exorna-
tus. Nunc quidem gloriam & incorruptionẽ requiramus. Multis in locis scripturæ san-
Exod.34 ctæ de gloria scribitur. Nam in Exodo de Moyse dicitur, quia cũ descenderet de mõte
2 Cor.3 glorificatus sit uultus eius. Hoc retexens Apostolus ad Corinthios dicit. Quod si mini
sterium mortis in literis formatũ in lapidibus factum est in gloria, ita ut nõ possent filij
Israel intendere in faciẽ Moysi propter gloriam uultus eius qui aboletur, quãto magis
ministeriũ spiritus erit in gloria? Si enim in ministerio damnationis gloria est, quanto
magis abundabit ministeriũ iustitiæ in gloria? Et post pauca addit: Nos aũt omnes re-
uelata facie gloriã domini speculantes in eãdem imaginem transformamur à gloria in
gloriam tanquã à domini spiritu. Est ergo quædam gloria secundum Apostolum quæ
non glorificatur, ut illa quæ in uultu Moysi fuit, quæ dicitur esse destructa, quæ legis li-
tera intelligi potest, habens quidem gloriã præceptorum, sed quę glorificari nõ posset.
Est & alia gloria, quæ permanet & glorificatur in Christo. Cũ enim ascendisset in mon
Matt.17 tem cũ Petro, & Iacobo, & Ioanne, trãsformatus in gloria esse scribit. Et tunc apparue-
runt, inquit, Moyses & Helias loquentes cũ eo. Per quod ostenditur, quia legis & pro-
phetarum gloria tunc apparuit, cũ Christus fuisset transformatus in gloria, ut illius glo-
ria illuminata prophetia & lex amoto uelamine literę intelligat in spiritu. Verũ quia &
Exod.40 in Exodo dicit gloriã dei replesse tabernaculum testimonij, & iterũ in dedicatione tẽ-
2 Paral.7 pli nihilominus descendisse gloriã dei, & replesse domũ fumo, caligine, & nube, in quo
utiq; ipsa adesse dei præsentia designatur: illa in his putanda est dei gloria, de qua Apo-
Heb.1 stolus scribẽs ad Hebræos dicit de filio, quia sit splendor glorię, & imago expressa sub-
stantiæ eius. Per quæ hoc declarat, ipsum fontem glorię patrẽ dici, ex quo splendor glo
riæ filius generat, cuius participatione omnes creaturę gloriã habere dicuntur: sicut de
1.Cor.15 his qui ex resurrectiõe sunt scribit: Alia gloria solis, alia gloria lunę, alia gloria stellarũ.
Stella à stella differt in gloria. Hanc ergo gloriã quæ ex resurrectione est qui requirunt,
& honorem, & incorruptionẽ, illud sine dubio inueniẽt quod scriptum est. Seminatur
corpus in ignominia, surget in gloria: seminat in corruptione, surget in incorruptione.
Et ideo inquisitor huius gloriæ & honoris & incorruptionis per patientiã boni operis
uitam consequitur æternã. Verum quia de gloria (ut potuimus) discussimus, uideamus
quid & honor indicet: quia qui ad æternam uitam festinant, non solum gloriam, sed &
Psal.49 honorem quærunt. Scriptũ est, quia homo cum in honore esset non intellexit, compa-
ratus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Quærit ergo illum honorẽ an-
tequam cõparetur iumentis insipientibus, id est illum quem habebat in paradiso ante-
quam peccaret, honorẽ quo dei uocẽ merebatur audire, honorẽ quo paradisi fructibus
Rom.13 à ligno uitę fruebat. Sed & illud quod dicit Apostolus, Reddite omnib. debita, cui ho-
norem, honorẽ: ad hoc mihi respicere uidetur. Ego enim sic intelligo, honorẽ debitum
reddi, si quod debetur iusticiæ reddat, & nihil ex eius parte iniusticiæ cõcedatur: simili
ter & ueritati si quæ sua sunt ita reddantur, ut nihil ex eius partibus mendacio relinqua
tur: Sapientiæ quoq; & innocentiæ bonitatiq;, si ita reddamus quæ sua sunt, ut nihil ex
eorum bonis, uel stultitiæ, uel calliditati, uel malitiæ permittamus. Cum enim (uerbi
gratia) in iudicãdo uel personam potentis acceperis, uel pro amici gratia quæ sunt uera
iuppresseris, nõ reddidisti honorem debitum iusticiæ, nec ueritati, sed dehonorasti iu-

sticiam, & fecisti contumeliã ueritati: & cum Christus sit iustitia, & sanctificatio, & ue-
ritas, eris similis illis qui Christum colaphis ceciderunt, & qui in faciẽ eius conspuerũt,
& qui in calamo caput eius percutiẽtes, uertici eius imposuerũt spineã coronam. Quia
aũt honorem qui his omnibus uirtutibus ab homine debetur, in euangelijs edocemur,
dicente domino, ut omnes honorificent filiũ sicut honorificant patrẽ: honorificat ergo Ioan.5
patrem & filiũ, qui honorem dignum & studiũ defert sapientiæ, & iustitiæ, & ueritati,
omnibusq; his quæ esse dicuntur Christo. Hoc ergo modo quęrunt gloriã & honorem
& incorruptionem, qui festinant ad æternã uitam. Sed & incorruptio quid indicet, cito
sciemus, si quod ei contrarium est discutiamus. Incorruptio contrariũ habet corruptio
nem. Corruptio duobus modis accidere dicitur, corporaliter & spiritaliter. Corporali
ter accidit, cũ euenerit illud quod scriptũ est: Si quis templum dei corruperit, corrum- 1 Cor.3
pet illum Deus. Spiritaliter, cũ illud acciderit, quod nihilominus Apostolus dicit: Ve- 2 Cor.11
reor aũt ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, corrumpantur sensus uestri à simplici
tate fidei, quæ est in Christo Iesu. Si quis ergo ab his quę supra diximus, manserit corpo
re et spiritu incorruptus, iste incorruptionem quęrere dicitur, quo scilicet per hanc ob-
seruantiæ incorruptionẽ, illam quæ ex resurrectione est incorruptionẽ cõsequi mere-a-
tur. Quid aũt datur hæc requirentibus uideamus: Vita (inquit) æterna: Illa de qua Sal- Ioan.17
uator docet, cum dicitur: Hęc est aũt uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum,
& quẽ misisti Iesum Christum. Per quod ostendit in agnitione dei & Christi Iesu uitæ
æternæ manere substantiã. Agnitio uerò dei quomodo haberi possit docemur in psal- Psal.46
mis, cum dicit: Vacate & agnoscite quoniã ego sum Deus. His aũt qui ex contentione,
& qui diffidunt quidem ueritati, credunt aũt iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, &
angustia. Qui simpliciter hæc accipit, sufficere credit ad intellectũ, secundum ea quę su
pra dicta sunt, reddere deum unicuiq; secundum opera sua: id est sicut illis qui per pati
entiam boni operis credunt, uel quærunt gloriam, & incorruptionẽ, uitam reddit æter
nam: ita & istis qui ex contentione diffidunt quidem ueritati, obtemperant aũt iniqui-
tati, iram, & indignationem, tribulationem & angustiã reddat. Sed qui in Apostolicis
literis, per quas Christus loquitur, iota unũ, aut unum apicem non credit otiosum, asse-
uerabit non per errorẽ Apostolo contigisse, ut tali locutione uteretur dicens: Qui red-
det his quidem qui per patientiam boni operis gloriã, & honorem quærunt, uitam æter
nam: his uerò qui ex cõtentione obtemperant iniquitati: & non dixit iram & indigna-
tionẽ, ut & hoc referatur ad reddet quod superius dixerat: sed ita, ira, & indignatio, tri-
bulatio, & angustia. Vnde qui spiritalis est, & intelligit quid spiritus loquatur in Pau-
lo, dicit non hæc Apostolum imperitia, sed per diuinã peritiam conscripsisse: scilicet ut
per hæc ostenderet ea quidem quæ secundum patientiã boni operis quærentibus glori
am & incorruptionẽ reddenda sunt, per deum reddi, id est uitam æternam: ea uerò quæ
consequuntur eos qui per contentionẽ diffidunt quidem ueritati, obtemperãt uerò ini
quitati, non à deo dari, cuius dona utiq; permanentia, & ipso digna sunt: sed ex conse-
quentia gestorum suorũ in his qui operantur malum, ira, & indignatio, tribulatio, & an
gustia erit, secundum ea quæ thesaurizauerũt sibijpsi. Nam utiq; sicut ibi uitã æternam
casu accusatiuo protulerat, ita & hic iram, & indignationẽ, tribulationẽq; & angustiã
casu accusatiuo protulisset, si id ad reddentis dei personã referre uoluisset. Quod & in
aliis scripturæ locis similiter intelligitur designari, sicut in primo libro Regnorum, ubi
dicit dominus: Glorificãtes me glorificabo, spernentes me spernẽtur. In quo euidenter
ostenditur dicere dominus eos qui glorificandi sunt, per se glorificandos: de his uerò qui
spernendi sunt nõ retulisse ad se, sed absolute dixisse, quia spernẽtur. Si enim ut bona per
semetipsum prestat, ita & mala per semetipsum retribueret deus, cõsequẽs erat, ut quo-
modo dixit, Glorificãtes me glorificabo, ita diceret: Et spernentes me spernã. Sed & in
alio loco per prophetã simile quid uidetur ostendi in eo, quod hi qui eũt in ignẽ, non à
deo, sed à semetipsis eũ inueniãt accensum, sicut dicit Esaias: Ite in lumine ignis uestri, et
in flãma quã accendistis. Et ut adhuc planior horũ fiat dissertio, addenda etiã hęc: Si quis
contra preceptum medici sumptis malorũ ciborũ succis, & corporis turbata temperie,
uel febres, uel quoslibet huiuscemodi incurrerit morbos, certũ est quòd nõ per medicũ
sed per intemperantiã suã pestẽ languoris acceperit: Si uerò medici precepta custodiẽs

in sospitate perduret, uticq; per medicũ dicetur habere gratiã sanitatis. Hoc ergo modo cõsequẽter uidetur deus ipse per se reddere unicuicq; secundũ opera sua quę bona sunt: mala autem uenire intelligentur nõ à deo, sed ex pessimis intẽperantiæ succis, & cruda prauitate gestorũ. Verum & hoc ipsum quod dixit: Qui ex contentione diffidunt quidem ueritati, obtemperant autẽ iniquitati, indiscussum non omittamus. In his enim singulis languores quidam animi ab Apostolo designantur, quorũ medelam nullus inueniet nisi prius morborũ cognouerit causas: & ideo in scripturis diuinis ęgritudines animę numerantur, & remedia describuntur, ut hi qui se apostolicis subdiderint discipulis, ex
Psal.146 his quæ scripta sunt agnitis lãguoribus suis, curati possint dicere: Lauda anima mea dominũ, qui sanat omnes languores tuos. Vnus ergo ex cæteris animæ languor, & quidẽ pessimus, cõtentio intelligenda est, per quam omne opus prauũ geritur. Per hanc hæreses nascũtur, per hanc schismata & omnia scandala in ecclesiis generãtur, dum hi qui apud semetipsos prudentes sunt, & in cõspectu suo sapiẽtes, quicquid libuerit pro lege defendunt: & inde fit ut diffidatur quidem ueritati, obtemperetur autẽ iniquitati. Differe porro pro nõ credere, uel non obtẽperare, solet in scripturis sanctis inueniri, sicut & in hoc loco, quod forte aptius latinus interpretari potuisset, si dixisset: qui nõ obediunt ueritati, sed obediũt iniquitati. Omnis ergo q alienũ à ueritate iter ingredit, nec seq
Ioan.14 tur eũ qui dixit: Ego sum ueritas, diffidit ueritati, & inobediẽs est ei. Sic qui nõ solum in actibus, sed & in sensibus, & in fide errãt, quod maxime ex cõtentione cõtingit, sed & qui sapiẽtiæ obsistunt, & iusticię, & sanctificationi: Christo diffidunt: quia sicut ueritas est ita & sapientia, ita & sanctificatio est. Non obtemperare autem Christo qui iusticia est, hoc est obtẽperare iniquitati, & his actibus quos sine dubio consequuntur illa quæ scripta sunt, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia. De ira sæpe iam diximus, quod interdũ ipse qui ex peccati cõscientia animæ incutitur cruciatus, ira appelletur. Indignatio autem ipsius iræ tumor, qui dictis significatur, & per singula quæq; commotio. Vtsi (uerbi gratia) uulnus aliquod pessimum iram ponamus: huius aũt tumor & distentio, indignatio uulneris appelletur. Tribulatio uerò quam subsequitur angustia, non est similis putanda illi tribulationi, de qua dicit Apostolus, quia tribulatio patientiã operatur. Illa enim talis tribulatio angustiam non habet subsequentẽ, sicut & ipse Apostolus
2 Cor.6 dicit: Tribulationem patimur, sed nõ angustiamur. Imò uerò non solum nullam angustiam tribulatio illa sanctorũ, sed latitudinem habet. Deniq; sic dicit iustus: In tribulatione dilatasti me. Huius latitudinis & Apostolus conscius sibi ad Corinthios scribit:
Ibid. Nõ angustiamini in me, sed angustiamini in uisceribus uestris. Et addidit, Dilatamini & uos. Idcirco ergo deus de sanctis suis quos dilatari nouit, & habere intra cordis sui
Leuit.26 domicilium spacia longe lateq; diffusa, dicit, Habitabo in eis, & inambulabo. Hoc munus à deo inter cætera sapientiæ munera accepit & Salomon, sicut scriptũ est. Et dedit
3 Reg.4 (inquit) dominus Salomoni prudentiã multam ualde, & latitudinẽ cordis. In hac ergo sanctorũ cordis latitudine non solum habitat, sed & inambulat deus. In peccatorum uerò cordibus ubi angustiæ sunt, quia locũ dedere diabolo ingrediendi, ingreditur quidẽ diabolus, sed nõ ut habitet, neq; ut inambulet, angustiæ enim sunt: sed ut lateat tanquã in cauerna, est enim serpens. Sic ergo in se infelix anima quã pessimus hic anguis obsederit, serpẽtino frigore rigẽs attrahitur, & coarctatur, atq; in omnes angustias cogitur. illa uerò quæ obtẽperat ueritati, instar cœli dilatatur, atq; diffunditur, & solis iusticiæ illustratur radijs, & aula sapientiæ ac ueritatis efficitur. Cur tamen ira & indignatio ludæo primũ, & Græco? Quia gloria & honor ipsi primũ. Prius enim illis credita sunt eloquia
Luc.12 dei, & ipsi dicũt: Beati sumus Israel, quia quæ placẽt deo, nobis nota sunt. Et ideo secundum euangelij sententiã: Seruus qui cognouit uoluntatẽ domini sui, & non fecit digne plagis uapulabit multis, hic est ludæus. Qui aũt non cognouit Græcus, id est gentilis, uapulabit paucis. Interest eñ cognouisse deũ: & cognouisse uoluntatẽ dei: quia cognouit deus à creatura mũdi per ea quæ facta sunt etiã gentilibus potuit, & sempiterna eius uirtus ac diuinitas: uoluntas uerò eius nõ nisi ex lege cognoscitur & prophetis. Verum quoniã & ad pœnam & ad pręmium ludæos præfert & Græcos postponit Apostolus, requirendũ est, quos hic Græcos, quos ludæos uelit intelligi. Si illos dicit ludæos qui adhuc sub lege sunt, & ad Christũ non ueniũt, & Christianos Græcos, id est qui ex gentibus

tibus credunt, uidetur cõtra totius mysterij uenire sententiã. Quomodo enim illi primi dicentur de quibus dictũ est: Ecce erũt primi nouissimi: & ad quos iterũ dicit: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta: & iterũ, cum accessisset ad ficulneã Saluator in qua non inuenit fructũ, dixit: Quia nunquã ex te fructus nascetur: & duo populi in utero Rebeccę designabantur, ex quibus dicitur, quia maior seruiet minori, & minor accepit benedictionẽ primatus? Sed & alia secundũ hoc innumera in scripturis inuenies. Si uerò ludęos nos, id est Christianos appellat et eos qui ex omni genere crediderũt, quos ipse dicit in occulto ludęos, restat ut Græcos gentiles illos dicat, qui nondũ credidere. Sed quomodo Apostolus tantã spem gentibus nondũ credentibus ponit, cũ ecclesiasticã regula uideatur obsistere, quæ statuit ut nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non possit introire in regnũ cœlorum? Et iterũ Petrus in Actibus apostolorum de Christo pronunciat dicens: Neq; enim est aliud ullum nomen sub cœlo in quo oporteat nos saluos fieri. Quomodo ergo hic gẽtes gloriæ & honoris et pacis secundo post ludęos loco participes facit? Sed uideamus ne forte illa quæ solet bonitas & dulcedo dei abscondi in scripturis sanctis, aliquid etiã hic moliatur occultũ. Tres mihi hoc in loco ordines facere uidetur Apostolus, primo enim dicit de his qui secũdum patientiã boni operis gloriã, & honorem, & incorruptionẽ quærunt, quod ipsis reddidit deus uitam æternam: Patientiam aũt boni operis in illis esse certum est, qui agones, & certamina perferunt pietatis. Quod supra diximus & exposuimus euidenter de Christianis dici, apud quos martyres fuerint. Probat aũt etiam per hoc quod dominus dicit ad apostolos, quia tribulationẽ habebitis in hoc mundo, & mundus gratulabitur, uos aũt lugebitis. Et addidit post pauca: In patientia uestra acquiretis animas uestras. Christianorum ergo est pressuram pati in hoc seculo, & lugere quorũ est uita æterna. Et uis scire quod nullius est uita æterna, nisi eius qui credat in Christum? Audi saluatoris ipsius uocẽ eui
Ioan.17 denter in euangelijs designantẽ: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum: Omnis enim qui non agnouit patrem solum ueriũ deũ, & filiũ eius Iesum Christũ, alienus est ab æternitate uitæ: Hæc enim ipsa agnitio & fides designatur uita esse æterna. Est igitur primus hic Christianorum locus,
Ioan.14 quibus per patientiam boni operis gloriam & honorẽ & incorruptionem quærentibus uita æterna reddetur, illa sine dubio quę dicit: Ego sum uia, ueritas, & uita. In Christo autem qui uita æterna est, bonorum omnis plenitudo. Secundo in loco ponuntur hi qui ex contentione, & qui diffidunt quidem ueritati, obtemperant autẽ iniquitati, quibus ira & indignatio, tribulatio & angustia imminet, id est omni animæ operanti malũ, ludæo primũ & Græco. His aũt ijsdem etiam bonorũ retributio. Tertio in loco pari cum distinctione promittit cũ dicit: Gloria, & honor, et pax omni operanti bonũ, ludęo primum & Græco. Quod ut ego capere possum de ludæis & gentibus dicit utrisq; nondũ credentibus. Potest enim fieri, ut uel ex his qui in lege sunt, si quis persuasione quidem cõmunitus Christo non credit, operetur tamen quod bonũ est, iusticiam teneat, misericordiam diligat, castitatẽ & cõtinentiã seruet, modestiam lenitatẽq; custodiat, atq; omne bonũ operetur. Hic etiamsi uitam non habet æternã, quia credens soli uero deo, nõ credidit & filio eius Iesu Christo quẽ misit, tamẽ gloria operũ eius & pax & honor poterit nõ perire. Sed & Græcus, id est gentilis, qui cum legẽ non habeat, ipse sibi est lex, ostendens opus legis in corde suo, & naturali ratione immotus, sicut uidemus nõnullos in gentibus, uel iusticiã teneat, uel castitatem seruet, uel prudentiã, temperantiam, modestiamq; custodiat: iste licet alienus à uita uideatur æterna, quia nõ credit Christo, & intrare non possit in regnũ cœlorum, quia renatus nõ est ex aqua & spiritu, uidetur quòd per hæc quæ dicuntur ab apostolo, bonorũ operũ gloriã & honorem, & pacem perdere penitus non possit. Si enim secundum ea quæ in superioribus diximus uidetur Apostolus condemnare gentiles, ex eo quod naturali intelligentia cũ cognouissent deum, non sicut deũ magnificauerunt: quomodo non putamus quòd etiam collaudare eos possit, & debeat, si qui in his cognoscentes deũ, sicut deum magnificent?
2 Cor.5 Dubitari igitur non puto quod is qui pro malo opere cõdemnari meruisset, idem si operatur bonum remuneratione boni operis dignus haberetur. Vide dicẽte Apostolo, quia omnes nos stare oportet ante tribunal Christi, ut reportet unusquisq; propria corporis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

prout gessit siue bonũ,siue malum.Inde denicꝙ est quod & in hoc loco subiungit: Non enim personarũ acceptio est apud deum. Quod si tibi adhuc dubiũ uidetur,audi & Petrum quid in Actibus apostolorũ pronunciet, cum ad gentilem Corneliũ fuisset ingressus. Compertum(inquit)habeo quod deus personarũ acceptor non est,sed in omni loco & in omni gẽte qui facit uoluntatẽ eius,acceptus est ei. Sed obijci nobis potest illud quod deus in euãgelio dicit: Omnis qui credit in me non iudicabitur. Qui aũt non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti filij dei. Sed uideamus quomodo non iudicamur qui credimus in Christo,ut sciamus quomodo & ille iam iudicatus sit qui nõ credit. Nunquid nam putamus qui crediderit in Christo, & post hoc homicidiũ uel adulteriũ commiserit,aut falsum testimoniũ dixerit,aut aliquid huiusmodi gesserit, quæ nonnunquã uidemus admittere etiam fideles, quia pro his iam non iudicabitur qui credidit in Christo? Certum est hæc omnia uenire ad iudicium, & ideo sic intelligendus est domini sermo quẽ dicit: Qui credit in me nõ iudicabitur: quia secundum hoc quod credit nõ iudicabitur quasi incredulus, & infidelis: de actibus uerò suis sine dubio iudicabitur. Ita ergo & ille iam iudicatus est qui nõ credidit, secundum hoc quod non credidit: & sicut credenti si extrinsecus peccati aliquid cõmiserit salua fide iudicium manet, ita & non credenti si quid boni operis gesserit excepta infidelitate remuneratio nõ peribit. Nisi forte quis aliquid graue & intolerabile uelit obijcere, ut dicat eum qui peccat cõputandum non esse inter credẽtes: quia si credat quisnon peccet: si uerò peccat,ex hoc ipso arguatur quod non credat. Sed hæc cꝑ dura sit sententia nulli ambiguũ puto. Quotus enim quisqꝙ inueniet in terris, qui ita uitã suã libret, ut in nullo penitus delinquat? Sed & Ioannes apostolus in epistola sua euidenter etiã opinionem huiusmodi notat cũ dicit. Si quis dicit quia peccatum non habet, hic mendax est, & ueritas in eo non est. Si autem confiteamur peccata nostra, habemus aduocatum apud patrem Iesum iustum, qui exorat pro peccatis nostris. Hęc ergo à nobis in hoc loco prout potuimus discussa sunt cõsiderantibus etiam illud quod dicit Apostolus: An Iudæorũ deus tantũ? Nonne & gentium? Imò & gentium: ut per hæc euidentior fiat explanatio quomodo Iudæi primo, deinde Græci ponuntur ab Apostolo. Sed tamen in arbitrio lectoli sensu in discussum relinquere uideremur. Quicũqꝙ enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicunqꝙ in lege peccauerũt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deũ, sed factores legis iustificabuntur.] Cum dicat Apostolus eos qui sine lege peccauerũt sine lege perituros, requiritur utrũ de sola Moysile ge intelligendum sit, an et de lege Christi, uel etiã de quacunqꝙ humana lege sub qua unumquemqꝙ mortaliũ uiuere contingit, quod secundum ipsam iudicari possit, qui in ea peccat: an qui extra Moysi legem est, etiã si sub aliqua lege uiuat, uelut extra legẽ positus cum peccauerit pereat. Nam & ipse Paulus Apostolus cum dixit se his qui sine lege sunt quasi sine lege esse, & addidit. Cũ utiqꝙ sine lege non essem, sed in lege essem Christi: ostendit se in lege Moysi quidem nõ esse, tamen esse sub lege. Sed & humanæ (ut diximus) leges, si ad hoc ipsum reputari debeant, non uideo. Naturalis uerò lex quæ communiter omnibus hominibus ineſt, considerandũ est si non omnes pene faciat in lege peccare, sicut in cõsequentibus dicit. Cum em̃ gentes quæ legẽ non habent naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi legẽ non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Nisi eos forte dicamus extra legẽ positos, qui neqꝙ scriptis legibus, neqꝙ cõscientiæ, & cogitationibus propriis reprehendentibus se, & arguẽtibus parent. Qui aũt dicis: Quotquot in lege peccauerũt per legem iudicabuntur? Vtiqꝙ qui in lege Christi est, per legẽ Christi: & qui in lege Moysi, per legem Moysi iudicabitur. neqꝙ qui sub lege Christi est quamuis etiã legi Moysi subditus uideatur, iudicari tamen secundum eam putandus est, cur non sit circunciſus, uel cur sabbatũ non seruet. Quod & si iuxta legẽ Moysi putãdus est iudicari, secundum hoc quod lex spiritalis est, iudicabitur. Hoc est enim nõ auditorẽ legis, sed factorem iustificari. Quod uerò grauiori sententia percuti uidetur is qui sine lege peccauerit, quoniam periturus pronũciatur, cum utiqꝙ & miseratione aliqua dignus uideatur, qui adiutorio non usus est legis, uid eamus ne quid iterum (ut in cæteris docuimus) diuinæ bonitatis hic lateat, quam semper abscondit timentibus se. Fortassis enim ob hoc propensiorem curam pro his qui pereunt ineſſe ipse dominus in euangelio ostendit, cũ dicit, quia uenit filius hominis quærere, & saluare quod perierat, & iterũ dicit: Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel. Et Dauid dicit: Errauí sicut ouis perdita, require seruum tuũ. Sed & in euangelio mna, quæ perierat, mũdata domo inuenitur à muliere: & gaudet pater super filio iuniore pœnitente, qui mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Qui iunior filius (ut ego arbitror) etiã ipsam naturalẽ legem iam fregerat: hoc enim uidetur indicari in eo, quod consumpserit partẽ paternæ substantiæ quæ ei cõtingebat, uiuendo luxuriose. Sed & in Ezechiele propheta pastoribus imputatur, quia infirmum non colligauerint, & quod perierat nõ quæsierint: & post pauca ipse dominus dicit: Et quod perijt, inquit, ego requirã. Veruntamen obseruandum est quod in his omnibus nusquam deus aliquem dicitur perdidisse, sed unusquisqꝙ ex se pati hoc quod perit. Et in hoc ipso ait, Sine lege peribũt, &: Venit filius hominis quærere quod perierat: non quod perderat: & ad oues perditas domus Israel, non quas perderat. Et cum ipse dominus dixit: Omnes (inquit) quos dedisti mihi seruaui, & nullus ex eis perijt: non dixit nullum ex eis perdidi. Sanè sicubi deus perdere dicitur, pro bono magis inuenies dictũ, sicut cum dicit: Perdam sapientiã sapientium, & intellectũ prudentium reprobabo. Quod aũt dicit, quia quotquot in lege peccauerunt per legẽ iudicabuntur, intuere ne forte secundũ uindictas has quæ in lege scriptæ sunt, quibus agebant iudicia, ubi lapidari, uel in ignem tradi, uel ciuitatem refugij adire, uel alia huiusmodi pati iubebantur, ita sit & iudicium futurum: quoniam quidem typo, & umbræ cœlestium deseruire dicuntur hi qui sub lege sunt, ne forte simili quadam ratione agatur etiam futurũ iudiciũ in eos qui præuaricati fuerint legem. Cum ergo diuersas in scripturis dici claruerit leges, si quis in tantum oũes has refugerit, ut etiã naturalis illa lex, quę nulli ferè defert, uel per duritiã, uel per crassitudinẽ cordis obliterata in eo uideatur & abolita, de isto potest uideri dictum quod sine lege pereat: Iudicandus uerò per legẽ dicatur is qui sub lege uiuit, quia & Apostolus contestatur omnem circumcidentem se quia debitor sit uniuersę legi faciendæ. Cum enim gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptũ in cordibus suis, testimoniũ reddente eis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiã defendentium in die cũ iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum.] Certum est quod gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt facere non pro sabbatis uel neomenijs dicantur uel sacrificijs quæ in lege scripta sunt. Non em̃ hæc lex in cordibus gentiũ dicit scripta, sed hoc est quod sentire naturaliter possunt: uerbi gratia, ne homicidiũ ne adulterium faciant, ne furentur, ne falsum testimoniũ dicant: ut honorẽt patrem & matrem, & horum similia, fortassis & quod deus unus creator sit omniũ, scriptum est in cordibus gentium. Magis tamen mihi uidentur hæc quę in corde scripta dicuntur cum euangelicis legibus conuenire, ubi cuncta ad naturalem referuntur æquitatẽ. Quid enim ita naturalibus sensibus proximũ, quàm ut quæ nolunt sibi fieri homines, hæc ne faciant alijs? Legi uerò Moysi cõcordare, lex naturalis secundum spiritũ, non secundum literã potest. Nam quæ erit in hoc intelligentia naturalis, uerbi gratia, ut octaua die quis circuncidat infantem, aut cũ lino simul ne lana texatur, uel ne quis in die nouorũ fermentatum aliquid edat? Quæ cum aliquoties obiecissemus Iudæis, & urgeremus ut si quid in his utilitatis esset ostenderent, scimus eos hoc solũ respondere solitos, quia ita uisum sit legislatori. Nos uerò qui hæc omnia spiritaliter intelligenda sentimus, idcirco & non auditores, sed factores legis iustificandos credimus, non legis secundum literam, quę utiqꝙ pro sui impossibilitate non potest habere factorẽ, sed secundum spiritum, per quem solum lex impleri poterit. Hoc est ergo opus legis, quod etiam gẽtes Apostolus dicit implere naturaliter posse. Cum enim agunt quæ legis sunt, scripta uidetur lex in cordibus eorum à deo, non atramento, sed spiritu dei uiui. Quod autem dicit in cordibus, non est putandum quia in membro corporis quod cor appellatur lex scripta dicatur. Vnde enim caro aut tantos prudẽtiæ sensus posset emittere, aut tanta memoriæ receptacula continere? Sed sciendum est rationalem animæ uirtutẽ cor solere nominari.

Act.10 Ioan.5 1 Ioan.1 1 Ioan.2 Rom.3 1 Cor.9

Matt.15 Psal.118 Luc.15 Ezech.34 Luc.19 Ioan.10 1.Cor.1

Testimonio sanè conscientiæ uti Apostolus dicit eos, qui descriptam continent in cordibus legem. Vnde necessarium uidetur discutere, quid istud sit quod cõscientiam Apostolus uocat: utrum ne alia sit aliqua substantia, quàm cor, uel anima. Hæc enim
1 Ioan.3 & alibi dicitur quia reprehendat non reprehendatur, & iudicet hominem non ipsa iu-
2 Cor.1 dicetur, sicut ait Ioannes: Si conscientia (inquit) non reprehendat nos, fiduciam habe-
mus ad deum. Et iterum ipse Paulus alibi dicit: Quia gloriatio nostra hæc est, testimoni
um conscientiæ nostræ. Quia ergo tantam eius uideo libertatẽ, quod in bonis quidem
gestis gaudeat semper, & exultet, in malis uerò non arguatur, sed ipsam animã cui co-
hæret reprehendat & arguat, arbitror quod ipse sit spiritus, qui ab Apostolo esse cum
anima dicitur, secundum quod in superioribus edocuimus, uelut pædagogus ei quidã
sociatus, & rector, ut eam de melioribus moneat, uel de culpis castiget & arguat: de
1 Cor.2 qua etiam dicit Apostolus: quia nemo scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus ho
minis qui in ipso est: & ipse sit conscientiæ spiritus, de quo dicit: Ille spiritus testimoni-
um reddit spiritui o nostro. Et forte hic ipse spiritus est, qui cohæret animabus iustorum,
Dan.3 qui sibi in omnibus obedientes fuerint, & ideo scriptum est: Laudate spiritus & animæ
iustorum dominum. Si uerò inobediens ei anima & contumax fuerit, diuidetur ab eâ
Matt.24 post excessum, & separabitur. Et propter hoc puto dictum esse in euãgelio de malo iu-
dice, quia diuidet eum dominus, et partem eius cum infidelibus ponet. Ipse fortassis est
spiritus, de quo scriptum est, quod incorruptibilis est spiritus in hominibus. Et secundũ
ea quæ superius diximus, quia diuidetur ac separabitur ab anima peccatrice: ut illa cum
infidelibus accipiat partem, potest similiter his aptari & illud quod dictũ est: Erũt duo
in agro, unus assumetur & unus relinquetur: & duæ ad molam, una assumetur, & una re
linquetur. Hæc de eo quod scriptum est, Testimonium reddente conscientia. Nunc
uideamus quod sequitur: Et inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam de
fendentibus in die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum euangelium me-
um per Iesum Christum. Rectum iudicium dei quis dubitet esse, ubi accusatores & de-
fensores adhibentur, & testes? Et quidem de hoc iusto iudicio dei nos homines exem-
plum capiamus, nec putemus unquam sine accusante, & defendẽte, & testibus iustum
haberi posse iudicium. Deinde uidendum est, quomodo in illa die cum iudicabit deus
occulta hominum, cogitationes uel accusabunt animam, uel defendent, nõ utiq; ille co
gitationes quæ tunc erunt, sed istæ quæ nunc sunt in nobis. Cũ enim siue bona, siue ma
la cogitamus, uelut in cæteris ita in corde nostro tam bonarum quàm malarum cogita
tionum notæ quædam & signacula relinquuntur: quæ in occulto tunc pectoris posita
in illa die reuelari dicuntur à nullo alio nisi ab eo qui solus potest occulta hominum sci
re: quorum signorum, uel quarum notarum causas non latere deum etiam nostra con-
scientia contestabitur. Quod tamen iudicium secũdum euangeliũ Pauli (hoc est quod
Paulus annunciat) per Iesum Christum fiet. Pater enim neminem iudicat, sed omne iu-
dicium dedit filio. Marcion tamen & omnes qui diuersis figmentis uarias introducunt
animarũ naturas, hoc ex loco apertissime confutantur, cum à Paulo dicitur deus occul
ta hominũ iudicare per Iesum Christum, & ostenditur unumquemq; non naturæ priui-
legio, sed propriis cogitationibus accusatũ, uel excusatum, conscientiæ suæ testimonio
iudicandum. Si aũt tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo,
& cognoscis uoluntatem eius, & probas utiliora instructus per legem, & confidis teip-
sum ducem esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium,
magistrum infantium, habentem formam scientiæ & ueritatis in lege. Qui ergo alium
doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchan-
dum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium committis: qui in lege gloriaris, per
præuaricationẽ legis deum dehonoras. Nomen enim dei per uos blasphematur inter
gentes, sicut scriptum est.] Quemadmodum in scripturis propheticis obseruauimus,
non solum dicentis personam latenter & subito cõmutari, uerum & eorum ad quos ser
mo, uel de quibus sermo fit: uerbi gratia, ut nunc ex patris persona, nunc ex filij uel spi-
ritus sancti, nunc etiam ex persona prophetæ aut aliorum quorumlibet aliqua dicãtur,
& nunc quidem sermo ad Israeliticam gentem, nunc ad exteras nationes, aut ad reges,
& ad mille alios dirigatur: ita mihi uidetur etiam hoc modo ad Romanos scripta esse
epistola

epistola, ut interdum & dicentis persona mutetur, & aliquando quidem Paulus spi-
ritalis loquatur, sicut in multis epistolæ locis, aliquando uerò Paulus carnalis, sicut
(uerbi gratia) cum dicit: Ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato, ut osten- Rom.7
demus cum ad ipsum locum domino dirigente uenerimus. Interdum uerò sit & eorum
personæ ad quos sermo est, commutatio, ita ut nunc ad omnem Romanorum dicatur
ecclesiam: Gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides Rom.1
uestra annunciatur in uniuerso mundo. In alijs uerò non ad omnem ecclesiam, sed ad
omnem qui iudicat alium, & ipse facit ea quæ in alijs condemnat, & est inexcusabilis.
Nunc autem neq; ad ecclesiam, neque ad eum qui iudicat fit sermo hic in quo dicit: Si
autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & cætera, usq; ad eum locum, Et
iudicabit quod ex natura est præputium legem perficiens, te qui per literam & circum-
cisionem præuaricator es legis. Sicut in scripturis propheticis uigilãter oportet inten-
dere eum qui uult intelligentiam eorum quæ scripta sunt capere, uel dicentium, uel ad
quos, uel de quibus sermo fit personis: ita nunc in Epistola ad Romanos agendum mi-
hi uideẽ. Sed uideamus iam quæ sunt quæ dicit Apostolus ad eum qui cognominatus
est Iudæus. Primo namque hoc obseruandum est, quod non dixit de eo, si autem tu Iu
dæus es, sed si Iudæus cognominaris: quia non idem est, esse Iudæum, & cognominari
Iudæum. Ipse etenim Paulus docet in consequentibus, quàm uere Iudæus sit ille qui in
occulto circumcisus est circũcisione cordis, qui spiritu, non litera legem custodit, cuius
laus nõ ex hominibus, sed ex deo est. Qui autem in manifesto in carne circumcisus est,
legem ad hoc obseruans ut uideatur ab hominibus, iste nõ est uere, sed cognominatur
Iudæus. De his enim & ipse Apostolus dicit: Videte circumcisionem: nos enim sumus Phil.3
circumcisio, qui spiritu deo seruimus. Sed & Ioãnes in Apocalypsi de quibusdam ita di- Apoc.3
cit: Qui dicũt se Iudæos & non sunt: quos etiã de synagoga satanæ esse pronunciat. Sci-
endum tamen est, quod iste qui in occulto & uere Iudæus est, ab illo Iuda uocabulũ tra-
hat, de quo scriptũ est: Iuda te laudabũt fratres tui, manus tuæ super dorsum inimicorũ
tuorum. Catulus leonis Iuda, & cætera quæ in Saluatorem dominũ prophetata sunt. Igi
tur si claruit de differentijs personarum, & quis uere Iudæus sit, quis autem solo nomi-
ne cognominetur, uideamus quæ ad hunc qui se iactat esse Iudæũ & non est, sermo apo
stolicus dicat. Tu inquit qui Iudæus cognominaris, & omnẽ tibi requiem in legis litera
collocas, & gloriaris in deo tanquã qui portio eius sis, & cui concessum sit scire uolun-
tatẽ dei, & uelut probandi gnarus iactas te scire posse & discernere quæ sint utiliora,
& differentia, ita ut non solum quæ sint bona scias, uerumetiã quæ sint meliora & utilio
ra discernas, confidis quoq; quod dux possis esse cęcorum, nimirũ ex illis es ducibus de Matt.15
quibus dicebat dominus: Cæci sunt duces cæcorum. Si cæcus autem cæco ducatũ præ-
stet, ambo in foueam cadunt. Confidit ergo ducem se esse cæcorum, lumen eorũ quoq;
qui in tenebris sunt. Sed & ad istos nihilominus dominus dicit. Si autem lux quæ in te
est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ sunt? Confidunt tamen quod eruditores sint in-
sipientium, & magistri infantium, tanquã qui ex legis litera formam scientiæ & uerita-
tis acceperint. Et quia hæc profitenẽ quidem, non tamen uere tenent, dicit ad eos Apo
stolus. Qui ergo doces alium, teipsum non doces: & qui prædicas non furandum, tu ad
uentum & præsentiam Christi quæ in uniuerso mundo effulsit furaris: qui dicis nõ mœ
chandum, in synagogã populi dei adulterium cõmittis, sermonem doctrinæ prauum
& adulterinum ei superducens: & collocas eam cum legis litera quæ foris est, cum scri-
ptum de ea legas, quia omnis gloria filiæ regis ab extrinsecus: & ad quam legis per pro
phetam nihilominus dictũ. Nisi occulte audieritis, plorabit anima uestra. Qui ergo ne-
gas mœchandum, tam graue adulterium cõmittis, ut adulterinũ sensum introducas ad
eam de qua dictũ legis à deo: Ego te mihi desponsabo in fide & misericordia. Qui abo- Osee 2
minaris idola sacrilegiũ cõmittis, uerum tẽplum dei quod est Christus Iesus uiolas: Sol
uisti enim tẽplum dei quod in tribus diebus resuscitatũ est ijs qui credunt. Sed & qui ex
lege & prophetis sermonem Christum pronunciantem furatur & occultat, ne populus
audiat & credat, sacrilegium committit, & uere dei templum uiolat. Idem quoq; hic qui
cognominatur Iudæus, & gloriatur in litera legis Moysi, præuaricator legis arguitur
cum non credit Christo. Si enim crederet Moysi, crederet utiq; huic, de quo Moyses
scripsit

scripsit. Propter istos ergo tales qui dicuntur Iudæi & non sunt, nomen Dei blasphe-
matur inter gentes, non solum pro operibus eorum pessimis, sed & propter humi-
lem & deiectam intelligentiam, quam habent in lege & prophetis. Ridicula namque
Col.1 etiam gentibus ipsis legis literam sequentes dicunt: Ne tetigeris, ne gustaueris, ne con-
taminaueris: quæ sunt omnia in corruptionem secundum mandata & doctrinas homi-
num. Verum hæc Apostolus quidem ad eum qui nomine non opere Iudæus est, dicit:
pertinere tamen etiam ad omnem hominem possunt, in quo nomen tantum religionis
& pietatis est, opera autem & scientia & fides deest: & ideo maiori cura hæc in nobis
ipsis quàm in his qui ad fidem Christi nõ ueniunt discutere debemus, ne quis nostrum
qui per fidem Christi & circumcisionem in baptismo datam uerus Iudæus effectus est,
& in lege Christi requiescit, gloriatur quoq; se idolorum errore depulso agnouisse de-
um, & eius sibi innotuisse uoluntatem: scit enim probare quid bonum, & beneplacitum
est, & perfectum, & eousq; peruenit, ut esset dux & doctor ecclesiæ ad illuminãdos eos
qui in scientia cæci sunt, & instruendos paruulos in Christo: ne is inquam talis alios qui
dem uelit docere districtius, & de his quos instruit summam disciplinam castitatis exi-
gere, ipse uerò intemperantiæ uitio & cupiditatis urgeatur, nonnunquam etiam flam-
mis occultæ libidinis æstuet. Ad huiusmodi ergo hominem Apostolicus hic sermo cõ-
petenter aptatur dicens ei: Tu qui doces alium teipsum non doces: qui prædicas non fu
randum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis. Quod si etiam, ut nunquam fie
ri solet, munera oblata deo & stipem in usus pauperum datam, ad propria lucra con-
uerterit, recte ei dicitur: Qui abominaris idola, sacrilegiũ facis. Si uerò etiam aperta in-
currat opprobria, & de auaritia eius, atq; iniquis iudicijs, & temulentia publicam iam
teneat notam, dehonoratur Deus in actibus eius: & cum doctor ecclesiæ talis esse po-
pulis innotuerit, nomen Dei blasphematur in gentibus: Certi sunt enim magistris simi
les esse discipulos. Possunt tamen hæc eadem tertio loco etiam hæreticis aptari: & ip-
si enim cognominantur Christiani, & nonnulli eorum etiam legetenus per quã instru-
cti doctores se esse cæcorum, & magistros infantium profitẽt, probantes utiliora quę
latere ab ecclesiasticis dicunt. Sed isti quoniam furantur uerba dei, & intellectum eorũ
peruersa expositione surripiunt, & adulterinum fidei sensum ad sponsam Christi eccle
siam in regios thalamos inducunt, recte de his dicitur: Qui prædicas non furandum fu
raris: qui dicis non mœchandum mœcharis: & qui abominantur idola, sacrilegium
committunt, preciosa uasa de templo dei, id est ueræ fidei margaritas de scripturis san-
ctis furantes: per quos nomen dei blasphematur inter gentes, dum casta & honesta ec-
clesiæ dogmata corruptis ac turpibus maculanẽ hæreticæ prauitatis erroribus. Ex illis
enim & infanticidij, & incesti, cæterorumq; similium scelerum probra ad inuidiam san
ctæ religionis exorta sunt. Sciendum tamen est, hæc Apostolorum per ironiam dicere
ad Iudæos. Neq; enim qui uere requiescit in lege, & gloriatur in deo, & probat utilio-
ra, hæc quæ enumerata sunt facere credẽdus est. Testimonium sanè quod posuit, id est,
Nomen dei enim per uos blasphematur inter gentes, de Esaia sumptum est. Circum
cisio quidẽ prodest si legẽ custodias, si autẽ prævaricator legis sis, circumcisio tua præ-
putium facta est. Si igitur præputiũ iusticias legis custodiat, nónne præputium illius in
circumcisione reputabitur, & iudicabit id quod ex natura est præputiũ legem consum-
mans, te qui per literam & circumcisionẽ prævaricator es legis? Non eñ qui in manife
sto Iudæus est, neq; quæ in manifesto est in carne circumcisio, sed qui in abscondito Iu-
dæus est, & circũcisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus est, sed
ex deo.] Quæ sit circumcisio quã prodesse dicit Apostolus, uel quæ lex prosit si custo-
diatur, diligentius requirendũ uideñ, ut cũ hæc intellexerimus, possimus & nos circum
cidi. Quippe si prodest circumcisio, secundum uerbũ Apostoli dicentis: Quia circum-
cisio prodest si legẽ custodias, ipse Apostolus in consequentib. docet quia non illa quę
in manifesto est in carne circumcisio, sed circumcisio cordis per spiritum non per lite-
ram facta, laudem habet non ab hominibus, sed ex deo, & alibi dicit: Videte circumci-
sionem: nos enim sumus circumcisio, qui in spiritu deo seruimus, & non in carne cõfi-
dimus. Hæc ut opinor est circũcisio quã prodesse dicit Apostolus, si legẽ custodias, nõ
legem literæ, cuius utiq; circumcisionem in carne non recipis, sed legem spiritus secun

dum quam circumcideris corde. Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat, quia
& lex dei non refertur atramento scripta, sed digito Dei, qui est spiritus eius, & non
in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis. Verum potest nobis obijci, quia si Apostolus
circumcisionem prodesse dicit, quæ utique alia non intelligitur esse quàm animæ pur-
gatio, & abiectio uitiorum: quomodo addit adhuc, ita demum prodesse huiusmodi
circumcisionem si legem custodias, cum hæc ipsa circumcisio non nisi ex legis obser-
uantia fieri uideatur. Sed intuere ne forte abscindere uitia, & cessare à malis circumci-
sionem significet: agere autem quæ bona sunt, & efficere quæ perfecta sunt, custodi-
re sit legem. Neque enim in eo perfectio est si cesset ur à malis, sed in eo si agantur bona,
sicut in Psalmo euidentius perdocemur, cum dicit: Declina à malo, & non hic stetit, sed Psal. 37
addidit, Et fac bonum. Similiter ergo & Apostolus, utpote in his imbutus, ita demũ di-
cit, prodesse circumcisionem & abiectionem malorũ, si custodias legem honorum. Ne
que enim perfectus quis esse potest si nihil egerit mali, sed si aliquid egerit boni. Vnde
& ipsa circumcisio quæ fiebat in carne, non absque huius intelligentiæ quam nunc ex-
ponimus significabatur imagine. Deniq; octaua die paruulis dabatur, qui nihil utique
adhuc operis egerint. Quod si quis nobis obijciat quod in principio libri Iob de laude
eius positum est, ubi dicit: Et erat Iob homo uerax sine querela, iustus dei cultor, absti- Iob 1
nens se ab omni re mala: cùr præcedente boni operis laude, in ultimo mali continentia
numeretur: Illud quoq; arbitror indicari quod sæpe fieri solet, quia plurimi hominum
agant quidem quæ bona sunt, misceatur tamen aliquid & operis mali: pauci uerò sicut
Iob, qui ita & ueraces & irreprehensibiles, ita iusti sint, & culores dei, ut hæc omnia a-
gentes abstineant se ab omni re mala. Si ergo (inquit) prævaricator sis legis, sicut supra
exposuimus, non agendo quæ bona sunt circumcisio tua præputium facta est, dum &
hoc tibi quod abstinere à malo uisus es, opera fidei & iusticiæ non agenti ad infidelita-
tem reputatur. Neq; enim possibile est alicui carnalem circumcisionem rursum in præ-
putium uerti, cum utiq; abscissa præputij caro ultra redire non possit. Dignius ergo &
euidentius intelligitur, quod continentia mali operis, quæ per circumcisionem signifi-
catur, si opera fidei non habeat, ad immunditiã reputatur. Sed & si in ecclesia per baptis
mi gratiam circumciditur, si post hæc prævaricator sit legis Christi, circumcisio baptis-
mi ad infidelitatis ei præputium reputabit: quia & fides sine operibus mortua dicitur,
& mali uillici pars cum infidelibus ponitur. Si autem præputium iusticias legis custodi
at, nónne iudicabit id quod ex natura est præputium legem perficiens, te qui per lite-
ram & circumcisionem prævaricator es legis? Superius diximus quod duos Iudæos, &
duas circumcisiones discutiat Apostolus, & nunc commemoret: uidetur ergo in præ-
senti loco præputium dicere gentes, quæ in præputio carnis ad fidem Christi uenerunt:
quas legem spiritalem seruantes componit & comparat Iudæis, qui per literam & cir-
cumcisionẽ carnis prævaricatores sunt legis, quos & iudicandos ab his dicit in quibus
non carnis circumcisio, sed legis obseruatio est. Possumus autem ex comparatione eti-
am nostros in ecclesia commonere, uerbi causa, si dicamus in præputio adhuc esse cate-
chuminos, aut etiam gentiles, & circumcisos esse fideles per gratiã baptismi. Si ergo ca
techuminus qui nondum per gratiam lauacri circumcisus est, legem Christi seruet, iu-
stitias & mandata custodiat, nónne ex comparatione iudicat eum, qui fidelis dicitur &
præcepta non seruat, ac legem Chrsti, & mandata cõtemnit? Deniq; & ipse dominus di
cebat: Regina Austri surget in iudicio cũ uiris generationis huius, & cõdemnabit eos, Matt.12
quia uenit à finibus terræ audire sapientiã Salomonis. Hæc quidem ad instruendam ec
clesiam nobis dicta sint. Verum considera si possit in hoc loco & ille intellectus admit-
ti, ut dicatur etiam post aduentum Christi carnalis circumcisio quæ ex lege obseruaba-
tur, prodesse aliquid custodientibus legem, secundum hoc quod in initio fidei nostræ Act.10
adhuc à credentibus obseruabatur: ut in Actibus Apostolorum docetur uel Petrus in Act.21
discretione ciborum, uel Paulus in sacrificijs purificationis fecisse: si forte etiam hic hu-
iusmodi circumcisionẽ proposuisse uideatur Apostolus, quam prodesse dicit ita si etiã
lex seruetur: si minus, circumcisionẽ hanc in præputium uertendam, hoc est nihil pro-
futuram: imò etiam in alijs habere iudicium eum qui per circumcisionem carnis uidea
tur legis obseruantiã profiteri, & prevaricãdo legẽ iudicari ab eo qui nõ susceperit qui-
dem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem circuncisionem carnis iustícias tamen seruauerit legis. Si ergo & hic sensus recipi debeat, uide etiam tu qui legis, quoniam quidem ipse Apostolus profitetur se iudæis fieri Iudæum, & his qui sine lege sunt quia sine lege sit, & omnibus omnia fit, ut omnes lucrifaciat, ne forte propterea hic uideatur indulgere Iudæis ea, quæ ad Galatas scribens his qui ex gentibus crediderunt non indulget, dicit enim: quia si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit. Nihil ergo prodest circumcisio his qui ex ea putant aliquid iustificationis assumi: prodest autem his, qui putant sibi ad Christum nõ esse ueniendum, si eis circumcidere filios uetaretur. Erant enim nonnulli in initijs qui circumcisionem ueluti insigne uernaculum gentis suæ nimio amore seruarent: & impediti uidebantur à fide, si eis uetaretur quo carere non poterant. Ergo uidetur Apostolus ad huiusmodi homines dicere, ne eis fidei ianuam claudat, quia circumcisio prodest si legem custodias: Si autem præuaricator legis sis, circumcisio tua præputiũ facta est. Econtrario autem si credentes ex gentibus ad circumcisionem cogerentur, fidei Christi & prædicationi uerbi fieri uideretur iniuria. Sed & illud obseruãdum est, quod cum dixerit: Circumcisio quidem prodest si legem custodias: non addidit, si autem non custodias, sicut consequens uidebatur, sed ait: Si autem præuaricator sis legis. In quo ostendit aliud esse non custodire legem, aliud præuaricare legem. Nam & Paulus ipse non semper legem custodit, nunquam tamen præuaricator est legis. Propterea in consequentibus dicit: Si autem præputium iustíciam legis custodiat, nõne iudicabit quod ex natura est præputium legem perficiens, te qui per literam & circuncisionem præuaricator es legis? Custodit ergo legem is, qui eam secundum literam obseruat: & is præuaricatur eam, qui spiritalem eius non tenet sensum. Iustíciæ uerò legis, moralis est locus. Lex enim generale uocabulum est: iustíciæ uerò pars legis est. Continet enim lex iustícias, & iudicia & mandata, & iustificationes, aliasq; quamplurimas species. Si ergo præputium non ait ipsam legem, sed si iustícias legis custodiat, intantum præfertur circumcisioni præuaricanti legem, ut etiam iudicet eam, & bene addidit, legem perficiens. Ille enim qui secundum literam uiuit, custodire dicitur legem: iste uero qui secundum spiritum, perficere, perfectio autem legis in Christo est, qui dixit: Non ueni soluere legem, sed adimplere. Adimplere autem legem, est perficere legem. Custodit ergo legem carnalis Iudæus, perficit autem spiritalis, & qui in occulto Iudæus est. In quo ille quidem præuaricator legis, hic autem iudex præuaricatoris efficitur. Præuaricator autem carnalis Iudæus, quia lex ipsa infirmatur per carnẽ. Nisi enim infirma fuisset secundum carnem, non utiq; diceretur: Nam quod impossibile erat legis, in quo infirmabat per carnem. Per spiritum autem infirmari legem nunquam inuenies scriptum, & ideo qui in carne sunt deo placere non possunt: Qui autẽ per spiritum actus carnis mortificauerint, non solum uiuent, sed iudices erunt non tantũ hominũ, sed & angelorum: quia illius laus ab hominibus est, huius à deo. Hæc quidẽ dicta sint à nobis ad explanationẽ sermonis Apostolici, quem differere proposuimus. Non tamen importunum uidebit etiam circumcisionis ipsius generalem discutere rationem, quandoquidem de ea locus ipse commonuit. Repetamus igitur, & in medium proferamus, si qua in lege de ea, uel in scripturis cæteris continentur. Inuenimus in Genesi scriptũ primo de circumcisione mandatum, cum responsa darentur ad Abraham hoc modo: Et dixit Deus ad Abraham: Tu autem testamentum meum seruabis, & omne semen tuum post te in generationes suas. Et hoc testamentum quod disposui inter me & uos, & inter me & inter semen tuum post te in generatione sanctorum. Circũcidetur omne masculinum uestrũ, & circumcidetis carnẽ præputij uestri, & erit in signũ testamẽti inter me & uos, & puer octaua die circumcidetur in uobis, omis masculus in generationibus uestris, uernaculus & pecunia emptus ab omnib. filijs alienigenarũ, qui nõ est ex semine tuo, circumcisione circumcidet uernaculus domus tuæ, & pecunia cõparatus à te, & erit testamentum meum super carnẽ uestram testamentũ æternũ: & incircuncisus masculus qui nõ fuerit circuncisus in carne præputij sui die octaua, exterminabit anima illa de genere suo, quia testamentũ meũ dissipauit. Non nos tamen latere debet, quod in alijs exẽplaribus non habet positum octaua die, in hoc duntaxat loco. Item in Leuitico scriptũ est: Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel & dices ad eos. Mulier quæcunq; susce-

1 Cor. 9

Gal. 5

Matt. 5

Gen. 17

Leuit. 12

susceperit semen & peperit masculum, immunda erit septem diebus, secundum diem purgationis immunda erit, & die octaua circumcidet carnem præputij eius, & triginta tribus diebus sedebit in sanguine suo immunda. Hęc quidem de lege Moysi testimonia posuimus: Saluator uerò in euangelio ait, circumcisionem accipere hominem in sabbato, & non solui legem Moysi, & dicit eam ex patribus esse, & ante Moysen datam. Cuius sententiæ auctoritate simul & regalis præcepti grauitate permoti, etiam post aduentum Iesu suasi sunt quidam circumcidi, cum essent ex gentibus. Alij uerò horrescentes pondus præcepti, refugerunt penitus etiam ab ipsis legibus in quibus hæc scripta uidebantur, ita ut putarent hæc non esse boni dei mandata, nec eius quæ dominus & saluator noster prædicare uenisset. Et ideo mihi uidetur diligentior in talibus locis adhibenda discussio, si sit aliquid in huiusmodi mandato utilitatis etiã secũdum literã: & si sit, quibus utile sit, uel quem ad finem tẽdat eius utilitas, aut si aliquid utilius figuraliter indicetur. Igitur repetentes ea quæ ex lege protulimus testimonia, discutiamus attentius, utrum ne soli Iudæorum genti uideatur huiusmodi imminere mandatum, an & omnes qui ex gentibus crediderunt, æqua sorte constringat. Intueamur ergo illud quod ad Abraham defertur oraculum, quo iussus est circumcisionis testamenta seruare. Tu, inquit, & semen tuum post te per generationes suas inter me & semetipsos, ut circumcidatur omne masculinum eorum, & circumcidant carnem præputij sui, ut sit signum testamenti inter me & ipsos, & omnis masculus octaua die circũcidatur. Quos sanè etiam ex alienigenis, id est qui minime ex Abraham stirpe ducuntur, circumcidi uelit, manifeste pronunciat. Ait nanq; Vernaculus tuus, & pecunia emptus ab omnib. filijs alienigenis qui nõ est ex semine tuo, circũcisione circũcidatur. Nusquam fecit proselyti, id est aduenæ mentionẽ, sed uernaculum seruũ profecto gẽtis illius domi natũ, uel etiam precio mercatum circumcidi iubet, non liberum, non hospitẽ constringit, non aduenã. Perscrutemur nunc etiam Leuitici legem, quomodo etiam Moysi præcipiat Deus: Loquere filijs Israel, & dices ad eos. Mulier si susceperit semen, & pepererit masculũ, & post aliquanta. Octaua, inquit, die circumcidet carnẽ præputij eius. Intuere & hic quẽadmodum de lege circumcisionis tantum ad filios Israel Moyses loqui uidetur, ut alienigenarum nulla sit mentio. Si enim credimus per diuinum spiritum scripta esse quæ inseruntur in lege, utiq; nõ frustra aut addi aliquid putandum est, aut sileri: & ideo cum in quibusdam mandatis dicitur: Loquere ad filios Israel & dices ad eos, in quibusdam uerò additur, ut non solum filijs Israel, sed & proselytis, id est aduenis loquatur, necessaria utiq; obseruanda distinctio est. Quia sicut in his locis ubi dicitur: loquere ad Aaron, & alibi: ad filios Aaron, & alibi, loquere ad Leuitas, & dices ad eos, certũ est nõ subiacere reliquos filios Israel his legibus, quæ uel filijs Aaron, uel Leuitis, uel ipsi Aaron promulgatæ sunt: ita etiã quæ filijs Israel iubent, nec alienigenæ memoria ulla fit, non est putandum commune in his esse mandatum, uel cõmunem fieri legem, ubi appellationis habetur exceptio. Pauca tamen ad horũ probationẽ testimonia adhibeamus ex pluribus, per quod necessariã esse uel adiectionẽ uel exceptionẽ huiusmodi nominũ comprobemus. In primis Leuitici partibus ad solos filios Israel fertur huiusmodi lex: Loquere, inquit dominus, filijs Israel, & dices ad eos: Homo ex uobis si offerat dona deo ex pecoribus, & cętera, & iterum: Et locutus est dominus ad Moysen dicẽs: Loquere filijs Israel. Anima si peccauerit non uoluntate & cætera. Hæc & huiusmodi quis dubitet quod ad solos filios Israel mandantur? Alia uerò non ipsis, sed Aaron, uel filijs eius, ut dicit in cõsequentibus. Et locutus est dominus ad Moysen dicẽs: Præcipe Aaron & filijs eius dicens: Hæc est lex holocaustorũ &c. & rursum. Locutus est dñs ad Moysen dicens: Loquere Aaron & filijs eius dicẽs: Hæc est lex peccati, in loco quo iugulauerint holocaustum, ibi iugulabũt pro peccato in conspectu dñi. Et iterũ ad Aaron: Vinũ, inquit, & siceram nõ bibetis tu & filij tui tecũ, cũ introieritis in tabernaculum testimonij. Alia aũt nec; Aaron, nec; filijs Israel mandantur, sed senioribus Israel hoc modo. Loquere, inquit ad seniores Israel dicens: Accipite, inquit, hircum ex capris pro peccato &c. Nunquid dubitatur quod hæc lex solis senioribus filiorũ Israel præcipitur? Sed & de mundis & immundis animalibus specialis nihilominus lex filijs Israel dari uidetur. Ita nanq; scriptũ est: Et locutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens: Loquimini filijs Israel

Exod. 29

Num. 18

Leuit. 22

Leuit. 6

Leuit. 10

Leuit. 9

Leuit.11 dicẽtes ad eos: Hæc sunt animalia quæ mãducabitis, & reliqua. Sic ergo etiã de circũcisione, uel in his quæ ad Abrahã respõsa sunt, uel in his quæ in Leuitico continẽt, non alius quisquã circũcisionis lege constringitur, nisi sit uel ex Abrahã originẽ trahens, uel uernaculus eorũ, aut precio emptus. Vis aũt uidere, quia sicubi uult etiam alienigenas una eademq; lege cõnecti, significãter ostẽdit? Audi quod scriptũ sit: Et locutus est, inquit, dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron, & ad filios eius, & ad omẽs filios
Leuit.17 Israel, & dices ad eos: Homo ex filijs Israel, uel ex aduenis qui fuerint in uobis, quicũq; manducauerit omnẽ sanguinẽ, statuam animam meam super animã illam quæ manducauerit sanguinem, & disperdam eum de populo suo, quia anima omnis carnis sanguis illius est: & ego dedi uobis illum, ut ex ipso supra altare propitiẽr pro animabus uestris, quia sanguis pro anima expiabit. Propterea dixi filijs Israel: Omnis anima ex uobis nõ manducabit sanguinẽ, & aduena quicũq; fuerit ex uobis non manducabit sanguinem. Vides ergo hanc de obseruatione sanguinis legẽ quæ cõmuniter & filijs Israel, & aduenis data est, obseruari etiam à nobis qui ex gentibus per Iesum Christum credimus
Deut.28 deo. Nos em̃ proselytos & aduenas scriptura nominare consueuit, cũ dicit aduena quidem in te ascendet super te sursum, tu aũt descendes deorsum. Ipse erit tibi caput, tu autem eris eius cauda. Ideo ergo legem de obseruatione sanguinis communem cum filijs Israel etiã gentiũ suscepit ecclesia. Hæc nanq; intelligens in lege scripta, tunc beatum illud apostolorũ concilium decernebat, dogmata & decreta gentibus scribens, ut abstinerent se non solum ab his quæ idolis immolantur, & à fornicatione, sed à sanguine, & à suffocato. Verum fortasse requires, si ut de sanguinis obseruantia claruit, ita etiam de suffocato doceatur, utrum cõmunis filijs Israel cum aduenis data sit lex, quia etiam de hoc obseruare gentes apostolorum statuta decernunt: Audi quam obseruanter etiã super hoc in dei legibus cautum sit. Homo homo, inquit, ex filijs Israel, & ex aduenis qui sunt in uobis, quicũq; uenatus fuerit feram aut auẽ quę manducatur, effundat sanguinẽ eius, & cooperiat terra, quia anima omnis carnis sanguis ipsius est. Vide ergo quàm obseruanter legislator in quo mandatum cõmune uult esse, cõiungit aduenas filijs Israel: in quo specialia dat præcepta, à quibus ea uelit obseruari distinguit. Verum quoniã in-
Leuit.17 ter illa quæ de Leuitico superius protulimus, etiam hoc scriptũ refertur: Homo homo ex filijs Israel, uel ex aduenis qui sunt in eis, quicunq; fecerit holocaustum aut sacrificium, & ad hostium tabernaculi testimonij non adduxerit facere illud domino, exterminabitur homo ille de populo suo: & per hoc uidetur etiã aduenæ & de sacrificijs iniungi, & ecclesia ex gentibus offerendis holocaustis obnoxia fieri: etiam hæc diligentius uerba, & syllabæ (ut ita dicam) obseruandæ sunt legis. Ait enim, si fuerit holocaustum uel sacrificium, ut adhibeat illud ad ostium tabernaculi testimonij. Lex non ut faciat iubet, sed si forte fecerit, quomodo facere debeat docet. Certum est enim nec dubitari potest, quod dũ Hierosolymis templũ constaret, & religio patribus tradita uigeret, plurimi etiã gentiũ ueniebãt adorare & offerre sacrificia. Sed hoc quoniã in loco uno tantũmodo fieri præceptũ est, de quo etiã hic mandat, ut ad ostiũ tabernaculi iugulanda uictima deducãt, tandiu potuit legitime fieri quãdiu status loci permãsit incolumis? Deni-
Luc.17 que & saluator ad illos decẽ leprosos quos mũdauerat: Ite inquit, & ostẽdite uos sacerdoti: & offerte pro uobis hostias sicut præcepit Moyses. Ex quibus cum unus regressus fuisset ad saluatorẽ gratias agens, ait dñs, Nónne decẽ purgati sunt? ubi sunt illi nouem? Non est inuẽtus qui rederet, & gratias ageret deo, nisi hic alienigena? Ita ergo cõstante tẽpli statu, etiã alienigenis offerẽdi sacrificia moris fuit: nunc uerò quid expositi aduenis, quod exhibere ne propriis quidẽ cultoribus licet? Hæc autẽ omnia dicta sunt à nobis, ut ostenderemus quanta sit in lege distinctio mandatorũ, & præcipue ut de circumcisionis præcepto doceremus, quod non alijs q̃ his qui ex Abraham genus ducũt, uernaculisq; eorum uel precio emptis esset iniunctũ: liberos uerò esse ab huiusce modi legibus eos, qui per Christum deo ex gentibus credunt. Quod tamen idcirco interim absq; ullius allegorię adiectione discussimus, nequa (ut solet) his qui sunt ex circũcisione, obstrependi aduersum ueritatẽ resideret occasio. Sed adhuc ualidum aduersum nos leuare poterũt telũ, confirmantes etiam proselytos per legem circũcisioni obnoxi-
Exod.12 os fieri, ex his quæ in Exodo scripta sunt hoc modo: Si uerò quis accesserit ad uos proselytus

selytus, & fecerit pascha domino, circũcides ei omne masculinum, & tunc accedet facere illud, & erit sicut indigena. Omnis incircũcisus non edet ex eo. Lex una erit indigenæ & aduenæ qui aduenerit ad uos. Quæ quamuis arguta uideatur obiectio, tamen admiranda legislatoris ubiq; cautela succurrit. Considera enim quod & hic nõ dixit: quia aduena qui uenerit ad uos faciat pascha domino & circũcidat: sed obseruantissima moderatiõe decernit dicens: Si accesserit ad uos, & fecerit pascha. Nec dubitari em̃ de hoc potest, quod si quis cum ludæis ludaicũ pascha fecerit, & circũcidi debeat, unũ hoc interim, quo retũdantur cõtradicẽtes, legislatoris cautela prospexit. Est & illud præterea ad quod mutire nõ poterũt. Pascha quod lex fieri præcipit, in loco illo quẽ elegit dominus deus, id est Hierosolymis celebrandũ est. In illo etenim tẽplo tantũ offerri sacrificia decernunt. Recuperent ergo prius statũ templi, & tunc de circũcisione contendant: Si uerò ibi secundũ sententiã saluatoris nõ remãsit lapis super lapidem, qui non sit destructus, superflua est de circũcisione causatio. In tantũ autẽ circũcisio uernaculũ ipsius & nullius alterius gentis insigne est, ut nusquam alius quis in historijs ueterũ pro hac refe-
Exod.4 rat̃ correptus, nisi filius Moysi, cuius mater Sephora uim angeli cõminantis exitium fili circumcisione cõpescuit. Ex his ergo omnibus ostenditur Israel ille qui secundũ carnem, aut solus circũcisioni carnis obnoxius: liber autem & alienus ab ea populus proselytus qui aduenit ad eam, qui ascendit & factus est sursum: ille aũt descẽdit & factus est deorsum: & per misericordiam Christi factus est iste populus in capite, & ille in cauda. Facti sunt em̃ nouissimi primi, & primi nouissimi. Et ob hoc iudicat id quod ex natura est præputiũ legẽ perficiens, illos qui per literam & circumcisionẽ præuaricatores sunt legis. Non enim purificat animã hæc quæ in manifesto sit in carne circumcisio, sed illa quæ in occulto est circũcisio cordis, ipsa purificat mentẽ, & uitiorũ maculas abscindit. Hactenus nobis de circũcisione carnali pro uiribus dictum sit. Age iam secundum
Rom.7 eum qui dixit, quia lex spiritalis est: & qui de his quæ referuntur in lege, dicit quod per allegoriam dicta sint: quid etiã allegoricis legibus de ea sentiendum sit uideamus. Scio multorum de hoc ferri dicta uel scripta, sed & nos quæ dominus dederit ad ea quæ ab alijs cõmodè cõposita uidentur addemus. Circũcidere est ex genitali mẽbro, per quod successio humani generis & carnalis propago ministratur, amputare aliquam partem. Per hoc ergo indicari figuraliter reor, amputandam esse ab anima siqua illi ex consortio carnis adhæret impuritas, si quis eam libidinis malesuadæ sensus obtexit. Idcirco igitur non alijs ista desectio, sed genitalibus membris infigitur, ut clareat quod huiusmodi uitia animæ non ex propria substãtia, sed ex genuino motu, & incentiuo carnis adueniunt. Quod autem octaua die circũcisio datur, illud designari arbitror, quod præsenti quidem seculo septimana deputata est, octauus autẽ dies futuri seculi mysteriũ tenet. Illorum ergo est circumcisio spiritalis, qui futuro seculo militãt, in quo neq; nubent, neq; nubentur, sed erunt sicut angeli dei, & eorum qui seipsos castrauerũt propter regnum dei, & quorum in terris ambulantium in cœlis est cõuersatio, quicq; prospiciunt non ea quæ uidenť, sed quæ nõ uidenť, & sciunt quia quæ uidentur tẽporalia sunt, quæ autem non uidentur æterna. Verũ (ut superius memorauimus) dictum est & ab alijs quod circumcisio spiritalis sit, omnem immunditiam, cogitationẽ, atq; impuros sensus abscinde rè à corde & abijcere. Sed occurritur huiuscemodi æditionibus ex his quæ apud Ezechielem scripta referuntur, ubi dicit dominus: Omnis filius alienigena incircũcisus corde, & incircũcisus carne, non introibit in sancta mea ex omnibus filijs alienigenarũ qui sunt in medio domus Israel. Euidenter etenim duas circũcisiones hoc in loco ostẽdit sermo propheticus dicẽs: Incircũcisus corde, & incircũcisus carne. Vnde cogimur secundũ allegoricas leges utriusq; circũcisionis formas ac species assignare, quãuis hoc possit nobis etiam in illis quas supra exposuimus rationibus subijci. Sed interim uideamus nunc quæ possit duarũ circũcisionũ secundum allegoriã figura seruari: & uideamus ne forte referri queat ad duo generalia peccata, in quibus incircumcisum esse nõ expedit, id est in fide, & in operibus: ut sit circũcisus corde qui habet fidem, & incircumcisus carne qui opera nõ habet. Alterũ nanq; sine altero reprobatur, quia & fides sine operibus mortua dicitur, & ex operibus sine fide nemo apud deum iustificatur. Sic ergo ut ego arbitror, dictum propheticum conuenienter aptabitur fideliũ populo, quibus dicitur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnis alienigena qui est in uobis in medio domus Israel incircumcisus corde, & incircumcisus carne, nõ introibit in sancta mea. Hoc est nimirũ quod & dñs in euãgelio dicit: Qui credit in me mãdata mea custodit, & iterum: Qui audit uerba mea & facit ea, & iterũ: Quid aũt dicitis mihi, dñe domine, & non facitis quæ dico? Vides ergo ubiq; fidem cũ operibus iungi, & opera sociari cum fide. Cordis ista est circũcisio: nihil sordidum, nihil indignũ sentire de fide. Carnis circũcisio est, nihil immundũ, nihil cõtaminatum in opere gestisq; cõmittere. Qui enim in altero horũ incircũcisus fuerit & immundus, dei uocibus ingredi prohibetur in sancta. Ingreditur tamen & alienigena in sancta quò non liceat ingredi secundũ legẽ literæ nisi solis sacerdotibus. Datur uerò nunc & alienigenis ut ingrediantur, ut sint fidei & actuum circũcisione purgati. Si quis aũt ad nos superiores quæstiones reuocare contendat, & iterum nobis replicet hoc quod scriptũ est de alienigena, quod ab eo uolente ingredi in sancta, nõ solũ cordis circũcisio, sed & carnis exigitur: huic ita moleste persistẽti, obuertimus & nos illud quod Hieremias propheta dicit: Ecce incircũcisæ sunt aures uestræ. Ostendat nobis iste carnalis circũcisionis exactor auriũ circumcisionẽ sensibilẽ & corporalem si potest: sed certũ est quod nullo pacto hoc facere queat. Reuertitur ergo ad allegorias necessitate cõpulsus, & dicet circumcidi aures, cũ secundũ Salomonis monita nõ recipiunt auditionẽ uanã, & cum oppilantur ne audiant iudiciũ sanguinis, & cum sepiuntur spinis ne audiant obtrectationẽ, sed ut soli uerbo dei pateant, & his quæ ad ædificationẽ dicunt. Sit ergo talis & illa cordis, qualis & hæc auriũ circũcisio, quæ cõmuniter uidetur exposita. Hoc aũt modo & incircumcisus labijs dicitur, qui non circumciderit blasphemiã, scurrilitatem, turpiloquium de ore suo, qui non posuerit custodiam ori suo, & ostium circumstantiæ labijs suis, qui non etiam à uerbo otioso circũciderit os suũ. Deniq; ubi dicit Moyses ad dominũ: Prouide domine alium quẽ mittas, ego aũt tardæ linguæ, & gracili uoce ego sum: ipsi in Hebræis exemplaribus habere se dicunt: Ego aũt incircumcisus sum labijs. Quod si hoc modo, quo superius diximus, potest quis incircumcisus uideri auribus, & incircũcisus labijs, cur non & simili forma incircumcisus præputio carnis suæ dicatur is qui erga naturalem coitus motũ immoderatius & intemperantius effluit? Circumcisus uerò habeatur, si qui in huiuscemodi negotio legitimis, & quantũ posteritati sufficit utatur officijs? Verum quoniã de circũcisionis ratione tractamus, etiã illud his adiungere non absurdum uidetur, quod Iesus filius Naue ex præcepto domini filios Israel secũdo circũcidisse cultris saxeis memoratur: quod utiq; quantum ad literã spectat impossibile factum uidetur. Semel in carne preputij circumcisis, quid inuenire possit secunda circũcisio quod auferat? Iesus uerò noster qui uere post Moysen filios Israel in terrã sanctam fluentẽ lac & mel, terrã repromissionis inducit, euidens est quõ non semel sed secundo circũcidat credentiũ populum. Prima nanq; est eius circumcisio, qua ab eis uel idolorũ cultum, uel cõmenta philosophicæ persuasionis execuit. Secunda uerò utiq; circumcisione, cũ ab eis ueteris hominis consuetudinẽ, & passiones ac uitia carnis abscidit: & tũc cõpletur quod in Iesu Naue scriptũ est: Hodie ablatuli à uobis opprobria Ægypti. Opprobria nanq; Ægypti secũ circumfert, si quis in ecclesia positus, & sub Iesu duce militans Ægyptios mores & motus animi barbaros seruet. Marcion sanè cui per allegoriã placet nihil intelligi, quomodo exponat quod dicit apostolus, circũcisionem prodesse, omnino non inueniet. Sed de singulis quidẽ quæ inferuntur nullatenus reddere poterit rationẽ: aduersari cum quadã irrisione notare deum legis qui circumcisionem dederit solet non solum ipse, sed & omnes hæretici qui uetus testamentũ repudiãt, unà cũ gentilibus, qui omnes aduersum deũ legis talia quædã, uel fœda obtrectatione cõgeminãt. Stoici aiunt: indicet aliquid mysticũ circũcisio, & figurã teneat allegoriæ: ita ne oportuit ut cum pœna & periculo paruulorũ, cum cruciatibus teneræ & adhuc innocentis partis, in facie figurarũ species, & legis ænigmata cõderentur? Sic nõ habebat legislator ubi formas mysticas poneret, nisi in decurtatiõe uerecundorũ locorũ? & dei omnipotentis lex æterniq; testamenti signaculũ non potuit nisi obscœnis membrorum partibus collocari? Ita ne bonus est deus iste q natũ hominẽ statim in primis nouæ lucis auspicijs præceperit uulnerari? Et si, ut uobis uidet, ipse est & animę creator & corporis: aut superfluo se plasmasse partẽ illam corporis notat quam postmodũ mãdat abscindi

Ioan.14 Matt.7

Hier.6

Exod.4

Iosue 5

Ibid.

scindi, ut per miserorũ supplicia proprium emẽdet errorem: aut quod necessario & utiliter fecit, nõ recte mãdat auferri. Tum præterea si cura est deo plurimos ad cultũ sanæ religionis adduci, maximũ ex circũcisione obstaculũ nascitur. Cũ eo enim quod suppliciũ unusquisq; declinat, tum etiã irrisionẽ turpitudinis refugit: unde magis impedimentum hoc religionis & insigne dicendum est. Hæc & multa his similia uel gentiles aduersum legislatorem, uel hæretici perstrepunt, quibus respondere necessarium puto sed primo gentibus. Nemo sapiẽs ea in alijs notat, quæ apud se honesta ducit & magna: etenim circũcisio apud uos ô gẽtiles ita magni habeẽ, ut nõ passim uulgo ignobili, sed solis sacerdotibus, & his qui inter ipsos electoribus studijs mancipati fuerint, credatur. Nam apud Ægyptios qui in superstitionibus uestris & uetustissimi habentur & eruditissimi, à quibus prope omnes reliqui ritum sacrorũ & cęremonias mutuati sunt, apud hos, inquam, nullus aut Geometriæ studebat, aut Astronomiæ, quæ apud illos præcipua ducit, nullus certe Astrologiæ & Geneses, qua nihil diuinius putant, secreta rimabatur, nisi circũcisione suscepta. Sacerdos apud eos, aruspex, aut quorũlibet sacrorum minister, uel ut illi appellant propheta omnis circumcisus est. Literas quoq; sacerdotales ueterũ Ægyptiorum quas Hieroglyphicas appellant nemo discebat nisi circumcisus. Omnis hierophãtes, omnis uates, omnis cœli (ut putant) infernię mystes & conscius apud eos esse non creditur, nisi fuerit circumcisus. Hoc igitur apud nos turpe & obscœnum iudicatis, quod apud uos ita honestum habetur & magnũ, ut cœlestium infernorumq; secreta non nisi per huiuscemodi insignia enunciari uobis posse credatis? Quod si apud uos per tot & in tantis secretorum uestrorũ cauſis quæ ministra circumcisione peraguntur, necessariũ erit rationem quæri, & talem quæ contemni non debeat, ne cum eo cuncta pariter subruantur, cur non id etiã apud nos fieri posse speretis? Verum si replicetis historias uestras, inuenietis non solum Ægyptiorũ sacerdotes & hierophantas usos esse circumcisione, sed & Arabas & Æthiopas, & Phœnices, alios q; quorum studia gratia huiuscemodi superstitioni nobilius uigent. Hæc sufficienter dicta sint aduersum gentiles, quibus de legis nostræ mysterijs loquendum apertius non erat. Nunc iam nobis ad eos sermo dirigatur, qui Christo quidem credunt, sed legẽ non recipiunt & prophetas. Fatemini sine dubio uerũ esse quod scriptum est in epistola Petri: Quia redempti sumus nõ corruptibili precio argenti & auri, sed precioso sanguine unigeniti. Si ergo precio empti sumus, ut etiam Paulus adstipulatur, ab aliquo sine dubio empti sumus, cuius eramus serui, qui & preciũ popoſcit quod uoluit ut de potestate dimittat quos tenebat. Tenebat autem nos diabolus, cui distracti fueramus peccatis nostris. Popoſcit ergo precium nostrum sanguinẽ Christi. Verum donec Iesu sanguis daretur, qui tam precioſus fuit ut solus pro omnium redemptione sufficeret, necessariũ fuit eos qui instruebantur in lege, unumquemq; pro se uelut ad imitationem quandam futuræ redemptionis sanguinem suum dare, & propterea nos pro quibus cõpletum est precium sanguinis Christi, non necesse habemus pro nobis ipsis precium id est sanguinem circũcisionis offerre. Si uerò culpabile uobis uidetur quod deus legis inferri iubet infantibus uulnera, & sanguinẽ fundi: hoc etiam in Christo factum culpatis, qui & octaua die circũcisus est, & uulnera passionis excepit, & cũ crucis pœna sanguinẽ suum fudit. Quod uerò circũcisionis horrore difficilis uobis ad religionem uideẽ ascensus, difficilior multo uidetur ingressus ad euangelium uobis, in quo non partẽ exiguam corporis, sed ipsam quis animã ponere iubetur. Sed exẽpla martyrũ secundũ uos prohibebãt homines accedere ad fidẽ. An eo magis credit firma religio, quod nihil remissum, nihil delicatũ pollicet aut molle? Quod & si nihil aliud sacramẽti figuraliter circũcisio teneret, quid esset absurdi, si ad discretionẽ cæterarũ gentiũ populus qui sub lege dei instituebat, propriũ aliquod gestaret insigne? & si necessaria uisa est partis alicuius amputatio, quid tam cõueniens fuit q; eam inuenire quæ uidebatur obscœna, & illa auferre quorũ diminutio nihil ad officiũ corporis impediret? Quod uerò dicũt: quia si necessaria facta est, nõ debet auferri: interrogemus eos & nos, si necessariã dicãt filiorũ procreationẽ. Necessariam sine dubio respondebunt. Erunt ergo culpabiles, qui cõtinentiæ & uirginitatis obtẽtu, necessarijs naturæ officijs nõ ministrãt: & erũt cogendi ad nuptias, qui secundũ euangelij

1 Pet.1

leges ſemetipſos caſtrauerũt propter regnum dei, habẽtes exẽpli huius auctorem cum multos alios ſanctorũ, tum etiam ipſum dominum Ieſum. In ſumma uerò dicendum eſt quod ſicut multa neceſſaria erant baptiſmata ante baptiſmũ Chriſti, & multæ purificationes anteq́ purificatio per ſpiritũ ſanctum fieret, & multæ hoſtiæ antequã una hoſtia agnus immaculatus ſemetipſum patri offerret hoſtiam Chriſtus: ita etiã multis circumciſionibus opus fuit uſquequo una in Chriſto circumciſio in omnibus traderet: & multorum ſanguinis effuſio præceſſit, uſquequo per unius ſanguinẽ omniũ redemptio fieret. Hæc quidem nobis ad præſens occurrere de circumciſionis ratione potuerũt: quæ tamen ea lege dicta ſint à nobis, ut ſi quis melius & rationabilius dixerit, illa magis ſq́ hæc noſtra teneantur. Verum poſt exceſſum iuſto forſitan largiorem ad apoſtoli concluſionem capituli reuertamur. Igitur quoniã frequens eſt apoſtolo iſte tractatus, quo per ſingula quæq́ bínos homines eſſe deſignat: quorum alterum exteriorẽ nominare, alterum interiorem ſolet: eorum q́ alterum ſecundum carnem eſſe, alterũ ſecundum ſpiritum dicit: opinor ex illis inſtitutis quæ in Geneſi ſcripta ſunt, ubi alius ad imaginem dei factus, alius de limo terræ factus refertur: & hos ipſos nunc alium in manifeſto, alium in occulto ludæũ uocat: Sciendũ eſt quod horũ uterq́ in quibuſdã diſſonis, in nõnullis uerò cõmunibus utitur inſtitutis. Nam ſunt quædã quæ ab interiore homine initiũ ſumunt, & uſq́ ad exteriorẽ peruenĩũt. Alia uerò ab exteriore homine inchoata perueniunt uſq́ ad interiorẽ. Quod aũt dico tale eſt. Si caſtitas ab interiore homine ſumat exordium, peruenit uſq́ ad exteriorẽ. Neq́ enim fieri poteſt, ut ſi ante quis non mœchet in corde, mœchari poſſit in corpore. Sed nõ cõtinuo ſi quis ab exterioris hominis incipiat caſtitate, peruenit etiam ad interiorẽ continentiã. Secundũ hæc ergo circũciſio interioris hominis allegoricis legibus intelligat, cũ iam neq́ interior ille cõcupiſcit in corde, neq́ exterior iſte cõcupiſcentiã miniſtrat in corpore: ut circũciſus dicatur in carne ille, quem apoſtolus dicit iam non eſſe in carne, ſed in ſpiritu, & qui actus carnis per ſpiritum mortificat. Verum quoniã qui circũciſus eſt aliquam carnẽ perditã dedit, aliquã ſeruauit incolumem, in eo quod perditam dedit, illam carnẽ ſignificari puto de qua ſcriptum eſt: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. Caro aũt quæ ſeruatur, & incolumis permanet, puto quod formam teneat illius carnis de qua dicitur: Quia omnis caro uidebit ſaluatorẽ dei. Sed opus eſt auribus quæ audire poſſint quæ ſit caro quæ pereat, & quæ ſit caro quæ uidebit ſaluatorẽ dei: quæ poſt depoſitionẽ carnis præputij ſalua permaneat, cũ illa ut flos fœni deciderit. Quod qui intellexerit, inueniet ingentium myſteriorum formas circumciſionis ratione præmiſſa: & inueniet eum qui in occulto ludæus eſt, & qui in interiore homine circumciſus, tantum præſtare & eminentiorem eſſe illo qui ſecundum carnem ludæus eſt, quantum præſtat & eminet Iudas ille quem collaudant fratres ſui, & qui dormiuit ut leo, & ut catulus leonis ſuſcitatus eſt, illo Iuda qui ex femoribus Iacob ſecundum carnem natus eſt.

Gen. 2

Eſa. 40

CAPVT III

QVID ergo amplius Iudæo? aut quæ utilitas circumciſionis? Multum per omnem modum. Primum quidem quia credita ſunt illis eloquia dei. Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt? nunquid incredulitas eorum fidem dei euacuabit? Abſit. Eſt autem deus uerax, omnis autem homo mendax: ſicut ſcriptum eſt: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.] In hac epiſtola Paulus uelut arbiter quídam inter Iudæos reſidens, & Græcos, id eſt eos qui ex gentibus credunt, utroſque ad fidem Chriſti ita euocat & inuitat, ut neque Iudæos offendat penitus deſtruendo Iudaicos ritus, neque gentibus inijciat deſperationem confirmando obſeruantiã legis & literæ: & ſiue de repromiſſionibus memoret, ſiue de pœnis, ad utrunq́ populum diuidit uerbum. Vt, uerbi gratia, cum dicit: His autem qui ex contentione ſunt, & qui diffidunt quidem ueritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæo primum & Græco. Iſta de pœnis. De promiſſionibus uerò ſubiungit: Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco. Rurſum de gentibus dicere uidetur: Quicunq́ enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Et iterũ de circumciſis

cumciſis: Et quotquot in lege peccauerũt, per legem iudicabuntur. Rurſum uerò gẽtes ſubleuans dicit: Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quę legis ſunt faciunt, hi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis, &c. Et iterum ſermonem conuertit ad Iudæos dicens: Si autem tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & reliqua uſq́ ad eum locum ubi dicit: Nomen enim dei per uos blaſphematur inter gentes. Et ne uideretur nimius eſſe in increpationibus Iudæorum, dicit: Circumciſio prodeſt ſi legem cuſtodias. Sed iterũ ne erigeret eos qui nimiam in circumciſione ponunt gloriam, addidit: Si autem præuaricator ſis legis, circumciſio tua præputium facta eſt. Vt autem paululum & eorum qui ex gentibus credunt animos alleuaret, ſubiungit: Si autem præputium legis iuſtitias cuſtodiat, nónne præputium illius in circumciſionẽ reputabitur? Atq́ ut ualidius erigeret animos gentium, & ſcirent poſſe ſe ſi legem perfectius obſeruarẽt etiam meliores effici Iudæis, dicit: Et iudicabit id quod ex natura eſt pręputiũ legem perficiens, te qui per literã & circumciſionem prævaricator es legis. Verum quoniam ſciebat multas in lege & prophetis eſſe repromiſſiones ad Iudæos, ne poſſent deſperare gentes tanquam quæ nihil ſocietatis in conſcriptis repromiſſionibus habeant, docet eos qui ſecundum myſticã rationem etiam ipſi Iudæi fiant & habeant circumciſionem. Propterea dicit: Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neq́ quæ manifeſte in carne eſt circumciſio, ſed qui in occulto Iudæus eſt circumciſione cordis in ſpiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex deo eſt. Verum quoniã in his omnibus ſuperiorem quodammodo cauſam gentium fecerat, rurſum uelut querelis eorum qui ex circũciſione ſunt occurrens, proponens ſibi ipſe quæ in præſenti capitulo continentur dicit. Quid ergo amplius eſt Iudæo? aut quæ utilitas circumciſionis? Multum per omnem modũ. Si ergo, inquit, is qui in manifeſto Iudæus eſt, & quæ manifeſte in carne eſt circumciſio nõ reputatur, ſed qui in occulto Iudæus eſt, & circumciſio cordis quæ fit in ſpiritu, ipſa eſt uera circumciſio: dices mihi: Quid amplius eſt Iudæis qui hac appellatione cenſentur? uel quæ in corporali circũciſione habetur utilitas? Ad hæc uidetur in utroq́ populo minus iuſtus arbiter reſedisſe pronuncians quid amplius habeat Iudæus & ea quæ in carne eſt circumciſio, & dicit eos habere amplius multum per omnem modum. Quid autẽ multo ſit amplius ſubiungit. Primo inquit, quia credita ſunt illis eloquia dei. Quãuis enim & gentibus nunc credantur eloquia dei, ſed illis ait primo ſunt credita. Requiro tamẽ quid eſt quod dicitur primis eis credita eſſe eloquia dei, utrum ne de literis hoc dicat & libris, an de ſenſu & intelligentia legis? Videmus enim plurimos Iudæorũ ab infantia uſq́ ad ſenectutem ſemper diſcentes & nunquã ad ſcientiam ueritatis peruenientes: & quomodo uidebitur uerum eſſe quod dicitur, quia amplius aliquid habeant in eo quòd primis eis eloquia dei credita ſunt, in quibus non intelligunt neq́ quæ loquuntur, neq́ de quibus affirmant. Si uerò ſapiens ille dicitur qui intelligit ſecundum Salomonem quæ ex proprio ore ſunt, & qui in labijs portat intellectũ: de Moyſe & prophetis cæterisq́ horum ſimilibus hæc intelligenda ſunt dici, quibus credita ſunt eloquia dei: quia & ipſos Iudæos fuiſſe, & habuiſſe circumciſionem, non poteſt dubitari. Sed & ſi quis apud eos ſapiens & intelligens auditor & mirabilis conſiliarius fuit, quos auferre dicitur dominus ab Hieruſalem offenſus impietatibus populi. Sic enim dicit Eſaias: Ecce dominator dominus ſabaoth auferet ab Hieruſalem & à Iuda. & poſt aliquanta: Et prophetam inquit, & æſtimatorem, & ſeniorem, & quinquagenarium, & mirabilem conſiliarium, & ſapientem architectum, & prudentem auditorem. His ergo talibus exiſtimandum eſt primis credita eſſe diuina, & his fatendum eſt fuiſſe amplius multum per omnẽ modum: ſed & ſi qui alĳ his ſimiles fuerunt, ſicut in Regnorum libris ſcriptum apoſtolus memorauit: Reliqui mihi ſeptem milia uirorum qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. Sed & ipſi apoſtoli Chriſti & ipſe uas electionis Paulus ex Iudæis & ex circumciſione ueniens amplius habebat his quos docebat ex gentibus per omnem modũ. Credita nanq́ eis ſunt eloquia dei. Sed & hoc ipſum quod dicit, quia credita ſunt illis eloquia dei, conſiderandum eſt, quia non dixerit literas eſſe creditas, ſed eloquia dei. Vnde uia nobis datur intelligendi, quòd his qui legunt & non intelligunt, & qui legũt & nõ credunt litera ſola ſit credita, illa de qua dicit apoſtolus, quia litera occidit: Eloquia autem

Eſa. 3

3 Reg. 19

2 Cor. 3

autẽ dei illis sint credita, qui intelligentes & credentes his quæ Moyses scripsit credunt
Ioan.5 & Christo: sicut & dominus dicit: quòd si credidissetis & ipsi Moysi, crederetis utiq; & mihi: de me enim ille scripsit. Sed istud habeat amplius Iudæus in literis, habeat aliquid & in eloquijs dei. Nunquid penitus relinquuntur ij qui ex gentibus ueniunt ad Christum? an & ipsis est ubi habeant aliquid amplius? Audi dominũ dicentem ad Centurio
Matt.8 nem ex gentibus credentem. Amen dico uobis, nec in Israel tantã fidem inueni. Vide
Ibid. ergo ubi uenitur ad fidem quantum amplius habeant gentes: de quibus in alio loco dominus dicit: Quia uenient ab oriẽte & occidente, & à quatuor uentis terræ, & recumbent cum Abraham Isaac & Iacob in regno dei, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Vbi ergo ad leges uenitur & literas, habent Iudæi amplius multum per omnem modum: Vbi uerò uenitur ad fidem (ut ex comparatione dixerim) habent gentes multum per omnem modum. Requirendum sanè est si etiã Samaritis dicẽdum est primis credita esse eloquia dei, quoniam quidem etiam apud ipsos lex Moysi seruari uidetur. Sed illis ego ne ipsam quidem literam quæ occidere dicitur, creditam dixerim. Di-
Amos.6 cit enim de eis propheta: Væ his qui spernunt montem Sion, & confidunt in montem Samariæ: ipsi quippe se alienos à literis dei faciũt repudiantes prophetas. Sed & hæreticis qui iniquitatẽ loquũtur in excelsum, & qui impietate sua diuidunt unitatẽ deitatis, & qui legẽ ab euangelijs separant, nõ dixerim credita esse eloquia dei pro eo quòd diuina apud eos uolumina relegi uident: sed quia nihil in his sentiunt spiritale, nihil deo dignum, solam apud eos quæ occidit haberi literam dixerim. Verum si forte Iudæi nolent recipere apostoli nostri sententiam, quæ dicit quia litera legis occidit: & iniuriam putent legi fieri, si secundum literam sperni uideatur: reuertamur ad ipsum Moysen, & uideamus quàm magnificauerit literã legis: qui cum accepisset tabulas lapideas inscriptas digito dei, tantũ honoris detulit literæ legis, ut proijceret de manibus suis tabulas, & comminueret quidem digito dei scriptas, nec tamen pro hoc impietatis culpa notatus sit. Vides ergo quia non solum Paulus spernit literã legis, sed multo ante eum Moyses spreuit, & abiecit, & contriuit literas legis: hoc sine dubio iam tunc designãs, quòd
Matt.21 honor & uirtus legis nõ esset in literis, sed in spiritu. Sed & dominus in euangelio cum dicit, ad Iudæos loquens: Auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructum eius: puto quòd sensum legis dixerit, qui ablatus est à Iudæis, manentibus apud illos solis literis legis, & datus est gentibus qui possint per fidem fructum spiritus facere. Quæ cum ita sint, cur tam ignaui & desides sumus, ut non tandem abiecta omni malitia, cum simplicitate & puritate cordis, ad suscipiẽda dei eloquia properemus, & ad capiendum de eis sensum Christi? quippe cum audiamus in his esse regnum dei. Certe unusquisq; pro uiribus capiat eloquia dei, quæ sunt sapientia quam loquitur apostolus inter perfectos. Qui uerò ad hanc idoneus nondum est, suscipiat eloquia dei in quibus agnoscat nihil amplius q̃ Christum Iesum, & hunc crucifixum. Qui nec hoc potest, in eo suscipiat eloquia dei, ut lacte utatur, & non cibo forti. Si uerò adhuc infirmatur in fide, eloquia dei in holeribus sumat. Tantũ est ut omnes cõmuniter nouerimus eloquia dei esse eloquia casta, & argentum igne examinatum, terrę purgatum septuplum: id est ut in castitate & sanctitate cordis & corporis diuina seruemus eloquia. Credita sunt ergo primis illis quibus supra diximus eloquia dei, sed quidã (ut dicit) nõ crediderũt siue
1 Cor.2 deo siue eloquijs dei. Vides quia qui non credunt, ipsi sunt secundum carnem, de quibus & alibi dixit. Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus dei: Stultitia est enim illi. Sed horũ incredulitas nõ euacuat fidem dei. Fidem dei uel eam intelligimus quam fidem habet deus cum his quibus credit eloquia sua, uel eam fidem qua credunt deo ij qui ab eo eloquia diuina suscipiunt. Commonemur ergo ut incredulitas eorum qui uel non accedunt ad fidem, uel decidunt ex ea, si forte irrideant nos opera fidei agentes, uel cum ieiunamus, uel cum misericordias facimus, uel cum studijs & legi dei operamur, uel etiam cum pro martyrio Christi tormẽta sufferimus, meminerimus semper quia infidelitas eorum fidem dei quæ in nobis est nõ euacuat. Post hæc quod sequitur,
Rom.1 minus quidem composite uidetur adiunctum: dicit enim. Fiat autẽ deus uerax, omnis
Psal.51 autem homo mẽdax, sicut scriptũ est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Tamen tali quadam circumflexione superioribus id aptare tentabimus. Li-

cet, inquit, non crediderint quidam Iudæorum, de infidelitate tamen eorum dicendum est, quòd deus quidem solus sit uerax, omnis autem homo sit mendax: qui etiam si quid iustum est, necesse est tamen ut in aliquo à ueritate decidat, quã in omnibus seruare humanæ naturæ penè impossibile est. Quia ergo omnis homo mendax est, propterea Iudæorum quidam ut homines mendaces non crediderũt. Nam quia omnis homo mendax est, necessario in die illa cũ ad iudiciũ uenerit dominus cum hominibus, solus ipse iustificabitur in uerbis suis. Ipsius enim uerba in omnibus uera, quia uerba sunt ueritatis. Quod aũt dominus ad iudicium ueniat cum hominibus, propheta dicit: Venite & dijudicemur dicit dominus: & ipse dominus ad iudicium ueniet cum senioribus populi, & iterum: Memento tu & iudicemus, dicit dominus. Hæc autem introduxit apostolus obseruans illam obiectionem quam sibi in alio loco proponit ibidem: Si autẽ iniustitia nostra iustitiam dei cõmendat. De qua cum ad locũ eius uentũ fuerit requiremus. Nunc ergo uideamus quid est quod dicit: Fiat autẽ deus uerax, omnis aũt homo mendax. Ita enim in græcis exemplaribus habetur. Nam Latini fit pro fiat legunt. Primo ergo hoc sciendum est, quia quod dixit fiat, non imperatiuo modo dicit. Stultũ est enim
Matt.6 si putetur imperandum esse deo ut uerax fiat. Sed ut cum dicimus: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra: uel ut iterũ dicimus: Fiat pax in uirtute tua, non imperantes sed optãtes, immo potius pronunciantes, &c. quia nõ potest pax fieri nisi in uirtute dei: ita & hic uelut pronunciantis sermo accipiendus est: Fiat aũt deus uerax, omnis aũt homo mendax. Sed & hoc sciendum est, quòd sermo iste, id est omnis homo mẽdax, de psalmo cxv. assumptus est ubi dicit: Ego aũt dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Ve
Psal.115 rũ ad euidentius illuminãdum apostoli sensum, ne uideatur legẽtibus onerosum si psalmi ipsius continentiã, unde assumit testimoniũ, breuiter exponamus. Videtur ergo mihi talem quendã propheta nunciare sensum. Cum multa sint, inquit, apud homines dogmata, & multi de ueritatis inquisitione philosophentur, cumq; oporteret in his omnibus quæstionibus præcedere filium dei: alij quidem qui non prius credentes quæsierũt non inuenerunt: ego autem qui credidi antequã quærerem, idcirco quod quærebã inueni, & non solum inueni, sed & locutus sum, & annunciaui populis quam inueneram ueritatem. Nec tamen inuenta ueritate elatus sum in sapientia, neq; inflatus in scientia mea: sed eo magis humiliatus sum, cum agnoui & intellexi dominũ esse qui docet omnem scientiam. Deinde considerans quę homines & quanta uel inter philosophos, uel inter cæteros barbaros de ueritate locuti sunt, & quia multo labore multa dicentes, nil inuenerint, quia non crediderunt anteq; quærerent, considerans omnia eorum uel dicta, uel scripta, & in excessu mentis effectus, id est stupore cordis attonitus, quod omnia illa philosophorum uolumina quæ splendida & præfulgida uidebantur oratione composita, procul à ueritate consisterent: in excessu & in stupore mentis effectus dixi: Omnis homo mendax. Ego uerò cui hæc ostenderat deus, ingratus nõ fui, sed cogitaui & quæsiui apud memetipsum, quid pro hoc quod mihi dominus præstat sciẽtiam ueritatis, domino rependerẽ muneris: intellexi tamen quod natura illa æterna, & omniũ domina, nullius indiget. Vnum ergo inueni solum, quod me offerre oporteret deo, id est ut crederẽ de eo quod nunq; possit ab homine aliquid accipere sed semper dare, & ideo dixi: Calicem salutaris accipiam: uelut si responderet dicenti: Potes calicem bibere, quem ego bibiturus sum? & diceret: Possum domine. Sic ergo ait: Calicẽ passionis tuæ libenter & tota uoluntate suscipiam: & ut calicis tui, id est passionis gratiã ad finem usq; conseruem, non meis uiribus agã, sed nomen domini inuocabo. Preciosa est enim apud te mors, quæ pro deitate & ueritate suscipitur. Secundum hoc igitur etiã in apostolicis dictis accipiendum est: Omnis homo mendax, siue qui in legis litera sine fide confidunt, siue is qui in quibuslibet dogmatibus & literis gloriatur. Sed obijcitur nobis: Si omnis homo mendax est, ipse Paulus homo est, erit ergo mendax. Sed & Dauid qui hæc dixit, homo fuit, si omnis homo mendax est, erit & ipse mendax: hoc ipsum falsum quod dicit: omnis homo mendax, quia mendacem se necessario cum cæteris hominibus ipse pronunciat: & si mendax est, utiq; non erit uerũ quod à mendace dicitur: quia omnis homo sit mendax. Videtur ergo sermo eius incurrisse in syllogismum qui dicitur Aporus, id est dubius, qui & falsus appellatur. Sed si redeamus ad interiorẽ scripturæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

pturæ intellectum,inueniemus quòd omnes prophetę uel apostoli ex illis sint ad quos sermo fit,sicut scriptũ est: Et factum est uerbum domini ad illum uel illum prophetam, hos ergo ad quos sermo dei fit, dominus in euangelio non homines pronunciat esse, Ioan.10 sed deos.Sic enim dicit: Quod si illos dicit deos ad quos sermo dei factus fit,& non potest solui scriptura:quia ergo & ad Dauid tanq̃ prophetã,& ad Paulum tanquã apostolum sermo dei factus est, sine dubio non erãt homines sed dij ad quos sermo dei factus est.Igitur quia non erant homines sed dij,uerũ est quod de cæteris hominibus pronunciat,ad quos sermo dei nõ factus est: quia omnis homo mendax sit. Sed & quod sequitur nihilominus de Psal.l.assumptum est, id est: Vt iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris.Est autẽ in psalmo integer sensus hoc modo positus.Tibi soli peccaui & malum corã te feci,ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas cũ iudicaris. Et quoniam grandis excessus est ut ab initio psalmi repetamus,breuitatis causa hunc tantummodo quẽ in medio posuimus, discutiamus sermonẽ: in quo statim in primo hæc difficilis uidet explanatio. Si enim historiã sequamur quæ in prætitulatione psalmi scripta est, ubi 2 Reg.12 refertur perempto Vria Cetheo uxorẽ eius accepisse Dauid, quomodo ergo dicit: Tibi soli peccaui: cum utiq; & in ipsum Vriam peccauerit,& in propinquos eius: sed & in ipsam Bersabee atq; omnẽ domũ eius, cui intulisse maculam uidetur adulterij? Sed est sciendum,quòd non semper prætitulationis historiã psalmi continentia sequitur, ut in plurimis psalmis qui obseruat inueniet. Et ut exempli causa dixerim, xvij. psalmi prætitulatio : In finem inquit puero domini Dauid, qui locutus est uerba Cantici huius in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorũ suorũ & de manu Saul, & dixit. Continentia uerò psalmi longe aliud q̃ prætitulatio continet. Quæ enim fundamenta montiũ cõmota sunt,aut quando tremefacta est terra, cum pugnaret Dauid aduersum inimicos suos? Aut ubi referẽ caligo sub pedibus domini fuisse? uel ubi indicatur ascendisse super Cherubim & uolasse, uel super pennas uentorũ, & cætera pene omnia,quæ à prætitulationis historia omnimode discrepãt? Hoc ergo modo & in quinquagesimo psalmo,quòd secundum historiam non conueniunt,uidendum est ne forte mulieris in prætitulatiõe per figurã idcirco facta sit mentio,ut sub hac appellatione intelligatur aliqua talis mulier, uel qualis describitur illa fortis quæ duplices chlamydes fecit uiro suo:uel certe his contraria, ut fuerunt illæ quæ dicunt declinasse cor Salomonis ut ædificaret aras gentiũ & idola. Quæ utiq; in allegoriam sumptæ, nõ sunt ex diuina sapiẽtia,sed ex illis quæ sunt ei contrariæ,id est alienæ à deo sectæ. Talis ergo & hæc Vriæ uxor Cethei uiri alieni ab Israel intelligi potest, quã positus in superioribus Dauid inspexerit lauantem immũditias suas in aquis,& sordes suas diluere uolentẽ, eamq; desiderauerit, & acceperit. Sed quia non fuit uoluntas domini alienas à ueritate dei sectas introducere in domũ Dauid, prima eius natiuitas & primus fructus extinguitur, ut secunda progenie rex de alienigena sapiens nasceretur.Sed longum est horum figuras & ænigmata persequi. Illud tamen quod ad rem pertinet, breuiter prosequemur. Cum,inquit,multa subtilitas sit in uarietate sectarum,& qui sensus secundum deum sit, qui uerò alienus à deo in tractatibus & disputationibus sapientium, nullius sit scire uel iudicare,nisi solius dei,qui solus potest comprehendere sapientes in astutia sua:ideo tibi soli peccaui,& malum corã te feci,quia cæteri omnes,utpote animales homines, me qui spiritalis sum etiam si erraui dijudicare non possunt: quia spiritalis iudicat omnia, 1 Cor.4 ipse uerò à nemine iudicatur.Sed quia addit Paulus spiritalis, & dicit: Qui autem iudicat me dominus est:hoc sciens & Dauid quod solus dominus est qui spiritalem dijudicat,idcirco dicit: Tibi soli peccaui, à quo solum possum dijudicari. Nam humana dijudicare nõ potest spiritalem.Sed & quod sequitur ad hunc respicit sensum: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Iudicatur nanq; deus in disputationibus sapientium,dum alij hoc modo,alij alio,& diuerse singuli de deo sentiũt: Ipse uerò uincit eos qui de se iudicant, cum errantibus cunctis suam de se quomodo uel qualiter credendus ac uenerandus sit reuelat ipse sententiam.Sed sufficiat hucusq; spatia secundi uoluminis esse producta. Nescio quo pacto dum piget omittere si qua explanationi necessaria suggeruntur,euoluimur à breuitate,quam si res pateretur,lectoris fastidio consulentes,magnopere seruare cuperemus.

Liber

LIBER TERTIVS

S I autem iniquitas nostra dei iustitiã commendat, quid dicemus? Numquid iniquus deus qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus mundum? Si enim ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloria eius,quid adhuc et ego tanquã peccator iudicor? & non sicut blasphemamur,& sicut dicunt nos quidam dicere: Faciamus mala ut ueniant bona? Quorum damnatio iusta est.] Multum fortassis inconsequens uidebitur ordo dicendi, per omnem penè textum huius epistolæ ab apostolo Paulo digestus,dum eius sermo nunc aduersum gentes dirigitur,nunc pro gẽtibus temperatur, & rursum aduersum Iudæos, & iterum de Iudæis, aut etiam pro Iudæis ponitur, & ex ipsis alios quidem laude dicit dignos,alios uituperat. Qui rursum sensuum uarietates extra lineas propositæ actionis putabitur abduxisse,ueluti cum exclamatione utitur cum ait:Sit autem deus uerax,omnis autem homo mendax. Vel etiam eam quam consequenter adiungit cum dicit:Si autem iniquitas nostra dei iustitiam cõmendat, & reliqua, ut per hoc de excessu in excessum uideatur elapsus.Sed qui credimus ei dicenti,quia idoneos nos fecit ministros noui testamenti non litera sed spiritu,sensum eius multo celsiorem quàm humanæ artis ratio habere creditur,inuenimus. Per omnem nãq; huius epistolæ textũ docere uult quæ fuerit uel ante aduentum Christi salus secundum legem uiuentibus,uel quomodo per saluatoris aduentum rursum ex incredulitate Israel salus gentibus cõferatur: & rursum quod neq; ex integro gentes,nisi quæ crediderint,ueniant ad salutem, neq; ex integro abijciatur Israel,sed reliquiæ credentium saluę fiant.Et ideo confusus ut dixi uidetur ordo dicendi,dum diuersitates credentiũ & non credentium partis utriusq; prosequitur. In quibus necessario sermonem conuertit ad deum, ut in his omnibus assumptionum repulsionumq; differentijs,uera quidem & iusta doceat esse iudicia dei, multum autem in hominibus abundare mendacij:& ideo dicit:Sit autem deus uerax,omnis autem homo mendax,Sicut scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris,de quibus prout potuimus in superioribus diximus.Ad hoc ergo nunc uidens posse sibi contrario uerisimiliter obijci:quia si ut deus uerax sit,mendacem esse omnem hominem necesse est,& iustitia dei per hominum iniustitiam commendatur,iniustus uidebitur deus, qui iram hominibus inferat, cum per hominum iniustitiam suam iustitiam uideat approbari:Si enim nostra hoc est hominum iniustitia dei iustitiam commendat, non utiq; pœna digni homines uidebuntur, per quos iustitia dei probabilior habetur & clarior:Sed absit inquit, ut hoc ita recipiamus, iniquum deum uideri qui inducat iram aduersum homines. Quomodo enim iniustus putabitur qui iudicat mundum, cum in ipso nomine iudicij ostendatur,nihil sine iudicio facere? Vbi autem iudicium est, constat esse iustitiam. A iustitia nanq; & iudex & iudiciũ nominatur. Si ergo ut isti, inquit, nos affirmare confingunt,ueritas dei in meo mendacio abundauit, superfluo ego tanquam peccator iudicor.Sed illud magis uidebit in quo blasphemãt nos, qui quasi hoc uideamur dicere, ut sit ueritas dei in hominũ mendacio magis ostendit, & iustitia eius per hominũ iniustitiam cõprobatur:Faciamus ergo nos mala,ut ex malis eueniant bona:& mentiamur nos, ut ex nostro mendacio dei ueritas clarescat. Sed hæc quidem de nobis cõfingunt blasphemantes nos, quod quasi ex ipsius assertionis cõsequentia hæc dici uel cõsequi uideantur. Quod ratio dogmatis nostri omnino non recipit, qui iustum & uerum intelligimus iudicẽ deum.Sciendum sanè est,quod in quibusdam etiam græcis exemplaribus sic inuenitur: Nunquid iniquus deus qui infert irã aduersum homines? Et magis secundum hunc sensum uidebuntur conuenire quæ diximus. Secundum hoc uerò quod in latinis exemplaribus,& nonnullis græcorum inuenimus:Nunquid iniquus deus qui infert irã? Secundum hominẽ dico: Absit: ita intelligendum uidetur hoc quod dicitur, iniquus deus qui infert iram, pro eo quod iniustitia nostra iustitiam dei commendat,non secundum deum, neq; secundum sapientiam dei dicitur, sed secundum hominem, & secundum hoc quod dicitur: Omnis homo mendax. Hæc autem diximus ipsum adhuc ordinem sermonum & dictorum cõsequentiam pertractantes, ut diuisio ipsa uerborum apertiorẽ nobis facere intelligendi uiam. Nunc uerò iam qualis in his sermonibus habeatur sensus secũdum dignationem apostolicam requiramus

mus. Omnis disciplina ex propriis, & ex aduersis, uel contrariis constat. Verbi gratia: Medicinæ scientia non solum sanitatis, sed & languoris profitetur cognitionẽ: & quam uis sanitatis studium gerat, nõ potest tamẽ nescire quæ languoris sunt. Similiter & prudentia per boni & mali scientiam constat. Temperantia quæ eligenda & quæ cauenda sint nouit: & fortitudo non ignorat quæ ad formidinem spectant. Ita & iustitia. Si scire uolumus quid est iustitia, necesse est nos scire & quid est iniustitia. Cum autem plenam scientiã iniustitiæ ceperimus, ex ipsa quæ sit etiã iustitia cognoscemus: Cum enim claruerit quid sit iniustum, consequenter quid etiã iustum sit apparebit. Et quoniã in deo est iustitia, cuius natura humano sensui inaccessa est: iniustitia uerò in nobis hominib. uel etiã in unaquaq; rationabili creatura habeẽ: ex hac nostra iniustitia quę nobis nota est, illa quæ nobis uel inaccessa est, uel incõprehensibilis dei iustitia cognoscitur, & cõmendatur, & uelut ex contrario contrariũ proditur. Notat igitur apostolus Paulus iniuriã eorũ, qui incõsequenter obijciũt quæstionẽ, putantes iniquũ esse deum qui irã in hominibus inducat, pro eo quòd iustitia eius ex nostra iniustitia cõmendetur: ignorantes hoc non peccatorũ nostrorũ beneficio, sed ipsius rationis fieri consequentia, ut contraria ex contrariis approbentur. Ideo ergo sicut dicit apostolus: Si autẽ iniustitia nostra dei iustitiã cõmendat, quid dicemus? Nunquid iniquus deus qui infert irã? Secundum hominẽ dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus mundũ? Non ergo in hoc iniquus approbaẽ deus, si disciplinę ratione cõtraria ex contrariis approbat, & ex iniustitia iustitiã cõmendat: sed cũ omni consequentia digne merito, quia inimica est quæ aduersaẽ iniustitia iustitiæ, sicut inimica & aduersa est uita morti, & lux tenebris. Et ideo dicit deus in quo est iustitia, inferre irã hominibus in quibus habitat iniustitia. Istæ eñ sibi naturaliter aduersanẽ. Et quomodo etiã ex hoc ipso iniustus uidebit deus, qui aduersatur iniustitiæ? Et idcirco fortassis nõ dixit apostolus, quia nos homines iniusti cõmendamus iustitiã dei: sed ait: Si iniustitia nostra dei iustitiã commendat: ut ostenderet non deũ hominibus, sed iustitiã iniustitiæ esse contrariã: induci aũt hominibus irã pro eo quod in semetipsis locũ iniustitiæ dederint. Non ergo iniustus uidebit deus qui est iustitia, cũ irascitur aduersum iniustitiã, cui eum non decet esse propitium: sed peruenit ira hæc etiã in homines, qui se ministros iniustitiæ, cui deus irascit, præbuerũt. Neq; enim in ullo potest subsistere iniustitia & iustitia: sed sicut iustitię effectus est iusti rectiq; operis, qui primo in deo, tum etiã in his qui imitantur eum inueniẽ: ita & iniustitiæ effectus est iniusti prauiq; operis, qui primo in diabolo, tum etiam in his qui eũ uolũt imitari deprehendit. Et ideo digne eis ira memoraẽ inferri, quãuis ex iniustitia eorum uelut ex cõtrario uideaẽ dei claruisse iustitia. Poterãt nanq; sicut receperũt in se effectum iniusti prauiq; operis, multo magis iusti rectiq; recipere. Iuste igitur à deo ira super oẽs homines induci dicit. Illi enim in quibus ira non habet locũ, iam non homines, sed supra homines appellãdi sunt. Et propterea fortassis idem apostolus Paulus de omnibus hominibus pronunciat dicens: Quia eramus natura filij iræ sicut & cæteri. Non enim dixit eramus filij iræ, sed addidit: Eramus natura filij iræ sicut & cæteri. Omnes eñ homines natura filij iræ effecti sunt ex eo quòd erãt dij, & filij excelsi, & per hoc homines appellati sunt. Attende eñ diligentius quomodo dicit: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes: & addidit oẽs uos. Quæ adiectio oñe simul sub hoc titulo humanũ significat genus connexũ. Deniq; in consequẽtibus dicit: Vos aũt ut homines moriemini. Vnde & illud quod scriptũ est: Et recogitauit deus quia fecit hominẽ super terrã, & pœnituit in corde suo, & dixit deus: Deleã hominẽ quẽ feci à facie terræ: nõ solũ pro excidio diluuij dictũ puto, sed aliquid ex hoc etiã sub mysterio de futuris prædictum: ut eo modo sentiaẽ quod dictũ est: Deleam hominem, quo & per prophetã dicit deus: Ecce eñ deleo sicut nubẽ iniquitates tuas: ut uideatur delens eũ secundũ hoc quòd homo est, post hæc facere eum deũ tunc eum erit deus omnia in omnibus. Ad hunc aũt sensum etiam illud applicari potest, quod in Genesi dicit: Tempus oñis hominis uenit in conspectu meo: ut nõ solũ de illo tũc diluuij tẽpore dictũ puteẽ, sed & mysterio baptismi: quemadmodũ dicit apostolus Petrus, quia sicut tunc ex diluuio saluus factus est Noe, ita & nũc simili forma per baptismũ salui fiant credẽtes. Et ita potest hoc quod dicit, tempus omnis hominis aduenisse, intelligi ad salutem, ut per gratiã baptismi credentes intelligantur ex

tur ex hominibus in superiorem ordinem cõmutandi, cum dies resurrectionis aduenerit, ubi sancti quiq; erunt sicut angeli dei. Hæc de eo quod dictũ est: Nunquid iniquus deus qui infert irã, uel aduersum homines, ut in quibusdam exẽplaribus legi diximus, uel ut nos habemus, secundum hominẽ dico? absit. Hęc prout occurrere nobis potuit, dicta sint. Quod aũt ait, Alioquin quomodo iudicabit deus mundũ, in hoc loco mundũ homines qui in hoc mũdo sunt dicit, sicut & alibi legimus, quia omnis mũdus in maligno positus est: quod utiq; homines qui in hoc mundo habitãt, in malitia esse positos ostendit. Post hoc iam uideamus quomodo dictũ sit: Si enim ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloriã ipsius. Multę sunt in hoc mundo religionũ species, multę philosophorum sectæ, multa dogmata falsis assertionibus tradita, & argumentis conscripta mendacibus, quorũ autores falso licet sapientiæ nomine, nõ tamen exiguæ aut cõtemptæ autoritatis uiri habentur: ex quorũ prærogatiua falsa pro ueris recepta sunt, ut uniuersum pene mundum mendacibus contra religionẽ opinionibus occuparint, ita ut in errorem inducerentur si dici potest etiã electi. Quia ergo ueritas dei et sapientia eius et uerbum eius adueniens, arguit & confutauit omne mendaciũ, atq; omnes falsorum dogmatũ assertiones fide ueritatis execuit, per unumquodq; mendaciũ quod prius ab hominibus fuerat assertũ abundauit ueritas dei surreptitias uerisimilitudines arguẽdo, & in singulis quibusq; dogmatibus tradendo simplicẽ fidei ueritatem: & hoc modo Apostolus dicit ueritatẽ dei in hominum mendacio abundasse. Verum ut adhuc manifestius fiat quod dicimus aliqua exẽpli causa proferamus. Erat in hominibus dogma, quod summum bonũ pronunciaret esse uoluptatem: in quo & illud cõsequenter asseritur, nõ esse prouidentiã, quippe si non ex legibus, sed ex uoluptate uiuendum sit: & hæc lauto satis ornatoq; sermone, & argumẽtis ualidissimis per innumera uolumina digeruntur. Sed intuere nunc quomodo is qui ueritatẽ dei defendit, & qui secundum Christũ, qui est dei ueritas & dei sapientia, philosophus est, docet homines summũ bonum esse æternam uitam: hanc aũt esse æternam uitã, ut cognoscant homines unum solum uerum deum, & filium eius Iesum Christũ: & quomodo cum omni fiducia prouidentiam dei asserat, quæ dicit: Nónne duo passeres asse ueneunt, & unus ex ipsis nõ cadit in terra sine patris uoluntate? & quia ipse solem suũ oriri iubet super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Per hæc autẽ singula dum illa falsæ scientiæ dogmata confutantur, in hominũ mendacio abundat ueritas dei. Sunt itẽ alij qui dicãt tres esse species boni: unã erga animã, aliam erga corpora, tertiã extrinsecus. Quæ singula si conducibiliter habeantur, ex ipsis summũ bonum constare confirmant. Isti etiã dei prouidentiam resecantes, usq; ad lunę eam globũ superuenire cõtendunt: infra uerò, hoc est ad homines, eam nõ descẽdere. Sunt itẽ alij qui inuisibile & incorporeũ nihil dicant esse, sed omnia quæ sunt corporibus assignant, unde patrem omniũ deum corpus esse dixerunt. Verũ quia urgebat eos rationis suę consequentia, qua constat omne corpus esse corruptibile, ut si etiã deum corpus esse asserãt, sine dubio & corruptibilẽ fateantur, uerterunt stropham uerbi, & dixerũt natura quidẽ eum esse corruptibilem, nec tamen corrũpi pro eo quod non sit aliquid ipso superius, à quo corrumpi possit aut solui. Sunt & alia innumera hominum figmenta dialecticis argutijs & sophismatũ fraude cõposita. Quæ cum singula per ecclesiasticos uiros & diuina sapientia eruditos ueritas dei cõuincit, & argumentorũ decipulas redarguit, in hominũ mendacio dei ueritas dicitur abundare, & nõ solũ abundare, sed abundare ad gloriã eius. Quod hoc modo intelligendũ puto: Si doctor ecclesiæ simplices quosq; auditores doceat, & nondum falsis dogmatibus occupatos, atq; his de singulis quibusq; rationẽ diuinæ ueritatis aperiat, in huiuscemodi doctrina dei ueritas uidebitur abundare. Si uerò ad omnes sermo sit qui obsistunt ueritati, qui sanæ doctrinæ sermonibus contradicunt, & cõtradicentes confutentur & conuincantur, ita ut errorũ tenebris derelictis ad lucem ueritatis accedant, tunc nõ solum abundabit ueritas dei, sed & ad gloriã eius abundabit. Glorificatur enim deus per eum qui de errore mendacij ereptus lumen ueritatis aspexit. Hęc ergo qui ita intellexerit, nõ utiq; dicet illud quod in consequentibus stulta obiectione profertur: Quid adhuc et ego tanquã peccator iudicor? sed aduertet merito se iudicandũ, si permaneat in mẽdacio hominũ: & qui secundũ ea quę supra exposuimus ex dei ueritate cõuictus erasse se sentit, ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

errore conuersus, deum uerum agnita ueritate glorificat, nec blasphemat ultra eos qui prædicant ueritatẽ tanquam dicentes: Faciamus mala ut ueniãt bona, sciens in hoc uerbo iustam esse blasphemantis damnationẽ. Obseruandũ quoq; est, quod eos qui ueritatem dei prædicant, nõ tam maledici quod ad homines, sed blasphemari, quod ad deum pertinet, posuit. Quid ergo? præcellimus eos? nequaquã. Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est. Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum, & linguis suis dolose agebãt, uenenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum.] Prædiximus iam quod in hac epistola Paulus uelut arbiter quidam inter eos qui ex circumcisione crediderunt, & eos qui ex gentibus, temperet sermonem semper & libret, ut nunc hos, nunc illos in quibusdam uideatur arguere, & rursum singulas partes certa spe promissionis animet. Quia ergo uisus fuerat in superioribus dicere, quoniam si præputium iustitias legis custodiat, iudicabit eum qui in circumcisione præuaricator est legis: ut rursum eos quos humiliauerat alleuaret addidit: Quid ergo amplius est Iudæo? aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primo quidem, quia credita sunt illis eloquia dei. Post hæc cum his cõsequenter quasi quædam fuisset prosecutus addidit nunc & dicit. Quid ergo tenemus amplius? Causati enim sumus Iudęos & Gręcos omnes sub peccato esse. Quod si omnes sub peccato sunt, ergo non erit elationis causa uni aduersum alium, cum uterq; non ex sua iustitia, sed ex dei misericordia ueniat ad salutem. Probauit ergo Græcos quidem, id est gentiles esse sub peccato cum ait. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt: & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium, propter quod tradidit eos deus in reprobum sensum, & reliqua. Iudæos uerò cum dicit. Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & reliqua. Quibus addidit. Qui ergo doces alium, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris, &c. Post hæc ergo dicit: Quia causati sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse. Post hæc uerò, ut ei moris est, de scripturis sanctis uult affirmare quod dixerat: simul & doctoribus ecclesiæ præbet exemplum, ut ea quæ loquuntur ad populum non proprijs præsumpta sententijs, sed diuinis munita testimonijs proferant. Si enim ipse tantus ac talis apostolus auctoritatem dictorum suorum sufficere posse non credit, nisi doceat in lege & prophetis scripta esse quæ dicit: quanto magis nos minimi hoc obseruare debemus, ut non nostras cũ docemus, sed sancti spiritus sententias proferamus? Illud etiam necessario ducimus ad monendum, quod in nonnullis exemplaribus latinorum ea quæ subsequuntur testimonia in tredecimo Psalmo consequenter ex integro posita inueniuntur: In Græcis autem pene omnibus non amplius in tredecimo Psalmo, quàm usque ad illum uersiculum scriptum est: Non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Sed & quod dixit apostolus: Sicut scriptum est quia, non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens deum, non eisdem sermonibus inuenitur in Psalmo, sed alij permutantur, alij assumuntur, alij relinquuntur. Quod à studiosis quibusq; si obseruetur diligentius, puto dari in hoc apostolicam auctoritatem, ut cum scripturæ testimonijs utendum fuerit, sensum magis ex ea quàm uerba capiamus. Hoc enim in euangelijs factum frequenter inuenies. In tredecimo igitur Psalmo ita scriptum est. Dominus de cœlo respexit super filios hominum, ut uideret si est intelligens, aut requirens deum. Sed in quinquagesimo secundo Psalmo ita dicit. Deus de cœlo respexit super filios hominum, ut uideret si est intelligens, aut requirens deum. Et uidetur idem seruari sensus etiam in eo quod apostolus posuit: Non est intelligens, non est requirens deum. Et quod dixit, non est iustus quisquam, putò quòd ex eo sumpserit quod scriptum est: Non est qui faciat bonitatem, non est usq; ad unum qui faciat: in quo etiam si sermo conuerti uidetur, sensus tamen unus idemq; seruatur. Quod uerò in consequentibus dicitur: Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, in secundo Psalmo reperies. Post hoc: Venenum aspidum sub

sub labijs eorum, quod et ipsum ex quodam psalmo assumptum immutatis, ut supra diximus, sermonibus puto. Quod autem sequitur: Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, ex ix Psalmo uidetur acceptum. Tum deinde: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinẽ, uel in Esaia inuenies, uel in Prouerbijs. Sed & Contritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt: non quidem ad integrũ recordor ubi scriptum sit, suspicor tamẽ in uno prophetarũ inueniri posse. In psalmis tamen scriptum est: Non est timor dei ante oculos eorum. Hæc autem omnia testimonia uidetur congregare uoluisse ob hoc, ut ostenderet: quia quod causatur Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse, non tam suam quàm sanctæ scripturæ sententiam pronunciet. Sed relinquamus quidem hoc ipsum sub peccato esse, sine exceptione enim sermo eius omnes, siue Iudæi sint, siue gẽtiles, uidetur inuoluere. Sed occurrit nobis alia ipsius sententia, qua dicit: Vbi autem non est lex, nec præuaricatio. Apud Iudæos quidem legem Moysi esse manifestum est, apud gentiles uerò legẽ naturæ esse cõfirmat, quo testimonio conscientiæ arguat delinquentem. Vbi ergo quærimus hominem in quo nõ sit lex, & qui per hoc non uideatur esse in præuaricatione peccati? Quia & ipse Paulus de semetipso dicit: Ego autem uiuebã sine lege aliquando. Quãdo Paulus sine lege uixit, qui rursum de semetipso dicit: Circũcisionẽ accepi octaui diei Hebræus ex Hebræis? Quomodo ergo uerũ erit eum aliquando sine lege uixisse, qui octaua natiuitatis suę signum circumcisionis ex lege suscepit? Vnde cõstat tunc fieri hominem sub lege, quando ad id ætatis uenerit, ut eligere possit, & discernere quid sit lex: nec prius legis illius extrinsecus iugũ suscipere, q̃ interne, & naturalis legis habere inciperet firmitatẽ. Deniq; in eo ubi dixit: Ego autẽ uiuebam sine lege aliquando, addidit: Sed ubi uenit mandatum, peccatum reuixit. In quo hoc est quod ostendit, quia in puerilia priusquàm discretionem quis habeat boni & mali, sine lege esse dicitur. Quin etiã si peccat, quia lex in eo non est, peccatum ei non imputabitur. Cum uerò discretionem boni maliq; acceperit, uenisse ei dicitur lex, & dedisse mandata. Vbi autẽ inest uis mandati, hoc est conscientia redarguens, peccatum quod prius in eo mortuum erat dicitur reuixisse. Et hoc ergo iam tempore si quis subdat se legi Moysi, ut eam secundum literã obseruet, efficitur in manifesto Iudæus. Si uerò secundum spiritũ eam sequatur, efficitur in occulto Iudæus. Hæc pro eo quod dictum est: Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse. Scilicet omnes intelligatur de illis dictũ, quos uel naturali, uel scripta lege ne peccent cõstat edoceri. Nam & de gentibus sub peccato factis eodem modo intelligimus quo supra diximus: cũ cœperint naturaliter quę legis sunt facere, & ipsi sibi esse lex, tum redarguuntur à conscientia in his quæ contra legem facere uidentur. Propter quod & cõsequenter mihi uidentur sensisse ij, qui legẽ naturæ legem dei dicunt: legem autem scriptam positione legẽ esse appellant. Si ergo Paulus de lege scripta hoc est de lege Moysi diceret, peccatũ autem non imputabatur cum lex non esse uidebatur, nec Cain reputatum esset peccatũ, nec illis qui diluuio perierunt, nec illis quos in Sodomis ignis absumpsit. Sed quoniã uidemus illis non solum reputata esse peccata, sed & ultionem in eos datã, ostenditur ex his de naturali lege Paulum dicere, quæ excepta prima ætate pueritiæ, in omnibus hominibus inest: & per hoc rectissime dicit: Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse. Vnde nõ mihi uidetur quendam ex sapientibus contra rationem definisse, quod in omni mortalium genere, cum ad id ætatis uentum fuerit ubi discretionem recti prauiq; ingressus naturalis legis excipiat, primo omnium maliciam suscitari, posthęc iam eruditionibus, institutis, monitis, paulatim eam depelli, & ad uirtutem transiri. Consona namq; his etiam Paulus mihi sensisse uidetur in eo quod dicit: Sed ubi uenit mandatum, peccatum reuixit. Sed & Saluator cum dicit in Euangelijs: Nisi uenissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo, uidebitur secundum hanc dixisse rationem, quod uirtus ea quæ replere dicitur mundum, ad unumquemq; hominem ueniat, & loquatur in corde eius, ac mali boniq; iudicium doceat. Ideo ergo Paulus scriptum esse dicit, quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens deum: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Sicut & alibi propheta dicit. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quod fortassis contrarium uidea- Prouerb.6 Psal.13 Rom.4 Rom.7 Rom.7 Ioan.17 Psal.142

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur alijs scripturis, quæ nonnullis testimoniũ perhibent quasi iustis: in tantum, ut etiam
Exech.16 ad Hierusalem de Sodomis dicatur, quia iustificata est Sodoma ex te. Sed intuere diligentius cautelam scripturæ diuinæ, quomodo non dixit: iustificata est Sodoma, sed ut quoniam tu scelera multa committis, & talia sunt quæ agis, ut omnes supergrediaris in magnitudine peccatorum, ad cõparationem scelerum tuorum iam Sodoma iustificata est. Et hic ergo quod dixit: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, non hoc sentire uoluit, quia non iustificabitur omnis uiuẽs, sed in conspectu tuo, hoc est dei non iustificabitur. Quamuis enim quis iustus, quamuis sanctus sit, nõ solum inter homines,
Apoc.5 sed et in supernis atq; eminentioribus creaturis, ad comparationem dei certum est eum iustificari nõ posse. Denicq; & in Apocalypsi Ioannis, ubi liber signatus offertur in conspectu uetusti dierũ, & quæritur ex omni tribu, lingua & populis, qui eum possit aperire, nullus inuentus est nisi solus agnus de tribu Iuda, qui iustificatus est in cõspectu dei: & ipse solus librum meruit aperire, quia solus ipse est qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit: Solus ergo Saluator noster dominus Iesus Christus iustificatur in conspectu patris, quia quæcunq; facit pater, hæc & filius facit similiter. Omnis aũt creatura ex comparatione inferiorũ iustificatur. Vt si uerbi causa dicamus, ad comparationem reliqui populi iusta fuit Maria soror Moysi: & rursum ad comparationẽ Mariæ iustus erat Aaron: & iterũ ad comparationẽ Aaron, iustus erat Moyses. Beatus tamen est qui ex comparatione meliorũ iustus appellatur, & non ex comparatione pessimorum, sicut Sodoma, quę ex cõparatione Hierusalem iustificata memoratur. Vnde & ego uereor ne ex nobis qui uidemur esse in ecclesia dei, & legi eius operam dare, ac præceptis euangelicis deseruire, inueniantur aliqui infideliũ iustificandi. Vt uerbi causa dicam, si nos libidini & impudicitiæ seruiamus, & gentilis qui alienus est à fide Christi, custodiat castitatem, ille gentilis iustificatur ex nobis. Similiter & si nos auaritia, rapacitate, superbia, & cæteris huiusmodi malis inuoluamur, abstineat aũt ab his omnibus gentilis, & ij qui legem dei nesciunt, illi iustificabuntur ex nobis, & nos ex illorum comparatione damnabimur. Quin potius operam demus, ut sicut fide præcedimus gentes, ita actibus & operibus præcellamus, ne mala nostra fiant aliena bona, & illorũ temperantia nostram redarguat intemperantiã. Potest adhuc & alio modo explanari quod dixit: Non est iustus quisquam, uel quod ait: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens: quia donec quis uiuit in corpore, iustificari non potest nec pronunciari iustus, sed cum exierit de corpore & de uitæ huius agone discesserit, sicut & scriptura dicit: Ne beatificaueris hominem ante mortem, quia nescis quæ erunt eius nouissima. Et iterum dicit
Eccles.4 Ecclesiastes: Et laudaui homines defunctos qui iam mortui sunt, magis quam uiuos qui adhuc uiuunt: sed melior super utroscq; qui nõdum natus est. Habes adhuc & aliam
Matt.11 scripturæ sententiã quæ dicit: quia quicunq; ille minimus est in regno dei, maior est eo qui in corpore est, etiam si Ioannes ille sit, quo maior inter natos mulierũ non fuit. Non
1 Cor.13 est ergo iustus quisquam, & addidit: Non est intelligens. Et reuera cum Apostolus ipse ex parte se dicat agnoscere, & ex parte intelligere, quis erit qui dicatur intelligere: Quantumcunq; enim quis intellexerit, in speculo & ænigmate uidebitur intelligere: quia post depositionẽ terreni corporis reuelabitur facie ad faciem intelligere: nunc uerò ut ait scriptura: corruptibile corpus aggrauat animam, & demergit terrena habitatio sensum multa cogitantem. Vnde fit ut non sit intelligens quis nec requirẽs deum. Dum enim corporis sollicitudinibus occupamur, & quæ hominũ sunt quærimus, deum quærere, uel quæ dei sunt cogitare nõ possumus. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Mihi uidetur quod non dicitur declinasse nisi is qui aliquando in uia recta stetit. Vnde apparet primum illud naturæ rationabilis opus, quod à deo factum est fuisse rectum, & in uia recta creatoris ipsius munere collocatum. Sed quia ab hac ad læuum peccati iter detorsit, merito nunc dicitur declinasse: sicut exemplum est primus homo Adam, qui de paradisi uia recta male suasus fraude serpentis ad prauas & tortuosas mortalis uitę semitas declinauit. Cõsequenter ergo omnes qui ex ipsius successione in hunc mundum ueniunt declinauerũt, & simul cum ipso inutiles facti sunt. Propter hoc puto & dominum in euangelijs dare mandatum, ut cum omnia præcepta fecerimus,
Luc.17 meminerimus tamen quid simus & dicamus: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere

cere fecimus. Donec enim quis hoc facit tantũ quod debet, id est ea quæ præcepta sunt, inutilis seruus est. Si autem addas aliquid præceptis, tunc non iam inutilis seruus eris, sed dicetur ad te: Euge serue bone & fidelis. Quid autem est quod addatur præceptis, & supra debitum fiat, Paulus apostolus dicit. De uirginibus autem præceptum domini 1 Cor.7 non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consecutus à deo. Hoc opus super præceptum est. Qui ergo completis præceptis addiderit etiam hoc, ut uirginitatem custodiat, non iam inutilis seruus, sed seruus bonus & fidelis uocabitur. Et iterum 1 Cor.9 præceptum est, ut qui euangelium annunciant, de euangelio uiuant: Paulus tamen dicit, quia nullo horum usus sum: & ideo non inutilis erat seruus, sed fidelis & prudens. Omnes ergo declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Quibus addidit: Non est qui faciat bonitatẽ, non est usq; ad unum. Grauis sententia, & quæ difficile astrui possit. Quomodo enim uidetur fieri posse, nullum omnino, nullum usque ad unum, uel in ludæis, uel in Græcis inueniri potuisse qui faceret bonitatem? Si in eis credimus quod nullus fuerit qui uel hospitẽ aliquando receperit, uel esurienti panem dederit, uel nudum texerit, uel innocentem de manibus potentis eripuerit, uel tale aliquid boni operis egerit, non mihi uidetur tam incredibilem sermonem uoluisse asserere Paulus apostolus. Sed hoc modo intelligendũ puto, quod neget quenquã fecisse bonitatẽ. Verbi gratia, uelut si quis fundamenta iaciat domus, & unũ aut duos parietes extruat, aliquid etiam materiæ conuehat, nunquid dicetur fecisse domũ, quamuis operatus uideatur in domo? Sed ille dicitur domum fecisse, qui totius ædificij ad perfectũ singula quæq; membra produxerit. Ita arbitror & hic apostolum dicere neminẽ fecisse bonitatem, hoc est à nullo eam ad perfectũ & ad integrum consummatã. Si autem requiramus qui sit uere bonus, & qui perfectam fecerit bonitatem, illum inueniemus solum qui dicit: Ego sum pastor Ioan.10 bonus. Et iterum: Pastor bonus animã suam ponit pro ouibus suis. Post hæc de quinto ut supra diximus psalmo dicit. Sepulchrũ patens est guttur eorum. Diuersa in his (ut mi Psal.5 hi uidetur) humani generis peccata describit. Omne sepulchrũ immunditiam defuncti cadaueris cõtegit: unde & dominus dicebat in euangelio de scribis & pharisæis, quod essent sepulchra dealbata, quæ foris quidem speciosa uidentur hominibus, intus autem plena sunt omni immunditia. Videtur autẽ Paulus in hoc loco maius aliquid in istis de quibus sermo est, ostendere criminis: cũ eos sepulchrum nõ tectũ neq; coopertum, sed patẽs appellat. Clausa enim sepulchra dicũtur, quos aliquantulũ pudor cohibet palam delinquere, & proferre ad publicũ crimina sua. Patens uerò sepulchrũ dicũtur ij qui immunditias suas & impuritates in propatulo habent: quibus assiduitas & usus scelerum, quod est in malis ultimum, etiam cõmissorum uerecundiam sustulit: ut iam nõ aperiãt os suum, & proferant uerbum dei uiuũ, sed aperiant guttur suum, & proferant uerbum mortuum, uerbũ diaboli, non de corde, sed de sepulchro: Si quando uideris ergo hominem lasciuo ore impudica uerba iactantẽ, aut tumido & furibundo contumelias & maledicta proferentem, non dubitas de hoc dicere, quia sepulchrũ patens est guttur eius. De abundantia enim cordis os loquitur. Ad hæc additur: Linguis suis dolose agebant. Matt.12 Dolus est, cũ aliud quis lingua loquitur, et aliud uolutat in corde. Quod crimẽ nescio si uel iustos quosq; & electos relinquat immunes, sed puto quod alius plus, alius autẽ minus, nemo tamen sit ab hoc ad perfectũ purus, nisi ille solus de quo scriptũ est: Qui peccatũ non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Nam & si inueniatur quis diligens & cautus, potest fortassis in grauioribus obseruare: quomodo autem inuenias, qui in hæc uel præ uerecundia, uel præ negligentia non incurrat? Interdum & per obliuionẽ omittuntur quæ curanda fuerãt, & ne appareat culpa, excusantur aliter quæ gesta sunt. Vnde & Petrus sciens istas esse diuersitates doli, in epistola sua scribit dicens. Deponen- 1 Pet.2 tes ergo omnem dolum, & simulationem, & inuidiam, & obtrectationem, quasi modo geniti infantes rationabile & sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Venenum aspidum sub labijs eorũ. Morsus serpentis ueneno corpus interimit: morsus uerbi uenenati fraude animam necat. Potest accipi hoc & de his qui calumniarũ commentis circumueniunt homines: potest & de his, qui per hæreticam doctrinam uenenosa diaboli infectam, animas decipiunt simplicium: quorum & amaritudine plenum est os & maledictione. De ueneno quidem aspidum, non dixit plena esse labia. In illo

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim uitio plures fortassis inueniantur, non tamẽ plures qui plene, & ad integrũ uenẽ-
ni illius uirus exerceant. Maledictione autẽ & amaritudine repleri os, ualde multorum
est. Quis enim ita emendati oris est, quẽ non maledicendi consuetudo sollicitet? nõ di-
cam aduersum eos qui maledicto digni sunt, sed aduersum eos quos dominus nõ male
dixit, id est iustos & innocentes uiros, promptum hoc & procliue uitiũ est fragilitatis
humanæ erga subiectos præcipue & inferiores: ita ut iam appellationẽ hanc non male-
dictionem putent. Et ideo plenũ est os eorum, & tanquam de pleno oris uasculo indesi-
nenter dicitur fluere maledictio. Huic tamen & amaritudo cõiungitur, quia ex iracun-
diæ felle depromititur. Per iracundiã enim ac furorẽ ad maledicendũ lingua compelli-
Rom.12. tur. Et ideo dicit idẽ Apostolus: Benedicite & nolite maledicere. Et alibi: Nequa radix
Heb.12 amaritudinis sursum germinans impediat. Additur in consequentibus: Veloces pedes
eorũ ad effundendũ sanguinem. Quod tamen crimen nõ fortassis pluribus aptari posse
uidebitur eorũ de quibus dixit: Causati enim sumus ludæos & Græcos omnes sub pec-
cato esse: nisi forte ita intelligamus, quia non corporaliter tantũ sanguis effunditur eo-
rum quorũ corpora trucidantur, sed & hi qui quolibet scandalo animã à deo separant,
uiri sanguinũ nominantur. Sicut enim homicida dicitur ille qui corpus ab anima sepa-
rat, per quam uiuificatur: ita multo etiã uerius ille homicida dicẽdus est, qui animã à ue
ra uita separat, qui est deus. Pedes aũt hoc in loco illos intellige de quibus dicit Prophe
Psal.73 ta: Mihi aũt pene moti sunt pedes: hoc est cõsiliũ quo agimus iter uitæ. Cõtritio & infe
licitas in uijs eorũ, & uiam pacis non cognouerunt. Contritionẽ hic dicit nõ illam qua
Psal.50 spiritus peccatis cõtribulatur pro pœnitentia, unde dicitur in psalmis: Cor contritũ &
humiliatũ deus non spernit: sed illam dicit contritionẽ qua peccatores dicũtur contere
re iugũ domini, & proijcere à ceruicibus suis. Similiter & infelicitas, uel sicut alibi legi-
tur miseria accipienda est, qua miser homo effectus est & infelix, qui cũ in honore esset
non intellexit, sed cõparatus est iumentis insipientibus & similis factus est eis. Et uiam
pacis nõ cognouerunt. Pax nostra Christus est. Via ergo pacis, uia Christi est. Sed &
si accipiamus quod peccatores dum uitiorũ bellis semper urgentur, uiã pacis ignorãt,
Psal.118 recte intelligimus: Dicit enim Propheta ad dominũ: Pax multa diligentibus nomẽ tu-
um, & non est illis scandalum. Sed & ille populus qui de Aegypto ductus est per uiam
pacis incessit, ut ad terrã promissionis ueniret, & habitaret in Hierusalẽ, quæ interpre-
Psal.75 tatur uisio pacis, sicut et propheta dicit. Factus est in pace locus eius, et habitatio eius in
Sion. Plenius aũt uiã pacis agnoscit, qui ad cœlestis Hierusalẽ habitaculũ tendit, ut ad
sanctam ciuitatẽ dei uiuentis ascendat. Post hæc addidit. Non est timor dei ante oculos
eorũ. Si quis sit qui semper de timore dei cogitet, quid ei placeat requirat, quidue displi
ceat, huic timor dei esse ante oculos dicitur. Sed peritus debet esse & ex lege domini di
ligenter eruditus, ne forte illic timeat timorem, ubi necessarius non erit timor. Ponen-
dus est ergo semper timor dei ante oculos: nõ istos oculos carnis, neq; enim uisibile ali-
quid, aut corporeũ quæritur: sed dicit de oculis mẽtis, quibus timoris dei & intellectus
& doctrina perspicitur, per quam (sicut superius diximus) intelligat quid timẽdum sit,
aut quid non sit timendũ. Qui deum timet, potestates seculi non timet. Et quid dico de
potestatibus seculi? nec illos principatus, & potestates, & mũdi huius rectores, neq; spi
ritalia nequitiæ in cœlestibus timet. Et ut ipsius Pauli autoritate firmemus, audi quomo
Rom.13 do dicit de humanis potestatibus: Vis inquit nõ timere potestatẽ? fac quod bonum est,
et habebis laudẽ ex ea. Et Propheta dicit: Dominus mihi adiutor est, nõ timebo quid fa
ciat mihi homo. De aduersis uerò potestatibus spirituũ idem Propheta sensisse mihi ui
detur ubi dicit. Multi qui debellant me de excelso, per diem timebunt, & iterũ. Si con-
sistant castra aduersum me, non timebit cor meũ. Opus ergo grande est & magnificum
semper habere ante oculos cordis timorẽ dei: illum timorem, qui repleuit uirgam quæ
Esa.11 surrexit de radice Iesse, & florẽ qui de radice eius surrexit. De quo dicitur: Et repleuit
eum spiritus timoris domini. In tantum autẽ perfectum reddit hominẽ dei timor, ut cui
sit nihil desit, ut propheta dicat, quia nihil deerit timentibus eum. Hęc prout potuimus
singulis quibusq; quæ à Paulo assumpta fuerant aptauimus, quomodo conuenire uide
rentur his de quibus dicit: Causati enim sumus ludæos & Grecos omnes sub peccato
esse. Quæ tamẽ ita puto debere intelligi, nõ ut in singulis hominibus omnia hæc fuisse
arguantur

arguantur, sed aliud in alio, ita tamẽ ut in omnibus impleretur uniuersitas ista uitiorum.
Scimus autem quoniã quæcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, ut omne
os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis nõ iustificabi
tur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.] Præfati sumus in prin-
cipijs, apostolum in hac epistola de pluribus legibus tractaturũ, quarum discretio & di
stinctio nisi per loca singula habeatur, cõfundere poterit sensum legentis. Igitur etiam
in præsenti loco quod dicit: Scimus autem quoniam quæcunq; lex loquitur, his qui in
lege sunt loquitur, diligentius requirere debemus quæ sit lex quæ loquatur ad eos qui
in lege sunt, & per hoc quod ad eos loquitur omni eos excusatione denudet, ne pecca-
torũ suorũ possint inuenire perfugia, hoc enim est quod dicit: Vt omne os obstruatur,
& subditus fiat omnis mundus deo. Quod si uelimus de lege Moysi intelligere, quæ il-
lis sine dubio solis loquitur, quos ex matris utero circumciderit & docuerit, quomodo
cõsequens uidebitur quod per hanc legem, quæ unam tantummodo institutis suis con
tingit gentem, omne os obstruatur, & omnis per eam mundus deo teneatur obnoxius.
Quid enim cõmune ad hanc legem gentes omnes, quid totus habere mundus creden-
dus est? Quomodo autem & agnitio peccati per legem Moysi fieri dicitur, cum inue-
niantur plurimi & ante eam agnouisse peccatum suum? Cain deniq; cum peccasset ita
ait: Maius est peccatum meũ quàm ut remitti possit. Sed & patriarchæ cum ad Ioseph Gen.4
descendissent in Ægyptum, & simulata ab eo confutatione urgerentur, ita ad alterutrũ
dicunt: In peccatis sumus pro fratre nostro, quia despeximus tribulationem eius animę Gen.42
cum rogaret nos, & nõ exaudiuimus eum, propter hoc uenit super nos tribulatio hæc.
Sed & Iob quem ante legẽ fuisse constat, ita dicit: Quod & si peccaui inuitus, si occulta Iob 31
ui peccatũ meum, aut confusus sum multitudine populi, quo minus annunciarem deli-
ctum meum. Qui omnes euidenter docẽtur agnouisse peccatũ suum. Ex his ergo colli-
gitur apostolum Paulum nõ de lege Moysi dicere, quę lex his qui in lege sunt loquitur,
sed de naturali lege quæ scripta est in cordibus hominũ. Hęc ergo lex quæcunq; dicit,
his qui in lege sunt dicit. In lege autem sunt hi qui id ætatis agunt, quo discretionẽ boni
malíq; iam capiũt. Sine lege uerò illi sunt quibus nondum huiusmodi discretionis sen-
sus aduenit, secundum quod & Paulus dicit: Ego autem uiuebam sine lege aliquando. Rom.7
Secundum hanc ergo legem naturalem consequenter Apostolus dixisse uidebatur o-
mne os obstruendum, & omnẽ mundum obnoxium dei iudicio futurum. Huius enim
legis quæ naturaliter hominibus ineſt, nullus est expers, neq; Iudæorũ neq; gentilium:
& ideo consequenter dictum uidetur etiam illud quòd iustificetur deus in uerbis suis,
& uincat cum iudicatur. Vt uerbi causa dicamus: si requiratur quid deus homini con-
tulerit, & quid homo ex his quæ à deo accepit operatus sit, iudicari cum hominibus de
us uidebitur: & inuenitur quidem deus dedisse homini omnes affectus, omnesq; motus
quibus ad uirtutem niti possit & progredi: insuper etiam uim rationis inseruisse, qua
agnosceret quid deberet agere, quid cauere. Hæc ergo inuenitur deus communiter
omnibus hominibus præstitisse. Sed si his acceptis homo neglexit iter uirtutis incede-
re, cui ex deo nihil defuit, inuenitur ipse defuisse ijs quæ à deo data sunt sibi. Merito er-
go dicitur in tali iudicio deus uincere & iustificari in uerbis suis. Hæc ergo lex natura-
lis loquitur omnibus qui in lege sunt: ex cuius præceptis soli mihi immunes fieri uiden
tur infantes, quibus nondum ineſt prauí rectíq; iudiciũ. Sed his si etiã illi sociandi sunt
qui quacũq; ex causa demẽtes fiunt, uideto. Exceptis uerò his nullus hominũ mihi effu
gere uidetur hanc legẽ. Considerandum est aũt ne forte non solum homines, sed & an-
gelos, & omnem quæcunq; illa est rationabilem creaturam lex ista cõstringat. Si enim
recte à sapientibus definitum est, legem esse quæ dicat & quod agi debeat, & quod agi
non debeat uetet, quõ non huiusmodi lex etiam supernis & cœlestibus ordinibus inser
ta uidebitur? Quibus utíq; & obseruandi quiddã, & quiddã cauendi disciplina est: & ni
si hac lege tenerentur, nunquam de eis diceret scriptura diuina: Angelos quoq; qui nõ
seruauerunt principatũ suum, sed derelinquerunt proprium domicilium, deus ad iudi-
cium magni diei æternis uinculis in tartarũ cõstrictos sub caligine reseruauit. Vnde cõ
stat ineſſe his legẽ, qua non obseruata passi sunt hæc quæ superius scriptura testata est.
Sed & Paulus cũ dicit: Aut nescitis quia angelos iudicabimus? quid aliud nisi sub lege 1 Cor.6

Universidad de Deusto
Biblioteca

scit esse positos eos quos pronũciat ad iudiciũ deducendos? Sed si quis nobis occurrat ex eo quod supra diximus deum esse cũ hominibus iudicandum, quasi etiã ipsum dicere uideamur esse sub lege, audi quanta de hoc cautela in apostoli literis inuenitur, qui Christum non in lege esse, sed plenitudinẽ esse legis commemorat: & sicut ipse est iusti tia ex qua omnes iusti fiunt, & ipse est ueritas ex qua omnes in ueritate cõsistunt, & ipse est uita ex qua omnes uiuũt, ita & ipse est lex, ex qua omnes in lege sunt. Venit ergo ad iudiciũ, non tanquam qui in lege sit, sed tanquã qui lex sit. Ego aũt puto quòd ij qui iam perfecti sunt, & domino coniuncti unus spiritus cũ ipso effecti sunt, nec ipsi in lege
1 Tim.1 sunt, sed magis ipsi sunt lex. Sicut & alibi idẽ Apostolus dicit: Quia iusto lex nõ est po-
Rom.3 sita. Iterũ: Quæcũq; lex loquitur ijs qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, secundũ ea quæ supra diximus: ut subditus fiat, uel ut alibi legimus, obnoxius fiat omnis mundus deo, quod & magis cũ Græcis exemplaribus cõuenit. Sed requiramus, omnẽ mundum hic quid appellauerit. Nunquidnã putabitur omnis mundus ita terrenus hic debere intelligi locus, ut & arbores & lapides & herbæ ac semina & paleæ quæ in ipso sunt, pariter nominatæ sint? Partes enim mundi hæc esse singula uidentur. Nõ arbitror ita quempiam ineptũ inueniri ut hæc possit asserere. Restat igitur ut omnẽ mundũ omne rationabile animal dicat: & sicut omne quod irrationabile est, excipit ab hoc sensu, ita nulla mihi uidet ab hac cõditione rationabilis creatura secerni. Omnis ergo mundus obnoxius fit deo per hoc quod legẽ naturalẽ inseruit omnibus: de quibus & in alio loco
Phil.2 dicit: Quia in nomine Iesu omne genu flectat cœlestium, terrestriũ & infernorũ. Quod utiq; si faciat, cõplesse uidebitur legẽ: si nõ faciat, esse obnoxius legi: per legem aũt consequenter & deo. Si cui uerò de solis hominibus hoc uidebitur dictũ, quod & legẽ naturalẽ ipsis inesse dixerit, & de solis ipsis scriptũ accipiatur, Vt omne os obstruatur, & obnoxius fiat omnis mundus deo, uteẽ occasione subsequentis sermonis, quo dicit: Quia ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro. Quod utiq; dictũ uidetur de his tantum qui in carne sunt positi. Sed qui priorẽ sensum magis tenere uolunt, obseruabũt diligentius quomodo Apostolus dixerit ex operibus legis nõ iustificari carnẽ: quia ad eos qui in carne sunt opera legis spectant, ad eos uerò qui in spiritu sunt, id est superiores ordines cœlestium ministeriorũ, sensus pertinet legis. Ex operibus igitur legis quòd non iu
Rom.8 stificabitur omnis caro in cõspectu eius, hoc modo intelligendũ puto, quia omnis qui
Esa.40 caro est, & secundũ carnẽ uiuit non potest iustificari ex lege dei. Sicut & alibi dicit idẽ Apostolus: Quia qui in carne sunt, deo placere non possunt. Itẽ alibi: Quia sapiẽtia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta, nec enim potest, & Propheta dicit,
Ioan.6 omnis caro fœnũ. Et in euangelio scriptũ est: Spiritus est qui uiuificat, caro nõ prodest quicq;. De his ergo dicit, quia ex lege dei nõ iustificabitur omnis caro corã ipso. Sed & hoc quod addidit corã ipso, nõ otiose prætereat, sicut iã frequentius admonuimus, quia aliud est corã deo iustificari, aliud corã hominibus: hoc est, ad cõparationem aliorũ hominũ potest alius homo qui emendatius uixerit, iustus uideri: ad cõparationem aũt dei,
Iob 25 non solũ homo non iustificabit, sed & sicut Iob dicit: Stellæ non sunt mundæ coram ipso: quæ utiq; corã nobis mundæ habẽtur sanè, ad cõparationẽ uerò dei mundę esse non possunt. Per legẽ enim cognitio peccati. Videamus quomodo per legẽ fit agnitio peccati. Cum per legẽ discimus quid agendũ sit, quid cauendũ, simul & quid peccatũ sit, & quid non sit agnoscimus. Non ergo ut hæretici deũ legis accusant, mala radix est lex, & mala arbor per quã peccati uenit agnitio: quia nõ dixit ex lege agnitio peccati, sed per legẽ, ut scias non per ipsam ortũ, sed per ipsam agnitũ esse peccatũ. Vt uerbi gratia, si diceremus per artẽ medicinæ datur agnitio languoris, nunquidnam uidebitur tibi causa languoris esse medicina, quia per ipsam qualitas languoris agnoscitur? Sed sicut cõstat bonam esse medicinã quæ ęgritudinis intelligentiã præstat, qua possit uitare quæ uelit, ita & lex bona est per quã deprehenditur & agnoscitur peccatũ. Seruat autẽ ut puto huiusmodi expositio etiam illius explanationis cõsequentiã, quam supra ędidimus de eo quod scriptũ est: Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirẽs deum.

Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia aũt dei per fidẽ Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio.

Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu.] Quod astruximus in superioribus, dicentes non de lege Moysi dictũ, quia quæcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur: putabit aliquis nõ tam uere quàm uiolenter assertũ, cum uideat nunc nomen legis non ad naturæ, sed ad Moysi legem referri: & dicet quòd in præsenti loco iustitia dei pronuncietur ab Apostolo manifestari per legẽ, & non solum per legem, sed & per Prophetas, ut sine ulla ambiguitate de lege Moysi intelligantẽ dicta esse quæ scripta sunt: ex qua lege iustitia dei per fidẽ Christi Iesu manifestetur in omnes qui credunt, siue ex Iudæis, siue ex gentibus uenientes: qui tamen non ex operibus iustificentur, sed ex gratia dei, in redemptionẽ eis effecto ipso Iesu Christo. Hæc quidẽ dicet is qui sensum Apostolo in his quæ supra exposuimus uiolẽter à nobis accusabit inflexum. Sed illud est quod constanter possumus affirmare: quia sicut nos qui hæc asserimus, putãt in hoc sermone Apostoli quẽ nunc proposuimus, nihil inuenire posse quo astruamus hæc nõ de Moysi, sed de naturæ lege conscripta: ita nec illi quidem inuenire aliquid poterũt, quo modo quæ superius dicta sunt ad Moysi potius quàm ad naturæ legẽ respicere uideantur: & ideo sicut illis non idcirco priora stabunt, quia uidentur posteriora constare, ita nec nobis quidem poterunt prima turbari, si secunda non eodẽ currere tramite uideantur. Quid igitur? contraria sibi scribere dicemus apostolũ? & hæc erit egregij explanatoris assertio? quod accidere illis solet qui in diuersos sectarũ sensus unum fidei dogma disrumpunt, & illa tantũ de scripturis diuinis testimonia explorant, quibus propriũ dogma constituant: earũ uerò quæ è diuerso ueniunt scripturæ diuinæ sententiarũ absolutiones ne extremo (ut aiunt) digito contingunt. Sed qui fideliter & integre sacrorũ uoluminum colligit sensum, debet ostendere quomodo ea quæ uidentur esse contraria, non sunt uere contraria. Tentabimus ergo etiam in præsenti loco ostendere quomodo priori expositioni nostræ hæc subsequens non repugnet. Sæpe diximus, & euidentius in præfatione diximus, quod ita Apostolus in hac epistola multarũ legum faciat mentionẽ, ut cum de una ad alterã transit, deprehendi nisi ab intento satis lectore uix possit. Dixerat in superioribus, quia per legẽ agnitio peccati est: & quia sensit possibile respõderi, ergo si ex lege naturali agnitio peccati est, potest ex ipsa & agnitio esse iustitiæ, secundũ illam scilicet quam supra medicinæ artis imaginẽ dedimus: ut quemadmodum per illam languor agnoscitur ut sanitas inueniatur, ita etiã per legem naturę si potest agnitio fieri peccati, similiter possit & iustitiæ fieri. Hoc ergo cũ uidisset posse sibi obijci, postq; dixit, Per legem enim agnitio peccati, Nunc aũt ait, sine lege iustitia dei manifestata est. Tale est ergo quod dicit: Nam sicut per legẽ agnitio peccati, ita & manifestatio iustitiæ dei per legem fit, sed sine lege manifestatur iustitia dei. Poterat enim naturę lex arguere peccati naturã, & notitiam eius ostendere: iustitia aũt supergreditur dei, & satis eminet hoc quodcũq; mẽs humana solis naturalibus sensibus potest rimari. Neq; enim sufficit ad intelligendũ & considerandum non quãcunq; humanã, sed ipsam dei iustitiam & iudicia quæ ex ipsa descẽdunt, de quibus dicitur quia sunt abyssus multa: & Rom.11
quia tã profunda sit iustitia dei & iudicia, ut Apostolus dicat: Quàm inscrutabilia sunt iudicia eius. Sed & sapientia ita ad homines loquitur, quasi non possit iustitia dei natu- Psal.2
ræ solius motibus sciri, sed per doctrinæ studium quæri, & ideo dicit: Discite iustitiam qui iudicatis terrã. Quãobrem ad dei iustitiã cognoscendam nihil prorsus opitulabitur lex naturæ, etiãsi uideatur sentire aliquid de humana iustitia. Illa enim lex potest sentire, quia inter homines iustũ sit, ut quod ipse quis pati non uult hoc ne proximo faciat. Nunquid naturaliter potest sentiri de illa iustitia quæ dicit: Videte ne faciatis iustitiam uestram corã hominibus, &: Vt nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua? Hanc & hu- Matt.6
iusmodi iustitiam dictare non potest lex naturæ, & ideo dicit Apostolus: Nunc autẽ sine lege naturæ scilicet, iustitia dei manifestata est, testimonium habens legis Moysi & prophetarum: in quibus sanctus spiritus multa per figuras & ænigmata de iustitia dei scripserat. Et nolo mireris quod unũ uocabulũ legis secundo in eodem loco positũ diuersa significet. Inuenimus hãc esse scripturæ consuetudinẽ & in alijs locis: ut ibi, Nónne uos dicitis, quia adhuc quatuor mẽses sunt ut ueniat messis? eleuate oculos uestros, Ioan.4
& uidete regiones, quia albæ sunt ad messem. Nõne & hoc loco messis secundo nominata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nata, primo ad corporalem messem refertur, secundo ad spiritalem? Et iterũ in euangelio cum dicit ad Samaritanã mulierem saluator, Da mihi bibere. & post respõsum eius iterũ dicit ad eam, Si scires quis est qui dicit tibi da mihi bibere, tu utiq; petisses eum, & dedisset tibi aquã uiuam. Et iterũ addidit ad eam: Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet ite
Ioan.4 rum: qui aũt biberit ex aqua quã ego do ei, nõ sitiet in æternũ. Vides quomodo & bibere ex aqua nũc quidẽ corporaliter, nunc aũt spiritaliter in uno eodemq; accipitur loco:
Ioan.9 Est & illic similiter positũ, ubi cæcus à natiuitate curatur. Post hoc dicit saluator: In iudicium ego ueni in hunc mundum ut qui non uident uideant, & qui uident, cæci fiant. Nónne etiam hic & uidere & nõ uidere nunc corporaliter, nũc spiritaliter intelligitur? Ita ergo etiam in hoc loco Apostolus cũ sine lege dicit iustitiam dei manifestari, natura lis lex intelligitur: Cum uerò dicit: Testificata à lege & prophetis, Moysi legẽ designat. Quod si adhuc tibi minus planũ putatur esse quod diximus, addemus etiã hæc si tibi uidetur, quod eadem lex sit de qua dicitur: Nunc aũt sine lege iustitia dei manifestata est, quæ est & illa de qua ait, Testificata à lege & prophetis. Hęc quidem quæ sine lege manifestata est non accipit testimoniũ legis: si aũt accipit testimoniũ legis, nõ ergo sine lege manifestata est. Quod cũ insolubile sit, nec aliqua possit ratione cõuelli, dicendũ est iustitiam quidem dei manifestari à Christo Iesu, præbente ei testimoniũ non lege naturæ quæ adhuc est utiq; exigua & parua, sed lege Moysi, nõ ea quæ secundum literã,
Rom.7 quæ secundum spiritũ est, de qua idem dicit apostolus: Quia lex spiritalis est. Similiter autem & prophetæ per eum qui in ipsis locutus est spiritũ dei. Est præterea & illa apud Apostolũ de hoc sermone, si quis diligentius obseruet, mira distinctio. Moris est apud Græcos nominibus ἐμφατα præponi, quæ apud nos possunt articuli nominari. Si quãdo igitur Moysi legẽ nominat, solitum nomini præmittit articulum: si quando uerò naturalem uult intelligi, sine articulo nominat legẽ. In hoc ergo loco ubi dicit, Nunc aũt sine lege iustitia dei manifestata est, articulũ non habet: in sequenti uerò ubi dicit: Testificata à lege & prophetis, secundo in loco legẽ cum articulo posuit. Si ergo sufficienter patuit de legis appellatione diuersitas, uideamus nunc quæ iustitia sine naturali lege ma-
1 Cor.1 nifestetur. Idem Apostolus Paulus dicit de Christo, quia factus est nobis sapientia à deo & iustitia, & sanctificatio & redemptio. Hæc ergo iustitia dei quæ est Christus, manifestatur sine lege quidem naturali, non tamen sine lege Moysi uel prophetarũ: Dat enim ei testimoniũ lex, sicut & ipse dicit: Scrutamini scripturas, ipsæ sunt quæ testimoniũ reddunt de me. Nam lex quidẽ naturalis potest occasiones præbere, & intellectũ dare (ut diximus) uel ad ea quæ inter homines agi æquitas poscit uel ad hoc ipsum, ut esse sentiant deum: De Christo autẽ quòd sit filius dei, sentire naturaliter quis possit? Ideo ergo sine lege iustitia dei quæ est Christus manifestata est, testificata ex lege Moysi, & prophetis. Verũ priusquàm ad consequentia properemus, omittenda non uidetur ne hæc quidem obseruatio, quòd in peccato quidem agnitionẽ posuit, in iustitia uerò manifestationẽ. Omne enim quod manifestatur lux est: & si quod manifestatur lux est, pecca-
Matt.10 tum quod lux non est nõ manifestatur, sed agnoscitur. Ego sic accipio & illud: Nihil occultum quod non manifestetur: nec opertum quod non reueletur. Sed ad propositũ reuertamur. Lex ergo & prophetæ testes sunt iustitiæ dei: quæ iustitia per fidem Christi manifestatur in omnes credentes, in quibus nulla est distinctio, utrum ex Iudæis an ex gentibus credant. Vide aũt quia manifestat, de iustitia dei non unam posuit causam tantummodo fidei, sed legẽ posuit & prophetas: quia neq; fides sola sine lege & prophetis manifestat iustitiã dei, neq; rursus lex prophetæ sine fide: alterũ ergo hæret ex altero, ut sit ex utroq; perfectio. Nulla, inquit, distinctio est inter Iudæos & Græcos, cum constet ex æquo omnes sub peccato factos esse, sicut supra claruit, & nunc iustitiam dei, legis & prophetarũ testimoniis fultã, per fidem Iesu Christi ex æquo omnibus datam: ex eo quod omnes sub peccato facti fuerant, alieni sine dubio effecti sunt etiam à gloria dei, quod eam nec capere ullo genere poterant nec mereri. Quomodo enim peccator au-
Psal.49 deret dare gloriam deo, ad quem propheta dicit? Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas? & iterũ alia scriptura dicit: Nõ est speciosa laus dei in ore peccatoris. Idcirco iustitia dei per fidẽ Iesu Christi ad omnes peruenies qui credunt siue Iudæi siue Græci, purgatos eos à prioribus sceleribus iustificat, & capaces facit gloriæ dei: & hoc

& hoc non ex meritis eorũ, nec pro operibus facit, sed gratis gloriã præstat. Per redemptionẽ, inquit, quæ est in Christo Iesu. Videamus attentius quid sibi uelit redẽptio quæ est in Christo Iesu. Redemptio dicitur quod datur hostibus pro his quos in captiuitate detinent, ut eos restituant pristinæ libertati. Detinebat ergo apud hostes humani generis captiuitas peccato tanquam bello superata: uenit filius dei qui factus est nobis nõ solum sapientia à deo, & iustitia, & sanctificatio, sed & redemptio: & semetipsum dedit redemptionẽ, id est, semetipsum hostibus tradidit ac sitientibus eis suũ sanguinẽ fudit: & hæc est credentibus facta redemptio, sicut & Petrus in Epistola sua scribit dicens: 1 Pet.1
Quia nõ corruptibilibus argento uel auro redẽpti estis, sed pręcioso sanguine unigeniti filij dei. Hoc fortassis & Salomon sub mysterio designabat dicens: Redemptio animæ uiri propriæ diuitiæ eius. Si enim requiras quæ sunt animæ propriæ diuitiæ, inuenies sapientiam diuitias eius esse, & iustitiam, & sanctificationẽ: Hæc autem Christum esse dicit Apostolus: Christus ergo est animæ diuitiæ, & ideo ipse est redẽptio eius. Nam corporales diuitiæ pernicies magis animæ quàm redemptio eius esse credendæ sunt, nisi ad bonum opus conuersæ iustitiæ & misericordiæ fiant, & ex corporalibus diuitijs ad animæ diuitias transferãtur. Quem proposuit deus propitiatorẽ per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem pręcedentium delictorum, in sustentatione dei ad ostensionẽ iustitiæ eius in hoc tẽpore, ut sit ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi.] Cum multa nos & admiranda docuisset sanctus Apostolus de domino nostro Iesu Christo, quæ per mysteriũ de eo dicuntur, hoc in loco eminentius aliquid protulit, quod non facile in alijs scripturæ locis arbitror inueniri. Nam cum superius dixisset, quod pro omni genere humano redemptionẽ semetipsum dedisset, ut eos qui in peccatorũ captiuitate tenebantur redimeret, dum sine dolo pro omnibus mortẽ gustat: nunc addidit aliquid sublimius & dicit: quia posuit eũ deus propitiationẽ per fidem in sanguine ipsius: quo scilicet per hostiã sui corporis propitiũ hominibus faceret deũ, & per hoc ostenderet iustitiã suã, dum eis remitteret præcedentia delicta, quæ pessimis tyrannis seruiendo cõtraxerant eo tempore, quo sustinebat & patiebatur deus hæc fieri. Sed ad hoc patiebatur, ut post hæc idem in hoc tẽpore ostenderet iustitiã suam. In consummatione etenim seculi, in nouissimo tẽpore manifestauit iustificare nõ poterat iniustos: ideo interuentũ uoluit esse propitiatoris, ut per eius fidẽ iustificarentur, quia per opera propria iustificari nõ poterant. Hęc quantũ ad sermonis ipsius explanationẽ spectant præmissa sint, ut apostolica lectio euidentior fiat. Nũc autem ut nobis moris est, quid interior sensus apostoli sermonis contineat requiramus, & primo omniũ quomodo dictũ sit, Quem proposuit deus propiciatoriũ siue propitiatorem per fidẽ in sanguine eius. Certũ est in omnibus pene locis apostoli sensum ex legis & prophetarũ manare thesauris. Inquiramus ergo ubi appellationẽ propitiatorij potuerit inuenire, & unde hoc nomen assumpserit. Memini in Exodo loquentẽ ad Moysen Exod.25
& præcipientẽ quæ oporteat eum facere, primo quidẽ mandare arcã & uectes eius atq; anulos per arcæ latera fieri, post hæc: Et facies, inquit, propitiatoriũ ex auro puro, duobus cubitis & semis longitudinẽ eius, & unum cubitum & semis latitudinem eius: & facies duo Cherubim aurea tornata, & superpones ea per singula latera propitiatorij: & facies ut Cherubim duo sint ex duobus lateribus eius extendentia alas suas, & obumbrantia super propitiatoriũ: & facies eorũ contra se super propitiatoriũ erunt: & facies Cherubim, & impones propitiatoriũ super arcã, & in arcã mittes testimonia quæ dabo tibi, & innotescãt tibi inde: & loquar ad te desursum super propitiatoriũ inter medium duorũ Cherubim quæ sunt super arcã testamẽti secundũ opera quæ præcipiã tibi ad filios Israel. Euidenter apparet quod nomẽ propitiatorij apostolus in his locis inuentũ, in suis nunc literis posuit, de quo nobis sermo est. Et uidetur propitiatoriũ hoc de quo scriptum est in Exodo, ad nullũ nisi ad saluatorẽ dominum retulisse cũ dicit, quia hunc posuit deus propitiatoriũ per fidẽ. Quomodo huius sanè ueri ꝓpiciatorij forma & figura fuerit illud quod in Exodo describitur ex auro purissimo factũ, operępreciũ est inuestigare. Et

gare. Et primo quidem considerandum est, quibus in locis aurum quod in opere assumitur, aurum purum dicatur: quibus uerò in locis aurum tantummodo sine ulla adiectione ponatur. Quod ego in pluribus obseruãs, deprehẽdisse mihi uideor, quod scilicet cum adiectione aurũ purum dicitur, indicet sanctam illam & puram Iesu animã quæ peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: & ipsi cõueniant mẽsuræ istæ longitudinis ac latitudinis propiciatorij. Hæc quãuis explanare sit arduũ, & aptare illi animæ sanctæ singula quęq; quę de propitiatorio referunt, primo ergo uideamus quod dicit longitudinẽ propitiatorij, neq; duos solum cubitos habuisse, qui numerus sociandis generãdisq; aptari corporibus solet: neq; tres integros, qui numerus excedere appellationem creaturæ consueuit, & naturæ incorporeæ cõsecrari. Duos ergo cubitos & dimidium longitudinem dicit propitiatorij, & unũ ac dimidiũ latitudinẽ. Quod si audere in talibus fas est, quoniã dicit idem apostolus de Christo quod dei & hominũ mediator est, uidetur mihi in deum & hominẽ media hæc esse anima, quæ inferior quidem sit à trinitatis natura minus aliquid habens, nec tamen cũ inde infra sit, duali numero qui in corpore positis deputatur, absq; eximia & præcellenti uirtutum suarũ eminentia misceatur. Hoc enim ostenditur, quòd mensuram eius supra duos habere aliquid designauit, licet minus tribus: sed & quod latitudo eius unũ & dimidiũ memoratur cubitũ habere. Propterea quidem de monade hac singulari quid fastius describitur, nõ tamen ex toto in dualem numerum, qui interdum etiã pro immundis ponitur, creuisse. Quãuis enim carnem naturæ nostræ susciperet, ex incontaminata tamen uirgine assumpta, & ita sancti spiritus operatiõe formata est. Propterea ergo & apostolus de mediatore dissera 1 Tim. 2 serens, euidenti distinctione signauit dicens: Mediator dei & hominũ homo Christus Iesus. Quo scilicet mediatorẽ non ad deitatẽ Christi, sed ad humanitatẽ quæ est eius animæ referẽdum doceret. Longitudo ergo ponit eius & latitudo. Longitudo illud significat quod tendit ad deũ, trinitatiq; sociat: Latitudo quod inter homines, qui latã spatiã samq; uiã incedere soleant, conuersat: & ideo mediatoris recte nomine nuncupat, quia ut diximus anima hæc sancta media quidẽ fuit inter diuinitatẽ trinitatis & fragilitatem humanitatis. Hæc ergo intelligi potest propitiatorij secundum ea quæ supra diximus, cui superponi dicunt duo cherubim, unus ex latere hoc, & unus ex latere altero. Cuius ergo formã duo ista cherubim habere existimanda sunt? Cherubim enim in nostram linguam interpretatum plenitudinẽ scientiarũ significat. Vbi ergo dicimus plenitudinem Col. 2 scientiarum, nisi in eo de quo dicit Apostolus: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absc̃diti? De uerbo dei utiq; hęc dicit Apostolus. Sed & de spiritu sancto simi 1 Cor. 2 lia scribit cũ dicit: Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta dei. Significat igitur ut ego arbitror in isto propitiatorio, hoc est in anima Iesu, uerbũ dei qui est unigenitus filius, & spiritum eius sanctum semper habitare: & hoc est quod indicant duo cherubim propitiatorio superposita. Sed & illud obseruandum, quod non dixit cherubim unũ ex latere dextro & cherubim aliud ex latere sinistro, sed ait cherubim unum ex latere hoc & cherubim aliud ex latero altero: ut ostenderet in illo propitiatorio, hoc est in anima Christi, sinistrũ nihil fuisse. Sunt autẽ & pennata duo hæc cherubim: & non solũ pẽnata, sed & alas suas pandentia. Si quis sanctorũ sumum habere à deo testimoniũ meruit, dictũ est quod deus esset cum eo, sicut ad Iesum Ios. 1 Naue dicitur: Et deus erat cum ipso, sicut fuit cum Mose famulo eius. Sicubi uerò pollicitatio maioris à deo muneris datur, dicit: Et ero in eis, & ambulabo inter eos. Nullam Leuit. 26 uerò inter homines ita beatam, & ita excelsam reperies animã nisi hanc solam, in qua tantũ latitudinis tantũ capacitatis inuenit uerbũ dei, & spiritus sanctus, ut nõ solum habitare, sed & alas expandere, & nouo sacramẽti ritu aliquando etiã uolitare dicatur. Faciem quoq; contra se inuicẽ super hanc beatam animam cherubim utraq; habere dicuntur, per quod cõsors ei & cõsonus à filio dei & à spiritu sancto diuinitatis pensus infunditur. Vbi aũt superponitur hæc anima deo plena, in qua complacuit habitare omnem plenitudinẽ deitatis? Super arcam, inquit, testamenti. Potest arca testamẽti sancta eius caro, in qua beata hæc anima collocatur, intelligi, habens in se testimonia dei, quæ intelliguntur Christi quas in carne pertulit passiones, diuinis olim prędicata testimoniis. Possunt etiam uirtutes cœlestes intelligi arca dei, quæ & ipsæ capaces quidem dei sunt uerbi

uerbi & spiritus sancti, sed præponitur eis anima Iesu, & ipsæ quodammodo mediatricem gratiã diuinæ largitionis accipiunt. Post hæc: Et innotescam tibi (inquit) inde, & loquar ad te desuper de propitiatorio. Non solum Moysi, sed unicuiq; sanctorũ qui famulus dei est, non aliunde innotescit deus, nec aliunde cognoscit, nisi de propitiatorio isto quod supra exposuimus, & de medio cherubim. Hoc & Habacuc propheta signi- Abacuc 2
ficat ubi dicit: In medio duorum animalium cognosceris, dum appropinquant anni cognosceris, & cum affuerit tẽpus ostenderis. Nemo enim scit patrem nisi filius, & cui uo- Matt. 11
luerit filius reuelare. Sed & Paulus dicit: Quod nobis reuelauit deus per spiritũ suum. 1 Cor. 2
Propterea ergo dicit quòd innotescã tibi inde, & loquar tibi desuper propitiatorio inter duo cherubim quæ sunt super arcã testamenti. Puto aũt quod nõ importune ea quæ de Exodo assumpsimus explanata sint, ut euidens fieret sensus quomodo apostolus in præsenti loco propitiatorij nomen assumpserit cũ dicit: Quẽ proposuit deus propitiatoriũ, per fidem. Sed & hoc ipsum quod dixit Proposuit, magis de anima Iesu q̃ de deitate eius dictum sentiẽ. Proposuit enim intelligitur quasi prius posuit, hoc est, prius q̃ esset. Quod enim est ponitur, quod nondum est, proponitur: Non ergo cõuenit de eo qui semper erat, id est de uerbo dei, dici quia propositus est: sed de anima eius, quæ licet inseparabilis à uerbo dei, creata tamen est, & unigeniti deitate posterior: nec inconuenienter uidebitur de ea dictum, quod antequam esset proposita est, & præordinata ut esset propitiatoriũ. Quia ergo secundum ea quæ suprà exposuimus Iesum Christũ proposuit deus propitiatoriũ per fidem in sanguine eius, necessarium uidetur requirere de diuinis legibus quæ sit propitiatio quæ per sanguinẽ fiat, ut ex his colligere possimus, quomodo etiã per sanguinẽ Iesu propitiatio facta sit. Scriptũ est in Leuitico post ponti- Leuit. 4
ficis hostiam: Quod si omnis synagoga Israel ignorauerit & latuerit sermo ab oculis eius, & fecerit unum de mandatis domini quæ non fiet, & deliquerit, & innotuerit eis peccatũ quod peccauerũt, adducet Synagoga uitulum ex bobus pro peccato, & post pauca: Et inferet sacerdos qui unctus est ex sanguine uituli in tabernaculum testimonij, & post pauca iterũ: Et faciet (inquit) uitulum quemadmodũ fecit uitulum pro peccato, & repropitiabit pro his sacerdos, & remittetur eis. Per sanguinẽ uerò repropitiat sacerdos pro omni synagoga ut remittatur eis. Requiramus nunc singula quæq; nomina quæ de saluatore scripta sunt, & in singulis appellationibus quæ sint quæ delignentur diligentius contẽplemur. Inuenies igitur quoniã quidem in ipso complacuit habitare omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter, esse ipsum & propitiatoriũ & ponti- ficẽ, & hostiã quæ offertur pro populo. Et quidem de propitiatorio iam satis dictum: sed & de pontifice euidenter Dauid in Psalmo, & Apostolus Paulus ad Hebræos scri- Ioan. 1
bit: Quod autem sit & hostia, testatur Ioannes dicens: Hic est agnus dei qui tollit peccata mundi: Secundum hoc ergo quod hostia est, profusione sanguinis sui propitiatio efficitur in eo quod dat remissionem præcedentium delictorum. Quæ tamen propitiatio ad unũquenq; credentium per uiam fidei uenit. Nisi enim daret remissionem præcedentium delictorum, propitiatio non probaretur effecta. Cum uerò remissio peccatorum tribuatur, certũ est propitiationem effusione sacri sanguinis adimpletã. Absq; sanguinis enim effusione (sicut apostolus dicit) non fit remissio peccatorũ. Verum ne Paulus tibi solus proposuisse propitiationis nomen uideatur in Christo, audi quomodo & 1 Ioan. 2
Ioannes coniona de hoc sensu loquat cum dicit: Filioli mei, hæc scribo uobis ut nõ peccetis, & si quis peccauerit aduocatũ habemus apud patrẽ Iesum Christũ iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non solum aũt pro nostris, sed & pro uniuerso mundo. Vno igitur eodemq; sensu apostoli propitiatoriũ uel propitiationẽ, uel ut in latinis codicibus frequentius inuenitur, propitiatorẽ nominant Christum. Sed nihil interest siue propitiator, siue propitiatorium, siue propitiatio, siue etiam exoratio scriptum sit, cum apud Græcos uno semper eodemq; sermone proferatur. Nisi forte uideatur quibusdam propitiatio ipsa eius diuina substãtia: Propitiator uerò cũ dispensationes in hominibus explet intelligi. Sed & quod dixit Ioannes, quia ipse est exoratio siue propitiatio pro peccatis nostris, & nõ solũ pro nostris, sed & pro uniuerso mũdo, quædã nobis intulisse uidetur augmenta mysterij, ut ostendat Iesum propitiatorẽ esse non solum credentium, uerum & totius mundi, non tamen prius mundi & tunc nostrũ, sed prius nostrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

strum, & ita demũ totius mundi. Quamuis enim uniuersa creatura gratiam redemptoris expectet, unusquisque tamen ueniet in suo ordine ad salutem. Hoc indicari arbitror & in Leuitico, ubi repropitiationis hostiæ per pontificem mandantur offerri. Nec tamen in his sacrificiorũ confusus ordo proponitur: sed primo quidem dicit quæ sit propitiatio, & qualis hostia si sacerdos peccauerit offeratur. Secũdo si omnis synagoga deliquerit per ignorãtiam, cuiusmodi uictimis placetur deus. Tertio si princeps peccauerit, quo ordine purificandus sit scribitur. Quarto si anima una peccauerit, etiam de hoc qui sit expiandi ritus exponitur. Quæ singula mystico intellectu per figurã Christi propitiationem non solum pro peccatis nostris, sed pro uniuerso mundo certis quibusq; ordinibus & modis causisq; designant: si quis tamẽ hæc secũdum illam reuelationẽ, quæ Moysi in monte demonstrata esse dicitur, sancto spiritu illuminatus aspiciat. Fit ergo per repropitiationem sanguinis Christi remissio præcedentium delictorum in sustentatione dei ad ostensionem iustitiæ suæ. Sustentatio dei est, ubi peccator non statim punitur ut peccat, sed secundũ quod ibidem Apostolus dixit, per patientiam dei adducitur ad pœnitentiam: & in hoc ostendere dicitur iustitiam suam deus. Bene autem addidit, in hoc tempore. Præsentis enim seculi tempore in sustentatione est iustitia dei, futuri uerò in retributionem. Iustum nãq; apud deum usum est, ut quia futurũ seculum ad iudiciũ statuerat, præsens sustentationi & patientię deputaret. Nam si puniret in hoc tempore peccatorẽ, iustum non uidetur iterũ ad iudicium quem punierat euocare. Si uerò sustentet & patiatur in præsenti seculo, recte erit iustus iudex in futuro. Iustificat ergo
Rom.4 eum qui ex fide est, sicut & de Abraham scriptũ est, quia credidit Abrahã deo, & reputatũ est ei ad iustitiam. Quod si Abraham credidit, & ex fide iustificatus est, consequens sine dubio erit, ut & nunc qui credidit deo per fidem Iesu Christi iustificetur cum fideli Abraham. Vbi est ergo gloriatio tua? Excluſa est. Per quã legẽ? Operũ? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.] Iterum ac sæpius cõmonemus eos qui scripta Pauli diligentius aduertere cupiunt, distinctionem illam quam supra diximus obseruare tenacius, quo nũc circũcisionis causam, nunc præputij, id est Iudæorum uel gentiliũ discreto semper tramite prosequatur. Si enim paululum quid fugerit legentẽ, cõtinuo angusta hæc intelligentiæ semita perturbabitur. Igitur cum superius ostẽdisset apostolus quid esset amplius Iudæo, aut quę utilitas circumcisionis: & docuisset quia primis credita sunt illis eloquia dei, & per hæc ut sus fuisset extollere eorũ iactantiam qua aduersus gentiles erigi solent: & rursum contra hæc in sequentibus obiecisset iustitiã dei per fidẽ Iesu Christi esse in omnes qui credunt, nec; habere aliquam distinctionẽ, sed omes deliquisse Iudæos & Græcos, & egere gloria dei, & iustificari per gratiã ac redemptionem quæ est in Christo Iesu: ipsumq; esse propitiatoriũ per fidẽ, & iustificari ab eo qui ex fide est: nunc iam uelut conclusionem assertionũ suarũ ponens in hoc loco dicit: Vbi est ergo gloriatio tua? Excluſa est. per quam legẽ? operum? Non, sed per legẽ fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Et dicit sufficere solius fidei iustificationem, ita ut credẽs quis tantũmodo iustificetur, etiã si nihil ab eo operis fuerit expletũ. Imminet igitur nobis qui integram esse scripturã apostoli conamur asserere, & ordine suo cuncta cõstare, ut requiramus quis sine operibus sola fide iustificatus sit. Quantũ igitur ad exemplum pertinet, sufficere arbitror illum latronẽ qui cum Christo crucifixus clamauit ei de cruce: Domine Iesu memento mei cum ueneris in regnũ tuum. Nec aliud quicquam descri
Luc.23 bitur boni operis eius in euangelijs, sed pro hac sola fide ait ei Iesus: Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiso. Aptemus nunc si uidetur huius latrònis uerba causæ apostoli Pauli, & dicamus ad Iudæũ: Vbi est ergo gloriatio tua? Certum quia excluſa est, excluſa autẽ non per legem operum, sed per legem fidei. Per fidem enim iustificatus est hic latro sine operib. legis: quia super hoc dominus non requisiuit quid prius operatus esset, nec expectauit quid operis cum credidisset expleret, sed sola confessione iustificatũ comitemq; sibi paradisum ingressurus assumpsit. Sed & mulier illa quæ in euãgelio secun-
Luc.7 dum Lucam refert, quia cũ cognouisset q̃ Iesus recubuit in domo pharisæi, attulit uas unguẽti, & stãs retro ad pedes eius ac flẽs lachrymis lauit pedes eius, & capillis capitis sui detersit, et osculabat atq; ungebat unguẽto. Videns aũt pharisęus qui eũ uocauerat,

dixit intra semetipsum: Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tangit pedes eius, quia peccatrix est. Iesus autẽ dixit ad eum parabolam quingentorum uel quinquaginta denariorũ, & ex nullo legis opere sed pro sola fide ait ad eam: Remittuntur tibi peccata tua. Et iterum: Fides tua te saluã fecit, uade in pace. Sed & in multis euangelij locis hoc sermone usum legimus saluatorem, ut credẽtis fidem causam dicat esse salutis eius. Ex quibus omnibus claret quòd recte arbitrat̃ apostolus iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Sed fortassis hęc aliquis audiens resoluatur, & bene agendi negligentiã capiat, siquidem ad iustificandũ fides sola sufficiat. Ad quẽ dicemus: quia post iustificationem si iniuste quis agat, sine dubio iustificationis gratiã spreuit. Nec; ob hoc quis accipit ueniã peccatorum, ut rursum sibi putet peccãdi licentiam datam. Indulgẽtia nãq; non futurorũ, sed præteritorum criminũ datur. Igitur ut ad propositum redeamus, iustificatur homo per fidem, cui ad iustificãdum nihil cõferunt opera legis. Vbi uerò fides nõ est quæ credentẽ iustificet, etiã si opera quis habeat ex lege, tamen quia non sunt ędificata supra fundamentũ fidei, quãuis uideantur esse bona, operatorẽ suum iustificare non possunt, si eis deest fides, quæ est signaculum eorũ qui iustificantur à deo, sicut supra diximus, quia credidit Abrahã deo, & reputatũ est ei ad iustitiã: tantũ est, ut his qui iustificatur per gratiã fidei, dicat secundũ Paulũ, quia gratia dei quæ data est mihi, inanis nõ fuit. Excludit ergo omnis gloriatio quæ ex legis operibus uenit. Et ut adhuc manifestius fiat quod dicimus, exemplum dabimus ex his quę in euangelio scripta sunt, ubi ascendit pharisæus & publicanus ad tẽplum dei: & stans (inquit) pharisæus in medio dicebat: deus, gratias ago tibi, quoniã nõ sum sicut cæteri homines raptores, iniusti, adulteri, sicut publicanus iste: ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ quæ possideo, & reliqua. Et hæc fortassis uere dixerit, sed secundũ domini sentẽtiam iactantiæ morbo corruptus nõ descendit iustificatus de tẽplo. Talis ergo gloriatio quæ ueniebat ex operibus legis, quia nõ habet humilitatẽ crucis Christi. In qua qui
Gal.6 gloriatur audi quid dicit: Mihi aũt absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Vides apostolum non gloriantẽ super iustitia sua, nec; super castitate, nec; super sapientia, nec; super cæteris uirtutibus uel actibus suis, sed apertissime pronunciantẽ & dicentẽ: Qui gloriatur in domino glorietur. Et sic excluſa est Iudaica gloriatio, nõ per legem operũ, sed per legem fidei, quæ est in Christo Iesu, in cuius cruce gloriatur Apostolus. Quis em̃ recte uel super castitate sua gloriabitur, cum scriptũ legat, quia si quis aspexerit mulierẽ ad concupiscendum
Prou.20 eam, iam mœchatus est eam in corde suo? Vnde & propheta dicit: Quomodo gloriabitur quis castum se habere cor? Aut quis gloriabitur super sapientia cum scriptũ uideat, quia mundus per sapientiam non cognouit deũ? & ideo placuit deo per stultitiã prædicationis saluos facere credentes, & iterũ: Quæ stulta sunt mundi elegit deus, ut confundat sapientes. Quis autẽ uel super iustitia sua gloriabit̃, cum audiat deum per prophetã dicentẽ: Quia omnis iustitia uestra sicut pannus mulieris menstruatæ? Sola igitur iusta gloriatio est in fide crucis Christi, quæ excludit omnẽ illam gloriationẽ, quæ descendit ex operib. legis. Hæc aũt à nobis dicta sunt pro eo quòd tanc̃ interrogãs dixit apostolus: Vbi est ergo gloriatio tua? Et ad hæc sibi ipse respondit: Excluſa est. Et rursum quasi interroget ait: Per quam legem? operũ? Et respondit sibi ipsi: Non, sed per legem fidei. Arbitror enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. De his superius dixit. Quod uerò etiam in præsenti loco duarum legum facit iterum mentionem, & dicit legem operum & legem dei, considera etiam ipse qui legis, utrum ad legem Moysi & legem naturalẽ sermo hic debeat inclinari: an ad legem literæ & legẽ spiritus: quia lex literæ occidit, & mortem operatur: Lex autem spiritus liberat à lege peccati & mortis. Vnde & conuenienter in consequentibus ponit. An Iudæorum deus tantum? Nonne & gentiũ? Imò & gentium. Quoniam quidem unus deus qui iustificat circũcisionem ex fide, & præputiũ per fidẽ.] His quidem qui aliũ uolunt esse Iudæorũ deum, & alium gentiũ, id est alium legis, & alium euangeliorũ, satis de hoc angusta & arcta responsio ab apostolo Paulo præstatur: satis ostendit sententiam suam, cum non solum unum dicat esse deũ Iudæorum & gentiũ, sed & addat quod idem atq; ipse sit qui iustificat circũcisionem ex fide, & præputium per fidem. Quod & si circũcisionem per alle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

goriã ſuſcípere uoluerint, ita ut ſanctos & ſpiritales quoſq; ab eo circũciſionem dicant eſſe appellatos, ſtatim in cõſequentibus inuenient obijcere. Si enim circũciſionem ſanctos uelut illi nominant ſpiritales appellauit, conſequens eſt ut præputiũ peccatores dixerit, quos ille animales uocat. Et quomodo conueniet, ut bonus deus pariter ſpiritales animalesq; iuſtificet? Illis ergo in his apoſtoli ſermonibus nodus inextricabilis erit. Secundum nos uerò qui circumciſionẽ eos qui ex ludæis crediderunt, & præputium eos nihilominus qui ad fidem ex gentibus uocati ſunt dicimus, plana erit & facilis expoſitio. Idem enim ipſe deus ex utroq; populo credentes nõ circũciſionis aut præputij priuilegio, ſed ſolius fidei contẽplatione iuſtificat. Supereſt & unius ſyllabæ differẽtia, in qua uariaſſe uidetur apoſtolus. Nõ nos otioſe prætereat qđ dicit, quod circũciſionẽ iuſtificet ex fide, & non per fidem: præputium uerò per fidem, & non ex fide. Non eñ mihi uideť ſuperflua apud deum haberi iſta præpoſitionũ cõmutatio, quia inuenimus ab eo & in alijs locis, non ut libet, ſed obſeruanter hæc poſita, & neceſſario differentiam diſtinctionis huius eſſe ſeruatam, ſicut cum de deo loquẽs dicit: Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: & iterum alibi dicit: Sicut enim mulier ex uiro, ſic & uir per mulierem, omnia aũt ex deo. Tale eſt & quod ad Corinthios ſcribit: Alij quidẽ per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſciẽtiæ ſecundũ eundem ſpiritũ, alij fides in eodem ſpiritu. Et non ſolus Paulus apoſtolus harum diſtinctionum obſeruantias tenet, ſed & Ioannes, qui quum de uerbo dei dicat, quia oñia per ipſum facta ſunt, uitam non per ipſum, ſed in ipſo factam eſſe teſtatur dicens: Quod factum eſt in ipſo uita erat. Et quoniã multum eſt ut ea quæ nũc exempli cauſa protulimus exponantur, ſenſum eorum pro captu noſtro breuiter colligamus. Cum dicitur ex ipſo, principale aliquid huius præpoſitionis indicio uidetur oſtendi. Cum uerò per illum dicit, ſequentis cauſæ, id eſt eius quæ poſt principale eſt intelligentia, deſignatur. Vt uerbi gratia dicamus quod ait: Ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt oñia: Ex ipſo primæ creationis omniũ, & quod hoc ipſum quod ſunt ex deo eſſe cœperunt, ſignificantiã dedit. Per ipſum, quod ea quæ prius facta fuerãt reguntur & diſpenſantur per eum à quo ſubſiſtendi initium trahunt. In ipſo, quod hi qui iam correcti & emendati ſunt, in ipſius perfectione conſiſtunt. Sic ergo hęc pleniſſimę rationis tenere differentias edocemur, ut quod ſubſiſtimus ex deo habere dicamur: quod diſpenſamur & regimur, per ipſum fieri deſignetur: quod uerò in ſumma perfectionis conſiſtimus, in ipſo eſſe declareť. Poteſt & in præſenti loco talis quædam obſeruari differẽtia, ut circũciſio quæ uelut primo loco & ordine iuſtificať, ex fide, & non per fidem iuſtificanda memoretur: Præputiũ uerò quod in ſecũdo loco ad iuſtificationẽ trahitur, non ex fide, ſed per fidem iuſtificandũ dicatur. Puto aũt quod & in ea differentia quã ſupra diximus: Sicut enim mulier ex uiro ita & uir per mulierẽ, plenius iſta deſignentur. Primo etenim loco uir eſt, ex quo deſcendere mulier dicitur, & non per uirum. Secundo uerò in loco per mulierẽ uir: quia mulier miniſtrare quodammodo uidetur autori uiro, & ideo per mulierẽ uir dicitur naſci & non ex muliere. Sed fortaſſis occurrat aliquis huic de muliere & uiro expoſitioni noſtræ, & obijciat illud quod dicit Apoſtolus de Chriſto: Factum ex muliere, factũ ſub lege: & non dixit factũ per mulierem. Cui hoc modo reſpondendum puto: De omni quidem homine conuenit dici quod per mulierẽ factus ſit, quoniã quidem priuſquã per mulierem naſceretur ex uiro accepit exordiũ: Chriſtus uerò qui non ex ſemine uiri carnis ſuæ ſumpſit originẽ, merito ex muliere factus dicit̃. Ipſi nãq;, id eſt mulieri, & ipſa principalis origo carnis eius aſcribitur, & recte nõ per mulierẽ, ſed ex muliere factus ab apoſtolo memorať. Iuſtificabit ergo unus atq; idem deus circũciſionem ex fide, & præputiũ per fidẽ. Quod ſi requirat aliquis curioſius, ij qui ex fide iuſtificãtur per quem iuſtificẽtur, & rurſum ij qui per fidem iuſtificanť ex quo iuſtificenť: licet fortaſſis multa in hoc curioſitas uidetur, tamẽ conuenienter dicere poſſumus, quod qui ex fide iuſtificanť, initio ex fide ſumpto, per adimplętionẽ bonorum operum conſummãtur, & qui per fidem iuſtificantur, à bonis operibus exorſi per fidem ſummã perfectionis accipiũt. Ita utrũq; ſibi adhęrẽs alterũ ex altero conſummatur. Et propterea puto apoſtolũ ſtatim in cõſequentibus poſuiſſe: Legem ergo euacuamus per fidem? Abſit, ſed legem ſtatuimus.] Quoniã in ſuperioríb. ad fidem cuncta uiſus eſt reuocare, ipſe ſibi quod ab alio aliquo proponi poſſet obtendit & dicit: ſi per fidem iuſtificatur homo, & nõ ex operíb. legis, & ſi deus circumciſionẽ ex fide iuſtificat, & præputiũ per fidem, legẽ ergo Moyſi ô Paule deſtrues per fidem? Sed ad hoc ipſe reſpondens dicit: Abſit, imõ legem ſtatuimus, hoc eſt confirmamus. Sed operę precium eſt, uidere quomodo legem ſe cõfirmare pronunciet, qui in ſuperioribus dixerit, quia non iuſtificetur homo ex operibus legis. Saluator in euangelijs dicit: quia Moyſes de me ſcripſit: Qui ergo non credit Chriſto, de quo Moyſes ſcripſit in lege, deſtruit legem: qui autem credit Chriſto, de quo Moyſes ſcripſit, legem confirmat per fidem, quia credit in Chriſtum. Fidere autem dicimus in patrem & filium & ſpiritum ſanctum, qui integram ſubſtantiam, plenam, perfectam, qui nihil diuerſum nil diſcrepans aut extraneum in trinitate profitetur. Nam Marcion qui alium deum dicit legis, alium patrem Chriſti, per fidem ſuam nõ ſtatuit neq; confirmat, ſed deſtruit legem. Hoc & Ebion facit, hoc & omnes qui in fide catholica aliquid corruptionis inferunt. Ego etiam illud conuenienter adijciam, quod omnis qui credens Chriſto bene agit, & continet ſe ab omni macula peccati, hic legem dei recte uiuendo cõfirmat: Qui uerò præceps peccatorum uitijs agitur, & ſine ullo pœnitẽdi retinaculo aſſiduitate ſcelerum maculatur, hic etiã ſi credere Chriſto uideatur, per fidem ſuam nõ ſtatuit, ſed deſtruit legem. Sed & illa nequaquã nobis prætereunda uidetur obiectio, quam proferre quis poteſt, & dicere quod contraria ſibi ſcribere uideatur apoſtolus, cum in præſenti quidem loco dicit, non deſtruit legem ſed confirmat: in ſecunda uerò ad Corinthios ita ſcribit: Quod ſi miniſterium mortis in literis formatũ in lapidibus factum eſt in gloria, ita ut non poſſent intendere filij Iſrael in faciẽ Moyſi propter gloriã uultus eius quæ deſtruitur, quomodo non magis miniſterium ſpiritus erit in gloria? Et paulo poſt: Si enim quod deſtruitur per gloriã eſt, multo magis quod manet in gloria eſt. Dici ergo poteſt, quod gloria uultus Moyſi deſtruitur, & hoc quod dicit: Si enim quod deſtruit per gloriam, cõtraria uideri huic ſententiæ quo pronunciat: nõ deſtruimus legẽ per fidem, ſed ſtatuimus & confirmamus. Sed inde poſſumus hoc modo quod intentatur abſoluere. Non eſt idem quod dicit: Legem deſtruimus, & lex deſtruitur. Paulus ergo in præſenti loco hoc pronunciat, quod legem ipſe non deſtruat. Nam etſi deſtruitur lex per eam quę ſuper eminet gloriã, nõ per Paulum, neq; per alium aliquem ſanctorum deſtruitur. Vnde & ipſe dominus dicebat: Non ueni ſoluere legẽ, ſed adimplere. Nullus ergo ſanctorum, nec ipſe dominus deſtruit legem, ſed gloria eius tẽporalis & pertrãſiens à gloria æterna & permanente deſtruitur & ſuperatur. Vnde uide quàm caute & perſpicaciter apoſtolicæ legẽdæ ſint literæ. Nõ dixit, neq; enim glorificatũ eſt quod glorioſum eſt: & ſiluit: alioquin falſum uideretur: Quomodo enim quod glorioſum eſt non eſſet glorificatũ? Sed addidit: Propter eam quæ ſupereminet gloriã: ut oſtẽderet non à quo cunq; deſtrui gloriam Moyſi, id eſt legis, ſed ut diximus ex cõparatione maioris gloriæ quæ in Chriſto eſt, obtegi & obſcurari eam gloriam quæ in lege eſt, & ideo dicit: Si eñ quod deſtruitur per gloriam eſt, multo magis quod manet in gloria eſt. Manere quæ Chriſti ſunt dicit, deſtrui quæ Moyſi ſunt: ſed deſtrui non per hominem, ſed ex compa ratione (ut diximus) ſupereminentis gloriæ. Quoniã quidẽ lex pædagogus noſter fuit in Chriſto donec ueniret plenitudo tẽporum: & ſicut dicimus neceſſariũ eſſe opus pædagogi, donec paruulus eſt is qui ſub pædagogo eſt, deſtrui aũt & nõ eſſe neceſſarium officiũ pędagogi, cum ad perfectionẽ uenerit is qui ſub pædagogo fuit: ita dicimus deſtrui iam opus legis ubi aduenit plenitudo tẽporis, & filius qui aliquando nihil differebat à ſeruo, hæres factus eſt paternæ ſubſtãtiæ. Quod aũt hæc debeãt intelligi quæ deſtruẽda appellat apoſtolus, conſuetudinẽ eius ſuper hoc uocabulo etiã in alijs diſce, ubi dicit: Ex parte ſcimus & ex parte prophetamus. Cum aũt uenerit quod perfectũ eſt, de ſtruenť ea quæ ex parte ſunt. Et in hoc loco ſcientia Pauli uel prophetia deſtrui dicitur abſq; iniuria apoſtolicæ gratiæ: quo ſcilicet intelligamus ad cõparationẽ perfectorũ uacare, & otioſa eſſe ea quæ imperfecta ſunt. Ita ergo in præſenti ſermone Paulus quidẽ legem non deſtruit ſed cõfirmat. Gloria aũt Chriſti cum reuelata fuerit, eam gloriam quæ apparuit in Moyſe, & ex qua glorificatus fuerat, ipſa cõparatione ſui qua ſupereminet & cõfutat & arguit & oſtendit nec gloriã confitendã. Tale eſt & quod alibi dicit̃: Illum oportet creſcere, me autẽ minui: & quod ipſe Paulus dicit: Cum aũt factus ſum uir deſtruxi

Rom.11 1 Cor.11 1 Cor.12

Gal.4

Ioan.5

2 Cor.3

Matt.5

Ioan.3 1 Cor.13

struxi quæ erant paruuli. Hoc ostendit & similitudo pædagogi, cuius opus destruit & cessat, cum ad ætatẽ perfectam uenerit paruulus. Propterea ergo cautissime dixit apostolus: Legem ergo destruimus per fidem? Absit, &, non dixit: Lex ergo destruitur per fidem: sed legem ergo destruimus? Et rursus in sequentibus. Non, sed legem statuimus. Nam etsi destruit lex, non per fidem destruit, sed per supereminentẽ gloriã. Per fidem autem non solum nõ destruitur lex, sed statuit per apostolos & confirmatur: quia Christum quem lex & prophetæ uenturũ prædixerunt, isti prædicant iam uenisse: & confirmatio utiq; prophetiæ uel legis est, cum quæ prædicta fuerant, monstrantur expleta.

LIBER IIII CAPVT IIII

QVID ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secũdum carnem? Gen.15 Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei uerò qui non operatur, credit autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Psal.31 deus accepto fert iustitiam sine operibus. Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputabit dominus peccatum.] Cum supe rius duas proposuerit leges, quarum unam operum, aliam fidei nominauit, per quam legem fidei excludi gloriationem dicit eorum qui in legis operibus gloriantur, & pronunciauerit fide iustificari hominem sine operibus legis: consequenter nunc ut hæc de scripturis asserantur, Abrahæ producit exemplum, & dicit quia Abraham si ex operibus iustificatus est habet mercedem, sed non apud deum. Quod quidem non sine arte dialectica disserit. Nam si iustificatus non habet gloriam apud deum, Abraham autem constat habere gloriã apud deũ, ergo non ex operibus, sed ex fide iustificatus est Abraham, ut necessario habeat apud deum gloriam: Sic enim scriptura pronunciat, quia credidit Abrahã deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Quod si deus reputauit illi ad iustitiam, sine dubio & gloria eius apud deũ est. Propterea ergo apostolus testimonio huic quod assumpsit ex lib. Geneseos adiungit & proprium sermonem, & dicit quia ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiã, sed secundũ debitũ: Ei uerò qui non operatur, credit aũt in eum qui iustificat impiũ, reputaẽ fides eius ad iusticiã. Per omnem itaq; hunc locũ apostolus hoc uidetur ostendere, quod duę quædam sint iustificationes, quarum unam ex oporibus nominat, aliã uerò ex fide. Et illam quidẽ quæ ex operibus est, dicit habere gloriã, sed in semetipsa, & nõ apud deum: illam uerò quæ ex fide est, habere gloriã apud deum, utpote apud inspicientẽ corda hominũ, & scientẽ quis est qui credit in occulto, & quis est qui non credit. Et ideo merito apud solũ deũ habet gloriã, qui affectũ fidei eius præuidet in occultis: qui uerò iustificationẽ ex operibus sperat, potest fieri ut opera eius etiã ab hominibus cõprobentur. Palã nãq; est, & uideri oculis potest quicquid opere manifestum est: & si fides in occulto est, opera aũt palã sunt, conueniet in hoc assumi illud quod scriptũ est, quia occulta sunt domino deo tuo, quæ manifesta sunt uobis & filijs uestris. Sed & illud his aptare conueniet quod scriptũ est, quia iustus ex fide mea uiuet. Competenter igitur dicimus, quia eorũ qui secundum interiorẽ hominem circũciduntur, & qui in occulto Iudæi sunt spiritu nõ litera, laus & gloria non apud homines, sed apud deũ est. Qui uerò ex operibus iustificantur, quoniã palã sunt & manifesta opera eorũ, potest esse gloria eorũ uel apud sanctos quosq; & iustos qui accipiunt à deo potestatẽ de humanis operibus uisibilibus iudicãdi, uel etiã apud angelos, cæterasq; uirtutũ cœlestium potestates, qui utiq; glorificare eum cuius opera probauerunt possunt. Occulta uerò cordis quoniã solius dei est noscere: ipse eñ præuidet quis in unoquoq; fidei habitat affectus, & ideo qui ex fide iustificat, apud solum deũ habet gloriã qui occultorũ & fidei solus inspector est: igitur Abrahã si ex operibus (inquit) iustificatus est, habet quidem gloriã ex operibus uenientẽ, sed non illam quæ apud deũ est: certũ autẽ est Abrahã apud solum deum habere gloriam: cõsequens ergo est ut non ex operibus, sed ex fide iustificatus sit. Non aũt putes quod si quis habeat talem fidem ex qua iustificatus habeat gloriam apud deum, possit simul cum ea habere & iniustitiã:

Nulla enim pars est fidei simul cum infidelitate, nulla iustitiæ cum iniquitate cõmunio, sicut nec luci cum tenebris potest esse societas. Si enim qui credit quod Iesus est Christus, ex deo natus est, et qui ex deo natus est, non peccat: manifestum est quia qui credit Iesu Christo non peccat: quod si peccat, certũ est quia non credit ei. Indicium igitur fidei ueræ est ubi non delinquitur, sicut econtra ubi delinquitur infidelitatis indiciũ est. Propterea ergo & in alio loco scripturę dicitur de Abraham, quod ex operibus fidei iustificatus sit: quia certum est eum qui uere credit, opus fidei & iustitiæ operari, & totius bonitatis, & capacẽ fieri utriusq; gloriæ, tam eius quæ apud deũ est in occulto, q̃m etiam eius quæ palam est, & non solum apud deũ est. His ita pro uiribus explanatis, etiã illud prætereundũ minime uidetur, quod patrem nostrum secundũ carnẽ nominauit Abraham. Gentium etenim pater Abrahã secundum fidẽ non secũdum carnem uidet. Nam ipsius quidem apostoli potest & secundũ carnem dici: ex genere enim Israelitico etiam secundum carnem patrem nominat Abraham: cæteræ uerò gentes in spiritu eum patrem, non in carne nominabunt: nisi utpote in locis ita angustis ad allegoricæ intelligentiæ latitudinẽ conuertamur, ubi pater secũdum carnẽ accipi potest is qui doctrinæ carnalis, id est legis, secundũ literã prima elemẽta tradiderit, & magister in diuina lege primæ institutiõis extiterit. Quod aũt magistri etiam patres appellentur, & apostolus Paulus dicit, quia in Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Sed & tu qui legis, ex 1 Cor.4 diuinis uoluminibus ipse tibi testimonia in hoc aspicientia congregato. Additur in cõ sequẽtibus: Credidit Abrahã deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Hic sermo ex libris Genesis sumitur, ex eo loco ubi non Abrã, sed Abrahã dicit ad deũ: quoniam non dedisti Gen.15 mihi semen, hic uernaculus meus hæreditabit me. Et dixit dominus ad eum: Non erit hæres tuus iste, sed qui exierit de te hic erit hæres tuus. Et eduxit (inquit) foras, & dixit ad eum: Respice ad cœlũ & numera stellas si potueris dinumerare eas, & ait ad eum: Sic erit semen tuũ, & credidit deo, & reputatũ est ei ad iustitiã. Latius loca ipsa exempli de libro Geneſis repetiuimus, ut quæ iustificationis huius causa fuerit noscueremus. Vnde & acrius intendendũ est, an ob hoc solũ quod dandũ sibi credidit filiũ, & ex eo progeniem ad multitudinẽ sideri propagandã, dicitur quia reputata est fides eius ad iustitiã: an pro hoc & pro omnibus quæ iam ante crediderat. Neq; enim putandũ quod absq; fide fuerit illud ut exiret de terra sua, & de cognatiõe patris sui, & ueniret in terrã quam ei demonstrauerat deus: uel illud cum separato à se Lot, dicit ad eum dominus: Aspice Genes.14 oculis tuis, & uide ex hoc loco in quo stas, & intuere ad Septentrionẽ, & Meridianum, & ad Occidentẽ, atq; ad Orientẽ, quia omnẽ terrã hanc quã uides tibi dabo eam, & semini tuo in æternũ. Sed & illud quis dicat absq; fide factum, quod ueniẽs Abraham habitauit apud quercũ Mambre in Ebron, & ædificauit ibi altare domino? Quomodo autem & illud nõ erat fidei opus cum Melchisedec benedixit Abrahã & ait: Benedictus Abraham deo excelso qui creauit cœlum & terrã, & benedictus deus excelsus, qui tradidit inimicos eius in manibus eius? Ex quibus omnibus colligitur, quod in his singulis fides quidẽ fuerit Abrahæ, sed ex parte. In eo autẽ ubi dicit, quia fides ei reputata est ad iustitiã, fides perfecta declaratur. Sicut enim scientiã & prophetiã ex parte dicit esse apostolus, & rursum dicit esse perfectã, in eo cũ scribit: Ex parte scimus & ex parte pro- 1 Cor.13 phetamus, cum uenerit aũt quod perfectũ est, destruentur ea quæ ex parte sunt: ita & fidem possumus intellígere esse aliquãdo ex parte, & aliquãdo perfectã. Vt autem quod dicimus aliis adhuc scripturæ sanctæ testimoniis muniat, audi in euangelio ad dominũ dicẽtes apostolos: Domine auge nobis fidem. Nónne per hæc euidenter ostendunt habere se quidẽ fidem, sed talem quæ egeat augmento? Sed & ipse apostolus Paulus cum 1 Cor.13 dicit: Si habeam omnẽ fidem, ita ut montes transferã, omnem cum dicit, ex partibus tantam docet esse cõpositam. Neq; eñ omne potest nominari, ubi aut qualitatis, aut quantitatis diuersitas est. Videtur ergo etiã in præsenti loco cum fides multæ Abrahæ præcesserint per singula quæq; quæ ex parte superius memorauimus, in hoc nunc uniuersa fides eius esse collecta, & ita ei ad iustitiam reputata. Iam sane cõsiderabis, si ut de fide dictum est, quia reputatum est ei ad iustitiam, ita & de alijs uirtutibus dici possit, quia (uerbi gratia) misericordia unicuiq; reputari potest ad iustitiam, aut sapiẽtia, aut scientia, aut mansuetudo, & humilitas, uel certe si omni credenti fides ad iustitiã reputetur.

Sed cũ ad ſcripturas redeo, non omnibus credentibus inuenio quod fides ad iuſtitiam
Exod.14 reputetur. Deniq; ſcriptũ eſt de filijs Iſrael, quia crediderunt deo & famulo eius Moyſi,
nec tamen additur quod de Abraham ſcriptũ eſt, quia reputatum eſt illis ad iuſtitiam:
ob hoc arbitror, quod non illis erat, ſicut in Abrahã docuimus, ex multis partibus fidei
in unum coaceruata perfectio, quę mereretur ad iuſtitiam reputari. Quod autẽ dicit: Ei
uerò qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitũ: cre
denti autem in eum qui iuſtificat impiũ, reputatur fides ad iuſtitiam: uidetur oſtendere,
quaſi in fide quidem gratia ſit iuſtificantis, in opere uerò iuſtitia tribuentis. Sed ego cũ
conſidero ſermonis eminentiam, quod dicit operanti ſecundum debitũ reddi, uix mi-
hi ſuadeo quod poſſit ullum opus eſſe, quod ex debito remunerationẽ dei depoſcat, cũ
etiam hoc ipſum quod agere aliquid poſſumus, uel cogitare, uel proloqui, ipſius dono
& largitione faciamus, quod ergo erit debitũ illius, cuius gratia nos præceſſit? Et ideo
uidendum magis eſt, ne forte quod dixit: Ei autẽ qui operatur merces ſecundũ debitũ
reputabitur, ſiniſtri magis operis intelligendũ ſit debitũ. Debita enim peccata dici in di
uinis uoluminibus frequenter inuenies, ut ipſe dominus in oratione nos docuit dicere,
Matt.6 Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et iterum cũ
dicit ipſe dominus: Cuidam patrifamiliâs erant duo debitores, unus debebat denarios
quingentos, & alius quinquaginta: & hoc de peccatis dici ipſe interpretatus eſt. Ne for
Matt.7 te ergo & in hoc loco mercedem operis quæ ſecundum debitum redditur, ad hunc ſen
ſum quem ſupra diximus: Apoſtolus traxerit, de his qui ita operantur ſicut & Cain o-
Rom.6 peratus eſt terrã: & ſicut alibi dicit: Diſcedite à me operarij iniquitatis: quibus utiq; qua
ſi debita pœna pro mercede iniquitatis exoluitur. Vnde idem apoſtolus in alio loco:
Stipendia (inquit) peccati mors. Et non addidit ut ſimiliter diceret: Stipendia autem
iuſtitiæ uita æterna, ſed ait: Gratia autem dei uita æterna: ut ſtipendiũ quod utiq; debi-
to & mercedi ſimile eſt, retributionem pœnæ eſſe doceret & mortis, uitam uerò æter-
nam ſoli gratiæ conſignaret. Secundum hunc ſenſum & illud quod in euangelio ſcribi-
Luc.6 tur: Qua mẽſura menſi fueritis, eadem remetietur uobis, de ſiniſtris operibus accipien-
dum puto. Neq; enim gratiæ ſuæ mẽſuram ſtatuit deus, cum ſcriptum ſit: Non enim ad
menſuram dat deus ſpiritum. Si ergo hæc putantur recte diſcuſſa, conſequenter utique
ea quæ cohærent uidebuntur intelligenda: ut operanti quidem opera iniquitatis, mer-
ces ſecundum peccati debitum repẽdatur: credenti uerò in eum qui iuſtificat impium,
fides ad iuſtitiã reputetur: ſi quidem bene meminimus ſuperiora, in quibus oſtẽdimus
non ei qui ex parte, ſed qui ex integro, & qui perfecte credit, fidem poſſe ad iuſtitiã re-
putari: quæ fides tanta eſt ut iuſtificet etiam eum qui impius fuerit, ut ultra iam non ſit
impius, ſicut ille latro qui pendebat in cruce & blaſphemabat, ſed ſit ſicut ille qui confi
Luc.23 tebatur & dicebat: Domine Ieſu memento mei cum ueneris in regnum tuum. Poſt hæc
uelut ad firmationem ſermonis ſui quem dixerat: Ei autem qui non operatur, credit au
tem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides ad iuſtitiã, aſſumit teſtimoniũ de pſal-
mis, & dicit: Sicut et Dauid dicit beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iuſtitiam
ſine operibus: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & reliqua uſq; ad peccatum: ui-
dens per hos ſermones cõſequenter approbari poſſe quod reputetur homini iuſtitia ſi-
ne operibus. Vnde mihi uidetur hoc intellexiſſe apoſtolus, quia impoſſibile ſit in ho-
mine cui iam per ætatem diſcernendi de bono & malo ineſt intellectus, neq; iniuſtitiã
ineſſe, neq; iuſtitiam: quod ſi ita eſt, ſine altero è duobus inueniri anima non poteſt: &
cum eſſe deſierit à malis, quod iam inueniatur in bonis: in malis autem non eſt illa ani-
ma, cuius remiſſæ ſunt iniquitates, & cuius tecta ſunt peccata, & cui non imputabit do-
minus peccatum, conueniens ergo ut ſit in bonis. Competenter igitur ad remiſſionem
iniquitatum & obtectionem peccatorum, & aliquid quod nõ imputat dominus pecca
tum, dicit apoſtolus quod homini iuſtitia reputetur, licet nõdum opera iuſtitiæ egerit,
ſed pro eo tantum quod credidit in eum, qui iuſtificat impiũ. Initium nanq; iuſtificari
à deo, fides eſt quæ credit in iuſtificantem. Et hæc fides cum iuſtificata fuerit, tanquam
radix imbre ſuſcepto hęret in animæ ſolo, ut cum per legem dei excoli cœperit, ſurgãt
in ea rami qui fructus operum ferant. Non ergo ex operibus radix iuſtitiæ, ſed ex radi-
ce iuſtitiæ fructus operum creſcit, illa ſcilicet radice iuſtitiæ, qua deus accepto fert iu-
ſtitiam

ſtitiam ſine operibus. Vnde propterea puto & Dauid trigeſimoprimo pſalmo, quẽ ſu-
perſcripſit: Intellectus Dauid, dediſſe iſtud initium, admonẽs per ipſam ſuperſcriptio-
nem altiorem debere requiri intellectum in his quæ dicturus erat, quia beati quorum
remittuntur iniquitates: de quibus prout potuimus diximus, cum de pſalmis per ordi-
nem dictaremus. Sed permouet nos ordinis ipſius differentia, quod primo dixit, Beati
quorum remiſſæ ſunt iniquitates: Secundo, Quorũ tecta ſunt peccata: Tertio, cui non
imputabit dominus peccatum. Et uide ſi forte poteſt iſte ordo in anima una eademq;
intelligi: ut quia initium eſt conuerſionis animæ mala derelinquere, pro hoc iniquita-
tum remiſſionẽ mereatur accipere: cum autẽ cœperit bona facere, uelut ſingula quæq;
quæ præceſſerant mala bonis recentibus obtegens, & abundantiorem numerum bo-
norum introducens quàm prius fuerat malorum, tegere peccata dicatur: Vbi uerò iam
ad perfectũ uenerit, ita ut omnis de ea malitiæ radix penitus amputetur, eouſq; ut nul-
lum in ea ueſtigiũ poſſit inueniri nequitiæ, ubi iam ſumma perfectæ beatitudinis pro-
mittatur, tum nullum poſſit dominus imputare peccatũ. Iniquitas ſane à peccato hanc
habet differentiam, quod iniquitas in his dicitur, quæ contra legem committuntur: un-
de & græcus ſermo ἀνομίαν appellat iniquitatem, hoc eſt quod cõmittitur: Peccatũ ue-
rò etiam illud dici poteſt, ſi contra q̃ natura docet, & conſcientia arguit, delinquatur.

Beatitudo ergo hæc in circumciſione tãtum manet, an etiam in præputio? Dicimus
enim quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiã. Quomodo ergo reputata eſt? In circũ-
ciſione, an in præputio? Non in circumciſione, ſed in præputio: & ſignum accepit cir-
cumciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio, ut ſit pater omnium creden
tium per præputium, ut reputetur & illis ad iuſtitiam, & ſit pater circumciſionis nõ his
tantum qui ſunt ex circumciſione, ſed & illis qui ſectantur ueſtigia eius quæ eſt in præ-
putio fidei patris noſtri Abrahæ.] Cum dixiſſet ſuperius, quia credidit Abraham deo,
& reputatum eſt ei ad iuſtitiam: & huiuſcemodi fides quid haberet beatitudinis oſten-
diſſet ex his quæ in trigeſimoſeptimo ſcripta ſunt pſalmo, quia ita credenti non reputa
ret dominus peccatum: proponit interrogationem ex cuius reſponſione doceatur, &
ex ipſa temporum ratione, quod beatitudo iuſtificationis Abrahæ non in circumciſio-
ne, ſed adhuc in præputio poſito data eſt. Quod ſi Abrahã cum eſſet adhuc in præputio
ex fide iuſtificatus eſt, poteſt & omnis qui credit deo iuſtificari per fidem, etiam ſi ſit in
præputio, & pertinere etiam ad ipſum hæc beatitudo quæ dicit: Beatus cui non impu-
tauit dominus peccatum. Oſtendit ergo quia non cuilibet dominus non imputet pec-
catum, ſed ei qui crediderit propter fidem ſuam peccata non reputet. Sicut enim Abra-
hę reputata eſt fides ad iuſtitiam, ita & omni credenti cum fides ad iuſtitiam reputatur,
peccata utiq; non imputantur: Neq; enim de iuſtis dicit, quia reputetur eis fides ad iu-
ſtitiam. Quod ſi ita putetur, quid uidebitur gratiæ iuſto reputari iuſtitiam ad iuſtitiam?
Sed utiq; illi dicit fidem reputatam eſſe ad iuſtitiam, qui antequam haberet hãc fidem,
iuſtitiam non habebat: & iſte eſt utiq; beatus, cui deus accepto fert iuſtitiam ſine operi-
bus, & cui nõ imputatur peccatum, cui etiam remiſſæ ſunt iniquitates, & obtecta ſiqua
antea fuerant peccata. Simul autem & edocet nos diligentius intendere lectioni, cum
tam uigilanter ea quæ ſcripta ſunt de Abraham, quia reputata eſt ei fides ad iuſtitiam,
ulta à nobis conſiderari etiam quando reputata ſit: quo & temporis ratio in his quæ
ſcripta ſunt colligatur, utrum ne in præputio Abrahæ iſta dicta ſunt, an cum tranſiret
iam ad circumciſionem, & ait: Quomodo ergo reputata eſt fides eius ad iuſtitiam? cum
eſſet in circumciſione, an cum eſſet in præputio? Si enim fuiſſet id temporis in circum-
ciſione, uideretur utiq; à fidei huius gratia excluſum eſſe præputium. Nunc uerò oſten-
dit, quod in præputio adhuc poſito reputata eſt fides ad iuſtitiam, & ideo pronunciat,
quia cum Abraham in præputio poſitus per fidem iuſtificatus ſit, ſine dubio princeps
& pater merito dicitur omnium credentium per præputiũ. Quod uerò poſt fidem quæ
fuit in præputio accepit circumciſionem, conſequenter cauſam qua circumciſio ei da-
ta fuerit, exponit. Vt eſſet (inquit) ſignaculum fidei eius quam habuit in præputio poſi
tus, ut per hoc pater fieret etiam eorum qui in circumciſione naſcuntur: ſi tamen ad il-
lam fidem pertineant quę in præputio poſitum iuſtificauit Abraham. Efficitur ergo u-
triuſq; generis pater, his qui ſunt in præputio per fidem, & his qui ſunt in circũciſione

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per carnem: & post circumcisionẽ generat primo Isaac, atq; ab ipso auspicatur Ogdoadis initium, id est octaui diei in ipso consecrantur prima mysteria, & exinde incipit posteritas Abrahæ duplici currere sacramento. Sicut enim fides natura sui aliud esse intelligitur, & aliud iustitia quæ ei per fidem reputata est: ita & alia eius esse in præputio, alia in circumcisione posteritas. Nam eos qui incircũcisi sunt, ipsos esse lapides puto de quibus posse dicitur deus suscitare filios Abrahæ, in quibus & illud cõpletur quod scriptum est: Quia benedicentur in te omnes tribus terræ. Sed repetamus adhuc quod dicit: Et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio: ac profundam in his Pauli sapientiam contẽplemur. Fortassis enim aliquibus eundem seruorem secundo dicere uideatur, id est signaculum. Sed mihi uterq; sermo multũ interse uidetur habere differentiã. Signũ nanq; dicitur, cum per hoc quod uidetur aliud alii
Matt.16 quid indicatur: sicut cum uerbi gratia dicit dominus in euangelio: Generatio hęc signũ quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ita & filium hominis oportet esse in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Hoc est ergo signũ ubi Ionas uidebatur, & Christus intelligebatur. Similiter & de ipso domino in euangelio dicitur: Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur. Contradicebatur enim signo in quo Christus uenerat, quia aliud in eo uidebat, & aliud intelligebatur. Caro cernebatur, & deus credebatur. Sic ergo accepit & Abraham signum: & quod esset signum in consequentibus dicit: Circumcisionem, inquit: quæ circumcisio esset signaculum iustitiæ fidei quam habuit anteq; circũcideretur. Bene ergo circumcisionem signũ appellauit in Abraham, quia & ipsa aliud uidebatur & aliud intelligebatur: & ostendit quia iam tunc carnalis illa circũcisio signum erat spiritalis circũcisionis, quæ non in carne suscipitur, sed in corde. Quod uerò dixit signaculum, ita intelligi puto. Signaculũ dicitur cũ alicui rei seruãdæ pro tẽpore custodia imponitur, quod nemo alius nisi ipse qui impressit debeat resignare. Per istud ergo signaculũ, ut exponit apostolus, iustitia fidei quam in præputio positus Abraham accipere meruit, indicatur, & pater esse multarum gentium: quod tunc credimus resignandum cum plenitudo gentium introierit, & omnis Israel saluabitur. Tunc enim fiet quod dicit apostolus, non solum gentium, sed etiam circũcisionis per fidem pater Abraham. Et adhuc apertius dissigno & signaculo differamus. Cum signũ sit sicut diximus ubi indicatur aliquid per hoc quod uidetur, signaculum uerò ubi concluditur pro tempore aliquid & non patet, potest etiam ita intelligi, quod mysteria quæ in patriarchis & lege adumbrantur, huiusmodi erant quæ & signis indicanda essent, & signaculis obseruanda. Quod ergo signis indicanda erant his qui credebant ex gentibus, signũ cepisse dicitur Abraham: quod uerò his qui in circumcisione non erant credituri, obseruanda erant & obtegenda, signaculum dicitur accepisse. Quod signaculum illo utiq; in tempore resignabitur, cũ in nouissimis diebus postquam plenitudo (ut diximus) gentium introierit, omnis Israel saluus fiet. Idcirco deniq; ante Abrahã iustificatus in fide dum adhuc esset incircumcisus, & postea circumciditur, ut ostenderetur primo pater futurus multarũ gentiũ, & postea eorum qui ex circũcisione crediturí sunt. Neq; enim hi qui secundum carnem nascuntur ex Abrahã, filij Abrahã dicendi sunt, nisi fidem & opera habeant Abrahæ. Inde de-
Ioan.8 nique & dominus in euangelio dicit ad Iudæos, qui se iactabant filios esse Abrahæ: Si filij Abrahę essetis, opera utiq; Abrahæ faceretis. Vis autẽ ex ueteri scriptura perdoceri quod filius quis dicitur non tantũ eius de cuius carnali semine descendit, sed eius cuius actus imitatur & opera, audi Danielem quid dicat ad unum ex illis senioribus quos ar-
Dan.13 guit adulterij. Semen (inquit) Chanaan & nõ Iuda species seduxit te, & concupiscentia euertit cor tuũ. Vides eum qui carnaliter de genere Iuda descenderat, negari filium esse Iuda, sed Chanaan, eius scilicet cuius actus & opera sequebatur. Ita ergo & hi qui de Abrahæ semine secundum carnem genus ducunt, non dicuntur filij Abrahæ, si eius
Ezech.16 non habent fidem. Sic deniq; & propheta dicit ad eos. Pater tuus Amorrheus, & mater tua Cethea. Quibus utiq; non eos necessitudo generis, sed morum similitudo iũgebat. Vt esset ergo (inquit) pater omnium credẽtium per præputium, ut reputetur illi ad iustitiam, & pater circũcisionis non his tantum qui sunt ex circũcisione, sed & illis qui sequun

sequuntur uestigia eius quæ est in præputio fidei patris nostri Abrahæ. In quo euidenter ex utroq; populo (sicut superius diximus) pronũciat non carnis originem, se nobilitatem fidei requirendam. De circumcisionis autem sacramento latius iam in superioribus diximus, sed & in alijs pluribus locis quæ pro re & pro tẽpore occurrere uisa sunt exposuimus. Sed diligentem lectorem, quem iota unum aut apex de lege nõ præterierit, ne illud quidem latere debet: quia hoc quod apostolus dixit: Reputata est Abrahæ fides eius ad iustitiam, illo tempore cum de eo scriptum est, quia crediderit deo & reputatum sit ei ad iustitiam, nondum Abraham uocabatur, sed Abrã erat nomen eius: Ad huc enim incircumcisus manebat, ut interpretatur apostolus. De quo aliquibus forte uidebitur error in exemplaribus haberi, quod facile Abraham pro Abram scribi potuerit. Sed quia hæc existimatio potius incerta est quàm firma approbatio, nos cõpendiosius respõdeamus, quod obseruans apostolus sentẽtiam dei qua dixit: Iam non Ab Gen.17
ram, sed Abraham erit nomen tuum, appellauit nunc eum non ut in loco Geneseos scriptum est, sed ut de eo pronũciauerat deus. Quod enim diuinitus sancitur, obseruari in posterum conuenit. Hæc prout potuimus in locis tam arduis, & tam difficilibus proba
ta si quis forte animi nostri studium consideret amplecti poterit. Si uerò infirmitatem sensus nostri notare uelit, ueniã petimus, & ei qui melius de his differere uel explanare potuerit, libenter cedimus. Nos uerò ad ea quæ sequuntur segni licet gressu conuertimus pedem. Non enim per legem promissio Abrahę aut semini eius ut hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei.] Hoc in loco mihi uidetur de lege Moysi apostolus disputare, & asserere quod promissio quæ facta est ad Abraham ut hæreditatem mundi, id est terræ totius acciperet ipse uel semẽ eius, non ex Moysi lege cõstaret. Ante enim quàm Moyses legislator existeret, uisus est (inquit) dominus Abrahæ, & dixit ad eum. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram quam ti- Gen.12
bi ostendero, & faciam te in gentem magnam, & benedicã te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus: & benedicam benedicentes te, & maledicam maledicentes te, & benedicentẽ in te omnes tribus terræ. Quod ergo dicit, Benedicentur in te omnes tribus terræ, hoc est hæredem factum esse totius mundi. Quæ utiq; promissio ad Abraham antea facta est, quàm per Moysen de legis obseruantia mandaretur. Sic ergo non est ex lege promissio Abrahæ neq; semini eius ut hæres sit mundi, sed per iustitiam fidei. Et est ista iustitia fidei, de qua in superioribus dixit (ut sæpe iam diximus) quia credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Nec immerito: legis enim obseruantia pœnam tantummodo effugit, fidei uerò meritũ spem repromissionis expectat & præceptum seruis ponitur, fides quæritur ab amicis. Sed & si secundum ea quæ in superioribus disseruimus, de lege naturali Paulus hoc dicere intelligat, non erit contrarium rationibns superius redditis. Quamuis enim lex naturæ de bono & malo testimonium reddat secundum iudicium conscientiæ, tamen legi fidei non potest adæquari, quia deo credidit Abraham, & iustificari meruit, atq; amicus dei appellari. Si enim qui ex lege, hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio: lex enim iram operatur. Vbi autem non est lex, nec præuaricatio.] Si inquit non ex lege promissio data est Abrahæ ut hæres esset mundi, sed per fidem quæ ei ad iustitiam reputata est, consequens sine dubio erit, ut omnes qui sperant sibi à deo iustitiam reputandam, nõ per legem, sed per fidem sperẽt. Et ut hoc euidentius ostenderet addidit. Si (inquit) hi qui ex lege sunt, ipsi hæredes erunt repromissionis illius quam per fidem meruit Abrahã, euacuabitur illud quod ex fide iustificatus est Abrahã: cum utiq; si ex lege futura esset hæreditas, oportuerit & Abraham legem prius implere, & ita hæreditatem iustitiæ promereri. Et ut ostendat nullo modo hoc ita fieri potuisse, dicit quod lex iram operatur. Vbi autem ira est, hæreditas non est, & addidit. Vbi autem non est lex, nec præuaricatio. Sed repetamus paululũ, & uideamus de qua lege ista dicantur. In superioribus qui dem ubi dicit: Si enim qui ex lege hi hæredes sunt, exinanita est fides, & euacuata est promissio: potest & ad Moysi legem, & ad naturalem referri. Certum est enim quod si ex lege Moysi præstatur hæreditas, ut euacuetur illud quod scribitur, Abrahã fidei credulitate meruisse: & rursum si ad naturalem legem conuertatur intelligentia hæc, dici potest, si sufficere potuisset lex naturalis ad fidem, superfluũ uideretur quod dictum est

ad Abra-

ad Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram quam ostendero tibi, ut quid enim exiret de terra sua, & de domo sua, si ei lex sufficeret naturalis, quã utiq; & in terra sua positus habere & custodire potuisset? Sed nunc uelut illa minus sufficiente iubetur legem fidei sequi, quasi nec hæres esse mundi ipse uel semen eius, nec amicus dei poterat appellari. Sic ergo potest ab utraq; lege subtractum, ad solam fidei legem respicere quod dicit: Si enim qui ex lege, sunt hæredes, exinanita est fides, & euacuata est promissio. Iam uerò in hoc loco ubi dicit, Lex enim iram operat, diligentius intuẽdum est, ad quam legẽ respicere uideatur hic sermo: sed & illud quod sequitur, Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Sed priusquàm à nobis plenior explanatio requiratur, ad illa breuiter respõdeamus, quæ de hoc loco Hæretici nobis solent obtendere. Aiunt enim: Ecce quomodo apostolus dicit quia lex Moysi iram operatur: ubi uerò lex illa nõ fuerit, ibi nec præuaricatio erit. Requiramus ergo ab eis, Si ubi lex est, & præuaricatio erit transgressæ legis: ergo ubi & fides est, transgressæ fidei præuaricatio erit. Si enim præuaricator efficitur qui declinat à fide, & si præuarications illi quæ in lege est, lex ipsa in causa est: etiam præuarications huic quæ in fide est, fides in causa esse creditur. Si uerò absurdũ est dicere quia fides in causa est ut quis præuaricet à fide, & si non accessisset ad fidem præuaricator fidei non fuisset: ita absurdũ erit præuarications legis ex eo accipere, quod susceperit quis obseruantiã legis. Sed & illud addemus, quid dicẽt nobis de his qui ante legẽ Moysi in præuaricatione facti sunt? Si enim nullus ante Moysen præuaricator extitit, nemo condemnatus est, nemo punitus, quid dicent de Sodomitis? quid de his qui in diluuio cõdemnati sunt? quid de Cain? quid de ipso Adam? quid de Eua respondebunt? de qua apostolus dicit, Mulier autem seducta in præuarications facta est. Si sine lege Moysi non est præuaricatio, unde Adam, unde Eua, præuaricatores ab apostolo nominantur? Verum ut etiam in superioribus sæpe iam diximus, diuersas in hac epistola leges apostolus introducit, & nunc de lege Moysi loquitur, nunc legem fidei nominat, sicut cum dicit: Vbi est gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Operum? Non, sed per legem fidei. Inducit præterea & alias leges, de quibus dicit: Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem: uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati: & ita de una ad alteram legem transit, ut nisi sensus uigilans & intentus sit, deprehẽndere eum & sequi uix possit. Videndum est ergo ne forte illa lex quæ est in membris meis, & captiuos nos ducit in legem peccati, ipsa sit lex quam apostolus iram dicit operari. Operatur enim sine dubio iram ei, quem captiuum duxerit in lege peccati. Vbi autem lex ista non fuerit, certũ est quod ibi nec præuaricatio erit. Qui uerò sub ista lege fuerint, cõsequenter nec hæredes erũt. Quod si de lege Moysi commemorari quis uelit, & dicere quia iram operatur, pro eo fortasis solo hoc poterit affirmare quod peccantem in se aut lapidari continuo, aut cremari ignibus iubet, uel si quod aliud peccantibus decernitur in lege suppliciũ: ut pœna ipsa quæ peccãti infertur ex lege, ira nunc ab apostolo nominata esse uideatur. Similiter & de præuaricatione, ut non omnem præuarications generaliter in hoc loco astruat appellatã, sed eius qui in lege positus deliquerit: ut grauius delictũ uideatur eius qui per legẽ prohibetur & peccat, quàm eius qui nulla fuerit lege commonitus. Sed & illud uidendũ est, quod nõ dixit apostolus quod ubi lex fuerit ibi & præuaricatio, sed ait: Vbi autem non est lex, nec præuaricatio. In quo ostendit quod præuaricatio quidem esse omnino non possit, nisi lex fuerit: non tamen si lex sit, omni genere etiam præuaricatio erit. Potest enim fieri ut sit lex, & præuaricatio non sit: non potest tamen fieri ut præuaricatio sit, ubi lex non est. Non & si Moysi legem ponamus continuo omnes qui sub Moysi lege uixerunt in præuarications facti sunt. Alio quin simul & prophetas, & omnes iustos uidemur inuoluere. Nisi forte dicat aliquis iustos & omnes & prophetas nõ tam sub lege quàm sub fide uixisse: Peccatores uerò et iniustos legis uinculis fuisse constrictos, sicut & apostolus dicit, Quia iusto lex non est posita, sed iniustis & nõ subditis, impijs & peccatoribus, sceleſtis & profanis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorum concubitoribus, plagiatoribus, mendacibus, periurís, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur. Quod si talibus lex posita est, non tibi multo meliores illi uidebuntur de quibus dicitur: Cum enim gentes quæ legẽ non habent, naturaliter quę legis sunt faciunt, huiusmodi legẽ non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptũ in cordibus suis, testimoniũ reddente eis conscientia? Et statuamus ante oculos si uidet duos aliquos (uerbi gratia) qui cũ masculis non petierint concubitũ muliebrẽ, unũ ex his præcepto legis prohibitum, cuius si metũ non habuisset fortasse feciſſet: & alium qui proprię mentis iudicio huiusmodi contagionẽ ne cogitationes quidem suas adire permiserit: nónne multo illum præferas qui nulla legis interminatione deterritus, immunem se à flagitij contaminatione seruauit? Similiter etiã de cæteris pectatis si habeatur examen. Et ideo siue Moysi lex intelligatur, siue etiam quæ in nostris membris est, & iram operatur, nõ possunt qui ex ipsa sunt hæredes esse, sed illi qui sunt ex lege fidei: fidei autẽ illius, ex qua iustificatus est Abraham. Sed fortasse requirat aliquis, quomodo nõ & qui sub lege Moysi est, sub lege fidei esse uideatur, cũ scriptum sit in Exodo: Credidit aũt populus deo & Moysi famulo eius: & iterum in euãgelio dominus dicat: Si crederetis Moysi, crederetis utiq; & mihi: de me enim ille scripſit. Videbitur enim sicut de se dixit, quia qui credit in me, credit & in eum qui misit me: ita & de Moyse dicere, quod si crederetis Moysi, crederetis utiq; & mihi. Ad quod respondebimus, quia illud quod dictũ est in deserto: Credidit populus deo, & Moysi famulo eius, narratio est, qua ostenditur quod ministerio Moysi quo signa & mirabilia ministrauit, populus credidit deo. In hoc uerò ubi dicit: Si crederetis Moysi, crederetis utique & mihi, arguit infidelitatem eorum qui dum ipsi non credunt, ostendunt se nec Moysi literis credere, in quibus de aduentu Christi prophetali sermone comprehẽsum est. Vbi uerò dicit: Qui credit in me, credit in eum qui misit me, spem credentiũ eleuat usq; ad deum patrẽ, ut sicut qui uidet filiũ uidisse se sciat & patrẽ, ita cum credit filio, credidisse sciat & patri. Ideo ex fide, ut secundum gratiã firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est tantũ, sed & ei qui ex fide est Abrahæ: qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est, quia patrẽ multarum gẽtiũ posui te: ante deum qui credidit, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ nõ sunt, tanquã ea quæ sunt.] In superioribus distinctionẽ dedit mercedis & gratiæ, dicens mercedẽ rem debiti esse, gratiam aũt nullius esse debiti, sed beneuolentię beneficiũ. Et in præsenti ergo loco ostendere uolens deũ hæreditatẽ pro missionum nõ ex debito, sed per gratiã dare, dicit quia hæreditas à deo his qui credunt non ex mercedis debito, sed fidei munere concedatur. Sicut enim (ut exẽpli causa dixerim) hoc quod subsistimus non potest intellígi, quia ex operis nostri mercede subsistamus, sed euidenter dei munus est quod sumus, & gratia conditoris, qui esse nos uoluit: ita & si hæreditatẽ promissionum dei capiamus, diuinę gratię est, nõ alicuius debiti aut operis merces. Quod si forte uideaẽ hoc ipsum quod dicitur ex fide, nõ esse gratis, quippe si offerenda sit fides prius ab homine, et ita à deo gratia promerenda: audi quomodo in alijs etiã de hoc idem Apostolus docet. Etenim ubi enumerat dona spiritus, quæ dicit secundum mensurã fidei credentibus dari, ibi inter cætera etiam donum fidei asserit per spiritum sanctum tribui. Post multa nanq; ita etiã de hoc dicit: Alij fides in eodem spiritu: ut ostendat quod etiã fides per gratiã datur. Sed & alibi idem Apostolus docet dicens, quia à deo uobis datum est non solum ut credatis in Christum, sed etiam ut patiamini pro illo. Inuenis hoc designari & in Euãgelijs, ubi Apostoli intelligentes quod ea quæ ex homine est fides, esse non potest perfecta, ni addita fuerit etiã ea quæ ex deo est, dicũt ad Saluatorẽ: Auge nobis fidem. Ex quibus omnibus apertissime comprobatur quod hic dicit Apostolus: Ideo ex fide, ut secundum gratiã firma sit promissio: quia etiam fides ipsa qua credere uidemur deo, dono in nobis gratiæ confirmatur. Hæc autem est gratia quam inuenire sicut thesaurũ magnum meretur si quis beatus est. Hanc inuenit Noe, & ideo scriptũ est de eo: Noe autem inuenit gratiam in conspectu domini dei. Hanc inuenerat gratiã & Moyses, & ideo dicebat ad deum: Si inueni gratiam in conspectu tuo. Inuenimus tamen aliquos sanctorum, non solum in conspectu domini dei inuenisse gratiam, sed etiam in conspectu hominũ. Denicq; de beato Ioseph scriptũ est: Et inuenit Ioseph gratiam in conspectu domini sui. Sed ista gratia quæ in cõspectu hominum inuenitur, deo largiente cõceditur. Sic enim scriptum est de eodem Ioseph, Et erat dominus cum Ioseph, & infudit super eum misericordiã, & dedit illi gratiam in

Rom. 7

1 Tim. 2

1 Tim. 1

Exod. 14

Ioan. 5

Ioan. 12

1 Cor. 12

Luc. 17

Gen. 6

Exod. 33

Gen. 49

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſpectu principis carceris. Amplius adhuc aliquid de huiuſmodi gratia in diuinis li-
Eſter.2 teris memoratur de beata Heſter. Sic enim ait: quia erat Heſter inuenies gratiam apud omnes qui uidebant eam. Paulo poſt dicit ſcriptura: Inuenit gratiã Heſter ſuper omnes cæteras uirgines, & impoſuit ei rex diadema muliebre. Hoc aũt non arbitror importune & de ſcripturis ſanctis requiſiuimus ad cõfirmationẽ apoſtolici dicti, in quo de fide & gratia diſputat. Ait ergo: Ideo ex fide, ut ſecundum gratiã firma ſit promiſſio. Sed & hoc notandum eſt quod ait: Ideo ex fide, ut ſecundũ gratiã firma ſit promiſſio, quaſi oſtendere uolens quod ſi ex lege eſſet, & nõ ex gratia promiſſio, firma nõ eſſet: nunc aũt idcirco firma ſit, quia nõ ex lege, ſed per gratiã. In quo ego puto quod tale aliquid intel
ligi uelit, quia quæ ex lege ſunt extra nos ſunt: quę aũt per gratiã, intra nos habentur. Ver
bi cauſa, quæ in lege ſcripta ſunt, calamo & atramento in membranis uel chartulis ſcri
2 Cor.3 pta ſunt: quæ aũt ex gratia deſcendunt, per ſpiritũ dei in corde noſtro deſcripta ſunt, ſi-
cut idem ipſe Apoſtolus miniſter huius gratiæ in alijs deſignat, & dicit: Epiſtola noſtra uos eſtis, inſcripta nõ atramento ſed ſpiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, ſed in tabu
lis cordis carnalibus. Ideo ut mihi uideꝛ firmiora dicit ea quæ per gratiam, q̃ ea quæ ex lege ſunt: quia illa extra nos ſunt, & hæc intra nos: & illa in fragili materia cõſiſtunt, ita ut facile poſſint exoleſcere: hæc uerò dei ſpiritu inſcripta, & in animæ penetralibus im
preſſa, firmitatẽ perpetuitatis obtinent. Talibus ergo literis promiſſionis inſcribitur a-
nima quæ fidem ſuam deo uelut cæris obtulerit præparatis, ut in his dei gratia dignãter poſſit inſcribi: & ideo huiuſmodi fides reputatur ad iuſtitiã, quæ capax gratiæ cœleſtis extiterit. Hoc aũt cõtingit ſemini Abrahę, non ei tantũ quod ex lege eſt, ſed ei quod ex fide eſt. Multo enim Abrahæ nobilior ex fide eſt q̃ ex carne ſucceſſio, quia non ex car-
ne, ſed ex fide iuſtificatus eſſe memoratur. Si enim nõ ex fide, ſed ex ſemine danda ſuc-
ceſſio eſt, conueniens erit & Iſmaelis poſteritatẽ, & eos qui ex Cethura deſcendunt, ad promiſſionũ ſacramenta perduci. Quod utiq; non recipitur, ſed ſola legis ac fidei poſte
ritas introducitur. Verum nõ nos prætereat Apoſtoli in hoc loco nutabunda quædam & ambigue prolata locutio. Quod enim dixit: Vt firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei quod ex lege eſt tantũ, ſed & ei quod ex fide eſt: ſi ita intelligatur quaſi aliud ex lege ſemen & aliud ex fide dixerit, ut tanquam ab utroq; ſemine promiſſio debeat expecta-
Rom.3 ri, inuenitur cõtraria dicere his quæ ſuperius ſcripſit, cum ait: Non enim hi qui ex lege,
Ibid. hæredes ſunt. Item alibi Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. Et rurſum. Si enim qui ex lege hæredes ſunt, euacuata eſt fides. Etenim ſi ex fide iuſtificatur homo ſine operibus legis, & hæredes nõ fuerint hi qui ex lege ſunt: quomo
do non contrariũ uidebitur quod in hoc loco dicit firmam eſſe promiſſionem per gra-
tiam, non ei tantũ ſemini quod ex lege eſt, ſed & ei quod ex fide eſt? & cum in ſuperio-
ribus eos qui ex lege ſunt repuliſſe uideatur, hic eos quomodo exæquat his quos ex fi-
de ſperare gratiã dicit? Sed mihi uidetur quod dicit: Omni ſemini non ei quod ex lege eſt tantũ, ſed & ei quod ex fide eſt: legem hic (ſicut ſæpe iam diximus) indicare natura-
lem: & hoc aſſerere, quod nõ his qui ex lege naturali ſolum ueniũt, firma ſit promiſſio, ſed & his qui ex fide legi addiderint naturali eam fidem quã habuit Abraham pater no
ſter: ut non duos populos, unum ex fide, & alium ex lege indicare uideatur, ſed unum atq; eundem qui non ſolum ex lege naturali qua omnes homines utuntur, ſed ex fide, cuius Abrahã auctor extitit, placeat deo. Quo ſcilicet oſtendat, quod ſi quis habeat in-
tegra omnia quæ lex edocet naturalis, & in nullo eũ peccati conſcientia reprehendat, non tamen habeat etiam fidei gratiam, nõ poſſe eum iuſtificari. Fides enim eſt, quæ ad iuſtitiam reputatur. Et hoc modo habita diſtinctio reddit intelligentiam planiorem: at
que ea quæ contraria putantur, conſona eſſe & ſibi inuicẽ concordantia deprehenden
tur. De diuerſitate autem legum, quod in hac præcipue epiſtola Apoſtolus ſæpe etiam latenter & ſubito ab alia ad aliam legem ſermonis ordinem mutet, frequenter oſtendi-
mus, & eadem iterare ſuperfluũ eſt. Bene autem non de Abraham dixit pater omnium, ſed ait pater omnium ueſtrum: id eſt non qui ex lege deſcendimus, ſed qui ex fide à le-
ge ſuccedimus. Et quia omnium qui huiuſmodi ſunt pater eſt, merito promiſſionis di-
uinæ ſententiam in conſequentibus poſuit dicens: Sicut ſcriptum eſt, quia patrem mul
titu

titur multarũ gentium, non immerito pater & eorum qui ex gentibus, & eorum qui ex circumciſione ueniũt, nominaꝛ. Et recte addidit ex ſua interpretatione Apoſtolus, An-
te eum cui credidit deum: hoc eſt pater poſitus eſt multarũ gentium ante ipſum deũ cui credidit, cuius promiſſiones, & à quo ſignaculũ fidei in circũciſione ſuſcepit. Quomo-
do ergo circumciſio patrẽ ſibi proprie defendit, cum ipſe deus qui eam circumciſionẽ dedit, multarũ eum gentium poſuerit patrẽ? Quod ſi aliquis hoc ad Iſmaelis poſteritatẽ uoluerit & Cethuræ cõuertere, occurrit ei quod ſcriptũ eſt, quia benedicentur in te om
nes tribus terræ. Hoc etiã in Euangelio Baptiſta dicebat, quia potens eſt deus de lapidi Matt.3
bus iſtis ſuſcitare filios Abrahę. Addidit aũt in ſubſequentibus: Qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ nõ ſunt, tanq̃ ea quæ ſunt. Mortuos hic ſecundũ animæ peccatũ intelli
gimus, quoniã anima, inquit, quæ peccat morieꝛ. Sicut enim in morte corporali pereũt ſenſus, & nec quis ultra corpus, neq; auditũ, neq; odoratum, aut guſtum recipit, uel ta-
ctum: ita & qui ſpiritales ſenſus in anima perdiderit, ut non uideat deũ, neq; audiat uer-
bum dei, neq; ſuauem odorẽ capiat Chriſti, neq; guſtet bonũ dei uerbũ, neq; manus e-
ius pertractẽt de uerbo uitæ, huiuſmodi homines merito mortui appellanꝛ. Tales inue
nit nos aduẽtus Chriſti, ſed uiuificauit per gratiã ſuã, ſicut & alibi dicit idẽ Apoſtolus: Et nos cũ mortui eſſemus delictis & peccatis noſtris, ſimul cũ illo reſuſcitauit nos. Vis Eph.2
aũt tibi & de ſcripturis propheticis approbari quod omnes qui idola colũt, & cõfidunt in eis, mortui ſunt? Audi Dauid quomodo dicit: Simulacra gẽtium argentũ & aurum, Pſal.113
opera manuum hominũ. Os habent & non loquentur: oculos habent, & nõ uidebunt: aures habent, & non audient. Et poſt aliquanta. Similes, inquit, fiant eis qui faciunt ea, & omnes qui cõfidunt in eis. Vides mortuos eſſe, & ſimiles ſimulacris effectos eos qui colunt ea, & qui confidunt in eis. Vnde diligentius intueamur ſi forte ſicut hi qui colũt idola & cõfidunt in eis, ſimiles eis fieri dicũtur: ita & hi qui uerũ deũ colũt, & confidunt in eo, ſimiles ei fiant. Et hoc eſt fortaſſis, quod in initijs homo cum propoſitũ fuiſſet ut ad imaginem & ſimilitudinẽ dei fieret, ad imaginem quidẽ factus eſt, ſimilitudo autem dilata eſt ob hoc ut prius confideret in deo, & ita fieret ſimilis ei, & ipſe audiret quia ſi-
milis ei fiet omnis qui confidit in eo. Hæc per exceſſum quendã ſociauimus his quæ de mortis genere diſſeruimus, ut manifeſtius fieret, quibus modis deus uiuificat mortuos. Sed & quod in conſequentibus dicit: Et uocat quæ nõ ſunt, tanquã ea quę ſunt quomo
do intelligi debeat uideamus. Frequẽter et in alijs expoſuimus, quod deus ſolus eſt qui dicit: Ego ſum qui ſum: & una eſt illa dei ſubſtantia quæ ſemp eſt: cui ſi quis ſe adiunxe
rit, unus fit cũ eo ſpiritus, & per illum qui ſemper eſt, etiã ipſe eſſe dicitur. Qui uerò lon-
ge eſt ab eo, nec participiũ eius ſumit, nec eſſe quidem dicitur, ſicut eramus nos gentes priuſquam ad agnitionẽ ueritatis diuinę ueniremus: & ideo dicitur deus uocare ea quę non ſunt, tanquã ea quæ ſunt. Inter eos enim qui ſunt, id eſt qui participationẽ habent eius qui eſt, Abrahã, & Iſaac, & Iacob, & cæteri ſancti numerantur. Quod ſi gentes cre-
dendo in fidẽ ueniunt Abrahæ, conſequenter pronunciat Apoſtolus quod deus uoca-
uerit ea quę non ſunt, tanquã ea quę ſunt. Poteſt tamen etiã illud aduerti, ut in hoc loco erga laudes dei Apoſtolus latius uideatur effuſus, & initium primæ eius creaturæ cum admiratione memoraſſe, cum ex nihilo eſſe fecit uniuerſa, & ea quæ non erant, uirtute potentiæ ſuæ tanquã quę eſſent & ſubſiſterent euocauit: & ita ei in creando nihil fuiſ-
ſe difficile, ut cum nihil exiſterent, & omnia ſubito uocata ita fuiſſe tanquam quæ ſem-
per extiterint. Quod ſi quis nobis obijciat illum Apoſtoli ſermonem, quem ad Corin-
thios ſcribit ubi dicit, quia contemptibilia mundi elegit deus quæ non ſunt, ut ea quæ 1 Cor.1
ſunt deſtruantur, ut non glorietur omnis caro coram deo: & dicit ſecundum hanc expo
ſitionem non conuenire ut deſtrui dicantur quæ ſunt, cum ea quæ nõ ſunt, uocata ſunt: dicemus ad hæc, quia in illo loco alios dixit eos qui ſunt, & alios in hoc capite in epiſto
la ad Romanos. Declarauit enim ad Corinthios quia de his diceret quos ſupra enume
rauerat. Dixit enim ſuperius: Videte enim uocationẽ ueſtram fratres, quia nõ multi ſa-
pientes inter uos ſecundum carnẽ, non multi potentes, nõ multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mũdi elegit deus ut cõfundat ſapientes, & infirma mundi elegit deus ut cõfundat fortia. Sicut ergo ſtulta mũdi elegiſſe dicit deũ, hoc eſt gentes, ut cõfunderet ſapiẽtes ſi-
ne dubio Iudęos, et infirma mũdi ut cõfundat fortia: eodẽ ordine in hoc loco dicit et de

his quæ nō sunt, ut ea quæ sunt destruat: & non esse gentes, esse aūt ludæos ostendit, id est qui in lege erant, sed legē non implebant, ut destruerentur, et iudicarenť illi qui non erant in lege, & Abrahæ fidei credulitatis merito iungerentur. Quod aūt dixit: Vt confundat sapientes, nō quod uere sapientes essent, alioquī nunquā confunderet deus eos qui secundū dei sapientiā sapientes sunt: sed illos dicit qui se putant esse sapiētes & non sunt, sicut & alibi dicit: Vbi sapiens? ubi scriba? ubi cōquisitor huius seculi? Nónne stultam fecit deus sapientiā huius mundi? Huius mundi ergo penuriā sensus, sed secūdum illud quod dictū est: Qui uult sapiens esse: stultus fiat in hoc mundo ut sit sapiens apud deum: quia sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Qui cōtra spem in spem credidit, ut fieret pater multarū gentium, secundū quod dictū est ei: Sic erit semē tuū sicut stellę cœli, & arena maris: & nō infirmatus est à fide, nec considerauit corpus suū emortuum, cū ferè centum esset annorū, & emortuam uuluā Sarræ: in repromissione etiā dei non hæsitauit diffidentia, sed cōfortatus est à fide, dans gloriā deo, & plenissime sciens, quia quæcunq; promisit deus potens est & facere. Ideo & reputatū est illi ad iustitiam.]

Videtur mihi quod dixit Apostolus cōtra spem, aspexisse quod & in Genesi refert
Gen.15 Abrahā dixisse ad dominū, Dominator domine quid mihi dabis? Ego aūt dimittor sine filijs: hic aūt filius manet uernaculæ meæ Damascus Eliezer: & addidit Abram: quoniam mihi nō dedisti semē, hic uernaculus meus, hęres meus erit. Ex quibus utiq; uerbis Abrahā de filijs suscipiēdis intelligī desperasse. Quod uerò dixit: In spem credidit, datam rursus ei spem opinor inde collegit ubi scriptū est: Et uox domini facta est ad eum dicens: non est hic hæres tuus, sed qui exierit de te, ipse erit hæres tuus. Eduxit aūt eum foras & dixit illi: Respice ad cœlū, & numera stellas si poteris dinumerare eas: & ait ad eum: Sic erit semē tuū. Et credidit deo, & reputatū est ei ad iustitiam. Ex his ergo uerbis desperatio prius, & postmodū data ei spes de promissionibus declaratur. Cui quia credidit, scribī de eo hoc quod nunc proponit Apostolus, quia reputatū est ei ad iustitiā.
Merito aūt & more sibi solito ubi de fide tractat Apostolus, cōiungit & spem, sciens fi-
Heb.11 dei spem inseparabiliter cohærere, sicut & in epistola ad Hebręos idē docet dicens: Est
Rom.8 aūt fides sperandarum rerum substantia, indiciū non apparentium. Et iterū in hac eadem ad Romanos epistola in posterioribus dicit: Spe aūt salui facti sumus. Spes autem quę uidetur non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat? Si uerò quod nō uidemus sperамus, per patientiā expectamus. Quod si spe salui facti sumus, hoc idē est quod ali
Matt.9 bi dicit, quia per fidem saluati sumus, &, Fides tua te saluā fecit, &, Secundū fidem tuam cōtingat tibi. Quæ utiq; illis dicūtur qui credentes in Iesu spem gesserunt ab eo se posse curari: Sicut aūt Abraham cōtra spem in spe credidit, ita omnes qui per fidem filij sunt Abraham cōtra spem in spe credunt de singulis quibusq; quæ credunt, siue de resurrectione mortuorū, siue de hęreditate regni cœlorū. Hęc enim quantū ad naturā humanā spectat, contra spem uidentur: quantum aūt ad potentiā dei, in spe creduntur: exemplo Abrahā credentis quia quæcunq; promisit deus, potens est & facere: si tamē his qui credunt maneat fides, spes & charitas. Et puto quod prima salutis initia, & ipsa fundamēta fides est: Profectus uerò & augmenta ædificij spes est: perfectio aūt & culmē totius operis charitas: & ideo maior omniū dicitur charitas. Igitur Abraham cōtra spem in spe credidit, ut pater fieret multarū gentiū quæ futuræ essent sicut stellæ cœli, non solū multitudine, sed & claritate. Cuiq; promittēti fideliter credens, non, inquit, infirmatus est fide. Quod dicit, nō infirmatus est fide, ostendere mihi uidetur esse quandam infirmitatē in fide. Quod si est infirmitas, est sine dubio & sanitas, sicut & in alijs ostendit, cū dicit:
ad Tit.1 Increpa illos acriter, ut sani sint in fide. Beatus ergo est qui nō infirmaī in fide: Si uerò
Rom.14 quis infirmetur, curā eius describit Apostolus cum dicit: infirmantē autem in fide assumite nō in disceptionibus cogitationum. Nā alius credit manducare se omnia: qui autē infirmus est, holera mādducet. Per quod utiq; designat uerbi holera prębenda esse ei qui infirmaī in fide, ne plena fidei doctrina cunctantibus in ea & quodammodo ægrotantibus ingeratur. Sana autem fides dicitur quæ perfecta est, & cui nihil deest: & ipsa est quæ credit manducare omnia, id est quæ capere potest omnia: quā qui habet, spiritalis appellatur, & dijudicat omnia, & in nullo sermone scādalizari potest. Vnde euidenter apparet esse augmenta quædā & profectus in fide, & aliquos habere partem fidei exiguam

guam, alios magnā, alios uerò habere omnē fidē: Vnde Apostolus dicebat: Si habeam
1 Cor.13 omnē fidem ita ut montes transferā. Sed & in Euangelijs discipuli dicunt ad dominū, quasi quibus nondū plena inesset fides: Auge nobis fidē. Considera sane si secundum, ea quę de fide dicimus, etiā de charitatis augmētis similiter possimus intelligere, ita ut dicamus & de charitate, sicut ille dixit: Si habeā omnem fidē, si habeā omnē charitatē: & illū habere omnē charitatē, qui omnia illa habuerit quæ propria charitatis sunt, sicut dicit Apostolus: Charitas patiens est, benigna est, non inflatur, nō æmulatur, non ambitiosa est, nō perperā agit, non irritať, omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, & cætera his similia. Quę si quis habeat, recte mihi uidetur dicere quod habeat omnē charitatem: quę charitas sine dubio ex his singulis ab Apostolo suprà memoratis partibus cōstat. Similiter aūt & de misericordia & pietate cæterisq; uirtutibus arbitror dici posse. Et forte per hęc singula, sicut de fide dictū est, quia fides reputata est ad iustitiam, ita & de charitate dici potest, quia reputata est ei charitas ad iustitiā, aut pietas, aut misericordia. Sed uideamus iam ea quę cōsequuntur. Et non, inquit, infirmatus est fide, nec considerauit suū corpus emortuū, cum ferè centum annorū esset, & emortuam uuluam Sarrę, in repromissione etiā dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide. Quantū quidem ad simplicē pertinet intellectū, euidentē protulit rationē, quod Abraham cū audiret sibi à deo sobolem repromitti, nō respexit ad emortuas cētenarij corporis uires, de quo utiq; nequaquā sperari poterat ulla successio: sed potentiā promittētis intuitus, nihil difficile esse credidit in his quæ promittebat omnipotens: sed dedit, inquit, gloriā deo, intelligens solius dei esse munus, ubi humanæ fœcunditatis iura cessauerant. Merito igitur dedit gloriā deo, qui naturæ fuerat desertus auxilijs. Hæc, ut dixi, quantū ad simplicem intelligentiā pertinet sufficienter dicta uidebuntur. Si uerò quis obijciat nobis, quomodo poterit Abrahā in centenario annorū numero positus emortui corporis dici, qui posteaq; suscepisset Isaac, & defuncta esset Sarra, quę eum nonagenaria cōceperat, & uixerat annis centū uigintiseptē, postea etiam q; annorū quadragin
Gen.24 ta factus Isaac accepit Rebeccā, post omnia ista scribitur: Et apponens Abraham accepit uxorē cui nomen Cethura, & peperit ei Zamram, & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboch, & Sue: quomodo ergo uidebitur emortui corporis, qui multo senior effectus quām tunc erat, uxorem acceperit, & sex liberos potuit procreare? Quas obiectiones ut decenter possimus excludere, expositiones emortui corporis illo transferimus, ut dicamus Abraham nō infirmitate ætatis emortuū, sed secundum illam uirtutē quam sancti in semetipsis primo implentes etiā cæteros habere monent, & dicunt: Mortifica membra uestra quæ sunt super terrā. Nam & absurdum puto si hoc bonū quod in se
1 Cor.7 Paulus habuit: neq; enim alijs imperaret quod ipse nō fecerat: si inquā hoc bonū quod Paulus habuit, Abrahā tantum patriarcham, quem etiam suum patrē dicit Apostolus, non credamus habuisse. Fuit ergo etiā in illo mortificatio ista membrorū: non incitabatur luxuria, non urebatur libidine, sicut illi de quibus Apostolus dicit, Melius est nūbere quām uri. Hoc idem erat & in Sara, quia defecerūt Sarræ fieri muliebria. Non enim erat in illa lasciuia muliebris, aut incontinentiæ dissolutio, neq; in usum libidinis præcipitabantur inuiti: sed ubi audiunt tātam posteritatis spem, & sobolis suæ gloriam cœlo & sideribus exæquandam, ubi hæc audiunt non aspiciunt ad propria bona, ad continētiæ gratiam, ad membrorum mortificationem, sed hæc omnia quæ sibi lucra ducebant arbitrantur detrimenta, ut Christum lucrifaciant. Sed fortassis erraſſe me credis, quod cum de posteritate Abraham & seminis eius dicerē, non debuerim de Christo dicere. Non erramus, sed cum Apostolo loquimur. Ipse enim hæc de Christo dicta esse interpretatur cum dicit. Scriptū est: tibi dabo terram hanc & semini tuo. Non dixit, & semi-
Gal.3 nibus, tanquam in multis: sed semini tuo, tanquam in uno, qui est Christus. Vides ergo quomodo nos Apostolus docet sic dominum locutum esse ad Abraham, ut in semine suo Christum intelligeres debere sentiri: & ob hoc puto quod adiecerit Apostolus, & dixerit: Dans gloriam deo. Non enim tantam gloriam Abraham potuisset efferre de natiuitate Isaac, quantam dare potuit gloriam deo, si intellexit Christum de suo emortuo iam & uitijs defecato corpore nasciturum. Sed & tu si mortifices membra tua quæ sunt super terram, si abiecto omni feruore libidinis emortuū serues, & nullis obnoxium

uitijs corpus, potes etiã tu fructus ex eo optimos generare, potes generare Isaac, quod
est gaudiũ: & hic est primus spíritus fructus: potest semen tuum, & opera tua ascẽdere
ad cœlum, & effici opera lucis, & stellarũ fulgori splendoriq; cõferri, ut cũ dies resurre-
ctionis affuerit, tanquã stella differas in claritate. Amplius adhuc dico: potes si tã purus
mente, tam sanctus corpore, tam immaculatus actibus fueris, etiã ipsum generare Chri
Gal.4 stum, secundũ illum qui dicebat, Filioli mei quos iterũ parturio donec formeẽ Christus
in uobis: & sicut ipse de se dominus dicit: Qui fecerit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis
est, ipse meus frater, soror, & mater est. Quæ ergo erit mater Iesu, nisi cuius uulua emor-
1 Tim.2 tua est: ut ita demũ parturiat filios castitatis, sicut & mulier de qua dicit Apostolus: Sal-
ua aũt erit per filiorum generationẽ, si permãserit in fide & castitate. Vnde etiã pro his
cõuenienter additũ puto: Et reputatum est ei ad iustitiã. Quomodo enim non ad iustiti
am reputaretur ei, qui non solum in fide sed & in omnibus uirtutibus perfectionẽ tene
bat? Non est aũt scriptum propter ipsum tantũ, quod reputatum est ei ad iustitiã, sed
& propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit Iesum Christũ do
minum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter
iustificationem nostram.] Hoc in loco quod dicit, Non propter ipsum tantum, intelli-
gendum est de ipso: & iterum quod dicit, Sed & propter nos, hoc est & de nobis. Mani
festum nanq; est, quia hoc quod dicitur, Credidit Abrahã deo, & reputatũ est illi ad iu
stitiam, non propterea Moyses scripsit ut Abraham legeret, qui utiq; olim fuerat defun
ctus: sed ut nos profectũ fidei ex huiusmodi lectione paremus, intelligentes quia si nos
ita credamus deo ut ille credidit, etiam nobis reputabitur fides ad iustitiã, credentibus
in eum qui suscitauit Iesum dominũ nostrum à mortuis. Vellem sane requirere quid est
quod in hoc loco apostolus deum nominãs, qui credidit, & cui Abraham credidit, non
dixit credentibus in deũ excelsum, uel credentibus in eum qui fecit cœlũ & terram, uel
in eum qui fecit angelos, cæterasq; cœlestis gloriæ uirtutes, sed ait, Qui suscitauit domi
num Iesum à mortuis. Qua ergo de causa ad cõparationẽ fidei Abrahę titulus iste resur
rectionis domini assumitur requiramus. Nunquid Abrahã in eum crediderat qui susci
tauit dominũ Iesum à mortuis, cum Iesus tunc nondũ fuisset resuscitatus à mortuis? Vel
lem ergo cõsiderare quid uisum sit Paulo promittenti nobis, quia sicut Abrahæ reputa
ta est credenti fides ad iustitiã, ita & nobis reputabitur credentibus in eũ qui suscitauit
Iesum dominũ nostrum à mortuis. In quo ego pro paruitate sensus mei illud aduerto,
quod multo sit magnificẽtius in laudibus dei resuscitasse Iesum dominũ nostrum à mor
tuis, quàm fecisse cœlum & terrã, creasse angelos, & cœlestes condidisse uirtutes. Illud
enim fuit facere quę nõ erant, hoc autem reparare quod perierat. Illud fuit nondum de-
iecta instituere, hoc autẽ deiecta restituere. Illud denicq; iussione, hoc passione perfectũ
est. Sed huius tanti tamq; magnifici mysterij in fide Abrahã forma & imago præcesse-
rat. Ille enim crediderat cũ offerre unicũ iuberetur, quia & à mortuis eum suscitare po-
tens esset deus: crediderat etiã quod nõ illi tantũ Isaac res tunc gereretur, sed & semi-
nis eius qui est Christus, plena sacramenti ueritas seruaretur. Inde denicq; gaudens unicum
offerebat, quia in eo nõ interitũ posteritatis, sed reparationem mundi, & innouationẽ
totius creaturæ, quæ per resurrectionẽ domini restituta est, cogitabat: & idem dicit do
Ioan.8 minus de eo: Quia Abrahã pater uester exultauit ut uideret diem meũ, & uidit, & ga-
uisus est. Hic ergo competenter uidebitur habita comparatio fidei Abraham & eorum
qui credunt in eum qui suscitauit dominũ Iesum: quia quod ille futurum credidit, à no-
bis creditur factũ. Simul & illud ostenditur, quod hæreticis nõ placet, quia deus cui cre
didit Abraham, & fidem eius dei iustitiã reputauit, ipse est qui & dominum Iesum resu
scitauit à mortuis, nec relinquitẽ locus ut alius deus legis, alius domini nostri Iesu Chri-
sti pater intelligatur. Sed adhuc requiramus, cum sint quã plurima quæ Christus esse di
citur: nam & sapientia, & uirtus, & iustitia, & uerbum, & ueritas, & uita ipse appellatur:
cur potissimũ de resurrectione eius in fide nunc apostolus faciat mentionem. Dicit in
Eph.2 alijs idem apostolus, quia cum Christo coexcitauit nos deus, & simul cũ ipso sedere fe-
cit in cœlestibus. Hoc est ergo quod admonet. Si creditis Christũ surrexisse à mortuis,
credite etiã uosmetipsos cũ ipso pariter surrexisse: & si creditis quia sedet ad dexterã pa
tris in cœlis, etiã uosmetipsos credite iam non in terrenis, sed in cœlestibus collocatos:

& si creditis uos Christo commortuos, credite quia & conuiuetis ei: & si creditis quia Rom.6
Christus mortuus est peccato, & uiuit deo, etiam uos mortui estote peccato, & uiuite
deo. Et hoc est quod auctoritate apostolica protestat, & dicit. Si cõsurrexistis cum Chri Col.3
sto, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sa-
pite, nõ quæ super terrã. Quia qui hæc agit, hic se ostendit credere in eum qui suscitauit
Iesum dominũ nostrum à mortuis: & huic uere fides reputatur ad iustitiam. Neq; enim
possibile est ut habẽti in se aliquid iniustitię possit iustitia reputari, etiã si credat in eum,
qui suscitauit dominũ Iesum à mortuis. Iniustitia nanq; cum iustitia nihil potest habere
cõmune, sicut & lux cum tenebris, nec uita cum morte. Ita ergo & credentibus quidem
Christo, nec tamen deponentibus ueterẽ hominẽ cum actibus suis iniustis, fides repu-
tari non potest ad iustitiã. Simili autem modo possumus dicere, quia sicut iniusto non
potest iustitia reputari, ita nec impudico pudicitia, nec iniquo æquitas, nec auaro libe-
ralitas, nec impio pietas reputari potest, donec uetusta uitiorum indumenta non abij-
cit & nouum se induat hominem, qui secundum deum creatus est, & renouatur in agni
tione dei & imaginẽ eius qui creauit eum. Propterea enim & in sequentibus adiungit
& dicit de domino Iesu: Qui traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter
iustificationẽ nostram: ut ostẽdat quia ea pro quibus Christus traditus est, etiam nos ab
horrere debeamus, & abijcere. Si enim propter peccata nostra traditũ eum credimus,
quomodo non alienum nobis & inimicum dicitur omne peccatũ, pro quo redemptor
noster traditus memoratur in mortẽ? Nam si in nobis aliqua rursum societas cum pec-
cato aut amicitia fiat, ostendimus quod nihili ducamus mortẽ Christi Iesu, amplecten-
tes & sequentes ea quæ ille expugnauit & uicit. Idq; totum simul cõnectens apostolus
tanquã corpus ipsum peccati, indumentum ueteris hominis appellauit, quod deponen
dum suadet his qui credũt ei qui suscitauit dominũ Iesum à mortuis, ut abiecto indumẽ
to iniustitiæ induant se dominũ Iesum, quod est uerum iustitiæ indumentum, ut merito
credentibus fides ad iustitiã reputetur. Traditus est ergo propter peccata nostra, & re-
surrexit propter iustificationẽ nostrã. Etenim si surreximus cum Christo, qui est iustitia,
& in nouitate uitæ ambulamus, & secundũ iustitiã uiuimus, surrexit nobis Christus ad
iustificationem nostram. Si uerò nõdum deposuimus ueterẽ hominẽ cum actibus suis,
sed in iniustitia uiuimus, audeo dicere quod nondũ surrexit nobis Christus ad iustifica-
tionẽ, nec traditus est propter peccata nostra. Si enim hoc credo, quomodo illud amo,
pro quo ille pertulit mortẽ? Si hoc credo, qđ ille ad iustificationem meam surrexit, quo
modo iniustitia placet? Iustificat ergo eos Christus tantummodo qui nouã uitam exem
plo resurrexionis ipsius susceperunt, & uetusta iniustitiæ atq; iniquitatis indumenta, ue
lut causam mortis abijciũt. Sed illud uellẽ requirere, si pro hoc solo dicit apostolus, quia
non propter Abraham scriptũ est, sed propter nos, quod dixit: Credidit Abraham deo
& reputatum est illi ad iustitiam: putas ne quod solus hic sermo ex omnibus quæ dicun
tur de Abraham, nõ solum propter illum sed & propter nos scriptus est? An & alia ali-
qua uidebuntur nõ solum propter illũ sed & propter nos scripta? An certe omnia quæ
dicuntur de ipso solo, sed & pro nobis dicuntur? Et nõ solum de Abraham, sed uide ne
forte hæc eadẽ etiã de Isaac similiter accipienda sint, ut quæ de ipso scripta sunt, non ip-
sum solum sed & nos aspiciãt. Similiter & de Iacob, & cæteris patriarchis. Nam quæ ra-
tio uidebitur ut de Abraham quidem quæ scripta sunt, etiã ad nos pertinere dicantur,
nõ aũt simili forma etiã de Isaac, & de Iacob, & de Iuda, uel de Ioseph & cæteris? Quod
si nihil rationis uidebitur cur de uno patriarcha hoc ita accipi debeat, & non etiã de cæ
teris, consequens erit ut de omnibus quæ scripta sunt, non solum propter illos qui tunc
erant, sed & propter nos conscripta uideantur. In quo me præcipue suadet ita sentire
ille euangelij sermo, in quo dominus & saluator noster ad eos qui sibi dixerunt, quia pa
ter noster Abrahã est, respondit: Si semen Abrahę essetis, opera utiq; Abrahæ faceretis. Ioan.8
Nunc aũt quæritis me occidere, hominem qui ueritatẽ locutus sum uobis, quam audiui
à patre meo, hoc Abrahã non fecit. Per quod utiq; ostendit, quia qui faciũt opera Abra
hæ isti sunt filij Abrahę: & propter illos scripta sunt, quę de Abrahã scripta sunt. Hic aũt
iam sapiẽtis uiri et à deo illuminati est intueri & perspicere quomodo unũquodq; opus
quod de Abraham scribitur, in semetipso uidetur expleri. Verbi gratia, quod dictũ est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen.12 ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni ad terram quã tibi ostendã: quomodo & is qui de semine Abrahæ esse ex operibus uult uideri, his debeat obsequi, quę utiq; sunt nõ propter illum tantũ scripta, sed & propter eos qui credunt in eum qui suscitauit Iesum Christum dominũ nostrũ à mortuis: & cũ hæc impleuerit quomodo sperare etiã illud quod subiungitur debeat, id est: Et faciã te in gentem magnã, & benedicam te, & magnificabo nomẽ tuũ, & eris benedictus, & benedicã benedicentes te, & maledicã maledicentes te, & benedicentur in te omnes tribus terrę, & iterum cũ dicit scriptura, Abijt aũt Abrahã secundũ ea quæ locutus est ei dominus: quomodo etiã hoc nõ solum propter Abrahã sed & propter nos scriptũ uideatur, ut ambulemus secundũ omnia quæ locutus est dominus. Sed & de Isaac, uel de cæteris quę similiter scribuntur, quomodo etiã ad nos pertinere uideantur. Non est aũt præsentis temporis omnia nos adducere in mediũ, & singula quæq; discutere, quo ordine etiã in nobis qui credimus in eum cui credidit Abrahã, quæ de Abraham uel de cæteris sanctis in scripturis diuinis dicta uel facta sunt cõpleantur: sed in quantũ præsentis operis necessitas patit, aperuimus uiam qua latius qui in scripturis exerceri desiderat, possit incedere. Hactenus de ratione fidei eius quę ad iustitiã reputata est, & diuersarũ legũ obseruãtia, ac præputij circũcisionisq; diuersitate, disputationis sermo cucurrerit: nũc iam qualiter hi qui ex fide, & nõ ex operibus iustificati sunt, informentur ab apostolo, uideamus.

CAPVT QVINTVM.

1 IVSTIFICATI igitur ex fide pacem habemus ad eum per dominũ nostrum Iesum Christum, per quẽ accessum habemus per fidem in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei.] Apertissime enim per hæc quæ intellexit quid sit ex fide & non ex operibus iustificari, ad pacem dei quæ superat omnem mentem, in qua & summa perfectionis consistit, inuitat. Sed ut diligentius sensum perspiciamus Apostoli, quid sibi uelit pacis nomen, & eius pacis quæ per dominum nostrũ Christum est, perquiramus. Pax dicitur ubi nemo dissidet, nemo discordat, ubi nihil hostile, nihil barbarũ gerit. Nos ergo qui aliquando fuimus inimici dei, sequentes hostem et tyrannum diabolum, nunc si illius arma proiecimus, & signum Christi & crucis eius uexilla suscepimus, pacẽ utiq; habemus ad deum, sed per dominũ nostrum Iesum Christũ, qui nos per hostiam sanguinis sui reconciliauit deo, sicut scriptum est: Cum essemus inimici dei reconciliati sumus deo. Si quis ergo habet pacẽ ad deũ, & reconciliatus est per sanguinẽ Christi, ultra nõ cogitat ea quæ inimica sunt deo. Vis aũt audire quæ sunt ista quę inimica sunt deo? Paulus ipse te docet, qui ait: Sapientia carnis inimica est deo: legi enim dei non est subiecta. Si ergo carnaliter sapias, uel uitam tuam cupiditatibus carnis exponas, & affluẽtia delitiarũ resoluas, aut si de legis intellectu carnaliter non spiritaliter sentias, & hæc assertionibus humana arte quæsitis, magis quàm spiritali gratia & intellectu subtiliore defendas, per sapientiã carnis inimicus efficeris deo. Nec solus hæc Paulus in suis literis scribit: audi & Iacobum fratrem domini similia

Iacob.4 protestantẽ, cum dicit: Qui uoluerit amicus esse seculi huius inimicus dei constituetur.
1 Ioan.2 Sed & Ioannes pari spiritu attestatur: Filioli nolite amare ea quæ in mundo sunt, quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & superbia uitæ, quæ nõ est ex deo. Igitur in quo hæc sunt, nõ potest habere pacẽ ad deũ, sed rursum inimicitias suscitat, illas pro quibus soluẽdis Christus aduenit, sicut & idem

Ephe.2 Apostolus dicit de Christo: Ipse est enim pax nostra qui fecit utraq; unũ, & medium parietem sepis soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorũ in decretis euacuans, ut duos conderet in semetipso in uno nouo homine faciens pacẽ. Quod si Christus aduenit ut inimicitias solueret, pacẽ faceret, ac dissidentes nos propter sepem malitiæ quam peccando texuimus, recõciliaret deo peccati sepe resoluta: qui iterũ ad peccata cõuertitur, sine dubio rursus inimicitias reparat, & sepem dissensionis intexit, & per hæc opus Christi soluit, & crucẽ passionis eius euacuat. Sed nos iustificati ex fide pacẽ habeamus ad deum per dominũ nostrum Iesum Christum. Habeamus pacẽ ut ultra nõ aduersetur caro spiritui, nec legi dei obsistatur à lege membrorũ. Nõ sit in nobis est & nõ: sed unũ dicamus omnes, eadem sapiamus, nec intra nosmetipsos, nec extrinsecus ad inuicẽ habeatur

beatur ulla dissensio, & tunc pacẽ habemus ad deum per dominũ nostrum Iesum Christum. Illud enim certissime sciendum est, quia omnis in quo est malitiæ uitiũ, nunquam potest habere pacem. Dum enim semper cogitat quomodo lædat proximũ suum, dum semper nocẽdi artes requirit, nunquã mens eius in pace cõsistit. Quod si requiras à me quomodo iustus potest habere pacẽ qui impugnatur à diabolo, qui tentationũ bella sustẽtat, ego ipsum magis supra omnes cęteros habere dixerim pacẽ. Vide enim Apostolus quàm obseruanter scribat. Non dixit, iustificati igit̃ ex fide pacẽ habeamus, & siluit, sed adiungit, Pacem habeamus ad deum: sciens quia bellũ contra diabolum pacem patrat ad deũ: & tunc magis in pacẽ dei ueniemus, quando aduersum diabolũ persistimus contra peccata, & quando aduersum carnis uitia dimicamus. Denicq; & Iacobus apostolus ita dicit: Resistite diabolo, & fugiet à uobis: appropinquate deo, & appropinquabit uobis. Vides & ipsum ita sensisse, quod tũc appropiet deo quãdo resistitur diabolo. Pacem habeamus ergo ad deum per dominũ nostrum Iesum Christũ, & addidit: Per quẽ & accessum habemus in gratiã istã in qua stamus. Quomodo accessum habemus ad gratiam per dominũ nostrum Iesum Christũ, ipse saluator dicit: Ego sum ostiũ & nemo uenit ad patrẽ nisi per me. Per ipsum ergo quia ostium est, accessum habemus ad gratiam. Sed uideamus quale est ostiũ, ut sciamus quales esse debeãt qui intrent per ipsum, & accessum habeant ad gratiam. Istud ostiũ ueritas est, & per ostium ueritatis nõ possunt introire mendaces. Et rursum istud ostiũ iustitia est, & per ostium iustitiæ non ingrediuntur iniusti. Istud ostiũ dicit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Per ostium ergo humilitatis & mansuetudinis, nec iracũdus ingreditur, nec superbus. Si quis itaq; est qui secundum apostoli uerbũ, per dominũ nostrum Iesum Christum, accessum uult habere in gratiã domini, in qua Paulus & si qui sunt similes ei, stare se dicit, oportet eũ ab his omnibus quæ suprà memorauimus esse purgatũ. Alioquin nõ patietur hoc ostium introire eos per se qui ea quæ à se aliena sunt gerunt, sed continuo claudit̃ & trãsire per se non sinit dissimiles sibi. Hoc nimirũ est quod & illis quinq; insipientib. uirginibus accidit, quæ quoniã oleum bonorum operum in uasculis suis non collegerant, uenientes post moras, clausum ostium inuenerunt. Nec em̃ poterant insipiẽtes animæ per ostium introire sapientiæ, & accessum habere in gratiam istam. Bene autẽ apostolus Paulus in gratia stare se dicit, qui & alibi dixit: Abundantius autẽ quàm omnes illi laborauí: non aũt ego, sed gratia dei mecum. Vnde si quis est alius qui laboret abundãtius, & qui glorietur in infirmitatibus, qui in periculis sæpe uersetur, periculis maris, periculis latronũ, periculis in falsis fratribus, & in his omnibus stet semper in fide, iste similiter stare dicit̃ in gratia. Sed & quod sequit̃, Et gloriamur in spe glorię dei, quale sit uideamus. Mouet me cur non dixerit gloriari se in gloria dei, sed in spe gloriæ dei: in quo deesse quidẽ aliquid elocutionis uidetur, ita ut subaudiri debeat, in spe uidendæ gloriæ dei. Edocet aũt nos per hæc, sicut & alibi ipse dicit, quia quæ sperantur æterna sunt, quæ autẽ uidentur tẽporalia. Nam uidisse dicitur & Moyses gloriam dei, uidisse dicitur & populus in consecratione domus domini gloriã dei Israel. Sed de huiusmodi gloria quæ uideri potuit, ausus est Paulus qui erat mysteriorũ dei gnarus pronũciare, quod illa gloria destruetur quæ etiã in uultu Moysi uidebatur: hæc aũt gloria quæ speratur, de qua dicit, In spe gloriæ dei nunq̃ destruetur. Est enim talis de qua idẽ Apostolus dicit loquens de Christo: Qui est (inquit) splendor gloriæ, & figura expressa subst̃tiæ ejus. Huius ergo gloriæ uidendæ spem gerunt hi de quibus dict̃ est, Beati mundo corde quoniã ipsi deum uidebunt: tunc cũ iam aufugerit dolor & tristitia & gemitus, & cum ea quæ in speculo nunc uidentur & ænigmate destruẽtur, & manebunt illa quæ sunt facie ad faciẽ. Quod si cui forte uidebit̃ huic expositioni nostrę illud ecõtrario obijci posse, quod ipse Apostolus dicit: Nos aũt reuelata facie gloriã domini speculantes, eadem imagine reformemur à gloria in gloriã tanq̃ à domini spiritu, & dicit: quomodo adhuc spẽ gloriæ gerit, qui reuelata iam facie speculari se dicit gloriã domini, & à gloria in gloriã reformari? uide si possumus hoc modo soluere quod obiectũ est. Differentias mihi uidetur Apostolus ostendere gloriarũ, & aliam fuisse gloriã quæ Moysi ministerio reuelata est, de qua iam in superioribus diximus: aliã fuisse quæ in aduentu carnali saluatoris ministrata est, de qua dicit & Ioannes in euangelio: Et uidimus gloriã eius, gloriam tanquã unigeniti à

Iacob.4
1 Cor.15
2 Cor.11
2 Cor.4
Heb.1
Matt.5
2 Cor.3
Ioan.1

patre

Universidad de Deusto
Biblioteca

patre,plenũ gratię & ueritatis.De qua gloria nõ possumus dicere quod ipsa sit quæ spe
ratur.Illa uerò gloria quæ sperãda est,de qua iam in præsenti loco dicit Apostolus, Glo
riari in spe gloriæ dei, potest ipsa intelligi de qua saluator dicit in euãgelio: Cũ uenerit
filius hominis in gloria patris & sanctorũ angelorum. Quod aũt dixit,patris & sancto-
rum angelorũ, non quod dei patris & angelorum unam esse gloriã dicat, sed hoc mihi
uidetur ostẽdere,quod istæ gloriæ quæ uel per Moysen prioribus,uel nobis per aduen
tum carnis Christi delatæ sunt,nõ fuerunt angelorum,sed hominũ,hominibus enim mi
nistratæ sunt, & fuerũt eius mẽsuræ quas capere homines possent. Illa uerò in qua filius
hominis ad iudiciũ mundi uenturus est gloria patris, tanta erit quæ à solis angelis capi
Matt.22 possit. Si uerò etiam sanctorũ aliqui capaces illius gloriæ extiterint,illi nimirum erunt
de quibus dicitur:quia erũt sicut angeli dei.Et hoc modo recte de futura gloria quę spe
randa est, dictũ uidetur, quod filius hominis ueniet in gloria patris & sanctorũ angelo
rum,id est quã non iam homines terreni,sed sancti angeli capere mereãtur.Pro capaci-
tate etenim mentiũ deus etiam dispensat magnitudines gloriarũ. Sed sicut istam glori-
am quã uidisse se apostoli in euangelijs dicunt,gloriã tanquã unigeniti à patre,plenum
gratiæ & ueritatis,nec credere quis,nec capere potuit, nisi ex illa gloria quæ per Moy-
sen in lege ministrata est,uiã tenuisset intelligentiæ, sicut contestatur ille qui dicebat ad
Ioan.1 Nathanael: Quem scripsit Moyses & prophetæ inuenimus Iesum à Nazareth: in quo
2 Cor.3 utiq; ostendit,quia ex lege & prophetis illuminati huius gloriæ quę erat tanquam uni-
geniti à patre lumen aspexerint: Ita & quod Apostolus dixit, quia reuelata facie gloriã
domini speculantes,eadem imagine transformamur à gloria in gloriã tanquam à domi
ni spiritu:intelligi debet quod & qui istam gloriam unigeniti reuelata facie, hoc est ple
nam fidei intelligentiæ cõtempletur, eadem imagine qua de lege uenit ad euãgelia, &
ad carnalem saluatoris aduentũ,illuminato per fidem cordis intuitu,in secundũ nihilo-
minus gloriæ aduentũ,aciem mentis intendat,& à gloria præsenti ad futurã quæ spera-
tur gloriam trãsformetur. Vnde arbitror nec posse quempiam,nec mereri futuræ illius
1 Cor.13 gloriæ fieri capacem,nisi iam hinc usum & meditationẽ quandam eius accipiat, secun-
dum quod Apostolus dicit in speculo & in ænigmate cõtuendo, ut ex hac imagine me
ditationis assiduæ, quã in carne positus de diuina gloria gerit, paratior ad capacitatem
ueræ illius gloriæ per uirtutem sancti spiritus transferatur. Non solum aũt sed & glo-
riamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia uero
probationem,probatio autem spem.Spes autem non confundit, quia charitas dei diffu
sa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis.] Primus statim ser-
mo capituli huius ambiguitatis aliquid cõtinet: non enim habet in consequentibus ali
quid ad quod referri debeat quod dixit: Non solum autem. Vnde uide si possumus hoc
modo ambiguitatem elocutionis absoluere.Quoniam in superioribus multa nobis per
dominum nostrum Iesum Christum præstita esse perdocuit, ut quum dicit iustificatos
nos esse ex fide per dominum nostrũ Iesum Christum, & per ipsum accessum habere in
gratiam istam,per ipsum etiam gloriari in spe gloriæ dei: ad hæc omnia quæ dicta sunt,
referri debere puto,Non solum autem hæc:Nõ solum autem quæ supra dixi,sed & hoc
quod gloriamur in tribulationibus nostris,per dominum nostrum Iesum Christum ha-
bemus. Cæteris enim in tribulatione tristantibus, nos gratiæ ipsius uirtute roborati,in
tribulationibus gloriamur.Didicimus nanq; nouã ex eruditione ipsius disciplinam, ut
per tribulationes bonũ patientiæ capiamus: habentes uerò patientiæ bonum probabi
les iudicemur:& per patientiã multarum tribulationum probati, spem futuræ à deo re-
munerationis habeamus. Quæ spes quia certa & uera est, non confundit sperantes. Fi-
dem nanq; & spem consequitur charitas dei,quæ est omnium maxima,& non solum re
plet mentem nostram, sed & abundat ac diffunditur in cordibus nostris, pro eo quod
non humana à nobis arte quæritur,sed per gratiã sancti spiritus inundatur. Hæc secun-
dum sermonis ipsius uel literę consequentiã ad apertionem apostolici eloquij explana
ta sint.Nunc iam quid interior sensus cõtineat requiramus.Et primo uideamus de glo-
riatione quid dixit: Gloriã in tribulationibus nostris. Sermo etiam gloriationis inter-
dum laudabiliter in scripturis, interdum culpabiliter ponitur. Etenim quũ dicit Hiere-
Hier.9 mias, Hæc dicit dominus: Nõ glorietur sapiẽs in sapientia sua,nec fortis in fortitudine sua

sua,neq; glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere &
cognoscere me quia ego sum dominus qui statuo misericordiã & iudiciũ & iusticiam
super terram:in uno eodemq; capitulo gloriationem & laudabiliter & culpabiliter po-
suit.Nam si quis (inquit) gloriatur uel in sapientia sua, uel in fortitudine, uel in diuitijs,
culpabiliter gloriatur. Si quis uerò in agnoscẽdo dominũ gloriatur, & in intellectu iu-
diciorũ eius,& misericordiæ & iustitiæ, laudabiliter gloriatur. Cum ergo sermo iste ad
utrunq; respiciat, requirendum nobis est in quibus recta gloriatio, & in quibus minus
recta gloriatio sit. Quod ita demum poterimus agnoscere, si naturas rerum cõpetenti
distinctione teneamus.Quod autem dicimus tale est: Omnia quæ sunt uel aguntur,aut
bona sunt,aut mala,aut indifferentia. De quibus quamuis latior haberi debeat disputa
tio, tamen quantum ad præsentẽ locum sufficit proferemus. Bona illa certum est pro-
prie dici quæ ad uirtutes animi pertinent, & mala ea sola definiri quæ ad malitiam spe-
ctant,& contra legem dei aguntur: cætera uerò indifferentia esse,id est neq; bona, nec
quæ ad uirtutem animi pertinent, neq; mala nominanda, ut sunt diuitiæ,species corpo
ris & fortitudo uel proceritas,atq; ea quæ corporis usibus seruiunt. Si quis igitur distin
ctionẽ diuersitatis huius ignorat,& gloriatur in his quæ non sunt uere bona, nec ad uir
tutem animi pertinent, culpabiliter gloriatur. Paulus uerò qui in his erat peritissimus,
quum dixisset, quia gloriamur in tribulationibus nostris,ne forte putaretur in rebus in
differentibus & medijs gloriari,reddit continuo rationẽ,& ostendit quod gloriatio sua
quam in tribulationibus habet,ad uirtutes animi pertineat. Dicit enim:quia tribulatio
pro qua glorior patientiam operatur, patiẽtia uerò probationem, probatio uerò spem,
spes uerò non confundit,quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ san-
ctum. Et in his edocet quod per succedẽtes sibi uirtutes gloriatio tribulationum usq; 1 Cor.1
ad sancti spiritus cultũ ascendat,sicut & alibi dicit: Qui gloriatur,in domino glorietur.
Neq; ergo in sapientia propria,neq; in fortitudine, neq; in diuitijs, sed in solo deo con-
uenit gloriari. Sed fortasse dices: Nunquid non sapientia ad uirtutes animi spectat? &
quur culpabile dicitur in sapientia gloriari? Vide ergo quàm astutus est scripturæ ser-
mo,qui impolitus uidetur & agrestis.Non dixit,non glorietur sapiens in sapientia,& si
luit,sed ait: non glorietur sapiens in sapientia sua.Qui enim in sua,& non in dei sapien-
tia gloriatur,culpabiliter gloriatur,quia & alibi dicit propheta: Væ ijs qui sapiẽtes sunt
apud semetipsos,& in conspectu suo eruditi. Dei ergo sapientia est deũ cognoscere, &
intelligere misericordiam eius & iudicium & iustitiam quam fecit super terram,in quo
qui gloriatur,in domino glorietur.Humana uerò sapientia non potest scire & intellige
re dominum, neq; agnoscere iudicia & misericordiã & iustitiam eius quam fecit super
terram,& ideo indifferens est & media.Potest enim fieri,ut ex hac humana sapientia e-
ruditus quis ad intelligentiam diuinæ sapientię paratior ueniat,& in hac exercitatus ad
illam capacior fiat. Simili modo qui utitur cæteris quæ media esse diximus,fortitudine
duntaxat uel diuitijs:quæ dum media sunt,hoc est dum non in opere dei quis fortis est,
neq; in misericordijs pauperũ diues, gloriari neq; in fortitudine neq; in diuitijs debet.
Si uerò ista quæ media sunt, ad animi uirtutem & ad fructũ boni operis conuertantur,
gloriatione digna efficiuntur:sicut rursum si ad malum opus cõferantur, ut per diuitias
quis opprimat pauperẽ, & per fortitudinẽ prosternat infirmũ,iam non hæc media, sed
mala esse putantur. Idcirco igitur natura sui indifferentia & media dicuntur, quia & ad
malũ opus sociata mala dici possunt, & bonis operibus iũcta, bona appellari.Sine hac
uerò inclinatione ad alterũ e duobus qui ea bona dicunt, imperiti et ignari rationabili-
um definitionum appellationumq; credendi sunt. Abusiue tamẽ & fabrum dicimus sa-
pientem & gubernatorẽ & architectum & mulierem texendi sapientem nominamus.
Quod ergo in præsenti capitulo Apostolus dicit, quia tribulatio patiẽtiam operatur,si
patientiam unam esse ex animi uirtutibus cõstat, tribulatio sine dubio quæ uirtutes ani
ni parit,neq; mala,neq; indifferens,sed bona appellanda est. Interim autem sicut supra
diximus, patientia uirtus animi dicenda est, ut per patientiam dicat probationem no-
stri fieri,& per probationem spem dari: quæ utiq; quoniam in deo sita est, qui uirtutum
omnium pater est,nõ confundit sperantem.Simul enim cum spe & charitatis abundan
tiam tenet, quæ primo loco quia maior omniũ est charitas, spiritui copulatur. Quod si

quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis nobis occurrat,& dicat mediũ esse & indifferens tribulationem,quoniam quidem
inuenimus etiam malos & impios tribulari: & non cõtinuo quia tribulantur pro malis
actibus suis,uirtus animi tribulatio eorũ reputanda est: uide si possumus hoc modo re-
spondere,quod tribulatio quidem propriè sanctorũ est,impiorum autẽ & iniustorum tri
Psal.34 bulatio flagella appellantur.Deniq; in psalmo sic dicit: Multæ tribulatiões iustorũ. De
istis autẽ ait: Multa flagella peccatorũ. Et fortassis propterea tribulatio & angustia ad
sanctos pertinent,quia ipsi sunt qui arctã uiam & angustam incedunt, & propterea tri-
bulari dicuntur.Quod etiã in ipso domino,qui uera est uia quã sancti incedunt,intelle-
xisse apostolos arbitror,quũ ad eum dicerẽt: Turbæ te cõprimunt & coarctãt magister.
Tribulationes ergo iustorũ, non solũ eas debemus accipere quæ extrinsecus ueniũt ex
istis rebus quas indifferẽtes uel medias supra diximus,id est uel damnis uel lãguoribus,
uel ex quolibet corporis circuitu: sed & in eo quod etiã in requie positi semetipsos af-
fligunt, & atterunt resistẽdo uoluntatibus suis, refrenãdo libidinẽ, coercendo licentiã,
& omnia quæ ad bonũ continentiæ pertinent profligando,secundũ hunc ipsum qui di
1 Cor.9 xit:Macero corpus meũ,& seruituti subiicio, ne forte cum aliis prædicauero ipse repro
bus efficiar.Et hoc modo iustorũ tribulatio non potest indifferẽs dici, sed aperte bona,
per quam bona uirtutis implentur.Iniusti uerò etiã si tribulentur,quod magis à scriptu-
ra flagella diximus appellari, quoniã nihil in his ipsis flagellis & correptionibus secun
dum uirtutem animi gerunt,nihil ad patientiã ducunt, nec probationẽ per patientiam
sperant,idcirco in illis nõ tribulatio quæ ad hæc bona peruenit, sed flagella ut scriptura
uoluit,nominanda sunt, etiã abusiue aliquando & super iniustos dici tribulationis no-
men inuenias.Vt autẽ scias quia iustorum tribulatio non angustat animi uirtutẽ,sed po-
tius dilatat,audi & ipse Paulus Corinthiis scribens quomodo ista distinguat:dicit enim
2 Cor.6 ita:In omnibus tribulationẽ patimur,sed non angustiamur: deiicimur,sed nõ perimus.
Vides quoniam se tribulationẽ pati non in uno, sed in omnibus dicit,hoc est & in his
quæ forinsecus accidunt, & ab aliis inferuntur, & in his quæ ipse intra semetipsum pro
corporis continentia,& optimarũ institutionum laboribus perfert:& propterea dicit:
quia in omnibus tribulationẽ patimur,sed non angustiamur.Neq; enim angustiari po-
test qui uirtutibus dilatatur.Et ut adhuc quod dicimus hoc modo clarius fiat, ipse Pau-
Phil.4 lus scribit in cõsequentibus:Scio humiliari, scio & abundare, & in omnibus, & ad om-
nia imbutus sum,& saturari & esurire, & abundare & penuriam pati.Igitur si uerũ illud
quod superius dixi:In omnibus tribulationẽ patimur, certũ est hoc ab eo indicari, quia
& quũ penuriam patitur, tribulatur:& quũ abundet, nihilominus tribulatur. Tribula-
tur autẽ in penuria,quia deest:in abũdantia uerò, quia semetipsum refrenat, ne per abun
dantiã resoluatur, uel ne minus competenter ea quæ uidentur abundare dispenset. Sic
& quum esurit, & quum saturatur, & quum persequutiones patitur,& quum in requie
degit.Atq; hoc modo qui in his omnibus tribulatur, recte in tribulationibus suis glori
atur:ex quibus sine dubio nascitur patientia, quæ probabilis effecta pariat spem, quæ
quũ charitati coniuncta sit,spiritu sancto consocietur. Quod autem dixit: Charitas dei
diffusa est in cordibus nostris,diligentius cõsiderandum est in quorũ cordibus dei cha-
ritas diffundatur. Ego puto quod in illorum qui iam non habent spiritum seruitutis ite
rum in timore,sed illorum in quibus perfecta charitas foras mittit timorẽ, & quib. spiri
tus adoptionis datur,qui clamet in cordibus eorum abba pater.Nõ est ergo cuiuscunq;
hominis nisi perfecti,& talis qualis erat Paulus, in cuius corde diffundatur charitas dei
per spiritũ sanctũ.Sed & illud mihi cõsiderandum uidetur,utrũ ne hic charitatem illam
dicat qua nos diligimus deũ, an illam qua diligimur à deo, diffusam esse per spiritũ san-
ctũ in cordibus nostris.Et si quidem illa charitas qua deũ diligimus intelligatur, sermo
iste assertione nõ indiget: Si uerò quia dixit effusam esse dei charitatẽ in cordibus no-
stris,ista potius intelligẽda sit qua diligimur à deo, certũ est quod uelut summũ & maxi
mum donũ sancti spiritus charitatẽ ponat, quod uelut munere prius suscepto à deo per
hoc ipsum diligere possimus deũ,quòd diligimur à deo. Nã & ipse Paulus nominat spi
ritũ charitatis,& deus charitas dicitur, & Christus filius charitatis appellatur. Quod si &
spiritus charitatis & filius charitatis & deus charitatis inuenitur, certũ est quòd ex uno
paternæ deitatis fonte & filius intelligẽdus est & spiritus sanctus, ex cuius abundantia etiam

etiã sanctorum cordibus ad participationẽ capiendam diuinæ naturę, sicut Petrus apo 2 Pet.1
stolus edocuit,abundantia charitatis infunditur: ut per istud sancti spiritus donũ com-
pleatur ille sermo,quem dominus dixit:Sicut tu pater in me & ego in te,ut & isti in no- Ioan.17
bis unum sint:diuinæ scilicet naturæ participes effecti,in abundantia charitatis per spi-
ritum sanctum ministratæ. Vt quid enim Christus cum adhuc essemus infirmi secun
dum tempus,pro impijs mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur.Nam pro bono
forsitan quis audeat mori?] Plenius uolens uirtutes charitatis ostendere quam insusam
in cordibus nostris dixerat per spiritum sanctum, quibus hoc causis intelligere debe-
mus,exposuit. Edocemur nos quod Christus non pro pijs,sed pro impijs mortuus est.
Impij nanq; eramus antequam conuerteremur ad deum: & Christus utiq; mortem pro
nobis antequam crederemus, excepit: quod proculdubio non feciſſet, nisi nimiam er-
ga nos habuisset & abundantissimam charitatem, uel ipse dominus noster Iesus Chri-
stus moriendo pro impijs, uel deus pater unigenitum suum pro impiorũ redemptione
tradendo. Cum enim uix aliquis pro iusto moriatur, & dubitet unusquisq; mortẽ subi-
re etiam si mortis iusta sit causa,quãtus est hic, & charitas eius erga nos quanta pensan-
da est,qui secundum illud tempus quo passus est,pro impijs & iniustis mortem perpe-
ti non refugit? In quo utiq; summæ illius diuinæ bonitatis indicium est. Nisi enim esset
hic ex illa ueniens substantia,& illius patris filius,de quo dictum est, quia nemo bonus
nisi unus deus pater, tantam utiq; erga nos bonitatem non potuisset ostendere. Vnde
quia ex hoc tantæ bonitatis indicio ipse esse hic agnoscitur bonus,pro hoc bono forsi-
tan quis & audeat mori. Cum enim cognouerit unusquisq; tantam erga se bonitatem
Christi,charitatemq; eius habuerit in corde diffusam, non solũ mori pro hoc bono, sed
& audacter mori desiderabit. Quod rebus ipsis & operibus sæpe uidemus impleri, cũ
hi in quorum cordibus abundanter diffusa est charitas Christi, sponte etiam & cum o-
mni audacitate semetipsos persecutoribus offerunt, & nomen Christi audiente mun-
do coram angelis & hominibus confitentur, ut non solum iniuriam pati pro nomine
eius,sed & mortem pro hoc bono subire audeant: quamuis pro iusto quis perfert? Est
enim amor uitæ huius tantus, ut etiã cum iusta causa mortis aduenerit, uix unusquisq;
mortem patienter accipiat.Iusta autem causa mortis uidetur cum naturæ legi defertur:
& quamuis iustum sit conditioni mortalitatis, uix tamen amplectitur animus naturæ
legibus cedere. Vix ergo pro iusto quis moritur. Nam pro bono audet quis mori, &
audacter occumbit, præcipue si intellexit, quia cum adhuc secundum tempus impij
essemus & infirmi,ipse prior pro nobis mortuus est: & quomodo non qui hæc sibi ab il
lo præstita prius esse cognoscit,mortem quam ille malis impẽdit, hic bono reddet? Ar
guitur autem illorum error, qui hunc locum interpretandum putarunt,ut quod dixit,
Vix enim pro iusto quis moritur, de deo legis quem iustum non etiam bonum dicunt,
intelligi debere confirment, bonum autem Christum tanquam boni patris filium asse-
uerent.Sed quid agent? quia inuenimus & in lege martyres multos:legant Machabæo 2 Mach.6
rum libros, ubi cum omni instantia beata mater cum septem filijs martyrium susceperit,
quiq; non solum martyrium patienter excipiunt, uerum & contumelias ingerunt in
tyrannum:& uideant si uerum est quod dicũt,quia uix pro iusto quis moritur. Videant
tres pueros in camino ignis ardentis cum omni fiducia pro fidei libertate cõiectos, &
dicant quia uix pro iusto quis moritur.Sola ergo mors est pro deo quę cum omni auda
cia suscipitur:omnis autem reliqua mors uix toleratur,uix subitur etiam si iusta sit,& hu
manæ conditionis legi condescendat. Commendat autem charitatem suam deus in
nobis,quoniam si dum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis secundum tem-
pus mortuus est, multo magis nũc ergo iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira
per ipsum.] Cum dixisset in superioribus, quia Christus secundum tempus adhuc pro
impijs mortuus est, nunc ostendere ex hoc uult dei charitatis erga homines magnitu-
dinem. Quia si erga impios & peccatores tanta extitit, ut pro salute horum unicum fi-
lium daret,quãto magis erga cõuersos, & emendatos,& ut ipse ait suo sanguine redem
ptos largior & diffusior erit? Non puto sanè quod otiosa sit apud Paulum uarietas ista
uerborũ,quod aliquando infirmos, aliquando impios, aliquando peccatores nominat,
pro quibus Christum mortuũ dicit: & quamuis imperitum se fateatur in sermone, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen arbitror quod in his ille per imperitiã, sed potius profundam scientiã uariauerit. Per hæc nãq; nomina omne peccati collígit genus. Aut enim non ignorans deum quis & uolens seruare mandatũ uincitur fragilitate carnis, & illecebris præsentis uitæ decipitur, & infirmus appellatur: aut sciens uolensq; contemnit mandatum, & odit disciplinam dei, ac proijcit sermones eius post se, & peccator nominat. Atq; ita Paulus qui se imperitũ (ut iam diximus) sermone profitetur, in tribus his diuersitatibus uniuersa pro quibus Christus prædicatur, & mortuus esse cõmemoratur, complexus est. Quod si interdum etiam ij qui sub lege sunt, & deum colere uidentur, impij in scripturis diuinis nominantur, idcirco quod relinquentes deum patrum suorum deos gentium colunt. Quod uerò Paulus se cum peccatorib. numerat, qui in alijs dicit: Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores, humilitatis eius est uirtus. Imitatur enim illum qui cũ peccatum non fecisset, peccatũ pro nobis factus est: & cum deus esset, inter homines conuersatus est. Commendat ergo suam charitatem deus in nobis, hic cõmendat uel cõfirmat intelligitur, uel amabilem facit pro beneficijs præstitis. Quod enim Christus cũ ad huc peccatores essemus, pro nobis mortuus est, spẽ nobis dat quod multo magis nos à peccato purgatos & iustificatos ab ira quæ imminet peccatoribus saluabit per ipsum: & qui alienos & inimicos ita dilexit, ut pro nobis ad mortẽ daret unicũ suũ, multo magis suis effectis, & reconciliatis sibi, æternam salutem donabit. Quomodo autem Christus pro nobis mortuus sit, & quomodo cum sit agnus dei, tulerit peccatũ mundi, & infirmitates nostras portauerit, & pro nobis doluerit, sæpe à nobis dicta sunt in alijs locis: ubi adhibuimus & ea quæ in secularibus historijs ferunt, quod etiã apud ipsos nonnul li pestilentias, uel turbines, aliaq; his similia perhibentur morti se obijciendo repulisse, & patriam uel gentem suam imminẽtis cladis excidio liberasse. Quæ quidem quàm uere scripta sunt, uel quid rationis habeant, si uera sunt, dei est nosse solius: Nullus tamen ipsorũ de quibus ista narrantur, ne ficto quidem sermone totius mundi peccata absolui esse perhibetur, nisi Iesus solus: qui cum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, & secundum uoluntatẽ patris forma serui susceptа, obtulit uictimã pro uniuerso mundo, tradens sanguinem suum principi huius mundi, secundum sapientiam quam nemo principum huius mundi cognouit. Si enim cognouissent, nunquã dominum maiestatis crucifixissent: nec sanguis ille quem sitierant non tam sitim q̃ uires eorum extingueret, regnumq; destrueret: nec accideret eis illud quod dominus in euangelio dicit: Ecce nunc princeps huius mundi iudicatus est, & illud: Ecce uidebam Satanam sicut fulgur cadentem de cœlo. Multo ergo, inquit, magis iustificati nunc in sanguine eius, salui erimus ab ira per ipsum. In superioribus quidem dixerat: Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum, & nunc dicit: Multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Ex quo ostendit, quod neq; fides nostra sine sanguine Christi, neque sanguis Christi nos sine fide nostra iustificat. Ex utroq; tamẽ multo magis sanguis Christi quàm fides nostra iustificat. Et ideo mihi uidetur cum in superioribus simpliciter dixerit iustificati ex fide, hic addidisse, multo magis ergo nunc iustificati in sanguine eius, ut doceret, quia ab ira uentura etiam si fides nostra nos saluet, etiam si opera iustitiæ, super hæc tamen omnia multo magis sanguis Christi saluos nos faciat ab ira uentura. Ira uerò dei quomodo intelligi debeat, in secundi à nobis psalmi expositione plenius dictum est, & quomodo possit impleri quod scriptum est, ut salui efficiamur fugientes ab ira uentura: & iram quidem fugientes, ita ut non nos comprehendat, sectantes uerò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem, & cætera his similia. Ista itaque est, cui traditur unusquisq; pro mensura & merito peccatorum, deo tamẽ secundum quod scriptum est in septuagesimoseptimo psalmo non accendente omnem iram suam. Quis enim sufferre posset si omnem aduersum peccatores accenderet dominus, cum terribile sit illud quod in Cantico Moysi pronunciatur, ubi dicit: Quia ignis accensus est ex furore meo, ardebit usq; ad infernum inferiorem: comedet terrã & nascentia eius, conflagrabit fundamenta montiũ? Intuere ergo quia ignis iste qui de ira uel de furore domini accenditur, terram & infernum inferiorẽ comedit & opera terrena cõsumit: conflagrat etiam non excelsa montium, sed fundamenta, id est non sublimes animas, neq; cœlestes

Ioan.12
Luc.10
Deut.32

cœlestes sensus, sed humi atq; in terram deiectos, uel etiam in profundum terræ ut sunt montium fundamenta demersos. Paululum ergo etiã de terra oportuit differi, ut apertius nosceretur, à quibus nos malis Christi sanguis eripuit. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis recõciliati salui erimus in uita ipsius. Non solum autem, sed & gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.] Quod dicit: Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo, euidenter ostendit non esse aliquam substantiam, quę secundum definitionem Marcionis, uel Valentini naturaliter inimica sit deo: alioquin si quod inimicum est, naturæ esset, & non uoluntatis, reconciliationem utique non haberet. Vbi autem ex inimico quis amicus efficitur, certum est quod dum ea opera agit quæ non amat deus, inimicus est dei, & unusquisq; tam grauis efficitur, & tam odibilis inimicus, quantum multiplicauerit opera inimicitijs digna. Sunt ergo mensuræ & gradus quidam in his peccatorũ qualitate uel quãtitate distincti, qui inimici sunt deo. Unde & ille qui supra omnes peccauit, à Paulo ultimus inimicus destruẽdus esse memoratur. Versa autem uice & ordine etiam eos qui reconciliati sunt per mortem filij eius, amicos haberi certum est: & esse aliquẽ ita amicum, sicut Moyses amicus dei appellatus est, esse quoq; alios de quibus dicit saluator: Iam non dicam uos seruos, sed amicos. Credo autem esse adhuc magis familiares aliquos in cœlestibus amicos apud deũ, uel illos qui semper uident faciem dei, uel eos qui semper astant in conspectu altissimi: ut sicut suprà diximus esse quendam nouissimũ inimicum, ita & ibi pro uirtutum meritis habeantur aliqui summi amici. Cũ ergo ita hæc sint, nescio si is qui adhuc in his operib. est quæ odit deus, & pro quibus inimicitiæ sunt inter deum & homines, reconciliatus deo per sanguinẽ Christi merito dicatur. Quomodo enim recõciliatus est, qui causam inimici secũ gerit? Paulus ergo merito de se & sibi similibus dicit, quia cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per sanguinem filij eius. Grandis pudor est, ubi talis reconciliatio facta est, ubi inimicitias inter deum & homines, non sermo peccatoris, sed sanguis interfessoris absoluit, iterũ nos conuerti ad inimicitias, & agere ea quæ odit ille, quem nobis nisi effusio sanguinis sacri reconciliauerat nemo. Plenius autem etiam ad Ephesios ipse Paulus scribens de ratione reconciliationis & inimicitia ac profusione sanguinis Christi commemorat: quæ si his iungamus, aperire locum præsentis capituli facilius possunt. Ait ergo ita: Propter quod memores estis uos, qui aliquando gentes in carne dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circũcisio in carne manu facta, quoniam eratis illo tempore sine Christo alienati à conuersatione Israel, & peregrini promissionis testamentorũ eius, spẽ non habentes, & sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu uos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse est enim pax nostra qui fecit utraq; unum, & medium parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum in decretis euacuans, ut duos conderet in semet ipso, in uno nouo homine faciens pacem, ut reconciliaret utroq; in corpore deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso: & ueniens euãgelizauit pacem nobis qui longe, & pacem ijs qui prope, quoniã per ipsum habemus accessum utriq; in uno spiritu ad patrem. Sed præcipue in his illud ad patrem obserua, quod Christus medium parietem maceriæ soluit in carne sua, id est inimicitiam, & quod reconciliauit utroq; in uno corpore deo per crucem, & quod interfecit inimicitiam in cruce. In quo non sine causa mihi Paulus secundo uidetur inimicitiam nominasse, & in uno quidem dixisse quod soluerit inimicitiã Christi in carne, in secundo uerò interfecisse eam in cruce. Solucre nanq; mihi uidetur in his qui adhuc certamen gerunt aduersus peccatum, & repugnant ei pro uiribus: interficere uerò in his qui peccatum iam nequaquã omnino recipiunt, sed omni ex parte mẽbra sua mortificauerunt peccato: Ex quibus erat & ille qui dicebat, Christo crucifixus sum, uiuo autem iam non ego, uiuit uerò in me Christus. Hoc ergo modo etiam Christus occidit inimicitiam in carne sua, cum morte susceptа exemplum dedit hominibus usq; ad mortẽ resistere aduersum peccatum: & ita demum resoluta inimicitia in carne sua, reconciliauit per sanguinẽ suum homines deo, eos dun taxat qui inuiolatum reconciliationis fœdus ultra non peccando custodiunt. Igit mors eius mortẽ inimicitiæ dedit ei quæ erat inter nos & deum, & reconciliationis initium.

1 Cor.15
Ephe.2
Gal.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Resurrectio aũt ipsius & uita salutẽ credentibus cõtulit, sicut & alibi apostolus dicit de
Rom.6 Christo: quod enim mortuus peccato, mortuus est semel, quod aũt uiuit, uiuit deo. Peccato mortuus dicitur, non suo: neq; enim peccatũ fecit: sed ipsi peccato mortuus, id est uelut morte sua peccato ipsi intulit mortẽ. Viuere aũt dicitur deo, ut & nos non nobis, neq; nostræ uoluntati, sed deo uiuamus, ut ita demũ in uita ipsius salui esse possimus, secundum eum qui dixit: Viuo aũt iam non ego, uiuit uerò in me Christus. Quod uerò ut similiter in superioribus posuit: Non solum aũt, sed & gloriamur in deo: & nihil addidit ad non solum autem, similiter ut superiora intelligendum est de his dictum quæ suprà comprehensa sunt: id est, pro non solum cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, & non solum in uita ipsius salui erimus, sed & nunc gloriamur in deo, per dominũ nostrum Iesum Christũ, per quem reconciliationẽ accepimus. Non autem sine causa addidit nunc, cum potuisset dicere, per quem reconciliationem accepimus: sed ut ostenderet gloriationem nobis non solum in futuro, sed & in præsenti data-
1Tim.4 tam de agnitione dei, & emẽdatione uitæ, & errorum correctione, sicut & in alijs item apostolus dicit: Spem habentes & præsentis uitæ & futuræ. Præsentis quod honestior & emendatior est, futuræ quod æterna est.

LIBER QVINTVS.

PROPTEREA sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intra-
P uit, & per peccatũ mors, & sic in omnes homines mors pertrãsiit, in quo omnes peccauerunt. Vsq; ad legẽ enim peccatũ in hoc mundo. Peccatũ autẽ non imputabat, cum lex nõ esset. Sed regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen, etiã in eos qui peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ qui est forma futuri.] Posteaquam edocuit differentiam fidei & legis & eorum qui per fidem iustificantur, atq; eorum qui promissiones quæ ad patres factæ fuerunt, non possunt sperare per legem: cumq; aperuisset arcani secreta mysterij, quod cum inimici essemus deo, per mortem filij eius reconciliati sumus, nunc & causas, uel cur inimici fuerimus, uel cur morte filij dei indiguerit ista reconciliatio consequenter exponit: ut intuentes quanta nobis præstitit Iesus, imò pro nobis quanta pertulerit, radicatiore erga eum fide, & inseparabili charitate teneamur. Ideo ergo licet non usquequaq; patefactum, indicat tamen nobis & alterius secreti rationem dicens: Propterea sicut per unum hominẽ mors introiuit in hũc mundum & cætera. Sed priusquam ad explanationem totius capituli ueniamus, pauca de eo qui uidetur in consequentibus ipsius eloquij defectu, dicenda sunt. Vbi enim dicitur: Propterea sicut, necessarium uidetur quod addi debeat adimpletio quædam,
1Cor.15 ut dicatur, ita & illud uel illud, ut & ipse in nonnullis alijs locis scribit: uerbi gratia, cum dicit: Sicut enim in Adam omnes moriũtur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Hic autem dum dixerit: Sicut per unum hominem peccatum introiuit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit: non retulit ut diceret, uerbi causa, ita & per unum hominem iustitia introiuit in hunc mundum, & per iustitiam uita, & sic in omnes homines uita pertransiit, in qua omnes uiuificati sunt, hoc enim uidebatur propositi eloquij sensus expetere, secundum ea quæ in alijs ipse prolo-quitur. Neq; enim multum differt illud quod alibi dicit: Sicut enim in Adam omẽs moriuntur, & quod hic dicitur: Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum introiuit, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerũt. Et iterũ quod dixit: ita in Christo omnes uiuificabuntur, nihil differt ab eo sensu, quẽ deesse elocutioni dixisset intellectui legentis relictũ. Sed mihi uidetur Paulus qui dicit: quia sufficiẽtia nostra ex deo est, qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti, & qui iterum dicit: Aut documentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? non per hæc defectum passus eloquij, sed prospexisse aliquid utilitatis, quo etiam si intelligi deberẽt ea quæ deesse elocutioni & subintelligẽda diximus, tamẽ propter negligentiores quosq; si forte resolui possent, si audirent quod sicut mors in omnes homines per peccatũ, ita & in omnes homines pertransiit uita per Christum, considerauit palàm hæc dici & publice nõ debere, simul & illud ostẽdens, quod etiã si per unum hominẽ iustitia introiuit in hunc mundum, & per iustitiã uita in omnes homines per-

transiuit: tamen non hoc in præsenti statim contingere, nec otiosis accidere, sed his qui multo labore & sudore potuerint quæ occulta sunt quærere, pulsare quę clausa sunt, desiderare quæ abscondita sunt. Denicq; & in eo capitulo, quod pro similitudine horũ dictorũ in medio adduximus, id est, Sicut eñ in Adã omnes moriunt, non dixit, ita & in Christo omnes uiuificati sunt, aut uiuificantur, sed uiuificabuntur, ut ostẽderet quidem præsens tẽpus esse laboris & operis, in quo per bonã conuersationẽ merita conquiran-
tur, futurum uerò esse in quo uiuificabuntur hi qui in præsenti uita Christo cõmoriun-
2Tim.2 tur, sicut & alibi idem dicit apostolus: Si enim cõmorimur, & conuiuemus. Et ideo etiã in præsenti loco dissimulat exequi, & adimplere sermone ea quæ sensu & consequentia uidentur intelligi. Alius fortasse dicit, quia hoc quod uidetur deesse in his quæ suprà diximus secundum elocutionis ordinem, tarde quidem, sed in posterioribus redditur, ubi dicit: Sed nõ sicut delictum, ita & donatio. Si enim unius delicto mortui sunt multi, multo magis gratia dei & donum gratia unius hominis Iesu Christi in plures abunda-
uit: & asserit ex his cõpleta esse quæ defuisse in superioribus uidebantur: nec multum interesse quod ibi in omnes homines dixerit pertrãsisse peccatum, hic uerò donum & gratiã Iesu Christi in plures abundasse, cum & omnes homines plures esse intelligantur, & plures omnes intelligi non uideatur absurdum, maxime cum in subsequentibus dicat apertius: Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationẽ, ita & per unius iustitiam in omnes homines ad iustificationem uitę. Et ut euidentius ostendaret omnes homines, & multos homines idem esse, addidit his. Sicut eñ per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti constituẽtur multi. Et quod superius omnes dixerat homines, hic eodem sensu multos nominauit. Nisi si quis dicat, quod magis permiscere & confundere uolens apostolus id quod superius aperuerat, ne (ut diximus) dissolueret ac relaxaret audiẽtes, eos quos ante omnes dixerat, hic plures nominauit, ut & illud quod omnes dixit, ad eos tantum modo traherẽt, qui donum Christi gratiæ cõsecuti sunt, qui tamen nõ pauci, sed plures sunt. Etenim moris est apostolo Paulo, cũ de benignitate dei, & ineffabili eius bonitate aliqua patefecerit, rursum propter negligẽtiores quosq; auditores paululũ uelut exasperare quæ dixit, & metum aliquem remissioribus intentare, ut cum de fine omnium Corinthijs disputans ait: Sicut enim in Adã omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur, & paulo post: Deinde finis cum tradiderit regnum deo & patri, & cætera. Pro quibus uerens ne quis diuitias bonitatis dei, & patiẽtiæ, & longanimitatis contemnens, secundum duritiam suam & cor impœnitẽs thesaurizaret sibi iram in die iu-
1Cor.15 sti iudicij dei, addidit post illa quæ de fide dixerat: Nolite seduci. Corrũpunt mores bonos colloquia mala. Expergiscimini iusti, & nolite peccare. Ignorantiam enim dei qui dam habent, ad cõfusionem uobis dico. Agit ergo tanquam prudẽs dispensator uerbi: & cũ uenerit ad ea loca, in quibus de dei bonitate dicẽdũ est, propter segniores quosq; & occultius hæc & obscurius profert, ne forte (ut diximus) diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnant, & iram sibi thesaurizent in die iræ, in quam necesse est incurrere omnem qui huiusmodi gesta thesaurizauit, etiam si post hæc ludæus quis fiat. Sed & quod ait: Vsq; ad legem autem peccatum in hoc mundo, peccatum autem non imputatur cum lex nõ est, hoc uidetur ostendere, quod usq; ad legem, hoc est usquequo Christus ueniret qui tollit peccatum mundi, peccatum erat. Manifestum est autem peccatũ non posse imputari, ubi lex non est quæ arguat peccatorẽ. Regnauit autem mors quę per peccatũ fuerat ingressa, usq; ad Moysen, hoc est usquequo lex permansit in eos qui peccauerũt secũdum similitudinẽ peccati Adam, per quem mors ipsa accepit ingressum, qui Adam forma futuri est, non secundum quod præuaricatus est, sed secũdum hoc quod sicut per ipsum mors, ita per nouissimum Adam uita ingressa est in hunc mundum: & sicut per illum in omnes homines cõdemnatio, ita & per Christũ in omnes homines iustificatio. Hæc de ipsius eloqui apostolici cõtinẽtia dicta sint. Videamus nũc quid etiã interior habeat intellectus. Sed & illud primo in loco admonendũ puto, quod uideꝛ mihi apostolus Paulus in his præcipue locis quæ nũc habenꝛ in manibus, ita & quodammodo hoc loqui, uelut si quis fidelis famulus & prudens à rege magno & domino suo introducaꝛ in thesauros regios, & ostendanꝛ ei diuersa & magna

Universidad de Deusto
Biblioteca

domicilia, quorũ aditus uarij & incerti, ita ut ei per alium ingressus, & per alium mini-
stretur egressus, interdum autem ex diuersis ingressibus ad unũ conclaue ueniatur, ut
sæpe in terris quædam uidemus extructa palatia: ostendatur etiã huic qui circũducitur
fideli famulo thesaurus argenti regij, & alius auri, lapidum quoq; & margaritarũ, uario
rumq; monilium, purpuræ etiam regiæ locus, & alius diadematũ, demonstrenẽ adhuc
reginæ thalami in multis diuersisq; mansionibus positi, & tunc singula hæc nõ penitus
ad integrũ patentibus ianuis referentur, sed ex parte subapertis, aut agnoscat quidem
thesauros dominicos, & regias opes, nec tamen ad liquidum & ad perfectum singula
quæq; cognoscat. Post hæc uerò iste seruus qui fidelis habitus est ut ei rex & dominus
opum suarũ magnitudinem faceret innotescere, mittatur ut exercitum cõgreget, de le-
ctum habeat, milites probet, pro eo quidem quia fidelis est, ut plures inuitet ad militan
dum, maiorẽ exercitum cõgreget regni, necessitatem patietur referre ex parte quæ ui-
derit, & rursum quia prudẽs est, & scit necessariũ esse abscondere mysterium regis, in-
dicijs quibusdam magis q̃ relationibus utetur, ita ut potentia quidem regis non lateat,
ordinis tamẽ atq; ornatus palatij & habitus, occulta maneat dispẽsatio. Ita ergo (ut di-
xi) uidetur mihi etiam Paulus Apostolus in his sermonibus facere, non solum pro eo
quod & ipse dicit, quia ex parte sciat, & ex parte cognoscat, sed & propter nos qui nec
ea quidem quæ ex parte scit capere possumus, temperare sermonẽ, & uniuscuiusq; con
clauis mysterium singulis aut uix binis perstringere & subaperire sermonibus: & nunc
per unum aditum ingressus per alium digredi, nunc ex alio ingressus ad aliud conclaue
concurrere, ita ut si requiras eum illo aditu quo ingressus est, non inuenias egressum.
Hæc ergo prius de his quæ Paulus scribit, in mente nostra atq; animis ordinantes, nunc
iam ad inspicienda & contuenda ea quæ in manibus habentur pro uiribus conuerta-
mur. Et primo uideamus quomodo per unum hominẽ peccatũ introiuit in hunc mun-
dum, & per peccatum mors. Fortassis enim requirat aliquis, si ante Adam mulier pec-
Gen.3 cauit, de qua dicitur, quia seducta in præuaricatione facta est, & rursum ante ipsam pec-
cauit serpens: Peccauit enim cum dixit mulieri, Vt quid hoc dixit deus, ut non manduce-
tis de omni ligno Paradisi? & iterum peccauit cum dixit: Scit enim deus quia qua-
cunq; die manducaueritis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij sciẽtes bonum
1 Tim.2 & malum: Si ergo ante Adam mulier peccauit, & ante mulierem serpẽs, & in alio loco
dicit apostolus: Quia Adam non est seductus, mulier autẽ seducta est, quomodo per
unum hominem, & non magis per unam mulierem uidebitur introisse peccatũ? A mu-
liere enim initium peccati, & ante mulierem à serpente siue à diabolo, de quo dicitur in
euangelio, quia ille homicida erat ab initio. Sed uide in his apostolum naturæ ordinem
tenuisse, & ideo quoniam de peccato loquebatur, ex quo mors in omnes homines per
transierat, successionem posteritatis humanæ quæ huic morti succubuit ex peccato ue
nienti non mulieri ascribit, sed uiro. Non enim ex muliere posteritas, sed ex uiro nomi-
1 Cor.11 natur, sicut & ipse in alijs dicit: Non enim est uir ex muliere, sed mulier ex uiro, & iterũ:
Sicut enim mulier ex uiro, ita & uir non ex muliere, sed per mulierem, & ob hoc morta
lis posteritas, & corporalis successio, uiro potius auctori & non mulieri deputatur. Sed
ut adhuc euidentius fiat quod dicimus, addemus etiã hoc quod idem apostolus ad He-
Heb.7 bræos scribit: Sed & Leui qui decimas accepit, decimatus est. Adhuc enim in lumbis
Gen.14 erat patris Abrahæ, cum obuiauit ei Melchisedec regresso à cæde regum. Si ergo Le-
ui qui generatione quarta post Abraham nascitur, in lumbis Abrahæ fuisse perhibetur
multo magis omnes homines qui in hoc mũdo nascunt, & nati sunt, in lũbis erãt Ade,
cum adhuc esset in Paradiso, & omnes homines cũ ipso, uel in ipso expulsi sunt de Pa-
radiso, cũ ipse inde pulsus est, & per ipsum mors quæ ei ex præuaricatione uenerat, con
sequenter & in eos pertransiit qui in lumbis eius habebãtur, & ideo recte apostolus di-
1 Cor.15 cit: Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omes uiuificabuntur. Neq;
ergo ex serpente qui ante mulierem peccauerat, neq; ex muliere quæ ante uirum in pre
uaricatione facta est, sed per Adam ex quo omnes mortales originem ducunt, dicitur
introisse peccatum, & per peccatũ mors. Sed hic nimirum est unus homo per quẽ pec-
catum introiuit, & per peccatum mors, quem & alibi ipse Apostolus dicit primum ho-
Ibid. minem de terra terrenum, secũdum uerò de cœlo cœlestem, cum hortatur nos abiecta

imagine terreni, imaginem portare cœlestis: id est ut secundum dei uerbũ uiuentes re-
nouemur, & reformemur secundum interiorem hominem ad imaginem dei qui crea-
uit eum. Hic ergo homo qui iam reformatur & reparatur ad imaginem dei, neque terre
nus, neq; in hoc mundo est, sed in cœlis esse dicitur conuersatio eius: & ideo secundum
eum qui dicit: Vos autem non estis de hoc mundo, mors in eum non potest pertransi-
re: Qui autem adhuc in hoc mundo est, terrenus est, ac terreni imaginẽ portat, de ipso
dicitur, quod per eum peccatum in hunc mundum introiuit, & per peccatum mors.
Quod si peccatum & mors in hunc mundum introiuit, & in hoc mundo habitat, certũ
est alienos à morte & à peccato esse eos, qui per Christum, uel cum Christo mortui sunt
huic mundo, & cum ipso resuscitati, cum ipso etiam in cœlestibus sedere meruerunt, cõ
uersationem non in hoc mundo, sed in cœlis habentes. Vnde & pari consequentia o-
stenditur, quod omnis homo primo de terra terrenus est, sicut idem apostolus alibi di-
cit, cum imagine terreni ambulat, & secundum imaginem terreni ambulat, carnem co-
gitat, & quæ carnis sunt sapit, & uix aliquando est ut conuertatur ad dominum, & spíri-
tu dei agatur, atq; effectus spiritalis fiat nouissimus Adam in spiritu uiuificãte. Require
sane quoniam per unum hominem in hunc mundum dicit introisse peccatum, & certũ
est quia hic mundum terrenum hũc appellat locum in quo homines habitant, si in nul-
lo alio loco introiuit peccatum, neq; in his locis inuenitur, ubi spiritalia nequitiæ in cœ
lestibus nominantur. Sed & illud apud temetipsum pertracta, unde in hunc mundum
introiuit peccatũ, aut ubi erat priusquã huc introiret, aut si omnino erat, uel si fuit ante
illum ad quem dicitur, Vsquequo inuẽtæ sunt iniquitates in te, & propter hoc proieci Mich.1
te in terram: Nobis autem de his non est tutum plura disserere, cum uideamus apósto-
lum uix singulis hæc pertransisse sermonibus. Per unũ hominem peccatum introiuit in
hunc mundum. Mundus autem (ut diximus) intelligendus uel locus in quo habitãt ho
mines, uel terrena & corporalis uita, in qua mors habet locum. Cui mundo, hoc est ter-
renæ uitæ crucifixos se dicunt sancti, & mortuos. Et per peccatum, inquit, mors. Illa si-
ne dubio mors de qua & propheta dicit, quia anima quæ peccat ipsa morietur: cuius
mortis hanc corporalem mortem umbram merito quis dixerit. Quocũq; enim illa in-
cesserit, hanc necesse est subsequi, uelut umbrã corpus. Quod si obijciat quis quia salua
tor peccatum non fecit, nec mors in eo fuit animæ per peccatum, & tamen mortem su-
stinuit corporalem: Respondebimus ei: quia saluator sicut cum ipse peccatum nõ fece
rit, pro nostra tamen salute per assumptionem carnis ipse dicitur factus esse peccatum:
ita & cum mortẽ istam nulli deberet, nec ei esset obnoxius, pro salute tamen nostra hãc
uelut umbram illius susceptæ dispensationis, quam suprà diximus, sponte non necessi-
tate suscepit: sicut ipse dixit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem Ioan.10
habeo iterum sumendi eam. Sed uideamus quomodo in omnes homines pertransiit
mors. In quo omnes inquit peccauerunt. Absoluta sententia pronũciauit apostolus in
omnes homines mortem pertrãsisse peccati in eo in quo omnes peccauerũt, sicut & ali
bi: Omnes enim peccauerunt, & egent gratia dei. Et ideo etiã si Abel illum iustum di- Rom.3
xeris, non potest excusari. Omnes enim peccauerunt. Cur enim post dies obtulit, & pri
us Cain obtulit hostiam ex primogenitis, & non ante ipsum, & non statim? Etiam si E-
nos dicas, qui sperauit inuocare nomen domini. Sperauit, & cur non inuocat statim,
sed dissimulat & moratur? Etiam si Enoch dicas, non scribitur placuisse usquequo ge-
neraret Matusalem. Matusalẽ autem interpretatur emissio mortis. Ex quo ostenditur,
quia mors ista quæ in omnes homines pertransiit etiam in ipsum transierit, sed uix ali-
quando sensit esse intra se mortem, & conuersus ad dominum emisit eam à se, & abiecit
per pœnitentiam: & ideo Matusalem dicitur genuisse, quod à se mortem quæ eum ob-
sederat abiecisset. Recte ergo quod iam morti non esset obnoxius, sed abiecisset eam à
se & effugasset, dicitur quod transtulerit illum deus, uti ne uideret mortem. Sed & de
Noe si requiras attentius, inuenies quod quingentesimo demum anno scribitur de eo, Gen.6
quia Noe inuenit gratiã in conspectu domini dei, et quia iustus erat in generatione sua,
& quia placuit deo: quod utiq; si prius meruisset, nunquã id opinor scriptura diuina si-
luisset. Sed & si quis uelit quod bibit uinũ & inebriatus est ac nudatus, reputare, inue- Gen.9
niet ex his omnibus non immerito ab apostolo dici: In quo omnes peccauerunt, etiã si

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen.12 euigilauit Noe à uino suo. Quid autẽ dicam & de Abrahã cui dicitur, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui? Quod utiq; non diceretur, si in domo patris deo placere potuisset. Sed non opus est cum ingenti periculo in his singulos quosq; enumerare sanctorũ, cum sufficiat & apostoli sententia quæ mortem dicit in omnes homines pertransisse, & illius qui dixit: Nemo mundus à sorde, etiamsi unius diei fuerit uita eius. Sed ista mors peccati quæ in omnes pertrãsiit, cum uenisset ad Iesum, & tentasset eum perforare aculeo suo, aculeus tum mortis repulsus est & confractus: uita enim erat, & mors necessario exterminabat à uita: & tunc ad eam dicitur: Vbi est mors aculeus tuus? ubi est mors uictoria tua? Idcirco enim quia omnes uicerat, hic dicitur ad eã, Vbi est mors uictoria tua? Sed & quod peccatũ quidem non dixit in omnes homines, sed in mundum introisse: Mortem uerò non in mundũ, sed in omnes homines, & non introisse, sed pertransisse: non puto quod frustra hac diuersitate usus sit Paulus. Arbitror quod mundũ hic terrenos quosq;, & in terrena conuersatione permanentes designet: homines uerò eos dicat qui iam se incipiunt agnoscere, & scire quod ad imaginẽ dei facti sunt. In illos ergo qui mundus appellantur, id est terrenos, intrasse dicit peccatũ, & nusquã eius exitum ponit. In eos uerò quos iam homines uult intelligi, dicit pertransisse peccatũ: id est fuisse quidẽ, sed per pœnitentiã conuersionis depulsum esse, & pertransisse, nec ultra in eis stetisse. Vnde apparet, in literis Pauli ne unã quidem syllabam uacuã sentiri debere mysteriis. Videamus nũc quomodo dictũ est: Vsq; ad legem enim peccatũ in hoc mũdo. Peccatũ autem non imputatur, cum lex non est. Hoc in loco secundum eam similitudinẽ quam suprà exposuimus, uidetur mihi Paulus per alium aditũ ingressus, & per aliũ egressus. Quis enim sequi potest eum per istum aditum quo pluribus uidetur ingressus, ut de lege Moysi dicere intelligatur, quia usq; ad legẽ peccatũ in hoc mundo: peccatũ autem non imputabat cum lex nõ esset? quasi ante legem peccatũ nõ fuerit, & nemo peccauerit, nec peccatũ fuerit illi peccatũ, anteq; lex Moysi daretur, cum legamus & Cain & Lamech reputatũ esse peccatũ, & ne per singulos immoremur in tantũ pro peccatis hominũ exacerbatũ esse deum, ut diluuiũ mundo intro duceret & diceret, Delebo omnẽ carnem quæ super terram est: & rursum Sodomitas igneus imber & sulphurea flamma uastauerit. Quomodo ergo uel in huiuscemodi peccatis dici potest non fuisse peccatũ? uel in uindictis talibus negabitur reputatũ esse peccatum? Et ideo occultiore aditu digressus nobis requirendus est Pauli in eo quod dicit, Vsq; ad legẽ enim peccatũ in hoc mundo: Peccatum aũt non imputat, cum lex non est. Inueniemus eum in posterioribus huius epistolæ dicentẽ hoc modo. Sine lege eñ peccatum mortuũ erat: ego aũt uiuebã sine legẽ aliquãdo. In quo unus mihi atq; idem sensus uidet utriusq; capituli. Quod enim hic deerat in sermone, ibi adimpleuit. Vsq; ad legem enim peccatũ in hoc mundo, deest mortuũ, quod ibi euidentius expressit. Si ergo etiã hic iungamus istum sermonem, & dicamus, usq; ad legẽ enim peccatum erat in hoc mundo mortuũ, peccatũ autẽ non imputatur cum lex non est, uide q̃ integre stare poterit sensus. Sed & illud sæpe iam diximus, in hac epistola Paulum de multis quidem legibus, sed de naturali lege frequentius disputare, quod & in hoc loco præcipue deprehenditur. Vsq; ad legẽ enim naturalem, quæ certo ætatis tẽpore ubi rationis capax esse quis cœperit, & iusti iniusti q;, æqui & iniqui habere discrimen, tunc peccatum quod prius intra hominẽ, uelut mortuũ habebatur, reuiuiscere dicitur, pro eo quod est cum intrinsecus lex quæ uetat, ratio ostendat non esse facienda. Sed ut apertius intelligatur quod dicimus, euidenti utamur exẽplo. Scriptũ est: Qui percusserit patrẽ uel matrem morte moriatur: & qui maledixerit patri aut matri morte moriat. Puer ergo paruulus quatuor ferè aut quinq; annorũ (sicut fieri solet) indignatus percutiat patrẽ aut matrẽ, quantũ ad præceptũ mandati spectat, mori debet. Sed quia lex in illo nondum est naturalis, quæ eum doceat non debere iniuriã facere patri aut matri, uel sciat in hoc crimen impietatis admitti: est quidem species peccati quod facit, matrem enim percutit, uel maledicit: sed mortuum est in eo peccatum, quia per absentiam naturalis legis, quæ in eo nondum est, peccatum ei non potest reputari. Nondum est enim intra eum ratio tanta quæ eum doceat hoc quod facit, fieri non debere: & ideo etiam à parentibus non solum non reputatur ad culpam, sed ad gratiam iucunditatemq; suscipitur. Et hoc modo

Tob 15

1 Cor.15

Exod.21

consequenter (ut ego arbitror) intelligi potest quod apostolus dicit: Vsq; ad legem eñ peccatum in hoc mundo, ut subaudiatur mortuum. Peccatum autem nõ imputabatur, cum lex non esset. Conuenit enim secundum hanc expositionẽ etiam illud quod dicit Apostolus: Ego autem uiuebam sine lege aliquando. Nam quomodo Paulus sine lege Moysi inuenitur aliquando uixisse, cũ ipse de se dicat, quia Hebræus ex Hebræis sit, & octaua die circumcisus, statim à natiuitate in Moysi legis obseruãtia fuerit? Sed constat eum aliquando, hoc est in puerili ætate, antequã rationis capax fieret, sine naturali lege uixisse. Nondũ enim ei in illa ætate inerat iusti iniusti q; distinctio, nec recti prauiq; patebat examen. Quod de naturali lege dici in sequentibus euidenter ostendit, cũ dicit: Sed ubi uenit mandatum, peccatum reuixit: ego autẽ mortuus sum. Per quod declarat illius ætatis peccata fuisse quidem, sed mortua habita, quia non reputabantur ad culpã. Vbi uerò, inquit, cœpi scire quid agendum sit, quid cauendum, & mandatũ legis intra me uigentis accipere: tunc in me reuixit peccatum, quod prius per absentiã legis mortuum uidebatur. Et ego, inquit, mortuus sum: cœpit enim mihi iam reputari peccatum. Sed hæc Basilides nõ aduertens de lege naturali debere intelligi, ad ineptas & impias fabulas sermonẽ apostolicũ traxit in Pythagoricum dogma: id est quod animæ in alia atq; alia corpora transfundantur, ex hoc apostoli dicto conatur astruere. Dixit enim, inquit, apostolus, quia ego uiuebam sine lege aliquãdo: hoc est antequam in istud corpus uenirẽ, in eam speciẽ corporis uixi quæ sub lege non esset, pecudis scilicet uel auis. Sed non respexit ad id quod sequitur, id est: Sed ubi uenit mandatum, peccatũ reuixit. Non enim dixit se uenisse ad mandatũ, sed aduenisse mandatũ: & peccatum non dixit non fuisse in se, sed mortuum fuisse & reuixisse. In quo utique ostendit quod de una eademq; uita sua utrunq; loqueretur. Verũ Basilides & si qui cum ipso hoc sentiũt, in sua impietate relinquantur, nos autẽ Apostoli sensum secundum pietatem ecclesiastici dogmatis aduertamus. Sed & hoc ipsum quod dicit, Peccatum erat in hoc mundo, & non dixit in hominibus, cum utiq; sint in mundo & pecudes & cætera animalia, & arbores, ex quibuscunq; hic mundus constat, nec tamen in his creditur esse peccatũ, quale si requiramus. Videt mihi quod hic homines illos sentiat qui iam rationis capaces sunt, & naturalibus legibus parent: illam uerò ætatem quæ nondum ad capacitatẽ rationis accessit, nõ tam homines quam mundum appellauerit, pro eo quod partes quidem mundi sint, nondum tamen in hoc uenerint ut imaginẽ in se dei, ad quam homo factus esse dicitur, capacitate rationis expresserint. Sed & illud uelim, nisi plus iusto curiosum uidetur, inquirere: ne forte secundum eos qui Moysi legem in his intelligi uolũt per hoc quod dicit: Peccatum autem non imputabatur cum lex nõ esset: uideatur etiam diabolus & angeli eius absolui, si ubi lex non est, peccatum non reputatur. Et quomodo ante legem Moysi, uel serpens cõdemnatus est, uel inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarũ? Quomodo etiam quod Iudas apostolus in epistola catholica dicit, poterit explanari? Ait enim ita. Angelos quoq; qui nõ seruauerunt principatum suum, sed dereliquerunt domicilium suum, in iudiciũ magni diei æternis uinculis constrictos sub caligine reseruauit. Ex quibus omnibus magis ac magis cõstat de ea lege hæc Apostolum dicere, quam unusquisq; hominũ, siue etiam angelorum, diuina quadam dispensatione uel munere intra se naturaliter gerit: cuius tanta uis est, & tanta potentia, ut etiam angelos arguat, nec personã ullius dignitatis excipiat: & ipsa fecerit hoc quod superius apostolus Iudas dicit: ut angeli qui nõ seruauerunt principatũ suum, sed dereliquerunt domicilium suum, ad iudicium magni diei æternis astricti uinculis seruarẽtur. Ipsa est lex quæ etiam diabolum & angelos eius in ignem æternũ, qui eis præparatus est, pertrahit. Et sicut certum est quia neq; illi angeli æternis astricti uinculis ad iudiciũ seruarentur: neq; isti in ignem æternum qui eis præparatus est mitterẽtur, nisi quia positã sibi à deo legem nõ seruauerũt: neq; ad iudicium uenirent, nisi cõtra legem aliquid cõmisissent: ita certũ uidetur quia si custodissent positam sibi legem, neq; isti in ignem æternũ, neq; illi sub æterna caliginis uincula decidissent. Superest etiã illud, ut pro uiribus discutiamus quomodo dictum sit: Sed regnauit mors ab Adã usq; ad Moysen etiam in eos qui peccauerũt in similitudinẽ præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. Tertio nunc Apostolus de morte cõmemorat. Primo ait quod per peccatũ mors introiuit in hunc mun-

Iud.1

dum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum. Secundo, in omnes homines, inquit, mors pertransiit. Nunc uerò: Regnauit, inquit, mors ab Adam usq; ad Moysen. Et sciens esse per hæc singula aliquas differentias, quãdo quidem introierit, & quando regnauerit, indicauit. Tunc, inquit, introiuit, cum primus homo deliquit: & quomodo introierit dixit. Peccatũ inquit. Et nunc regni eius tempus ab Adam usq; ad Moysen designat: quando autem pertransierit non ostendit. Videtur ergo mihi in his describere Apostolus uelut tyrãni alicuius ingressum, qui uoluerit regnũ legitimi regis inuadere, & primo quidẽ fauces ipsas & aditus regni occupauerit prævaricatione custodis: tunc deinde cunctorũ animos ad se inclinare tentauerit, & maxima ex parte potuerit, & ita in debitũ sibi uendicauerit regnũ. Hoc ergo per tyrannidem regnãte mittitur dux electus à rege legitimo Moyses, qui occupatos ab eo populos ad ciuilis imperij iura reuocaret, & ueri regis uti legibus edoceret. Ille tunc tyrãnus, id est mors peccati, quæ per prævaricationẽ primi custodis irrepserat, regnabat super omnes illos qui ad eũ simili ut ille primus prævaricatione declinauerunt. Sed iste legitimi principis dux agit omnia quatenus aliquos ex peccati & mortis regno diripiat, & obtinuit tandem ut unam gentẽ & si quis se huic uoluit sociare cõuerteret: & ex præcepto regis primi sacrificia instituit, quibus certa solẽnitate oblatis diceret: Et remittetur ei peccatũ. Et ita demum ex parte aliqua homines cœperunt de regno peccati mortis q; liberari. Nam tyrannus ille qui dicitur mors, ab Adam qui primus prævaricatione sui ingressum ei dederat ut in omnes homines pertransiret, regnabat usque ad Moysen iustum quẽ diximus ducẽ, qui missus à deo omnium rege regnum eius cœpit infringere, & sub legem iusti principis reuocare. Regnauit ergo mors ab Adã usq; ad Moysen, secundum eam speciem quã suprà posuimus: non super omnes, sed in eos qui peccauerunt in similitudinẽ prævaricationis Adæ. Nam introiuit quidem mors in mundum, & in omnes pertransiit, nõ tamen in omnes regnauit. Aliud est enim pertransire, & aliud regnare. Peccatũ enim pertransiit etiã iustos, & leui quadam eos contagione perstrinxit. In prævaricatoribus uerò, id est his qui se ei tota mente ac deuotione subijciunt, regnum tenet, & omni potestate dominatur. Regnauit ergo mors ab Adam, qui primus transitum peccato in hoc mundo pręuaricando patefecit, usq; ad Moysen, id est usq; ad legem. Per legem enim purificatio peccatorum cœpit aperiri, & ex parte aliqua tyrannidi eius obsistit per hostias, per expiatiões uarias, per sacrificia, per præcepta. Sed quo niam tanta eius erat dominatio quæ uires legis excederet, mittuntur in auxilium regis prophetæ. Sed & ipsi præuidentes supra uires suas esse tyranni potentiam, aduentum
Psal.42.143 præsentiam q; ipsius regis exorãt, clamantes ad deum, Emitte lucem tuam & ueritatem tuam: & iterũ, Inclina cœlos tuos, & descẽde: & rursum, Exurge domine fer opem nobis. Affuit ergo Iesus Christus filius dei, & in quo lex infirmabatur per carnẽ, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatũ in carne: & mundum quidem reconciliauit deo, exuit autem principatus & potestates tyrãni triumphans eas in semetipso. Verum in hęc per excessum quendam prolapsi uidemur: sed ad propositum redeamus. Igitur mors peccati regnauit ab Adam usq; ad Moysen, id est usq; ad aduentum Christi. Moyses enim lex appellatur, & lex (sicut scriptum est) usque ad Ioannis baptismum habuit locum, ex quo cœpit Iesus regnum dei prædicare. Quod autẽ excepit certos quosq; in quibus mors regnauerit, cũ dicit, Regnauit mors in eos etiam qui non peccauerunt in similitudinem prævaricationis Adæ: non mihi uidetur dici absq; mysterij alicuius indicatione. Forte ergo fuerunt aliqui usq; ad illud tẽpus, quo sub lege uelut sub pædagogo homines habebãtur, qui tale aliquid egerint qd
Gen.3 Adam in paradiso egisse describitur, & contigisse ex ligno sciendi bonum & malum, & erubuisse nuditatem suam, atq; ab habitatione paradisi decidisse. Aut magis simplici ter accipiendum uidetur, & similitudo prævaricationis Adę absque aliqua discussione recipienda, ut hoc sermone omnes qui ex Adam prævaricatore nati sunt indicari uideantur, & habere in semetipsis similitudinem prævaricationis eius non solum ex semine, sed ex institutione susceptа. Omnes enim qui in hoc mundo nascuntur non solum nutriuntur à parentibus, sed & imbuuntur, & non solum sunt filij peccatorũ, sed & discipuli. Vbi uerò ętas adoleuerit, & agẽdi quæ sentit libertas accesserit, ibi iam aut peragit quis in uiam patrum suorũ, sicut de nonnullis regibus scribitur, aut certe incedit in uiam

uiam domini dei sui. Denicq; de Abel tale aliquid mihi indicari uidetur in eo quod scriptum est: Obtulit autem post dies Abel hostiam deo ex primogenitis ouium, & ex adi- Gen.4
pibus earũ. Quod ergo dixit post dies, hoc ostendit, quia primis quidem uitæ suæ diebus paternæ prævaricationis institutionibus tenebat: post illos uerò dies ubi respuit, ubi respexit ad deũ naturę lege cõmonitus, dicit tunc obtulisse hostiã deo. Potest ergo uel hoc modo locus iste simpliciter exponi, uel occultatũ in eo quod dicit in similitudinem prævaricationis Adæ sacramentũ, & prope ineffabiliter reconditum, subtili quadam linea intelligentiæ colligi: ut si quis ponat mortem, hanc quæ regnasse dicatur ab Adam usq; ad Moysen, id est usq; ad legis finem, & principium Christi, illam de qua in Propheta scribitur tanquam ex persona domini dicentis, De manu inferni eripiam eos & de morte liberabit eos. Aut certè qd' sint excepti aliqui, & occultiore mysterio designati, qui ad similitudinẽ prævaricationis Adæ peccasse memorantur, in quos solos regnauerit mors. Si uerò ut in nonnullis exẽplaribus habetur, etiã in eos qui non peccauerunt in similitudinẽ prævaricationis Adæ mors ista, id est quæ in inferno animas detinebat, regnasse dicatur, intelligimus & sanctos quoscq; sub ista morte, etiam si non peccandi at certe moriendi lege decidisse: Christum uerò idcirco in infernũ descendisse, non solum ut ipse nõ teneretur à morte, sed ut & eos qui inibi nõ tã prævaricationis ut diximus crimine, quàm moriendi cõditione habebantur, absolueret: sicut scriptum est: Quia multa corpora sanctorũ dormientium surrexerũt cum illo, & ingressi sunt in Matt.27
sanctam ciuitatem. In quo Prophetæ dicta cõplentur, qui ait de Christo. Ascendens in Psal.68
altũ captiuam duxit captiuitatem. Et hoc modo per resurrectionem suã mortis quidem iam regna destruxit, undè & captiuitatem scribitur liberasse: ipsum uerò inimicum & tyrannum, cuius regna dissoluuntur, audi quando dicat Apostolus destruendum. No- 1Cor.15
uissimus, inquit, inimicus destruetur mors. Regnũ uerò mortis iam destructum est, & captiuitas quę sub ea tenebatur abducta est. Sed quia ipse inimicus & tyrãnus adhuc in nouissimo & in fine seculi destruẽdus: idcirco etiã nunc uidemus eum nõ tam regnare quàm latrocinari: & depulsum regno, per deserta & auia circumeuntem quærere sibi in fidelium manum: & ideo clamabat Apostolus: Non ergo regnet peccatũ in uestro mor Rom.6
tali corpore ad obediendum desideriis eius. Verum nos cõtenti perstrinxisse paucis ea quæ Apostolus obiecta esse uoluit, sequẽtia requiramus. Addidit post hæc: Qui est forma futuri. Quod quidem ambiguum mihi uidetur, utrum ex eo tempore quo hæc scribebat Apostolus, Adam futuri forma dicitur, quod est seculi uenturi: an à semetipso id est ab Adam futuri, ut in Christo accipiatur, quod tempus Apostolo hęc scribenti futurum non erat, sed pręteritum: quamuis & in alio loco cum de Adam & Eua loqueretur idem Apostolus dixerit: Mysterium hoc magnum est: ego autem dico in Christo & ec Eph.5
clesia: in quo uidetur hoc magis nobis ad intelligendum dedisse, quod forma futuri dicatur Adam in eo quod aduenit Christus ad ecclesiam sibi sociandã. Nescio sane quomodo quis posslit & prævaricationẽ eius & peccatum, & hoc quod mors per ipsum in omnes homines pertransiit, in forma Christi coaptare, nisi forte ex contrarijs, ut idem Apostolus in superioribus exponit: cum dicit. Sicut enim per unum hominẽ mors, ita & per unum resurrectio mortuorum: & iterũ, Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores cõstituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi. Si uerò intelligamus Apostolum à suis temporibus quibus hæc scribebat, dixisse Adam futuri esse formã, ita magis intelligitur: quod sicut in hoc seculo mors regnauit per unum Adam, & mortale effectum est omne hominũ genus: ita & in futuro seculo uita regnabit per Christũ, & immortalitate donabitur omne hominũ genus. Similiter autem ut in hoc ambiguũ diximus esse sermonẽ quo ait, Qui est forma futuri, inuenie- Col.2
mus ad Colossenses ambigue scriptũ, ubi dicit. Non ergo uos iudicet quisquam in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenijs, aut sabbatis, quæ sunt umbra futurorũ. Et item alibi idem Apostolus dicit: Vmbrã enim habet lex bonorum futurorũ. In quibus utiq; similis disputatio est, utrũ cibus & potus, & festi dies, neomeniæ, & sabbata, ita habeant umbrã futurorũ, ut in aduentu Christi ueritas umbræ ipsius adimpleta sit, aut in futuro seculo sit implenda. Sed & torã legem quod dicit Apostolus umbram habere futurorũ bonorum, utrum in aduentu Christi, an in futuro seculo umbrę istius explenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

plenda sit ueritas, incertum est, quia in alio loco scribitur etiã de his quæ sub lege sunt quod formæ & umbræ deseruiant cœlestium. Qui ergo uult astruere quod in aduentu Christi ista completa sint, cibi & potus rationes confirmabit expletas in eo, ubi Petrus
Act.10 per uisionem uidit in linteo omne genus animaliũ deponi, & audiuit uocẽ: Quod deus mundauit tu ne commune dixeris: quod ad diuersos utiq; hominum mores refertur: & poculum dicet esse calicem noui testamenti: diẽ quoq; festum probabit, ubi pascha nostrũ immolatus est Christus, & diem festum celebramus non in fermento ueteri, sed in azymis syncerit atis & ueritatis. Similiter & neomenias hoc est nouos menses fieri ostendet per Christũ solem iustitię, & apostolos eius. Sed & sabbata obseruare docebit, non portando onera peccati, sed stando unũ quenq; stabiliter in loco suo, nõ accenden
Esa.50 tem ignem: de quo per prophetam dicitur: Ite in lumine ignis uestri & flamma quã accendistis uobis. Alius uerò qui formas istas & umbrã legis ad futurum seculũ transfert, & ministeriorum cœlestium has esse ducit imagines in illa cœlesti Hierusalem cõplen
Luc.22 das, de cibo & potu conabitur assignare secũdum ea quæ dominus dicit: Donec bibam illud nouum uobiscum in regno patris mei. Sed & diem festum dicet secundũ Prophe tæ dictum: Quid facietis in die solennitatis, & in die festo domini? Neomeniam uerò id
Psal.77 est nouos menses in illis æternis annis requiret: de quibus dicit Propheta: Memoratus
Deut.32 sum annos æternos, & meditatus sum, & iterũ in cãtico Deuteronomij: Recordamini dies æternos, & de sabbato dicitur: Relinquet ergo sabbatismus populo dei. Et astruet, quia sicut hæc singula formã futuri seculi tenent, ita potest etiam Adam de quo dicitur, Qui est forma futuri, conferri ad futuri seculi rationẽ: & propterea cum præmissum esset de his qui peccauerant: In similitudinem præuaricationis Adæ, additum est: Qui est forma futuri. Sed non sicut delictum ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donũ in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit, & non sicut per unum peccatũ, ita & donũ. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem.] Cum in superioribus dixisset Apostolus de Adam qui est forma futuri, uidens quia requiri posset, quia si Adam forma Christi est, ergo et in eo quo peccauit necesse est ut formam Christi habuerit, & in eo quo regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen: hoc autem de Christo sentire uidebatur absurdum, continuo subiungit: Sed nõ sicut delictum ita & donum: & incipit ex hoc sermone ueluti semetipsum explanare quomodo formã Christi dixerit esse Adã. Si enim, inquit, unius delicto multi mortui sunt, in Adam uidelicet, multo magis gratia dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundabit: id est, si in uno peccãte locũ mors inueniens in plures potuit diffundi, multo magis gratia dei, quæ in Christo est, copiosius & latius abundabit, q̃ mors Adam in plures diffunda tur: & intantum non est eadem cõditio delicti quæ & doni, ut cum iudicium habitum sit de Adam, & uno ipso delinquente cõdemnatio in omnes homines uenerit, ecõtrario uerò per Christum ex multis delictis quibus omne genus hominũ tenebatur, iustificatio data sit in oẽs: ut sicut mors per unũ regnauerat in delictis, ita & per unius obedientiã uita regnaret per iustitiã. Igitur non sine profunda arte dicendi Apostolus formam Christi esse Adam posuit, quę sit per genus similis, per speciẽ cõtraria. Per genus nanq; similis est forma in eo, quod sicut ab uno Adam in plures homines diffunditur, ita & ab uno Christo in plures homines diffundatur. Per speciẽ uerò cõtraria, quod ex Adam præuaricatione cœpta peccatores constituti sunt multi, Christi uerò obedientia iusti constituentur multi. Quia ergo quatenus forma Christi fuerit Adam, siue in similibus, siue in contrarijs, secundum rationẽ eloquij ipsius explanatum est, nunc etiam quę interior sensus Apostoli indicet in his, uel potius contegat uideamus. Et quãuis pericu losum uideatur ea quæ occultius in Apostoli scriptis posita sunt patefacere, tamen qua ex parte possibile est indicia quædã ex his diuinæ bonitatis colligere nõ puto absurdũ uideri. Proposuit Apostolus ostendere quid humano generi intulerit primus Adã qui factus est in animã uiuam, quid etiam secundus Adam qui est in spiritum uiuificantem. Ex illius, inquit, præuaricatione peccatũ apparuit, & per peccatum mors ingressa est in omnes homines, immo ut seruemus Pauli literis moderationẽ suam quam in præsenti loco tenuit, in multos homines mors pertransiit. Per obedientiã uerò Christi iustificatio, &

dio, & per iustificationẽ uita multo magis in plures abundabit. Et ostendere uult quod multo sit fortior uita q̃ mors, & iustitia q̃ peccatum: & per hoc edocere quia si ita per peccatũ mors regnare in omnibus potuit, accipiẽs ex unius hominis inobedientia initium, quanto potentius & dignius per iustitiã uita regnabit, initiũ accipiens per unius obedientiam Christi. Christus, inquam, ad hoc opus non cõditionis necessitate, sed sola miseratione permotus accessit. In forma enim dei erat, & uidens unius hominis delicto mortem regnare per populos, creaturæ suæ non obliuiscitur, nec rapinã ducit esse æqualem deo: hoc est non sibi magni aliquid deputat quod ipse quidem æqualis deo, & unum cum patre est, opus uerò suũ depascitur mors unius hominis ingressa delicto. Exinaniuit igitur seipsum de æqualitate & forma dei, & serui suscepit formã, & fit homo: ad quẽ tentandũ auderet quidẽ uenire ille qui regnabat in omnibus, sed intrare nõ posset. Mortem tamen istam cõmunem suscepit, cum illam peccati quæ regnabat in omnibus non receperit: ut sicut per hominẽ mors, ita & per hominem fieret resurrectio mortuorũ: & sicut unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundaret. Non aũt absq; profunda sapientia quã Paulus inter perfectos loqui se dicit, in hoc loco sermones suos moderatus est: 1 Cor.2
& quod alibi omnes dixerat, hic multos uel plures appellauit, ubi cõparationẽ diffusi in omnes homines peccati & mortis ab Adam facit, & iustificationis ac uitæ à Christo: & ne forte si absolute pronunciaret, quia pari ratione atq; eodẽ ordine quo ab Adam in omnes homines mors diffusa peccati est, etiã iustificatio & uita quæ à Christo est, in omnes homines diffunditur, resoluerentur auditores, & segniores fierent erga obseruantiam, certi de securitate uitæ quæ in omnes homines per Christi gratiã traderet. Et ideo imprimit sermonem, & non omnes homines (sicut solet in cæteris) ponit, sed multos, qui unius delicto peccatores constituti sunt: & rursum in gratia dei donũ per unum hominem Iesum Christum, non in omnes, sed in plures asserit abundare: quo & negligentiores metu suspendat ac solicitos faciat, & perfectioribus diuinę bonitatis secreta non claudat. Bene autẽ quia plures posuit ad quos donũ gratiæ pertinet, quàm eos qui unius delicto constituti sunt peccatores: in quo arbitror quidem aliquid & latentis esse mysterij: quia & alibi mortẽ dicit regnasse ab Adam usq; ad Moysen, non in omnes, sed in eos tantũ, qui secundũ similitudinẽ præuaricationis Adæ peccauerũt. Tamẽ & simpliciore intellectu potest uideri ideo plures dictos, quia quãuis qui ex Adam peccatores facti sunt, multi sint tamen qui per gratiam Christi uiuificant, ideo plures dicti sint, quia etiam ille ipse ex quo in cæteros mors peccati diffusa est, additur numero eorum, eo quod cum omnibus quos ipse fecerat sub delicto etiam ipse saluetur, sicut de sapientia dicitur. Hæc, inquit, illum qui primus factus est patrẽ mundi cum solus esset creatus custodiuit, & liberauit eum de peccato suo. Quæ est autẽ hæc sapientia quæ primũ hominem liberauit de peccato suo, nisi Christus, qui est dei uirtus & dei sapientia? Sic ergo plures Christus reducit ad uitam, q̃ Adam duxit ad mortẽ: quia etiam ipsum Adam qui cæteris causa extitit mortis, Christus reuocauit ad uitã: ut uerũ sit illud quod in consequentibus scribit Apostolus, quia primus gratiã in omnes homines iustificatione uitæ. Homo autẽ est etiam Adam: ergo & in ipsum iustificatio uitæ perueniet. Sed dices fortasse: si uno peccante in omnes homines mors pertransiit, & rursus unius iustitia in omnes homines iustificatio uitę peruenit, nec ut moreremur aliquid nobis gestũ est, nec ut uiuamus, sed est mortis quidem causa Adam, uitæ autẽ Christus. Diximus quidem iam & in superioribus, quod parentes non solum generant filios, sed & imbuunt: & qui nascunt, non solum filij parentibus sed & discipuli fiunt, & non tã natura urgentur in mortem peccati q̃ disciplinatu. Nam uerbi causa si quis à deo recedens idola colat, nõne cõtinuo etiã filios si genuerit docebit uenerari & sacrificia offerre dęmonijs? Hoc secundum Adam facit, & in his regnat mors ab Adam, hoc est à natiuitate, usq; ad legis tẽpus: quod ad discretionẽ recti prauiq; operis ueniens capax Christi gratiæ effici potest: & ibi relinquit Adam qui eum uel genuit, uel docuit in mortẽ, & sequit Christum, qui eum & docet, & gignit ad uitã. Vis autem scire quia nõ solum natiuitatis sed & doctrinæ est, in quo mors regnauit ab Adã, disce hoc ex contrarijs: etenim dominus Iesus Christus cũ uenisset quæ perperam gesta fuerant emendare, pro eo quod in mor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem generaret illa quæ ex Adam ueniebat prima natiuitas introduxit secundã natiuitatem, quam regenerationẽ appellauit, per quam sine dubio uitiũ primæ natiuitatis aboleret: & sicut generationi substituit regenerationẽ, ita & doctrinę substituit aliã doctrinam, mittens etenim ad hoc opus discípulos suos, non dixit tantũ: Ite baptizate omnes
Matt.28 gentes: sed ait: Ite docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Sciens ergo utrũq; esse in culpa, utrumq; remediũ dedit, ut generatio mortalis regeneratione baptismi mutaret, & impietatem doctrina pietatis excluderet. Tunc ergo nihil peccãtibus nobis mors regnauit in nobis: sicut rursum non otiosis nobis, & nihil agentibus uita regnabit in nobis. Sed initiũ quidem uitæ datur à Christo, non iuuitis, sed credentibus, & peruenitur ad perfectionẽ uitæ perfectione uirtutum, sicut in mortem dudum præuaricationis similitudine, & uitiorum expletione peruentũ est. Et quamuis tanẽ prudens dispensator uerbi dei Apostolus Paulus occulta hæc in literis suis esse uoluerit & obtecta, inseruit tamen nec siluit in eo ubi dicit: Sed regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen in eos qui peccauerũt in similitudinẽ præuaricationis Adæ. Vides ne ut à peccato nullũ Paulus excuset? Sed & peccati genus designat, similitudinem præuaricationis Adę in unoquoq; constituens, licet ubi, quãdo, aut quomodo ab unoquoq; similitudo ista præuaricationis admissa sit, tutũ non credidit apertius proloqui. Sed qui eruditus est ex lege domini, scit intelligere obscurũ sermonẽ dictaq; sapientiũ & ænigmata. Ideo etiam deniq; de salute quę in Christo, occultius loquitur: & cum
1 Cor.15 dixisset: Sicut enim in Adam omnes moriunt: non dixit, ita & in Christo omnes uiuificantur, sed uiuificabuntur. Et rursum cũ dixisset: Sicut enim unius peccato mors regnauit per unum, ita & per unius iustificationẽ non dixit regnat uita, sed regnabit uita per unũ Iesum Christum. Sciebat enim, ut dixi, scriptum esse, quia fidelis spiritu celat negotia: & itẽ alibi, Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quã absondisti timentibus te. Si enim interroges quãdo uita regnabit per Iesum Christum, & quando iustitia eius in omnes homines iustificationẽ uitæ efficiet, quando in omnes ista beatitudo per ueniet, ipsius domini Iesu Christi sermonib. disce, quibus dicit ad discípulos. Audistis
Ioan.13 hęc omnia? Dicũt ei: etiã domine. Ait eis, Beati estis si feceritis ea. Tunc ergo beati erimus cum uerbum dei nõ solum audire & intelligere, sed & facere possimus. Quãuis enim promittatur exeundum esse quandoq; de carcere, tamẽ designatur non inde exiri posse, nisi reddat unusquisq; etiã nouissimũ quadrantẽ. Quod si etiam quadrantis (quæ est minima peccati pœna) pœna non remittitur, nisi in carcere ut per supplicia luatur: quomodo quis spe impunitatis resoluetur, aut donũ gratiæ peccandi libertatẽ putabit? Igitur ex uno quidem Adam cœpit in hoc mundo regnare peccatũ, & regnauit in eos qui secuti sunt præuaricationis Adæ similitudinẽ, & ideo iudiciũ ex uno in cõdemnationẽ: & rursum per unũ dominum nostrũ Iesum Christũ gratia regnare cœpit per iustitiã, quæ & regnabit omnib. qui obediũt ei, & custodiũt uerba eius, & per hęc ex multis delictis ueniunt ad iustificationẽ uitę. Si enim unius delicto mors regnauit per unũ: multo magis qui abundantiã gratię & donationis iustitiæ accipientes erunt in uita, regnabunt per Iesum Christum.] Si esset sicut delictum ita & donũ, dixisset utiq; Apostolus, quia sicut unius delicto mors regnauit per unum, ita & per unius iustitiã uita regnabit per unum Iesum Christũ. Nunc aũt dicit quia mors quidem unius delicto regnauit per unum, omnes autem abundantiam gratiæ, & dona iustitiæ accipiunt, ut non solum ultra nõ regnet in eis mors (quod & ipsum utiq; non paruæ esset gratiæ) sed & alia duo eis conferunt bona: Vnũ quod pro morte uita in eis regnat Christus Iesus: aliud, quod etiam ipsi regnabunt per unum Iesum Christum. Cum ergo necessaria hæc in eos ueniant bona, id est ut regnum mortis effugiant, & pro morte regnet in eis uita, immo ut & ipsi regnent in uita per unum Iesum Christum: manifestum est quomodo nõ sit ita delictũ sicut & donũ: & quomodo dicatur, multo magis gratia dei & donũ in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundabit. Et illud: Gratia autẽ ex multis delictis in iustificationem. Sed & hoc in præsenti quod dicit, Multo magis abundabit gratia & donum iustitiæ, accipitur in uita, regnabit per unum Iesum Christum dominum nostrum. Quod ergo ait: Vnius delicto mors regnauit per unũ: ostendit quia per delictũ morti regnũ dat: nec potest regnare in aliquo, nisi ius regni accipiat ex delicto. Per quod in-

dicari uidetur, quod cum libera à deo creata sit anima, ipsa se in seruitutem redigat per delictum, & uelut chirographa immortalitatis suæ, quæ à creatore suo acceperat, morti tradat. Anima enim quæ peccat ipsa morietur. Ipsa deniq; anima clamat per prophetã dicens: In puluerẽ mortis deduxisti me. Quod utiq; ei nisi ex delicto non potuisset accidere. Vnde euidenter apparet eam per delictum chirographa sui cõscripsisse cũ morte, ut & libertate immortalitatis amissa, iugum peccati, & regnũ mortis exciperet. Volens igitur Apostolus ostendere quãto maiora per Christum anima recipit quàm amiserat per Adam, frequentat istos sermones, ut dicat, multo magis & abundantia gratię, & donum iustitiæ regnabit per unum Iesum Christum. Quę omnia utiq; declarant multo abundãtiora esse dona quàm damna. Sed require, isti quos dicit regnaturos in uita per Iesum Christum, super quos regnabunt? Videtur mihi quod sicut mortis regnum in eos ostendit fuisse quos sibi peccãdo fecit obnoxios: ita & eorum qui abundantiam & dona iustitię accipiunt, & per unũ Iesum Christum regnaturi dicuntur, regnum ostẽdat futurum super illos qui eis in eruditionem regni dei subditi fuerint, & ut ita dicam, qui sapientiæ, & iustitiæ, ac uitæ quæ in eis est, & super quã regnant, capaces fuerint inuenti. Vnde & non otiose uidetur mihi Apostolus, qui in cęteris locis dixerat: Quia in omnes homines mors pertransiit: & iterum, In plures abundauit: & iterum: Ex multis delictis in iustificationem: hoc in loco neq; omnes, neq; multos, neq; plures posuisse: scilicet ad paucos pertinere istius beatitudinis summam, qui abundantiam gratiæ, & donationis iustitiæ accipientes in uita regnant per unum Iesum Christum. Ipsius autem mortis hoc describitur regnum, quæ in alijs dicitur inimicus esse Christi ultimus uel nouissimus destruendus. Destruetur autem in eo ut ultra non regnet. Quod si non regnat, certum est iam nec delictum futurum esse, in quo solo mortis est regnum, tunc sine dubio cum ad eam dicetur: Vbi est mors aculeus tuus? Quoniam quidem ut ipse Apostolus dicit, 1 Cor.15
aculeus mortis peccatum est, uirtus autem peccati lex: restat ergo tunc neq; legem futuram, si quidem peccati uirtus ipsa dicatur, ut peccati uirtute sublata, merito possit & regnum mortis aboleri. Sed hæc in excessu nunc dicta sint: suis enim in locis opportunius requirentur. Velim tamen percontari, quãdo quidem mortem regnũ usq; ad præsentiam Christi, qui est uita, diximus tenuisse: uenisse uerò Christum dicit Apostolus non solum ad mortem destruendam, sed & ad illum ipsum, qui habebat mortis impetium, id est diabolum: hoc est antequam illud fiat quod scriptum est, Deinde finis: cum tradiderit regnum deo & patri: quis regnat? Si enim dicamus id quod consequens uidetur, quia uita regnat morte destructa, potest nobis occurri: quomodo ergo peccatur, & manifestum est mortem regnare per peccatũ? Si uerò dicamus in quibusdam regnare Christum, hoc est uitam, & in quibusdam mortem: ubi inueniemus in quibus ita regnum sit uitæ, ut regnum mortis in eis nõ habeat potestatem, hoc est qui penitus absq; peccato sint? quæ mihi uidentur magis ad futurũ pertinere regnum, & ibi hæc esse complenda ubi dicitur: quia sit deus omnia in omnibus. Idcirco enim & in oratione dominica dicere docemur, Adueniat regnũ tuum, quasi quod nondum aduenerit: & ipse do- Ibid.
minus in initio prædicationis suæ non dicit: uenit regnum cœlorum: sed appropinquauit regnum cœlorum. Præsens uerò tempus non tam regni dixerim uideri quàm belli, per quod bellum futurũ regnũ quæratur: quãuis hoc ipso belli tempore quia iam ex aliqua parte regnũ mortis infringitur, & paulatim destruitur, quod prius in omnes homines fuerat dilatatũ, Christus regnare dicatur, secundum illud quod scriptum est: Oportet enim eum regnare donec ponat omnes inimicos eius sub pedibus eius. Et item alibi dicit: Nunc autẽ necdum uidemus subiecta esse omnia. Vnde apparet quia hoc quod dicit, Oportet eum regnare, pro regnũ parare posuerit. Certum est enim quia pugnandum est & alligandus est fortis, & sic uasa eius diripiẽda sunt. Et ideo etiã ipse saluator dicit: Non ueni pacem mittere, sed gladiũ. Tamdiu uerò pugnandum est ab his qui regnare uolunt in uita per Iesum Christũ, donec nouissimus inimicus destruat mors. Sed & de abundantia gratiæ, & donis iustitiæ sciendum est, quia ad istud regnũ quod dixi- Ibid.
mus præparari per bellum, non uenit aliquis qui unã gratiam cõsecutus est, hoc est, qui in uno aliquo opere placuerit, sed abundantia gratiæ requiritur, secũdum eum qui dicit: Abundantius autem ęq; omnes illi laborauí: non autem ego, sed gratia dei mecum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Similia quoq; etiam ijs quos imbuit precatur, cum dicit: Gratia uobis & pax multiplicetur. Multiplicatur ergo gratia & abundat, si & sermo noster semper in gratia sale sit conditus, & opus nostrũ cum gratia humilitatis & simplicitatis fiat, & omnia quæ agimus ad gloriam dei agamus. Similiter etiam de dono iustitiæ accipiendum. Nihil enim
Psal.105 sine iustitia agere debet qui iustificatur à Christo, secundum eum qui dicit: Beati qui custodiunt iudicium & faciunt iustitiam in omni tempore: & secundum quod sapientia
Sap.7 pronũciat dicens: Quia & si perfectus sit quis in filijs hominũ, si non adsit iustitia, à deo in nihilum reputabitur: & hoc modo qui habuerit abundantiã gratiæ & dona iustitiæ, in uita regnabit per unum Iesum Christum. Itaq; sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ita & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ.] Iam & superius diximus quod per delictum Adæ uelut aditus quidam datus est, quo in omnes homines uel peccatum, uel mors peccati, uel cõdemnatio peruenire. Econtrario ergo Christus aditum iustificationis aperuit, per quem uita ingre-
Ioan.10 dereť ad homines: & ideo dicebat de semetipso. Ego sum ostium, per me si quis ingressus fuerit saluabitur. Sed de his iam in superioribus satis dictum. Illud tamen obseruandum est, quod non dixit in omnes homines in condemnationem mortis, sed tantũmodo in condemnationem, quo scilicet in omnibus probet multo abundantius donũ esse quàm delictum. Quomodo sane uel quæ condemnatio in omnes homines uenerit, uidendum est: & sufficere forsitan potest secũdum simplicem expositionem, ut dicamus cõdemnationem esse delicti communem hanc mortem, quæ omnibus uenit, & ueniet etiam si iusti uideantur. Quod si forte aliquis obijciat de Enoch & Helia qui translati sunt ne uiderent mortem, id hoc modo excusabitur, quod non cõtinuo falsa uideantur ea quæ de omnibus dicuntur, si aliqua dispensatio dei in uno uel duobus hominibus facta est. Sed & illud quis competenter (ut arbitror) proferet in loco, quia cum deliquis-
Gen.3 set Adam scriptum est quod eiecit eum dominus de paradiso, & constituit eum in terra hac contra paradisum delitiarũ: & hæc fuit delicti eius condemnatio, quæ in omnes homines sine dubio peruenit. Omnes enim in loco hoc humiliationis & in cõualle fletus effecti sunt: siue quod in lumbis Adæ fuerunt omnes, qui ex eo nascuntur cum ipso pariter eiecti sunt, siue alio quolibet modo inenarrabili & soli deo cognito, unusquisq; de paradiso trusus uidetur excepisse condemnationem. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiã iusti constituentur multi. Potest quidem fieri ut secundum ea quæ in superioribus obseruauimus, Paulus uolens mysteria secretiora cõtegere, quos alibi omnes dixerat, alibi multos ponat: ne forte si dixisset per unius obedientiã peccatores factos esse omnes, & necessario subiunxisset, ita & per unius obedientiam iusti constituentur omnes: uideretur ex huiusmodi promissionis securitate resoluere animos eorum, quibus expedit esse sub metu: & ideo nos fidelis & prudentis in uerbo dei dispensatoris consilium seruantes, pro eo magis satisfacere debemus, quomodo per unius inobedientiã non omnes, sed multi sunt peccatores facti. Nam per unius obedientiam quomodo non omnes sed multi constituantur, difficultatem non habebit intelligentię, secundum illud quod dominus
Matt.8 dicit in euangelio: Multi enim uenięt ab oriente & occidente, & recũbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno dei: & non dixit omnes uenient. Peccatores autẽ quomodo multi & nõ omnes uideantur, cum idem Apostolus dicat quod omnes peccauerunt? Debemus ostendere, aliud esse peccasse, aliud peccatorẽ esse. Peccator dicit̃ is qui multa delinquẽdo in consuetudinẽ, & (ut ita dicã) studiũ peccãdi iam uenit: sicut econtrario iustus non dicit̃ is qui semel aut bis aliquid iustitiæ fecerit, sed ille qui semper iuste agendo in usu & cõsuetudine iustitiã habet. Nã si quis in cæteris ferè omnibus iustus sit, semel aũt aut bis aliquid iusti operis egerit, iste quidẽ in eo opere in quo iustitiã tenuit iuste egisse dicitur, nõ tamẽ ex hoc iustus appellabit̃. Ita & iustus peccasse quidẽ dicitur si aliquid cõmiserit aliquando quod nõ licet, nõ tamen ex hoc peccator appellabitur, qui peccandi usum & consuetudinem non tenet: sicut & medicus ille nõ dicitur, qui aut leuiter ruptæ capitis cuti scit imponere araneam, aut qui tumorẽ uulneris aqua calida fouerit, quamuis etiã hoc medicina esse uideat̃: sed ille dicitur medicus qui usum & studium ac disciplinam habet medendi. Ex quibus omnibus puto sufficienter ostendi quod

di quod aliud est peccare, aliud peccatorem esse. Omnes enim potest fieri ut peccauerint, etiam si sancti fuerint: quia nemo mundus à sorde, ne si unius diei fuerit uita eius. Quis enim est qui non aut in facto, aut in uerbo, aut qui cautissimus certe est, uel in cogitatione peccauerit? Et ideo ut dixi peccasse quidem omnes merito dicentur: peccatores autem facti non omnes sed multi. Simili quoq; forma & iusti multi habebuntur non omnes, etiam si omnes iusti aliquid operis agunt. Bene autem ab Apostolo etiam temporum ratio custoditur. Nam cum multos constitutos esse peccatores ad præteritũ retulerit, iustos constituendos esse multos ad futurũ transtulit tempus, sciẽs sine dubio quod processu prædicationis euangelicæ iustorũ multitudo maior accresceret. Quod autẽ iusti multi fuerint etiam ante Saluatoris aduentũ, idem dominus testatur in Euangelio cũ dicit: Multi Prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uidetis. Sed aliter hic mul Matt.13
tos dicit Saluator iustos, & aliter Apostolus posuit. Nam Saluator Apostolorũ numerum aspiciens ad ipsorum comparationẽ multos dixit iustos & Prophetas: in præsenti uerò loco Apostolus multos ad omnium qui in hoc mundo nati sunt & nascentur comparationem intellígendus est reuocasse: igitur per unius inobedientiã peccatores constituti sunt multi: secundum eam obseruantiã multi peccatores intelligẽdi quam suprà de peccante & peccatore protulimus. Quod si quis nobis obijciat illud quod de se ipso
1 Tim.1 dicit Apostolus: quia Christus Iesus uenit in hoc mundo peccatores saluos facere, quo rum primus ego sum: quasi etiã se peccatorem dicere uideatur: dicemus quod aliud est ex persona scripturæ, uel prophetæ, uel domini aliquem peccatorẽ designari: aliud est iustum ipsum sui fieri accusatorem, & humiliare semetipsum ut exaltetur à deo: quamuis Paulus in eo quod dicit persecutum se esse ecclesiam dei, & expugnasse eam, & traxisse uiros ac mulieres, & in uincula cõiecisse, licet ignorantia fecerit, & misericordiã consecutus sit, tamen cũ hæc faceret nõ immerito fortassis peccatorẽ se dici debuisse fateatur. Vt aũt distinctiõis huius quã dedimus inter peccare & peccatorẽ esse, euidẽter adhuc ratio clarescat: uide Cain, qui cũ manifeste peccator sit, fecit tamẽ aliquid rectũ: propter quod dominus ad eum dixit: Si recte offeras. Et Pharao cũ dicit: Dominus iu- Gen.4
stus, ego autem & populus meus impij: iustum aliquid fecit, sed non ex hoc iustus dici Exod.9
tur: & multa huiusmodi in scripturis diuinis inuenies, ex quibus & iustum peccasse aliquid, & peccatorẽ iusti aliquid egisse deprehendes: nec tamẽ iustũ quia in aliquo peccauerit peccatorẽ dictum, aut peccatorem qui aliquid iustè egerit, iustum inuenies appellatum. Verum ne illud quidem intentum prætereat auditorẽ, quod ubi inobediẽtiam unius dicit, addidit hominis, per quem peccatores constituti sunt multi. Hic enim per quẽ iusti fiunt, sine dubio ipsa iustitia est: sicut & idem Apostolus dicit de Christo: Qui factus est nobis iustitia à deo. Dedit ergo Adam peccatoribus formã per inobedi 1 Cor.1
entiam, Christus uerò econtrario iustis formã per obediẽtiam posuit, sicut & alibi scri- Rom.6
ptum est: Obedistis autem ex corde in eam formam doctrinę in quam traditi estis. Proptereà enim & ipse obediens factus est usq; ad mortẽ, ut qui inobediẽtię formã sequentes cõstituti sunt peccatores, obedientiam Christi imitantes saluí fiant. Lex aũt subintrauit, ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictũ, superabundauit & gratia, ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita gratia regnet per iustitiam in uitam æternam, per Iesum Christum dominũ nostrum.] Si quidem antequã lex per Moysen daretur nemo peccasset, uolentes accusare legem ex his apostolicis uerbis Marcion & cę teri hæretici occasionem capere uiderentur, tãquam hæc fuerit causa datæ legis, ut peccatum quod ante legem non fuerat, abundaret. Sed nescio quod tempus inueniatur ua Gen.4
cuum peccatis ante legem. Quando interficiebat Cain Abel, & terram fraterno sangui
ne polluebat, ita ut diceret ad eum deus, Maledicta terra quę aperuit os suum ut susciperet sanguinem fratris tui, nõ abundabat peccatum? Abundabat plane, & quidem cum Ibid.
& homines abundarent: uel tunc cum dicebat Lamech, Occidi uirum in uulnere meo, & iuuenem in liuore meo. Et de Cain quidem iudicatum est septies, de Lamech uerò septuagies septies. Noe uerò temporibus in tantum abundauit delictum, ut uidens, Gen.6
inquit, deus quia multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram, & omnis homo cor suum diligenter apposuit in malitia omnibus diebus uitæ suæ: recogitauit dominus quia fecerat hominem super terram, & pœnituit in corde suo, & dixit: Deleam ho

Universidad de Deusto
Biblioteca

minem quẽ feci à facie terræ, ab homine usq; ad pecus, & à reptilibus usq; ad aues cœli, quoniam pœnitet me quod fecerim eos. Et iterũ, cum dicitur: Corrupta est terra in conspectu domini, & repleta est terra iniquitatibus. Et uidit deus terrã & erat corrupta uade, quia corruperat omnis caro uiam suam super terrã. Quis ergo ita stolidus qui in his omnibus neget abundasse peccatũ? Vel certe cum de Sodomitis dicitur à deo, Descendi ut uiderem si secundum clamorem Sodomitarum consumantur iniquitates eorum: uel cum circumsteterunt domum Lot, impudicitiæ suæ scelus etiam in angelos molientes? Aut tunc fortasse nõ abundabat peccatũ, cum Pharao affligebat filios Israel in luto & latere, & natos eorum necari uolebat in flumine? Et utiq; nondum Moysi lex subintrauerat, cũ hæc tanta peccatorũ labes diffundebatur in terra. Ex quibus colligitur, hæreticos quos supra diximus, uel si qui cum illis hęc de Moysi lege dicta suscipiunt, ne leuiter quidem apostolicum sensum potuisse cõtingere. Magis ergo illud in hoc loco debet intelligi, esse (ut sæpe iam diximus) legem naturę quæ scripta est non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, nõ atramẽto, sed spiritu dei uiui: quę lex ab illo qui ab initio creauit hominẽ, ita in principali cordis eius ascripta est, ut opportuno tẽpore, cum iam paginæ ipse mentis adoleuerint, uel potius ut scriptura nominauit, ubi tabulæ cordis carnales cœperint augmẽto tanto aperiri, diffundi incipiat per interna cõsciẽtiæ & repleri rationibus sensus. Tunc ergo aduersum præcepta quæ ex huiusmodi lege naturaliter suggerunt, uolũtas carnis exurgit, & alia suggerit desideria: & hoc est quod

Rom. 7 ait Apostolus, legem in membris positam resistentẽ legi mentis. Hanc ergo nũc legem membrorum posuisse in hoc loco uidetur apostolus, quam subintrasse dicit ut abundaret peccatũ. Nam & ipse sermo quo usus est, plenissime mihi uidetur hæc quæ dicimus indicare. Aliud nanq; est intrare, aliud subintrare, sicut est aliud ducere, & aliud subducere, aliud trahere, & aliud subtrahere. Subintrare nãq; hoc indicat, cũ alio ingresso subobtentu alius ingreditur. In qua ratione, quam supra exposuimus, euidenter ostenditur quod sub obtentu legis naturalis, quã legem mẽtis nominauit Apostolus, quę legi dei consentit, orta sit lex membrorũ: quæ desideria carnis suggerens, & captiuũ hominem ducens libidine ac uoluptatibus inquinatũ, facit in eo abundare peccatum. Sic ergo lex subintrauit ut abũdaret delictũ: sed ubi abũdauit, inquit, peccatũ superabũdauit gratia. Sicut in superioribus docuimus, ubi per singula quæq; comparationẽ facit eorum quæ ex præuaricatione Adam accidisse uidentur aduersa, & multo maiora ostendit esse quę per gratiam Christi ad remediũ collata sunt: & in præsenti loco cum dixisset abundasse peccatũ, sermone dignissimo usus est quo abundantiã uinceret, & superabundantiam poneret. Superabundauit autem gratia Christi in eo, ut nõ solum à præteritis peccatis absolueret hominẽ, uerum etiam cõmuniret à futuris. Siquidem duo quędam regna ostendit in homine, unum quo peccatum in morte regnauit, aliud quo gratia per iustitiam regnet in uita. Gratia ergo est quæ de regno suo, id est de membris nostris peccatũ eiecit & expulit, cum quo necessario etiã mors pariter excluſa est, ut ita demũ regnum sibi in nobis gratia per iustitiam uendicaret, & ubi mors fuerat, æterna uita consisteret.

Rom. 6 Hoc aũt est quod & alibi idem Apostolus dicit: Nõ ergo iam regnet peccatũ in uestro mortali corpore, & idẽ alibi: Sicut enim exhibuistis mẽbra uestra arma iniquitatis peccato, ita nunc exhibete mẽbra uestra arma iustitię deo. Est ergo grandis superabundantia ex eo quod ubi peccatũ fuit & mors, ibi nunc est gratia, & iustitia, & uita æterna. Et hæc omnia sunt quidem supra cætera per dominum nostrũ Iesum Christum: potest autem fieri, ut sicut hæc omnia bona dixit existere per dominũ, ita & illa mala intelligi uoluerit extitisse per diabolum, sed siluisse de auctoris eorũ nomine, ut superabundantiã gratiæ in hominibus assignaret. Nam sicut Christus unum quidem est per substantiam, multis aũt uirtutibus & operationibus designatur, & gratia ipse esse intelligitur, sicut iustitia, sicut pax, sicut uita, sicut ueritas, sicut uerbũ: ita fortassis & diabolus in multis uel in diuersis significationibus sæpe potest intelligi. Nam & peccatũ quod regnare dicitur,

1 Cor. 15 ipse putãdus est: & mors ipse credendus est, de quo dicitur, quia & nouissima inimica destruetur mors. Sed & perditio ipse intelligitur, secundum illud quod dictum est à propheta: Perditio factus es, & non subsistes in æternũ tempus. Sed & quod dicit Apostolus, Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, puto quod magis de ipso

ipso dictum sit. Ipse em̃ auctor peccati & mortis & perditionis, & consequenter ab inuentis rebus auctor inuẽti nominat. Non ergo potest fieri ut sine rege aliquãdo sit anima, sed hoc prouidendum est ut Christũ regẽ habeat, cuius iugũ suaue est, & onus leue, & nõ diabolũ, cuius regnũ graue est. Iniquitas enim est quę sedet super talentũ plumbi. Christus aũt ubi regnat, ibi superabundat gratia & iustitia in uita æterna.

CAPVT VI

Q VID ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc uiuemus in eo?] Quoniam superius dixerat, quia ubi abundauit peccatum, superabundauit & gratia, nascentem ex hoc quæstionem nunc sibi ipse proponit, quia si abundantia peccati gratiæ superabundantiam parit, ergo peccandum est, ut gratia plus abundet. Sed absolutionem etiam quæstionis ostendit cum dicit: Absit, & continuo subiecit rationem, mortuos dicens esse peccato eos in quibus abundauerit gratia. Certum est autem mortuum, peccatorem esse non posse. Non ergo permanere poterit in peccato qui mortuus est peccato. Verum hęc ut apertius clarescant, requiramus quid est uiuere peccato, & quid est mori peccato. Sicut deo uiuere dicitur is qui secundum uoluntatem dei uiuit, ita peccato uiuere dicitur is qui secundum uoluntatem peccati uiuit, ut idem designat Apostolus cum dicit: Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius. In quo ostẽdit quod obedire desideriis peccati, hoc est uiuere peccato. Quod si facere desideria peccati peccato uiuere est, non facere desideria peccati, nec obedire uoluntati eius, hoc est mori peccato: quod tamen pecatũ uelut sedem quandam & solium regni sui in nostro corpore collocatum habere dicit Apostolus. Est enim familiarior ei pars ista substantiæ & amica quædam cum carnis uoluptatibus, ex qua occasiones incitamenti naturalis assumens paruo diuerticulo in præcipitium mortis naturæ ordinem uergit. Sed ut quod dicimus apertius explanetur, adhuc ex empli causa ponamus. Naturales appetentias habet caro cibi & potus, quæ intra certas mensuras sufficientiæ continentur, quas si quis excedat persuasione peccati, iam non cibum & potum, quod naturæ sufficit, caro: sed luxuriã temulentiamq; deposcit. Simili etiam modo ineſt carni incitamentum naturale, quo misceri fœminæ causa reparandæ successionis exposcat, sed si ex hac occasione persuadẽte peccato declinet à lege, & naturalis libidinis motus ad illicita concitetur, peccato uiuit, qui in his singulis non dei legi, sed peccati persuasionibus paret. Si ergo cõmonitus quis morte Christi qui pro impijs mortuus est, pœniteat in his omnibus, & uelut pessimũ regem regnãtem in sua carne depellat, alienũq; se ab eius desideriis faciat ac præceptis, iste per mortẽ Christi peccato mortuus esse dicitur. Hic autẽ peccatũ ipsum peccati auctorẽ arbitror nominari. Si ergo moriẽ quis peccato, certũ est quia per pœnitentiã moriẽ. Quomodo ergo quis permanebit in peccato ut gratia abũdet, cũ gratia ex eo abũdet, quòd peccato quis moriturę? Si enim permaneamus (ut proponitur) in peccato, certũ est quia nõ morimur sed uiuimus peccato: uiuentibus aũt peccato gratia non potest abundare. Requiritur sanè, si in solis hominibus superabundat gratia, in quibus abundauit aliquãdo peccatũ, & in nullo superabundet gratia nisi in quo abundauit peccatũ, an & aliquibus potest superabundare gratia, in quibus nunq; uel abũdauerit, uel fuerit peccatũ. Et si quis illud aspiciat quod dicit Apostolus: quia pacificauit Christus per sanguinẽ suum nõ solũ quæ in terris sunt sed quæ in cœlis, & illud uelit, quod sine dubio pro omnibus gustauerit mortem, putabit & ibi similiter aliquam abundantiã fuisse peccati, ut nihilominus & gratiæ superabundantia fieret. Si uerò ad hoc quod superior lectio cõmemorauit attẽdas, ubi peccatũ in hunc mundũ per unũ hominẽ dicit introisse, & per peccatũ mortem, & ita in omnes pertransisse: dices ex illo initio pendere etiã ista quę habentur in manibus, ut de his solis de quibus in initio proposuit apostolus, tractare uideat, id est quæ ad homines tantũmodo spectant. Obseruandum sane est q̃ librato sermone usus sit Apostolus ut diceret, Permanebimus in peccato. Permanere nãq; est à cœpto nõ desistere. Quod utiq; si quis faciat, certũ est quod nec initiũ cõuersionis accepit. Illud aũt interdum accidit, ut nõ quidẽ permaneat quis in peccato, sed cũ desierit, rursum redeat ad uomitum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& fiat infeliciſſimus, ut poſt depulſum in ſe regnũ peccati & mortis, & regnũ uitæ iuſti tiæq; ſuſceptũ, iterum ſe dominationi peccati ſubſternat & mortis, & iſta ſunt quæ nau fragia fidei appellat apoſtolus. Veruntamen quãuis permaneat quis in peccato, quãuis ſub mortis regno & poteſtate perduret, non tamen ita æternum iſtud mortis eſſe arbi tror regnũ, ut eſt uitæ atq; iuſtitiæ, maxime cũ & nouiſſimã inimicã mortẽ ab apoſtolo audiam deſtruendã. Et re uera ſi eadem æternitas mortis ponat eſſe quæ uitę eſt, iam nõ erit mors uitæ cõtraria ſed æqualis. Æternũ nanq; æterno contrariũ non erit, ſed idem. Nunc aũt certum eſt mortẽ uitæ eſſe contrariã, certũ eſt ergo quia ſic uitæ æternę mors eſſe non poſſit æterna: unde & neceſſariũ locum tenet reſurrectio mortuorũ. Cũ enim mors animæ quæ eſt nouiſſimus inimicus fuerit deſtructa, etiã hæc cõmunis mors, quã illius uelut umbrã eſſe diximus, neceſſario abolebit, & tunc cõſequenter reſurrectioni mortuorũ dabitur locus, ubi regnũ mortis pariter cũ morte deſtructũ eſt. Sed nos non expectemus quãdo iſte inimicus deſtruatur nouiſſimus, qui ſemel illuminati ſumus, & guſtauimus donũ cœleſte, ac participes facti ſumus ſpiritus ſancti, & bonũ guſtauimus dei uerbũ, uirtutes quoq; ſeculi futuri: ſed permaneamus in gratia: nec expectemus ut iterũ poſt lapſum renouemur ad pœnitentiã, rurſum crucifigentes in nobis ipſis filium dei, & oſtentui habentes, ſed regnũ iuſtitiæ in nobis fiat regnum æternum. Hoc interim fugiamus regnum mortis, ex quo liberati ad regnũ uitæ æternæ peruenimus, ut gratia per iuſtitiam regnet in nobis in uita æterna per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrũ. Quod er go dixit: Mortui ſumus peccato, hoc eſt quod alibi ait: conformes nos Chriſti morti ef fectos, qui ſemel peccato mortuus eſt. Quod aũt dicit ſemel, ex integro ſignificat. Ex integro nãq; Chriſtus peccato mortuus eſt, qui peccatũ non fecit, nec fuit dolus in ore eius. An ignoratis quia quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius ba ptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmũ in mortẽ, ut quẽadmodũ Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Obſerua diligentius ordinẽ dictorũ, & conſequentiã. Comparat enim mortẽ quæ per Adam, uitæ quæ per Chriſtum eſt, & dicit: Non ſicut delictum, ita & donũ: & item poſt hæc ait: Legem ſubintroiſſe ut abundaret delictũ, abundante uerò peccato ſuperabun daſſe gratiã, & in his ſoluit quod uidebatur eſſe contrariũ, & dicit: Qui enim mortui ſu mus peccato, quomodo uiuemus adhuc in eo? Nunc ergo uolens rebus ipſis oſtẽdere quid eſt mortuũ eſſe peccato, dicit: An ignoratis quia quicunq; baptizati ſumus in Chri ſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus ei per baptiſmum in mortẽ: docens per hoc quia ſi quis prius mortuus peccato eſt, is neceſſario in baptiſmo conſepultus eſt Chriſto. Si uerò non ante quis moriẽ peccato, non poteſt ſepeliri cum Chriſto. Nemo enim uiuus aliquando ſepeliẽ. Quod ſi non ſepeliẽ cum Chriſto, nec le gitime baptizatur. Verũ de ratione baptiſmatis, cũ exponeremus euangeliũ ſecundum Ioannem, ubi uentũ eſt ad eũ locũ in quo dicit de Ieſu: Ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſan
Ioan.3 cto, & itẽ ubi ipſe ſaluator dicit: Niſi quis renatus fuerit denuo ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnũ dei, pro uiribus noſtris quæ occurrere potuerunt, imò quæ do nauit deus diximus, ubi & ſermonis id quod dicitur: Niſi quis renatus fuerit denuo, al tius aperire tentauimus. Quod eũ nos Latini habemus denuo, Græci ἄνωθεν dicũt: qui ſermo utrunq; ſignificat, & denuo, & de ſuperioribus. In hoc ergo loco, quia qui bapti zatur à Ieſu, in ſpiritu ſancto baptizatur, nõ ita denuo, ut de ſuperioribus intelligi con uenit: nam denuo dicimus cũ eadem quæ geſta ſunt repetuntur, hic aũt non eadem na tiuitas repetitur uel iteratur, ſed de ſuperioribus ſuſcipit noua natiuitas, & ideo rectius legeremus in euãgelio: ſi quis nõ fuerit renatus de ſuperioribus nõ poteſt introire in re gnũ dei, hoc enim eſt in ſpiritu ſancto baptizari. Cui rationi ut de ſuperioribus eſſe ba ptiſmũ confirmet, nõ immerito ad ſanctũ ſpiritũ coniungunt etiã aquæ quæ ſub cœlo ſunt, ut laudent nomen domini. Et quãuis ſecundũ typum eccleſiæ traditũ omnes bapti zati ſumus in aquis iſtis uiſibilibus, & in chariſmate uiſibili, tamen qui mortuus eſt pec cato, & uere baptizat in morte Chriſti, & conſepelitur ei per baptiſmum in morte, iſte uere in ſpiritu ſancto baptizatur de ſuperioribus & aqua. Et intuere adhuc diligentius myſtici ordinis conſequentiã. Mori prius oportet peccato, ut poſſis ſepeliri cũ Chriſto. Mortuo enim ſepultura debetur. Si enim uiuis adhuc peccato, conſepeliri non potes

Chriſto, nec in nouo eius ſepulchro collocari, quia uetus homo tuus uiuit, & nõ poteſt in nouitate uitæ ambulare. Propterea nãq; curæ fuit ſpiritui ſancto tradere per ſcriptu ras quod & ſepulchrũ nouum fuerit in quo ſepultus eſt Ieſus, & quod in ſindone mũda obuolutus ſit: ut ſciat omnis qui conſepeliri uult Chriſto per baptiſmũ, nihil uetuſtatis ad ſepulchrũ nouũ, nihil immunditiæ ad mundam ſindonem deferendum. Iſta eſt ergo mors beata, de qua dicit apoſtolus, quia ſemper mortem Ieſu Chriſti in corpore noſtro 2 Cor.4
circũferimus. Et iterũ: Quotidie morior. Sed & illud cum dicit: Omnia ueſtra ſunt, ſiue 1 Cor.3
Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue hic mundus, ſiue uita, ſiue mors, mortẽ hanc qua peccato morimur, & Chriſto cõſepelimur enumerat. Verum poteſt quis in his locis re quirere, cur apoſtolus de baptiſmo noſtro loquens & de Ieſu dixerit: Conſepulti ei ſu mus per baptiſmum, & iterum alibi: Si commorimur ei & conuiuemus: item, Si cõpati mur, & cõregnabimus, & nuſquã dixit Chriſto cõbaptizati ſumus, cũ utiq; ſicut mors morti, & uita uitæ, ita & baptiſmus baptiſmo cõferri debuiſſe uideat. Sed uide in apo ſtoli literis quanta cautela ſit: ait enim quicũq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu. Noſtrũ ergo baptiſma in Chriſto Ieſu eſſe dicit. Ipſe aũt Chriſtus à Ioanne baptizatus refertur, nõ eo baptiſmate quod in Chriſto eſt, ſed eo quod in lege eſt. Ita enim ipſe ait ad loan- Matt.3
nem, Sine modo, ſic enim decet nos adimplere omnẽ iuſtitiã. In quo oſtendit, quod ba ptiſma Ioannis expletio erat ueterũ, non inchoatio nouorũ. Denicq; refertur in Actibus Apoſtolorũ, quod quidã ex diſcipulis qui baptiſmo Ioannis fuerãt baptizati, apoſtolo rum ſentẽtia rebaptizati ſunt in nomine domini Ieſu. Quicũq; ergo baptizati in Chri ſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Requiras fortaſſis etiam hoc quod ipſe domi nus dixit ad diſcipulos, ut baptizarent omnes gentes in nomine patris & filij & ſpiri tus ſancti, cur hic Apoſtolus ſolius Chriſti in baptiſmo nomen aſſumpſit dicens: Qui cunq; baptizati ſumus in Chriſto, cũ utiq; nõ habeat legitimũ baptiſma, niſi ſub nomi ne trinitatis. Sed intuere prudentiã Pauli, quoniã in præſenti loco non tam baptiſmatis rationem, q̃ mortis Chriſti diſcutere cupiebat, ad cuius nos ſimilitudinẽ etiã ſuade ret mori debere peccato, & conſepeliri Chriſto. Et nõ utiq; cõueniens, ut ubi de morte di ceret, uel patrẽ nominaret, uel ſpiritũ ſanctum. Verbũ enim caro factum eſt, & merito ubi caro eſt ibi de morte tractatur. Nec conueniebat ut diceret, quicunq; baptizati ſu mus in nomine patris, uel in nomine ſpiritus ſancti, in morte ipſius baptizati ſumus. Vnde obſeruanda eſt in hoc loco & in cæteris cõſuetudo apoſtoli, quod nõ ſemper cũ aliquid ex ſcripturis aſſumit, integrũ textum uerborũ ut in ſuo loco poſitus eſt aſſumit, ſed ea tantum, quæ præſentis cauſæ requirit aſſertio, ſicut in præſenti ſermone diximus: quia de morte Chriſti docere cupiebat, ſufficit ei dicere, quicunq; baptizati ſumus in Chriſto, in morte ipſius baptizati ſumus: Mihi uerò ne illud quidẽ otioſe præmiſiſſe in hoc capitulo uideat apoſtolus quod dicit: Aut neſcitis. Per quod oſtendit, quia tũc, hoc eſt apoſtolorũ temporibus, non ut nunc fieri uidemus, typus tantummodo myſteriorũ his qui baptizabantur, ſed uirtus eorũ ac ratio tradebatur, & tanq; ſciẽtibus & edoctis, quia qui baptizant, in morte Chriſti baptizantur, & conſepeliuntur ei per baptiſmũ in mortẽ: & quia ſicut Chriſtus ſurgens à mortuis per gloriam patris, in nouitate uitæ am bulare debeant hi qui baptizati ſunt: hæc apoſtolus ſcribit. Adhuc fortaſſis etiã hoc in præſenti capitulo requiratur: Si mortui ſumus peccato, & cõſepulti ſumus Chriſto, & cõ ſurreximus cum eo, neceſſariũ uidebitur ſecundum hanc formã oſtendi, quomodo etiã cũ ipſo tres dies, & tres noctes in corde terræ ſepulti fuerimus. Et uide ſi poſſumus tres dies cõſepulti Chriſto facere, cum plenã ſcientiam trinitatis capimus, lux enim pater, & in lumine eius qui eſt filius, lumẽ uidemus ſpiritũ ſanctum. Facimus aũt & tres noctes, cum deſtruimus tenebrarũ & ignorantiæ patrem unà cũ mendacio quod ex eo natum eſt, & mendax eſt ſicut & pater eius, & cum loquitur mendaciũ de ſuis proprijs loquitur. Sed & tertio loco ſpiritum erroris deſtruimus, qui inſpirat pſeudoprophetas ut dicant: Hæc dicit dominus, quos dominus non miſit. Deſtruimus hæc & conculcamus, ſi con ſepulti ſumus Chriſto, etiã ſecundum illud quod ipſe dicit: Ecce dedi uobis poteſtatem Luc.10
calcandi ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones, & ſuper omnem uirtutẽ inimici. Quæ ſingula ita ſunt contraria ueritati & trinitati, ut nox diei, ut tenebræ luci, ut mendacium ueritati. Hæc interim quæ nobis in præſenti loco occurrere potuerunt. Si quis autẽ melius ali quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid senserit, non pigeat his omissis illa recipere. Veruntamen hoc est quod colligitur ex his apostoli dictis per altiorem intelligentiã, quod sicut nemo uiuus potest sepeliri cum mortuo, ita nemo qui adhuc uiuit peccato, potest in baptismo cõsepeliri Christo, qui mortuus est peccato, & ideo qui festinant ad baptismũ, hoc prius curare debent, ut moriãtur ante peccato, & sic possint consepeliri Christo per baptismũ, ut & ipsi dicant, Semper mortẽ domini nostri Iesu Christi in corpore nostro circũferentes, ut & uita Iesu Christi manifestetur in carne nostra mortali. Quomodo autẽ manifestetur uita Iesu Gal.2 Christi in corpore, ipse Paulus ostendit cum dicit: Viuo autem iam non ego, uiuit uerò 1 Ioan.4 in me Christus. Hoc idem quod apostolus Ioannes in epistola sua scribit cum dicit: Omnis spiritus qui cõfitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo est. In quo utiq; non is qui syllabas istas pronunciauerit & cõmuni confessione protulerit, dei spiritu agi uidebitur, sed q uitam suã ita formauerit, & ita fructus operis attulerit, ut Christũ in carne uenisse, & mortuum esse peccato, ac uiuere deo, ipsa operũ suorũ & sensuum religione monstrauerit. Videamus nunc, postquã quid sit consepeliri Christo pro uiribus aperuimus, etiã hoc quod ait: Vt sicut surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Sicut consepulti sumus Christo, secundum ea quæ suprà diximus, id est secundum quod mortui sumus peccato, cõsequenter utiq; resurgẽte Christo à mortuis & nos cum ipso simul resurgemus, & illo ascẽdente ad cœlos cũ ipso simul ascendemus, & sedente ipso ad dextram patris, cum ipso simul in cœlestibus sedere dicemur, secundum quod idem apostolus in alijs dicit: quia coexcitauit nos Christo, simulq; fecit sedere in cœlestibus. Surrexit Christus per gloriam patris: & nos si mortui sumus peccato, & Christo cõsepulti, quia omnes qui uident opera nostra bona, glorificent patrem nostrum qui in cœlis est, merito Christo cõsurrexisse per gloriã patris dicimur, ut in nouitate uitæ ambulemus. Nouitas autem uitæ est, ubi ueterem hominẽ cum actibus suis deposuimus, & induimus nouum, qui secũdum deum creatus est, & qui renouatur in agnitione dei secũdum imaginẽ dei, secundũ imaginẽ eius qui creauit eum. Neq; enim putes quod innouatio uitę quę dicitur, semel facta sufficiat, sed semper quo 2 Cor.4 tidie (si dici potest) ipsa nouitas innouãda est. Sic enim dicit apostolus: Nam & si is qui foris est homo noster corrumpitur, sed qui intus est renouat̃ de die in diem. Sicut enim uetus semper uetera scit, & de die in diem uetustior fit, ita & nouus hic semper innouatur, & nunq; est quando non innouatio eius augeat. Intuere denique eos qui in fide proficiunt, & quotidie in uirtutibus enitescunt, quomodo semper bonis operibus adijciũt meliora, & honestis actibus honestiora conquirant, quomodo in intellectu, in scientia sapientiaq; ditescant, & ea quæ ante minus plana ad intelligendum uidebantur, aperta postmodũ dilucidaq; perspiciunt. Et uide si non rebus ipsis huiusmodi hominẽ quotidie dixeris innouari, sicut ecõtrario (ut diximus) si quis uetus effici cœperit, proficiet in peius, & quotidie uetustior, & semetipso deterior inuenietur. In nouitate ergo uitæ ambulemus, ostendentes nosmetipsos ei qui nos cũ Christo suscitauit quotidie nouos, & ut ita dixerim pulchriores, decorẽ uultus nostri in Christo tanquam in speculo colligentes, gloriamq; in ipso domino speculantes eadẽ imagine transformemur, quia Christus surgens à mortuis ab humilitate terrena ad gloriam paternę maiestatis ascẽdit. Sed adhuc quod dixit: In nouitate uitæ ambulemus, uidete ne forte mystice illud ostendat, ut donec proficiat quis ambulare dicatur. Nec tamen putandum est quod sine fine ambulare dicatur, sed uenire aliquando ad eum locũ eos qui in his profectibus ambulant, Act.7 ubi stãdum sit. Sic denique primo martyri Sthephano qui iam ad perfectiõis uenerat gradum, stans à dextris uirtutis apparuit Iesus Christus, & ad Moysen, qui & ipse post mul Deut.5 tos profectus ad perfectionem uenerat, dicit dominus: Tu aũt hic sta mecũ. Sed & Pau 2 Tim.4 lus ubi in semetipso consummationẽ perfectionis agnouit, dixit: Cursum cõsummaui. His autem qui se putarẽt perfectos esse, nec tamẽ essent, dicit: Qui se putat stare, uideat ne cadat. Imperfectis uerò & adhuc initia habẽtibus dicitur ut ambulent post dominũ Matt.15 deum suum, & de alijs dicitur, Dimittere eos ieiunos nolo, ne forte deficiant in uia. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, hoc sciẽtes, quia uetus homo noster simul crucifixus est ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Qui mortuus est, iustificatus est à peccato.] Omnia hæc ad illam

ad illam respiciunt quæstionem, ne uideatur locum dedisse peccandi in eo quod diximus: Vbi abundauit peccatũ superabundauit gratia. Idcirco nanq; & mortuos nos dicit esse peccato, & quicunq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizatos nos dicit: & nunc complantatos nos ad mortis eius similitudinẽ scribit, addens quod si similitudinẽ mortis eius qua peccato mortuus est geramus, etiam resurrectionis similitudinem sperare debeamus. Sed hoc quatenus possit fieri ostendit dicens: quia uetus homo noster simul cõcrucifigi debeat Christo. Vetus autẽ homo noster intelligendus est uita prior quam diximus in peccatis, cuius finẽ & interitũ quendã facimus ubi recipimus in nobis finẽ crucis Christi, per quã ita destruit̃ corpus peccati, ut membra nostra quæ seruiebant peccato, ultra ei nõ seruiant, sed deo. Sed nunc repetentes sermonẽ, uideamus quid est complantari similitudini mortis Christi, in quo uelut plantam alicuius arboris ostendit mortem Christi, cui nos complantatos uult esse, ut ex succo radicis eius radix quoq; nostra susc ipiens producat ramos iustitiæ, & fructus adferat uitæ. Quod si uis de scripturis agnoscere quæ ista sit planta cui cõplantati esse debeamus, & cuius generis Prou.3 arbor, audi quid de sapiẽtia scribitur: Arbor, inquit, uitæ est omnibus sperantibus in se: & qui confidunt in ea tanq; in domino. Christus ergo dei uirtus, & dei sapientia, ipse est arbor uitæ, cui cõplantari debemus, & nouo quodam atq; amabili dei dono mors illius, arbor nobis uitæ efficitur. Bene aũt apostolus sciens in præsenti loco non de cõmuni hac, sed de peccati morte tractare, nõ dixit, si enim cõplantati sumus morti eius, sed similitudini mortis eius. Christus enim ita semel mortuus est peccato, ut peccatum omnino non fecerit, nec dolus inuentus sit in ore eius. Quod in alio homine ex integro inueniri non poterit omnino. Nemo enim mundus à sorde peccati, nec si unius diei fuerit uita eius. Idcirco ergo ipsa quidẽ morte qua Iesus mortuus est peccato, nos non possumus mori, ut imitantes eum, & uestigia sequẽtes abstineamus nos à peccato. Hoc est ergo quod recipere potest humana natura, ut ad similitudinẽ mortis eius hoc fiat, dum ipsum imitando non peccat. Nã omnino ex integro nescire peccatũ, solius Christi est. Sed hoc nõ intelligentes quidam hæreticorũ conati sunt ex hoc apostoli loco asserere quod Christus nõ uere mortuus sit, sed similitudinẽ mortis habuerit, & uisus sit magis mori q̃ uere mortuus sit. Quibus responderi quoniam perfacile est, non puto necessarium ex cæteris uel Apostoli, uel euangeliorũ dictis, ubi simpliciter mors eius, & nõ similitudo mortis scribitur, testimoniorũ pondus adhibere, cum possimus ad eos dicere: si similitudo mortis fuit, fuit & non uera resurrectio, & nos ergo uidebimur resurgere, & non resurgemus: & uidebimur mori peccato, & non uere moriemur: & omne ergo quod gestum est & geritur, uisum est geri, sed non est gestũ. Superest igitur ut & quod saluati sumus, uisi simus saluari, sed non uere saluati simus. Vnde quoniã hæc tam absurda sunt ut non indigeant improbationibus, nos ad explanationẽ eorũ quæ habentur in sequentibus cõuertamur. Igitur cõplantari nos uult mortis eius similitudini qua peccato mortuus est semel, ut possimus & resurrectioni eius esse cõplantati. Ad utrũq; enim subaudiri debet cõplantati. Et uide q̃ necessario formam plantationis assumpserit. Omnis etenim planta post hyemis mortẽ resurrectionẽ ueris expectat. Si ergo & nos in Christi morte cõplantati sumus in hyeme seculi huius & præsentis uitæ, etiam ad futurũ uer inueniemur fructus iustitiæ ex ipsius radice proferẽtes, & si complantati sumus ei, necesse est ut pater agricola purget nos tanq; palmites uitis ueræ, ut fructum plurimũ afferamus, sicut & ipse in euangelijs dicit: Ego sum uitis uera, & uos palmites, pater meus agricola. Omnẽ palmitẽ qui in me non manet, excidet illum pater meus. Qui au- Ioan.15 tem manet in me, purgabit eum ut fructum plurimum afferat. Hoc ergo modo cõplantati sumus similitudini mortis eius, ut & resurrectiõis eius similitudini cõplãtati simus. Quid est aũt similitudini resurrectionis eius esse cõplantatos? Ioannes apostolus dicit: Filioli nondum scimus quod futuri sumus. Si aũt reuelatus nobis fuerit, similes illi erimus. Et iterũ ipse saluator dicit: Pater uolo ut ubi ego sum & isti sint mecum, & iterũ: Si 1 Ioan.3 cut ego in te, & tu in me, ut & isti in nobis unum sint. Quod utiq; de illis dicit, qui in præsenti uita cõplantati fuerint similitudini mortis eius. Puto aũt quod grate hoc & de illo latrone dici possit, qui simul in cruce pependit cum Iesu: & per confessionẽ suã qua dixit: Memento mei domine cum ueneris in regnum tuũ, & alium blasphemantẽ cor- Luc.23

ripuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ripuit,cõplantari per hæc uisus sit similitudini mortis eius, sed & resurrectioni eius cõplantatus sit per hoc quod ei dicitur: Hodie mecũ eris in paradiso, dignaq; erat planta paradisi, quę arbori uitę sociata est. Propterea ergo quod dixerat apostolus cõplantari similitudini mortis Christi, aliã rursum figuram repetit, & dicit: Quia uetus homo noster simul crucifixus est ei ut destruat corpus peccati. In multis sæpe iam diximus, quid est crucifigi cũ Christo, & de ueteri homine tractauimus, unde breuiter in præsenti loco ueterẽ hominẽ dicimus qui secundũ Adã uixit præuaricatiõi obnoxius & peccato, & cui dominata est mors peccati, de quo chirographa peccati tenuit ille qui habebat mortis imperium: Quę quia Christus sanguine suo delens cruci suæ affixit, etiã nos qui peccato secundũ ueterẽ hominẽ obnoxij fuimus crucifixi esse debemus, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Obseruandũ aũt puto quòd apostolus ubi dicit destruendũ esse, corpus ponit peccati, ubi aũt non dicit destruendũ, non corpus peccati, sed nos ipsos dicit esse qui nõ seruiamus peccato, ut ostẽdat quia si destructum fuerit corpus peccati, iam nos non seruiamus peccato, cui scilicet seruiuimus donec in nobis nõ erat destructũ, nec erant mortificata mẽbra nostra quæ sunt super terrã. Sed diligẽtius adhuc repetendum est, quomodo dixerit corpus peccati. In quo duplex dari uidetur intellectus, uel quia nostrũ corpus peccati ipsius dicat esse, uel propriũ aliquod corpus, qd' destruendũ sit ijs qui nõ debẽt ultra seruire peccato. Quia ergo uterq; sensus in loco admitti potest, de utroq; quid nobis uideat exponemus. Etẽ si propriũ corpus ponamus esse peccati, uidebit quòd sicut de his qui in nouũ hominem reparati
1 Cor.12 sunt dictũ est: Quia uos estis mẽbra Christi & corpus ex parte, ita & de his qui ueterem hominẽ nondũ crucifixerũt, dici posse quod sint corpus peccati & mẽbra, cuius caput sit diabolus, sicut Christus caput corporis ecclesiæ nõ habẽtis maculam aut rugã. Possunt aũt & mẽbra ex quibus corpus istud peccati constat, illa uideri quæ superius memorauit apostolus mẽbra esse super terrã, id est fornicationẽ, immunditiã, impudicitiã, auaritiã, contentionẽ, irã, dolos, rixas, dissentiones, hæreses, inuidiã, comessationes, & his similia: ex quibus omnibus mẽbris digne dicit corpus constare peccati, & hoc corpus peccati uetus homo appellari. Quod si quis per crucẽ Christi destruat, & in nouũ hominẽ qui secundũ deum creatus est, cõmutetur, ultra nõ dicetur seruire peccato, cui sine dubio seruit donec alicui horũ subiacet quæ suprà exposuimus mẽbra esse peccati.
Si uerò magis hoc corpus nostrũ dixisse intelligat apostolus, corpus peccati secũdũ il-
Psal.50 lam profecto accipiet intelligentiã, qua & Dauid de semetipso dicit: Quia in iniquitatibus cõceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Sed & ipse apostolus in alijs
Rom.7.8 dicit: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et iterũ corpus humilitatis nominat corpus nostrũ. Sed et de saluatore quodã loco dicit: Quia uenerit in similitudinẽ carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatũ in carne. In quo ostendit quod nostra quidem caro peccati sit caro, Christi aũt caro similis sit carni peccati. Nõ em ex semine uiri concepta est, sed spiritus sanctus uenit super Mariã, & uirtus altissimi obũbrauit ei, ut quod nascebat ex ea, filius uocaret excelsi. Sic ergo Paulus per ineffabilem dei sapiẽtiã, quæ data est ei, arcanũ nescio quid intuẽs & reconditũ, corpus nostrũ corpus peccati & corpus mortis & corpus humilitatis appellat. Sed & Dauid de eodẽ spiritu secretorũ cœle-
Psal.22 stium gnarus dicebat de corpore: Et in puluerẽ mortis deduxisti me, & iterum: Humiliata est in puluere anima nostra. Hieremias quoq; similis mysterij per dei spiritũ conscius, in lamentationibus suis dicit, quia iuncti terræ sint homines omnes, corporis scili-
Thren.3 cet causa, & ait: Vt humiliet sub pedibus eius omnes uinctos terræ, quia declinauerũt iudiciũ uiri in conspectu altissimi, & cõdemnauerũt hominẽ in iudicãdo. Corpus ergo peccati est corpus nostrũ: quia nec Adam scribitur cognouisse Euam uxorẽ suam & ge-
Gen.4 nuisse Cain, nisi post peccatũ. Denicq; & in lege pro illo qui natus fuerit iubetur offerri hostia, par turturũ, aut duo pulli columbini: ex quibus unus pro peccato, & alius in holocautomata. Pro quo peccato offertur hic pullus unus? nũquid nuper editus paruulus
Iob 25 peccare potuit? & tunc habet peccatũ pro quo hostia iubetur offerri, à quo mundus negatur quis esse & si unius diei fuerit uita eius. De hoc ergo etiã Dauid dixisse credendus est illud quod suprà memorauimus: quia in peccato cõcepit me mater mea. Secundum historiam enim nullum matris eius declaratur peccatũ. Pro hoc & ecclesia ab apostolis

stolis traditionẽ suscepit, etiam paruulis baptismũ dare. Sciebant enim illi quibus mysteriorum secreta cõmissa sunt diuinorũ, quia essent in omnibus genuinę sordes peccati, quæ per aquã & spiritũ ablui deberent, propter quas etiam corpus ipsum corpus peccati nominat, nõ ut putant aliqui eorum qui animarũ transmigrationẽ in uaria corpora introducunt, pro his quæ in alio corpore posita anima deliquerit, sed pro ipso quòd in corpore peccati & corpore mortis atq; humilitatis effecta est, & sicut ille dixerat: quia in puluere humiliasti animã nostram. Hæc interim ad præsens, quæ de corpore peccati nobis occurrere potuerũt. Quæ aũt è duabus expositionibus sensui conueniat apostoli eo, aut si neutra, probet qui legit. Quod aũt in alijs apostolus dicit: Consurrexisse iam Ephe.2 nos Christo, & simul coexcitatos, simulq; sedere in cœlestibus, & hic dicit: Si enim cõplantati sumus similitudini mortis eius, etiam resurrectionis erimus, hoc est quod alibi iam factũ dicit, hic nunc futurũ & sperandum dicit: illa est causa, quod duplex intelligit resurrectio. Vna qua mente & proposito ac fide cum Christo à terrenis cõsurgimus ut cœlestia cogitemus, & futura requiramus. Alia quæ generalis omnium erit in carne resurrectio. Ergo quæ secundum mentem est ex fide resurrectio, in his qui ea quæ sursum sunt sapiũt, ubi Christus est in dextera dei, uidetur impleta. Generalis autem illa carnis resurrectio, quæ ad omnes pertinet, adhuc futura est, quia hæc in primo, illa in secundo domini complebitur aduentu. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia etiam simul uiuemus cum eo, scientes quia Christus surgens à mortuis iam nõ moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod aũt uiuit, uiuit deo.] In omnibus quæ suprà dixit Apostolus, hoc ostendere uoluit, quia si Christus mortuus est prior peccato, & nos mortui sumus peccato cum ipso. Et cum dicit: in morte ipsius baptizati sumus, & complantati sumus similitudini mortis eius, per hæc omnia ostendit quia mortui sumus cũ Christo peccato, ex eo quod Christus quidem pro peccatis nostris mortuus est secundum scripturas, & unicuiq; credentium mortẽ peccati ipsius tanq; munus quoddam fidei ex sua morte donauit, his scilicet qui cum ipso se mortuos & crucifixos & consepultos ei credunt, & per hoc peccatũ in eis tanq; in mortuis non potest operari, atq; ita dicentur mortui esse peccato. Idcirco ergo præsenti sermone apostolus conclusionẽ facit omnium quæ in superioribus astruxerat, & dicit: Si aũt mortui sumus cũ Christo, per hæc scilicet quæ superius ostendimus, credimus quia & cõuiuemus ei. Non dixit & cõuiximus, sicut dixit mortui sumus, sed cõuiuemus, ut ostendat quia in præsenti mors operatur, uita aũt in futuro, tunc scilicet cum Christus manifestatus fuerit, qui est uita nostra abscondita in deo. Nunc ergo (ut ipse Paulus docet) mors in nobis operatur. Sed & ipsa mors quæ operatur in nobis, uidetur mihi aliquas habere differentias. Sicut enim in Christo aliud fuit tempus mortis quod dicitur: Exclamans uoce magna expirauit, & aliud est cum in sepulchro positus Luc.23 clauso ostio iacuit, aliud uerò cũ requisitus in monumento nõ est inuentus, quia iam re- Matt.28 surrexerat, cuius resurrectiõis initiũ uisibile nulli hominũ fuit, ita etiã in nobis qui credimus, triplex ista ratio mortis habenda est. Et primo quidem confessione uocis ostendenda est in nobis mors Christi, cum corde quidem creditur ad iustitiã, ore aũt confessio fit ad salutẽ. Secundo uerò in mortificatione membrorũ quæ sunt super terrã, cum semper mortificationem Christi in corpore circũferimus nũc nostro, & hoc est quod dicit, quia mors in nobis operatur. Tertio uerò cum iam resurgimus à mortuis, & in nouitate uitæ ambulamus. Et ut breuius ac lucidius explicemus, prima dies mortis est renunciasse seculo: Secunda, renunciasse etiam uitijs carnis: Plenitudo uerò perfectionis in lumine sapiẽtiæ, tertia resurrectionis est dies. Quas tamẽ in unoquoq; credentiũ differentias, & profectuum gradus solus ille potest scire & discernere, cui soli patent cordis occulta. Verũ tu uide in scribẽdo Pauli sapientiã, qui ad Timotheũ scribens dixit: quod 2 Tim.2 si cõmorimur, & cõuiuemus, quicq; cõmorientibus Christo, quasi consequens & necessariũ sit, cõiunxit quod cõuiuant ei, hic addit, credimus, ut ostenderet quia quãuis consequens & necessariũ sit cõmorienti cõuiuere, fide tamẽ hoc media & credulitate perficitur, certi, inquit, & scientes quia Christus surgens à mortuis iam non moritur. Si em iterum moreretur, sicut consequẽs & necessarium ostendimus quòd hi qui cõmoriuntur etiã conuiuent ei, ita sine dubio cõsequens uidebitur, ut si post resurrectionẽ & ui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam iterũ moreretur, etiã hi qui conuiuunt ei, iterũ morienti cõmorerentur. Idcirco igi-
tur absoluta sententia definit apostolus quòd Christus iam nõ morieᷠ, ut & hi qui con-
uiuent ei, de æternitate uitæ securi sint. Post hæc aũt, ut & ego ipsius apostoli uerbis u-
tar, quibus ait: Esaias aũt audet & dicit, & ego dico, Paulus aũt audet & dicit: Mors ei
ultra nõ dominabiᷠ. Hic in eo ausus es ò Paule dicere de Christo, mors ei ultra non do-
minabitur, quasi aliquãdo dominata sit, cuius uox per euangelium fertur omni sole lu-
Ioan.10 cidior, qua dicit: Nemo tollit à me animã, & potestatẽ habeo ponendi eã, & potestatẽ
habeo iterũ sumendi eam. Huic ergo mortẽ dicis esse dominatam, qui eam non solum
uoluntate, sed & potestate susceᷣ? qui solus fuit inter mortuos liber, & quẽ solũ mors
tenere non potuit? Hæc ut opinor & his similia mouebunt aduersus Paulum hi qui te-
nero erga Iesum tenentur affectu, & nihil de eo humile, nihil indignũ patiunᷠ audire.
Sed nos cũ respicimus ad Paulum, nõ putamus aliquẽ qui eũ posᷤit in amore Christi su-
perare, unde nec putandum est aliquid de eo contra ꝛ̃ & ipso dignum est, prolocutum
esse, & ideo indagabimus per gratiam sancti spiritus uerbum sapiẽtię quo sensum Pauli
possimus aduertere, imò sensum Christi, qui in eo est, secundũ quod ipse profiteᷠ: Nos
autem sensum Christi habemus. Potest quis cõpendiosius dicere in his, quia hic mortẽ
cõmunem hanc dicit & mediã, qua mortuus est, sicut idem apostolus dicit, secundũ scri
pturas, & nihil absurdum uideri, si is qui formã serui susceperat, dominatum pertulerit
mortis, quę sine dubio dominaᷠ omnibus qui in carne positi sub seruili forma cẽsentur.
Sed & illud assertiõi huic adiacet, quod propterea forma hæc serui, id est etiã nostra ca
ro, seminaᷠ in corruptione, ut surgat in incorruptione, & seminaᷠ in infirmitate, ut sur-
gat in uirtute, & seminatur in cõtumelia, ut surgat in gloria, & seminaᷠ corpus anima-
le, ut surgat corpus spiritale, sine dubio ut mors ipsi ultra nõ dominetur, quæ dominata
est ei dum esset in infirmitate, & cõtumelia, & corruptione. De tali enim carne quæ ad-
1Cor.15 huc in his est passionũ uitijs, ipse Paulus dicit: Quia caro et sanguis regnũ dei possidere
non possunt, neq; corruptio incorruptionẽ possidebit. Sed & quod alibi idem aposto-
lus corpus mortis nominauit, is qui hæc asserit huius mediæ mortis intelligendum di-
cit, quæ huiuscemodi corpori dominaᷠ donec animale est & corruptibile, necdum per
resurrectionis gloriã commutatum, atq; ex corruptibili incorruptibile effectum, & ex
ignobili gloriosum. Illud autẽ quod addidit assertioni ualde contrariũ, id est quod mor
tui sumus cum Christo, & consepulti sumus ei, quod utiq; nullo modo de cõmuni hac
morte potest intelligi, hoc modo explanare conabitur, ut sicut in superioribus cum de
diuersitate legũ exponeremus, ostendimus apostolum in uno eodemq; loco legẽ nunc
naturalem, nunc Moysi, nunc etiã peccati nominare, & hoc in usu esse scripturæ diui-
næ etiam ex alijs locis adhibitis docuimus testimonijs, ita & in præsenti nunc mortem
communem, nunc peccati, nunc etiam ipsum auctorem mortis, qui & nouissimus de-
struendus dicitur inimicus, nunc etiã locum inferni in quo mortis habere imperiũ dia-
bolus dicitur, cõfirmet ab apostolo nominari, & hoc ergo quod ait: Mors ei ultra non
dominabitur, de ista morte dictum cõfirmabit, qua cõmuniter mortuus creditur Chri-
stus. Quæ tamen assertio ꝛ̃ sit ualida probet qui legit. Alius uerò qui profundiorem in
his Pauli sensum in uirtute spiritus continet, dicet quia mors hæc de qua diciᷠ quod ul-
tra nõ dominabitur Christo, ipse ille intelligendus est nouissimus inimicus, qui figurã
habuerat ceti illius qui absorbuerat Ionam, de quo in Iob scriptũ est. Sed maledicãt il-
lam qui maledicũt diei illi qui magnũ cetũ perempturus est. In quam mortem tanᷣ Io-
nas in uentre ceti Christus ingressus est, in eum scilicet locum quẽ saluator ipse cor ter-
ræ nominauit, in quo tres dies & tres noctes exemplo Ionæ futurũ esse filium hominis
dicit, ut eos qui inibi à morte detinebantur eximeret. Propterea enim formã serui susce
perat, ut ad ipsum locũ ubi mors regnũ tenebat posset intrare, secundũ quod & prophe
ta ex persona ipsius dicit, & deputatus sum cum his qui descenderũt in lacũ. & iterum:
Psal.28.29 Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? quod ut adhuc planius
possit aduerti, tali iterũ similitudine utemur. Regem ponamus iustum & nobilem, ad-
uersum iniustũ aliquẽ tyrannũ ita bellum gerentẽ ne uiolento uideatur cruẽtoq; uicisse
conflictu, quia militantes sub tyrãno sui erant, quos nõ perdere, sed liberare cupiebat.
Consilio igiᷠ meliore habito sumit eos qui apud tyrannũ erãt, & specie per omnia fit si-
milis

milis eis, donec sub dominatione tyranni positus eis quidẽ qui ei parebãt suaderet ab-
scedere, & ad regnũ legitimũ repedare, ipsum uerò fortem tẽpore opportuno alligare
ut potestates eius ac principatus exueret, & auulsam captiuitatẽ quæ ab eo tenebatur,
abstraheret. Hoc ergo modo Christus etiam uolũtate quidem exinaniuit semetipsum,
& formam serui accepit, passusq; est dominatũ tyranni factus obdiens usq; ad mortem:
Per quam mortem destruxit eum qui habebat mortis imperiũ id est diabolum, & libe-
rauit eos qui tenebanᷠ à morte. Hic enim alligato forti & in cruce sua triumphato per-
rexit etiã in domũ eius, in domum mortis, in infernum, & inde uasa eius diripuit, id est
animas quas tenebat abstraxit. Et hoc erat quod ipse per ænigmata loquebatur in euan
gelio dicẽs: Quis potest introire in domum fortis, & uasa eius diripere, nisi prius alliga Matt.12
uerit fortem? Prius ergo alligauit eum in cruce, & sic ingressus est domum, id est infer-
num, & inde ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, eos scilicet qui cum ipso
surrexerunt, & ingressi sunt sanctam ciuitatem Hierusalem cœlestem. Vnde recte apo-
stolus in præsenti loco dicit: quia mors ei ultra non dominabitur. Non enim dabit ultra
semetipsum in dominationẽ tyranni, neq; iterum exinaniet se ut formam serui accipiat,
& fiat obediens usq; ad mortẽ, neq; rursum in forma serui quãuis uoluntate & non ne-
cessitate positus dominationẽ tyranni mortisq; patietur. Vnde miror quosdam contra
hanc euidentissimã Pauli sententiã uelle asserere, quòd in futuris iterũ seculis uel eadẽ
uel similia pati necesse sit Christũ, ut liberari possint etiã hi quos in præsenti uita dispen
sationis eius medicina sanare nõ potuit. Aiunt enim: Nunquid potest seculum esse ali-
quod in futuro ubi neq; boni aliquid, neq; mali agaᷠ, sed stupeant res, & maneant pro-
funda silentia? Absurdum hoc uideri asserũt. Dabimus ergo agi aliquid, & ubi agatur
aliquid, necesse est (aiunt) ut aliquid recte, aliquid etiã minus recte agaᷠ, & in ipso actu
aliqui proficiant, & meliores fiant, alij deteriores. Libertas enim arbitrij semper naturæ
rationabili permanebit, & sicut possibile fuit etiã illũ qui per splendorẽ gloriæ Lucifer,
& propter lumẽ scientiæ mane oriebaᷠ, cõmutari de gloria sua & effici tenebras propter
malitiã quã recepit, & illũ qui fuit immaculatus à natiuitate sua, & habitauit cũ Cheru-
bim, & in medio lapidũ igneorũ conuersatus est, & indutus omne ornamentũ uirtutũ,
nec fuit ulla arbor in paradiso dei uirtutũ quæ ei cõparari posset, post hæc inuentæ sunt
iniquitates in eo, & de cœlo in terram proiectus est: Ita potest fieri ut in quocũq; fuerit
statu anima, & in quacũq; perfectione uirtutũ, quoniã uirtus mutabilis est, lapsum pos-
sit incurrere, ut sicut à uitijs ad uirtutẽ, ita & à uirtutib. inclineter ad uitia. Quod si est,
cõsequens uidebitur requirere medicũ ubi languor est, quia secundũ saluatoris uocem
opus est medicus his qui male habent. Hæc ergo & his similia proponẽtes, easdẽ in fu-
turis seculis etiã dispensationes à Christo repetẽdas esse arbitranᷠ. Sed ad hæc nos bre-
uiter prout possumus respondebimus. Manere quidẽ naturæ rationabili semper liberũ
arbitrium non negamus, sed tantam esse uim crucis Christi, & mortis huius quã in secu-
lorum fine susceᷣit, asserimus, ut ad sanitatem & remedium non solum præsentis & fu-
turi, sed etiam præteritorũ seculorũ, & nõ solum humano huic nostro ordini, sed etiam Eph.1
cœlestibus uirtutibus ordinibusq; sufficiat. Secundũ sententiã nãq; ipsius Pauli aposto-
li Christus pacificauit per sanguinẽ crucis suæ non solum quæ in terra sunt, sed & quæ
in cœlis. Quid aũt sit quod in futuris seculis teneat arbitrij libertatẽ ne rursum corruat 1Cor.13
in peccatũ, breui nos sermone apostolus docet, dicens: Charitas nunᷣ cadit. Idcirco e-
nim & fide, & spe maior charitas dicitur, quia sola erit per quã delinqui ultra non pote-
rit. Si enim in id anima perfectionis ascenderit, ut ex toto corde suo, & ex tota anima
sua, & ex totis uiribus suis diligat deũ, & proximũ suum tanᷣ seipsam, ubi erit peccati
locus? Idcirco denicꝫ & in lege hoc dicitur primũ mandatum esse, & in euãgelijs suprà
cætera omnia de charitate mandaᷠ, & Petro cum summa rerũ de pascendis ouibus tra- Matt.16
deretur, & super ipsum, uelut super terrã fundaretur ecclesia, nullius confessio uirtutis Ioan.20
alterius ab eo nisi charitas exigiᷠ, et Ioannes cũ multa de charitate, tũ etiã hoc dicit: quia 1Ioan.4
qui manet in charitate, in deo manet. Et ideo merito charitas quæ sola omniũ maxima
est, oẽm creaturã cõtinebit à lapsu, tũc cũ erit deus oẽmia in omnib. Ad hũc nanq; perfe
ctionis gradũ ascendebat apostolus, & in hoc stans confidens dicebat: Quis enim nos Rom.8
separabit à charitate dei quæ est in Christo Iesu? tribulatio? an angustia? an fames? an

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuditas? an persecutio? an gladius? Et iterũ. Certus sum enim quia neq; uita, neq; mors, neq; præsẽs, neq; futurũ, neq; angustia, neq; uirtutes, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei quæ est in Christo Iesu dño nostro. Ex quibus omnib. euidẽter ostenditᷣ, quia si hæc oĩa quę enumerauit apostolus separare nos nõ possunt à charitate dei, cũ in illud quis culmẽ perfectiõis ascẽderit, multo magis libertas arbitrij nos ab eius charitate separare nõ poterit. Quãuis eñ sit etiam uirtus, & maneat in natura, tamẽ tanta charitatis uis est, ut ad se omnia trahat, oĩesq; sibi faciet uendicetq; uirtutes, maxime cũ charitatis causas prior nobis dederit deus, qui unico filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit illũ, & cũ illo omnia nobis donauit. Vnde uel ille q Lucifer fuit, & in cœlo operabaᷣ, uel ille qui immaculatus fuit à natiuitate sua, & cũ Cherubim positus, labi potuit anteq; erga beneficia filij dei charitatis uinculis stringereᷣ, postea uerò q; charitas dei diffundi in cordib. omniũ cœperit per spiritum sanctũ, certũ erit illud qd' pronunciauit apostolus, quia charitas nunq; cadet. Hæc prout potuimus ad ea quæ hoc loco cõmemorata sunt diximus, ut manifestius clarescere ret quõ Christus mortuus est semel peccato, ut ultra iã nõ moriaᷣ, & quia qd' uiuit, uiuit deo. Viuere aũt ita deo intelligendũ est, quasi expleto eo q; in forma dei positus exinaniuit semetipsum, & formã serui accepit, & factus est obediẽs usq; ad mortẽ, rursum permaneat in forma dei atq; æqualis patri. Vnde & merito in cõsequenti hæc ponit: Ita & uos existimate uos mortuos quidẽ esse peccato, uiuẽtes aũt deo in Christo Iesu dño nostro. Quo scilicet imitatiõe Christi peccato moriamur alieni ab eo effecti, & deo uiuamus, iungẽtes nos ei, ut unus cũ ipso spũs facti. Nõ sine causa hoc dixit, existimate uos mortuos esse peccato, qd' melius quidẽ in Greco habet, cogitate uos mortuos esse peccato. Res eñ de qua sermo est, in cogitatiõe magis, & ratione subsistit, quia huiusmodi mors nõ in effectu, sed in cogitatione habẽda est. Qui eñ cogitat uel existimat apud semetipsum esse se mortuũ, nõ peccat. Verbi gratia: si me cõcupiscentia mulieris trahit, si argenti, si auri, si prędij cupiditas pulset, & ponã in corde meo qd' mortuus sim cũ Christo, & de morte cogitẽ, extinguiᷣ cõtinuo cõcupiscentia & effugaᷣ peccatũ, aut si odio uel ira inflãmatus ad necẽ conciter inimici mei, si me existimẽ mortuũ esse cũ Christo, & cogitationes mortis ponã in animo meo, extinguiᷣ sine dubio ira, furor cessat, odiũ conquiescit, peccato nõ datur locus, & hoc modo peccato quis mori inueniᷣ, & uiuere deo. Sed et hoc quod addidit, Viuentes deo in Christo Iesu, non mihi otiosum uidetur. Simile eñ puto esse quasi dixisset, uiuẽtes deo in sapientia, in pace, in iustitia, in sanctificatione, quæ omnia Christus est. In his ergo uiuere deo, hoc est in Christo Iesu uiuere deo. Quod si sine iustitia, & sine pace, & sine sanctificatione cæterisq; uirtutibus nemo uiuit deo, certum est quod nemo uiuat deo nisi in Christo.

LIBER SEXTVS.

NON ergo regnet peccatũ in uestro mortali corpore, ut obediatis cõcupiscẽtijs eius, neq; exhibeatis mẽbra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos deo tanq; ex mortuis uiuẽtes, & mẽbra uestra arma iustitiæ deo. Peccatum enim uobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia.] In superioribus ait: Sicut regnauit peccatum in morte, nunc autem nõ dixit: Non ergo regnet peccatum in morte, sed ait: Non ergo regnet peccatũ in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, docens per hæc sedem quandam regnum peccati habere in
Rom.8 corpore. Hoc est quod & alibi dixit: Prudẽtia carnis inimica est deo. Et iterũ: Prudentia carnis mors est. Sed & omnia peccata apostolus opera carnis esse pronũciat, quæ dicit esse fornicationem, immunditiam, passionem, concupiscentiam malam, impudicitiam, idololatriã, maleficia, inimicitiã, certamina, zelum, furorẽ, contentiones, dissensiones, hæreses, inuidiã, ebrietatẽ, comessationes, & his similia. Sed si requiras quomodo etiã hæreses inter carnis opera numeranᷣ, inuenies eas de sensu carnis procedere. Sic enim
Col.2 dicit apostolus de quodã: Frustra quod afflatus à sensu carnis suæ & non tenens caput. Hæc aũt diximus ut manifestior fieret intellectus quomodo peccatũ regnet in corpore. Oĩa nãq; illa quæ superius opera esse carnis enumerauimus, uelut exercitus quidã damnatus est sub hoc rege peccati militans, & legi eius parens, quæ in membris carnis

inscripta est. Certum est enim, quia ex eo quod desideríjs peccati caro obedientiã præbet, concupiscit caro aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem, & hæc sibi inuicem aduersantur. Illud tamen aduerte, quod ostendens in nostra potestate situ ut nõ regnet in nostro mortali corpore peccatũ, præceptũ dat apostolus, dicens: Non ergo regnet peccatũ in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. Nisi enim esset in nostra potestate ut non regnaret in nobis peccatũ, præceptũ utiq; non dedisset. Quomodo ergo possibile est ut peccatũ in carne nostra non regnet? Si faciamus illud quod idẽ apostolus dicit: Mortificate membra uestra quæ sunt super terrã, & si semper mortem Col.3 Christi in corpore nostro circũferamus. Certũ nãq; est, quia ubi mors Christi circumfertur, non potest regnare peccatũ. Est enim tanta uis crucis Christi, ut si ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, ita ut in ipsam mortẽ Christi intentis oculis mentis aspiciaᷣ, nulla cõcupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superare possit inuidia: sed continuo ad eius præsentiã totus ille quẽ supra enumerauimus peccati & carnis fugatur exercitus. Ipsum uerò peccatũ nec subsistit, quippe cum substantia eius nusquam sit nisi in opere & gestis. Est ergo in nobis & cõcupiscẽtia peccati, quæ regnũ habet in carne, est & concupiscentia spiritus, quæ regnũ habet in mente, secundum id quod suprà diximus quia caro concupiscit aduersus spiritũ, spiritus autẽ aduersus carnẽ. Cum ergo concupiscimus quod non licet uel quod non decet, uel quod non expedit, concupiscentia est carnis. Cum uerò concupiscit & deficit anima nostra quando uiderit saluare dei, ista cõcupiscentia spiritus est. Vnde apparet mediã quodãmodo esse animam inter carnẽ & spiritũ, & si quidẽ iunxit se carni ad obediendum desideríjs peccati, efficitur unum corpus cũ ea. Si uerò iũxerit se deo, efficitur cũ eo unus spiritus, secundum
1 Cor.6 quod dictum est: Qui enim iungit se meretrici, unum corpus est, qui autẽ iungit se deo, unus spiritus efficitᷣ. Nec mireris si carnẽ meretricẽ uocet, quæ illis omnibus quæ suprà enunciauimus uitijs atq; peccatis tanq; turpissimis amatoribus subiacet. Requiro autẽ cur addiderit, In corpore uestro mortali, cũ utiq; sufficeret dicere, nõ ergo regnet peccatum in uestro corpore. Cur igitur additur mortali, quasi dubitaret aliquis corpus esse mortale? Sed mihi uidetur quòd nõ sine causa etiã hoc addiderit. Admonuit enim per hoc quod possit in corpore nõ regnare peccatũ, secundum quòd alibi ipse dixerat, Corpus quidẽ mortuũ propter peccatũ, spiritus uerò uiuit propter iustitiã. Si ergo sciamus quia corpus nostrũ mortificari potest, & mortuũ esse peccato, potest fieri ut nõ regnet in eo peccatũ. Secundũ hoc namq; quod mortuus est, iustificatus dicitᷣ à peccato. Neq; enim mortuus cõcupiscit, aut iracitᷣ, aut furit, aut dirípit aliena. Si ergo ab his omnibus concupiscẽtijs corpus reprimamus, mortuũ peccato dicitᷣ esse corpus, & hoc est quod in præsenti loco ita apostolus uideᷣ cõmonere dicẽs: In corpore uestro mortuo. Alius fortasse diceret, quia ad distinctionẽ alterius corporis quod immortale est, corpus hoc in quo nunc sumus, mortuũ nominauit. Quid sit autẽ corpus immortale, idem apostolus dicit in alijs, ubi ait: Necesse est enim ut corruptibile hoc induat incorruptionem, & mortale hoc induat immortalitatẽ, & dubium non est quin adepta immortalitate hoc ipsum quod nunc mortale est, immortale efficiaᷣ corpus. Post hæc sequitur: Neq; exhibeatis mẽbra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos deo tanq; ex mortuis uiuẽtes, & mẽbra uestra arma iustitiæ deo. Intuere per singula sapiẽtiã Pauli, quia necessarijs discrepationibus utitur. Vbi dicit arma nostra præbenda esse peccato, uel iniquitati, nõ nos, sed membra nostra ponit, ubi uerò suadet ut deo nos exhibeamus, nõ ante membra q; nos ipsos exhiberi uult deo, hoc est animã, uel propositum nostrum, ut cum ipsos nos ipsos exhibuerimus deo, & adhęserimus ei, ita demũ etiam mẽbra nostra efficiamus arma iustitiæ deo. Sicut enim manus sanctę dicuntur quæ operibus sanctis ministrauerint, ut apostolus dicit: Leuantes puras manus sine ira & disceptatione, ut rur- 1 Tim.2
sum manus dicũtur plenę sanguine quæ ad effundendũ ministrauerint, ita & in præsenti loco mẽbra quę peccato deseruiũt & iniquitati, arma iniquitatis appellanᷣ: & rursum si peccati cõcupiscẽtiã mortificemus in corpore nostro mortali, & in opere iustitiæ laboremus, atq; omnibus mẽbris nostris iustitię ministremus, efficimur tanq; ex mortuis uiuentes, peccato scilicet mortui, & iustitiæ uiuentes, & consequenter etiã membra nostra fiunt arma iustitiæ deo. Bene autẽ metaphoram superius propositam custodiuit, ut

quia regnare dixerat peccatū, arma peccati membra nominaret, & rursum deo regi arma iustitiæ fierent mẽbra uestra. Sequitur post hæc: Peccatum enim uobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia. Etiã hic intuere miram in apostoli sermone cautelam, cum de nobis loquitur dicens: Peccatū uobis non dominabitur, Cum de saluatore loqueretur, non dixit, peccatū ei nõ dominabitur, neq; enim de eo ita dicí decebat, sed ait: Mors illi ultra non dominabitur. Mortis em̃ in eo fuit locus, peccati nullus. At contra in nobis nec conueniebat dici, mors uobis non dominabitur, hoc enim cauere non possumus, sed peccatū uobis non dominabitur, quod sine dubio scire & uitare non possumus secundum ea quæ superius diximus, si non mortificemus concupiscentias carnis, in quibus peccatū potest dominari. Propterea enim subiũgit: Nõ enim sub lege estis, sed sub gratia, & euidenter ostendit ex his nos nõ esse sub lege illa quam in membris positam repugnare dicit legi mentis, quia qui mortificat mẽbra sua, certum est quod nõ sit sub lege membrorũ, sed sub gratia dei. De hac lege & alibi dicit quia uirtus peccati lex. Si quis uelit hęc accipere de lege Moysi, illud sine dubio dicet, quòd nõ sumus sub lege literæ quæ occidit, sed sub lege spiritus quæ uiuificat, quam hic gratiam nominauit. Quid ergo? Peccabimus quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.] Simile uidetur hoc illi dicto, quod superius exposuimus. Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato ut gratia abundet? Absit. & ideo unà atq; eadem utriq; loco sufficiat explanatio. Hoc solum est quod uidetur habere differentiã, quòd in superioribus ubi dicit: quid ergo, permanebimus in peccato? quasi ijs q nõdũ discesserint à peccato dici uidetur, ne permaneãt in eo in quo esse adhuc uidebantur, hic uerò tanquam ab ijs qui discesserint à peccato, fieri uidetur interrogatio, & ibi ut quasi gratia quæ nõdum erat abundaret, hic autẽ tanq; præsente iam gratia dicit, quia non sumus sub lege, sed sub gratia. An nescitis quia cui exhibetis uos seruos ad obediendũ, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortẽ, siue obedientiæ ad iustitiã? Gratias aũt deo quoniã fuistis serui peccati, obedistis aũt ex corde in eam formã doctrinæ, in qua traditi estis. Liberati autẽ à peccato, serui aũt facti estis iustitiæ.] Videtur fortassis minus integra elocutio, quia ait, serui estis cui obedistis, siue peccati, siue obedientiæ ad iustitiam, cum ratio posceret, serui estis eius cui obedistis, siue peccati, siue iustitiæ per obedientiã. Sed in eo qui imperitiã sermonis spõte profitetur, artem cõpositionis uerborum requirere superfluum puto, cum sensus euidens habeatur. Hoc est ergo quod in hoc loco Apostolus docet: quia unusquisq; in manu sua habet & in arbitrij potestate, ut aut peccati seruus sit, aut iustitiæ. Ad quãcunq; enim potestatem inclinauerit obedientiæ, & cuicunq; parere uoluerit, hæc sibi eum uendicat seruũ. In quo (ut dixi) absq; ulla cunctatione in nobis esse ostendit arbitrij libertatem. In nobis namq; est exhibere obedientiã nostram
Matt.6 uel iustitię uel peccato: Nemo potest duobus simul dominis seruire, peccato & iustitię. Aut enim unum odio habebit, peccatũ scilicet, & alium amabit, id est iustitiã, aut patietur unũ scilicet peccatũ duntaxat, & alium cõtemnet, id est iustitiã. Simile est ergo hoc quod dixit apostolus: Serui eius estis cui obedistis, siue peccati siue iustitiæ. Nã omnis qui facit peccatũ seruus est peccati, ad hoc respicit, quamuis etiam nõ adiecerit, Omnis qui fecerit iustitiam seruus est iustitiæ. Quod fortassis putet alius idcirco subrelictum, ut quasi ex consequentibus debeat intelligi, mihi tamen uidetur consulto nõ additum. Neq; enim conueniebat dici, quia omnis qui facit iustitiam seruus est iustitiæ. Nam & deus ipse facit iustitiam, & nõ idcirco seruus iustitiæ dici potest, sed iustus dominus. Nõ ergo ita omnis qui facit iustitiam seruus est iustitiæ, ut omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Nã & ipse diabolus sine dubio seruus est peccati, quippe quia discesserit à seruitute iustitiæ, & in conspectu omnipotentis domini rebellauit, propter quod apostata appellatus est. Constat ergo ex his esse seruos quibus Paulus dicit: Quia cui exhibetis uos seruos ad obedientiã, serui estis cui obedistis, siue peccati siue iustitiæ, quia spontę. Nam ipsi nos exhibemus nullo cogente uel peccato seruire, uel iustitiæ per obedientiam nostram, & ideo semper horũ meminisse debemus, ne inanes querelas in peccati excusatione proferamus, quod diabolus fecit, ut peccatorem aut naturæ necessitas, aut fatalis cõditio, aut cursus astrorum efficiat. Sed audi apertam Pauli sententiã, qua dicit: Cui uos exhibetis seruos ad obedientiã, serui estis cui obedistis, siue peccati, siue iustitiæ. Post

tiæ. Post hęc, Gratias, inquit, deo, quia fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formã doctrinæ in qua traditi estis. Videtur hæc ad eos dicere, de quorũ uita profectuq; præsumit, & de quibus iam superius dixerat, Gratias ago deo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra nunciatur in uniuerso mundo. Tunc deinde & illud ostendit, quod omnes homines primo seruiant peccato, sic enim scriptum est: Quia non est iustus super terrã qui faciat bonũ, & non peccet. Primo enim necesse est in omni homine illud cõpleri, quod scriptum est: Sed ubi uenit mandatũ, peccatum reuixit. Hoc uerò quod sequitur ad paucos dicitur, & eos qui emendantur: Gratias autẽ deo quia fuistis serui peccati, obedistis aũt ex corde in eam formam doctrinę in qua traditi estis. Serui ergo omnes fuimus peccati: sed ubi tradita est nobis forma doctrinæ, & huic non utcunq; neq; solis uerbis, sed ex corde, & animo ex tota deuotione elegimus obedire, liberamur à seruitute peccati, & efficimur serui iustitiæ. Vnde uereor ne forte plures sumus qui uideamur suscepisse formã doctrinæ iustitiæ, & uerbis quidẽ uel professione iustitiæ uideamur obedire, corde uerò obediamus peccato carnis adhuc uitijs in nobis dominãtibus. Et ideo ante omnia indigemus illa de qua superius docuit mortificatione membrorũ. Quam aũt dixit formam doctrinæ in qua traditi estis, requirendum puto quomodo unusquisq; tradat. Inuenimus namq; quia eos qui non probãt deũ habere in notitiã, tradat deus secundũ desideria cordis eorũ in immunditiã, ut cõtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis: & alios qui cõmutauerũt gloriã incorruptibilis dei, tradat in passiones ignominiæ, de quibus in locis suis prout potuimus diximus. Et hic ergo qui semetipsos exhibent seruos per obedientiã iustitiæ, deus tradidit ut instituantur & imbuantur secundum formã iustitiæ doctrinæ. Mouet me etiam hoc, quod non dixit obedientiæ ex corde doctrinæ in qua traditi estis, sed formã doctrinæ posuit. Nec puto quòd unũ esse senserit apostolus doctrinã, & formã doctrinæ. Sed mihi uidetur quod formã doctrinæ minus esse scierit cũ ipsam doctrinã: & nunc quidem in præsenti uita dum in hoc corpore sumus, & aggrauat terrenũ hoc habitaculũ sensum multa cogitantẽ, formã doctrinæ habemus, non ipsam doctrinã, sicut idẽ apostolus in alijs dicit. Nunc aũt uidemus per speculum in ænigmate: ipsa autẽ doctrina sit de qua dicit, Tunc aũt uidebimus facie ad faciẽ. Vnde & in præsenti uita puto quod formã atq; umbram uirtutũ tenere possimus, ipsas uerò uirtutes tunc cum uenerint illa quæ perfecta sunt, & ideo iustus magis (ut mihi uidet) in umbra uirtutum, cũ in ipsis uirtutibus uixit. Et ob hoc fortassis Hieremias in lamẽtationib. dicit, Spiritus uultus nostri Christus dominus, cui diximus in umbra eius uiuemus in gentibus. Quod si Christus est iustitia, et sapientia, & ueritas, & dicimus in umbra eius uiuemus in gentibus: ergo in umbra iustitiæ, & in umbra sapientiæ, & in umbra ueritatis uiuimus, etiã si iusti, & sapientes, & ueritatis amatores esse uideamur. Propterea ergo dicitur: Si quis se putat cognouisse, 1 Cor.8 nondum cognouit quemadmodum oporteat scire. Fortassis etiam ipsum uerbũ dei, secundum hoc quod uerbũ caro factũ est & habitauit in nobis, aliter in præsenti uitæ statu, aliter cũ uenerit quod perfectum est, cognoscet: & aliter nũc in forma serui, tunc uerò aliter in forma dei, & in patris æqualitate sentiet. Pro quibus omnibus, uel in forma doctrinæ, ut apostolus dicit, & nondũ in ipsa doctrina, uel in umbra Christi, ut Hieremias nominauit, & nõdum in ipso Christo, uiuere uidemur inter gentes. Liberati autẽ à peccato, serui facti estis iustitiæ. Expositio est in his eorum quę superius dixit. Si enim ultra non seruiatis peccato, certum est quia liberati ab eo serui facti estis iustitię. Sed requiritur quis est qui liberet à peccato: sine dubio ueritatis agnitio. Sic em̃ dicebat Iesus ad Iudæos qui crediderãt ei: Si crediderit is uerbo meo, agnoscetis ueritatem, & ueritas Ioan.8 liberabit uos. Veritas est ergo quæ liberat à peccato, & ueritatis agnitio. Certũ est autẽ quòd omnis q liberatus fuerit à peccato, iustitiæ seruiat. Quod aũt dicimus, iustitiæ seruiat, quoniã iustitia una est ex uirtutũ choro, simile est ut si diceremus, quia si quis liberatus est à peccato, seruiet ueritati, & seruiet sapientiæ, seruiet pudicitiæ, prudentiæ, & Psal.118 pietati. Sic enim ego audio & illud quod dictũ est: Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor domino. Non em̃ solius iustitiæ portas ingreditur qui confitetur domino, sed & ueritatis, & sapiẽtiæ, & pietatis, & pudicitiæ. Omniũ namq; una est aula uirtutũ, cuius sibi iustitiæ nomine Paulus ianuas postulat aperiri. Humanum Eph.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

dico propter infirmitatẽ carnis uestræ. Sicut exhibuistis mẽbra uestra seruire immundi
ciæ, & iniquitati ad iniquitatẽ, ita nũc exhibete mẽbra uestra seruire iustitiæ in sanctifi-
cationem.] Pudorẽ quendam per hoc incutit apostolus auditoribus, ut hoc saltem ob-
sequij dependant iustitiæ & sanctificationi, quod prius immũdiciæ & iniquitati detule
rãt. Quid ergo tam humanũ, hoc est quid tã leue, quid tam sine onere, & quod nulla ra-
tione prorsus possit infirmitatis excusari? Sicut inquit, exhibuistis membra uestra serui
re iniquitati, ita nunc exhibete mẽbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Inglorio
sum quidem est, ut ita quis uirtutibus sicut uitijs seruiat: multo enim amplius & multo
intentius honoranda iustitia est. Sed ego, inquit, humane & communiter ago, eadẽ po
stulo, similia requiro. Dudum currebant pedes uestri ad dæmonũ templa, nunc autẽ cõ
currant ad ecclesiam dei. Currebant prius ad effundendũ, nunc aũt ad liberandum san-
guinem currant. Protendebantur manus prius ut aliena diriperẽt, nunc protendantur
ut propria largiantur. Circũspiciebant prius oculi mulierẽ, aut alienũ aliquid ad cõcupi
scendum, nunc circũspiciant pauperes, debiles, egenos, ad miserandũ. Aures delecta-
bãtur auditu uano, uel bonorũ derogationibus, nunc conuertantẽ ad audiendũ uerbum
dei, ad explanationẽ legis, & ad capiendã sapientiã & disciplinam. Lingua quæ conui-
tijs, maledictis, & turpiloquijs assueta, nunc conuertat̃ ad benedicendũ dominũ in om
ni tempore, sermonem sanũ proferat & honestũ, ut det gratiã audiẽtibus, & ueritatem
loquatur cũ proximo suo. Sed quid opus est hæc singula persequi, cum pateat etiam ti-
bi, uniuscuiusq; mẽbri ministeriũ quod exhibuit uitijs, aptare uirtutibus, & actũ quem
exhibuit immũdiciæ, ad castitatẽ nunc sanctificationẽq; conuertere? Videt̃ sane hic iu
stitiam pro omnibus simul uirtutibus nominasse, sicut econtrario iniquitatẽ pro omni
bus simul uitijs posuisse. Addit sane iustitię sanctificationẽ, quo uidelicet castitatis par-
tem & generaliter cum cęteris, & per semetipsam specialiter cõmendaret. Sed & illud
aspice, quòd ubiq; per hæc arbitrij libertatẽ designat, & ostendit unũquemq; habere in
sua potestate, ut quæ ante iniquitati ad iniquitatẽ seruitia dependebant, hæc conuerso
in melius proposito iustitiæ sanctificationiq; dependant: quod utiq; fieri non posset, si
necessitas naturæ (ut quibusdã uidet̃) repugnaret, aut astrorum cursus obsisteret. Cum
enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quẽ ergo fructum habuistis tũc in illis,
in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorũ mors est. Nunc uerò liberati à peccato, ser
ui aũt facti deo, habetis fructum uestrũ in sanctificationem, finem uerò uitã æternam.]
Quod quis peccati seruus sit, sufficienter iam in superioribus dictum est, cum expone-
remus illum locũ, Nescitis quia cui exhibetis uos seruos ad obediendũ, serui estis eius
cui obedistis, siue peccati, siue iustitiæ? Cum ergo quis peccato seruit, iustitiæ liber est,
hoc est alienus à iustitia. hic enim liberũ alienũ dicit, & rectè quidem. Nemo enim po-
test & peccato simul & iustitię seruire, sicut saluator dixit, quia nemo potest duobus do
minis seruire. Sed de his plenissime suprà diximus. Illud sane notandũ est, esse liberta-
tem culpabilẽ, & laudabilem seruitutẽ. Nam liberũ esse iustitiæ, crimen est: seruũ uerò
esse, laudabile. Quod aũt dicit iustitiæ seruũ fieri, simul intellige & sapientiæ & pietati,
& pudicitiæ, & omnibus unà uirtutibus: sicut econtrario qui peccat, seruus est simul &
concupiscentiæ malæ, & iręe, & furoris, & impudicitiæ, & rapinæ, & omnib. simul uitijs
ac sceleribus seruit. Vnde nosmetipsos discutere semper debemus per singula quæ ge-
rimus, & in unoquoq; actu considerare cuinã seruiamus, peccato ne ad iniquitatẽ, an iu
stitiæ in sanctificationem. Quẽ ergo fructũ habuistis tunc in illis in quibus nunc erube
scitis? Nam finis illorũ mors est. Fructum & bonorũ & malorũ esse docet scriptura di-
uina, ut ipse saluator in euangelijs dicit: Aut facite arborẽ bonã, & fructum eius bonũ: *Matt.12*
aut facite arborẽ malam, & fructũ eius malum. Non potest arbor bona fructum malum
facere, neq; arbor mala fructum bonũ facere. In quibus propositũ et uoluntas hominis,
arbor dici uidet̃ uel bona uel mala, fructus uerò eius opera. Si quis igitur conuertat ani
mum & propositũ ad iustitiam, erubescit sine dubio, & ipse se notat de prioribus gestis
quæ egit positus sub peccato, quia finis illorum mors est. Sed requiro quæ mors? certũ
est nõ ista cõmunis. Non enim quis post mortẽ cõuertitur ad iustitiã, uel pro malis ge-
stis præteritis erubescit. Quid ergo est? Nunquid nã mortẽ peccati dicere uidet̃? Quo-
niã anima quæ peccat, ipsa morietur. An illud magis potest intelligi quod istã mortem

dicit qua cum Christo peccato morimur, & uitijs ac sceleribus finẽ damus, ut post hæc
dixisse uideat̃, quia finis illorum mors est? Nunc uerò liberati à peccato, serui autẽ facti
deo, habetis fructum uestrũ in sanctificationẽ, finem uerò uitam æternã. Fructus fructi
bus cõparat: & peccati quidem fructus pro quibus nunc hoc est postea cũq; liberati à pec
cato, serui autẽ facti deo, sancti erubescunt, pronunciat morte finiri: fructus uerò iusti-
tiæ qui sunt in sanctificationẽ, finem dicit accipere uitam æternam. In quo illud primo
non est omittendum, quod fructus quidem eos pro quibus nõ erubescimus, in quo sint
noluit nominare: eorũ uerò fructum qui liberati sunt à peccato, & serui facti sunt deo,
dicit esse in sanctificationem. Bonorum enim frequentius cũq; malorum habẽda memo-
ria est. Quod autem prius de malis fructibus & fine eorũ, postea uerò de fructibus qui
in sanctificatione sunt, & de fine eorum qui est uita æterna, memorauit, uide quia simi-
le est hoc dicto ptophetico illi quo ait, Ego occidam, & ego uiuere faciã, & iterũ, Per- *Deut.32*
cutiam, & ego sanabo. & rursum in Iob: Ipse dolere facit, & remedium dat: percutit, & *Iob 5*
manus eius sanat. Quæ omnia illuc aspiciunt, quod ante moriẽdum est cum Christo, et
& ita conuiuendum: & ante compatiendum, & ita cõregnandum. Nisi enim prius per
pœnitentiam moriamur peccato, non possumus per iustitiam uiuere deo. Sed & hoc,
quia superius dixerit, Liberati aũt à peccato, serui facti estis iustitiæ: nunc autẽ cum si-
militer dixerit, Liberati aũt à peccato, nõ similiter dixit, serui facti estis iustitiæ, sed serui
facti estis deo: non est otiosa distinctio. Per hoc enim ostenditur, quod posteaq; quis li-
beratus à peccato fuerit, seruire debet primo iustitiæ, & omnibus uirtutibus simul, ut in
de per profectum ascendat ad hoc, ut seruus fiat deo, quamuis & seruire iustitiæ, seruire
deo sit. Christus est enim iustitia: & seruire Christo, seruire deo est. Est tamẽ ordo profe
ctuum, & sunt profectibus uel uirtutibus gradus: & idcirco dicitur Christus regnare,
profecto secundũ hoc quod iustitia est, donec in unoquoq; cõpleatur plenitudo uirtu-
tũ. ubi uerò mensura fuerit perfectionis expleta, tunc dicit̃ tradere regnum deo & pa-
tri, ut iam sit deus omnia in omnibus. Sed & illud adhuc obseruandũ puto, quoniã col-
lationem diximus fructuũ malorũ, & fructuũ bonorũ fecisse apostolum: quòd ibi qui-
dem ubi de malis fructibus dicebat non dixit, fructum uestrũ habuistis in quibus nunc
erubescitis: sed dixit, quẽ ergo fructum habuistis: ubi uerò de bonis fructibus dicit, ad-
dit uestrũ. Sic enim scribit: Habetis fructum uestrũ in sanctificationẽ. Per quod indica-
re mihi uidet̃ quod fructus malus, fructus erubescẽdus & pœnitẽdus, nõ est noster fru-
ctus. Non enim malã in nobis arborẽ deus plantauit, quę fructus malos proferret, sicut
& ipse dicit per prophetã, Ego te plantaui uitem fructiferã totam ueracẽ, quomodo cõ *Hier.20*
uersa es in amaritudinẽ uitis alienæ? Fructus ergo malos etiã si afferamus, non sunt no-
stri, sed alieni id est peccati: fructus uerò bonos si afferamus in sanctificationem, nostri
sunt fructus. Istos enim fructus ut afferret humana natura, à cõditore suscepit. Nam illi
alieni sunt in nobis, nõ seminati à deo. Vis aũt scire quia dominus nõ seminat malos fru
ctus? Audi in euangelio dicentem, Nónne bonũ semẽ seminauimus in agro? Vnde er *Matt.13*
go habet zizania? Et respõdentes dixerunt, Inimicus homo hoc fecit. Et adhuc uis am-
plius discere, quia isti carnis fructus non sunt nostri, sed alieni? Ipse etiam in euangelio
dominus dicit: Si in alieno fideles nõ fuistis, quod uestrũ est quis dabit uobis? Sic ergo
profundæ rationis mysterio in malo quidẽ fructu apostolus nõ addidit uestrũ: de bono
aũt dicit: Habetis fructum uestrũ in sanctificationem. Quod aũt perfectiores dicat hos
quos seruire deo nominat, cũq; illos quos primo seruire iustitiæ dixerat, etiam ex hoc pro
batur: quòd horũ fructũ in sanctificationem posuit, qui intelligi possint hi esse qui se ca
stitati & cõtinentiæ deouerunt: illi aũt quos seruos dixit esse iustitiæ, possint etiã hi ui
deri qui in coniugijs positi iustitiæ tamen & omnibus uirtutibus operam præbent. De
uita autem æterna quãuis & in alijs locis sæpe à nobis dictum sit, tamen & in præsenti
breuiter perstringendum est, quod æternitas in scripturis aliquando pro eo ponatur ut
finem nesciat, aliquando uerò ut in præsenti quidem seculo finem nõ habeat, habeat ta
men in futuro. Aliquando temporis alicuius, uel etiam uitæ unius hominis spacium ę-
ternitas appellatur, ut est illud in lege scriptum de seruo Hebræo. Si dilexerit (inquit) *Exod.21*
uxorem suam, & filios suos, & permanere uoluerit in seruitute propter ipsam, subula,
inquit, pertundes aurem in poste, & erit tibi seruus in æternum, Aeternum hic sine du
bio tem-

Eccles.1 bio tempus uitæ hominis posuit. Et iterum in Ecclesiaste dicitur, Generatio uadit, & ge-
neratio uenit, terra autem stat in æternum: hic æternum præsentis seculi tempus osten-
Ioan.17 dit. Vbi uerò dicit uitam æternã, ad illud aspiciendum est quod ipse saluator dicit: Hæc
est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum & quem misisti Iesum Chri-
Ioan.14 stum. Et iterum, Ego sum uia, ueritas, & uita. Et ipse apostolus dicit in alijs, quia rapie-
1 Thess.4 mur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Sicut ergo
semper cum domino esse, finem nõ habet, ita uita æterna nullum finem habere creden-
da est. Stipendia enim peccati mors: Gratia autem dei in uita æterna in Christo Iesu
domino nostro.] Simile est hoc quod dixit, stipendia peccati mors, illi quod superius
dixerat, finis autem illorũ mors. Quorum autem illorum? sine dubio pro quibus nunc
erubescitis, quorum fructus ne nominare dignum. Et iterũ, Gratia autem dei in Chri-
sto Iesu domino nostro, simile est illi quod dixit: Habetis fructum uestrum in sanctifica-
tionem, finem uerò uitam æternã. Bene autem metaphorã, id est figuram militiæ exi-
stio propositam seruat, ut militantibus sub peccati rege, imò potius tyrãnidi eius paren-
tibus, stipendia debita mortem dicat exolui. Deum uerò non erat dignũ militibus suis
stipendia quasi debitum aliquod dare, sed donum & gratiã, quæ est uita æterna in Chri-
sto Iesu domino nostro. Ego non puto etiam hoc uacuum esse, quod ad uitam æternam
addidit, in Christo Iesu domino nostro: sed quia fortassis sciri uoluit aliud esse uitã æter-
nam solum, & aliud uitam æternam in Christo Iesu. Illi enim qui surgent in confusio-
nem & opprobrium sempiternum, habent quidem uitam æternam, nõ tamen in Chri-
sto Iesu, sed in confusione & opprobrio æterno: Iusti autem qui surgent in uitam æter-
nam, in Christo Iesu habebunt uitam æternam. Peccatum uerò militibus suis in qui-
bus regnat, stipendia digna largitur mortem. Mortem autem dicimus non hanc corpo-
Ezech.18 ralem, sed illam de qua scriptum est, Quia anima quæ peccat ipsa morietur. Et quamuis
de diuersitate mortis à nobis sæpe iam dictum sit, tamen quia presens admonuit locus,
apertius eadem repetere, & in unũ quæ sparsim sunt dicta colligere, necꝫ mihi pigrum
sit, nec legentibus onerosum. Mors quidem in scripturis unum quidem nomen est, sed
multa significat. Etenim separatio corporis ab anima mors nominatur. Sed hæc neque
mala, necꝫ bona dici potest: est enim media, quæ dicitur indifferens, id est communis.
Et rursus separatio animæ à deo mors appellatur, quæ per peccatum uenit. Hæc aperte
mala est, quæ & peccati stipendium nominatur: hanc mortẽ deus non fecit, necꝫ læta-
tur in perditione uiuorum. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarũ. Et ipse ite-
rum autor mortis huius diabolus mors appellatur, & ipse est qui dicitur inimicus Chri-
sti nouissimus destruendus. Sed & inferni locus in quo animæ detinebãtur à morte eti-
am ipsa mors appellatur. Dicitur etiã illa mors laudabilis qua peccato quis moritur, &
Christo consepelitur, per quam emendatio fit animæ, & uita æterna conquiritur. Cum
ergo tanta differẽtia in hoc uno nomine mortis habeatur, si audias deum dicentẽ, Ego
occidam, & ego uiuere faciam, intelligere debes quę sit mors quam dicit inferre deum:
illa sine dubio quæ cõferat uitam, id est ut moriatur quis peccato, & uiuat deo. Cum oc-
cideret eos inquirebãt eum. Apertissime docens quia deus quem occidit, propterea oc-
cidit ut peccato moriatur, & quærat deum. Sic ego audio illud quod scriptũ est, quia oc-
Gen.38 cidit deus Her filium Iudæ quoniã malignus erat, & si quid aliud huiusmodi de deo le-
1 Cor.5 gimus scriptũ. Sic & apostolus peccatorẽ tradebat in interitum carnis, ut spiritum face-
ret saluum, hoc est ut morereꝰ peccato, & uiueret deo. Et in præsenti igitur loco stipen-
dia quæ dat peccatũ, mors esse dicuntur: nõ ista mors quæ separat corpus ab anima, sed
illa qua separatur anima per peccatum à deo. Et rursum nos in morte Christi dicimur
baptizari, in illa sine dubio qua peccato mortuus est semel, ut & nos separemur à pecca-
to, & uiuamus deo. Tali nanꝫ morte qui moritur, iustificatus esse dicitur à peccato. Sic
ergo habenda est distinctio, quod deus etiam si occidere dicatur & morti tradere, talis
quædam sit mors quæ à deo datur ut cõferat uitam. Nihil enim mali datur à bono deo
licet triste sit, licet doloris plenum, prospectu tamen medendi & contemplatione sani-
tatis infertur, ut animam quam separauerat à deo illecebra & dulcedo peccati, seueri-
tatis austeritas separet à peccato. Econtrario uerò peccatum quicquid dederit, quicquid
contulerit, etiam si stipendia largiatur, animæ mors est.

Caput

CAPVT VII

A Nignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex dominatur in
homine quanto tempore uiuit? Nam quæ sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est legi: si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri. Igitur uiuente uiro cognominabitur adultera si fuerit cum alio uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est à lege, ut non sit adultera si fuerit cum alio uiro. Itaꝫ fratres mei & uos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificetis deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccati quæ per legem erant operabantur in membris nostris ut fructificarent morti. Nunc autem absoluti sumus à lege mortis in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetusta literæ.] Latius in superiore de fide & lege differens, per omnia præferendam esse ostendit fidem eorum duntaxat qui credunt in eum qui suscitauit dominum nostrum Iesum à mortuis. Post hæc qualis etiam eorum conuersio deberet esse subiunxit: in quibus & de peccato Adam ac iustitia Christi differuit: sed & de uirtute ac libertate qua uel iustitiæ quis seruit & liber est à peccato, uel peccato seruit & iustitiæ liber est, disputauit. Nunc ergo post excessum quendam latius redit denuo ad tractatum legis & Christi, talia quædam in præsenti differens loco, quæ paululum repetentes secundum literę consequentiam prius aperire tentabimus. Tunc etiam pro uiribus quid unusquisque sermo uirtutis habeat requiremus. Loquor, inquit, uobis qui scientiam legis habetis, & scitis sensum eius non esse in uetustate literæ, sed in spiritus nouitate: hoc est scientibus legem loquor, & appello uos propter huius legis scientiam fratres, & dico: Nunquid ignoratis quia lex unicuiqꝫ mancipato & seruienti sibi dominatur, sicut uir iunctæ mulieri? & sicut in omni uita sua dominatur mulieri legibus sibi coniunctæ, ita & homini qui sub lege est quamdiu uiuit, & ualet, dominatur lex. Sed sicut uirum cui legibus subiuncta fuerat mulier, si accidat mori, libera efficitur mulier, et à uiri potestate resoluitur: ita & is qui sub lege est, si accidat legem mori, ab operibus legis liber efficitur, & sicut mulier quæ prioris uiri legibus absoluta est, habet libertatem ut alio uiro iungatur: ita & is qui sub potestate legis uixit, ubi mortuam uidet literam habet potestatem uiuenti uerbo, tanquam uiro sociari. Si uero uiuentem adhuc priorem uirum uoluerit mulier relinquere & alij sociari, adultera sine dubio appellabitur. Quod simili forma etiam in eum cadit qui legem ut uirum deserit, & alij iungitur. Hæc autem scientibus (ut dixi) legem loquor fratres, ut intelligatis quia & uos legem tanquam mortuam reliquistis. Mors autem illius per aduentum Christi & assumptionem corporis eius, per quod uos effecti estis id est iuncti alij uiro, illi scilicet qui à mortuis resurrexit, & ultra mortem non recipit, quam recepit prior ille uir, id est lex. Vos ergo nunc facti estis eius uiri qui à mortuis resurrexit sponsa: & ideo secundum uoluntatem ipsius uiuere debetis, quia iam non sumus in carne, sed in spiritu, etiam si aliquando in carne positi peccati & carnis passionibus urgebamur: quæ passiones per occasionem legis in membris nostris fructificabant, non deo sed morti, illi morti quam deus non fecit. Nunc ergo sicut cum moritur uir, libera est & absoluta mulier à lege uiri, ita & nos liberi facti sumus à lege quæ uidebatur nobis dominari tanquam uir. Cui legi sine dubio etiam nos mortui sumus, & alieni à conditione eius in qua detinebamur, ut post hæc iam seruiamus non in uetustate literæ sicut prius, sed in nouitate spiritus: quem spiritum à sponso nostro tanquam nuptiale pignus accepimus, sicut & alibi dicit: Qui dedit nobis pignus spiritum. Hic est ordo eloquentiæ, hæc apostolici compago sermonis. Sed nunc repetentes quæ dicta sunt, discutiamus per singula. Aut ignoratis, inquit, fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex dominatur homini quanto tempore uiuit? Hyperbaton statim in principio habet, quod ita redditur. Aut ignoratis fratres quia lex dominatur in homine quanto tempore uiuit? & post hæc redditur illud quod in medio insertum est. Scientibus enim legem loquor. Quod autem dixit, Scientibus legem loquor, simile est illi quod paulo post dicit, Scimus autem quoniam lex spiritalis est. Legem uerò spiritalem non solum Paulus sciebat, sed & hi qui ab ipso imbuebantur: qui tamen spiritales erant, de quibus dicit: Spiritalis autem examinat omnia. Nam de Ga- 1 Cor.2
latis non possum pronunciare quod sciant legem spiritalem esse, de quibus dicit:

O insen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gal.3 O insensati Galatæ. Nisi forte tunc scierant cum spiritu cœperant: sed non permanserunt in hac scientia, quia carne consummati sunt. Apostolorum uerò doctrina & eorum qui ab ipsis instruebantur ad docendum talis erat, quæ docet homines seruire legi non in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus. Quod nõ solum apostolos, sed & prophetas, & si qui erant tunc sapientes in populo, sensisse arbitror, quia lex spiritalis est, licet multitudinis causa etiam carnalem uiderentur obseruantiam custodire. Nec mi-
1 Cor.9 rum, cum & ipse Paulus dicat, Quia factus sum ludæis tanquam ludæus, ut ludæos lucrifacerem. Ita ergo multi in populo priori proficiebant in scientia spiritali, & uidebãt gloriam uerbi dei, sicut Esaias scribitur uidisse gloriam filij dei, ut testatur Ioannes cum
Ioan.12 dicit, Hoc autem dicit Esaias quod uidit gloriam eius. Scientibus enim legem loquor, id est scientibus quæ sit in lege uetustas literæ, & nouitas spiritus: quia qui bene scit, nouit sine dubio quia lex ita dominatur homini quamdiu uiuit, sicut uir mulieri: & sicut morte uiri liberatur mulier à lege coniugij, & sociandi uiro alij accipit libertatem, ita & anima cuius uir lex est, cum uetustatem literæ in lege deprehenderit, quia quod uetera scit prope exterminium est, ueluti mortua sibi lege secundum literam, libertatem accipit nubendi alij uiro qui est spiritus legis: spiritus autem dominus est. Quod autem dixit, Lex dominatur homini quanto tempore uiuit, non ad hominem, sed ad legem refertur: hoc enim & in consequentibus indicat, ubi dicit, Viuente uiro alligata est legi: & ipsum exemplum quod assumptũ est, plenius idem ordo declarat: legem enim in loco uiri posuit, & de ipsa dicit, Si autem mortuus fuerit uir, soluta est à lege uiri. Quæ tamen si de apostolis, uel de his qui ex circumcisione crediderunt dicta intelligantur, nil commouebitur quæstionis: Clarum nanq; est quod hic legem uelut uirum dicit, sub cuius potestate uiuebant. Sed ubi uenit plenitudo temporum, lex infirmari cœpit in carne, & infirmitatem mors consecuta est, & si qui sub potestate huius uiri uixerant, tanquam mulier spiritui nubunt Christo credentes. Hi uerò qui ex gentibus crediderunt, domino crediderunt, & non uidentur sub huius uiri id est sub legis uixisse potestate, nec habuisse uirum legis sermonem. Testimonium autem huius rei, id est quod hi qui ex circumcisione sunt sub uiro fuerint, hi autem qui ex gentibus sine uiro, Esaias decla-
Gal.4 rat dicens: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum: Multos filios dicens desertæ magis quam eius quæ habet uirum, quod multo plures ex gentibus, quàm ex circumcisione crediderunt. Et ostendit eam quæ habet uirum, synagogam quæ habet legem: desertam uerò, & uagam, ac sine ulla potestate legis uiuentem, multitudinem gentium, quæ & sterilis erat, nullius legitimi uerbi proferens germen. Ponitur ergo in his ab apostolo homo qui sub lege uiuit, tãquam mulier quæ sub uiro est. Virum autem ponit sermonem legis, quem tamen uirum mortalem dicit, qui est secundum literã sermo legis. Sed is quomodo sit mortuus, prouidendum est. Potest quidem in hoc uideri mortuus, cum spiritalis intelligentia excludit uel interimit corporalem, & ostendit refugiendam esse occidentem literam, & sequendum uiuificantem spiritum. Sed & hoc modo mortuus esse hic uir euidentius probabitur: etenim donec lex umbram gerebat futurorum bonorum & inhiabat in terrena, cœlestis culturæ typus & imago gerebatur, & altare manebat, & sacerdotium, sermo legis litera uidebatur. Nondum enim introierat in sancta nõ manufacta Christus, nec accesserat ad uelamen interius, quod ad Hebræos scribens apostolus carnem Christi esse interpretatur. Vbi uerò uerbum caro factum est, & habitauit in nobis à præsentia eius lex cum templo & altari, atque omnibus quæ ibi gerebantur, euersa est: tunc mortuus est uir eius, id est secundum literam lex. Aut non iure dicitur in hac parte mortuus sermo legis, cui nulla sacrificia, nullum sacerdotiũ, nulla Leuitici ordinis deferuntur ministeria? Homicidam punire non potest, nec adulterum lapidare: hæc enim sibi uendicat Romanorum potestas: & dubitas adhuc si mortua sit literæ lex? Ter in anno apparere domino omnis masculus non ascendit: ouis in festiuitate paschæ ea in ciuitate quam elegisse putatur dominus deus, nulla iugulatur: manipuli primitiarũ nulla celebratur oblatio: nulla lepra, nulla pecoris immunditia: dubitari potest in his omnibus mortuam esse literã legis? Cum ergo claruerit per hæc omnia mortuum esse uirum priorem, nulla præuaricatio est Christo tanquam uiro alteri sociari, sicut mu-

cut mulieri crimen non est si uiro priore defuncto suscipiat secunda connubia. Et propterea dicit: Igitur uiuente uiro cognominabitur adultera si fuerit cũ alio uiro: ut ostendat quia & anima hominis si iam uenit ad Christum, & Christo uelut secundo uiro sociata est, nullo genere uiuere ei debet uetustas literæ quæ est quasi prior uir: ne forte si illum habeat in se uiuentem, efficiatur adultera, quæ ita adhuc secundo sociata est, ut si uiueret prior. Hoc est quod per aliam figuram & in superioribus dixit, quia mori prius oportet, & ita consepeliri Christo. Denicp etiã hic addit in posterioribus: Itaq; fratres mei & uos mortui estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus deo. Vides quomodo figurarũ diuersitas uideatur, ad unum tamen sensum cuncta reuocantur. Nam & quòd legem nobis mortuã dicit, hoc idem libet intelligi, quod & sic nos mortui sumus legi per corpus Christi, in quo corpore iniquitates nostras tulit, & peccata nostra portauit, & in quo exuit principatum & potestatem triumphans eos in semetipso. Festinandum est ergo ad has nuptias secundas, quæ beati ores sunt multo cp primæ. Et uide si forte iam tunc lex tale nescio quid adumbrabat in eo, cũ iuberet ut mulier mortuo priore uiro de quo semen non susceperat, fratri eius nuberet: Frater enim uidetur legis literæ, secundum spiritum lex: ut de ipso magis mulier afferat fructum. Sed hæc plenius in locis suis requirentur. Nunc aũt (ut diximus) prius moriendum est legi literæ, ut sic coniungi possimus Christo qui ex mortuis resurrexit. Potest autem fieri ut hoc non solum de lege Moysi quę est secundam literam sentiatur, sed de omni homine: quoniã certum est quod quibuscunq; institutis, quibuscunq; moribus agitur, quasi sub lege hac qua utiꝫ uiuere credendus est: cui utiq; uel ipsa mori debet, uel ipse illi, ne forte sub alio uiro posita anima ad Christum ueniens, non tam nuptias eius adire cp adultera effici uideatur, quippe quæ sub prioris adhuc uiri legibus uiuit. Quod tamen apostolus alia rursum figura ad eum sensum explanationis adducit. subiungit enim: Cum aũt essemus in carne, uitia peccatorũ quæ per legem erant, operabantur in mẽbris nostris ut fructificarent morti. Nunc aũt soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & nõ in uetustate literæ. Apparet & in his ut in superioribus per exemplum cuiusdam similitudinis Paulum ex alio in aliud cõclaue incertis & occultis gressibus digredi. Cum enim in superioribus de lege literæ disputasset, quod utiq; ad eos uidereẽ tantum qui ex circũcisione crediderãt, per tinere: nunc latenti quadã conuersione carnis & uitiorũ discutit legẽ, ob id sine dubio ut etiam ad cæteros homines nõ eos solos qui ex circumcisione sunt tractatus iste pertinere uidereẽ. Ait ergo: Cum enim essemus in carne. Et quidem quantum ad rem spectat, in carne utiq; positus ista dicebat: sed cũ in carne essemus hoc est cum secundũ carnem uiueremus, uitia peccati quæ per legẽ erant, operabanẽ in mẽbris nostris. Quænã lex ista est per quã uitia peccati operãtur? Nunquid lex Moysi etiam si secundum literam obseruetur, uitia generat peccatorũ? Sed in aperto est quod illam legem dicat mẽbrorum, quæ resistit legi mẽtis de qua & ante tractauimus, quomodo lex subintroiuit ut abundaret peccatũ. Ipsa ergo lex est quæ facit in ijs qui secundum carnẽ uixerint uitia peccatorũ abundare ut fructificent morti. Ad hoc nanq; est lex illa in membris nostris, ut resistens aduersus legem mentis captiuos nos ducat peccato, & hos fructus afferat morti. Nunc autem soluti sumus à lege, in qua mortui detinebamur. Ab hac ergo lege nunc soluti sumus. Quando? Sine dubio quando cum Christo mortui sumus, & consepulti cum eo per baptismum, & crucifixi cum ipso. Et ideo dicit, Soluti sumus à lege mortis. Nisi enim quis mortuus fuerit cum Christo ab ista lege non soluitur. Scio & in aljs exemplaribus scriptum, A lege mortis in qua detinebamur: sed hoc, id est mortui, & uerius est & rectius. Quod uerò addit in conclusione, Ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & nõ in uetustate literæ, quod sine dubio de lege literæ dictũ uidetur, hoc modo consequenter intelligi poterit. In carne quidem positi, & secundum carnem uiuentes, propter peccatorum uitia quæ lex illa quæ erat in membris nostris alebat ut fructificaret morti, non poteramus seruire nouitati spiritus domini: illa lex membrorum uigebat in nobis, in modum quod nos secundum illã uiuebamus. Vbi uerò Christus pro nobis mortuus est, & nos cum ipso mortui sumus peccato, liberi sumus per ipsum à lege peccati, in qua detinebamur, ut possimus seruire iam legi dei, seruire autem in nouitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate ſpiritus,nõ in uetuſtate literæ.Nõ enim idcirco nos Chriſtus abſtraxit à lege pecca
ti,ut in uetuſtate literæ ſeruiamus, id eſt ut circumciſionem recipiamus, & ſabbata uel
cætera quæ uetuſtas legis literæ cõtinet:ſed ut legem dei in ſpiritus nouitate ſeruemus:
2 Cor.3 id eſt ex omnibus quæ in ea ſcripta ſunt ſpiritalem ſenſum ſpiritu donante capiamus, ſi
cut & idem apoſtolus in aliis dicit, quia uelamen poſitum eſt in facie Moyſi: cum autẽ
conuerſus fuerit quis ad dominum,auferetur uelamen.Dominus enim ſpiritus eſt: Vbi
autem ſpiritus domini,ibi libertas.Nouitatem ſane ſpiritus ſcio quoſdam intelligentes
illuc traxiſſe, ubi dicerent nouum ſpiritum eſſe tanquam qui ante non fuerit, nec uete-
ribus innotuerit, & neſciunt ſe in hoc grauiſſime blaſphemare. Ipſe enim ſpiritus eſt in
lege, ipſe in euangelio, ipſe ſemper cum patre & filio eſt, & ſemper eſt & erat & erit, ſi-
cut pater & filius.Non ergo ipſe nouus eſt, ſed credentes innouat, cum eos à ueteribus
malis ad nouam uitam & nouam religionis Chriſti obſeruantiam adducit, & ſpiritales
ex carnalibus facit. Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum nõ
cognoui,niſi per legem.Nam concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret:Non concu
piſces. Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me om-
nem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem ſine lege
uiuebam aliquando.Sed cum uenifſet mandatum,peccatum reuixit, ego autem mortu
us ſum, & inuentum eſt mihi mandatum quod erat ad uitam hoc eſſe ad mortem: nam
peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me,& per illud occidit.Itaque lex
quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Quod ergo bonum eſt,
mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum opera-
tum eſt mihi mortem,ut fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum.] In his
locis poſitos crebro nos neceſſe eſt de legum diuerſitatibus commonere. Hoc enim
uult Paulus, qui ſub uno legis nomine ſenſum de uno ad alterum tacitis indiciis tranſ-
fert,illo ut arbitramur propoſito, quo & ſcripturæ propheticæ conſtant,ne ea quæ in-
ſpirata diuinitus prolocutus, impolitis hominibus & minus adhuc uel fidei uel ſtudij
deferentibus in propatulo ponerentur,& pedibus(ut ita dixerim) conculcanda trade-
rentur:ſed ut ſecundum ea quæ ſupra per quandam ſimilitudinem diximus,myſterium
regis ad paucos & occultius perueniret.Ait itaq; :Quid ergo dicemus? Lex peccatum
eſt? Putaſti,inquit,me de lege Moyſi dicere quia peccatum eſt? Abſit, ad utrunq; ſuffi-
ciat quia neq; de lege Moyſi loquor, neq; de ipſa dico quia peccatum eſt. Sed peccatũ
non cognoui niſi per legem. Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non
concupiſces.Intellige, inquit, de qua lege loquar, quod niſi eſſet, peccatum nemo co-
Gen.3.4 gnoſceret.Nunquid Moyſi lex eſt per quam Adam cognouit peccatũ ſuum,& abſcon
dit ſe à conſpectu domini? Nunquid Moyſi lex eſt per quam cognouit Cain peccatum
Exod.9 ſuum & dixit,Maius eſt peccatum meum quam ut relinquar? Aut per quam Pharao co
gnouit peccatum ſuum & dixit,dominus iuſtus eſt,ego autem & populus meus impĩ?
Quod ſi hi omnes, & alĩ innumeri ante Moyſi legem cognouerunt peccatum ſuum,
non erit ſine dubio Moyſi lex de qua dicit apoſtolus, Quia peccatum non cognoui ni-
ſi per legem: & de qua dicebat, Et concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret, Non
concupiſces. Sed illa lex de qua frequenter diximus, quæ in hominum cordibus ſcri-
pta eſt nõ atramento, ſed ſpiritu dei uiui, & docet unumquemq; quid agẽdum ſit quid,
cauendum:ipſa eſt ergo per quam cognoſcit homo peccatum ſuum. Aperte hic legem
naturalem dicit tamdiu ignorari à nobis, quamdiu ætatis proceſſu non nouimus inter
bonum & malum diſcernere, & à conſcientia noſtra audiemus. Loquitur enim in-
tra nos conſcientia, & dicit, Non concupiſces. Sed quoniam non ſemper, nec ex ini-
tio ut naſcitur homo, lex iſta inuenitur in homine, ſed aliquamdiu dum ætas nondum
patitur,ſine hac lege uiuitur,ſicut ipſe Paulus fatetur cum dicit, Ego autem uiuebam ſi
ne lege aliquando,in illo tempore quo ſine lege uiximus concupiſcentiã neſciebamus.
Non dixit non habebã,ſed dixit neſciebam, tãquam quæ eſſet quidem, ignoraretur ta-
men quia eſſet cõcupiſcentia. Vbi autẽ uenit ratio,& lex naturalis locum in nobis pro-
ceſſu ætatis inuenit,docere nos cœpit quæ eſſent bona,& prohibere à malis.Hoc ergo
eſt dum dicit non cõcupiſces, quod ante neſciebamus ab ipſa didicimus malam eſſe cõ
cupiſcentiam: occaſione autem accepta peccatum per mandatum operatum eſt in me
omnem

omnem concupiſcentiam. Lex illa de qua dicit, quia concupiſcentiam neſciebam niſi
lex diceret,Non concupiſces,ipſam etiam mandatum appellat cum ait,quia occaſione
mandati huius quo concupiſcere prohibemur,peccatum uehementer exarſit in nobis,
& omnem operatum eſt in nobis concupiſcentiam. Ideo nanq; in quo concupiſcit ca-
ro aduerſus ſpiritum, id eſt aduerſus legem quæ dicit,Non concupiſces, etiam aduerſa
tur ei,& certamen quoddam gerit,ut non ſolum concupiſcentiæ non ſatisfaciat, ſed e-
tiam aduerſarium uincat.Hæc eſt ergo occaſio quam dicit uenire ex mandato: Neſcio
quo etenim pacto ea quæ prohibentur ardentius deſiderantur,& ideo mandatum ſan-
ctum & iuſtum & bonũ ſit: Quod enim prohibet malum,neceſſario bonum eſt. Dum
prohibendo cõcupiſcentiam magis eam prouocat & inflammat, per bonum mihi ope
ratum eſt mortem.Indicat tamen apoſtolus in his: quod origo peccati ex concupiſcen
tia orta ſit,dum prohibetur à lege ſiue Moyſi quæ dicit,Non concupiſces,ſiue etiam ut
ſupra expoſuimus naturali,eo contentioſius quod prohibetur expetitur. Sciendum ſa
ne eſt quod concupiſcentia hic culpabilis ponitur:eſt autem & in multis laudabilis, ſi-
cut ſupra diximus.Sine lege enim peccatum mortuum eſt. Ego autem uiuebam ſine le
ge aliquando.Sed ubi uenit mandatum,peccatum reuixit,ego autem mortuus ſum, &
inuentum eſt mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc eſſe ad mortem. De his pene o-
mnibus iam in ſuperioribus plene tractatũ eſt:unde ne eadem ſæpius reuoluamus,bre-
uiter quę dicta ſunt,in memoriam reuocabimus. Sine lege autem peccatum mortuum
eſſe in nobis,hoc eſt antequam per ætatem rationabilis intra nos ſenſus uigeret, oſten-
dimus,cum etiam exemplum pueri percutientis patrem aut matrẽ uel maledicentis ad
duximus: In quo ſecundum legem quidem prohibẽtem percuti uel maledici patrẽ aut
matrem,peccatum fieri uidetur: ſed iſtud peccatum mortuum eſſe dicitur quia lex non
dum adeſt in puero,quæ eum doceat hoc quod facit fieri non licere. Sine hac autem le
ge & Paulum & omnes homines certum eſt aliquando uixiſſe, hoc eſt in ætate pueri-
li. Omnes enim ſimiliter per illud tẽpus nondũ capaces huius naturalis legis exiſtunt:
Nam utiq; nõ uideret de hoc Pauli eſſe profeſſio uera.Quomodo enim ſine lege Moy
ſi probabitur Paulus aliquãdo uixiſſe cum ipſe ſe Hebræum ex Hebræis, & octaua die
circũciſum ſecundũ legis præcepta fateatur? Sed hoc modo quo diximus ſine lege na-
turali uixit etiã ipſe aliquando in pueritia. Quo in tempore non dixit non fuiſſe in ho-
mine peccatũ,ſed mortuum fuiſſe & reuixiſſe poſtmodum,ubi lex naturalis adueniens
prohibuit concupiſcentiam, cœpitq; lex ueluti mortuum ſuſcitare peccatum: Peccati
nanq; natura hæc eſt,ſi fiat quod lex fieri uetat.Reuiuiſcente ergo peccato ego, inquit,
mortuus ſum. Ego,quis? Anima ſine dubio quæ fecerat quod lex fieri uetabat:Anima
enim quæ peccat ipſa morietur. Inuentum eſt ergo mandatum quod datũ fuerat ad ui-
tam animæ,ſcilicet ut eam doceret opera uitæ,ceſſiſſe ei ad mortem,dum prohibita nõ
tam refugit q̃ ardentius expetit. Mouet me tamen quomodo dixerit in his peccatum
mortuum reuixiſſe. Videtur enim quia non poſſit dici mortuum niſi quod aliquando
uixerit,& poſtmodum uita caruerit. Sed hoc ipſum quod dixit reuixit, non nuper da-
tam uitam, ſed priorẽ redditã docet:ipſe enim ſermo, reuixit, rurſum uixiſſe ſignificat.
Si ergo anima dicitur reuixiſſe peccato, qũo de hoc ſermone apoſtolus ait: Ego aũt ui-
uebam ſine lege aliquãdo? Reſpondent Pythagorizãtes hereticiq; qui docẽt animas ho
minũ prius in pecudibus, uel auibus aut piſcibus fuiſſe, & ſic ad homines fluxiſſe, pro-
pterea dixiſſe apoſtolũ,Ego aũt uiuebã ſine lege aliquando, quaſi qui antecq̃ in hoc cor
pus ueniret humanũ,uixerit in eo ordine(uerbi gratia)aut auiũ, aut animalium ubi lex
nulla haberet. Quomodo, inquit,ad hoc poterũt reſpondere, cum in anima non nuper
exortũ ſed qd' erat mortuũ dicat reuixiſſe peccatũ? & certum eſt quod is qui reuiuiſcit,
uixit aliquando? Nunq; ergo anima in eo ordine fuiſſe uidebit,ubi peccatum ſine lege
nec fuiſſe potuit nec uixiſſe.Hæc aduerſum illos dicta ſunt, qui apoſtoli ſermonẽ ad do
gma impiũ trahunt.Nos aũt mortẽ hanc peccati,beneficio dei datã dicimus tẽpore eo,
quo ſine lege uiueremus. Quod etſi ueniente mandato quod & ſanctũ & iuſtum & bo
nũ eſt,reuiuiſcit in nobis peccatũ,& occidit nos:peccatum enim accepta occaſione per
mandatũ ſeduxit me,& per illud occidit:nõ eſt accuſatio mãdati per hęc,quia occaſio-
nẽ qua occidit me peccatũ,uenifſe dicit ex mãdato, ſed hæc eſt dicti huius cõſequẽtia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex dicitur quæ docet quid fieri debeat, quid caueri, & neceſſe eſt illud ut caueri dicat & doceat quale ſit, quo per hoc caueri facilius poſſit. Nemo enim poteſt uitare quod neſcit. Si quis ergo edoctus per legem quale ſit illud quod caueri debeat, non tam caueat q̃ faciat illud, occaſione quidem legis nõ faciendæ rei ſcientiã uidebitur accepiſſe: ſed lex non idcirco eum docuerat ut faceret quod non debebat, & morereť, ſed ut non faceret & uiueret. Sic ergo peccatũ occaſione accepta per mandatũ ſeduxit me, & per illud occidit. Aut certe quia frequenter dixit, peccatũ per mandatũ ſeduxit me, & per illud occidit, poteſt hic peccatũ uel ipſum auctorẽ dixiſſe peccati, de quo ſcriptũ eſt, Serpens ſeduxit me: uel etiã perſonã ſinxiſſe peccati, quæ uiſa ſit hominem ſeduxiſſe occaſione mandati, ut ſuauẽ faceret concupiſcentiã: & anima dum ſuauitate cõcupiſcentiæ delectať præuaricando per mandatũ quod dicebat, Non concupiſces, moreret. Sed ne hoc mãdato legis aſcriberet, quòd occaſione præcepti ſeducta eſt anima & occiſa, ſubiungit apoſtolus & dicit: Ita lex quidẽ ſancta, & mandatũ ſanctum & iuſtũ & bonum. Bonũ nanq̃ eſt mandatũ, & lex ſancta eſt. Bona enim præcipit, & bonorũ obſeruantiã mandat. Quod ergo, inquit, bonũ eſt, mors mihi eſt? Abſit. Obiectionẽ refellit neceſſario conſurgentem, & dicit: Non quod bonum legis & mandatũ mortem mihi intulerit, ſed peccatum, inquit, ut quod iniquũ ſit, per bonum mihi intulit mortem. Bonũ nanq̃ eſt mandatum ſi ſeruatur: ſi uerò non ſeruatur, neceſſario erit illi malum qui perdiderit bonum. Fit ergo ipſum peccatũ ſupra modũ peccator ex occaſione mandati. Diximus & ſuperius quod quaſi perſonam finxerit peccati, & de ipſa dicat ſuprà modum peccatorem effectum ipſum peccatũ, de cuius perſona loquor, occaſione mãdati. Minus enim peccati eſt ſi id quod non prohibetur admittas. Si uerò uetita & interdicta commiſeris, ſuprà modum, ut ita dicam peccator es: quia non ſolum commiſiſti quod non debuiſti, ſed & præceptum præuaricatus es. Quod autem diximus peccatũ peccator, maluimus uitium ſermonis recipere quàm ſenſum apoſtoli non integre exprimere: quia in Latino ſermone anguſtauit nos nomen peccati, quod neutro genere declinatur: in Græco uerò fœmininum eſt: & ideo peccatorem ipſum nos appellauimus: nam ibi peccatrix appellari poteſt. Scimus enim quia lex ſpiritalis eſt ego autem carnalis ſum, uenundatus ſub peccato. Quod enim operor, ignoro. Non enim quod uolò bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio. Si aũt quod nolo illud facio, conſentio legi quoniã bona eſt. Nunc aũt iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ. Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonũ. Velle enim adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod uolo facio bonũ, ſed quod nolo malũ hoc ago. Si enim quod nolo hoc facio, iam nõ ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ. Inuenio igitur legẽ uolenti mihi bonum facere, quia mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei ſecundũ interiorem hominem: uideo aũt aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per leſum Chriſtum dominũ noſtrũ.] Sicui forte illa expoſitio quã de legũ diuerſitate tenebamus, uiolenter præſumpta uideať, aduertat nunc in apoſtolo, quomodo non ſolũ le-
2 Cor.10 gum, ſed & perſonarũ diuerſitas introducitur. Nam Paulus qui in alijs dixit: Non enim ſecundum carnẽ uiuimus, ſed ſecũdum carnem militamus: in præſenti loco dicit ſe eſſe carnalẽ: & hic ſub peccato dicit ſe eſſe uenundatũ, qui in alio dixit, Precio empti eſtis,
Gal.2 & iterũ, Chriſtus uos redemit, & rurſum in alijs dicit, Viuo aũt nõ iam ego, uiuit uerò
Rom.8 in me Chriſtus. Et iterũ qui ait, Propter inhabitantẽ ſpiritum eius in nobis: nunc dicit, Quia nõ habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum. Quod ſi nõ inhabitat in carne eius bonũ, quomodo dicit, Quia corpus noſtrũ templum eſt dei, et templum ſpiritus ſancti? Sed & certe in quibus cõfitetur à lege quæ in membris ſuis eſt, & repugnat legi mentis ſuæ, captiuũ duci ſe in lege peccati, quomodo apoſtolicæ conueniunt dignitati, & Paulo præcipue, in quo Chriſtus & uiuit & loquitur? Sed collígamus ex his quomodo moris eſt ſcripturæ diuinę, & perſonas latenter, & res & cauſas, de quibus dicere uideť, & nomina cõmutare, imò potius eiſdem nominibus in alijs atq̃ alijs rebus uti, ut in præſenti loco ait apoſtolus, Scimus eñ quia lex ſpiritalis eſt. Hic adhuc qđ dixit, Scimus quia lex ſpiritalis eſt, apoſtolica auctoritate pronũciat. Non enim ſcit legẽ ſpiritalẽ eſſe qui carnalis eſt, & ſub peccato uenũdatus eſt, ſed qui habet in ſe ſpiritũ dei, ille ſcit quia ſpiritalis eſt: quod de Moyſi lege conuenit dictum. Ipſa eſt nanq̃ quæ his qui ſpiritaliter intelligunt, lex ſpiritalis eſt, & ſpiritus uiuificans: qui uerò carnaliter, lex literæ, & litera occidens eſſe memoratur. Quod uerò dicit, Ego autem carnalis ſum uenũdatus ſub peccato, hic iam tanquam doctor eccleſiæ perſonã in ſemetipſum ſuſcipit infirmorum: propter quod & alibi dixit, Factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrarer. Et hic ergo infirmioribus quibuſq̃, id eſt carnalibus & qui ſub peccato uenundati ſunt, efficitur Paulus carnalis & ſub peccato uenundatus, & loquitur ea quæ illis loqui moris eſt, uel excuſationis uel incuſationis obtentu. Ait ergo tanquã ex perſona illorum loquens, Ego autem carnalis ſum, uenundatus ſub peccato: hoc eſt ſecundum carnem uiuens, & in peccati poteſtatẽ libidinis & concupiſcentiæ precio redactus. Quod enim operor ignoro. Non enim quod uolo facio, ſed quod odi hoc ago. Quod ergo ait, quia ignoro quod operor, non tam rem ipſam quam operatur quis ignorat, licet carnalis ſit, ſed cauſam rei quã agit dicitur ignorare. Quod enim dicit, Non enim quod uolo ago, ſed quod odi illud facio, oſtendit quia licet carnalis ſit, & ſub peccato uenundatus qui hæc loquitur, tamen etiã reſiſtere aliquantulũ uitijs conetur, legis ſcilicet naturalis inſtinctu, ſed uincatur à uitijs, & opprimatur in uitijs: ut ſæpe accidit (uerbi gratia) cũ proponit quis patienter ferre inſtingantem ſe, & ad ultimum uincitur iracundia, & patitur hæc inuitus: iraſcitur ergo etiã cum nolit iraſci. Hoc idem etiam timoris uitio accidere ſolet, ut contra uoluntatem quis metu & formidine terreatur: hoc in elatione ſubiti uel inopinati honoris ſæpe contingit, ut arrogantior quis fiat & tumidior q̃ uult. Vincitur ergo in his ſingulis qui nõdum ſpiritalis eſt etiã contra uoluntatem: quia uoluntas iſta nondũ ita fortis, & ita robuſta eſt, ut definiat apud ſe uſq̃ ad mortẽ pro ueritate certandum: nec talis eſt qui dicat eſt eſt, non non, & ideo non poteſt operari quæ uult ſed quæ non uult. Tamen ex ea parte qua nõ uult malũ, cõſentit legi dei quia bona eſt, quæ prohibet malum: & conſonantiã quandam ad legẽ dei lex naturalis adducit, ut eadem uelint atq̃ eadem nolint. Quod ſi ſecundum uoluntatem dei conſentimus, malũ ergo quod facimus iam nõ nos ſed peccatũ quod in nobis eſt operatur, id eſt lex & uoluntas carnis, quæ captiuos nos ducit in lege peccati. Et hic (id eſt Paulus carnalis) dicit quia iam nõ ego operor illud ſed quod habitat in me peccatũ. Paulus uerò ſpiritalis in alijs dicit, Quia abundãtius q̃ omes illi laborauí: nõ autẽ ego, ſed gratia dei mecũ. Vt ergo 1 Cor.15
iſte labores ſuos nõ ſibi ſed gratiæ dei quæ in ipſo operať aſcribit: ita & ille carnalis opera nõ bona non ſibi, ſed peccato quod in ſe habitat & operať, adnumerat. Ideo ergo dicit: Non iam ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ. Non eñ habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonũ. Nondũ eñ in eo Chriſtus inhabitat, neq̃ corpus eius tẽplũ eſt ſpiritus ſancti. Verũtamẽ nõ uſquequaq̃ hic cuius perſona proponiť alienus eſt à bonis, ſed propoſito quidẽ & uoluntate cœpit bona requirere, nondũ tamẽ poteſt bona rebus & operibus obtinere. Eſt eñ talis quædã infirmitas in his qui initia cõuerſionis accipiũt, ut cũ uelint quidẽ ſtatim facere omne quod bonũ eſt, nõ ſtatim uoluntatẽ ſequať effectus. Nã & meditator apud ſemetipſum diſcernit (uerbi cauſa) ut nõ iraſcať, & hoc in uoluntate definit: ſed quoniã longo uſu & cõſuetudine diutina uitiũ in eo ira cundiæ dominatũ eſt, obſiſtit etiã uoluntati ac propoſito, & in ſolita ſibi rurſus itinera uis furoris erumpit. Similiter agit & libidinis uitiũ: pari quoq̃ conſuetudinis morbo & mẽdaciũ ſurrepit, formido deterret: & in his ſingulis iſte qui iam initia cõuerſionis ceperat, cõpetenter dicit, quia uelle adiacet mihi, perficere aũt bonum non inuenio. Non enim quod uolo bonũ hoc ago, ſed quod odi malũ illud facio. Quod ſi iudiciũ de bono habet uoluntas, cõſuetudo aũt carnalium uitiorum, quę lex carnis uel lex membrorum appellata eſt, obſiſtit, & ſurripit ex eo quod bona uoluntate gero, licet agã mala, tamen quia inuitus ago cõſentio legi dei quoniã bona eſt. Odi enim mala, & cupio agere bona quæ lex iubet. Quod ſi contra uoluntatem mala ago, uictus conſuetudine uitiorum uſuq̃ peccãdi, nõ iam ego hoc eſt interior homo qđ bonũ uolo hoc facio, ſed quod habitat in me peccatũ. Conſuetudinẽ nãq̃ peccãdi peccatũ nominauit. Inuenio igitur legẽ uolenti mihi facere bonũ quia mihi malũ adiacet. Cõdelector eñ legi dei ſecũdum interiorẽ hominẽ. Et in his uerò (ut ſuperius cõmonuimus) non uidentur elocutiones

Universidad de Deusto
Biblioteca

integre explicari, sed coniunctionũ uel abundantia, uel proprietatibus impediri. Tali ergo quodam ordine legere debemus ut intellectus lucidior fiat. Igitur quia malum mihi adiacet, uolens facere bonum inuenio legem dei, & condelector ei secundum interiorem hominẽ. Per quod ostendit, quia interior homo, hoc est uoluntas & propositũ quo initium accipit conuerti ad dominũ, legi dei consentit, & delectatur in ea. Sed (ut superius diximus) nõ statim ut uoluntatem quis habuerit cõuerti ad bona, etiã usus boni operis subsecutus est. Cita enim res est uoluntas, & sine impedimento conuertitur: opus uerò tardum est, quia & usum & artẽ & laborem requirit operandi. Quod ut euidentius fiat, utamur etiam similitudine exẽpli. uerbi gratia, uult quis sapiẽs fieri, nec tamẽ statim ut uoluit sapiẽs effectus est: sed uoluntas quidẽ præcessit, nec sine uoluntate aliquis sapiẽs fieri potest, sed tamen cũ uoluntas fuerit, adhibendus est labor, studiũ, solicitudo, uigiliæ, doctrina, institutio, & uix aliquando usu longo & meditatione continua sapiens efficitur. Iste ergo ab initio quidẽ statim uoluntatẽ habuit ut esset sapiens, sed non statim affuit ei opus sapientiæ, sed in eo ipso eruditur ut sapiens fiat, quod ante stulte & contra sapientiã gessit: qui tamen intelligere quidem potuit cũ stulte gesserit, habebat iam studium sapientiæ, nõ tamen ita iam sapiens erat, ut cauere posset ne quid insipienter admitteret. Iste ordo & de pudicitia habendus est, quoniam non statim quis ut uoluerit pudicitiã profiteri etiã opere implebit ut nullis concupiscentiæ stimulis agitetur. Sic & de mansuetudine, & de patientia, & de singulis quibusq; uirtutibus sciendum est. In quibus omnibus dici cõuenit: Quia cõdelector legi dei, hoc est uirtutibus, secundum interiorẽ hominem. Video aũt aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuũ me ducentẽ in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Quod suprà dixerat, Velle enim bonũ adiacet mihi, hic uoluntatẽ boni legem mentis nominauit: quæ lex mentis conuenit cum lege dei, & consentit ei. Sed rursum motus corporis desideria carnis legem membrorũ dicit, quæ captiuam ducit animam, & peccati legibus subdit. Certum est nãq; quod desideria carnis animã trahunt ad peccatũ, & eam legibus eius subdunt: & sicut lex mentis quæ consentit cum lege dei si animã potuerit obtinere, adducit eam ad legẽ dei: ita & lex quæ in membris est, & concupiscentia carnis, si seduxerit animã, peccati eam legibus subdet. Sed cum hæc Paulus assumpta fragiliore persona intra hominem certamen habere docuisset, & ostendisset quòd etiã cõtra uoluntatem per desideria carnis anima usu ipso peccandi in peccati iura raperetur, exclamatione utitur adhuc ex persona illius, & dicit: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Videt se miserũ, intra quẽ tot leges sibi inuicẽ repugnant, tot prælia commouentur. Pugnat caro aduersum spiritum, spiritus autem aduersus carnem: lex quæ in membris est repugnat legi mentis, & captiua ducitur anima in legem peccati, & sub iugo eius efficitur, etiam cum interior homo dei lege delectetur. Quomodo in his tot & talibus malis non miserum se dicat homo, & in corpore mortis habitare? Merito nanq; corpus mortis appellatur, in quo habitat peccatũ quod mortis est causa. Sit ergo exclamatio hæc ex persona illius, quem initia quidem conuersionis accepisse describit apostolus in eo quod uoluntas adiacet boni, sed nondum in effectũ uenerit boni. Non enim inuenit perficere bonum, quia nondum in eo usus exercitiumq; inoleuerat uirtutum. Respondetur uerò ei ad hoc quod dixerat, Quis me liberabit de corpore mortis huius? iam nõ ex illius sed apostolica auctoritate: Gratia dei per Iesum Christum dominũ nostrum. Vnde apparet quòd propterea hæc omnia descripsit apostolus, & mala quæ intra nos gerebãtur exposuit, ut ad ultimũ ostenderet & doceret de quantis nos malis, & de quantis mortibus nos Christus eripuit. Quod autem moris sit in scripturis diuinis sanctos personas assumere peccantium, & magistros suscipere in semetipsos infirmitates discipulorum, ex libro quidem psalmorũ plenissime perdocemur cum dicit, Non est pax ossibus meis à facie peccatorũ meorũ, quia iniquitates superpositæ sunt capiti meo &c. usq; super me cõputruerunt & exarserũt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Miserijs afflictus & curuatus sum usq; in finem &c. quibus pene integer hic scribitur psalmus. Quod si forte alicui uidebitur hæc Dauid magis de semetipso pro his quæ acciderant ei, dicere potuisse cũ de alijs, quid etiam de Daniele dicimus, cuius peccatũ quidẽ nullum refertur, sed uir desideriorum dicitur, tamen in ieiu-

Psal. 37

nijs & cilicio & cinere describetur, & oratio huiusmodi in qua inter cętera etiam hęc dicit: Peccauimus, iniquitatẽ fecimus, iniuste egimus, & impietatẽ cõmisimus, & discessimus, & declinauimus à mandatis & iudicijs, & non audiuimus seruos tuos prophetas, qui loquebantur nobis in nomine tuo, & regibus & principibus nostris, & patribus nostris, & omni populo terrę, & tibi domine iustitia, nobis autem confusio faciei. Quis est qui in his uerbis negare possit personã peccatorũ à Daniele esse susceptam, pro quibus tanq; pro seipso hoc dicere uideat? Vnde conueniens est nos legentes dicta sanctorũ, cũ ab eis tale aliquid dici uidemus, intelligere & sentire quia nostras in semetipsis passiones atq; peccata describũt: & propterea illi hæc deflẽt, ut illorũ fletib. nos inuitemur ad lachrymas. Cõsiderabant enim neminẽ ita durũ & ignarũ posse inueniri, qui cum ab alijs uideat uulnera sua lugeri, ipse nullum de suis uulneribus sensum doloris accipiat. Ita ergo & in præsenti capitulo apostolus ne quis nostrum erubesceret de his quæ intra se geri sentiret, aut etiam cõuersus ad dominũ, & mutata quis iam uoluntate, ne hæc adhuc intra semetipsum moueri sentiens desperaret, ipse ea quasi in semetipso geri describit, ut exemplo apostoli nec corporis naturæ pudeat quenquã, nec pro emendatione ne desperet, nec malorum suorum multitudinem ignoret, ex quibus per Christi gratiã liberatur. Itaq; ego ipse mente seruio legi dei, carne autẽ legi peccati.] Forte aliquis dicet, quod apostolus quia nunc usq; non quasi ipse, sed assumpta alterius persona locutus est, modo uelut personæ immutationẽ designãs dicat: Ego ipse, ut ostendat hæc dixisse ad seipsum idem apostolus pertinere. Dici aũt quod mente seruiat legi dei, carne aũt legi peccati, quasi tanta sit peccandi uis, tanta carnis tyrannis, quod nec apostolus possit effugere. Et propterea in alijs dixit: Macero corpus meum, & seruituti subijcio, ne forte cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. Sed hæc qui ex persona apostoli accipit dicta, desperationẽ mihi uidetur incutere omni animę, quod nemo sit prorsus qui non peccet in carne, hoc est enim seruire carnem legi peccati. Mihi ergo magis uidetur illius adhuc tenere personam quam supra in semetipso describit, quasi uoluntate iam & proposito ad meliora conuersi, & mente atq; animo legi deseruientis, nondum tamen ita obtinuisse, ut etiam carnis obedientiam in consensu mentis adduceret. Etenim quoniam in superioribus de mortificatione corporis disseruerat, & Christo commoriendum esse docuerat, in his nunc quàm non sit otiosum hoc opus uidetur ostendere, & docere quia non statim ut uult aliquis, & ut proposuerit bonum continuo etiam facto adimpletur, sed uel consuetudinis tanta uis, uel uitiorum tanta dulcedo, ut cũ animus intendat ad uirtutem, & legi deseruire decreuit, carnis tamen desideria seruire peccato, & legibus eius parere persuadeant.

Dan. 3

1 Cor. 9

CAPVT VIII

NIHIL ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant: lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Quæ esset diuersitas in his qui uelut in quodam certamine positi mente quidem secundum legem dei uiuunt, carnis uerò desiderijs aguntur in legem peccati, in superioribus docuit. Nunc uerò de his dicit, qui iam non ex parte in carne, ex parte in spiritu, sed ex integro in Christo sunt, & pronunciat in his nihil damnationis dignum, quia lex spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit eos à lege peccati & mortis. Lex autẽ spiritus uitæ una eademq; est quæ & lex dei: sicut rursum una eademq; est lex peccati & mortis. Nihil ergo damnationis erit his qui lege peccati quæ est lex mortis, penitus liberantur, & legi dei quæ est lex spiritus, seruiunt. Seruire autem legi dei, & esse sub lege spiritus, hoc est Christo seruire. Christo autem seruire, hoc est seruire sapientiæ, iustitiæ, seruire ueritati, omnmnibusq; simul seruire uirtutibus. Vnde non est putandum quod subito quis & statim ut uoluerit à seruitio legis peccati translatus efficiat in Christo Iesu, ita ut nihil in eo iam obtẽtu peccati damnationis habeat. Requirens aũt in unoquoq; partes suas iustitia probat si ita emendatus est iã & correctus ut nihil in eo iniusti operis inueniat ex quo damnatio subsequatur. Similiter & ueritas requirit in unoquoq; partem suam, si translatus quis à lege peccati nulla iam ex parte inueniatur obsequia ueritatis contaminare mendacio. Similiter & pudicitia

partem suam discutit, si nullis ab eo impudicitiæ desiderijs maculatur. Sic pietas sic sapientia partes suas in unoquoq; discutiunt, quas si recte & integre in eo cõstare reperint, tunc in Christo esse, & nihil damnationis habere putabitur. Quæ utiq; dubiũ non est quin usu & meditatione longa & labore peruigili comparantur, & ideo non otiosis hæc accidere aut segnibus certũ est, sed paulatim proficiendo, & primo pauca, tunc dem mum minima, ad ultimum si obtinere potuerint nulla peccando. Et hoc sentiens uidet
Phil.3 mihi idem apostolus scripsisse in alijs, Præterita obliuiscens ad futura me extẽdens, docens per hæc præterita debere esse in ea quibus aliquid culpabile fuerit, & obliuiõe dignum, futura uerò quæ in Christo sunt, & hæc esse ad quæ nosmetipsos debemus extendere, eaq; tota auiditate mentis expetere, lex est sanè spiritus uitæ. Nam de lege literæ quod diximus ipsam debere intelligi legem dei, secundum eam uidelicet partẽ qua lex esse dicitur spiritalis, ideo addidit, Lex spiritus uitæ, dicere hoc non poterat, de qua in alijs pronunciauerat quia litera occidit, hoc & in alijs ministerium mortis dixerat. Vtrunq; ergo continet lex, & literam occidentem, & spiritum uiuificantem. Vnde considera ne forte huius rei formam teneat & illud lignum de quo scriptum est: Sciendi bonum & malum. Vtrunq; ergo in uno sicut in lege continetur. Sed & illud non omittamus, quod hic quidem qui liberat à lege peccati & mortis, spiritus uitæ dicitur, in euan
Ioan.8 gelio autẽ secundum Ioannem, scriptũ est domino dicente: Si manseritis in uerbo meo, agnoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. In quo mihi quidem uidetur, q; quamuis opere hæc à se diuersa uideantur uel nomine, tamen re ipsa unũ sunt. Christus enim uita est, & ipse est qui liberabit, & hic spiritus uitæ liberat, & quomodo non in utroq; una libertas est? Quæ enim agit spiritus, hæc & Christus agit, & quem sibi Christi spiritus agit, Sicut enim quos sanctificat spiritus sanctus, sanctificat Christus: ita & quos liberat spiritus uitæ, liberat & uita. Tantum est ut liberati à lege spiritus uitæ, in Christo manea mus, nec ultra inueniamur seruire legi peccati. Quia sicut is qui liberat à lege spiritus uitæ, permanet in Christo qui est uita: ita qui seruit legi peccati permanet in morte quæ uenit ex damnatione peccati. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleret in nobis, qui non secundũ carnem ambulamus, sed secũdum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt, qui uerò secundum spiritum, quæ sunt spiritus sentiunt. Prudẽtia enim carnis mors est, Prudẽtia autem spiritus uita & pax. Quoniã sapiẽtia carnis inimica est deo: Legi enim dei non est subiecta, nec enim potest: Qui aũt in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis.] Cum in superioribus tot leges nominauerit, dixit enim & legem mentis, & legem spiritus uitæ: econtrario quoq; legẽ in membris esse, & legem mẽtis, & legem peccati cognominauerit, hic nunc de qua harum lege dicat, Nam quod possibile erat legi in quo infirmabatur per carnẽ, non est paruæ deliberationis eligere. Puto tamen quòd legẽ Moysi & hic, sicut & in alijs sæpe diximus, in duas partes apostolus diuidat, & aliud in ea carnẽ, aliud spiritũ nominet, & illam quidem obseruantiã quæ secundũ literam gerit, sensum carnis appellet, sicuti dicit de huiusmodi Iudæis, Frustra inflatos sensu carnis suæ: Illam uerò quæ accipitur spiritaliter, spiritum nominat, sicut & alibi dicit: Littera occidit, spiritus uiuificat. In hoc ergo loco quod dicit impossibile legis, & in quo infirmabatur per carnẽ, intellectus qui secundum literã est accipi potest. Ipse enim impossibilis erat & infirmus, si secundum carnẽ, id est secundum literã sentiretur. Quid enim tam impossibile q; sabbati obseruatio secundum literã legis, ut in multis sæpe iam diximus? Iubetur enim non exire de domo sua, non se mouere de loco suo, nihil oneris leuare. Quæ quia impossibilia uidentur, Iudæi qui secundum carnem legem obseruãt, inepta quædam & ridicula cõmentantur, quibus impossibilitatem legis sarcire uideantur. Quid aũt de sacrificiorum ratione, quæ simul omnis facta est impossibilis? Quippe ubi nec templum est, nec altare, nec ullus prorsus sacrificandi locus: In quibus singulis lex nõ dicam impossibilis & infirma, sed planè iam mortua est. Nam ante mortem infirmabatur, tunc cum sanguine uitulorum & hircorũ conabatur nec tamen poterat auferre, & infirmabatur in legibus lepræ, quas nec explanare unquã potuit nec implere. In his ergo

his ergo omnibus alijsq; innumeris & impossibilis erat lex, & infirmabatur quantũ ad carnis intelligentiam spectat, & ideo deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato, uel (ut uerius habeт apud Græcos) & pro peccato damnauit peccatum in carne. Quod dixit: In similitudinem carnis peccati, ostendit nos quidem habere carnẽ peccati, filium uerò dei similitudinẽ habuisse carnis peccati, nõ carnem peccati. Omnes enim nos homines qui ex semine uiri cum muliere cõuenientis concepti sumus, illa necessaria utimur uoce quam dicit Dauid: Quoniam in iniquitate cõcepit me Psal.50
mater mea. Verũ qui ex nulla uiri contagione, sed solo spiritu sancto super uirginẽ ueniente, & uirtute altissimi obumbrante uenit ad corpus immaculatũ, naturã quidẽ corporis nostri habuit, pollutionẽ tamen peccati quæ ex cõcupiscentiæ motu cõceptis traditur, omnino non habuit. Idcirco ergo in similitudinẽ carnis peccati uenisse dicitur filius dei, & pro peccato, inquit, damnauit peccatũ in carne. Quod hostia pro peccato fa
ctus sit Christus, & oblatus sit pro purgatione peccatorum, omnes scripturæ testantur, & præcipue Paulus ad Hebræos scribens cum dicit: Hoc enim fecit semel semetipsum Rom.8
offerendo hostiam. & iterũ: Qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Per hanc ergo hostiam carnis suæ, eque dicitur pro peccato dãnauit peccatũ in carne, sicut idem apostolus in alijs dicit: quia apparuit in nouissimis diebus ad destructionẽ peccati. Et iterũ propheta dicit: Ipse peccata nostra tulit, & iniquitates nostras Esa.53
portauit. Pro peccato ergo, hoc est per hostiam carnis suæ quã obtulit pro peccato, damnauit peccatũ in carne sua, ut iustificatio legis impleret in nobis, qui non secundum carnẽ ambulamus, sed secundũ spiritũ. Post hanc etenim hostiam carnis quæ oblata est pro peccato, & damnauit peccatũ, hoc est fugauit peccatũ, & abstulit, ut iustificatio legis impleretur in nobis qui legẽ secundũ spiritum custodimus, & nõ secundum carnẽ: in qua parte secundum ea quæ suprà exposuimus impossibilis erat lex & infirma. Qui enim secundum carnẽ sunt, quæ carnis sunt sapiunt, qui uerò secũdum spiritũ, quæ sunt spiritus. Hic iam apertius inter nos & Iudæos in medio statuens legẽ Moysi dicit: Qui secundũ carnem sunt quæ carnis sunt sapiunt, hoc est Iudæi quos dicit secundum carnẽ Israel, quæ carnis legis sunt sapiunt in eo quòd secundum carnẽ legem intellexerunt: qui uerò secundum spiritum, de his dicens quos Iudæos dicit spiritu non litera, quæ sunt spiritus. Et adhuc satiat eundem sensum, & sapit euidentius cum dicit: Prudentia enim carnis mors est, prudẽtia aũt spiritus uita & pax, Nunquid nõ unum atq; idem est quod dicit Prudentia carnis mors est, & illud: Litera occidit? Igitur prudentia carnis mors est. 2 Cor.3
Cuius mors est? Animæ sine dubio. Qui enim legem secundum carnẽ, id est secũdum literam, intellexerit, non uenit ad Christum qui est uita, & ideo prudentia carnis mors est: Prudentia uerò spiritus, uita & pax. Vitam nãq; & pacem, quod est Christus, habet qui spiritaliter intelligit legẽ. Quoniã sapientia carnis inimica est deo, legi enim dei nõ est subiecta, nec enim potest. Videт adhuc idem intellectus euolui. Quomodo enim sapientia carnis hoc est carnalis intelligentia non sit inimica deo, quæ aduersaт Christo, quæ nõ recipit eum quẽ misit deus, quæ dicit: Nos legẽ habemus, & secundũ legem de- Ioan.19
bet mori, quia filium dei se fecit? Quomodo ergo talis sapiẽtia, & talis intelligentia in lege dei non dicaт inimica deo, & legi eius ei quæ secundum spiritũ eius non est subiecta, nec posset subijci? Quia sicut cõtraria sibi sunt mors & uita, ita cõtraria sunt sibi litera, quæ & sapientia carnis est, & spiritus uiuificans, qui uere lex dei est. Qui autẽ in carne sunt, deo placere non possunt. Vos aũt in carnẽ nõ estis, sed in spiritu, si tamẽ spiritus dei habitat in uobis. Eadem perdurat intelligentia. Qui in carne sunt, inquit, hoc est secundũ literã sequunt legẽ, deo placere nõ possunt. Hoc enim olim per Esaiam pronunciatum est à deo cũ dicit: Ieiunia, & ferias, & diem magnũ uestrũ non sustineo, Neome- Esa.1
nias & sabbata uestra odit anima mea. Sed & uos, inquit, in quib. habitat spiritus, si tamen habitat, in carne non estis, sed in spiritu: hoc est, non intelligentiam carnalem legis sequimini, sed spiritalem, per quã uenistis ad spiritũ uiuificantẽ, si tamen actus uestri tales sint & cõuersatio, ut spiritum dei in uobis habere mereamini. In duas ergo (ut dixi) partes diuidens legẽ Moysi, id est in spiritũ & carnem, quę sunt spiritus, quam & spirita lem legem appellauit nobis tradidit, quæ uerò carnis sunt, carnalibus Iudæis reliquit. Sic denicq; & illud interpretatus est de Abrahã, cum dixit, Sed is quidem qui de ancilla secun-

secundum carnẽ natus est, qui aũt de libera, per repromissionem, & sicut tunc is qui secundum carnẽ natus est, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Certũ est enm, qui secundum carnẽ sunt ludæi, persequũtur nos qui sumus non in manifesto, sed in occulto ludæi, & legem secundum spiritũ non secundum carnẽ custodimus. Illi ergo qui secundum carnẽ sapiũt, consequẽter etiã repromissiones legis carnaliter sperant. Nos uerò eas spiritaliter expectamus, secundũ sermonẽ Pauli dicentis: Vt repromissiones spiritus accipiamus. Et iterum: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Ex quibus omnibus & quæ sit lex secundũ carnẽ, & quæ secundũ spiritũ, uel quæ spes repromissionis carnalis ostẽditur. Potest & secundũ aliã expositionẽ, si repetamus ab initio quòd impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnẽ, & de lege mẽtis intelligi, quã suprà dixit uelle facere bonũ, sed per infirmitatẽ & fragilitatẽ carnis implere non posse, & propterea misisse deũ filiũm suũ in similitudinẽ carnis peccati, & de peccato, hoc est per hostiã pro peccato oblatã, damnasse peccatũ. Tanta enim remissione peccatorũ fugatũ est & exterminatũ de carne nostra peccatũ, & cœpit in nobis iustificatio legis impleri, illius dũtaxat legis quæ delectaẽ lege dei, quę impleẽ cito cum iam nõ resistit ei lex peccati quæ erat in mẽbris nostris, si tamen non secundũ carnem ambulemus, sed secundũ spiritũ. Nam donec in carne est quis & secundũ carnem uiuit, quæ carnis sunt sapit. Cum verò conuerterit se ad spiritũ, & mortuus fuerit legi peccati & carnis, quæ sunt spiritus sapit. Nam secundũ carnẽ sapere, mors animæ est, secundũ spiritũ uerò, uita & pax est: quia sapientia carnis inimica est deo, hoc est dum caro resistit spiritui, & non est subiecta legi mentis, quæ lex dei est, inimica est deo: & ideo quia carnaliter uiuũt, deo placere non possunt. Sed uos, inquit, nõ estis in carne, sed secundũ spiritũ uiuitis, si tamen spiritus dei habitat in uobis. Hæc possunt & secundũ aliam (ut diximus) expositionẽ in loco coaptari. Eligat tamen qui legit, & quod aptius probauerit hoc sequatur. Si quis aũt spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Si aũt Christus in uobis est, corpus quidẽ mortuum est propter peccatũ, spiritus verò uiuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Christum à mortuis uiuificabit & mortalia uestra corpora propter inhabitãtẽ spiritum eius in uobis.] Quod constantibus & dialectica arte collectis utatur syllogismis apostolus Paulus uel in hoc loco uel in alijs epistolis suis, non mihi exponendum uidetur, ne forte non tam sententiæ eius q̃ sermonis in quo nõ uult se peritũ dici, assertores uideamur esse, & ideo propositũ magis apostoli sensum discutere properabimus. In posteriorib⁹ ubi dixit, Vos aũt in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis, duplici modo quidẽ in spiritu esse explanauimus, id est, uel legẽ non secundum literã, sed secundũ spiritalem sensum intelligere, uel etiã mortificato corpore, spiritus & non carnis legibus uiuere. Et nunc ergo quod dicit: Si quis aũt spiritum Christi non habat, hic non est eius, & subiunxit: Si aũt Christus in uobis est, requirendũ est utrũ diuersum sit spiritũ dei esse in aliquo, ac spiritũ Christi, uel etiam ipsum Christũ, aut spiritũ eius qui suscitauit Iesum à mortuis. Sed quantũ uel consequentia loci præsentis intueor, uel illud quod saluator in euangelio de spiritu sancto dicit: Qui à patre procedit, & de meo accipiet, & huius uerbi explanationẽ in cõsequentibus iungit dicens: Pater omnia tua mea sunt, & mea tua omnia, propterea dixit quòd de meo accipiet, cũ inquã tantã hanc audio unitatis inter patrẽ & filium aspirationẽ, spiritus dei & spiritus Christi unus atq; idẽ mihi spiritus dici uideẽ. Possumus tamẽ & hoc modo intelligere quod dicit: Si quis aũt spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Quia & reuera abrupte pronunciatũ uideẽ, ut si quis non tantus & talis esse meruerit, qui spiritũ Christi habere dignus sit, continuo Christi esse deneges, cũ in psalmis dicat: Meæ sunt omnes ferę syluarũ &c. usq; Boues. Et si feræ & iumenta eius sunt, quomodo homines non sunt eius: Sed potest ut dixi hoc sic intelligi, ut illud in euangelio: Qui nõ tollit crucẽ suã & sequitur me, non est me dignus. Et hic ergo qui nõ habet spiritũ Christi, hoc est eodem spiritu agitur, ut pro iustitia, pro ueritate, & uerbo dei annũciando, pro regno cœlorũ prædicando, pro litera legis abijcienda, & spiritu eius amplectendo aduersum peccatũ, pro his omnibus qui non usq; ad mortẽ eius uenire paratus, nõ est eius discipulus. Qui ergo non est

Gal.3 Ephe.1

Psal.49

Matt.10

non est talis, nec talem in se spiritum gerit, hic creatura quidem eius est, sicut feræ syluarum, & iumenta in montibus & boues, sed discipulus eius non est. Sic ergo: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius, Si aũt Christus in uobis est, corpus quidẽ mortuum est propter peccatũ, spiritus aũt uiuit propter iustitiã.] Spiritũ Christi & Christũ in hoc loco unũ mihi atq; idem dicere uideẽ. In quo ergo Christus est, ipse dicit: Quia semper mortem Christi in corpore nostro circumferimus. Mors autẽ corpori peccati causa, id est, ne peccet, imponitur. Quod si corpus peccato mortuũ est, necessario spiritus ad faciendã iustitiam uiuit. Qui enim in corpore mortuus est, nec seruit peccato, ne cesse est ut in spiritu uiuat, & seruiat iustitiæ. Sic & idem apostolus in quodã loco dicit tradidisse se quendam in interitum carnis ut spiritus saluus fiat. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritũ eius in uobis. Quoniam suprà dixerat de his qui ad similitudinem mortis Christi corpora sua mortificant ne peccent, necessario nunc mẽtionem facit eius qui suscitauit Christum à mortuis, ut similitudine & pari ratione qua commortui sunt & consepulti, sciant se per spiritũ eius qui suscitauit Iesum à mortuis, uiuificandos esse, & ad Christi similitudinem resuscitandos à mortuis, et quatenus id fiat ostendit dicens: Propter inhabitantẽ spiritum eius in uobis. Si enim spiritus Christi habitat in uobis, necessariũ uidetur spiritui reddi habitaculum suum, templumq; restitui uel Iesum. Tamen hoc ipsum quòd dicitur uel spiritus Christi, uel spiritus dei, uel etiã ipse Christus in nobis habitare, quale sit intuere, utrumnam ex initio omnibus iste spiritus datur, & postmodum pessimis & à deo alienis actibus effugatur, secundum illud quod scriptum est: Non permanebit in hominibus istis, quia caro sunt, an uitæ merito, & fidei gratia postmodũ datur, secundũ ea quæ in Actibus apostolorũ docentur, quia spiritus sanctus tanq̃ linguæ ignææ uenit super unũquemq; eorum, uel certe sicut in euangelio docemur, cum ipse saluator posteaq̃ resurrexit à mortuis ad discipulos dicit: Accipite spiritũ sanctũ, & insufflauit in unumquemq; eorũ. Videmihi uidetur quòd & meritis conquiratur donum hoc, & uitę innocẽtia cõseruetur, & unicuiq; secundũ profectũ fidei augeatur & gratiæ, & quãto purior anima redditur, tanto largior ei spiritus infunditur. Quod aũt dixit: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt, illuc respicit, ut quoniam anima eorũ repudiata spiritus seruitute ad carnis seruitia tota cõuertitur, etiã ipsa ei cui se coniunxit carni, & cum qua unum effecta est, non accedat. Diuersis ergo modis haberi potest spiritus. Vel spiritus Christi habetur, secundũ id quod suprà diximus, ex inspiratione diuina, ubi ait: Accipite spiritum sanctum, & insufflauit in eos, & rursum eo modo quo in Actibus apostolorum dixit gestũ, ut diuersis linguis loquerẽtur apostoli. Est & ille modus, qui in Regno rum libris refertur cum dicit scriptura: Et insiluit spiritus super Saul, & cœpit prophetare. Est & ille adhuc alius modus, ut cum saluator post resurrectionem cum Cleopha & alio discipulo iter agens & aperiens eis scripturas afflauit eos spiritu oris sui, ita ut illi dicerent: Nonne cor nostrum erat ardens intra nos cum aperiret nobis scripturas? Vis aũt scire quia non solum Iesus loquens tradidit audientibus spiritũ suum, sed & qui in nomine eius loquitur uerbum dei tradit audiẽtibus spiritũ dei? In Actibus apostolorum habetur quomodo loquente Petro ad Cornelium repleẽ spiritu sancto ipse Cornelius & qui cum eo erant. Vnde & tu sic loqueris uerbum dei, & loquaris fideliter ex cõscientia pura, nec ipse redarguaris uerbis tuis quasi qui aliter doceas, & aliter agas, posteã fieri ut loquente te auditorum sancti spiritus corda ignis inflammet, & cõtinuo cõualescant & ardeant ad cõplenda uniuersa quæ doces, & rebus impleant quæ sermonibus dicerint, & quæ sursum sunt quærant, ubi Christus est in dextera dei sedens: quæ sursum sunt sapiant, non quæ super terrã. Sed & sic unusquisq; habere in se probatur spiritum Christi. Christus sapiens est. Si sit sapiens secundum Christum, & quę Christi sunt sapiat, habet in se per sapientiã spiritũ Christi. Christus iustitia est. Si quis habet in se iustitiã, per iustitiã Christi, habet in se spiritum Christi. Christus pax est. Si quis habet in se pacem Christi, per spiritũ pacis habet in se spiritũ Christi. Sic & charitatẽ & sanctificationẽ, & singula quæcũq; Christus esse dicit, qui habet hæc, spiritũ Christi in se habere credẽdus est, & sperare quòd mortale corpus suũ uiuificabit propter inhabitantẽ in se spiritum

1 Cor.4

1 Cor.5

Gen.6

Act.2

Ioan.20

1 Reg.18

Luc.24

Act.10

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritū Christi. Ergo fratres debitores sumus nō carni ut secundū carnē uiuamus. Si enim secundū carnē uixeritis, moriemini. Si aūt spiritu facta carnis mortificetis uiuetis.] Spiritū Christi habitare in nobis, & dona spūs nobis collata, superius docuit. Cōsequenter ergo nūc addit quia debitores sumus, eorū sine dubio quæ à spiritu Christi cōsecuti sumus. Carnis aūt, inquit, debitores nō sumus. Non em̄ propterea nos fecit deus ad imaginem suā, ut carnis seruitio essemus obnoxij, sed potius ut creatori suo anima deseruiens ipsa seruitio ac ministerio carnis uteret̄. Sed fortasse dicat aliquis: Quō carni nō sumus debitores, cū & uictū & uestimētū prouidere naturæ necessitate cogamur? Sed ut ostendat, non carni aliquid cōferre, sed ipsam uitā carni mancipare, culpabile haberi, ideo addit. Si enim secundū carnē uixeritis moriemini. Quid sit aūt secundū carnē uiuere, sæpe iam dictū est, hoc est carnis desideriis indulgere. In hoc ergo negat nos esse debitores, sicut & alibi dicit: Et carnis curam ne feceritis in desideriis, & in cōcupiscētijs: non utiq; negans curam carnis habendam in necessarijs, sed in cōcupiscentijs. Ita ergo & hic, Si em̄, inquit, secundum carnē uixeritis, moriemini. & addit: Si autē spiritu actus carnis mortificetis, uiuetis. Et de hoc iam suprà dictū est, quō corpus quidē mortuum esse debeat propter peccata, spiritus uerò uiuat propter iustificationē. Qui ergo secundum spiritū agens mortificat actus carnis, uiuet propter inhabitantē in se spiritū uitæ. Mortificat aūt quis actus carnis hoc modo. Fructus est spūs charitas, Odium carnis est actus. Odium ergo per charitatē mortificat̄ & extinguitur. Gaudiū similiter fructus est spiritus, Tristitia uerò huius seculi, quæ mortē operat̄, carnis est actus. Hæc ergo extinguitur, si sit in nobis gaudiū spiritus. Pax fructus est spiritus, dissensio et discordia carnis est actus: sed certū est discordiā mortificari per pacē posse, sic & patientia spiritus, uolentiā carnis extinguit, & bonitas malitiā perimit, & mansuetudo ferociā, & cōtinentia intēperantiā, & castitas impudicitiā necat, taliq; ordine qui per spiritū actus carnis mortificat, uiuet. Intuendum sanè est, q̄ sicut mortē non istam cōmunē, sed illam peccati dicit: Si enim secundū carnē uixeritis moriemini, & uitam non hanc cōmunem, sed illam dicit æternā, ad quam perueniet omnis qui secundum ea quæ suprà exposuimus perfectus spiritu mortificet actus carnis. Sed & illud scire debemus, quòd ista mortificatio actuum carnis per patientiam fiat, & non ad subitum, sed paulatim primo languescere eos necesse est in his qui incipiunt. Tum deinde cum ardentius proficere cœperint, & abundantiore spiritu repleri, actus carnis non solum languescere sed & tabescere incipient. Vbi uerò ad perfectum iam uenerint, ita ut nulla in eis prorsus uel in facto, uel in dicto, uel in cogitatu peccati oriantur indicia, tandem actus carnis mortificasse, & ad integrum morti tradidisse credendi sunt.

LIBER VII

ICVT diuersas cōmemorari leges in hac epistola à Paulo sub uno uocabulo legis ostēdimus, & diuersas mortes sub una mortis appellatione nominari, ita et diuersos spiritus nūc uidemus sub uno nomine spiritus indicari. Ait ergo in præsenti capitulo. Quicunq; enim spiritu dei aguntur, ij filij sunt dei. In quo utiq; ipsum dei spiritum dicit. & iterum in sequenti: Non enim accepistis, inquit, iterum seruitutis spiritum in timore. In hoc ostēdit spiritum seruitutis alium esse q̄ illum quem suprà dixit spiritum dei. Et propterea subiūgit. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. In hoc spiritū adoptionis ostēdit ipsum esse quem dixit suprà spiritū dei, de quo & repetit. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, hoc est ipse spiritus dei in quo patrē deum clamamus, testimoniū reddit spiritui nostro. Qui spiritus noster alius sine dubio est q̄ ille spiritus seruitutis, qui datur in timore, uel hic qui ei de inuocatione patris testimonium præbet. Omnes ergo homines, ut uidetur, aguntur aliquo spiritu, sicut ipse Paulus scripsit: Scitis autem uos cum essetis gentes, quomodo ad idola muta agebamini. In hoc ostēdit quòd etiam gētes ad idola aguntur aliquo spiritu. Est ergo spiritus dei, qui & idem est spiritus Christi, idemq; & spiritus sanctus est. Sed & spiritus adoptionis idem dici uideť, sicut præsens apostolicus declarat sermo. Dauid quoq; qui dicit, Spiritū sanctum tuū ne auferas à me, & spiritu principali confirma me, de eodem dicere uidetur, quem principalem spiritū propterea arbitror nominatū, ut ostenderet esse quidem multos spiritus, sed in his principatum & dominationem spiritū sanctū, qui & principalis appellatur, tenere. Sicut enim multi sunt filij dei, ut scriptura dicit: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, unus tamen est natura filius & unigenitus de patre, per quem omnes filij appellantur: ita & spiritus quidem sunt multi, sed unus est qui uere ex ipso deo procedit, & cæteris omnibus uocabuli ac sanctificationis suæ gratiā donat. Quod aūt plures sunt spiritus, declarat idem apostolus ad Hebræos scribens & dicens: Num omnes sunt ministeriales spiritus ad ministerium missi propter eos qui hæreditatē capiunt salutis? Sed & Dauid dicit: Qui facit angelos suos spiritus. Et Daniel nihilominus testatur, & dicit: Benedicite spiritus & animæ iustorum domino, & in præsenti loco Paulus: Ipse spiritus (inquit) testimoniū reddit spiritui nostro. & in alijs: Vt integer spiritus uester & anima & corpus in die domini nostri Iesu Christi seruet̄. Quæ omnia dubium nō est quod de rationabilibus spiritibus dicta sint. Appellantur præterea spiritus mali & angeli mali, sicut & Dauid dicit: Emisit eis iram indignationis suæ, missionē per angelos malos. & in Regnorū libris scriptum est de Saul: Et spiritus domini discessit à Saul, & suffocabat eum spiritus malignus à domino. Atq; in libro Iudicū refertur: Et immisit deus spiritū malignū inter medium Abimelech, & inter mediū uirorum Sicimorum. Hic ergo spiritus malignus qui dicitur uel exisse ut suffocaret Saul, uel Abimelech Sicimosq; ut dirimeret, & à domino exisse ac missus esse memoratur, tanq; carnifex quidam intelligendus est missus ad exigendas de peccatoribus pœnas. Et quāuis mali propter propositum suū uoluntatēq; dicanē, in his tamen qui pœna digni sunt, diuinæ uoluntati exhibent ministerium, sicut & ille de quo refert Micheas propheta: Spiritus mendax, qui cū à deo dictum fuisset, quis seducet mihi Achab? Ille respondit: Ego seducā, & dixit dominus: In quo? At ille: Ero, inquit, spiritus mendax in ore omniū prophetarum, & dicam ut ascendat in Galaad, & ibi cadet, & dixit dominus: Vade, seduces, equidem poteris. Sic ergo & ij qui dicuntur mali spiritus, officiū deo erga pœnarum exhibent ministeria. Sunt præterea & alij spiritus de quibus dicit, In spiritu conteres naues Tharsis, & spiritus procellæ dicuntur, & spiritus aquoris. Quos tamen ego materiales magis q̄ rationabiles spiritus dixerim. Tali igitur de appellatione spiritus distinctione præmissa, nunc quod dixit: Nō em̄ accepistis spiritū seruitutis iterū in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater,] quale sit uideamus. Scriptum est & in Malachia propheta: Filius honorificat patrem, & seruus dominum suum, & si pater sum ego, ubi est honor meus? & si dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit dominus omnipotēs. Certū est autē quod filius quis dei per adoptionis spiritū fiat, seruus aūt dei per spiritū seruitutis. Initium ergo seruiendi deo, quia initiū sapientiæ timor domini est, per spiritū timoris implet̄, cum paruulus adhuc quis dicitur. Et paruulis quidem pędagogus est timor, Vnde & apostolus de tali paruulo dicit, Quamdiu hæres paruulus est nihil differt à seruo cum sit dominus omniū, sed sub tutoribus & procuratoribus est usq; ad præfinitū tempus à patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub elemētis mūdi huius eramus seruientes. Vides secundum cōcessam à deo sapientiā Pauli quomodo spiritū seruitutis qui datur in timore, hic tutores paruulorū ac procuratores appellauerit, qui unūquenq; nostrum donec paruulus est secundum interiorē hominem in timore custodiat, usquequo ad id ætatis ueniat quo spiritū adoptionis filiorū mereatur accipere, & sit iam filius ac dominus omniū. Omnia em̄ nostra sunt, & cū Christo nobis omia donauit. Hoc est ergo quod docet Paulus, quia posteaq; cōmortui sumus Christo, & spiritus eius factus est in nobis, non iterū spiritū seruitutis accepimus in timore, hoc est nō rursus paruuli & initia habētes effecti sumus, sed quasi perfecti semel iam accepimus spiritū adoptionis, in quo spiritu clamamus, Abba pater. Neq; enim patrem alius quis nisi filius uocat. Quod uerò addit abba, patriæ linguæ uocabulo id ipsum iterauit, uelut si dixisset pater pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij dei. Si aūt filij & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes aūt Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur.

Ipse ergo spiritus adoptionis per quē in filiū qui adoptat̄ reddit testimoniū, & cōfirmat spiritū nostrū quod sumus filij dei, posteaq; à spiritu seruitutis in adoptionis spiritum uenerimus, cū iam nihil ineſt timoris, id est nihil propter pœnam gerimus, sed pro

1 Cor. 12

Psal. 50

Psal. 82

Heb. 1

Dan. 3

1 Thess. 5

Psal. 77

1 Reg. 16

Iud. 9

3 Reg. 22

Psal. 48

Malach. 1

Gal. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter amorẽ patris cũcta perficimus. Bene aũt non animæ, sed spiritui, quæ melior in homine pars est, dicitur reddere testimoniũ spiritus dei. Potest aũt ad discretionẽ eorũ qui spiritu seruitutis agunt in timore, & eorum qui spiritu filiorũ, etiam illud assumi: quòd Abraham hæreditatẽ quidẽ suam dedit Isaac, filijs uerò ancillarũ uel concubinarũ non hæreditatẽ, sed dona dicitur dedisse uel munera. In quo sine dubio hoc obumbrabatur, quòd nec illi quidem penitus spernerẽtur qui adhuc in timore seruiũt deo, sed sunt illis dona, sunt munera, hæreditas tamen per quam Christo conglorificantur, eorum est qui adoptionis spiritũ merentur accipere. Post hæc iam ex consequentibus syllogismũ nectit apostolus, & dicit: Si spiritũ adoptionis accepimus, ergo filij sumus: Mercedẽ nãq; seruus expectat, hæreditatẽ filius sperat. Et rursum aliud conclusionis augmentũ: Hæredes quidem dei, cohæredes aũt Christi. Hæres quis efficit' dei cum quæ dei sunt meretur accipere, id est incorruptionis & immortalitatis gloriam, thesauros sapientiæ & scientiæ reconditos. Cohæredes uerò Christi cum transformabit corpus humilitatis nostræ cõforme corpori claritatis suæ, sed cum illud adipisci meruerit, quod dicit ipse saluator: Pater uolo ut ubi ego sum & ipsi sint mecũ. Est præterea & illa dignitas cohærendum Christi, quòd pater quidem omne iudiciũ dedit filio. Sed & filius dicit ad cohæredes suos: Sedebitis & uos super duodecim thronos iudicãtes duodecim tribus Israel. Et hoc modo cohæredes suos Christus nõ solum in partẽ hæreditatis, sed etiã in consortium potestatis adducit. Si tamen (inquit) cõpatimur ut & conglorificemur. Cõpatitur ergo qui dicit: Christo confixus sum. Viuo, ait, iam nõ ego, uiuit uerò in me Christus. Et iterum dicit: Si cõmortui sumus, & conuiuemus. Si toleramus, & conregnabimus. Vel etiã qui dicere potest, quia quod deerat passionũ Christi, repleo in corpore meo. Sicut aũt Christum quia humiliauerat se factus obediens usq; ad mortem, mortẽ autem crucis, superexaltauit deus, & donauit illi nomen quod est super omne nomẽ, ita eos qui Christo compatiuntur, & passionũ eius imitãtur exemplum, deus cum illo exaltat in gloria. Hæc nanq; uia est quam cohæredibus suis Christus aperuit, ut neq; ex fortitudine, neq; ex sapientia, sed ex humilitate exaltentur, & ex tribulationum patientia æternæ hæreditatis consequantur gloriã. Existimo enim quòd non sint condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationẽ filiorũ dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non uolens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorũ dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit usq; adhuc.] Si quis intueatur quod pro eo ut quis efficiatur filius excelsi dei, & hæres bonitatis eius gloriæ, Christiq; unigeniti filij dei cohæres, etiam si in omnium mandatorũ obseruantia & iustificationibus domini sine querela permaneat, & peruigili in his mente perduret: si omnia etiã pœnarũ genera quæ inferri humanæ naturæ uel extrinsecus possunt, aut etiã si quis illa sustineat quæ de Iob scripta esse memorant, ubi nõ solũ ea quę extra ipsum in facultatibus ac liberis esse uidebantur extinxit, uerũetiam ossa & carnẽ ipsius contigit, & percussit eum uulnere pessimo à pedibus usq; ad caput, ita ut testam sumẽs raderet saniẽ de hulceribus suis fluentẽ. Si inquã his adhuc possunt esse grauiora quæ perferat is qui in hac uita breuissima in omnibus tribulationẽ patiẽs, qui animo & corpore cruciatur, & conferat hæc ad futurã gloriam quæ reuelabitur in sanctis, his quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, intelligere potest quomodo Paulus ista cõsiderans dixit: Existimo eñ quod nõ sint cõdignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nihil quidem dignum inueniri uel comparari ad futuram gloriam potest. In quo enim mortale immortalibus conferas? aut inuisibilibus uisibilia? aut æternis temporalia? aut caduca perpetuis? Si quæ tamẽ in præsenti uita uelut quædam possunt semina gloriæ colligi futuræ ista, inquit, semina ex tribulationibus & passionibus colliguntur, sicut & in alijs dicit idem apostolus: Quod enim in præsenti momẽtaneum est, & leue tribulationis nostræ supra modum immensum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, nõ respicientibus quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Ostendit enim per hæc quod qui illa respicit quę non uidit, & æterna sunt, omnem tribulationem quæcũq; accidit ei, quamuis longa uideatur momentaneam ducit & leuem, etiam si tormẽtis subijciatur & eculeis. Eo tem-

Ioan.17
Matt.19
2 Tim.2
Gal.2
Iob 1

pore quo supplicijs corpus affligitur si aspiciat ad futurã gloriam quæ reuelanda est, & consideret quomodo post tot tormẽta corpus hoc humilitatis suæ transformabitur, ut fiat conforme corpori gloriæ filij dei, tribulationẽ præsentem momentaneam ducit & leuem, pondus autẽ futuræ gloriæ graue, hoc est magnũ deputat in æternum: & quanto magis multiplicari sibi tribulationũ uiderit pœnas, tanto amplius intelligit sibi pondus & magnitudinem gloriæ cumulari. Quod aũt ex tribulationum quantitate mensũra quædam & magnitudo gloriæ colligatur, puto affirmet etiam Dauid propheta cum dicit: Secundum multitudinem dolorũ meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meã. Vnde puto quod in presenti uita consolatio quæ datur iustis, secundum mensuram cruciatus uulnerũ detur, futuræ uerò gloriæ, de qua apostolus dicit quia reuelabitur in nobis, non secundum mensurã passionum, non enim condignæ sunt hæ passiones ad futurã gloriã, sed sicut ad Corinthios dictum protulimus, ex momentaneo & leui tribulationum nostrarum labore semina quædam collecta supra modum immensum nobis æternæ pondus gloriæ præparabunt, Quod uerò etiam in præsenti uita iustis secundum mensurã passionum suarũ consolatio diuina tribuatur, cõfirmat idem apostolus in secunda ad Corinthios scribens: Quia sicut abundant passiones Christi in nobis, ita abundat & consolatio nostra, & non dixit supra modum abundat, aut in mensura, sed quantum passiones sunt, tantũ & consolationes. Quod aũt dicit, Ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis, suprà iam puto quod sufficienter ostendimus de differentia gloriarũ, quæ sit gloria quæ iam reuelata est, & quæ sit quæ reuelanda sit: & quomodo quæ nunc uidemus, per speculum uidemus in ænigmate, tunc autem cum uenerit filius hominis in gloria patris & sanctorum angelorum, uidebimus facie ad faciem, sicut & Ioannes dixit: quia uidebimus eum sicuti est. Sed etiã illa potest uideri gloria quæ reuelanda est, cum de singulis quibusq; rationibus mundi, uel eorũ quæ supra mundum sunt, cœperit doctrina cognosci, & thesauri sapientiæ eius & scientiæ reuelari. Post hæc dicit: Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorũ dei expectat. Volens ostendere apostolus quanta qualisq; sit gloria quæ reuelanda est in ipso, uel in his qui agones Christi integre desudauerint, ait etiã creaturã (utpote rationabilẽ) habere expectationem quandam, & spem gerere temporis illius quo reuelanda est gloria filiorum dei, hoc est cũ reuelabuntur ea quæ præperata sunt his qui filij dei uocari merebunt, aut certe cum ablato ab his uelamine quo obteguntur, manifestati fuerint ipsi quia filij dei sunt. Quæ aũt est creatura quæ reuelationẽ filiorũ dei expectat? Hæc, inquit, quæ nunc uanitati subiecta est. Subiecta autẽ non uolens, nec sponte propria, sed uoluntate eius qui dispensat uniuersa. Propter ipsum aũt subiecta est, subiacta aũt non ea conditione ut maneat semper subiecta uanitati, sed cum quadam spe. Quæ aũt sit spes ista, cõmemorat dicens: Quoniã, inquit, & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Ait aũt scire se Paulus & similes sibi, quoniam omnis creatura ingemiscit & cõdolet usq; adhuc, uel ut in alijs habetur exemplaribus, cõgemiscit & parturit usq; adhuc. Congemiscere aũt & condolere est cum alio dolente uel gemente gemere uel dolere, hoc est cum ipse quidem causam gemendi non habeat uel dolendi, gemit tamen pro eo qui causam habet gemendi uel dolendi. Hoc aut dicit facere creaturã pro eo quod uanitati subiecta est, & in seruitute corruptionis est posita. Hæc quantum ad ipsius Apostolici sermonis ordinem pertinet, explanata sint. Nunc repetentes discutiamus intentius quæ est ista uanitas cui creatura dicitur esse subiecta, & quæ est ista corruptio de cuius seruitute leberandam se sperat. Mihi uidetur quod de hac materiali & corruptibili corporis substantia ista dicantur. Neq; enim corruptio alicui quicquam nisi corpori dominatur. Nam ille interior homo qui secũdum deum creatus est, & ad imaginem dei factus, incorruptibilis est & inuisibilis, & secundum propriam sibi rationem etiam incorporeus dici potest. Exterior uerò homo & corpore corruptibilis dicitur, propter quod & Paulus dicebat: Nam si is qui deforis est homo noster corrumpitur, sed qui intus est renouatur. Interioris autem hominis in his renouatio, utpote qui est rationabilis mens, in agnitione dei & capacitate sancti spiritus constat. Verũ ut aliqua de tam profundis rebus breuiter & statim etiam chartulis committamus, ex ipsa interioris hominis, hoc est animæ mentisq; substantia colligamus imaginem, quo-

2 Cor.4
Ibid.

modo uanitati creatura subiecta est non uolens, sed propter eum qui subiecit in spe: & ipsum (si uidetur) Paulum ponamus in medio, cuius utiq; anima uel mens, qui est interior eius homo, supergredit & ascendit omne quod corporeū est, quod uisibile, quod sensui subiacet & aspectui, & ipsius diuinæ naturæ efficitur capax. Sed & tanta & talis animæ eius substantia quæ rationes & intelligentiā cœlestium diuinorūq; sensuum tenet (quibus ex causis deus uiderit) subiecta est seruituti corporis corruptibili, & uanitati eius deuincta est. Considera enim necessitates corporis, appetentiam cibi, digestionum putorem, posteritatis reparandæ uerecundiā, ut seritur soboles, ut æditur, ut nutritur, & uide in his quāta uanitas habeat, quāta corruptio, cui creatura animæ nobilis & rationabis licet non uolens subiecta est, subiecta tamen in spe: tēpus uidelicet sperans quo liberetur in filijs dei, cū tempus libertatis aduenerit. Hoc est ergo & quod in alijs apertius iam de se ipse dicebat apostolus, Dū sumus in habitaculo hoc ingemiscimus.
Sap.9 Hoc & sapientia per Salomonem dicebat, quia corruptibile corpus aggrauat animā, & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantē. & idem Paulus: Dum enim sumus in corpore peregrinamur à domino, & cupit magis peregrinari in corpore & adesse ad dominū. Hæc indicat & multo apertius exponit & in eo ubi dicit: Coarctor autem è duobus, desideriū habens reuerti, & cum Christo esse, multo enim melius permanere in carne magis propter uos. In quo aperte ostendit quod nō uolens, quantū ad ea spectat quæ animæ suæ conscius erat, corruptioni uanitatiq; seruiret, sed propter eum qui hæc ita uoluit, & propter nos ut salui esse possimus, permanet aūt in carne propter nos, ut aūt reuelati fuerint filij dei, & congregati in unū per ecclesiā quam statuit uni uiro uirginem castam exhibere Christo, tunc & ipse liberabitur à seruitute corruptionis,
2.Tim.4 sicut & ipse dicit: Ego autē iam immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Cursum consummaui, fidem seruaui: de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, hoc est liberatum esse à seruitute corruptionis in libertatē gloriæ filiorū dei. Sed ab his si uidet exemplis etiā ad superiora cōscende, & uide ipsius solis & lunę ac stellarū cœli, & totius mundi ministeria quomodo subiecta sunt uanitati, corruptioniq; deseruiunt. Ad usus nanq; hominum alunt segetes, arbores, fructus producunt herbāq; camporū, atq; eosdem in se reuertentes anni circulos uoluunt. Reparant enim quæ prætereunt, & præterire rursum quæ reparata sunt, sinunt. Ipsos quoq; angelos si ad sententiam Pauli respicias quæ dicit, quia omnes ministeriales sunt spiritus ad ministeriū missi propter eos qui hæreditatem capiūt salutis, intelliges tale quid gerere, & huic rationi esse subiectos: crede etiā ipsos non uolentes, sed propter eum qui subiecit eos in spe. Voluntati enim illius quis resistit? Ego etiam de archangelis tale aliquid intelligere propheticis inuitor eloquijs. Quid enim tantæ uanitatis & tantæ corruptionis inuenias, q̄ bella gerere in hoc mundo? pugnas aduersum se regum & gentiū cōmouere? Vide ergo quod & in his præcipuū archangelici operis habetur, sicut Daniel propheta testatur cū dicit, quia archange-
Dan.10 lus lōquitur ad eum, qui diceret ei quòd pugnauerit aduersum principē Persarū, & nemo, inquit, fuit in adiutoriū nisi Michael princeps uester. Per hæc ergo singula deprehendit rationabilis creatura uanitati esse subiecta nō uolēs, sed propter eū qui subiecit in spe. Spes nāq; est ab his rebus corporeis & corruptibilibus aliquando cessandū. Hāc enim habet expectationē creatura ista rationabilis, ut reuelatio fiat filiorū dei propter quos angeli mittuntur in ministerium, ut & ipsi cum his quibus ministrauerūt hæreditatem capiant salutis, ut terrestrium & cœlestiū fiat unus grex & unus pastor, & sit deus omnia in omnibus. Et ut euidentius de his quæ dixerat confirmaret, addidit. Scimus enim quod omnis creatura congemiscit & condolet usq; adhuc. Superius dixerat: Existimo enim quod non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam: & cum ibi se existimare dixerit, & in his scire se dixit quòd omnis creatura congemiscit & condolet usq; adhuc, quo scilicet nihil in hoc sensu dubitationis habeatur. Creatura enim licet non uolens subiecta sit, tamē quoniam uoluntati cedit eius qui subiecit eam, affectum quendam & charitatē circa eos exhibet, pro quibus uidetur esse subiecta, & pro doloribus eorū dolet, & pro gemitibus gemit. Si uerò (ut in alijs exemplaribus inuenitur) legimus congemiscit & parturit, secundum illum sensum accipiemus parturit, quo dicit apostolus genuisse se per euāgelium eos quos per fidem Christi produxit ad lucem

lucem, uel sicut de alijs dixit: Filioli mei quos adhuc parturio donec formetur Christus Gal.4
in uobis. Parturit ergo creatura eos quos regenerat ad salutē. Quod si etiam hoc legentibus uisum fuerit requirendum, cur in superioribus tertio nominauerit creaturas, & nusquam dixerit, omnis creatura, ad ultimū uerò dicat, Scimus enim quod omnis creatura congemiscit & parturit & condolet: potest sic intelligi, quia non omnis creatura est quæ ingemiscit & dolet, hoc est quæ necessitati corporis corruptibilis subiacet. Omnis aūt creatura est quæ dolentibus condolet, & quæ gementibus cōgemiscit. Omnis autē creatura superior agones & certamina nostra spectat, & dolet cum uincimur. Cum ergo uincimus gaudet, & multo plus quàm nobis inest gaudere cum gaudētibus, & dolere cum dolentibus Non solum autem, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur non est spes. Quod enim uidet quis quid speratᵉ Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus.] Consuetudinem apostolicæ elocutionis esse sæpe docuimus, cum dicit non solum, & nihil subiungit cui aptari debeat, superioribus dictis esse referendum, sicut in præsenti capitulo intelligi datur. Tale nanq; est quod dicere uidetur, non solum omnis creatura congemiscit & condolet, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes intra nos gemimus, & nos enim expectamus adoptionem filiorū dei, & redemptionem corporis nostri. Quamuis hoc ipso iam quod Christo credimus, salutem nobis præstitam nouerimus, tamen in spe adhuc est salus ista non aspectu uisibilium. Si enim iam uideretur, non utiq; speraretur. Sperat enim quis ut uideat. Si uerò uideat quæ sperabat, non est ultra sperare quod uidet. Nos autem spem non habemus in his quæ uidentur, ne ina nis sit spes nostra, sed in his quæ non uidentᵉ Et ideo quia quæ non uidentur speramus, & tam magna sunt tamq; glorioſa, ut multis laboribus, multisq; tribulationibus & periculis capiantur, idcirco ea per patientiam expectamus, tanquam uix aliquando uentura. Hæc diximus directum quendam, & lucidiorem sermonibus ipsis apostolicis ordinem dantes. Nunc si uidetur quid est quod nouo hoc sermone indicet uideamus, quod dixit: sed nos ipsi primitias habentes spiritus. Scriptum est enim ut scimus in lege, Primitias areæ, & primitias torcularis nō fraudabis: & primitias omniū frugū tuarum inferes in domū domini dei tui. Quid ergo sicut primitiæ areæ & primitiæ torcularis eiusdem liquoris est cuius torcular, itáne uidebiᵗ & quod dicit primitiæ spiritus ex multis reliquis spiritibus sanctis & beatis unus aliquis esse præcipuusᵉ An illud potius intelligimus, quod cum secundum ea quæ superius disseruimus, multi sint spiritus ministeria les ministrantes in ministerio propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, sub quibus agens unusquisq; credentium, uelut sub tutoribus & procuratoribus instruitur usq; ad præfinitum tempus à patre, id est usquequo ad legitimam ætatē animæ perfectionis ad uenerit: ubi quis iam supergressus spiritū seruitutis quem acceperat in timore, à quo uelut pędagogo seruaretur, dignus efficitur accipere spiritū adoptionis primitias spiritus, per quem adoptatus in filium possit primitiuorum ecclesiæ quæ in cœlis est sociariᵉ Et sicut multo differt filium esse q̄ seruum, ita multum differt à ministerialibus spiritibus spiritus sanctus, cuius primitias Paulus cum sui similibus habere se dicit. Vnus hic modus sit quo sermonis huius intelligētiam potuimus indagare. Videamus nūc & alium. Legimus apud ipsum apostolum Paulum dona uel gratiam sancti spiritus multos spiritus nominari, quū dicit: Nunc autem quoniam æmulatores estis spiritalium ad ædificationem ecclesiæ, quærite ut abundetis. & item alibi: Spiritus prophetarum prophetis 1 Cor.14
subiecti sunt. Subiectos dicens prophetarum, non quasi meliori inferiores, sed pro eo quod habens quis prophetiæ spiritum non inuitus loqui cogitur, ut illi qui habent spiritus immundos, sed cum uult & ratio postulat dicit: cum uerò dicere opportunū nō uidebitur, silet, bene sciens quia tempus tacendi sit & tempus loquendi. Et ideo non ad iniuriā dicitur, quia prophetis subiecti sunt spiritus, sed ad dispensationē, sicut & illud dictum accepimus à saluatore, quia tunc & ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit omnia. Et hic enim subiectus non quasi inferior dicitur. Quomodo em̄ inferior dici poterat qui filius & omnia est quæ pater? Omnia enim, inquit, pater tua mea sunt. Sed in his Ioan.17
quos patri subdit credentes in se, quoniā in unoquoq; eorum se esse dicit, & se in eis di-

cit esurire & sitire & nudum esse, secꝙ pasci in eis & indui profitetur, idcirco & in illis ip se dicitur esse. Sed hæc per excessum quendam dicta sint, nunc autem ad propositum re deamus. Dona ergo diuersa spiritus, à Paulo multi spiritus appellantur: horum autem multorum donorum, quicquid est summum & magnum sine dubio apostoli consecuti
2 Cor.3 sunt, ut idonei essent (sicut & ipse Paulus dicit) ministri noui testamenti, & ut repleri possint euangelio ab Hierusalem in circuitu usꝙ ad Illyricũ, hoc quod in eos præteris sublimius & præclarius collatũ est sancti spiritus donũ, merito primitias sancti spiritus appellauit. Et ideo dicit, Sed & nos ipsi. In quo specialiter designare uidetur apostolicã dignitatẽ. Nos ergo, inquit, ipsi, hoc est apostoli primitias spiritus habentes, qui electi sumus ad hoc ut primitias spiritus acciperemus, etiam ipsi intra nos gemimus. Intantũ, inquit, nulla creatura est quæ doloribus & gemitibus uacet, ut etiam nos ipsi qui summa à spiritu sancto & electa dona percepimus, tantum expectantes adoptionem filiorum, id est perfectionem eorum quos docere & instituere missi sumus, donec uidea mus eos intantum proficere, ut adoptari mereantur in filios, necessariò dolemus & gemimus. Donec nos ergo inquam, qui instituimur ab alijs, negligimus & moramur, & emendationis nostrę tempus longius protelamus, donec non inuisibilia quærimus, sed uisibilibus delectamur, dolores apostolis commouemus, ac luctum (ut ita dicã) uniuersæ creaturæ & gemitus suscitamus. Vniuersa nanꝙ creatura congemiscit & condolet duritiæ, dissimulationis nostræ damna suspirãs. Alius hic nobis explanationis ordo de primitijs spiritus uidetur, si probandus occurrit adhuc, addemus & tertium. Idem ipse apostolus dicit de domino Iesu Christo, quia sit primogenitus omnis creaturæ. Ne forte ergo ubi ille primogenitus dicitur omnis creaturæ, tali quadam ratione etiam multo rum spirituũ primitiæ dicatur spiritus sanctus. Sit ergo iste expositionis tertius modus. Probet autẽ qui legit, quid horum magis sensui conueniat apostolico. Si uerò quod dixit, Et nos ipsi primitias spiritus habentes, de omnibus dictũ qui gratiam baptismi con-
Rom.11 secuti uidentur accipias, sperandum est illud quod idem apostolus dixit: Quod si primitiæ sanctæ, & massa: & si radix sancta, & rami. Quod etsi ita sit, tamen ipsius massæ in qua uidetur indicari multitudo fidelium, primitiæ necessariò uidebuntur in Apostolis
Eph.4 collocatæ. Sic enim scriptum est, quia in ecclesia posuit deus primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores. Isti ergo qui primo loco constituti sunt, competenter primitias sancti spiritus gratiæ spiritalis habere credentur. Nunc iam uideamus quomodo adoptionem filiorum expectare se dicat qui in superioribus dixit, quia ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quia sumus filij dei: & iterum quomodo redemptionẽ corporis sperat qui in alijs dicit, Christus nos redemit. Sic (ut mihi uidetur) ipse hoc eo sermone qui in sequentibus habetur, absoluit. Ait enim: Spe salui facti sumus. Quod ergo filij sumus, & redempti sumus, & quod saluati sumus, in spe consistit. Nunc autem uidemus per speculum, uidemus in ænigmate per speculum, & in ænigmate accipimus
Gal.4 & adoptionem & redemptionem. Aduenit enim plenitudo temporum, & misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Recepimus ergo adoptionẽ, sed istam quæ est per speculum & in ænigmate. Cum autem uenerint quæ perfecta sunt, tunc adoptionẽ facie ad faciem consequemur. Quod autem dixit redemtionem corporis nostri, ego ar-
1 Cor.12 bitror quòd totius ecclesiæ indicetur corpus, sicut & alibi dicit: Vos autẽ estis corpus Christi & membra ex parte. Omne ergo corpus ecclesiæ redimendũ sperat apostolus: nec putat posse dari quæ perfecta sunt singulis quibusꝙ membris, nisi uniuersum corpus in unum fuerit congregatum. Potest autem & sic intelligi, ut redemptionẽ corporis nostri dicat illam quæ in resurrectione futura est, cum non solum animæ, sed & corpora aduenierẽt ante tribunal Christi, ut reportet unusquisꝙ propria corporis prout gessit, & secundum illud quod dictum est: Timete magis eum qui potest corpus & animã
Matt.11 perdere in gehennam. Et ideo dolendum unicuiꝙ est in hoc seculo & gemendum, ne forte per malos actus & præsentis uitæ negligentiam nõ mereatur redemptionem corporis sui consequi: sed inueniatur cum ista sententia quæ corpus & animam gehennæ ignibus damnet. Post hæc dicit: Spe aũt salui facti sumus, Spes autem quæ uidetur non est spes. Sicut superius de creatura dixerat, quia uanitati subiecta est propter eum qui subiecit

subiecit in spe: ita & hic de semetipso uel quoscunꝙ secũ annumerari nouit, dicit, Spe enim salui facti sumus: sicut & gemitibus creaturæ suos quoꝙ gemitus sociauit. Quomodo autẽ in spe sit saluus, spes autem non sit in his posita quæ uidentur, sed quæ non uidentur, iam superius edocuimus. Illud solum breuiter addemus, quòd ex his sermonibus & ex illis in quibus dicit, Non respicientes ea quæ uidentur, sed quæ nõ uidentur, edocet nos in futuris bonis nihil eorũ quæ nunc uidentur, uel uideri possunt sperare debere, etiam si cœlum uideas istud uisibile, etiã si terrã. Audi de his, Quia cœlum & ter- Matt.24
ra præteribunt, uisibilia enim sunt. Quod uides quid speras? Nihil ergo prorsus speran dum est in futuro de his quæ uidentur. Oculus enim nõ uidit quæ præparauit deus ijs qui diligunt eum. Videt autem oculus cœlum & terrã: non ergo oportet hoc quod uidetur credi præparatum esse à deo ijs qui diligunt eum, sed cœlum quidẽ, imò potius cœlos multo eminentiores & excelsiores ꝙ est illud firmamentum, quod uideri oculis potest. Sed & terra speranda est, non tamen hæc quæ arida dicitur, & oculis subiacet, sed illa
2 Cor.4 erit mansuetorũ terra quam oculus non uidit. Euidens est enim apostoli sententia, quæ docet nõ uisibilia & corporalia speranda in futuris, sed spiritalia & æterna: quia quæ uidentur temporalia sunt, & cum tempore finiuntur: quæ aũt non uidentur, æterna sunt, quæ speranda apostolus docet. Idcirco nanꝙ & ipsa corporis nostri reparatio ex corruptibili incorruptibilis, & ex mortali immortalis, & ex infirmitate in uirtutem restituitur, & ex animali corpore corpus efficitur spiritale, ut cũ spiritale factum fuerit, possit etiam inuisibilibus perfrui bonis: quæ bona in præsenti seculo non uidentes, per spem speramus, per patientiã expectamus. Similiter autẽ & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus pro nobis interpellat gemitibus inenarrabilib. Qui autẽ scrutat corda scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis.] Cum in superioribus dixisset, quia omnis creatura his qui in agone huius uitæ sunt positi congemisceret & cõdoleret, hoc est conlaboraret, uiresꝙ conferret, tum etiã seipsum Paulus ac sui similes proferre gemitus pro laborantibus memorasset: ut per hoc solaretur in certamine positos, cum uideret omnes sanctos uniuersamꝙ creaturam affectu secum labores gemitusꝙ cõiungere: addit nũc excelsius aliquid & sublimius. Ne (inquit) parũ putetis quòd omnis nobiscũ congemiscit & condolet creatura, ne parum uideatur quòd nos ipsi gemimus pro laboribus uestris, etiam diuinæ ipsi naturæ erga agones nostros (uobiscũ enim me quoꝙ cõiungo) inest quidam miserationis affectus. Ipse enim (inquit) spiritus adiuuat infirmitatẽ nostram. Deniꝙ quid orare, quid à deo petere oporteat, ignoramus. Interdum enim quæ contraria saluti sunt cupimus infirmitate cogente. Sicut enim quis in ægritudine corporis positus non ea quæ sanitati conducũt, sed ea quæ præsens desiderium suggesserit, poscit à medico: ita & nos in huius seculi infirmitate languentes interdum à deo petimus quod non expedit nobis. Deniꝙ ego ipse Paulus qui hæc loquor ad uos, cũ mihi propter sublimitatem reuelationũ ne extollerer datus fuisset à domino angelus satanę qui me colaphizaret, ter dominũ rogaui ut discederet à me, nescies quid orarẽ: & ideo quia nescieba secundũ quod oportet orare, me audiuit dominus, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficit. Si ergo quid oremus secũdum quod oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, magnum nescio quid Paulus in gemitibus sentit. Ecce em̃ iam tertio gemitus ponit. Nam & creatura (inquit) ingemiscit, & nos ipsi gemimus, & ipse spiritus gemitibus interpellat deũ pro sanctis. Addidit sane in his gemitib. Quos per spiritũ dicit deo offerri, quòd sint inenarrabiles: hoc aũt neꝙ de totius creaturę, neꝙ de suis gemitibus dixit. Et uide si possumus in istis gemitibus multũ fiduciæ & libertatis in cõspectu dei intelligere, & quòd oratio quæ cũ dolore & gemitu offerẽ deo, accipiat fiduciã à spiritu sancto ascendi ad deũ. Deniꝙ Adam cũ peccasset, perdidit fiduciam, & abscondit se à facie dei. Sanctus aũt Dauid dicit, Quia gemitus meus à te nõ est abscõditus. Sed uideamus q̃d Psal.38
est quod dicit, Ipse aũt spiritus interpellat pro nobis. Hoc enim & Ioannes Iesum face- 1 Ioan.2
re designat, cũ dicit: Filioli hæc scribo uobis ut nõ peccetis: si aũt peccauerit aliquis nostrum, aduocatũ habemus apud patrẽ iustũ Iesum qui interpellat pro nobis: & hic, Spiritus interpellat pro nobis. Hoc aũt facit spiritus iuuans infirmitatẽ nostram. Quæ autem sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem sit infirmitas nostra, ipse dominus docet cum dicit: Spiritus promptus, caro autem infirma. Igitur infirmitas nostra ex carnis infirmitate descendit. Ipsa est enim quæ concupiscit aduersus spiritum: & dum concupiscētias suas ingerit, puritatem spiritus impedit, & synceritatem orationis offuscat. Sed ubi uiderit spiritus dei laborare spiritum in aduersando carni, & adhærēdo sibi, porrigit manū, & adiuuat infirmitatem eius: & uelut si magister suscipiens ad rudimenta discipulum, & ignorantē penitus literas, ut eum docere possit & instituere, necesse habet inclinare se ad discipuli rudimenta, & ipse prius dicere nomē literæ, ut respondendo discipulus discat, & sit quodammodo magister incipienti discipulo similis, ea loquens & ea meditans quæ incipiens loqui debeat ac meditari: Ita & sanctus spiritus ubi oppugnationibus carnis perturbari nostrum spiritū uiderit, & nescientem quid orare debeat secundum quod oportet, ipse uelut magister orationē præmittit, quam noster spiritus, si tamen discipulus esse sancti spiritus desiderat, prosequatur: ipse gemitus offert, quibus noster spiritus discat ingemiscere, ut repropitiet sibi deū. Si uerò spiritus quidē doceat, & noster spiritus id est mens nostra nō sequatur, suo uitio infructuosa ei fit magistri doctrina. Et istud Paulus in mysteriū intra
1 Cor.14 hominem geri sciens, dicebat: Nam si linguis loquar, spiritus aūt meus non oret, mens mea sine fructu est: spiritū suum dicens gratiam sancti spiritus quæ à deo omnibus datur. Vnde & cohortans nos ut non habeamus infructuosum hoc sancti spiritus beneficium, addit & dicit: Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente: psalmum dicam spiritu, psalmū dicam & mente. Igitur quamuis hæc inenarrabilia esse Paulus ipse signarit, & inenarrabilibus gemitibus gemere, tamen prout possibile nobis fuit, imaginem quandam rerū quæ diuinitus geruntur, quasq; ipse obiectus profert, edidimus. Qui autem spiritalis est examinet omnia, & si quid his altius inuestigare potuerit, habeat apud se: fidelis enim spiritu celat negotia. Admonendi tamen sunt qui prosperitatē sibi præsentis uitæ, & sanitatem uel diuitias uel honores postulāt à deo: quia quid orent secundum quod expedit nesciunt. Sępe enim fit ut ad damnū animæ uel opprobriū eius sem
piternū concedant̄ præsentia hæc lucra & dignitas secularis. Et ideo illud magis tenen
Matt.6 dum est, quod in oratione docuit Dominus: Fiat uoluntas tua. Qui aūt scrutatur corda scit quid desideret spiritus, quia deum postulat pro sanctis. Ostendit quidē deum non tam uerba nostra in oratione q̄ cor mentēq; perpēdere: ipse enim est qui scrutatur corda & renes: quod aūt secūdo dicit, quia spiritus interpellat, hoc est quod edocet nō minimā dispensationē per spiritum sanctum in hominibus geri. Quāuis enim unigenitus filius dei pro salute humani generis incarnatus & passus sit, & morte sua destruxerit mortem, & resurrectione reddiderit uitā, insignius tamen absq; incarnatione magnificentiæ gerunt̄ etiam per spiritum sanctum. Tamen quòd & ille pro impijs mortuus est: sic
Rom.3 enim & ipse Paulus ostendit cum dicit: Adhuc enim Christus cum infirmi essemus secundū tēpus pro impijs mortuus est: sanctus aūt spiritus nō pro impijs iam interpellat, sed pro sanctis, & interpellat non secundum carnē, sed secundum deū. Christus autem non secundum deū mortuus dicitur, sed secundum carnem. Ideo non uerbis offerre dicitur spiritus interpellationem pro sanctis, sed gemitibus, & nō cōmunibus istis gemitibus, sed inenarrabilibus. Quomodo enim enarrari potest quod spiritus dei loquitur deo, cum interdū nec ipse quidē noster spiritus quod sentit & intelligit, sermone possit exponere? Scimus aūt quod diligentibus deū omnia cooperātur in bonū, his qui secundum propositū uocati sunt sancti. Nam quos præscíuit & prędestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.] Si spiritus (inquit) interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, & uniuersa creatura congemiscit, & dolet usq; nunc, quæ liberabitur tum demū à seruitute corruptionis, cū liberras gloriæ aduenerit, quomodo non cōpetenter pronunciabitur, Scimus quòd diligētibus deum omnia cooperantur in bonū? Intantū enim omnia cooperantur & conlaborant his qui diligunt deū, ut & ipse spiritus adiuuet, nec dedignetur diuina natura dux esse itineris ad bonū. Veruntamen si sunt aliqui habentes spiritū seruitutis in timore, alij uerò sunt superiores his qui spiritū adoptionis accipiunt, ex eo quòd non iam timore deū, sed amore uenerantur, & quòd perfecta in eis charitas foras mittit timorē: uidendum est ne forte nō omnia cooperent̄ in bonum ijs qui adhuc in spiritu permanent seruitutis, sed aliqua

aliqua quidem etiā ipsis cooperentur, non tamen omnia, & nescio si ad ipsum bonum, seu potius (ut ita dixerim) ad ianuas boni perducant̄. His uerò qui diligunt deū, & toto ei inhęrent charitatis affectu (ut diximus) collaborāt & iuuāt, atq; aliquid sui studij cōferunt, quatenus eos in ipso bono quod nunq; potest permutationē recípere constituant. Quod si alij sunt qui diligunt deū, & alij qui spiritū seruitutis accipiūt, uidendum est ne forte & hoc quod dicit: His qui secundū propositū uocati sunt, & quos præscíuit & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui, non conueniat illis qui in spiritu seruitutis sunt. Possunt enim & illi uocati quidem dici, nō tamen secundū propositū uocati: & pro eo quòd adhuc in spiritu seruitutis sunt, non possunt statui inter multos fratres quorū primogenitus est filius charitatis, & imago inuisibilis dei, ac primogenitus oīs creaturæ. Sed & hoc quod dixit, Conformes imaginis filij sui, uolo requirere cuius formæ conformes fieri dicūtur. Legimus enim filiū dei aliquando in forma dei, aliquando Phil.2
in forma serui esse propositū. Cui ergo formæ harū duarū cōformes dicat futuros apostolus eos qui diligūt deū, & quibus omnia cooperātur in bonū, non otiosi discriminis mihi uidet̄ esse. Arbitror ergo secundū ea quæ in alijs idē Paulus designat, ubi dicit: Fi- Gal.4
lioli mei quos iterū parturio donec formet̄ Christus in uobis: quòd formari in his q ad perfectionē tendūt Christus dicat̄, secundū hoc quod uerbū est, ut in eis uerbi dei syncritas ad purū informet̄, & secundum hoc quod ueritas est, ut ueritas in eis absq; ullius fuci admixtione cōsistat: & secundū hoc quod sapiētia est, ut sapiētia dei in eis illa quā inter perfectos loquit̄ Paulus, pura & absq; ullo erroris diuerticulo conseruet̄. Sic & secundū omnia quæ Christus est, uel iustitia, uel sanctificatio, uel certe quæcq; uirtutes, si in eis formētur ad liquidū, isti uidebūtur ad illam formā quę in forma dei est, cōformes imaginis esse effecti. Si uerò adhuc in initijs quis cōuerset̄, Initium aūt sapientiæ timor Prouerb.9
domini, & in timore adhuc positus prima cultus dei elemēta suscipiat secundū formam serui, quā suscepit ad hoc ut rudibus & ignaris timorē dei doceret: cōformes fieri intelligendi sunt ij q̄ prima initia in dei timore suscipiūt: quia (inquit) quos præscíuit & prędestinauit cōformes fieri imaginis filij sui. Puto enim quòd sicut non de omnibus dixit qui prædestinati sunt, ita nec de omnibus quos præscijt. Non enim secundū communē uulgi opinionē putandum est bona malaq; præscire deū, sed secūdum scripturæ sanctæ consuetudinē sciendū est. Obseruet enim qui studiosus est in scripturis, sicubi inuenit scripturā dicere, quia malos prescierit deus, sicut in præsenti loco de bonis manifeste dicit, quia quos præscíuit & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui. Si enim quos præsciuit hos & prædestinauit cōformes esse imaginis filij sui, nullus aūt malus conformis potest imaginis esse filij dei, manifestū est quia de bonis tantū dicit, præscijt quos prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui. Cæteros uerò non modo prescire, sed ne scire quidē dicitur deus. Nouit em̄ deus eos qui sunt eius. Ad eos aūt qui nō sunt digni 2 Tim.2
ut sciant̄ à deo, saluator dicit: Discedite à me uos operarij iniquitatis, quia nō cognoui Matt.7
uos. Sic ergo & in hoc præsenti loco quos præsciuit deus, ipsos & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui: cæteri aūt præsciri nō dicunt̄, non quòd aliquid latere possit illā naturā quæ ubiq; est, & nusquā deest, sed quia omne quod malū est, scientia eius uel præscientia habet̄ indignū. Quos ergo præscijt & prædestinauit. Sed & hoc intuere, si præscire & prædestinare dici potest deus de his qui nondū sunt: uel his qui sunt quidē, nondū tamen cōformes sunt imaginis filij eius: & præscientiā in hoc esse magis conuenit, q̄ in eo q̄d futurū sit id quod nondū est: in hoc enim uolūtas magis est q̄ præscíētia cōditoris. Nam præscíētia in quo uidebit̄, cum id quod futurū est, pēdeat in factoris arbitrio. Videbit̄ fortassis ab attētis lectoribus etiā hoc requiri, cur nō dixerit cōformes filij sui, sed cōformes imaginis filij sui. Dicet em̄ qui excitat hæc, qa sicut ipse filius qui imago dei inuisibilis dicit̄, quantū ad personā specialis est ab illo cuius imago est: ita & hic quæ dicit̄ imago filij eius, alia debet esse cuius imago est. Et quamuis ardua hæc uideant̄ & difficilia, tamē uide si possumus illud dicere: quia quāuis omnis qui se ad eam formā quā suprà posuimus excoluerit, imago sit dei, hoc est imago filij dei: tamē specialis ac propria imago eius quæ eū totū atq; ex integro suscepit, & in semetipsa formauit, ipsa anima Iesu dicēda est: quę se per oīa uerbo ac sapiētiæ dei ita coaptauit, ut in nullo prorsus ab eius similitudine decolor haberetur: ita ut quicūq; summā perfectionis ac beatitu-

beatitudinis consectatur, ad illius imaginem ac similitudinẽ tendat, quæ primo loco & super omnes cæteros filij dei imago est: ita ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, in his uidelicet quorũ conformatione filij dei imaginis primatum tenet. Quos autẽ prædestinauit hos & uocauit, & quos uocauit hos & iustificauit: Quos autem iustificauit illos & magnificauit.] Suprà dixit, Quos præscijt, hos prędestinauit: & nunc addit, Quos autem prædestinauit illos & uocauit, & quos uocauit hos & iustificauit. Et si prescijt & prædestinauit communi opinione sentiamus, uidebitur utiq; qui iustificatus est, propterea iustificatus esse quia prædestinatus est: & qui prædestinatus est, propterea prædestinatus esse quia præcognitus est. Et rursum econtrario intelligis: Si quis autẽ iustificatus non est, ideo non est iustificatus quia non est uocatus: & quia non est uocatus ideo non est prædestinatus: & quia prædestinatus nõ est, ideo non est præcognitus. Vide in quam absurdam sententiam decidant hi qui præscientiam dei in hoc tantum accipiunt, quasi qui & quæ postmodũ futura sunt ante prænoscat. Inuenitur enim secundũ hæc postea quæ supra exposuimus, non præscisse deus quos non prædestinauit. Et rursum si ad cõmunem referatur intelligentiã hoc quod dicit, quia quos uocauit illos & iustificauit, ingentẽ fenestram patefaciemus ijs qui negãt esse in hominis potestate ut saluus fiat. Aiunt enim: Si deus quos præscijt illos & prædestinauit, & quos prædestinauit illos & uocauit, & quos uocauit, illos & iustificauit, nihil culpæ habent ij qui nõ iustificantur, quia nec uocati sunt, nec prędestinati, nec pręcogniti. Cum etiã illud aperte nobis aduersetur, quòd non omnes qui uocãtur, etiam iustificãtur. Nam & Iudas apostolus uocatus est, sed non est iustificatus: quia & si iustificatũ eum cõtendat aliquis eo ipso quo uocatus est, nõ est certe glorificatus. Sed & illi de quibus dicit apostolus, quia naufragauerunt à fide, uocati quidem fuerunt, sed non sunt iustificati. Secundum euangelij parabolas illi ad quos missi fuerant serui, & excusauerunt se, uocati fuerũt, sed non sunt iustificati: & ille qui ingressus conuiuiũ regis nõ habuit uestem nuptialem, uocatus est sed non est iustificatus. Cum ergo hæc singula sic se habeãt, quomodo uidebitur uerus sermo apostoli, quẽ uel de prænoscendo, uel prædestinando, uel de uocando, uel etiam de iustificando memorauit? Sed ego secundũ ea quæ suprà exposuimus, quomodo noscat uel prænoscat deus, ad consuetudinẽ scripturæ redeundũ puto, quæ uernacula qua dam appellatione in hoc sermõe, id est in cognoscendo uti solet: uelut cum dicit, Et cognouit Adam uxorem suam, pro eo ut dicat, admixtus est uxori suæ. Et iterum de Rebecca dicit: Virgo erat, & uir non cognouerat eam. Sed & de filijs Leui dicitur cũ præuaricatores punirent, quia non cognouerit unusquisq; patrẽ suum, aut matrem suã. In quo sine dubio hoc ostenditur, quia non iunxit affectum suũ & amorem cum patre uel matre. Sed & multa secundum hunc sensum in scripturis de cognoscendo inuenies dicta, & ideo etiam in præsenti loco constat apostolum secundũ scripturæ sacræ cõsuetudinẽ posuisse sermonẽ cognoscendi, ut illos ostenderet præcognitos à deo, in quibus sciens quales essent, amorẽ suum deus affectumq; posuisset, secundum etiã illud quod scriptũ est, Cognouit dominus eos qui sunt eius: cum utiq; quantũ ad istam cõmunem scientiã pertinet, dominus nõ solũ eos qui sui sunt, sed & eos qui errãt à se, non ignoret. Sed cognouisse eos dicit, hoc est in dilectiõe habuisse, sibiq; sociasse. Ita ergo quos pręscíuit deus illos & prædestinauit: & quos prædestinauit, illos uocauit: & quos uocauit, illos & iustificauit. Supereſt nobis adhuc illius quæstiõis absolutio, quomodo quos uocauit illos & iustificauit, cũ secundũ ea quę suprà diximus constet multos esse uocatos, paucos aũt electos. Sed uidet mihi esse quędã uocationis differẽtia secundũ illud quod in superiori capitulo exposuimus, quia omes quidẽ uocati sunt, nõ tamen omes secundum propositũ uocati sunt. Nam hi qui secũdum propositũ bonum & bonam uoluntatem quam circa dei cultũ gerunt uocantur, ipsi sunt qui secundũ propositũ uocati dicũtur, et isti sunt qui uocati iustificati sunt. Bono enim eorũ proposito deerat sola uocatio. Hi uerò qui nõ habent bonũ fixumq; propositũ, uel erga diuinũ cultum, uel erga opus bonũ, uocãtur quidẽ & ipsi, ne eis excusatio relinquat, & hæc ipsi possint causari cum iudicãtur: quia & nos si uocati fuissemus, potuissemus utiq; iustificari, & non solum iustificari, sed & glorificari. Ideo ergo uocantur quidem & ipsi, sed quasi si in terra petrosa seminetur semen, cito quidẽ exoritur, increscente aũt tribulationũ sole, quia non habent

Luc. 14
Matt. 22

Gen. 4
Gen. 24
Deut. 33

2 Tim. 2

bent altam radicẽ boni propositi, cõtinuo arescũt & pereunt: & ipsi sunt de quibus dicit Apostolus, quia naufragauerũt à fide. Quos ergo uocauit, id est quos secundũ propositũ uocauit boni, illos & iustificauit. Quod si secundũ propositũ ad deum referatur, hoc est ut secundũ dei propositũ, qui sciens in eis religiosam mentẽ & salutis inesse desiderĩ, uocati dicant, nõ uidebitur his quæ exposuimus etiã hoc esse contrariũ. Hoc ergo pacto neq; in præscięntia dei, uel salutis uel perditionis nostræ causa cõsistit, neq; iustificatio ex sola uocatione pędebit, neq; glorificari de nostra penitus potestate sublatũ est. Nam & si cõmuni intellectu de præscięntia sentiamus, nõ propterea erit aliqd, quia id scit deus futurum: sed quia futurũ est, scitur à deo antequ̇ fiat. Nam et si (uerbi gratia) fingimus deũ nõ prænoscere aliquid, futurũ sine dubio erat, quòd ita utputa Iudas proditor factus est, & hoc ita futurũ prophetæ prædixerũt. Nõ ergo quia prophetæ prædixerũt, idcirco prodidit Iudas: sed quia futurus esset proditor, ea quæ ille ex propositi sui nequitia gesturus erat prędixerunt prophetę: cũ utiq; Iudas in potestate habuisset ut esset similis Petro & Ioanni si uoluisset, sed elegit pecuniæ cupiditatẽ magis q̃ apostolici cõsortij gloriã: & hanc eius uoluntatẽ futurã præuidentes prophetæ librorũ tradiderunt monumentis. Vt autẽ scias nõ in præscientia dei unicuiq; salutis causam poni, sed in proposito & actibus suis, uide Paulũ uerentẽ ne forte cum alijs prędicauerit ipse reprobus efficiat, macerare corpus suũ, et subijcere seruituti hoc. Aduersus eos qui nobis huiusmodi quæstionẽ obijciunt, etiã hæc possumus dicere: Si quos præscijt illos & prædestinauit, non autẽ omnes prædestinauit, ergo non omnes præscijt: & secundum eos erunt aliqua quæ ignoret deus. Si uerò prænoscere secũdum hæc accipiatur quæ suprà diximus, hoc est in affectũ recipere sibiq; sociare, uerũ erit quia sicut nõ omnes prædestinauit, ita neq; omnes pręcognouit. Sic enim & is dicitur non cognouisse peccatum. Nunquidnã dicemus quia nescierit is quid esset peccatũ, id est quia nescierit homicidium peccatũ esse, uel adulteriũ uel furtum, & his similia? An hoc est quod dicitur nescire peccatum, quia peccato se nõ miscuit, neq; adhæsit ei peccatum? Sicut et alibi scriptum est: Qui seruat mandatũ nõn cognoscet malũ uerbum, hoc est nõ recipiet uerbum malum, nõ credet, nõ audiet libẽter, neq; admittet ingredi mentẽ suam. Quos ergo secundum hunc modũ præscijt deus, illos & prædestinauit: & quos prædestinauit, illos & uocauit, ea uocatiõis distinctiõe qua diximus: & quos uocauit, illos & iustificauit: & quos iustificauit, illos & glorificauit. De glorificatione possumus & in præsenti seculo illud intelligere quod dicit Apostolus: Nos autẽ omnes reuelata facie gloriã domini speculantes eadem imagine trãsformamur à gloria in gloriã, tanquã à domini spiritu. Est ergo & hæc gloria quã iustificati quiq; in præsenti uita percipiunt: est & illa quæ speratur in futuro, cũ corpus hoc humilitatis nostræ seminat in cõtumelia, & surget in gloria, et: est alia gloria solis, alia gloria lunę, alia gloria stellarum, et stella à stella differt in gloria, ita erit resurrectio mortuorũ. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis quis cõtra nos? Qui etiã proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo nõ etiã cum illo omnia nobis donauit?] Deus quomodo pro nobis sit manifestũ est ex his quæ suprà exposuit, id est quòd spiritus dei habitat in nobis, uel quòd spiritu dei agimur, uel quòd spiritũ adoptionis accepimus, uel quòd sumus filij dei & hæredes, & cohæredes Christi, uel quòd primitias spiritus accepimus, uel quòd ipse interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, uel quòd uniuersa creatura nobis cõgemiscit & cõdolet, uel quòd omnia nobis cooperant in bonũ diligẽtibus deũ, uel quòd secundũ propositũ uocati sumus & prægogniti & prædestinati & iustificati & glorificati, horũ enim omniũ ueluti epilogũ faciens, & simul omia repetens ait: Quid ergo dicemus ad hæc? hoc est, ad hæc omnia quę suprà diximus. Quia si sic deus pro nobis est, ut hæc nobis cũcta cõcesserit, quis esse aduersum nos poterit? Non quo omnino neminẽ nobis esse dicat aduersariũ. Quomodo em stabit illud quod dictũ est à Petro: Aduersarius uester diabolus sicut leo rugiẽs circuit quærens quẽ transuoret? Sed hoc ostendit, quia deo agẽte pro nobis contẽptibilis & nihili efficit aduersarius noster. Similiter autem & dauid dicit: Dominus illuminatio mea & saluator meus, quẽ timebo, Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabo? Non ergo nullũ dicit esse quẽ metuat, & qui aduersetur ei: Sed quãuis (inquit) appropiẽt super me ut edant carnes meas qui tribulant me inimi-

1 Tim. 1

2 Cor. 3

1 Cor. 15

1 Cor. 9

1 Pet. 5

Psal. 27

Ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

me inimici mei, tamẽ domino defendente uitã meam, infirmati sunt & ceciderunt. Dat
præterea indiciũ maximũ ingẽtis erga nos amoris dei, qui intantũ (inquit) nos dilexit,
ut nec proprio filio pepercerit, sed pro nobis omnibus ad passionẽ tradidit eum. Et ut
maiore nos admiratione cõstringeret, addidit sermonẽ ingentis arcani consciũ dicens,
quia proprio filio non pepercit. Dixerat enim superius, quia etiam nos qui spiritũ ado-
ptionis accipimus, filij dei sumus. Ne ergo cõmuni ista appellatione filiorum unum ali
quẽ ex his tradidisse putaret qui in filios uidebant asciti, addidit proprio filio, ut eum
qui solus ex ipso deo ineffabili natiuitate generat, ostenderet. Pro nobis ergo omnibus
Matt.10 tradidit eum, non illa traditione qua scriptũ est, Tradet autem frater fratrem in mortẽ,
& parentes filios: sed tradidisse eum dicitur hoc ipso quod eum cum in forma dei esset,
passus est exinanire seipsum, & formã serui suscipere, & usq; ad mortẽ crucis perueni-
re: ut in ipso omnibus exemplũ obedientię poneret, & uiã resurrectionis à mortuis ape
riret. Pro omnibus ergo tradidit eum, nõ solum pro sanctis, nõ solũ pro magnis, sed &
pro minimis omnino qui sunt in ecclesia, tradidit filiũ propriũ pater: & ideo etiam si mi
nimorũ aliquẽ & infirmorũ lædat quis percutiẽs eius infirmã conscientiã, in Christum
peccare dicit, quoniã quidẽ scandalizat animã pro qua Christus mortuus est. Quia er-
go pro omnibus nobis tradidit filiũ pater, nullus omnino nec minimus quidẽ qui est in
Matt.18 ecclesia cõtemnendus est: & ideo dominus ipse dicebat: Si quis scandalizauerit unũ ex
pusillis istis minimis, melius est molam asinariã circa collum eius ligari, & præcipitari
eum in mare, q̃ ut scandalizet unũ ex his. Deus ergo qui nos pretiosos proprij filij pro
nobis pretiosum sanguinẽ fundendo fecit, quomodo nõ cũ ipso omnia nobis dedit? Ni
hil est siue uisibilis siue inuisibilis creaturæ, quod filio possit adæquari: Nullo enim pa-
cto creatori suo creatura potest cõferri: & si creator ipse donatus est nobis, quomodo
nõ cum ipso creatura nobis donabit? Quãuis sermo hic dupliciter possit intelligi, id est
quod cũ illo omnia donabit. Nam & hoc potest uideri, quod si habemus in nobis Chri
stum secundũ hoc quod uerbũ, sapientia & ueritas & iustitia & pax est, & cætera omnia
quæ de eo scripta sunt, cum hac plenitudine uirtutum omnia nobis donabuntur, ut iam
nõ in unum ex omnibus creaturis, & paruũ terræ hunc locum quem nunc uidemus, ha
bitare timeamus: sed omnia quæcũq; creauit deus uisibilia & inuisibilia, occulta & ma-
nifesta, tẽporalia & æterna cum Christo pariter habeamus. Potest aũt & alio modo sic
intelligi quod dicit, cũ ipso omnia nobis donauit: hoc est ipsi quidem ut hæredi, nobis
uerò ut cohęredibus eius pariter cum ipso perfrui uniuersa dabitur creatura. Quis ac
cusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus le-
sus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat
pro nobis.] Videtur mihi quod ait, Quis accusabit aduersus electos dei? de diabolo
Ioan.14 dicere: Nullus enim ita electus & ita magnus, quem ille nõ audeat accusare, nisi ille so-
lus qui peccatum nõ fecit, qui dicebat hęc: Nunc uenit princeps huius mundi, & in me
nihil inuenit. Sed quãuis ille exerat nequitiã propositi sui, deo iustificante et delente si
cut nubem iniquitatem electorũ suorum, & sicut caliginem peccata eorum, & à priori
bus delictis eos dealbante ut niuem, & sicut lanam candidam faciente, quid proficiet
accusator? Sed & cum Christus pro eis mortuus sit, imò potius à mortuis resurrexerit,
& stet à dextris patris, & interpellet pro his, quis eos poterit cõdemnare? In superiori
bus sanctus spiritus interpellat pro nobis (inquit) gemitibus inenarrabilibus: hic Chri-
stus Iesus qui mortuus est & resurrexit, ipse interpellat pro nobis. Deus qui proprium
filiũ tradidit pro nobis, ipse iustificat electos: quis erit ultra qui audeat cõdemnare? Sed
diligentius intuere quomodo apostolus nusquã in sermonibus suis ab insita sibi caute-
la discedat. Non dixit, quis accusabit aduersum uocatos, sed aduersum electos. Nisi e-
nim fueris electus, nisi in omnibus te exhibueris probabilem deo, habebis accusatorẽ.
Si enim causa tua mala est, si te crimẽ tuũ astringit, quid tibi proderit aduocatus, etiam
si Iesus sit qui interpellat? Iesus enim ueritas est: Non potest ergo pro te ueritas fallere.
In quo tibi opitulabitur aduocatus, ne accusatoris calumnijs inuoluaris, ne tibi præte-
rita peccata quæ tibi per baptismũ deleta sunt, imputentur? Si uerò post hæc iterum de
linquas, nec ullis hæc pœnitentiæ lachrymis diluas, accusatori tuo criminandi te mate
riam dabis: & quamuis Iesus interpellet pro nobis, non potest tamen dicere Iesus tene-
bras lu-

bras lucem esse, nec̃ amarum dulce. Si ergo uis uincere quod iudicaris, fac quod de iu
sto scriptum est: Dispone sermones tuos in iudicio, præpara opera tua ad exitum, me-
mento nouissimorum tuorum, & non peccabis: ne tibi contingat illud quod de quo-
dam scriptum est: Cum iudicatur exeat cõdemnatus. Vide autem quomodo audias,
quia Iesus interpellat pro nobis. Ipse est enim de quo & alibi scriptum est, quia pater
neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio: & sicut ipse est hostia, & sacerdos, &
ipse est in forma serui & in forma dei, sic ipse est aduocatus & iudex. Quis ergo se-
parabit nos à charitate dei? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an pericu-
lum? an persecutio? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota
die, existimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eũ
qui dilexit nos.] Pro his, inquit, omnibus quæ suprà enumerauimus, id est, quia iam
non sumus in carne, sed in spiritu, & quod spiritus dei habitat in nobis, & quòd Chri-
stus in nobis est, per quem corpus quidem mortuũ est propter peccatum, spiritus au-
tem uiuit propter iustificationem, & quod iam non sumus debitores carni ut secun-
dum carnem uiuamus, quia spiritu actus carnis mortificauimus, & quòd per spiritum
adoptionis filij effecti sumus dei, & si filij, etiam hæredes dei, cohæredes autem Chri-
sti, & quòd uniuersa creatura congemiscit nobis & condolet, reuelationem filiorum
dei expectans, & quòd diligentibus nobis deum omnia cooperantur in bonum, &
quòd præscijt & prædestinauit nos conformes imaginis filij sui qui secundum propo
situm uocati sumus: cum pro his, inquit, omnibus beneficijs quę consecuti sumus, fixi
& radicati in charitate dei sumus, quis nos ab ea poterit separare? Tribulatio si uene- Ephe.3
rit, dicemus ad deum, In tribulatione dilatati sumus. Angustia si fuerit mundi, & ex ne
cessitate corporis ueniens, sapientiæ dei & scientiæ latitudinem requiremus, in qua
nos angustare non potest mundus. Redeo enim ad scripturarũ diuinarũ amplissimos
campos, intellectum uerbi dei spiritalem requiram, & nulla me in eo coarctabit angu
stia. Per largissima enim spatia intelligentiæ mysticę & spiritalis equitabo. Persecutio
nem si patiar, & confitear Christum corã hominibus, certus sum quòd ille me confite
bitur corã patre meo qui in cœlis est. Fames si affuerit, turbare me non potest: habeo
enim panẽ uitæ qui de cœlo descendit & reficit animas esurientes. Nec aliquãdo po-
test panis iste deficere: est enim perfectus & æternus. Me nuditas non confundit: Indu
tus sum enim dominũ Iesum Christum, & habitaculum nostrum quod de cœlo est, su
perindui spero: Oportet eñ mortale hoc induere immortalitatẽ, & corruptibile hoc
induere incorruptionẽ. Periculum enim non timebo. Dominus illuminatio mea, quẽ
timebo? & dominus defensor uitę meę, à quo trepidabo? Gladius terrenus terrere me
non potest: Habeo enim mecũ gladiũ spiritus quod est uerbũ dei, & mecum est uiuẽs
& efficax sermo dei, qui est penetrabilior omni gladio utrinq; acuto. Si ergo gladius
mundi uenerit super ceruices nostras, maiorẽ mihi ad deum conciliat charitatem. Di-
cam namq; ad eum, quia scriptũ est, Propter te mortificamur tota die, existimatus sum
ut ouis occisionis. Non enim mihi sufficit una hora mori pro Christo, uel cruciari, sed
tota die, hoc est omni uitæ meæ tempore. Si enim totam uitam meam in persecutioni
bus & periculis agam, dicam quia nõ sunt condignæ passiones huius temporis ad fu-
turam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Breue est enim huius uitę tempus, exiguum
quod in persecutionibus ducimus: æternũ uerò & perpetuũ quod expectamus in glo
ria. Et ideo in his, inquit, omnibus superamus non nostra uirtute, sed per eum qui nos
dilexit. Dum enim in illius amore pẽdemus, sensum doloris nõ recipimus. Illius enim
charitas qui nos dilexit, & nostrũ ad se rapuit affectum, cruciatũ corporis, & dolorem
sentire nos non facit. Ideo ergo in his omnibus superamus. Tale aliquid & in canticis
sponsa dicit ad uerbũ, quia uulnerata, inquit, charitate ego sum. Ad hunc ergo modũ
& anima nostra à Christo uulnere charitatis accepto, etiãsi tradat gladio corpus, non
sentiet uulnera carnis præ uulnere charitatis. Certus sum enim quia nec̃ mors, nec̃
uita, nec̃ angeli, nec̃ principatus, nec̃ uirtutes, nec̃ instantia, nec̃ futura, nec̃ forti-
tudo, nec̃ altitudo, nec̃ profundũ, nec̃ creatura alia poterit nos separare à charitate
dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.] Duos uidetur ordines apostolus ostẽdis-
se eorũ quæ hominibus tentationes suscitare consueuerunt. Et in his quidẽ quæ prius

disseruimus humanarum tentationũ intelligitur ordo descriptus: de quibus etiã Co-
1.Cor.10 rinthijs dicebat,utpote qui maiora ferre non poterant, Tentatio uos non apprehen-
dat nisi humana. Fidelis autem deus qui non permittet uos tentari supra id quod pote
stis. Nunc uerò in his sermonibus quos habemus in manibus, non humanas tentatio-
nes indicat, sed maiores humanis: & ideo puto quod in prioribus cũ enumerasset sin-
gula quæq; ad ultimum dixit, Sed in his omnibus superamus. In his uerò secundi ordi
nis tentationibus non ita confidenter dicit, superamus, sed ualde tenuiter ait, quia ni-
hil horum poterit nos separare à charitate dei quæ est in Christo Iesu. De humanis e-
nim tentationibus tanquam paruis & leuibus confidenter nos eas superare pronun-
ciat: illas uerò superiores, & plus quam humanas, etiamsi superare & prosternere nõ
ualemus, hoc enim solius Christi opus est, qui exuit principatus & potestates trium-
phans eas in semetipso: tamen adhuc uictoriæ locus est, etiam si omnes in nos impu-
gnationũ suarum machinas torserint, quando à charitate tamen dei nos minime sepa
ramur. Sed iam tẽtemus singula discutere, & quid de unoquoq; sermone apostoli sen
tiendum sit pro uiribus aperire, quamuis altiora cõtigisse uideatur apostolus, q̃ expo
sitioni uel nostra sufficit uirtus, uel ratio breuitatis admittit. Requiramus tamen si om
nia ista quæ enumerauit apostolus, an quædam ex ipsis (hoc enim studiosi quærunt)
humanas animas à charitate dei separare contendant, & propterea moliantur in nos
cuncta quæ patimur. Videtur enim posse quidem hæc agere, ut à charitate dei separe
mur, mors fortassis, & angeli, & principatus, & uirtutes aduersantes nobis sine dubio,
& præsentia quæ sunt utiq; lubrica & caduca: sed & profundum potest similiter intel-
ligi: Vita autem futura, & altitudo, & creatura alia, quomodo à dei charitate separare
nos conentur non otiosum uidetur exponere: nisi quis forte dicat hyperbolice hoc a-
postolum dicere: hoc est non solũ per ea quæ accidere possunt, sed ne per ea quidem
quæ euenire omnino non possunt, ullo pacto à dei charitate deflectimur. Verbi cau-
sa, ut si alia nobis daretur uita q̃ hæc illa quæ à deo data est, aut si futurorum spes alia
promitteretur nobis, uel altitudo, uel etiã creatura alia q̃ est illa quæ pro nobis conge
miscit & condolet, quod fieri utiq; non potest, nec ista quidem à charitate dei separa-
re nos possent. Est ergo hic unus expositionis modus. Videamus tamẽ ne forte possit
etiam iste intellectus admitti. Mors quam hic dicit, ille accipiẽdus est quẽ suprà expo
suimus inimicum Christi destruendum nouissimũ dici. Qui utiq; propterea mors dici
tur, quia sicut hæc cõmunis mors animã separat à corpore, ita à charitate dei animã se
parare & ille contendit: & hæc utiq; est animę mors. Potest ergo fieri ut sit & aliqua ut
ta de parte illius, quæ cũ ipso agit ut nos à charitate separet dei, quę uita est peccati. Ni
si enim mala esset hęc uita, nũquã nos suaderet apostolus ut moreremur peccato, & in
morte Christi baptizaremur, & consepeliremur ei. Potest ergo fieri ut hæc uita pecca
ti sit quæ nos cupit separare à charitate dei. Ego autẽ puto quòd & singula quæq; pec
cata habeant aliquã uitam suam intra nos: nam unũquodq; uitiũ uita peccati est. Quã
to ergo plura intra nos uitia deprehẽduntur, tanto plures esse peccatorũ uitę uidebũ-
Psal.63 tur in nobis. Et propterea forte dictũ sit: quia melior misericordia tua super uitas. Ne-
que angeli, neq; principatus, neq; uirtutes. In promptu est angelos illos intelligere,
quibus ignis æternus à saluatore cũ diabolo dicitur præparatus: Principatus aũt & uir
tutes, illas sine dubio aduersum quas nobis certamen est: uel illos principatus & po-
testates, de quibus dicit: Cum aũt destruxerit omnem principatũ & uirtutem. Ex qui-
bus & princeps huius mundi appellatur. Post hæc, Neq; præsentia, inquit, siue instan
tia. Potest hoc de his dictum uideri, quos in alijs idem apostolus rectores mũdi huius
tenebrarum nominauit: uel etiã quod præsentiũ rerum uoluptas, & delectatio, & ua-
na huius mũdi gloria studeat nos à charitate dei deducere, quæ est in Christo Iesu do
mino nostro. Post hæc uideamus quæ sint futura, quæ uolunt quidem, sed nõ possunt
Paulũ & similem eius separare à charitate dei. Dupliciter mihi etiam hoc intelligen-
dum uidetur. Possunt enim intelligi ab eo tempore quo hæc scribebat, ut hæc dicere
uideatur: si qua tentamenta, si quæ tribulationes superuenerint, à charitate dei me se-
parare non poterunt. Vel etiam futura intelligi ea quæ mundum hunc excedentibus
occursura sunt, cum princeps huius mundi, aliæq; uirtutes quæ sub ipso sunt, retinere

certabunt

certabunt animam de corpore proficiscentem, sed non poterunt retinere eas, quibus
perfecta charitas quę est in Christo Iesu foras mittit timorem. Videbatur autem hunc
sensum affirmare & illa scriptura quæ dicit: Dum enim sumus in corpore peregrina- 2 Cor.5
mur à domino: cupimus autem magis peregrinari à corpore, & adesse ad deum: & cõ
nitimur autem siue absentes, siue præsentes placere ei: absentes nos dicens in corpo-
re positos, præsentes autem de corpore recedentes: & ostendit quod studeant sancti
etiam de corpore recedentes placere deo. Si ergo in eis perfecta sit charitas, nec ulla
quæ futura sunt in quibus placendum est deo, poterũt eos ab ipsa separare, cum utiq;
non placebunt deo hi qui tam mobiles erũt in charitate dei ut possint ab ea separari.
Hæc nobis duplici modo dicta sunt de futuris. Potest autem fieri, ut sit & aliquis alius
tertius horum superior, quem qui inuestigare potuerit dignum iudicet his præferre.
Subiungit deinde, Neq; uirtutes. Species uidetur esse una ex pluribus rationabilibus
creaturis, non in corpore mortali uitam ducens, sed ut angeli, ex alio tamen ordine q̃
sunt angeli. Et ipsæ ergo uirtutes habẽt certamen separare nos à charitate dei, sed nec
ipsæ, inquit, poterunt, si radicata sit & fundata. Similiter & altitudo, & profundum im
pugnant nos, sicut & Dauid dicit, Multi qui debellãt me de alto, sine dubio cum à spi Psal.56
ritibus nequitiæ de cœlestibus urgeretur: Et iterum, De profundis clamaui ad te do-
mine: cum ab his qui in inferno deputati sunt, & gehennæ spiritibus impugnaretur.
Sed nec hæc (inquit Paulus) separare nos poterũt à charitate dei. Neq;, inquit, creatu-
ra alia. Potest intelligi aliam creaturã dixisse præter hanc quam uidemus: est enim alia
nobis inuisibilis. Nũc aũt potest & sic accipi, præter illa quæ superius enumerauimus,
hoc est angelos, & uirtutes, & si qua est alia creatura, ne singula per species enumerã-
do longum sermonem trahere uideretur & superfluũ. Aut & alio modo. Quoniã qui
dem sciebat Paulus multas & innumeras creaturas dei, quarum etiam non omnẽ, sed
ex parte scientiam ceperat, quarumq; species & nomina in præsenti loco ignorentur:
De quibus & in alijs item apostolus dicit Saluatorem ascendisse super principatũ, & Eph.1
potestatem, & uirtutẽ, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solũ
in hoc seculo, sed etiam in futuro: Propterea ergo quoniã scit hæc non posse in præsen
ti seculo, sed in futuro nominari, dixisse uidebitur, Neq; ulla creatura alia poterit nos
separare à charitate dei. Veruntamen ostendit Paulus ex his omnibus salutis suæ cõsi
dentiã, cum iam neq; angelis aduersantibus, neq; uirtutibus impugnantibus, neq; præ
sentibus, neq; futuris sibi oblectationibus, neq; ulla prorsus creatura aduersante, à cha
ritate dei se posse diuelli dicit, nec ex ullo tot aduersariorũ capere metũ, ut uerũ often
deret quòd perfecta charitas foras iam misit timorem. Habuit enim aliquãdo ipse me
tum, & timuit ne forte caderet: & iste qui modo cœlestiũ uirtutũ aduersum se si cõmo
ueantur bella non metuit, aliquando uel carnẽ suã metuit, & ex ea consurgentes insi- 1 Cor.9
dias formidauit, quãdo dicebat scribens ad Corinthios: Macero corpus meũ, & in ser
uitutem subijcio, ne forte cũ alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. Et ideo præ cæ
teris omnibus carnis insidiæ formidandæ sunt, & ille qui de nobis procedit hostis ca-
uẽdus est ipse, donec in tantũ profectũ ueniat anima, ut dulcedine charitatis dei astri-
cta corporis blandimenta & carnis illecebras abhorrescat unus cũ deo spiritus facta.

CAPVT NONVM

VEritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibẽte con-
scientia mea in spiritu sancto, quoniã tristitia est mihi magna, & continuus
dolor cordi meo. Optabã enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratri
bus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ quorum adoptio
est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium & promissa, quorũ
patres, ex quibus est Christus secũdum carnem, qui est super omnia deus benedictus
in secula seculorum, Amen.] Videns Paulus quòd si secundum ea in quibus suprà ex
posuit, nulla in cœlestibus uel terrestribus, præsentibus uel futuris aduersantibus sibi
creatura possit à Christi charitate separare, contrariũ & incredibile uideret quod nũc
dicere proponebat, optare se à Christo quẽ tam inseparabiliter diligebat, anathema
fieri, hoc est alienũ effici, & mẽdacij notã subire uideretur, satisfactionẽ præmittit, ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

nequaq̃ de eius sermone dubitetur,& dicit: Veritatem dico in Christo,nõ mẽtior,testimonium mihi perhibente cõscientia mea in spiritu sancto. Sed uideamus quare dixerit, Veritatẽ dico in Christo, quasi ostendens esse aliquã ueritatẽ quæ nõ sit in Christo. Et uide si possumus tali quodam modo ueritatẽ quæ est in Christo, ab ea quæ non est in Christo, distinguere: quia & alibi idem apostolus dicit: Est ueritas Christi in me, quia non mentior. Veritas ergo Christi esse credenda est ibi, ubi & reliquæ uirtutes quæ Christus esse describuntur: id est, ubi iustitia, ubi pax, ubi est uerbũ dei, ibi est & ueritas Christi. Est autẽ ueritas & in iniustitia: ut si (uerbi causa) dicamus, dæmoniũ illud Pythonis, quod in actibus apostolorum refertur in ancilla quadã habitasse, & clamasse post apostolos quia hi serui summi dei sunt, qui annunciant hominibus uiã dei: erat ueritas in his uerbis: uerum enim erat quod dicebatur: sed non erat ista ueritas in
Act.16 Christo, & propterea conuersus ad eam Paulus dixit, Obmutesce, & exi ab ea. Sed &
Ioan.11 illud ueritas erat quod dixit Caiphas: Expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & non uniuersa gens pereat: sed tamen ista ueritas non fuit in Christo: & ideo apostolus ad distinctionẽ ueritatis eius quæ extra Christũ est, se dicit in Christo loqui ueritatem. Sed & hoc quod dicit, Testimonium mihi perhibente conscientia in spiritu sancto, similem mihi habere uidetur intelligentiã. Reddit enim testimoniũ cõscientia etiam gentibus, secundum quod in superioribus idem apostolus ait: Testimoniũ reddẽte eis cõscientia, & inter se inuicem cogitationum accusantiũ, aut etiam defendentiũ. In illis ergo in quibus cogitationes suæ habẽt aliquid quod accusent, & conscientia ad testimonium uenit, nõ potest dici pro quot malis actibus in spiritu sancto cõscientia testimoniũ reddat. In apostolo uerò ubi iam cogitatio nõ habet quod accusset, recte conscientia in spiritu sancto testimoniũ reddit. Vide tamen magnitudinẽ pectoris apostolici, à dei charitate nõ potest separari. Quod loquor, in Christo loquor: quod in conscientia habet in spiritu sancto continẽ. Qui quæso cœli, qui throni, quę amplissimæ uirtutũ cœlestium mentes, tam amplis sedibus totam poterunt capere trinitatem? Quoniã, inquit, tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Esto, habeas tristitiã: esto, dolorem capias de perditione fratrũ tuorum qui sunt cognati secundum carnẽ: nunquid eouscę ut optes anathema fieri à Christo? & quid tibi prodest illorũ salus, si tu à salute separeris? & cur saluabis alios si ipse pereas? Nunquid ita est? Sed ego didici à magistro & domino meo, quia qui uult animã suam saluã facere, perdet eam: & qui perdiderit eam, inueniet eam. Quid ergo mirum si apostolus pro fratribus suis anathema fieri uelit, qui sciat eũ qui in forma erat dei, exinanisse se de ea, ac suscepisse formam serui, & factum esse pro nobis maledictum? Quid ergo mirum si
Exod.32 cum dominus pro seruis maledictum sit factus, seruus pro fratribus anathema fiat? Hæc autem arbitror quòd & Moyses cum peccasset populus dicebat ad dominum, Et nunc si quidem remittis eis peccatum, remitte: sin autem, dele me de libro uitæ quẽ scripsisti. Quid ergo? inferiorem uis Moyse Paulum uideri? Ille deleri se petit de libro uitæ pro fratribus suis: Paulus non debet optare anathema esse pro fratribus suis? Sed fortasse dicat aliquis, quia Moyses hoc offerens salutẽ populo meruit impetrare: Paulus uerò optat quidem sed non est auditus. Quid si ostendam tibi magis Paulum auditum esse quam Moysen? Omnes enim illi qui per Moysen exierãt, ceciderũt in deserto. Posteri uerò eorum qui terram repromissionis acceperunt, etiam nunc iactãtur ab
Deut.32 ea exules, & extorres. Paulus uerò audi quid dicat de Israel. Nolo uos, inquit, fratres ignorare mysterium hoc, quia cæcitas ex parte Israeli contigit, donec plenitudo gentium subintraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Vides ergo quia exauditus est Paulus: & quia se obtulit anathema, salutẽ meruit fratribus. Et ideo mihi uidetur illa omnia præmisisse, quod nulla uis possit eum à charitate dei diuellere, ut cum se offert anathema pro fratribus suis, non lapsum eius passibilẽ iudices: sed sicut ille qui inseparabilis est à patre per naturam, & immortalis in mortem uenit, & in inferno descendit: ita & iste imitando magistrum, cum separari à Christi charitate nõ possit, à Christo anathema fiat pro fratribus suis, deuotione utiq; non præuaricatione. Quod aũt cognati secundũ carnẽ sint Paulo Israelitæ, expositione nõ indiget. Quorum (inquit) adoptio filiorum. Adoptati enim sunt filij Israel à deo tunc cum diuideret excelsus gentes, & dispergeret

dispergeret filios Adam secundum numerum angelorum, & facta est portio domini Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel. Ista est ergo adoptio filiorum, & gloriæ testamentum, & legislatio. De gloria datæ legis sæpe iam dictum est, sicut & ipse apostolus dicit. Si enim quod euacuatur per gloriam, hoc est uetus testamentum, multo ma- 2 Cor.3
gis quod manet in gloria est, euangelij scilicet prædicatio. Sed quod dicit testamentũ & legislatio, unum fortasse dicere uideatur. Lex enim quæ lata est, ipsa etiam testamẽtum appellatur. Sed ego hanc esse distinctionem puto, quod legislatio quidem fuerit una, & semel habita per Moysen, Testamenta frequenter statuta sunt. Quoties enim peccauerunt, & abiecti sunt, toties exhæredati uidentur. Et rursum, quoties repropiatus est deus, reuocauit eos, & in hæreditatem suæ possessionis adduxit, toties reparasse testamentum, & hæredes eos scripsisse credendus est. Et obsequiũ & promissio-
nes. Obsequiũ sacerdotalia dicit officia: Promissiones quæ patribus factæ sunt, & ipe Gal.3
rantur dandæ his qui per fidem filij dicuntur Abrahæ. Certum est tamen quòd etiã secundum carnem ex ipso genere, hoc est Israelitico fuerint non solũ patres, sed & Christus sicut per prophetam dicitur. Væ illis quia caro mea ex ipsis est. Cur autẽ uæ illis? Quia natus est Iesus in ruinam & in resurrectionem multorum, & quia ab illis quorũ caro erat, repudiatus est, & à gentibus à quibus ignorabatur susceptus est, sicut & per Dauid dicit, Populus quẽ non cognoui seruiuit mihi. Ex ipsis ergo est & Christus se- Psal.17
cundum carnem, qui est super omnia benedictus deus in secula. Christum aliud secũdum carnem esse, & aliud secundum spiritum, iam & in prioribus huius epistolæ partibus designauit, ubi dicit. Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, qui præ- Rom.1
destinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis. Et quomodo secundum spiritũ filius dei sit, & secundũ carnẽ filius Dauid, plenius pro uiribus exposuimus. Quẽ ergo ibi secundum spiritũ filium dixit, hic procedente doctrinæ ordine proficientibus utpote auditoribus, deum qui est super omnia benedictus ipsum esse pronunciat. Et miror quomodo quidam legentes quod idem apostolus in alijs dicit, Vnus deus pater ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus per quem omnia, ne 1 Cor.8
gent filium dei deum debere profiteri, ne duos deos dicere uideantur. Et quid de hoc loco apostoli facient, in quo aperte Christus super omnia deus esse perscribitur? Sed non aduertunt qui hæc ita sentiunt, quòd sicut dominũ Iesum Christum nõ ita unum esse dominum dixit, ut ex hoc deus pater nõ dominus dicatur: ita & deum patrem nõ dixit ita esse unum deum, ut deus filius non credatur. Vera est enim scriptura quæ di- Psal.109
cit, Scitote quoniã dominus ipse est deus. Vnus autem uterq; est deus, quia non est aliud filio diuinitatis initium q̃ pater, sed ipsius unius paterni fontis (sicut sapientia dicit) purissima est emanatio filius. Est ergo Christus deus super omnia. Quę omnia? Illa sine dubio quæ & paulo ante diximus, super principatus, & potestates, & uirtutes, & omne nomen quod nominatur non solũ in hoc seculo, sed etiam in futuro. Qui autem super omnes est, super se neminem habet. Non enim post patrẽ ipse, sed de patre. Hoc aũt (id est sapientia dei) etiam de sancto spiritu intelligi dedit, ubi dicit. Spiritus Sap.1
domini repleuit orbem terrarum: & qui continet omnia, scientiã habet uocis. Si ergo filius dei super omnes dicitur, & spiritus sanctus cõtinere omnia memoratẽ, deus autẽ pater est ex quo omnia, euidenter ostenditur natura trinitatis, & substãtia una, quę est super omnia. Non autem quòd exciderit uerbũ dei. Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ: neq; qui semẽ sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac uocabitur tibi semẽ: id est non qui filij carnis, hi filij dei: sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine.] Quoniam suprà dixerat pro fratribus suis qui sunt cognati secundũ carnẽ, qui sunt Israelitæ, optare se anathema fieri, quorũ esset adoptio filiorũ, & legislatio, & promissio, de his nunc dicit quia uerbũ dei non excidit, hoc est promissio quę ex eis facta est, non euanuit. Qui enim uerus fuerit Israel, non ex carnali genere tantũ de Abrahã genus ducens: non enim qui filij carnis sunt, hi filij sunt dei: sed qui secundum repromissionem fidei de Abrahã descendit, ipse etiã dei promissa consequitur. Nam de genere Israel multi sunt, sed non omnes Israel appellantur. Israel nãq; deũ uidendo nominatus est. Sic & ipse Iacob dicit, Vidi dominũ facie ad faciem, & salua facta est anima Gen.32
mea. Ergo quia uidit deum, Israel appellatus est. Qui uerò non uidet eũ qui dixit, Qui Ioan.14

me uidet,uidet & patrẽ,Israel non potest dici. Nec quia semẽ sunt Abrahæ, omnes etiam filij sunt. Hæc discretio iam tunc designabat in Abrahã, cũ ei multos filios habẽti, quos apostolus filios carnis appellat, in solo Isaac qui erat repromissionis filius, seminis sui posteritas poneret. Et nunc ergo qui secundũ Isaac repromissionis filij sunt, id est fidei illius per quã promissionẽ Abrahã meruit futuræ hæreditatis accipere, ipsi tantũ deputantur in semen, & ipsis hæreditatis successio declaratur. Promissionis enim uerbũ hoc est: Secundum hoc tempus ueniã, & erit Sarræ filius. Non solum autẽ illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut secũdum electionem propositũ dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, si-
Malach.1 cut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.] Proposuit apostolus persequi, quòd licet repudiatus sit populus Israel per infidelitatẽ, non tamen promissiones dei quæ erga eos habitæ fuerant, deciderunt & frustratæ sunt: docetq; quòd cum multi filij fuerint Abrahæ, in solo Isaac facta est repromissio. Non enim, inquit, qui filij carnis sunt, hi filij sunt dei. Et contendit ostendere, quomodo Isaac non sit filius carnis, sed sit filius dei, & redit ad ea quæ de ipso in Genesi scripta sunt, Promissionis, inquit, uerbũ hoc est: Ad hoc tempus ueniam, & erit Sarræ filius. Non ergo, inquit, per ordinẽ nati-
uitatis carnalis Isaac nascitur: quippe cum & Abraham emortuo iam corpore habere
Rom.4 tur, & uulua Sarrę esset iam emortua (sicut suprà dictum est) sed per uirtutem eius qui dixit, Ad hoc tempus ueniam, & erit Sarræ filius. Merito igitur non carnis, sed dei filius dicitur, qui ex aduentu & sermone nascitur dei. Hæc ergo, inquit, ratio nõ solũ de Isaac, sed & de Iacob recipienda est. Nam & Rebecca, inquit, non solum secundũ carnalis natiuitatis ordinem protulit partum. Cum enim ex uno concubitu Isaac gemi-
nos cõcepisset, nõdum partu editi neq; ullis actibus puerorum boni mali ue inter homines habiti, erga Iacob diuina habetur dilectio, & dicitur quia maior seruiet minori, & Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Cur autem ita sit, docet: Vt secundum electionem, inquit, propositum dei maneat, non ex operibus sed ex uocante dictum est. hoc est ut non qui filij carnis, sed qui filij dei sunt, ipsi deputentur in semen. Sicut enim ibi ex multis filijs carnis Isaac eligitur à deo qui adoptet in filios dei, ita & hic ex duobus minor eligitur Iacob, qui adoptetur in filios dei: & sic uerũ fit quod promissiones dei non in filijs carnis, sed in filijs dei constent. Sed hæc omnia eò spectãt, ut illud probet apostolus, quod si uel Isaac uel Iacob pro his meritis electi fuissent ad ea quæ in carne positi quæsierant, & per opera carnis iustificari meruissent, posset utiq; meriti eorum gratia ad posteritatem carnis quoq; & sanguinis pertinere. Nũc uerò cum electio eorum non ex operibus facta sit, sed ex proposito dei, ex uocantis arbitrio, promissionis gratia non in filijs carnis impletur, sed in filijs dei: hoc est qui similiter ut ipsi ex proposito dei eligantur, & adoptentur in filios. Complet nanq; etiam in his illud quod iuprà exposuimus: quia quos præsciuit, illos & prædestinauit: & quos prædestinauit, illos & uocauit: & quos uocauit, illos & iustificauit: & quos iustificauit, illos & glorificauit. Quæcunq; aũt ex his sermonibus suprà exposuimus, eadem etiam ad præsentis loci dispensationem satis abundeq; sufficiunt, ne iterato fastidium legentibus genere mus. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas est apud deũ? Absit. Moysi enim dicit: Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor. Igitur non uolentis neq; currẽtis, sed miserentis est dei. Dicit em̃ scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te uirtutẽ, & annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Ergo cuius uult miseretur, & quem uult indurat. Dicitis itaq; mihi. Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistet?] Legentem hæc meminisse attentius cõuenit similitudinis illius, quam in superioribus libris de apostolici sermonis dispensatione posuimus, ut tanquam regiæ cuiusdam domus, quæ multiplicibus ingressibus egressibusq; distincta, & ex uno in aliud conclaue ita transeat, ut uix ingredientis indicia, aut egredientis appareant: ita etiam Paulum diuinorum secreta paululum quidem subaperientem uideri, non tamen plane aperteq; pandentem. Deniq; cũ pro his quæ superius dixerat de Isaac & Iacob, quòd per electionem & ex proposito dei ante quam aliquid operis boni mali ue gessissent deus dixerat uel de illo, Ad hoc tẽpus ueniam, &

niam, & erit Sarræ filius: uel de hoc, Iacob dilexi, Esau autem odio habui: cum in præsenti capitulo introduxisset aliquam personam uelut contradicentem sibi & quæstionem mouentem, & diceret: Nunquid iniquitas est apud deum? si non uolentis, neque currentis, sed misericordiæ dei est: & si Pharaonem propterea elegit, ut in ipso potentiam suæ uirtutis ostenderet: & si ipse cui uult miseretur, & quem uult indurat: ut quid de hominibus, inquit, queritur? & cur qui peccat culpatur, cum talis de unoquoq; ipsius uoluntas habeatur? Hæc ergo & his similia commouenti, atq; in huius se mysterij cubiculum proteruius & importunius ingerenti, cũ increpatione dignissimæ exclamationis occurrit, & dicit: O homo tu quis es qui contra respondeas deo? Quasi diceret: Tu quis es qui te in aulam regis immergis, & interioris cubiculi ausus es secreta penetrare? Idcirco igitur & nos in talibus suspenso pede tanquam in aula regia positi pauca sermone, plura silentio transeamus, ipso nobis Paulo apostolo magistro & duce huius itineris facto. Igitur ex persona contradicẽtis sibi dicit apostolus: Nunquid iniquitas est apud deum? & statim in initijs respõdet. Absit: ut ad omnia cæterea quæ ex persona contradicentis obijcienda sunt, ab apostolo semper responderi uideatur, absit. Iste ergo qui cõtradicit, utitur & Moysi uerbis, quibus dicit ad eum dominus. Miserebor cui miserebor, & misericordiã præstabo cui miserebor. Quod si est, inquit, non ergo uolentis neq; currentis salus, sed eius cui miseretur. Nam Pharaoni, inquit, dicitur, quia ad hoc ipsum te suscitaui, ut ostendam in te uirtutem meam, & ut annunciem nomen meum in uniuersa terra. Vt ex hoc uideatur ostendi, quia si ad hoc electus est Pharao, ut per eum uirtus dei hominibus declaretur, non fuit in eius potestate quod perijt. Et addidit post omnia. Ergo si cui uult miseretur, & quem uult obdurat: hoc est, inquit, quod affeueras tu qui cõtradicis, quia sine causa conqueritur & arguit homines deus. Si enim ipse quem uult eligit, & quem uult abijcit, uoluntati illius quis resistet, per quem omnia? Illud sine dubio contradictio ista molitur, quod in homine non sit libertas arbitrij, nec habeat unusquisq; potestatem sui ut saluetur aut pereat. De quibus plenius quidem à nobis in eo libello ubi de arbitrij libertate disseruimus, pro uiribus singula quæq; discussa sunt, quæ ad instructionem satis superq; sufficiant. Paucis tamen etiam nunc de his quæ ibi dicta sunt, admonebimus. Quod dixit, Non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei, ita accipitur, sicut Dauid dicit in psalmo. Nisi dominus ædificauerit domum, in uanũ laborauerunt qui ædificant eam. Psal.126
Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. In quo ostendit non quod is qui domum ędificat nihil agat, & otiosus sit, & ita eam ędificet dominus: sed ipse quidem quantum est in homine uim sollicitudinis & laboris expendat, sic ut obstaculis omnibus amotis opus perueniat ad perfectum. Cum ergo per hæc doceatur quod homo quidem laborem impẽdat & sollicitudinem, Deus autem successum operi tribuat & effectũ, pium & religiosum est, ideo & bonũ quod in se est operis suma, Deo, magis quàm homini putare. Sic & cum Paulus plantabat, & Apollo rigabat, 1.Cor.3
deus dare dicitur incrementum. Et additur: Itaq; neq; qui plantat, neq; qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat deus. Ita ergo etiam in præsenti loco possumus dicere: Itaq; neq; qui currit est aliquid, neq; qui uult, sed qui effectum dat deus. Qui enim uult, & qui currit, hoc uidentur esse quod est ille qui plantat: & eum qui rigat nihil dicit esse apostolus: non quod nihil agant, sed quod ad comparationem dei qui incrementum dat operi uel effectũ, illi nihil esse ducantur. Sed & hoc quod dicitur ad Pharaonem, quia ad hoc ipsum te suscitaui ut ostendam in te uirtutem meam, quale sit uideamus. Certũ est deum nõ solum scire uniuscuiusq; propositũ ac uoluntatem, sed & præscire. Sciens autẽ & prenoscens, tanquã bonus dispensator & iustus, uniuscuiusq; motibus & proposito utit ad ea opera perficiẽda quæ uniuscuiusq; animus ac uolũtas eligit. Velut si uerbi gratia dicamus, paterfamiliâs si quis sit sapiens & iustus & habẽs multa seruitia, nonne quãta fieri sagacitate potest cõtemplabitur, quorum ex his animus aptus sit ad rus colendũ, & ipsos ruri deputabit: cuius uerò ad negotiandũ, cuius etiã nutriendi pecoris, cuius uerò ad ministeriũ, & obseruandi cubiculi sui aptum probabat ingeniũ, & ita unumquenq; cõpetentibus officijs, utpote sapiens mãcipabit? Verum quoniã nõ latet eum siue paterfamiliâs, siue rex iste sit, quod necesse sit interdum

rebellare subiectos,& disciplinæ iura corrumpere,& ob hoc correctione ac uerberibus indigere,necesse est ergo ut eligat ex omnibus apta ad hoc ingenia,siqua illa sunt atrocius incitata, quæ suis quidem motibus ferantur, emendationem tamen delinquentibus necessariam conferant. Ponamus ergo uel patrem familiâs istũ, uel regem uidisse tempus,quo emendari debuissent hi qui cõtra mores & disciplinã multa commiserunt,& elegisse durissimum aliquem, & his ipsis qui corripiendi sunt multo duriorem,qui pro sceleribus suis iam non sit dignus emendatione sed morte. Volens ergo interitum eius ad emendationem proficere cęterorum,mittens eum ad illos quos morte eius corrigi cupit,dicit ei,quia ad hoc ipsum te suscitaui ut ostendam in te uirtutem meam,& ut annunciem nomen meum in uniuersa terra. Vide enim quia nõ dixit,quia ad hoc ipsum te feci: alioquin ad conditorem referri uideretur culpa: sed ait, ad hoc ipsum te suscitaui:hoc est ut per animi tui malitiam quam tibi infrunite & sine dei timore uiuendo quæsisti,& in alios irrogetur utilis & fructuosa correctio, & in te ipsum ad posteritatis exemplum famosissimus conferatur interitus. Quod autem dicit,Cui uult miseretur,& quem uult indurat,ex his quæ in Exodo scripta sunt uidetur assumere.Ibi enim dicit:Indurabo cor Pharaonis ut ne dimittat populum. Indurabatur cor Pharaonis hoc modo:noluit deus subitam & plenam dare in eum uindictam. Quamuis enim esset cõsummatæ malitiæ,tamẽ per patientiam suam nec ipsi facultatem cõuersionis excluserat:& ideo primo leuioribus, tum etiã paulatim ingrauescentibus in eum uerberibus utebatur.Sed quod deus gerebat per patientiam, ex hoc ille indurabatur ad contemptum,maiorem sibi iram recondens,ita ut ad ipsum dici conRom.2 ueniat illud quod scribit apostolus,An diuitias bonitatis & longanimitatis contemnis,ignorans quoniam patientia dei ad pœnitẽtiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ. Non ergo quem uult deus indurat,sed qui patienter obtemperare noluerit,induratur. Superfluum ergo est quod dicis tu qui apostolo aduersaris. Quid ergo adhuc queritur? Volũtati enim eius quis resistit? Voluntati quidẽ dei certũ est quod nullus obsistat,sed uoluntatem eius iustam rectamq; esse scire nos cõuenit. Attende quid dicit. Vt boni enim aut mali simus nostræ uoluntatis est:malus autem ad cuiusmodi uerbera, & bonus ad cuiusmodi gloriam destinetur,uoluntatis est dei. O homo tu quis es qui respõdeas deo?
Rom.9 Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit:Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorẽ, aliud uerò in con
Luc.20 tumeliam?] Legimus in euangelio,qui proterue & infideliter requirebant à domino in qua potestate hæc faceret quæ faciebat,& quis ei dedisset hãc potestatẽ,ne respõsio ne quidẽ dignos habitos. Similiter quoq; & in præsenti loco motũ uidemus apostolũ aduersum insolentes quæstiones,per ea quę respondet proponentis contumaciã confudisse. Ait enim: O homo tu quis es qui cõtra respondeas deo? Hoc est enim homo apud deum,quod apud figulum lutũ. Et sicut seruus nequam si forte uidebitur domino fieri debere aliquod opus,quod rationis & utilitatis plenũ sit, ille autẽ operari nolens quæ dominus iubet,& discutere incipiat, & requirere à domino, ut quid hoc opus fieri iubes? cui prodest? cui necessariũ est? Contumacis ergo quæ erit tam digna responsio,nisi ut dicatur ei: Tu quis es qui contra respondeas domino? ita placet, ita domino uidet. Non puto autẽ quod si fidelis seruus & prudens interroget,uolens in
Daniel 9 telligere,& admirans sapientiã domini,quod dicatur ei,Tu quis es? Deniq; cum Daniel propheta uoluntatẽ domini desiderasset agnoscere,unde & uir desideriorum appellatus est,non ei dictum,tu quis es,sed missus est angelus,qui eũ de omnibus dispẽsationibus dei & iudicijs edoceret.Et nos ergo si aliquid secreti dei & reconditi desideramus agnoscere,si desideriorũ & nõ contemptionũ uiri sumus, occultius in diuinis literis inserta dei iudicia fideliter & humiliter requiramus.Propterea nãq; & dominus dicebat:Scrutamini scripturas:sciens hæc nõ ab his qui in alijs negotijs occupati
Ioan.5 transitorie uel audiũt,uel legũt,sed his qui recto & simplici corde, iugi labore, continuisq; uigilijs altius scripturas diuinas scrutant,aperiri:ex quibus me nõ esse bene nouí. Si quis tamẽ sit qui ita quærat,inueniet. Verũ & nos pro uiribus ad ea quæ habẽtur in manibus conuertamur. Nunquid dicit figulus ei,inquit, qui se finxit.& reliqua ut

que ad contumeliã.Et apud Hieremiã prophetam tale aliquid legimus, ubi iubetur à Hier.18
deo introire in domum figuli,& uidere eum fingentem: utq; uas collapsum de manibus suis recolligens rursum finxit illud secundum uoluntatem suam. Et factus est, inquit,sermo domini ad eum dicens. Nunquid ego non possum facere domum Israel si
Prouerb.27 cut figulus iste? Et sapientia dicit. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio.Habet ergo nostri deus potestatem sicut & figulus luti,ut faciat ex massa eadẽ uasa ad honorem,& uasa ad contumeliam. Tibi ergo qui insolenter respondes deo, hæc audisse sufficiat. Qui uerò opera dei sapienter in dispensationibus eius desiderat contueri,audiat in alio loco de his ipsis Paulum diuinorum secretorum conscium disputantem. In domo autem magna non sunt, inquit, tantummodo uasa aurea & argentea,sed & lignea & fictilia, & alia quidem ad honorem, alia autem ad contumeliã.Si ergo quis emendauerit semetipsum ab his, erit uas ad honorem sanctificatum, & utile domino ad omne opus bonum paratum. Audi Paulum in his in quibus nõ habuit proteruum contradictorem quomodo uasorum diuersitates aperuit.Nam ibi ubi auditor non erat dignus, sed contradictor erat, sola fictilia uasa commemorat: hic autem & aurea dicit esse,& argentea, & lignea, & fictilia: & alia quidem esse ad honorem, alia uerò ad contumeliam. Similiter & hic memorauit rationem quare alia ad honorem,alia uerò ad contumeliam fiant: ibi siluit, hic aperuit. Si enim quis emundauerit semetipsum, inquit, ab his sine dubio peccati sordibus, erit ad honorem uas sanctificatum,& utile domino ad omne opus bonum paratum. Restat igitur ut qui se non emundauerit, nec per pœnitentiam peccati maculam abluerit, sit uas ad contumeliam. Quod & si auxerit malitiam, & conuerti per duritiam mentis & cor impœnitens omnino contempserit, erit iam non solum uas contumeliæ,sed & uas iræ. Ita ergo rationem quam ibi indigne poscentibus claudit, hic digne desiderantibus pandit:per quam etiam illud quod paulo ante de Iacob & Esau proponit apertius explanatur. Vt enim Iacob esset uas ad honorem sanctificatum, & utile domino ad omne opus bonum paratum, anima eius emundauerat semetipsam: & uidens deus puritatem eius,potestatem enim habens ex eadem massa facere aliud uas ad honorem, aliud ad contumeliam, Iacob quidem qui (ut diximus) emundauit semetipsum, fecit uas ad honorem: Esau uerò cuius animam non ita puram nec ita simplicem uidit, ex eadem massa fecit uas ad contumeliam. Vt autem scias quod pro puritate & simplicitate animæ Iacob factus fuerit ad honorem uas, audi quale ei diuina scriptura Genes.25
simplicitatis testimonium perhibet.Et erat,inquit,Iacob homo simplex habitans domum. Ideo ergo apostolus dicit de eis: Quia priusquam nascerentur dicitur de eis, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quod si uolens deus ostendere iram, & notam facere potentiam,sustinet in multa patientia uasa iræ apta ad interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam, quos & uocauit non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit: Vocabo Osee1
non plebem meam plebem meam, & non dilectam dilectam, & non misericordiam consecutam misericordiam consecutam: & erit in loco ubi dictum est eis, non plebs mea uos, ibi uocabuntur filij dei uiui.] Sæpe de incompositis elocutionibus apostoli defectibusq; earum commonuimus, quod & in præsenti loco nihilominus inuenitur. Non enim redditur ad aliquid hoc quod ait in principio capituli, Quod si uolens deus, (uerbi causa) ut & in alijs ipse dixit, quod si primitiæ sanctæ & massa: hic nihil tale reddit,sed quasi uagam coniunctionem istam reliquit: quæ etiam si non assumatur, lucidior absque ea dabitur intellectus. Verbi causa, ut ita legamus. Volens deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam,sustinet in multa patientia uasa iræ apta in perditionem,ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ.In quo hoc uidetur intelligi, quia dum sustinet deus & patienter fert incredulos & infideles, notam facit hominibus & patientiam & potentiam suam. Patientiam dum diu sustinet,si forte resipiscant, & conuertantur:Potentiam dum aliquando punit, & flagitia non usque quaque inulta derelinquit. Et rursum in uasis misericordiæ, hoc est qui semetipsos emundauerunt ab omni sorde peccati,ex qua mundus non est quisquam etiam si unius diei fuerit uita eius super terram, notas facit diuitias gloriæ suæ:quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

suæ: quæ uasa non irrationabili aliqua, aut fortuita gratia, sed cum ea supradictis sordi-
bus se expurgauerant, præparauit in gloriam. Quod autem subiungit, Quos & uoca-
uit, pro eo ut si dixisset, sicut nos quos uocauit non solum ex Iudæis, sed etiam ex gen
tibus. Superiora enim quasi de Pharaone qui fuit uas iræ, & de filijs Israel qui erant ua
sa misericordiæ, prosecutus uidetur. Hic ergo quod subiungit, Quos & uocauit nos,
non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, similitudinem uidetur assumere: hoc est
ut ita dictum uideatur: sicut & nos sumus uasa misericordiæ quos uocauit non so-
lum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. Hæc quantum ad ipsius apostolici sermonis or-
dinem explanationemq; uerborum pertinet, dicta sint. Nunc breuiter repetentes ali
qua etiam de intellectu interiore requiramus. Quomodo ergo deus notam faciet
iram suam? Per uasa, inquit, iræ aptata ad perditionem. Obstupesco ego intra memet-
ipsum sancti spiritus consilium in diuinis uoluminibus contuens. Nam iram quidem
dei quæ est à natura eius extranea, notam fieri hominibus dicit, sicut præsens hic apo-
stoli indicat locus: bonitatem uerò eius, & dulcedinem, quod naturæ eius est pro-
prium, abscondi memorat, & occultari, sicut Dauid dicit. Quàm magna multitudo
dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Quid ergo causæ dicemus
quod deus iram manifestat hominibus, & dulcedinem celat? Scit sine dubio fragile
esse hominum genus, & ad lapsum procliue per negligentiam, quibus expediat ma-
gis esse sub metu iræ, quàm spe benignitatis dei & dulcedinis relaxati, sicut & sapien-
Prouerb.13 tia dei dicit, Qui parcit baculo, odit filium suum. Si enim percusserit eum uirga, non
morietur: animam autem eius saluam faciet à morte. Notam ergo facit potentiã suam
deus, dum impios castigat & corripit, ut secundum scripturæ sententiã dum flagella-
tur pestilens innocens altutior fiat. Notas autem facit diuitias etiam gloriæ suæ in ua-
sis misericordiæ quę præparauit in gloriam. Innotescunt diuitiæ dei, dum erga eos qui
inter homines spernuntur, & humiles sunt, misericordia eius ostenditur, qui non in di
uitijs suis, nec in potentia, sed in domino sperant. Sicut tunc Hebræorum gens despe
rata inter homines & abiecta, à deo misericordiam consecuta est: ita & nunc populus
gentium qui spernebatur, & desperabatur ab his qui in circumcisione gloriantur, mi
sericordiam consecutus est. Sed illud est quod acrius debemus intendere, quia & illi
consecuti sunt misericordiam, & plebs dei appellati sunt, & dilecti dei fuerunt: sed
quoniam obseruare acceptam gratiam nescierunt, dicitur ad eos in quibus mœcha-
Hier.3.12 batur commemoratio Israel, Dimisi eam, dedi ei libellum repudij in manus suas: Et
item alibi. Facti estis mihi in satietatem, iam non dimittam peccata uestra. Et per Hie-
remiam dominus dicit: Sicut spelunca hyenæ facta est mihi hæreditas mea. Ne forte
etiam nos qui non sumus plebs dei, sed per diuitias gloriæ suæ uocauit nos plebem
suam, & qui non fuimus dilecti, sed facti sumus dilecti, & filij dei uiui, si non ut filij dei
& filij lucis ambulemus, si non ut plebs dei ita agamus, ut uidẽtes homines opera no-
stra bona magnificent patrem nostrum qui in cœlis est, uerendum est ne illum sermo
nem incurramus apostoli quo ait: Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, nec ti
bi parcet. Testimonium sane hoc quod de Osee assumit apostolus, quantum ad locũ
ipsius prophetæ pertinet, non uidetur de gentibus, sed de ipso Israel dici: sed ut in su-
perioribus diximus, ex simili Paulus sumit exemplum, ut ostẽdat quia sicut illis quon
dam cum abiecti essent & desperati, dictum est primo, Vos nõ populus meus, & ego
non sum uester deus: & addidit post hæc, Et erit in loco in quo dictum est, non mea
plebs uos, uocabuntur & ipsi filij dei uiui: ita, inquit, & nos quos uocauit non solum
ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, qui ante non eramus plebs eius, nunc plebem suã uo
cauit, & non dilectam, dilectam, & in loco ubi dictũ est nobis, non plebs mea uos, ibi
uocabimur filij dei uiui. Sed fortassis requirant à nobis hi qui ex circumcisione sunt,
& dicant. Vbi enim dictum est ad uos, quia nõ sitis plebs dei uos ut ibi uocemini filij
dei uiui? asserẽt enim quod deus hęc in Iudæa locutus est: in ipsa enim tantũmodo no
tus est deus: & nihil hæc ad nos spectẽt, quia lex ad eos qui in lege sunt loquit. Neque
ego ostendam locum multo digniorẽ, ubi deũ loqui & decuit & possibile fuit: Neque
enim consequẽrer deus loqui in mõtibus & rupibus, & quibuscunq; terrenis locis di-
citur, sed in mẽte hominis loquitur deus, in sensu rationabili, & in principali cordis: &

ibi cum alieni & indigni à deo actus conscientia redarguente culpantur, ibi inquam
pronunciatur, ibi dicitur ab singulos quosq; quia non plebs mea uos. Si uerò emun-
det se quis ab his & purificet, & pax dei quæ exuperat omnem mentem, cor eius inci-
piat custodire, ibi hoc est in cordis secreto pacificus effectus, filius dei cõscientia asti-
pulante uocabitur. Esaias autem clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel
tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. uerbum enim consummans & abbreuians
in æquitate.] Postea quàm per dei sapientiam loquutus Paulus inter perfectos se-
creta & abscondita diuinæ dispensationis, exposuit & ostendit qua ratione quó-
ue ordine uel iram deus ostendat in uasis iræ, uel diuitias gloriæ suæ in uasis mise-
ricordiæ: & docuit quod uas iræ fiat unusquisque ex eo quod per duritiam suam &
cor impœnitens thesaurizat sibi iram: uasa autem misericordiæ sunt hi qui se emun- Esa.10
dauerunt ab his, & ad omne opus bonum præparauerunt: nunc ut hæc ipsa ma-
iore auctoritate confirmet, etiam in prophetis docet hæc esse scripta. Esaias, in-
quit, clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reli-
quiæ saluæ fient. Prouidens etenim de futuris propheta uidebat quod plurimi ex Is-
rael, & hi maxime qui arenæ maris comparantur, per duritiam suam & cor impœ-
nitens futuri erant uasa iræ aptata ad perditionem, non credentes uitæ suæ, sed
dominum maiestatis crucifigentes. Si ergo, inquit, fuerint tanquam arena maris,
reliquiæ saluæ fient. Illi qui non saluantur, tanquam arena maris sunt: reliquiæ ue- Genes.15
rò quæ saluæ fient, tanquam stellæ cœli sunt. Vtrasque enim promissiones quæ ad A-
braham factæ sunt, continet sermo. Erit, inquit, semen tuum sicut arena maris, & sicut
stellæ cœli. & hoc est quod dicit. Verbum enim consumans & abbreuians in æquita-
te. Quia uerbum breuiatum faciet dominus super terram.] Verbum breuiatum, ubi
multi uocati sunt pauci autem electi. Possumus autem & totius doctrinæ uerbum di-
cere breuiatum, ut quod prius lex & prophetæ continebant in latitudine præcepto- Deut.6
rum, ueniens dominus pronunciaret, & diceret. Diliges dominum deum tuum ex to-
to corde tuo, ex totis uiribus tuis, & ex tota anima tua, & proximum tuum sicut teip-
sum. In his duobus mandatis pendet omnis lex & prophetæ. In quo euidẽter prophe
tas & legem duobus his sermonibus breuiauit. Potest uerbum breuiatum dici fides
symboli quæ credentibus traditur, in qua totius mysterij summa paucis nexa sermo- Esa.1
nibus continetur. Et sicut prædixit Esaias, Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis
semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus.] Quod se-
men Esaias à domino dicit derelictum? Illud sine dubio quod idem apostolus expo-
nit in alijs, cum dicit, ad Abraham dictum esse. Tibi dabo terram hanc, & semini tuo.
Non dixit, & seminibus, quasi in multis, sed semini tuo, tanquam in uno quod est
Christus. Non ergo est aliud quod dicit Esaias, Nisi dominus reliquisset nobis semen,
id est nisi dedisset nobis Christum, ut ex nobis nasceretur, sicut Sodoma fuissemus,
quantum ad impietatis magnitudinem spectat: nisi quia & grauissimum aliquid a-
pud Israelitas gestum est. Nam Sodomitæ in hospites incesti referuntur & impudi-
ci: populus uerò Israel in eum sacrilegus extitit, qui cum dominus maiestatis sit, pater
eorum & dici uoluit & esse. Nisi ergo semen istud dominus reliquisset, per quod reli-
quiæ saluæ fierent, & uasa misericordiæ saluarentur, interisset populus ille ut Sodo-
ma. Et tamen non otiose Esaias semen nominauit quod relictum est. Semen nanq; di-
citur quod seminatur in terra, & fructum multiplicem reddit: docens per hæc, etiam
Christum seminandum esse, id est sepeliendum in terra, & inde resurgentem fructum Ioan.12
plurimum totius ecclesiæ multitudinis prolaturum, sicut & ipse dominus dicit: Nisi
granum frumenti in terram ceciderit, & mortuum fuerit, fructum non affert: si autem
mortuum fuerit, fructum plurimum affert. Quid ergo dicemus? quod gentes quæ nõ
sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quę ex fide est.] Vi
detur fortassis hoc cõtrarium esse uel illis de quibus suprà diximus, quod unusquisq;
emundet se & expurget, ut fiat uas utile, & uas misericordiæ: uel illis quæ in superiori-
bus differimus, quod naturali lege in qua sine dubio est & iustitia, utantur etiã gẽtes.
Quomodo ergo hic dicit gẽtes quę nõ sectabãtur iustitiã, cõprehendisse iustitiã? Vi
de ergo si hoc modo possumus respõdere, aliud sectari, aliud insectari habere. Secta-
ri dicitur

ri dicitur ille qui per doctrinam & lectionem multam assequi aliquid cupit: unde & a sectando sectæ appellatæ sunt huiusmodi doctrinæ quæ hominũ traditione discuntur. Gentes uerò quia legem tabulis uel libris sic scriptam non habuerunt, non dicuntur sectatæ esse iustitiam, habuerunt tamen insita quæ lex eos naturalis edocuit. Idcirco ergo proximi fuerunt iustitiæ ei quæ ex fide est, id est Christo. Israel uerò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit.] Et hic locus sicut suprà obseruandus. Diximus enim in uno eodemq; uersiculo diuerse nominari leges. Certum est enim quod Israel sectabatur legem iustitię secundum literam, sed in legem non peruenit. Quam legem? Sine dubio spiritus. Neq; enim hoc diceret apostolus, quia legem quam sectabatur, & quam tenebat & quam habebat, in hanc non peruenerit. Reddit ergo rationem, cur in legem Israel non potuerit peruenire. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus.] De fide Christi & operibus legis, abunde in initijs huius epistolæ disseruimus: & ideo ne eadem sæpius iteremus, præsentem locum paucis ipsius apostoli sermonibus explicemus, quibus dicit: Ignorantes enim dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti: finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Quia ergo legem sectabantur non secũdum opera iustitiæ dei, sed secundum opera suæ iustitiæ; idcirco, Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui crediderit in eum non confundetur.] Sciendum autem est, quod in Esaia prophe-
Esa.28 ta hoc testimonium ita scriptum sit: Ecce ego mittam in fundamenta Sion lapidẽ pretiosum, electum, angularem, præclarum in fundamenta eius, & qui crediderit in eum non erubescet: Apostolum autem lapidem offensionis & petram scandali, de alio loco ipsius Esaiæ prophetæ huic testimonio inseruisse, in quo ita scriptũ est, & non tanquam lapidi offensionis occurretis ei, neq; ut lapidi ruinæ: & ex utroq; loco excerpentem quæ assertionibus commoda uidebantur aptasse. Veruntamen dominus Iesus quem plurimis sed salutaribus & bonis nominibus compellari inuenimus, mirum fortasse uideatur cur in hoc loco quem de Esaia propheta sumpsit apostolus, lapis offensionis & petra scandali nominetur: cum utiq; bono domino, & patris bono filio quæcunq; salutaria uidentur aptanda sint, ut pax iustitia & ueritas, & ostium quo intratur ad patrem, & pastor, & leo de tribu Iuda, uel catulus leonis qui excitatur à somno, uel sanctificatio, uel redemptio, & cętera huiusmodi quæ dignationi eius conuenire uideantur. Sed uide si possumus etiam lapidem offensionis & petram scandali ostendere quatenus ei competenter possit aptari. Offensio & scandalum unum prope atq; idem significant. Scandalum etenim dicitur cum in uia obiex aliquis inuenitur, qui gressum incedentis uel scandentis impediat. Inde ergo scandalum tractum est. Quia igitur hi qui erant in Sion uias non bonas incedentes, iter perditionis concito pede curebant, malis suis fauentes inuicem, sicut propheta dicit, quia laudatur peccator usque benedicetur, ueniens ergo dominus & saluator noster, arguere cœpit uias eo-
Matt.23 rum & dicere: Væ uobis scribæ & Pharisæi. & iterum, Væ uobis diuitibus. & iterum,
Luc.6 Væ tibi Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas missos ad te. Sed & multa his similia dicens, & arguens eos, impedire cœpit uias perditionis eorum, & effectus est eis lapis offensionis & petra scandali, non sinens eos ingredi uiam latã quæ ducit ad mortem. Sic denicp & in Osee propheta scriptum est de his qui peccati iter incedunt. Propter hoc, inquit, ecce ego sepiam uiam eius spinis, & obstruam uiam eius, & semitam
Act.9 suam non inueniet. Ponamus ergo iterum, si uidetur, in medio ipsum Paulum, qui acceptis quondam epistolis à sacerdotibus, Damascum pergebat ut omnes uiros ac mulieres Christo credẽtes uinctos perduceret Hierusalem. Cum autem ageret istud iter peccati, occurrit ei dominus Iesus in uia, & ad tempus eum cæcitate percussit: & fectus est illi, quantum ad ipsum propositum spectat quo illuc pergebat, lapis offensionis & petra scadali, ut illud iter peccati quod tenebat, explere non posset. Sed conuersus credidit ei qui uiam suam excluserat, & quibusdam sentibus comminationis obstruxerat, & credens in eum non erubesceret.

LIBER

LIBER VIII CAPVT X.

f Ratres, uoluntas quidem cordis mei, & obsecratio apud deum fit pro illis in salutem. Et reliqua, usque non sunt subiecti.] Et ex initio & præcedente textu epistolæ diximus Paulum nunc pro gentibus, nunc etiam pro Israel sacere sermonem. Quia ergo in his quæ nuper expositа sunt, multis testimonijs aduersum Israel usus est prophetarum, ita ut proferret de Esaia, Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus: & iterum, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluę fient: & hic addit quia Israel sectans legem iustitiæ in legem iustitiæ non peruenit: propterea nunc consolari rursus populum suum uolens, & per hoc inuitare ad fidem, dicit: Fratres, uoluntas quidem cordis mei & obsecratio apud Deum fit pro illis ad salutem. Et causam cur uoluntas sua & obsecratio pro illis habeatur, ostendit dicens.

Testimonium perhibeo illis quod æmulationem quidem dei habeant, sed non secundum scientiam.] Quamuis, inquit, tot & tantis inuoluti sunt peccatorum suorum malis, tamen ineffabilis zelus & æmulatio dei, hæc me commouit causa, ut obsecratio fieret pro ipsis ad Deum, ut uel in fine aliquando perueniant ad salutem. Habent enim zelum dei, sed non secundum scientiam. Et probat quomodo non secundum scientiam zelum Dei habent, dicens. Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.] Non multum ergo prodest habere zelum Dei, & non habere scientiam dei. Deniq; Iudæi putantes zelum se dei habere, sacrilegi extiterunt in filium Dei: quia non secundũ scientiam zelati sunt, sicut Phinees filius Eleazari, qui secundum scientiam zelatus interemit Madianitidem pariter & Num.25
Israelitam fornicantem cum ea: & sicut Helias qui dixit, Zelans zelatus sum omnipo- 3.Reg.19
tenti deo Israel quia dereliquerunt pactum domini filij Israel, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subuerterunt: & sicut Mathathias, de quo in primo libro Macca- 1.Macca.2
bæorum scriptum est: quia zelatus est in lege dei, & intremuerunt renes eius, & ascendit furor eius secundum iudicium. Horum omnium zelus & æmulatio secundũ scientiam fuit. Iudæorum uerò zelus non erat secundum scientiam, idcirco quia ignorantes dei iustitiam propriam conabantur, id est quę hominibus iustitia uidebatur, imple te: cum utique ipsos magis iustitiæ dei qui est Christus, conueniret obedire. Sed uide nunc ne forte non illis solis dici sermo iste uideatur, qui zelum dei habent, sed non secundum scientiam. Similiter enim potest dicere apostolus & de alijs, quia testimoniũ perhibeo eis quod timorem dei habeant, sed non secundum scientiam: & de alijs qui charitatem dei habent, sed non secundum scientiam. Si enim habeat quis affectum erga deum, ignorat autem quia charitas patiens est, debet esse benigna, non inuidens, non perperam agens, non inflata, non ambitiosa, non quærens quæ sua sunt: hæc & his similia si in charitate non habeat, sed in solo affectu diligat deum, competenter & ad ipsum dicetur quia charitatem dei habet, sed non secundum scientiam. Similiter autem dici potest & de alio, quia fidem dei habet, sed non secũdum scientiam, si ignoret quia fides sine operibus mortua est: & quia fides dei non in solis uerbis est, quæ interdum ab alio composita uel scripta discuntur, sed in affectu mentis. Talẽ quondam habuit illa quæ dixit, Si tetigero fimbriam uestimenti eius salua ero. Si quis ergo non Matt.9
habeat fidem ut ex actibus suis bonis cui credit ostendat, potest & ad ipsum dici quia fidem dei habet, sed non secundum scientiam. Potest & de alio dici quia charitatem dei habet sed non secundum scientiam: quippe si ab hominibus laudari uult. Et alius abstinens dici potest, sed non secundum scientiam, si propterea ieiunat ut hominibus placeat. Et sic per singula quæq; quæ gerimus, nisi scientiam, & intellectum geramus, potest ad nos dici, quia habemus zelum boni operis, sed non secundum scientiam. Et ideo danda est præcipue opera scientiæ, ne res nobis infeliciter accidat, ut in fide positi frustremur à fide, zelum habentes bonorum decidamus à bonis. Vis autem scire quia potest qui scientiam non habet euanescere in fide? Audi ipsum Paulum qui busdam dicentem: Nisi sine causa credidistis. Accidit ergo sine causa credidisse his qui scientiæ operam non dant, ut in eo quod crediderunt etiam intellectum ueritatis accipiant. Deniq; & apostoli hanc esse differentiam fidei simpliciter traditæ, & fidei

Luc.17 quæ est secundum scientiam peruidentes, dicebãt ad saluatorem, Auge nobis fidem: hoc est, ut habentes eam fidem quæ non est secundum scientiam, habeamus eam quæ est secundum scientiam. Intantum Iudæis testimonium perhibet Paulus, quod æmulationem dei habeant, licet non secundum scientiam: tamen quia utcunq; habent æmulationem dei, causam dederũt apostolo qua obsecrationem pro illis offerret deo. Melius enim est habere zelum dei, licet non secundum scientiam, quàm penitus non
Matt.13 habere. Qui enim habet, sicut scriptum est, dabitur ei uel in nouissimis cum omnis Israel saluus fiet. Qui autem non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Moyses enim scribit, quia iustitiam quæ ex lege est qui fecerit homo uiuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum? id est Christum deducere. Aut quis ascendet in abyssum? hoc est Christũ à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura?] Finis em̃ legis Christus, hoc est perfectio legis, & iustitia Christus est, sed credentibus. Non credentes uerò qui non habent Christum, perfectionem non habent legis, & idcirco nec ad iustitiam poterunt peruenire. Moyses enim scribit, quia iustitiam quæ ex lege est qui fecerit homo uiuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit. Iam & in superioribus apostolus duarum iustitiarum fecerat mentionem, ubi dicit, quia ignorans dei iustitiã, suã iustitiã statuere quærebat Israel: & hic nunc duas iterũ iustitias dicit, unam quæ ex lege est, & aliã quæ ex fide est. Sed mihi uidetur quod illa quàm superius dixit ignorari ab Israel dei iustitiam, ipsa sit iustitia hæc quæ ex fide est: illa uerò de qua dicit, Suam iustitiam uolentes statuere, ipsa sit de qua & hic Moysi uerbis insinuat, quia iustitiam quæ ex lege est qui fecerit homo uiuet in ea. Sed uide iustitiarum differentiam pariter & uitarum. Illa enim iustitia dei, id est Christus qui factus est nobis iusti-
Ioan.17 tia à deo, & pax, uide quomodo dicit: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Hæc ergo iustitia non tantum uitam præbet, sed æternam uitam. Illa uerò legis iustitia quam qui fecerit homo non dixit in æternum, sed tantummodo uiuet in ea: quod finis legis (ut apostolus dicit) Christus est, nec ipsa quæ ex lege est iustitia, sine Christo adimpleri poterit, quia finem legis non suscipit Christum. Hęc ergo quę ex fide est iustitia, quæ est Christus, tanquam uiuens & subsistẽs hæc (inquit) dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœlum? hoc est Christum deducere: Aut quis descendit in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare. Nec mireris quod cum Christus ipse sit iustitia, quasi de alio ita de se hæc dicere uideatur. In multis enim locis inuenies saluatorem quasi de alio ita de se loquentem, ut in euangelio dicit, Et statuet oues à dextris, hœdos autem à sinistris: & dicet his qui à dextris sunt, & iterum qui à sinistris sunt ea quæ scripta sunt. Quod ergo ait, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœlum, aut quis descendit in abyssum, exceptis his quæ media interserit, hoc est Christum deducere, uel à mortuis reducere: &, prope est uerbum in ore tuo, & in corde tuo, ex Deuteronomio uidetur assumptum, ubi
Deut.30 hoc modo scriptum est. Mandatum hoc quod ego mando tibi hodie, non est superexaltatum à te, neque longè à te. Non est in cœlo ut dicas: Quis ascendet nobis in cœlum & accipiet nobis illud, ut audientes faciamus illud? Neq; trans mare est ut dicas: Quis transibit nobis trans mare, & accipiet illud, ut audientes faciamus illud? Iuxta te est uerbum ualde in ore tuo, & in corde tuo, & in manibus tuis ut facias illud. Cum ergo hæc à Deuteronomio assumpta sint, & apostolus scribat, quia iustitia quæ ex fide est ipsa hæc dicit, quæ est Christus, ordine pio quæ in Deuteronomio dicuntur apostolus à Christo dicta esse pronunciat. Ipse est ergo qui dixit: Mandatum hoc, quod ego do uobis hodie, non est superexaltatum, neque longe. & cætera quæ sequuntur. Quid ergo est quod per hoc apostolus docet? Ne scilicet dicamus in corde nostro, & putemus quod Christus in aliquo loco continetur, & non ubiq; est, ac per omnia ipse diffunditur: quippe qui cum esset in terris, dicebat quia esset & in cœlo. Sic enim
Ioan.3 loquebatur ad apostolos suos: Nemo ascendit in cœlũ nisi qui descẽdit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. Non dixit qui fuit, sed qui est in cœlo. Et rursum ne putemus eum esse in cœlo tantummodo, uacare autem eius præsentia abyssum, ideo iustitia quæ ex fide est dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœlum? Et quasi hoc si-

mile sit dicenti, Christum deducere de cœlo, ita addidit apostolus, hoc est Christum deducere. Et rursum si quis mente & cogitatione descendat in abyssum, putans ibi tantum contineri Christum, quasi simile sit Christum reuocare à mortuis, ita subiungit, hoc est reducere Christum à mortuis. Sed ita (inquit) debes sentire de Christo, tanquam de uerbo, & ueritate, & sapientia, & iustitia dei. Hæc autem omnia non in loco quæruntur, sed ubiq; adsunt, neque ab inferni locis euocantur, sed mente sola intellectuq; capiuntur. Tanquam uerbum ergo & sapientia. Prope est uerbum in ore tuo & in corde tuo, & hoc est uerbum fidei quod prædicamus, quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo quod deus suscitauit eum à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.] Debemus etiam hoc scire, quod aliud est possibilitatem esse in aliquo, aliud efficaciam uel efficientiam, quod Græci endelechiam & energiam uocant. uerbi causa, paruulus nuper natus possibilitate rationabilis homo est, potest enim esse rationabilis si adoleuerit: & possibilitate etiam faber & gubernator & grammaticus dicitur: possibile enim est ut horum aliquid sit. Efficacia uerò uel efficientia, hoc est re ipsa atq; effectu, nihil eorum est dum est paruulus: sed si cœperit uel rationis iam capax esse, uel aliquid fabrilis artis, aut cuiuslibet alterius efficere, tunc iam efficacia rationabilis, dicitur, uel faber, uel si quid aliud est quod effectu operis agit. Hoc ergo modo etiam Christus, qui est uerbum dei, possibilitate quidem iuxta nos, hoc est, iuxta omnem hominem esse credendus est tanquam ratio paruulis. Efficacia uerò in me esse dicitur, cum in ore meo confessus fuero dominum Iesum, & in corde meo credidero quod deus illum suscitauit à mortuis. Vis autem scire quia adest ubiq;, & medius est etiam eorum qui ignorant eum, & non confitentur? Audi quomodo Ioannes Baptista de eo
Ioan.1 hæc ipsa testatur. Medius uestrum stat quem uos nescitis, qui post me uenit. Est ergo medius etiam inter eos qui eum nesciunt, sed possibilitate eis medius est non efficacia. Possunt enim eum capere, sed nondum capiunt. Efficacia uerò uel efficientia est inter illos medius quibus dicebat: Vbicunq; fuerint congregati duo uel tres in nomi-
Matt.18 ne meo, in medio eorum sum. Isti enim confitebantur in ore suo dominum Iesum, & credebant in corde suo quod deus illum suscitauit à mortuis. Alioquin absurdum, si & inter eos qui in nomine eius cõgregantur, medius esse dicitur, & inter eos qui eum nesciunt, nisi huiusmodi differentia tenetur, quod inter ignorantes & nondum credentes possibilitate medius dicitur, inter credentes uerò efficacia, id est rei ipsius & operis effectu. Verum & illud obserua quod ait: Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo quod deus suscitauit illum à mortuis, saluus eris. Videbitur enim quibusdam per hæc, quia etiam si desint alicui boni operis priuilegia, etiam si uirtutibus operam non dederit, hoc ipso tamen quod credidit, non pereat, sed saluetur, & habeat salutem etiam si beatitudinis gloriam habere non potuerit. Sed uide ne magis illud intelligi debeat, quod qui uero & non falso confitetur ore dominum Iesum, & corde credit, pariter confiteatur se dominatui subiectum esse sapientiæ, & iustitiæ, & ueritatis, & omnibus quæ Christus est: nec sibi ultra esse dominum mammonam, id est necq; auaritiam sibi ultra, necq; iniustitiam, necq; impudicitiam neque mendacium dominari. Semel enim dominum Iesum Christum confessus nulli horum se seruire profitetur. Sed & credens in corde suo quod deus eum suscitauit à mortuis, certum est quia suscitauit eum ad iustificationem sui. Alioquin quid prodesit scire me & credere quod Iesum suscitauit deus à mortuis, si in me ipso non habeam eum suscitatum? Ergo si non in nouitate uitæ ambulo, & uetustatis peccandi consuetudinem fugio, nondum mihi Christus surrexit à mortuis. Ad hunc autem sensum etiam ea conueniunt quæ sequũtur, quando ait. Dicit enim scriptura, quia omnis qui credit in eum non confundetur.] Hoc autẽ apud Esaiam scriptum est. Quod si omnis qui credit in eum non erubescit: erubescit autẽ omnis qui peccat, sicut Adã peccauit & erubuit, & abscondit se: qui adhuc ruborem peccati incurrit, credere non uidetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Idem enim ipse dominus omnium diues in omnes qui inuocant eum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen domini saluus erit.] Quomodo non sit distinctio in fide Iudæi & Græci, suprà iam frequenter osten-

dimus. Quod autem idem sit dominus omnium, secundum hæc accipies quæ nuper edidimus, hoc est si iustitia nobis & ueritas & sanctificatio & sapientia, quod totum est Christus dominus, dominetur. Hęc sunt eius diuitiæ, utpote in quo thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi. Quas tamen diuitias non dixit largiri eum omnibus hominibus, sed omnibus quicunq; inuocauerint nomen eius. Sed & in hoc similis uidetur quæstio ut in prioribus oboriri. Neq; enim omnes quicũq; inuocauerint nomẽ eius salui esse possunt, etiã si non egerint opera inuocati nominis digna, maxime cũ &
Prouerb. 1 sapiẽtia dei in prouerbijs dicat, Erit enim tempus cum inuocabitis me, ego autem nõ exaudiam uos. In quo uidetur mihi sapiẽtia coarctare & perurgere eos qui saluari uolunt, ut citius inuocent sapientiam neq; morentur, neq; differant: ne forte cum statutum tempus acceptabileq; præterierit, in quo pœnitẽdi facultas est, tarde hi post hæc inuocent ubi pœnitentiæ locus non est: & tunc dicit quia inuocabitis me, & ego non exaudiam uos. Sermo tamen hic quem ponit apostolus, id est: Quicunq; inuocauerit
Ioel. 3 nomen domini saluus erit, apud Ioel prophetam hoc modo scriptus est: Et dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem & ignem & uaporem fumi: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam ueniat dies domini magnus & nobilis, & omnis quicunq; inuocauerit nomen domini saluus erit. Videtur mihi tamen grande aliquid in scripturis diuinis sub hoc inuocationis nomine de-
Gen. 4 signari, non de qualibuscunq; uiris, sed ingentibus & præcipuis. Scribitur quia Enos prius sperauit inuocare nomẽ domini. & in psalmis: Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocãt nomen eius. & reliqua usq; Loquebatur ad eos. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem nõ audierunt? Quomodo uerò audient sine prędicante? Quomodo autem prędicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est, Quàm speciosi pedes euangelizantiũ pacem, euangelizantiũ bona. Manifeste apparet in his per hoc quod dicit, Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? illud quod superius posuit de propheta dictum, quia omnis quicunq; inuocauerit nomen domini saluus erit. Subiungit: Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Christo enim Iudæi non crediderunt, ideo nec inuocant eum cui non crediderunt. Sed & in principio epistolæ quam
1. Cor. 1 ad Corinthios scribit, ubi dicit: Cum omnibus qui inuocant nomen domini Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro: eum cuius nomen inuocatur deum, Iesum Christum esse pronunciat. Si ergo & Enos, & Moyses, & Aaron, & Samuel inuocabant dominum, & ipse exaudiebat eos, sine dubio Christum Iesum dominum inuocabant: & si inuocare domini nomen, & adorare deum, unum atq; idem est, sicut inuocatur Christus, & adorandus est Christus, & sicut offerimus deo patri primo omnium orationes, ita & domino Iesu Christo: & sicut offerimus postulationes patri, ita offerimus postulationes & filio: & sicut offerimus gratiarum actiones deo, ita gratias offerimus saluatori. Vnum namque utrique honorem deferendum, id est deo patri & filio, diuinus docet sermo cum dicit, ut h onorificent filium sicut honorificant patrem. Quod autem de epistola ad Corinthios proposuimus, ubi apostolus primo quidem dicit de ecclesia dei quæ est Corinthi, Sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis: & post hæc quasi alterius gradus & alterius ordinis, ita subiungit quosdam, de quibus dicit: Cum uniuersis qui inuocant nomen domini Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro: uidebitur fortassis habere aliquid differentiæ, quod illos quidem ecclesiam dei nominat, & sanctificatos, & uocatos sanctos: istos autem tantum quia inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. Et uide ne forte ista diuersitas tale aliquid ostendat, quale & præsens uidetur habere capitulum, in quo docet non posse inuocare nomen domini, nisi prius credatur in Christum. Cum autem crediderit quis Christo, etiam si nondum sanctificatus sit, & ecclesiæ corpori sociatus, tamen necesse est ut iam inuocet eum cui credidit. Christus enim uenit mundum reconciliare deo, & credentes sibi offerre patri. Quos autem offert patri, spiritus sumcipit, ut sanctificet eos, tanquam cœlestis ecclesiæ primitiuorum membra uiuificet, atque in soliditatem totius corporis perfectionemq; restituat, ut ita demum ecclesia dei non habens maculam aut rugam appellari mereantur. Prius ergo quàm ad gradum

gradum istius perfectionis accedant, tanquam mediatoris dei & hominum inuocent nomen domini nostri Iesu Christi. Postea uerò quàm spiritus dei fuerit in corde eorum clamans abba pater, ipse spiritus etiam eos nomen patris edocet inuocare. Ideo ergo quomodo (inquit) inuocabunt, in quem non crediderunt? & in hoc arctissima eos conclusione constringit. Salus (inquit) non est nisi inuocanti, nemo uerò inuocat qui non credit. Ergo quia non creditis non inuocatis, quia non inuocatis non saluamini. Sed quomodo credent ei quem non audierunt? Quod non audierunt possumus sic intelligere, quia uel ipsum in carne positum, uel apostolos prædicantes de eo audire noluerunt. Sic enim & ipse dominus dicit, Qui uos audit, me audit, & qui uos Luc 10
spernit, me spernit. Potest autem & hoc intelligi, quod etiam nunc & semper Christus tanquam uerbum & ratio unicuiq; loquatur in corde, & de pietate doceat, de iustitia suadeat, de castitate, de pudicitia, & de omnibus simul uirtutibus protestetur, sicut & ipse dicit, Oues meæ uocem meam audient. Sic deniq; & in corde Pauli loquebatur, Ioan. 10
ita ut & ille diceret: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Sequitur, Quomodo audient sine prædicante? In hoc magis prædicantium sermonem Christum ostendit audire, in quibus secundum ea quæ supra diximus, Christus loquitur & docere monstratur. Quomodo autẽ prædicabunt, nisi mittantur? Difficultas mihi quædam in hoc sermone uidetur exurgere. Si enim ita intelligimus, quod propterea non prædicent quia non mittantur, nullo autem prædicante nõ audient, non credentes autem non inuocabunt, non inuocantes non saluabuntur: colligitur ex his, ut causa qua non sunt saluati, ad uitium redeat auctoris, qui non miserit prædicantes. Sed magis ad illum nos qui rectiorem intelligentiæ tramitem continet, deflectamus: & quod dixit, Quomodo prædicabunt nisi mittantur, sic accipiamus quasi dicat apostolus. Nos præcones & prædicatores Christi non possemus prædicare, nec annunciandi nobis uirtus ulla subsisteret, nisi adesset nobis ipse qui misit. Quod si prædicantibus nobis audire non uultis, uestra iam culpa est, & si audientes non creditis, & non credentes non inuocatis, & non inuocantes salui esse nequitis. Quia ergo missi sunt ad prædicationem, idcirco de his qui ab ipso missi sunt scriptum est: Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Quòd pedes hic speciosos non corporales, sed spiritales dicat, puto quòd quamuis amicus sit quis literæ, negare non possit. Neq; enim in id ridiculi deducet apostolicum sensum, ut euangelistarum pedes quòd corporeis oculis uideri possint, putem ab eo decoros dici & speciosos. Sed illi sunt decori & speciosi pedes qui ambulant per uiam uitæ, secundum illum qui dixit, Ego sum uia. Intellige decoros & speciosos euangelizantium pedes qui per ta- Ioan. 14
lem uiam merentur incedere. Isti sunt ergo pedes quibus & Paulus cucurrisse cursum se dixit, sed sic cucurrisse ut comprehendat, id est animo quo tenditur & properatur ad cœlum. Gratifice autem pedes istos esse firmauit, quos Iesus discipulis lauat, & linteo quo præcinctus est tergit. Et quamuis corporaliter specie fuerit impletũ, tamen Petro hoc solum quod fieri uidebat non intelligenti, & quasi honoris causa ne sibi seruo pedes lauaret dominus recusanti, audi quàm profundi mysterij proditur sermo. Si te (inquit) non lauero, non habebis partem mecum. Et iterum aliam similem huic Ioan. 13
uocem tanquam de se credentis scientiæ profert thesaurus, & dicit: Quod ego feci uobis, nescitis modo, scietis autem postea. & addidit: Quia si ego dominus & magister laui uestros pedes, & uos lauate pedes alterutrum. Exemplum enim dedi uobis. Videamus ergo quod sit istud exemplum, quo magistri discipulorum lauare debeant pedes, aut de qua aqua lauare. Si quis inueniat aquam uiuam, & si quis accipiat bibere à Iesu, & aqua illa fiat in eo fons aquæ salientis in uitam æternam, iste de hac aqua doctrinæ spiritalis potest lauare pedes discipulorum, & omnes ex animo ipsorum immunditias sordesq; diluere, & hoc faciens datum à magistro implebit exemplum. Speciosi ergo sunt pedes euangelizantium bona. De istis ut puto etiam pedibus in Canticis canticorum sponsa dicit ad uerbum dei: Lauí pedes meos, quomodo inqui- Cant. 3
nabo eos? Et de ipsis nihilominus dicitur: Tibiæ tuæ sicut columnæ marmoreæ cum basibus argenteis. Et fortassis quia hæc pulchritudo est in pedibus euangelistarum, propterea non uult eos dominus Iesus calceamentis operiri, & occultare speciem pul-

chram,ſed præcepit eis neq; calceamentũ habere in uia,Quæ autẽ bona ſunt quæ euã
gelizant,hoc eſt quæ annunciant,uideamus.Quamuis hoc ipſum quod dicit euange
lizare, interpretetur bonum annunciare, quæ ſunt tamen bona quæ bonis addidit,
requiramus. Vnum & uerum bonum eſt deus, cuius imago bonitatis eius eſt filius,
& ſpiritus eius,qui dicitur bonus. Iſtud ergo unum bonum, quia in deo patre & filio
& ſpiritu ſancto eſt,bona nominauit:hoc eſt enim quod annunciant euangeliſtæ, ſe-
Matt.28 cundum præceptum domini & ſaluatoris noſtri dicẽtis:Ite, docete omnes gentes,ba
ptizantes eos in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti.Hæc ſunt ergo euangelizan-
tium bona.Sed quoniã & ipſe bonus nuncius dicitur, & annunciare de bonis, illa ſit
ratio quod nõ ſolum bona nũciant, ſed & bene bona nũciant. Sunt enim nõnulli qui
annũciant quidem & prædicãt de patre,& filio,& ſpiritu ſancto nõ ſyncere, nõ inte-
gre:ut ſunt omnes hæretici, qui patrem quidem & filium,& ſpiritum ſanctum annũ-
ciant,ſed nõ bene,nõ fideliter annũciãt. Aut enim male ſeparãt filium à patre, ut alte-
rius naturæ patrem,alterius filium dicant:aut male cõfundunt, ut ex tribus compoſi-
tum deum,uel trinæ tantummodo appellationis in eo eſſe uocabulum putẽt.Qui au-
tem bene annũciat bona,proprietates quidem patri,& filio,et ſpiritui ſancto ſuas cui-
que dabit,nihil autem diuerſitatis eſſe cõfitebitur in natura uel in ſubſtãtia. Qui ergo
ita annũciant euãgelium nõ ſolum bona annũciant,ſed bene et integre annũciant bo-
na.Exemplum uerò de Eſaia uidetur aſſumptum, ſed ibi propheta ad ipſum dominũ
Eſa.52 euãgelizandi officiũ retulit: ita enim ait, Quoniam ipſe qui loquebar adſum,tãquam
ora in montibus,ut pedes euãgelizantium auditum pacis,ut euangelizans bona.Ve-
rum uidetur mihi Paulus,quia propheta dixeratut pedes euangelizantiũ auditum pa
cis,ut euãgelizans bona:& hoc quaſi ex alterius comparatione memoraſſe:uelut ſi di
ceret,ita adero ut homo qui euãgelizat pacem,& euãgelizat bona.Hoc autem faciũt
apoſtoli,idcirco de ſemetipſis hoc dictum,hoc eſt de apoſtolis, accepiſſe,ad quorum
comparationem futurum & euangelizaturum bona per prophetas dixerat Chri-
ſtus. Sed non omnes obediunt euangelio. Eſaias enim dicit.] Neque enim omnes
ex gentibus euangelio crediderunt, neque omnes ex Iſrael. Plures tamen & mul-
to plures ex gentibus quàm ex Iſrael. Quod ergo ait apoſtolus quia Eſaias dixerit:
Domine quis credidit auditui noſtro?] Quis pro raro dictum eſt:& obſeruare de-
bemus quod ſermo hic in ſcripturis interdum pro raro, interdum omnino pro nullo
Oſee 14 ponitur.uerbi gratia, ut cum dicit, Quis ſapiens,& intelliget hæc? Quis aſcendet in
Pſal.15 montem domini?& quis eſt homo qui uult uitam? in his omnibus rarum quemq; ſi-
gnificat. Vbi uerò dicit, Quis aſcendit in cœlum, hoc eſt Chriſtum deducere, uel
quis deſcendit in abyſſum, hoc eſt à mortuis reducere: hic quis nullus intelligitur.
Nullus eſt enim qui aſcendit in cœlum Chriſtum inde deducere. Nunc ergo, Domi-
ne quis credidit auditui noſtro, quod dicit Eſaias, rarum quemq; ſignificat.Scire nos
tamen conuenit, quod domine quis credidit auditui noſtro, in Hebræis exemplari-
bus domine non habetnr,ſed iuxta interpretationem LXX ſeniorum: ſic & apoſto-
lus hoc probans quod apud illos eſt, poſuit domine. Videtur tamen Eſaias hæc ex
perſona apoſtolorum prophetare, quibus creditum fuerat prædicationis officium:
& ipſi cum raritatem credentiũ præcipue de populo Iſrael uident,ad dominũ dicunt:
Domine,quis credidit auditui noſtro? Sicut & illud ex perſona illorũ dicitur. Quia
annunciamus ſicut puer ante ipſum,ſicut radix in terra ſitienti. Et ipſi ſunt nihilomi-
nus qui dicunt uelut cũ ipſo poſiti,& uidentes eum in habitu humano, quia uidimus
eum,& non habebat ſpeciẽ neq; decorẽ, & reliqua. Sed & ſi ad perſonas ipſorũ pro-
phetarũ referantur hæc uerba,quaſi qui apud dominũ conquerantur, quod ijs qui de
Chriſto prophetauerint,nemo aut admodũ pauci ex populo crediderint, nõ uidebit
alienũ.Aut nõ eſt putandũ,quia Moyſes dicat ad dominũ,Domine,nemo credidit au
ditui meo. Si enim credidiſſent literis meis,credidiſſent utiq; & Chriſto:de ipſo enim
ego ſcripſi. Ergo fides ex auditu. Auditus autem per uerbum Chriſti.] Hic uer-
bum Chriſti prædicationem de Chriſto ſignificat. Neque enim illi ſoli credide-
runt qui uerbum ab ipſo domino loquente audierunt, ſed multo plures ſunt, qui
alijs eum prædicantibus audierunt, ſicut & ipſe dominus prædixerat, loquens ad

Thomam. Quia uidiſti me(inquit)credidiſti:beati qui non uiderunt & crediderunt. Ioan.20
Omne ergo uerbũ quod apoſtolus, & ſi qui alij ab ipſo accepta gratia de Chriſto præ
dicauerunt,uerbum Chriſti eſſe pronunciat. Sed & in eccleſia ſi quis ſapientiam quæ
ex deo eſt,& ueritatem Dei loquatur,ſi quis uiam dei quę Chriſtus eſt doceat,& iuſti
tiam eius exponat,ſine dubio quod loquitur uerbum Chriſti eſt. Sed dico.Nũquid
non audierunt? Equidem,In omnem terram exiuit ſonus eorum,& in fines orbis ter-
ræ uerba eorum.] Hoc de pſalmo decimooctauo aſſumitur,ubi ait.Non ſunt loquelę
neq; ſermones,quibus non audiantur uoces eorũ. In omnem terrã exiuit ſonus eorũ,
& in fines orbis terræ uerba eorum.In quo pro linguarum uarietate & ſermonũ gen-
tes ſine dubio intelliguntur:& dicitur quia apoſtolorum Chriſti in omnem quidẽ ter
ram ſonus exierit:in fines uerò orbis terræ non ſonus,ſed uerba peruenerint.Quod i-
ta intelligi poteſt,quia terrã imperitos quoſq; & indocibiles homines dicat, ad quos
non uerba,in quibus ratio fidei continetur, & explanatio ſapientiæ,ſed ſonus fidei cõ
muni & ſimplici prædicatione peruenerit: Finem uerò orbis terrarum eruditiores
quoſq; & prudentiores appellauerit.Finis enim perfectionem indicat rerum.Ad hos
ergo tales non ſonum uocis,ſed uerba & rationem peruenisſe pronunciat, quia utiq;
audientes ſermonem fidei etiam ſcrutari poſſunt & perquirere ſcripturas diuinas, ut
cognoſcant eorum uerborum quæ eis per apoſtolos annunciata ſunt ueritatem. Et
hanc eſſe in his differentiam ſciens apoſtolus,id eſt in ſono & uerbis,quodam loco ita
dicit,Et ſermo meus & prędicatio mea non ſunt in ſuaſorijs ſapientiæ uerbis,ſed in o- 1 Cor.2
ſtenſione ſpiritus & uirtutis:ut oſtenderet uerbum quidem eſſe quo per uirtutem ſpi-
ritus ſapientia dei lucidius explanatur:prædicationẽ uerò hanc eſſe, propheta de qua
dicit,quia in omnem terram exijt ſonus eorum:in qua ſcilicet ſimplex annunciatio fi
dei,& ſimplicioribus quibuſq; ſufficiens.Sed & alibi de ſemetipſo dicit,quia ſit prędi
cator, & apoſtolus,& magiſter gentium. In quo apoſtolus quidem generalis indicat
nomen officij,qui non ſolum prædicet,ſed & doceat. Prædicet quidem ſimplicem fi-
dem,ut illis quibus ait, Nihil enim aliud iudicaui me ſcire inter uos niſi Chriſtum le- Ibid.
ſum,& hunc crucifixũ. Doceat uerò eos quibus dicebat,Sapientiam autem loquimur
inter perfectos.In quibus oſtenditur quod illis quidem ſonum prædicationis intulit,
his uerò ſapientiam dei per uerba diſſeruit. Sed dico. Nunquid Iſrael nõ cognouit?
Primus Moyſes dixit.Ego ad æmulationem uos adducam in non gentem,in gentem
inſipientem,in iram uos mittam.] Videtur ea quæ ſuperius dixit, de gentibus prolo-
cutus,nunc uerò ut ſibi moris eſt etiam de Iſrael ſubiungere, & uult quod inexcuſabi
lis ſit Iſrael teſtibus idoneis comprobare.Ipſe(inquit)Moyſes dicit ex perſona dei:E-
go ad æmulationem uos adducam in non gentem: de Chriſtianis ſine dubio dicens, Deut.32
qui à deo ad æmulationem prioris populi increduli & contẽptoris aſſumpti ſunt.Sed
uideatur fortaſſis gentem à deo fidei merito & deuotionis electã, Moyſes iniurioſius
compellaſſe,cum dicit,in non gentem:ita nihili ducere,ut nec gentem eam appellare
dignetur,aut & ſi appellet,inſipientes nominare.Sed nõ eſt iniurioſus Moyſes,utpo-
te amicus dei,erga electos eius:nec cõtumelia uidebit in ſermone, ſi ratio ſermõis ap
pareat. Vnaquæq; gens,uerbi cauſa, Ægyptiorũ,aut Syrorum, aut Moabitarũ pro eo
quod proprijs terminis,& lingua,& habitu,& moribus atq; inſtitutis diſcernit, gens
illa uel illa appellat:& neq; Syri,Ægyptij aliquãdo dicunt:neq; Moabitæ,Idumæi ap
pellant,aut Arabes Scythæ.Chriſtiani uerò nõ eſt una gens, ſed ex omnibus gentibus
unus populus:& ideo Moyſes pro ſummo honore nõ gentẽ eam nominauit,quia nõ
erat una gẽs,ſed ſi ita dici poteſt, omniũ gentiũ gentes. Verum excludi uidebimur in
his quæ ſubſequunt,ubi dicit,In gentẽ inſenſatã, in iram uos inducã:quod & gentem
eam,& inſipientẽ nominauerit. Verũ ne in hoc quidẽ famulus domini Moyſes contu
meliam facit populo dei,ſed præuidebat in ſpiritu,quod ſi quis uult ſapiẽs eſſe, in hoc
mundo inſipiens fieri debet,ut ſit ſapiens apud deũ:& quia non cognouit mũdus per
ſapientiã deum,placuit deo per ſtultitiã prędicationis ſaluos facere credẽtes,quia per
prædicationẽ crucis Chriſti,quæ eſt ſtultitia gentibus,cõgregabit populus qui fiat in
hoc mũdo ſtultus,ut ſit ſapiẽs apud deũ.Iraſcant ergo ludæi quod ipſis excuſantibus
& refutantibus,ad conuiuiũ regis inuitatæ ſunt gentes, nõ aſpicientes ad ea quæ du-

dum de hoc mysterio. Esaias autem audet & dicit: Inuentus sum à non quærentibus Esa.65
me, palàm apparui his qui me non interrogabãt. Ad Israel autem quid dicit? Tota die
expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.] Sicut in su-
perioribus sæpe ostendimus apostolum Paulum nunc de gentibus, nunc de Israel fa-
cere sermonem, nec tamen euidenter & palàm in mutationem declinare personæ: ita
& Esaias in his sermonibus facit, quos ad exemplũ apostolus protulit: & primas qui-
dem partes, id est Inuentus sum à non quærentibus me, palàm apparui inter illos qui
non interrogabant me, sine dubio de gentibus dicit: & ubi ille personam latenter im
mutat, apostolus euidentem distinctionem sermonibus suis dedit in eo quod addidit:
Ad Israel autem quid dicit? Et superiora quidem ad gentes, sequentia uerò exponit
ad Israel esse referenda, in quibus ait. Tota die expandi manus meas ad populum non
credentem & contradicentem. Sed primo omniũ quod ait, Esaias audet & dicit, ui-
deamus. Quid audet? uel quæ hæc prophetæ audacia? Si intẽdamus uerbis beati Ste
phani dicentis, Quem enim prophetarum non persecuti sunt patres uestri, qui annun Act.7
ciabant de aduentu iusti? tunc Esaiæ intelligimus audaciam, qui persecutionibus &
morte proposita ausus est tamen de aduentu iusti prædicare, & pro bono audet etiam
mori. In quo tamen simul & illud ostenditur, quia non ut aliqui putant, prophetæ ne-
sciebant quid dicerent, & quasi alienato sensu suo prophetabant. Quod enim dicit a-
postolus de Esaia, quia audet & dicit, hoc indicat quia mortem contemnens & perse
cutiones quæ inferebantur, quãuis sciret sibi imminere periculum, audet tamẽ & præ
dicat uerbũ dei: sicut & ipse Paulus dicebat, Scio quia uincula & carceres manẽt me Act.20
Hierosolymis, sed ego non facio chariorem animam meã mihi. Si ergo & Esaias scie-
bat quidem secandũ se esse & interficiendũ ab impijs, audet tamẽ, & ex persona Chri
sti dicit, Inuentus sum à non quærentibus me: certum est quod gentes erant quæ Chri
stum nec quærere nouerant, nec de eo interrogare didicerant, inuenerunt tamen quẽ
non quæsierunt, quia ipse eos prior quæsiuit. Pastor est enim bonus, & ouem quæ pe-
rierat, requisiuit: & sapientia est quæ drachmam perditam quæsiuit, & quærens inue-
nit. Iudæi autem usq; adhuc quærunt de Christo, & interrogant scripturas de eo, & nõ
inueniunt, quia crux eius eis est scandalum, & ideo dicit ad eos: Tota die expandi ma
nus meas ad populum non credentem, sed contradicentem. Hoc est, cum penderet in
cruce, illi non solum non inuenerunt eum, sed insuper dixerunt: Si filius dei es descen
de nunc de cruce, & credimus tibi. Sed audi quid in sapientia Salomonis dicatur, quia
non inuenietur ab his qui tentant eum, apparebit uerò his qui non sunt incredduli ad
eum. Sed ne hoc quidem à nobis conuenit ignorari, quod in exemplaribus Hebræo-
rum non habetur, Et contradicentem. Apostolus autẽ secutus est LXX interpretum
ueritatem in suis scriptis: sicut illi interpretati sunt, exponit.

CAPVT XI

D Ico igitur: Nunquid repulit deus plebem suam? Absit.] Quoniam ex his
quæ suprà dicta sunt uideretur forsitan populus Iudæorum repulsus esse à
deo, nec aliquid spei gerere, si quidem in æmulationem induxerit eũ deus
in non gentem, & in iram, & in gentem insensatam, & manifestus sit his qui eum non
quærebant, & inuentus sit ab eo qui de eo non interrogabat: propterea apostolus uo
lens ista curare, & ostendere quantum superfit salutis populo Israel si credant, & non
idcirco repulsi sunt quia gens sit Israel, sed quia incredduli fuerint, ait: Non repulit deus
plebem suam quam præscijt. Et ut hoc præsenti probaret exemplo subiungit. Nam
& ego Israelita sum ex semine Abrahã de tribu Beniamin.] Et tamen fidem Iesu do-
ceo, & annuncio, quia ipse est Christus. Quod si mihi nõ obfuit quod sum Israelita ex
semine Abraham, quo minus Christo crederem, & ex fide eius iustificarer: certum est
quia non repulit deus plebem suam quam præscijt. Quomodo autem illos quos præ-
scijt & uocauit, & quos uocauit illos & iustificauit, iam suprà dictũ est: quod præsci-
re deum non tantũ prænoscere futura, quod nec dubitari potest, sed probare, & scien-
tia sua digna ducere, in scripturis ponatur. Verũ ne parũ uideretur quod exemplo suo
non esse repulsam plebem dei docebat apostolus, ualidiora requirit exempla, & dicit. An

An nescitis in Helia quid dicit scriptura? Quemadmodũ interpellabat deum ad-
uersum Israel? Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderũt, & ego reli- 3 Reg.19
ctus sum solus, & quærunt animã meam. Sed quid dicit diuinum responsum?] In qui
bus docet quod propheta aliquando zelo est repletus dei, cum aliquando apud deũ
querelam populi præuaricatoris exponeret, qui non solum prophetas occidisset, &
altaria subuertisset, uerũ & Heliã qui uidebatur solus superesse ex prophetis domini,
conaretur extinguere. Et hoc Helia apud deum deplorante, audi quid ad eum oracu-
la diuina respondeant, Reliqui mihi septem milia uirorum qui non curuauerũt ge-
nua sua ante Baal.] Baal idoli nomen est, ad cuius cultum populus ille relicta dei le-
ge deciderat. Hæc sunt quæ apostolus ad exemplũ temporis præsentis adducit & ad-
dit. Sic igitur & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ dei saluæ fa
ctæ sunt. Si autem gratia iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia.]
Ostendendum ergo nobis pro uiribus est, quomodo sicut factũ est sub Helia, ubi om
nem populum propheta simul putauerat refutatũ: inueniuntur septem milia uiri, qui
permanserant in testamento dei: sic factum est etiam in aduentu Christi, & his tempo
ribus quibus prædicabat Paulus. Et uide si possumus forte Ioannẽ baptistam, qui sal-
uatoris præcessit aduentum, ponere in loco Heliæ: quando quidem & euangelista ta- Matth.11
lem ei testimonium perhibet, quia in spiritu & uirtute uenerit Heliæ, & ipse dominus di
xerit de eo: Et si uultis scire ipse est Helias. Qui habet aures audiendi audiat. Hic ergo
quia in spiritu & uirtute uenerat Heliæ, intantum desperauerat de populo illo, ut non
eos diceret filios Abrahæ, sed generationem uiperarum, & his adderet. Nolite dicere Matth.3
quia patrem habemus Abraham. Dico enim uobis quia potens est deus de lapidibus
suscitare filios Abraham. Huic ergo ista de populo conquerenti respondeatur à do-
mino saluatore nostro. Ego scio quos elegerim. & iterum, Oues meæ uocem meã au Ioan.10
diunt, & ego præcedo eas, & sequuntur me meæ. & iterum, Habeo alias oues quæ nõ
sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere. Quid autem & ipse numerus septẽ mi
lia uirorũ indicet uideamus. Septimus numerus ad requiem pertinet: Septima enim Gen.2
die requieuit deus. Audi ergo & Christus credentes sibi quomodo ad requiem inui- Matth.11
tat, & dicit. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & inuenietis requiem
animabus uestris. Ad istum ergo septenarium numerum pertinet omnis, qui ueniens
ad Christum deposuit onera peccati, & requiem salutis inuenit. Recte ergo apostolus
dicit, quia & sic in hoc tempore reliquiæ secundũ electionem gratiæ saluæ factæ sunt:
reliquias dicens eos qui ex circumcisione crediderunt, tam apostolos cum quibus se
quoq; annumerat, quàm cæteros qui cum ipsis secuti sunt fidẽ Iesu Christi. Sed quod
dicit secundum electionem gratiæ factas esse reliquias, hæc mihi uidetur superflua es-
se electionis adiectio: potuit enim dicere, reliquiæ per gratiã saluæ factæ sunt. Sed o-
stendit per hæc esse gratiam & sine electione, & cum electione. Nam omnes quidem
qui per fidem saluantur, sine dubio per gratiam saluantur: qui autem per electionem
gratiæ saluantur, perfectiores animæ mihi uidentur ostendi. Sicut & Israel dicitur om
nis qui descendit de genere Israel: ille autem uerus Israel est, qui mente pura, corde syn
cero uidet deum. Ex hoc accipere possumus, quod omnes quidem qui ad fidem ueni
unt Christi, per gratiam ueniunt: qui uerò donum gratiæ operibus uirtutis & puritate
cordis exornant, isti non solum per gratiam, sed per electionem gratiæ saluari dicun-
tur à Christo. Denicp & ipse apostolus Paulus si quis eum in uerbis suis diligenter obser-
uet, uidet quomodo huiusmodi distinctionibus utitur: alibi secundũ carnẽ nominans
Israel, alibi super eo carnis omnino nõ faciens mentionẽ, sicut in præsenti loco: ubi cũ
diceret, quia non repulit deus plebem suã, & nobilitatẽ Israeliticæ animæ uellet expo
nere, ait: Nam & ego Israelita sum. In secũda uerò ad Corinthios ubi quibusdã de Israe
litico genere secundũ carnẽ gloriantibus cogit respondere, uide quid præmisit. Quæ
loquor (inquit) non secundum deum loquor, sed quasi in insipientia in hac substantia
gloriandi, quoniã quidem multi gloriantur secũdum carnẽ, & ego gloriabor. Et post
aliquanta dicit. Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt, & ego: semen Abrahæ sunt, & ego. 2 Cor.11
Sic ergo ubi de Israel loquebatur, illo interiore homine (talis est enim plebs illa quam
præscijt deus, & non repulit) non dicit secundum carnẽ Israel. Ad eos uerò qui carnis
genere

genere gloriabantur præmiſit, quod de huiuſmodi gloriatione neq; ſecundum deum loqueretur, neq; in ſapientia, ſed ut ipſe dicit in inſipientia. Tales ergo ſunt reliquiæ quæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. & addidit: Si autem gratia, iam nō ex operibus. Sciendum eſt quia opera quæ Paulus repudiat, & frequenter uituperat, non ſunt iuſtitiæ quæ mandantur in lege, ſed ea in quibus hi qui ſecundum carnem legem cuſtodiunt, gloriantur, id eſt uel circumciſio carnis, uel ſacrificiorū ritus, uel obſeruatio ſabbatorum & neomeniarum. Hæc & huiuſmodi ſunt opera ex quibus dicit neminem potuiſſe ſaluari, & de quibus in ipſo loco dicit, quia non ex operibus. Alioquin gratia, iam non eſt gratia. Si enim per hæc quis iuſtificatur, non gratis iuſtificat. Qui autem per gratiam iuſtificatur, iſta quidem opera ab eo minime quæruntur, ſed
1 Cor. 15 obſeruare debet ne accepta gratia inanis fiat in eo: ſicut & Paulus dicit, Quia gratia eius in me uacua non fuit, ſed amplius quàm omnes illi laboraui. Et iterū addidit tanquam memor gratiæ: Non ego (inquit) ſed gratia dei mecum. Non facit ergo inanem gratiam ille qui digna ei opera ſubiungit, & gratiæ dei non exiſtit ingratus. Qui enim poſt conſecutam gratiam peccat, ingratus fit ei qui præſtitit gratiam. Si autē non inanem feceris gratiam, multiplicabitur tibi gratia, & tanquam mercedē boni operis gra
1 Pet. 1 tiarum multitudinem conſequeris, ſicut & ipſe ſcribit, & Petrus in epiſtola ſua dicit:
1 Pet. 4 Gratia uobis & pax multiplicabitur in recognitione dei. & iterum alibi. Vt boni diſpenſatores multiplicis gratiæ dei. Quid ergo? quod quærebat Iſrael hoc nō eſt conſecutus, electio autem conſecuta eſt, cæteri uerò excæcati ſunt ſicut ſcriptum eſt. [In his apoſtolus Iſrael in duas diuidit partes: quarū unam electionem uocat, quæ conſecuta ſit quod quærebat: aliam cęteros appellat, qui non ſolū conſecuti non ſunt quod
Eſa. 6 quærebant, ſed excæcati ſunt ſpiritu compunctionis. Quibus etiam deum dediſſe dicit oculos ut non uideant, & aures ut non audiant, uſq; in hodiernū diem, hoc eſt uſq; ad conſummationem ſeculi. Sed quæſtio nobis mouetur, quomodo de bono deo dictum uideaē, quod ipſe dederit oculos reſiduo Iſrael quibus non uideant, & aures quibus non audiant. Et uide ne forte hæc magis retributio ſit & merces incredulitatis, ſecundum ea quæ in ſuperioribus expoſuimus: ubi quia non reprobauerunt deum habere in notitiam, tradidit eos deus in reprobum ſenſum: & hic enim oculos & aures corpoꝛis non corporis dicit, quia excæcati ſunt & non audiunt: hi utiq; qui Chriſtum uidēdis non corporis dicit, quia excæcati ſunt & non audiunt: hi utiq; qui Chriſtum uidēbāt, neq; uertes in corpore, & audientes doctrinam, neq; credere operibus quæ uidebāt, neq; uerbo quod audiebant obedire uoluerunt. Verum de hac quæſtione ſufficienter nobis in primis huius epiſtolæ partibus dictum eſt. Vbi uerò ſcriptū ſit hoc ipſum quod dicit apoſtolus, Sicut ſcriptum eſt, Dedit illis deus ſpiritum compunctionis, oculos ut non uideant, aures ut non audiant uſq; in hodiernum diem.] Ego hactenus inueni re non potui. Si quis uerò diligentius quàm nos intendit in ſcripturis diuinis, ſi inuenerit manifeſtet. Puto tamē hoc modo dixiſſe apoſtolum, Cæteri uerò excæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt de eis, dedit illis deus ſpiritum compunctionis: ut ſuis uerbis dicere uideatur dediſſe eis ſpiritum compunctionis, ſecundum ea quæ de cæcitate oculorū, & auditu auriū per Eſaiam dicta ſunt. Eſaias enim ita dicit. Vade, & dic populo huic: Auditu audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Incraſſatū eſt enim cor populi huius, & auribus ſuis grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerūt, ne forte uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos. Hunc ergo ſenſum Eſaiæ uidetur apoſtolus ſuis quidem ſermonibus protuliſſe, ſed quod prophetæ ſenſum dicebat, addidiſſe, Sicut ſcriptum eſt. Similiter autem
Pſal. 69 & de his facit quæ per Dauid dicta eſſe pronunciat. Et Dauid dicit. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in captionem, & in ſcandalum, & in retributionem illis. Obſcurentur oculi eorum ne uideant, & dorſum eorum ſemper incurua.] Quod enim dicit, Fiat menſa eorum in laqueum, & in captionem, & in ſcandalū: In captionem in pſalmo non habetur ſcriptum, neq; in noſtris LXX interpretum exemplaribus, neq; in Hebręorum. Et rurſum in pſalmo habetur, Fiat menſa eorum corā ipſis in laqueum: Apoſtolus autem non poſuit coram ipſis. Hæc de ſermonū ordine & aſſumptorum teſtimoniorum qualitate memorauimus, ut oſtēdamus per ſingula, quod auctoritas apoſtoli nequaquā Hebræorū exemplaribus fidē facit, nec uerbis ſemper interpretatum

terpretatum ſeruat, ſed ſcripturarum ſenſum uerbis quibus cōpetit explicat. Nunc ergo uideamus quomodo propoſiti capituli ſenſus debeat explicari. Cæcitatem cordis, quia reliquus Iſrael, hoc eſt qui non credit, excæcatus eſt, duobus prophetičis teſtimonijs probat, uel quod de Eſaia uel quod ex Dauid uidetur aſſumptū, & in utroque quodammodo idem ſenſus exponitur. Nam & hic oculi eis dantur quibus non uideant, & aures quibus non audiant: & illic optatur ut coram ipſis menſa eorum fiat in laqueum, & in captionem, & in retributionem, & in ſcandalum, & ut obſcurentur oculi eorum ne uideant: & quomodo hæc digne credantur dici, & maxime ex perſona Chriſti in pſalmo, non otioſum uidetur oſtendere. Vide ergo ſi hoc modo poſſumus explicare quod quæritur. Sicut oculis corporis utitur unuiquiſq; ad uidendum ſiue bona, ſiue mala, & in poteſtate habet uel eleuare oculos ad cœlum, & per id quod uidet conditorem eius agnoſcere, & collaudare creatorem, uel conferre ad ſpectacula circi, uel theatri, uel quarumlibet ſordidarum oblectamenta uiſionum, quibus aut libidinem, aut rapacitatem, uel alia quæq; uitia amans inflammetur: ita mihi intelligo animæ etiam oculos, quibus alij utuntur quidem ut uerbum dei & doctrinam ueritatis agnoſcant, ac ſapientiæ eius quotidie capiant profectum: alij uerò utuntur his oculis in contrarium exercentes ſcilicet ſemetipſos, quotidie inquirentes quomodo dogmata ueritatis infringant, & fidem Chriſti quantum ipſis uidetur impugnent. Ponamus ergo aliquem orare pro his qui perſpicaces & argumentoſi ſunt in falſa ſcientia, & dicere: Det illis deus oculos ut non uideant peruerſi ſenſus acumina: & aures ut nō audiant mendacij ſcilicet magiſtros, & obſcurentur oculi eorum ne uideant: non tibi uidetur amplectendus is qui hæc optat eis per quæ eorum peccata minuantur? Multo enim melius eſt non ſapere, quàm male ſapere. Non inquā tibi uidetur, quod Marcion qui aduerſum creatorem deum blaſphema ſcripta compoſuit, uel Baſilides, uel Valentinus, uel cæteri doctores prauorum dogmatum beati fuiſſent, ſi nullos quibus male ſapientes erāt cordis oculos habuiſſent? De his & Eſaias dicit. Væ ſcribentibus. Eſa. 10
Scribentes enim nequitiam ſcribunt. Similiter autem & pro his qui male docent, & mala loquuntur, orat Dauid in pſalmis, & dicit: Muta efficiantur labia iniqua, quæ loquuntur aduerſus iuſtum ſcelus in ſuperbia & contemptu. Ergo & de his Iſrael dicitur: Obſcurentur oculi eorum ne uideant, & det illis deus oculos, ut nō uideant. Hæc quantum ad oculorum cæcitatem pertinent, quæ male uiuenti incredulo Iſrael tanquam pro remedio quodam dari à deo uidentur, dicta ſint. Nunc etiam de menſa quę in laqueum & in captionem, & in ſcandalum, & in retributionem eis fieri dicitur, uideamus. Sed primo ad eos pauca dicenda ſunt qui allegorias in ſcripturis diuinis requirunt, & irridere ſolent eos qui non in omnibus ſequuntur hiſtoricum ſenſum. Dicant ergo nobis ſi menſam hic ludæorum illam dicit propheta in qua prandere uel cœnare ſolent, ut ipſa eis fiat in laqueum, ut capiat eos: uel ſi ipſa menſa efficiatur eis in retributionem, ut ab ipſa pro his quæ deliquerunt recipiant ultionem, uel quomodo eis in ſcandalum ſit, exponant. Quod ſi de his ſingulis explicare non ualeant, & riſum ſuum in confuſionem uiderint uerſum, tunc nobiſcum pariter ueniant, & requirant de ſcripturis diuinis qualiter menſa hæc Iſrael poſſit intelligi. Nobis igitur pro captu ſenſus noſtri ita uidetur, quod omnes ſcripturæ quæ ante aduentum domini erant apud Iſrael (primis enim illis credita ſunt eloquia domini) & omne quod appellatur uetus teſtamentum, menſa eſt Iſrael: in qua menſa ſi quis uolebat edere uerbum dei, appoſitis ſibi legis & prophetarum ſermonibus paſcebatur, & hanc puto eſſe menſam de qua dicit Salomon: Si ſederis cœnare ad menſam potentis, diligenter Prouerb. 23
intellige quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam ſciens quia talia te parare oportet. Sed & ſaluator ubi dicit: Cum manducaueritis & biberitis ad menſam meā: quid Luc. 22
aliud menſam eius intelligimus niſi dignos, & eos qui capere poſſunt uerbum ſapientiæ, & rerum ſcientiam docere? Hoc & in Prouerbijs Salomon de ſapientia proteſtatur dicens: Sapientia ædificauit ſibi domum, & ſuppoſuit ſeptem columnas, immo- Prouerb. 9
lauit uictimas ſuas, miſcuit in cratera uinum ſuum, & parauit menſam ſuam. Omnis ergo ſcriptura menſa eſt ſapientiæ. Sed uideamus quomodo hanc menſam orat Dauid fieri Iſraeliticis incredulis in conſpectu eorum in laqueum, & in ſcandalum, & in captionem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

captionem, & in retributionem. Fit eis in laqueũ scriptura diuina, cum legunt ea quæ de Christo prophetata sunt, Hic ędificabit ciuitatem meam, & captiuitatẽ populi mei conuertet: & dicunt non esse hæc sub Iesu completa. Neq; enim ędificauit (ut aiunt) ei uitatem dei, neq; captiuitatẽ populi reuocauit. Sed hæc dicunt, quia sedentes ad mensam potentis non faciũt illud quod ammonuit Salomon, quod intelligibiliter intelligant quæ apposita sunt eis. Non enim uisibiliter hæc, sed intelligibiliter hoc est spiritaliter, facturus est Christus, & prophetatus est Christus. Nam ædificauit uere ciuitatem dei, sed ex lapidibus uiuis, in quibus suscitauit filios Abrahæ, ex ipsis ædificauit ecclesiam dei, ut conuertat captiuitatẽ populi, eorũ quos in peccatis captos diabolus detinebat. Illis ergo non ita intelligentibus, mẽsa hæc scripturę diuinæ facta est in laqueũ, & in captionem. Potest autẽ & illa captio mensæ huius uideri, qua dominus eos cepit cũ dixit ad eos: Quid uobis uidẽ de Christo, cuius filius est? At illi responderunt, Da
Psal.109 uid. Et dominus: Quomodo, inquit, Dauid uocat eum dominũ dicẽs, Dixit dominus domino meo? & non potuerunt ei respondere uerbum. Fit autẽ & in retributionẽ eis
Ioan.5 hæc mensa, ut breuiter dicã, secũdum uerbum domini quo ait: Putatis quod ego accusem uos apud patrẽ? Est qui accuset uos Moyses: & secũdum illud quod apostolus dicit, Quicunq; per legem peccauerunt, per legem iudicabãtur. Fit autem & in scandalum mensa hæc hoc modo. Ex scripturis didicerant ludæi, quia Christus manet in æternum: Iesum uerò uidentes in carne, & non solum in carne, sed etiam in morte, & morte crucis, scandalizabantur in eum nescientes quia passus est ex infirmitate carnis, sed uiuit ex uirtute dei. Hæc ergo singula quia non intelligibiliter acceperũt quæ apposita sunt eis ad mensam potentis, scandalizati sunt, & ipsa mensa scripturarum diuinarũ facta est in scandalum eis, & obscurati sunt oculi eorum secundum ea quæ suprà diximus, & dorsum eorum curuatum est semper. Neq; enim deberent ultra cœlum aspicere, qui in creatorẽ cœli peccauerũt, & in dominum maiestatis. Sed & unicuiq; nostrũ uerendum est, ne forte hæc diuinorum mensa uerborũ, ad quam uidemur consedisse ut cibum uerbi dei pro possibilitate sumamus, fiat in laqueũ, uel in retributionem, uel in scandalum, si non intelligibiliter, & ut dignum est, mundos ex ea, & puros, ac spiritales cibos sapientiæ capiamus, etiam illud pariter obseruantes ne immundis & sordidis uestimentis, id est corpore ac corde polluto ad mensam sapientiæ consideamus, et speciem futuri in cœlis conuiuij iam nũc meditantes, per conuersionẽ & pœnitentiã indumenta quotidie mundiora & nuptialia præparemus, quibus utentes aulam sapiẽtiæ thalamos filij regis intrare mereamur. Dico ergo, nunquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Sed illorum delicto salus est gẽtibus, ut illos æmulentur. Quod si delictũ illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorũ diuitię gentium, quanto magis plenitudo eorum?] Cum exposuisset apostolus ea in quibus repudiatus est Israel, & introducta sunt gentes, & enumerasset etiã prophetas, qui de cæcitate ipsorum, & laqueo, & retributione scandali prædixerãt: ne rursum gẽtibus insultandi causas & elationis materiam præberet, ipsum Israelis lapsum dicit talem fuisse, non ut illi caderent, sed ut delicto suo salutẽ gentibus darent: & ait, Dico ergo: Nunquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Sed illorum delicto, salus gentibus. Et quomodo ex illorum delicto salus gentibus detur, ostendit: hoc est ut conuersionem gentiũ uidentes, & testamentũ dei, quod ipsi prius acceperant, illis traditum: & legem ac prophetas apud eos maiore & digniore haberi obseruantia, zelum capiant etiã ipsi in nouissimis saltem tẽporibus: & sicut nunc illorum lapsus salutem gentibus dedit, ita gentium fides & conuersatio Israeli æmulationẽ conuersionis conferat & salutis. Obseruandum tamen est, quod aliud ponit offendere ac delinquere, & aliud cadere. & offensioni quidẽ uel delicto remedium ponit: cecidisse autẽ eos quasi desperatio in hoc sit aliqua, non recipit. Dicit enim. Nunquid sic offenderũt, ut caderẽt? Absit. Sed illorum delicto salus gentibus. Et est mirũ quomodo in tot & talibus quæ de eis omnis epistolæ textus exponit, cecidisse tamen eos neget apostolus. Sed uidetur mihi quod Paulus cadẽdi differẽtias be
Prouerb.24 ne nouerit, & aliud sciat esse cadere, secundum illud quod scriptũ est, Septies cadit iu-
Mich.7 stus, & resurgit. & iterũ, Noli mihi insultare inimica mea quia cecidi, & resurgã. & se-
Hier.8 cundum quod Hieremias dicit. Nũquid qui cadit nõ adijciet ut resurgat? aut qui auersus est

sus est non reuerteretur? Sed & Iob de semetipso dicit: Tempore constituto paratus est
ei cadere sub alijs, & donum eius diripi ab alienis. & in quarto Regnorum libro scri- 4.Reg.20
ptum est: Cecidit Ezechias ab elatione cordis sui. Et omẽs hi casus de quibus in supra dictis sermonibus scripturam pronunciasse memorauimus, habent utiq; resurrectionem, & auersio eorum habet conuersionem. In præsenti uerò capitulo, quasi sciens apostolus quia si cecidissent resurgere omnino non possent, ita negat eos cecidisse, & ualde excusat in eo quod dicit: Nunquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Ne forte ergo ad alium casum respiciens apostolus Israel excuset, & abneget cecidisse illum: de quo dicebat dominus & saluator noster: quia uidebam satanam sicut fulgur cecidisse
Esa.14 de cœlo. Sed & illum de quo Esaias dicit: Quomodo cecidit de cœlo Lucifer, qui mane oriebatur? Hunc ergo talem casum negat cecidisse Israel. Illorum enim uel in fine seculi conuersio erit tũc cum plenitudo gentium subintrauerit, & omnis Israel saluus fiet: istius autem qui de cœlo cecidisse dicitur nec in fine seculi erit ulla cõuersio. Hũc ergo casum quem superius diximus, id est in quo qui cadit non adijciet ut resurgat, similem esse huic quam in ipso loco offensionem nominat apostolus aduertamus, & quod delictum appellat: quod mihi tale uidetur esse. Siquãdo iustus in uno aliquo uictus, uerbi causa, uel in fragilitate carnis, uel alio quolibet delicto ceciderit, non tamẽ ideo ab omni legis obseruantia ceciderit: sed iustitiam teneat, misericordiam colat, fidem, pietatem, mansuetudinem seruet, & legẽ dei non negligat meditari: de hoc possumus dicere, quia nunquid sic offendit ut caderet? Absit. Quia Israelitæ quãuis redẽptorem suum negauerunt, & eos qui ab ipso missi sunt lapidauerũt, & persecuti sunt: tamen habent adhuc aliquid residui. Est apud illos meditatio legis, licet non credentes, nec intelligant. Est apud illos & æmulatio dei, licet non secundum scientiam. Et propterea dicit apostolus, quia non sic offenderunt ut caderent: hoc est ut ab omni legis dei obseruantia, uel meditatione declinarent. Et huiusmodi casum delictũ nominauit. Illorum, inquit, delicto salus gentibus. Propterea ergo Dauid sciens huiusmodi esse delicta, in quibus qui cecidit non resurget, nec in consummatione seculi, dicebat: Delicta siue lapsus quis intelligit? Sequitur post hæc. Quod si delictum illorũ diuitiæ mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo eorum? Considera in his dei sapientiam, quomodo apud eum nec ipsa quidem delicta & lapsus inutilitati cedunt. Sed cũ unusquisq; ex propositi sui libertate delinquat, dispensatio diuinæ sapiẽtiæ hoc ipso in quo illi damno suæ negligentię pauperes fiunt, alios diuites facit. etenim cum diuideret deus gentes, & dispergeret filios Adam, statuit terminos gentium, & reliqua usq; Hæreditas eius Israel. Illis autem angelis quibus pars gentium distributa, seducentibus quodammodo singulos quosq; de parte domini ac deprauantibus, fecerunt eos offendere, ita ut diceret dominus per prophetam: Facta est mihi portio mea desiderabilis in execratione. Necessariũ fuit ut illa repudiata, esset alia pars domini super terram: quæ gloriam, & testamentũ, & legislationem, & obseruantia cultus dei (quæ omnia diuitię erãt partis domini) susciperet, & pars domini pro illa parte quæ offenderat uocaretur. Idcirco delictum illorũ fiunt diuitiæ mundi. Nũc enim iam non una Hebræorum gens, sed totus mundus pars domini effecta est. Sic e-
Ioan.12 nim ipse saluator dicit: Quia ego ueni non ut iudicem mũdum, sed ut saluetur mũdus per me. Et ne ambiguũ uideretur mundi nomen, quoniã quidem sæpe ad cœlũ & terram, sæpe ad solam terrã, interdum uerò ad omnes homines mũdi appellatio refertur: idcirco repetit apostolus, & manifestius in quo dixerit mundũ designat. Ait emm: Hæc diminutio eorum, diuitiæ gentiũ. Quod enim illis qui offenderũt diminutũ est & ablatum, ad diuitias gentiũ collatum est, quę per fidem pars domini effecta sunt hereditas eius. Bene autem ad diminutionem reddidit plenitudinem, & nõ sine profundo quodam sensu populum Israel Paulus plenitudinẽ uocat: in quo ego pro uiribus meis tale aliquid intelligo. Nunc quidem donec omnes gentes ueniunt ad salutẽ, congregãtur diuitiæ dei ex credentiũ multitudine: sed donec Israel in incredulitate persistit, nondũ plenitudo portionis domini dicitur esse cõpleta. Deest emm ad integrũ populus Israel. Cum uerò plenitudo gentiũ subintrauerit, & Israel in nouissimo tẽpore per fidem uenerit ad salutẽ, ipse erit populus qui prior quidem fuerat, sed nouissimus ueniẽs ipsam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quodammodo hæreditatis & portionis domini plenitudinem compleat. Et ideo plenitudo appellatur, quia quod deerat in portione dei, in nouissimis ipse complebit: & ita omnipotentis & boni dei dispensatio delicta aliorum fructuosa alijs efficit, sicut in præsenti delicta Israel diuitias mundi facit, & imminutionem eorum diuitias gentiũ. Iam sane fiet ex gentium delictis quæ necessario delinquũt, tale aliquid: omniũ enim dispensator, & aliquibus ex eis diuitias confert: ne hoc quasi spiritale solius Israel fuisse uideatur, sed æquitas apud iustum & bonũ deum super omnibus habeatur: etiam tu qui legis apud temetipsum ista require. Vobis enim dico gentibus. Quamdiu quidem ego sum gentium apostolus, ministeriũ meum honorificabo: si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciã aliquos ex illis. Si enim amissio eorũ reconciliatio est mundi, quæ est assumptio nisi uita ex mortuis?] Sicut sæpe obseruauimus in hac epistola Pauli, aliquando pro ludæis, aliquando pro Gentibus, interdum uerò ad alterũ horum, uel ad utrunq; facere sermonem, sicut cum dicebat: Si
Rom.2 autem tu Iudæus cognominaris, quasi ad Iudæum loquens. & iterũ, Iudæo primũ &
Rom.1 Græco, quasi ad utrunq;: nũc uerò aperte ad Gentes, hoc est ad eos maxime qui in urbe Roma ex gentibus crediderũt dicit, Vobis enim dico gentibus. Quid ergo dicat gentibus uideamus. Quamdiu quidem ego sum, inquit, gentiũ apostolus ministeriũ meum illustrabo, si quo modo in æmulationem immittam carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Dicet aliquis: Quod ait, quamdiu sum gentiũ apostolus, hoc uidetur ostendere, quod nõ semper erit gentiũ apostolus, sed completo ministerio aliorum quorumlibet apostolus sit futurus. Sed quantum & ex ipsius sermonibus, & ex rerum gestarum ratione colligitur, quamdiu in hoc mundo fuit permansisse in fide & ueritate gentium apostolus comprobatur. Quid ergo dicemus? Nunquid nam tanq; seruus bonus & fidelis, qui in pauca fuerit fidelis, sciebat se super multa constituendũ, & apostolum futurum etiam post exitum suum, non solum gentium, sed & Israelitarũ, & aliorum fortassis inuisibilium ibi ubi benedicunt spiritus & animæ iustorum dominum, hymnum dicunt, & superexaltãt eum in secula? An potius simpliciter debemus accipere, Quamdiu ego sum gentium apostolus: sicut & dominus ad apostolos dicit,
Matth.28 Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi: non quod dicat se post consummationẽ seculi non futurum cum eis, sed ut ostenderet se nunquã ab eis discessurum usq; ad consummationem seculi: dicatur ita & apostolus, Quãdiu ego sum apostolus, dixisse pro semper, & sine fine. Quæ autẽ ex utraq; recipi debeat expositio, relinquimus legentis arbitrio. Igitur quamdiu est gentium apostolus Paulus, ministeriũ suum illustrare se dicit: & quid tam dignum q̃ ut unusquisq; ministeriũ, quod per dei prouidentiam suscepit, exornet? Exornat autem & illustrat ministeriũ, qui bene ministrat: sicut ecõtrario dehonestat ministeriũ suũ, & notabile facit, qui negligẽter & indigne ministrauerit. Verbi causa, in ministerio ecclesię diaconus, inquit,
1Tim.3 qui bene ministrauerit, bonũ gradum sibi acquirit, & multã fiduciã in fide Iesu Christi. Si autem non bene ministrauerit: hoc est si non talem se exhibuerit qualem describit apostolus, grauem, non bilinguẽ, non multo uino deditum, non turpis lucri appetitorem, sed habentem mysteriũ fidei in cõscientia pura: non iam bonum gradum, sed malam sibi pœnam conquirit, tanquam qui contumeliã fecerit diuino ministerio. Similiter autem & qui presbyterij gradum suscepit in ecclesia, satagat illustrare ministeriũ presbyterij. Ad ipsum enim pertinẽt & illa quæ de presbyteris ad Titũ scribit apostolus: & ea quæ Esaias scribit, cũ dicit: Ipse dominus in iudicio ueniet cũ presbyteris po
Esa.3 puli, & cum principibus eius iudicabit. & addit: Vos aũt ut quid succẽditis uineã meã, & direptio pauperũ in domibus uestris est? Vt quid iniuriã facitis populo meo, & personas pauperũ confunditis? Secundum hæc autem & episcopus illustrat ministerium suum in episcopatu, si sit secundũ quod describit apostolus irreprehensibilis, uigilans, prudens, ornatus, hospitalis, doctor, non uinolẽtus, nõ percussor, sed modestus, nõ litigiosus, nõ auarus, domum suã bene regens, filios habens in obsequio cum omni gra
uitate, nõ elatus superbia, ne in iudicium incidat diaboli. Qui talis est, illustrat ministe
Matth.25 rium episcopatus sui: ut ipse audiat, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã. Similiter aũt & uidua si permaneat in orationibus die ac nocte

ac nocte, & obsecrationibus, illustrat ministeriũ uiduitatis suę. Si uerò sit talis qualem apostolus notat, otiosa, uerbosa, & nõ solum uerbosa, sed & curiosa, loquens quæ nõ oportet, sed in delicijs degens, uiuens mortua, hæc dehonorauit, & non illustrauit ministerium uiduitatis suæ. Eodem modo etiam uirgo consecrata deo non illustrat ministerium uirginitatis suæ, nec illustrat lampadẽ suam, sed econtrario lumen eius extinguitur, & efficitur una de insipientibus uirginibus. Hæc eadem in ecclesia unusquisq; positus apud semetipsum reputet, ut in quocunq; loco stat siue in clero, siue in plebe, illustret ministerium suum fidei, & tales faciat actus suos, ut uidentes homines opera eius bona magnificent patrem qui in cœlis est. Hoc enim faciebat Paulus docendo gentes, quorum erat apostolus: & instruẽdo infirmos alere, paruulos lacte alendo, robustis fortiorem uerbi cibum præbendo, errantes, & in fide titubantes, ac uelut in abortum quendam redactos, materno affectu rursum parturiendo, donec Christus formetur in eis. Et per hæc omnia illustrando ministerium apostolatus sui, in æmulationẽ fidei & zelum bonæ cõuersationis adducebat carnem, id est secundum carnẽ cognatos: ut si non omnes, aliquos tamen saluos faceret ex illis. Sic ergo dum peruigilem curam, & iugem solicitudinẽ erga doctrinam gentium gerit, & conuersationem eorum ac uitam ualde probabilem facit, uidentes hæc Israelitas qui erant cognati eius secundum carnẽ, ad imitandos eos qui proficiunt in fide dei inuitat, & prouocat: & est gloria ministerij eius cum ex eruditione etiam illis profectus accesserit. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ est assumptio nisi uita ex mortuis? Hoc mihi ostendere in his sermonibus uidetur apostolus, quod abiecto Israel & ad gentes necessario prædicatione translata mundus reconciliatus est deo: secundũ quod scriptũ est, Quia 2 Cor.5
deus erat in Christo mundũ reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum. & itẽ rum sicut Paulus dicit, Qui posuit in nobis uerbum reconciliationis: per quod uerbũ dicebat: Rogamus pro Christo, reconciliamini deo. Sic ergo inquit, Israeliticæ gentis huius abiectio reconciliationẽ præstitit mundo. Et si tanta fuit erga gentes ista gratia, quæ sublata ab eo uniuersum mundũ deo reconciliare sufficeret, quantum putas tunc merebitur mundus, cum etiam gens ista reconciliari merebitur deo? Et quid illud sit quod ex reconciliatione Israel mundus acquirat, breuiter ostendit dicens, Vita ex mortuis. Tunc enim erit assumptio Israel, quando iam mortui uitã recipient, & mũdus ex corruptibili incorruptibilis fiet, & mortales immortalitate donabũtur. Absurdum nanq; uideretur si ut offensio ipsorum reconciliationẽ mundo donauerit, assumptio ipsorum non maius aliquid mundo & præstantius largiretur. Quod si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami. Quod si ex ramis aliqui fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo, fracti sunt rami, ego inserar. Bene, propter incredulitatẽ fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatẽ dei, in eos quidem qui ceciderunt seueritatẽ, in te autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris. Sed & illi si nõ permãserint in incredulitate, inserent. Potens est enim deus iterũ inserere illos. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & cõtra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi secundum naturam inserentur suæ oliuæ?] Nescio quomodo qui de schola Valentini & Basilidis ueniũt, hæc ita à Paulo dicta non audientes, putent esse naturam animarum quæ semper salua sit, & nũquam pereat, & aliam quæ semper pereat, & nũquam saluetur: cum Paulus aperte dicat fractos esse ramos bonæ oliuæ propter incredulitatẽ suã, & ibi seueritatis indiguisse uindicta: & rursus oleastri ramos, quę apud illos natura perdita ponitur, insertos esse radici pinguis oliuæ. Sed illis per hæc facilis responsio. Nihilominus aũt etiã nobis qui unam esse naturam omniũ rationabilium dicimus, & ad salutem æqualiter habilem, & ad perditionẽ si negligat, occurri potest & dici. Quomodo ergo Paulus oliuã bonam & oleastrum ponit? cum utiq; sciret esse naturam unam omniũ, diuersi generis arborum non introduxisset exemplũ. Dicendum ergo ad hæc. Sicut omnis materia corporalis cum sine dubio unius naturę sit, per accidẽtes sibi qualitates diuersas species pro

fert,uel corporum,uel arborum,uel herbarum:ita & cum omnium rationabilium una natura sit, arbitrij æqualiter libertate donata, uniuscuiusq; proprij motus ex arbitrij potestate prolati,uel ad uirtutem, uel ad libidinem subiectam sibi animam perducentes,uel in bonæ eam,uel in malæ arboris formant speciem: ut aut bona dicatur arbor, si per arbitrij potestatem delegerit bona,aut mala dicatur si elegerit mala:& sic unusquisq; secundum proposita sui motus aut bona oliua,si iter uirtutis incedat, aut si contraria sectet,oleaster nominabitur. Inde deniq; & dominus in euangelio dicebat: Aut
Matth.12 facite arborem malam,& fructum eius malum,aut facite arborem bonam,& fructum eius bonum. Vt ostenderet arborem bonam uel malam non nasci, sed fieri. Iam uerò si accidit aliquid ad arbitrij libertatẽ,quod extrinsecus uel ad mala prouocet,uel hortetur ad bona,per ineffabiles quasdã diuinæ prouidentiæ dispensationes in nullo consequentiam propositæ absolutionis offendit. Habet enim in semetipso natura rationabilis uigentem(& hæc arbitrij)libertatem,quæ uel obedire si uelit,prouocanti,uel si nolit spernere possit hortantem. Quod autem diximus, quod materiæ corporali accidentes extrinsecus qualitates reddunt species diuersas, aliquas quidem ad multum tempus permanentes,aliquas ad breue, nonnullas uerò non solum annis exiguis,sed interdum etiam mensibus aut diebus paucis uix durantes, ita intelligitur. Verbi causa,Species cœli & solis,ac lunæ,uel astrorum talibus quibusdam formatę sunt qualitatibus quæ usq; ad seculi finem perdurare sufficiant, & usquequo liberentur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Alię uerò sunt terrenorum corporũ qualitates, & in ipsis multa differentia. Nonnullorum enim animalium corpora, uel arborũ,uel auium multis admodũ possunt durare temporibus: aliorũ uerò paucis aut ualde exiguis. Quod si hæc bene intellexisti, transeamus nunc ab exemplis corporeę qualitatis ad naturæ rationabilis qualitatem:& uide quomodo aliæ quidem in qualitatibus beatitudinis secula multa perdurant:& aliæ qualitates perfidiæ uel malitię nihilominus secula multa consumunt,aliæ ex ipsis paruo tempore, uel in uirtutibus,uel in malitijs manent,aliæ perexiguo,alię admodũ breui. Quorum per singula notitiam nos quidẽ homines,utpote corruptibiles,corporis pondere prægrauati,perexiguam aut etiã nullam capere possumus. Qui uerò scrutatur omnia etiã alta dei, spiritus sanctus uniuersa nouit,& nota facit cui ipse uoluerit reuelare. In his etenim præcipue, id est in dispẽsatione rationabilis naturæ apostolicũ illud dicendũ est:O altitudo diuitiarũ sapientiæ,& scięti æ dei,q; incõprehensibilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles uiæ eius. Sic ergo unusquisq; ex arbitrij potestate,aut bona oliua,aut oleaster efficitur,aut Israelitici generis,aut alterius culpabilis gẽtis:ut dicat de eo,Quia alienati sunt peccatores à uulua,errauerũt ab utero,locuti sunt falsa:ita ut sint peregrini testamentorũ,&
Psal.22 hospites promissionũ dei. Et alij in deum iactãtur ex utero, & dicũt:In te iactatus sum ex utero,de uentre matris meæ deus meus es tu:Sed quoniam(ut diximus)permanet semper naturæ huic libertas arbitrij,possibile est ut cũ sit quis Israeliticæ gẽtis, & bonæ oliuæ ramus,decidat in incredulitatem,& frangatur:& rursus alius qui elegerat genus esse culpabilis,& peccatricis,& per hoc ramus oleastri dicebatur,si cõuertatur ad fidem(habet enim in se arbitrij libertatẽ,qua conuerti possit ad fidem boni)inseritur bonæ oliuæ per fidem,& efficitur socius radicis,& pinguedinis oliuæ. Radicem uerò hanc alij Abraham nominãt,alij Seth, alij aliquem unũ ex patribus bonæ mentis ponunt. Ego autem radicem aliam quę sancta sit,& sanctas primitias nescio nisi dominũ nostrum Iesum Christum. Ipse est enim primitiæ omnium,uel delibatio,ut in præsenti loco habemus apostoli,secundum id quod alibi dicit de eo, Qui est primogenitus omnis creaturæ. Huic nãq; radici omnis qui saluat inseritur, & ex hac delibatione sancta omis massa humani generis sanctificat:& uere sicut radix sancta, manẽtibus in se ramis sanctitatis pinguedinẽ præbet,dum per spiritũ suum sanctum adhærẽtes sibi uificat,uerbo excolit,sapiẽtia floridos reddit, & in omniũ uirtutum plenitudine affer
Psal.51 re fructus uberes facit:ita ut & ipsa dicat de eis, Ego aũt sicut oliua fructifera in domo dei. Etenim si rami qui fracti sunt,propter incredulitatem fracti sunt, & qui stant,fide stant:quis alius erit in quo stãt nisi Iesus Christus:& quis est alius à quo per incredulitatem fracti sunt,nisi ipse cui nõ crediderũt? Semper ergo quicunq; aduenæ ad fidem, uel ad

uel ad conuersationem Israel ueniebant, Christo qui erat uerus Israel inserebãtur. Præcipue tamen ex tempore aduentus eius multus oleaster insertus huic radici,uel ramis eius,apostolis scilicet & prophetis dei:ut qui inseruntur eis, socij fiant radicis & pinguedinis Christi. Post hæc docet nos apostolus,non extolli aduersus radicem fractos ramos Israelitas,neq; insultare eis:quia non nos radicem portamus, sed radix nos. Nõ enim habemus quod non accepimus. Si autem accepimus, quid gloriamur quasi nõ acceperimus? Tum deinde quasi quibusdam impudentibus insultantibus & dicentibus:Sed fracti sunt rami:bene propter incredulitatem fracti sunt,ut ego inserer qui credebam:hos ergo reprimens apostolus dicit: Illi quidem per incredulitatem fracti sunt,& tu insertus es per fidem,& in fide stas: sed memento quia omnis qui se exaltat humiliabitur:& ideo noli superba sapere, noli alta & elata proloqui. Quamuis enim in radice stes,& bene stes,timeto tamen uidens quia & alij quibus insultas ibi steterũt ubi tu stas:& cum ibi non esses,ad oliuæ huius radicem aliunde translatus es, & possibile est etiam te peccare. Nam hoc ipso quod superbis & exaltaris,iam peccas:& scito quoniam si deus naturalibus ramis non pepercit,nec tibi parcet. Post hæc uerò qui sic perbit & insultat lapsis,altioribus ab apostolo sensibus humilitatis imbuitur, & dicit ad eum. Tu qui hæc dicis, uide bonitatem & seueritatem dei: & cum uides seueritatẽ eius erga fractos ramos,metuendum tibi est ne forte & tu dum superbis & insultas lapsis,seueritatem dei quæ peccatores perurget incurras ipse peccando. Bonitas enim eius permanet in his qui in bonitate permanserint. Alioquin eodem ordine & tu,si in bonitate non permanseris,exciderís:& illi si in incredulitate non permanserint,inserentur,Deo enim non est impossibile iterum inserere illos si recedant ab incredulitate per quã fracti sunt. Quandoquidem facilius uidetur propriæ arboris ramos radici suæ reddere,quàm inserere alienos. Quod autem dixit,ex naturali oleastro:& iterum secundũ naturam inserentur suæ oliuæ:naturam oliuæ uel oleastri secundum hoc debemus accipere quod suprà exposuimus, arbitrij libertas naturam fecerit unicuique uel oleastri,uel bonæ oliuæ. Obseruandum sane est, quod hi quidẽ qui ex propria oliua deciderunt,fracti dicuntur: Hi uerò qui ex oleastro inseruntur, si iterum peccauerint,non frangendi,quod utiq; esset leuius,sed excidendi appellantur. In quo uehemẽtior profecto dei seueritas indicatur:si posteaquã cum esset oleaster, & ex peccatorũ sylua collectus ad radicem fidei ac sanctitatis adductus est,rursus amaros malitię proferat succos. Sed ne hoc quidem lateat nos in hoc loco, quod nõ eo ordine apostolus oliuæ,& oleastri similitudinẽ posuit,quo apud agricolas habetur. Illi enim magis oliuam oleastro inserere,& non oliuæ oleastrum solent: Paulus uerò apostolica auctoritate ordine cõmutato res magis causis,quàm causas rebus aptauit. Nolo uos ignorare fratres mysteriũ hoc,ut non sitis apud uosmetipsos sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gẽtium intraret: & sic omnis Israel saluus fieret, Esa.59 sicut scriptum est: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob:& hoc illis à me testamentum cum abstulero peccata eorum.] Adhuc ad eos qui ex gentibus crediderãt,quasi elatos & superbientes aduersus ramos qui fracti sunt,putantes quod non dei bonitate & ineffabili dispensatione sapientiæ eius, sed suis meritis consecuti sunt,ut illis defractis ipsi cum essent oleastri insererentur in bonam oliuam,dicit:Nolo uos ignorare fratres mysteriũ hoc,ut non sitis apud uosmetipsos sapientes:Quia in sultare lapsis,& gloriari aduersus ramos qui fracti sunt,non fit per dei sapientiam, sed per humanã culpabilem,& ignorantẽ mysteriũ dei. Qui enim secũdum deum sapit,in beneficijs dei nõ insultat abiectis,sed cum timore gratias agit misericordiæ largiẽtis. Est ergo mysteriũ quod ignorabatur ab ijs qui insultabãt, huiusmodi:quomodo in dispersione filiorum Adam cæteris quibusq; gentibus secundum numerum angelorum distributis propria quædam pars dei facta sit Israel,sicut in alijs,& sicut in his ipsis paulo superius memorauimus:ad quos & repromissio bonorum, & testamenta,& legislatio facta est. Manente ergo parte domini in statu suo, possibile non erat nos qui eramus gẽtes introire in hæreditatem dei,& in sceptri eius iura succedere. Idcirco igitur patitur deus ex parte,id est non omnibus,sed aliquibus ex Israel fieri cæcitatẽ, ab illis sine dubio angelis obtentu inuidiæ & æmulationis illatam, qui cæterarũ gentium sor

Universidad de Deusto
Biblioteca

titi fuerant principatum. Passus est ergo deus, & cũ possit prohibere noluit, ut pro ijs qui cæcitate decepti, id est, cordis obtusione prolapsi sunt, ipsorũ qui istos deceperãt portionem suam deus faceret, ut quodammodo in eo ipso quo ceperant, caperentur. Aduertentes enim ad se per peccati illecebras dei plebem, locum fecerunt gentibus ingrediendi in hæreditatem dei, deo cum ipsis cõmuni quodam & æquissimo iure habente iudicium, ut donet illis plebem dei quam in cæcitatis captiuitate detinerẽt, qua si ad uicem eorum, quos ab initio ex portione dei & segregata eius hæreditate subtraxerant, gentium numerus redderetur. Cum uerò plenitudo gentiũ fuisset expleta, & æmulatione salutis eorũ cœpisset Israel discutere à semetipso cæcitatem cordis, & eleuatis oculis suis Christum uerum lumen aspicere, ita secundum precedentes prophetias salutem quam obcæcatus amiserat Israel quæreret instigatus, dicens apud semet-
Hier.3 ipsum illud propheticum: Reuertar ad uirum meum priorem, quoniam melius mihi erat ante quàm modo. Quod autẽ hæc illis promissa sint per prophetias, in multis quidem propheticis uoluminibus inuenitur: ponemus tamen quod sufficiat ad præsens, unum de Hieremia testimonium, ita continens: Si exaltetur cœlũ in excelsum, & terra humilietur deorsum, ego non reprobabo genus Israel pro omnibus quæ fecerunt. Si ergo pro eo ut introiret gentium plenitudo, cæcitas facta est in Israel pro omnibus quæ fecerunt, sine dubio cum ingressa fuerit gentiũ plenitudo cæcitas cessabit. Quod si uis, inquit apostolus, scire quomodo etiam post cæcitatẽ saluãdus sit Israel, audi quo modo scriptum sit: Veniet ex Sion qui liberet, & auertat impietatem ab Iacob: & hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorũ. Sciendum sane est, quod in propheta Esaia, unde testimoniũ illud Paulus assumit, pro eo quòd dixit apostolus, uenit ex Sion, scriptum est, Veniet propter Sion: & quod ait hic: Cum abstulero peccata eorum: ibi omnino scriptum non est, sed nec apud Hebræos quidem: Apostoli tamen auctoritate sumptum est. Interim ueniens dominus ex Sion liberet, & auertat impietates ab Iacob. Auertit autem impietates ab eo secundum illud quod scriptũ est: Quia deleuit dominus sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem mundauit de medio eius spiritu iudicij, & spiritu ultionis: & hoc ita fieri testamentum erat ei à deo, ut sic ab eis auerterentur impietates, & auferrentur peccata. Quis autẽ sit iste omnis Israel qui saluus fiet, uel quæ erit ista plenitudo etiam gentium, deus solus nouit, & unigenitus eius: & si qui forte amici eius sunt, ad quos dicat: Iam non dicã uos seruos, sed amicos: quia nota uobis feci omnia quæ audiui à patre. Hoc tamen potest etiam nostro sensui occurrere, quod sicut Israel quandiu permanet secundum carnẽ Israel, & non etiam secundum spiritũ factus fuerit Israelita uerus mente uidens deum, pertingere nõ potest ad salutem: ita nec gentes quidem omnes omnino saluari possunt, nisi quæ intra plenitudinem fuerint repertæ, quæ cunq; illa est quæ ab apostolo nominatur. Ita ergo mysterium dei ineffabili quadam sapientiæ eius dispensatione tractatur, ut etiam cum sibi anima sortem malorũ ipsa conściuerit, ille qui nouit uniuersa disponere, abiectionem eius & pœnã, aliorum faciat salutem. Sed & illud uidetur mihi in loco diligẽtius contuendum, quod cæcitatem istam non dicit omni Israel cõtigisse, sed ex parte. Reliquiæ enim secundũ electionem gratiæ saluæ factæ sunt. De quibus reliquijs & Esaias
Esa.1 prophetauerat dicens, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen. Istæ ergo reliquiæ in beatitudine conferuntur cum plenitudine gentium: cæteri uerò qui excęcati sunt ex Israel, conferuntur his gentibus quæ nõ potuerunt ad plenitudinẽ peruenire. Si ergo quæ inueniunt in sermonibus prophetarũ de repromissionibus scripta beatitudinẽ continentia, si de Israel, ad reliquias istas quæ electæ sunt, pertinent: si de gentibus, ad plenitudinẽ spectãt. Siqua uerò tristia, siquidem de Israel dicũtur, ad illos sine dubio reliquos qui excæcati sunt referũtur: si uerò de gẽtibus, illos profecto qui sunt extra plenitudinẽ stringunt. Omnia tamen finis perurget, & eos quidẽ qui beati sunt, siue illi ex Israel, siue & ex gentibus ueniant, præsentis tẽporis euãgelicę doctrinę ser-
Ioan.15 mo purificat, ut sint tales sicut erãt illi ad quos dominus dicebat: Ecce iam uos mundi estis propter sermonẽ quẽ locutus sum uobis. Qui uerò uerbi dei & doctrinæ euangelicæ purificatiões spreuerit, tristibus & pœnalibus purificationibus semetipsum reseruat, ut ignis gehennę in cruciatibus purget, quem nec apostolica doctrina, nec euãgelicus

licus sermò purgauit. secundum illud quod scriptũ est: Et purificabo te igni ad purifi- Num.31
cationẽ. Verum hæc ipsa purgatio quæ per pœnam ignis adhibetur, quantis temporibus, quãtisue seculis de peccatoribus exigat cruciatus, solus scire potest ille cui pater omne iudiciũ tradidit, qui ita diligit creaturã suam, ut pro ipsa euacuauerit semetipsum de dei forma, & serui formam susceperit, humilians semetipsum usque ad mortem, uolens omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Veruntamen meminisse semper debemus, quod præsentẽ locum apostolus quasi mysterium habere uoluit, quo scilicet huiusmodi sensus fideles quiq; & perfecti intra semetipsos uelut mysteriũ dei silentio tegãt, nec passim imperfectis & minus capacibus proferãt. Mysteriũ regis (ait scriptura) celare bonum est. Secundum euangeliũ quidẽ inimici propter uos, secundum electionem autem charissimi propter patres: sine pœnitentia enim sunt dona, & uocatio dei. Sicut enim aliquando & uos non credidistis deo, nũc autẽ misericordiam consecuti estis propter incredulitatẽ eorũ: ita & isti non crediderunt in uestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur.] Eadem prosequens adhuc de Israel & gentibus apostolus, & ramis eius oleastri qui insultabat ramis oliuæ fractis, imputans etiam hæc addidit: quia Israel secundum euangelium quidem inimicus factus est deo, quia non credidit Christo: quantum autem spectat ad honorificentiam patrum, electus est, & charissimus habetur apud deum. Semel autẽ donata electione semini patrum, & dilectione concessa, seruat sine dubio deus dona et uocationem suam erga semen eorum, quorum meritis id aliquando largitus est: nec pœnitudo incurrit in deum etiãsi minus digni uideantur existere hi erga quos promissa patribus beneficia cõferũtur. Verum (ut sæpe cõmonuimus) etiã in præsenti loco illa est obseruãda distinctio, quod Israel quidẽ qui inimicus est deo, ille dicatur qui clamat de Christo: Tolle tolle, crucifige eum. Quomodo enim nõ dicantur inimici deo, Luc 23
uel tunc, uel etiã nunc dixerint ista, uel dicant: Sed quod dicit, Propter uos, quorũ saluti scilicet inuidentes prohibent apostolos gentibus loqui, & persequentes eos qui annunciant Christum. Secundum reliquias uerò quæ saluãdę dicuntur, in quibus electio credentium secuta est ex Israel, charissimi sunt propter patres: quorum scilicet fidem sequentes, credunt in eum qui suscitauit Iesum à mortuis. Et secundum hoc erga huiusmodi semen sine pœnitentia sunt dona & uocatio dei. Post hæc uerò latentes & profundiores incredulitatis eorum aperit causas, & dicit: Quia sicut uos gentes quondam non credebatis deo, nec tamen idcirco penitus reliquit uos deus, sed aliquando ad ultimum misericordiam consecuti estis: occasio tamen in uos conferendæ misericordiæ, populi Israel incredulitas extitit: ita etiam hi qui nunc de populo Israel non crediderunt, & pro incredulitate sua derelicti sunt, ut ad uos dei misericordia flecteretur, nõ usquequaq; relinquentur in incredulitate sua, sed cũ plenitudinis gentiũ fuerit impleta dispensatio, etiã ipsi misericordiã consequentur. In quo uolens apostolus bonitatem dei ostendere, quia incredulitatem illorum salutem facit, inquit: Conclusit enim deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.] Non quo ipse eis iniecerit incredulitatis propositum, sed ex ipsorum incredulitatis proposito credendi aditum alijs qui prius increduli fuerãt patefecit. In his autẽ positus locis Paulus, & altius intuens huiusmodi causas, quomodo deus malum propositũ non continuo resecet, et excidat, sed cõpatitur, & reseruat: prospiciẽs quia aliquid boni in alijs facturus sit per alterius propositũ mali: ab his opinor de quibus loquebatur, retulit oculos cordis sui ad ipsam malitiæ originem, quod eam ex initio in his quibus oborta est, quicunq; illi sunt, pullulantẽ, & arbitrij libertate crescentẽ utile nõ iudicauerit resecare: sed permiserit eos uti proposito suo, sciens & prospiciẽs quod multorũ profectus & utilitas ex malitiæ illorũ occasione cõsurget: & intantũ apud deum uirtuti locus est, ut & malitię opus quãuis illi pernicioſa sit de quo procedit, beneficium tamen præstare dispensẽt ei cui agones cõmouet, cum fuerit superata. Considerans ergo sanctius apostolus tãtæ esse bonitatis dei diuitias, & tantũ diuinæ sapiẽtię opus erga rationabiles agi naturas, & quia tantũ deus diues est in misericordia, & diues in omnes qui inuocãt eum: & tantæ est bonitatis, & patiẽtiæ, & longanimitatis, repẽte interioribus eã cordis oculis intuẽs, immensitatẽq; earũ prospiciẽs, stupore simul & pauore percussus exclamat & dicit.

cit. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius.] Vnde enim humanæ mentis sensus ita possit opinari, ut seruata unicuiq; arbitrij libertate, alterius malitiæ opus uertatur alteri ad salutem, & uincenti se malitia palmam conferret, quæ utenti se perniciem præbet? His ergo generali quantũ uidetur apostolus ratione perspectis exclamat & dicit, quia tanta est altitudo diuitiarũ dei, & sapientiæ eius tanta est altitudo, & scientiæ nihilominus tanta est altitudo (ad omnia enim hæc altitudinis sermo deseruit) ut scrutari iudicia eius, quibus unamquamq; animam atq; omnem naturam rationabilem dispensat, nemo sufficiat, nec uias domini quibus prouidentia incedit inuestigare aliquis possit. Aliquis autem dicimus non solum hominũ, sed & totius creaturæ. Neq; enim inscrutabilia iudicia, & inuestigabiles uiæ eius dicerẽtur, nisi quia nulla est creatura quæ uel inuestigare ualeat uel scrutari. Solus est em̃ filius qui nouerit patrẽ, & solus est spiritus sanctus qui scrutaẽ omnia etiã altitudinẽ dei. Et ideo hãc altitudinẽ dei, quã & inscrutabilẽ dicit & inuestigabilẽ, creaturę omni inscrutabilẽ & inuestigabilẽ dicit. De filio uerò & spiritu sancto dicere ista non poterat, quia filius in euangelio dicit ad patrem: Ioan. 17 Pater omnia mea tua sunt, & tua mea. & de spiritu sancto ipse Paulus pronunciat dicens: 1. Cor. 2 Nemo enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Ita & quæ in deo sunt, nemo cognouit nisi spiritus domini. Vides ergo quod Paulus in præsenti capitulo in his quæ dicit: Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?] de creaturis dicat, naturã uerò trinitatis excipiat. Quippe cui nihil sit cũ creatura cõmune, nisi beneficentiæ opus. Sed & quod ait, Quis illi consiliarius fuit? nõ quasi minus ipse sufficiẽs cõsilio indigeret alterius, sed cõsilij participẽ nullã quidẽ in creaturis esse pronũciat. Consiliũ uerò sapiẽti necessario in sapientia sua est quidẽ Christus, & in sanctitate qui dẽ spiritus sanctus. Simili autem modo &: Quis prior dedit illi & retribuet ei, intelligendum est. Nemo enim aliquid factori suo prior contulit: quippe cum etiam hoc ipsum quod est, unusquisq; à conditore susceperit. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.] Vides quomodo in ultimis ostendit, quod in omnibus quę suprà dixit segregauerit mysterium trinitatis. Sicut enim in præsenti loco quod ait, Quo- 1. Cor. 8 niam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: conuenit illis dictis quæ idem apostolus in alijs memorat locis cũ dicit: Vnus deus pater ex quo omnia, & unus dominus noster Iesus Christus per quem omnia: & iterum spiritu dei dicit reuelari omnia, & per hæc designat in omnibus esse prouidentiã trinitatis: ita & cum dicit, Altitudo diuitiarum, patrem ex quo omnia dicit esse, significat: & sapientiæ altitudinem, Christum qui est sapientia eius, ostendit: & scientiæ altitudinem, spiritum sanctum, qui etiam alta dei nouit. Veruntamen quod dicit: Ex ipso, hoc ipsum quod sumus indicat: Per ipsum autem, quod per eius prouidẽtiam dispensamur in uita: In ipso uerò, quod perfectio omnium & finis in ipso erit tunc cum erit deus omnia in omnibus. Et tunc ipsi gloria in secula. Amen. In secula, propter hoc quod perfectio omnis non intra unum seculum concluditur, sed in multa protenditur, & uix aliquando adimplenda speratur. Iungit autem & Amen, ut intelligamus per illum ad istam beatitudinem ue- Apoc. 7 niendum, de quo scriptum est in Apocalypsi, Hæc dicit qui est Amen.

LIBER NONVS

Vm per omnem textum epistolæ in superioribus docuisset apostolus quo
C modo à ludæis ad gentes, à circuncisione ad fidem, à litera ad spiritum, ab umbra ad ueritatem, ab obseruantia carnali ad obseruantiam spiritalem religio summa translata sit, & hæc ita futura propheticis ostendisset uocibus designata: iam nunc spiritalis huius obseruantiæ, ad quam cultus dei ritum docuit esse transla- Cap. XII. tum, aggreditur mores & instituta sancire, & ait.

Obsecro itaq; uos fratres per misericordiã dei.] Quoniã, inquit, ostendimus à sacrificijs carnalibus recedendũ, secũdum quod & Propheta dicit, Hostiam & oblationes noluisti, nec placita sunt tibi: nũc, ait, doceo uos quibus hostijs delectetur deus. Et hęc doceo non quasi imperans, nihil enim proficit legis imperiũ, sed quasi qui officiũ susceperim

susceperim reconciliandi uos deo. Obsecro uos fratres, & obsecro nõ per potentiam, sed per misericordiã dei. Quia enim (sicut supra ostendi) omnes cõclusi sunt sub peccato. nũc iam nõ in meritis, sed in misericordia dei salus humana cõsistit. Quid aũt est quod uos obsecro? Vt exhibeatis corpora uestra hostiã uiuentẽ, sanctam, deo placentẽ, rationabile obsequiũ uestrum.] Obsequium hic cultum dicit. Qui cultus quoniam dudum in pecudum mutorũ corporibus cõsistebat: nũc, inquit, in corpore rationabilis hominis offeratur, & corpora magis uestra quàm pecudũ fiãt sacrificiũ deo, atq; in sacris altaribus collocẽtur. Hi enim qui membra sua mortificãt ab incentiuo libidinis & furoris, & actus corporis sui deo placitos habẽt, hostiam uiuentẽ sanctam deo placentem rationabiliter offerunt, & legem sacrificiorũ quæ in Leuitico lata est, secundũ spiritalem intelligentiã complent. Verbi causa, ut ibi offerebãt uitulum primo in loco, uel secũdo arietem, aut tertio hircũ, aut quarto turtures, uel etiã pullos columbarum, ut in his uniuscuiusq; anima purificaretur pro qualitate gestorũ: hæc nunc in suo corpore unusquisq; purificans, & spiritali sensu discernẽs, rationabili obsequio uiuentem hostiam obtulit deo. De quibus singulis cum in libro Leuitici aliqua diceremus, pro uiribus explanare tentauimus, quomodo unusquisq; rationabili obsequio cultus dei, si superbiam corporis sui uincat, immolet uitulum: si iracundiam superet, arietem iugulet: si libidinẽ uincat, in holocaustũ offerat hircũ: si uagos & lubricos cogitationũ resecet uolatus, columbas & turtures immolauerit. Sed hæc (ut dixi) si quis scire dignum putat, ibi latius disserta reperiet. Nunc autem Paulus obsecrat credẽtes in Christo, ut corpora sua exhibeant hostiam uiuentem sanctam deo placentem. Viuentem dicit hostiam, quæ uitam hoc est Christum in se gerit, & dicit, Mortem Iesu in corpo- Rom. 6 re circũferimus, ut & uita Iesu Christi in corpore nostro manifestetur. Sanctã dicit, in qua spiritus sanctus habitat, secundum quod in alio loco dicit, Aut nescitis quia tem- 1. Cor. 6 plum dei estis, & spiritus sanctus habitat in uobis? Placentẽ deo, utpote à uitijs & peccatis separatam. Hæc autem omnia rationabilis cultus est dei. Potest enim pro tali cultu reddi ratio, & ostendi quia dignũ est deo tales hostias immolare: Arietes autem & hircos, & uitulos immortali & incorporeo deo offerri nulla ratio recta & honesta suscipiet. Hæc ergo ita fieri, & ita colere deũ eos qui Christo crediderunt, non solum docet apostolus, sed obsecrat per misericordiam dei, ut ostendat per hoc humano generi (quoniam procliue est ad delictum) huiusce modi hostias dei miseratione prouisas, quibus si unquã lapsus acciderit, per rationabile obsequiũ & hostias eo modo quo suprà diximus immolatas reparari possit anima ac restitui ad salutẽ. Quod autẽ multæ sunt misericordię dei, designat Paulus in secũda ad Corinth. dicens: Benedictus deus, 2. Cor. 1 & pater domini nostri Iesu Christi, pater misecordiarũ. Audi deũ sicut Christi pater est, & sapientiæ pater est, & iustitiæ pater est (quæ omnia Christus est) ita esse misericordiarum patrem. Ergo Christus sicut & cætera omnia, & misericordia est: ipse est misericordiæ multæ non una: hoc est sicut thesauri sapientiæ & scientiæ in ipso sunt, sed sunt absconditi, ita & misericordię thesaurus in ipso est, sed est absconditus: ne forte si ad subitũ & ante tẽpus ꝓferatur, faciat me, & si quis mihi similis in desidia esse uoluerit, negligentẽ. Videbitur ergo præcipue hostia uiuens, & sancta, & deo placens, cor pus esse incontaminatũ. Verũ quoniã uidemus nõnullos sanctorum, aliquos etiã apostolorũ habuisse coniugia, nõ usquequaq; possumus de sola uirginitate sentire, quamuis in huiusce modi hostijs habere prius ordinem possit: sicut in lege, alia erat hostia sacerdotis, alia principis, alia synagogæ, & alia unius animæ. Et quãuis in ecclesia prima post apostolos hostia martyrũ, secunda uirginũ uideatur, tertia continentiũ, puto tamen quod neq; illi qui in cõiugijs positi sunt, & ex cõsensu ad tẽpus uacant orationi, uelut Nazaræorũ uota soluẽtes, si in cæteris sancte agant & iuste, negandi sunt corpora sua exhibere posse hostiam uiuentẽ, sanctã, deo placentẽ. Nec rursum corpora uirginum uel cõtinentiũ, si aut superbiæ macula, aut auaritiæ sordibus, aut linguæ maledicæ, uel mẽdacij immunditia polluãtur, hostiã sanctam & deo placentẽ putãda sunt ex sola uirginitate corporis obtulisse. Quia in lege hostia cũ offerretur, inspiciebat à sacerdote diligẽtius non solũ si ex mũdis esset animalibus, sed ne aut in oculo haberet uitiũ, aut in auribus, aut in pedibus, ne claudũ, ne luscũ, ne euulsum diuino admoueretur alta-

tur altari. Sic ergo per omnia membra discutitur & pertractatur hostia uiuens, sancta, deo placens, quæ rationabiliter offerenda est. Et nolite conformari huic seculo.] Sciendũ est quod in Græco habet, Vt probetis quæ sit uolũtas dei bona & beneplacita & perfecta. Sed nos quia unus in utroq; potest sensus uideri, consuetudinem sequimur Latinorũ. Nolite, inquit, conformari huic seculo. In quo ostendit esse quandã formam huius seculi, & aliam esse seculi futuri: & si qui sunt qui amant præsens seculũ, & ea quæ sunt in hoc mũdo, secundũ formam seculi præsentis aptant̃: qui uerò non respiciũt ea quæ uident̃, sed quæ non uident̃ & æterna sunt, transformant̃ & renouant̃ ad futuri seculi formam. Et inde fit ut non agnoscat eos hic mundus, sed odio habeat & persequatur, sed agnoscant istam formam angeli dei, qui sunt de illo seculo uenturo. Et simile mihi uideť esse hoc, dicto illi quo ait: Sicut portauimus imaginem terreni, 1.Cor.15
portemus & imaginem cœlestis. Vide ne forte cũ uenerit ira in cor tuũ, conformem te facias huic seculo, similiter & concupiscentia mala, & auaritia, & cætera quibus præsens seculũ delectat̃, formam tibi præsentis seculi imponant. Si uerò e contrario mansuetudo, patientia, lenitas, continentia, fides, ueritas, cæteræq; uirtutes habitent in sensu tuo, conformem te futuri seculi faciẽt, & ita pulchram animæ tuæ speciem reddent, Cant.4
ut uerbũ dei quod despondit eam sibi in misericordia & fide, dicat ad eam: Tota es formosa amica mea, & macula nõ est in te. Intende aũt diligentius quod ait: Sed reformamini in nouitate sensus uestri.] Vt ostendat formam quidem culpabilem. Prius enim formam malitiæ habuit omnis anima. Sed adhortat̃ ex hoc sermo apostolicus, ut illa abiecta ad singularũ uirtutũ speciem reformemur, & ita demũ possimus reuelato uultu cordis domini gloriam speculari ab huiusmodi imagine transformati. Quomodo aũt in hoc transformemur ipse docet dicens: In renouatione sensus nostri. Renouatur aũt sensus noster per exercitia sapientiæ, & meditationem uerbi dei, & legis eius intelligentiã spiritalem: & quantum quis quotidie ex scripturarũ proficit lectione, quanto altius intellectus incedit, tanto semper nouus magis & quotidie nouior efficit. Nescio autem si potest renouari sensus qui piger est erga scripturas diuinas & intelligentiæ spiritalis exercitia, quibus possit non solum intelligere quæ scripta sunt, uerum ea applicare apertius, & manifestare diligentius. Potest tamen fieri ut non omnis sensus in hoc possit renouari, ut agnitione scientiæ dilatetur. Potest enim renouari sensus ad iustitiam, ad continentiam, ad misericordiam, fidem, patientiam. Sed uide quid in sequentibus huic renouationi sensus adiungat apostolus: Vt probetis quæ sit uoluntas dei, quod bonum & beneplacitum, & perfectum.] Et utiq; nisi ad omnes renouatus sit sensus, & totus dei sapientia illuminatus, probare non potest quæ sit uoluntas dei. In multis enim putatur esse uoluntas dei, & non est. In quo is utiq; qui sensum non habet renouatum, errat, & fallitur. Est aũtem re uera non cuiusq; sensus, sed ualde renouati, & (ut ita dicam) ad dei iam imaginem reformati, probare in singulis quibusq; quæ agimus, quæ loquimur, quæ cogitamus, si sit uoluntas dei, & nihil omnino uel agere, uel dicere, uel cogitare quod uoluntati dei non senserit conuenire. Quæ sit, inquit, uoluntas dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum. Non potest aliud uelle deus, nisi quod bonum est: & utique quod bonum est & perfectum, sine dubio hoc deo placet. Si uerò secundum hoc quod diximus apud Græcos haberi, id est ut probetis quæ sit uoluntas dei bona & beneplacita & perfecta, potest quidem idem quod suprà diximus, uideri, quod omnis uoluntas dei bona sit, & beneplacita & perfecta. Potest autem & tale aliquid in his sermonibus sentiri, quia dei quidem uoluntas semper bona est, sed non semper eius bona uoluntate dispensari meremur, neque beneplacita & perfecta. Verbi causa, ut ungeretur Saul in regem, fuit quidem uoluntas dei, sed non beneplacita, neque perfecta: Irascens enim populo, qui refutauerat deum habere super se regem, regem eis hominem iussit institui. Sed & propheta ex persona dei dicit: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ut irent in cupiditatibus suis. Sic ergo aliquando fit uoluntas dei in his quibus concupiscimus & desideramus. Sed & qui renouatus est sensu, probare debet si uoluntas dei hæc bona est, beneplacita atque perfecta: & non talis quæ magis desideriis nostris indulgeat, quàm utilitatibus consulat. Sed iam ad sequentia conuertamur. Dico enim per gratiam, quæ

quæ data est mihi omnibus qui sunt inter uos.] Sciendum primo est, quia ubi nos habemus, omnibus qui sunt inter uos, in Græco habetur, Omni qui est inter uos. Qui sermo utiq; ad eos indicat uerbum fieri, qui cum ante non fuerint, nunc esse cœperint. Deus enim (ut dicit apostolus) uocat quæ non sunt tanquam quæ sunt: Non sunt autem hi qui participes non sunt eius qui uere est, qui dixit ad Moysen: Hæc dices filijs Exod.3
Israel, qui est misit me ad uos. Quod ergo ait Paulus: Dico enim omnibus qui sunt inter uos, uel ut in græcis haberi dicimus, omni qui est in uobis, simile est ac si diceret: 1.Cor.2
dico enim omni qui in deo est, nõ plus sapere quàm oportet sapere. Veruntamen uidendum est, quia Paulus (sicut & in alijs dicit) non in suasuorijs sapientiæ carnalis uerbis, sed per gratiã quæ sibi data est loquitur. Est enim multa differẽtia per gratiã loquẽtis, & per humanã sapientiam. Deniq; ex rebus ipsis sæpe compertum est, nonnullos eloquẽtes & eruditos uiros non solũ in sermone, sed & in sensibus præpotentes, cum multa in ecclesijs dixerint, & ingentẽ plausum laudis acceperint, neminem tamen auditorũ ex his quæ dicta sunt compũctionem cordis accipere, nec proficere ad fidem, nec ad timorem dei ex recordatione eorum quæ dicta sunt incitari, sed suauitate quadam, & delectatione sola auribus capta discedit: sæpe autem uiros non magnæ eloquẽtiæ, nec cõpositioni sermonis studentes, uerbis simplicibus & incõpositis multos infideliũ ad fidem conuertere, superbos inclinare ad humilitatem, peccãtibus stimulum conuersionis infigere. Et hoc utiq; signi est, sicut in præsenti apostolus dicit, per gratiam loqui quæ data est ei. Ego autem puto, non solũ in uerbo dei ecclesiam docentibus adesse gratiam, si talis sit sermo qualem supra diximus, qui auditorem non tam delecter, quàm stimulet, & ad profectum aliquem uirtutis adducat, sed & in omnibus fere quæ aguntur in uita, ita esse deprehendet. Est enim aliquis qui & quod agit & quod loquitur, habet gratiam: & alius qui interdum & prudentius loquitur & diligentius ac laboriosius agit, neq; in uerbis, neq; in gestis suis inuenit gratiã. Deniq; sicut & in alijs iam scriptũ esse diximus, quia & Ioseph inuenit gratiã in conspectu prin- Gen.49
cipis carceris, & Hester inuenit gratiã apud regem. Reperimus autem in quodam se- Hest.1
cretiore libello scriptum quasi angelũ quendam gratiæ, qui etiam uocabulũ ex gratia traheret. Anahel enim dicit̃, quod est interpretatũ gratia dei. Hoc ergo scriptura illa continebat, quod missus esset à domino iste angelus ad Hester, ut ei gratiam daret apud regem. Sic ergo alia uirtus est sermonis, qui per gratiam dicitur: & alia uis doctrinæ, quę potestas uocatur. Alius sermo est ex eruditione cõmuni, qui quamuis lautus sit, & arte cõpositus, tamẽ si nõ per gratiã uel dicit̃, uel scribitur, delectare fortassis potest legentẽ, ad ducere autem ad profectũ non potest auditorem. Paulus igitur non solum ista quæ dicit per gratiam dicit, sed & auditoribus suis precatur gratiam dari, & non solum gratiam, sed & multitudinẽ gratiæ. Sic enim scribit: Gratia uobis multiplicetur. Et in omnibus epistolis suis dicit, Gratia uobis, & pax. Sed uideamus quidem quod per gratiã quæ data est sibi, apostolus dicit omnibus qui sunt inter Romanos: Non plus sapere quàm oportet sapere ad sobrietatem.] Videtur adhuc ad superbientes ramos oleastri, & insultantes quidem bonæ oliuæ, etiã hunc aptare sermonem, & dicere eis, nõ debere plus sapere quàm opertet sapere. quod simile est illi sermoni quẽ dixit: Noli superbe sapere quàm oportet. Sciendũ tamẽ est, quod & cæteri eruditi uiri utunt̃ hac definitione, ut naturã uel causam peccati in eo ponãt, si addatur aliquid uirtutibus, aut minuat̃. Verbi gratia, Iustitia uirtus est: & si quid minus aliquis facit quàm iustitia patit̃, sine dubio iniustus est. Si quis uerò sub specie iustitiæ erga uindictas niminus fiat, & fæuius agat, in ultionis crudelitatem ex iustitia deuolutus est. Vnde & Salomon dicit: Noli fieri in multo iustus. Similiter & libertas si intra temperantiam suam Eccl.7
sit, uirtus est: si minus habet, timiditas: si amplius, temeritas nominatur. Pari modo & prudentia si in sua mensura sit, uirtus est: si minus habeat, imprudẽtia: si plusquã oportet, malitia appellatur. Inde puto quod & serpẽs in paradiso prudentior dictus sit cæ- Gen.3
teris bestijs, hoc est excedẽs prudẽtiæ mensurã, & in partes malitiæ prolapsus. Inde & filij huius seculi prudentiores dicuntur quàm filij lucis: plus enim sapiũt quàm oportet sapere. Et sic in singulis quibusq; uirtutibus potest aliquis plus sapere quàm oportet. Potest aliquis etiã in castitate plus sapere quàm oportet sapere, ut sunt illi qui attẽ- Luc.16

dunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dunt spiritibus seductoribus,& doctrinis dæmoniorum in hypocrisim falsa loquentium,cauteriatam habentes conscientiam suam, prohibentium nubere, & abstinere à cibis quos deus creauit.Isti plus sapiunt de castitate quàm oportet.Minus autem sapit quàm oportet luxuriosus & incestus. Ego autem dico quod hæretici plus sapiunt de Christo quàm oportet sapere,qui negant eum filium dei creatoris esse, sed alterius nescio cuius melioris dei.Sed & illi plus de Christo sapiunt quàm oportet sapere, qui negãt eum in carne uenisse,& natum esse de uirgine, sed cœleste ei corpus assignant. In his ergo omnibus Paulus nos uult non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.Quod in Græco dicitur sophrosyne,in nostris codicibus,hoc est in scripturis diuinis,sobrietas à maioribus interpretatum est. Ab alijs tamen eruditis uiris temperantia ponitur:quæ temperantia una ex quatuor generalibus uirtutibus habetur. Et in hoc loco ergo melius apostoli dicta lucerent, si haberemus & nos scriptum secundum græci sermonis uirtutem,sed sapere ad temperantiam:id est,ut in omnibus quæ agimus,uel quæ loquimur,uel quæ sentimus,temperantiam teneamus. In ijs enim quæ suprà enumerauimus,neq; amplius,neq; minus fieri debere,sed modum seruare, nouit sola temperantia. Post hæc ait. Et unicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei.] Hoc est ut sciat nnusquisque & intelligat quæ in eo sit mensura gratiæ dei, quam cõsequi meruit per fidem.Interdum enim accidit, ut quis à deo sapiat in opere charitatis,aut ut sapiat in officio uisitandi,aut erga misericordias pauperum, aut circa debilium curam,aut erga uiduarum & pupillorum defensionem,aut erga hospitalitatis solicitudinem.hæc ergo singula diuisit unicuique deus secundum mensuram fidei. Sed si is qui accepit gratiam ut de uno aliquo horũ saperet, non intelligit mensuram gratiæ sibi datæ,sed uelit sapere de sapientia dei, de uerbo doctrinæ, de profundioris scientiæ ratione, in quo gratiam non accepit, & non tam discere uelit, quàm docere quæ nescit, iste cum minus sapiat, plus uult sapere quàm oportet. Non enim sapit ad temperantiam,ut custodiat unicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei. Verum ut euidentius adhuc apostolus designaret, introducit exemplum & dicit. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.] Ordinatissime per hæc componens omne corpus ecclesiæ:ut sicut membra corporis singula quæq; proprios habent actus, & officijs suis unumquodq; deseruit,nec tamen possibile est ut non consensu mutuo sibi inuicem cedant: ita,inquit, & in ecclesia quæ est corpus Christi, diuersos singuli habemus actus. Verbi gratia : Alius studium omne erga sapientiam dei & doctrinam uerbi adhibet, & in meditatione legis diuinæ die ac nocte persistit, & est magni huius corporis oculus : alius, ut suprà diximus,erga ministerium fratrum,& indigentium curam,& est sancti huius corporis manus.Alius studiosus auditor uerbi dei,& auris est corporis.Alius ad uisendos decumbentes,& requirendos tribulantes,& positos in necessitatibus eruendos est impiger, & pes sine dubio ecclesiastici corporis appellatur. Et ita inuenies unumquemq; pro posse erga unum aliquod officium spiritale operam dare, cætera uerò sequentia habere.Neq; enim hoc dicimus quod unum sufficere debeat,sed secũdum formam proposití exempli:sicut,uerbi gratia, oculus spiritale officium habet ut uideat, uerum tamen est ex omnibus & in omnibus membris, & cum singulis agit omnia,& cum ipso singula quæq; agunt omnia:Ita & qui per gratiam fidei unum aliquod bonum spiritale meruit, illud quidẽ principaliter administrat, in omnibus uerò actibus socius cum cæteris habetur & particeps.Quomodo autem corpus istud in Christo sit, id est in ueritate,& sapientia,& iustitia,& sanctificatione,quæ omnia Christus est,sæpe iam diximus.Iam uerò si in hoc corpore,uerbi gratia,ut sit aliquis oculus, quod est in corpore toto nobilius,uel manus quod sequenti loco haberi potest, aut auris, aut lingua, aut cætera quæq; quæ uidentur honestiora esse: & rursus ut sit aliquod aliud membrum ex his quæ uidentur inhonestiora esse, ipse aliquid causæ præstitit, an dei uoluntate absq; ullis omnino causis ille illud uel illud constitutus sit membrum, suprà nostram intelligentiam esse puto. Verum ne hi qui naturas diuersas asserunt animarum, & à diuersis conditoribus institutas, locum confirmandi dogmatis sui inuenire uideãtur, ea quæ

ea quæ nobis in superioribus de uasis honoris & uasis contumeliæ dicta sunt, etiam præsenti sufficiãt loco.Nunquã enim cõcedendum est,ut siue in præsenti, siue in præteritis,siue etiã in futuris,seculis non ita unumquemq; dispenset diuina prouidentia,ut uniuscuiusq; meritum arbitrij libertate collectum materiam præbeat dispensanti. Iustus est enim deus,& iniustitia non est apud deum. Habentes donationes secundum gratiã quæ data est nobis differẽtes, siue prophetiã secundũ rationẽ fidei, siue ministerijs in ministrando,siue qui docet in doctrina,qui exhortat in exhortando.] Cum dixisset singulos quosq; credentium membra esse unius corporis Christi,nunc quasi diuersorum membrorum diuersitatem operis dinumerat.Verbi gratia, uelut oculo uidendi,ita menti quæ est interior oculus, prophetiæ assignat officium, & alij tanquam manui ministerium ascribit,alij tanquàm lingnæ doctrinam tribuit:similiter etiam cætera.Illud quoq; quod nobis in superioribus ambiguum uidebatur,absoluit,ubi quærebamus utrum unumquodq; membrum ad honesta,uel minus honesta corporis officia aliquid ex se causæ præbendo uenerit:an nullis ex causis,sed sola dei uoluntate honestum,uel minus honestum esse membrum unicuique delegatum sit.Quod ergo ibi minus nobis clarum fuit,hic apostolus euidenter aperuit dicens, siue prophetia, siue ministerium,siue reliqua dona gratiarum secundum rationem fidei dari : quamuis sermo iste, hoc est rationem fidei , apud Latinos minus proprie translatus uideatur. ἀναλογίαε enim in Græco,nõ tam ratio quàm mensura competens dici potest, ut quia uno non potest,duobus sermonibus explicetur.Secundum ergo fidei mensuram unicuiq; diuersitatis dari pronunciat gratiarum, ut, uerbi causa, accepta quis gratia illud uel illud membrum in Christi corpore fiat.Et hic quidem mensuram fidei causam capiendarum posuit gratiarum:ad Corinthios uerò scribens ait. Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad id quod expedit.& post pauca addit:Omnia autem operatur unus atq; idem spiritus,diuidens unicuiq; prout uult. Vnde mihi uidetur tam ad Romanos quàm ad Corinthios scribens, tres capiendæ gratiæ modos docere, ut ex nobis in eo agi aliquid ostendat, plurimum tamen in dei largitione consistere. Ponit ergo & mensuram fidei esse,per quam quis gratiam capit: ponit & ad id quod expedit, & spiritum diuidere prout uult. Vt ergo in nobis tanta fides inueniatur,quanta possit sublimior gratia promereri,nostri operis uidetur & studij : ut autem ad id detur quod expedit,& utile sit accipienti,dei iudicium est,uel omnino si dari uelit in ipso est.Ideo & in alijs idem apostolus dicit. Nunc autem deus posuit in corpore unumquodque membrum, prout uoluit. Voluit autem deus secundum fidei mensuram quæ est in nobis,uel uoluit ad id quod expedit. Nisi forte & ita aliquis hoc uelit intelligere. Deus posuit in corpore unumquodq; membrum prout uoluit, ut uoluit ad membrum magis referat,hoc est prout uoluit, prout elegit,prout operã dedit,ne uideat de homine arbitrij potestas auferri. Veruntamen ex hoc,quod ait dari gratiam ad id quod expedit,potest fieri ut & si sit in aliquo mensura fidei, tantoq; excellentiorem gratiam meretur accipere, si sanctus spiritus futura prospiciens expedire accipienti nõ iudicet, necessario diuidat unicuiq; prout uult & expedit.Denique nonnullos uidemus accepisse gratiam doctrinæ uel exhortationis ad plebem,& ex hoc ipso elatos atque in superbiam uersos in iudicium incidisse diaboli:alios accepisse quidem gratiam, sed negligentia animi & uitæ desidia corrupisse:unde erat ille qui acceptum denarium in sudario colligauit,nec operari ex eo aliquid uoluit.Propterea denique & apostolus scribit ad charissimũ sibi filium dicens, Noli negligere gratiam quę in te est:tanquam sciens posse gratiam per negligentiam deperire.Quod autem dixit secundum rationem uel mensuram fidei,puto iam plene in superioribus expositum quæ sit fides quæ à nobis requiratur,& quæ sit quæ à deo per gratiam datur secundum hoc quod idem apostolus dicit,Alij fides in eodem spiritu: & item ubi ad dominum dicunt, Auge nobis fidem:quod fides quidem quæ speret & credat,& absque ulla dubitatione confidat, in nobis est:ratio uerò fidei ipsius & scientia & perfectus eorum intellectus quæ credimus,donatur à deo.Sed & illud in hoc loco non omittamus,quod uidetur secretioris esse mysterij,Si enim in præsenti seculo dat deus unicuique gratiam secundum mensuram fidei,sine dubio & in futuro dabit unicuique gratiam pro mensura meritorum.

1.Cor.12

1.Tim.4

Luc.17

Universidad de Deusto
Biblioteca

& si in presenti seculo talis est dispensatio dei, talis erit etiam in futuro: quomodo non
præteritis seculis quæ fuerunt ante nos, similis dei dispensatio erga omnem rationabi
lem creaturam fuisse crederetur? Sed iam uideamus quæ sunt dona quæ enumerat se
cundum gratiam data: Prophetia inquit est, ministerium & doctrina, & exhortatio, &
tributio, hoc est præstatio, & præesse, & misereri. his iungit charitatem & cætera. De
quibus dicet fortasse aliquis: Si hæc omnia per gratiam dat, non erit in culpa si quis
non prophetet aut nō ministret, aut non doceat, aut nō exhortet, aut non tribuat, aut
non præsit, aut non misereatur, aut non diligat, quia horum omnium gratiam non ac
cepit. Sed ad hæc dicemus: sicut est fides quam docuimus esse in nobis, & rursus est fi
des quæ per gratiam datur, sicut suprà diximus scriptum esse. Alij fides in eodem spiri
tu: ita etiam in unoquoq; horū quæ suprà enumerauimus à deo per gratiam dari, erit
& in nobis aliquid, ad cuius unusquisque mensuram uel rationem gratiam promere
tur. Neque enim de sola sapientia accipiendum illud quod scriptum est, quia si sit ali
quis perfectus in filijs hominum, si desit ei sapientia quæ ex deo est, ad nihilum depu
tabitur. Eodem namq; modo possumus dicere, etiam si sit aliquis perfectus in filijs ho
minum, si desit ei fides quæ ex deo est, in nihilum reputabitur: ita & si perfectus sit in
doctrina quis, & desit ei doctrina gratiæ quæ ex deo est, in nihilum reputabitur. Et ita,
in omnibus quæ enumerata sunt, est quædam perfectio inter filios hominum quam
labore & studijs propríjs assequuntur, siue in sapientia, siue in doctrina, siue in alijs of
ficijs: quæ tamen si non habeant gratiam à deo datam, nihil erunt. Quia si desit eis gra
tia spiritus, nec membra esse corporis Christi possunt. Sed in his quæritur, si potest es
se aliqua in nobis uel ex nobis prophetiæ species, quæ non totum habeat ex deo, sed
aliquantulum ex humanis studijs capiat. Hoc quidem apud cæteros ualde impossibi-
1.Cor.12 le uidebitur, apud Paulum tamen euidenter probatur dicentem, Aemulamini autem
dona maiora, magis autem ut prophetetis. In quo quis æmulatur in ministerium, &
doctrinam & exhortationem, & cætera, per hoc quod adhibet erga hæc studium & la
borem, ita ut erga prophetiam fieri debere ostēdit apostolus. Vnde prophetia intelli-
1.Cor.14 genda est hæc, quam docet apostolus non illam esse per quam dicitur: Hæc dicit do
minus: illa enim usq; ad Ioannem: sed illam de qua idem apostolus ait, Qui prophetat,
omnibus loquitur ad ædificationem & exhortationem & consolationem. Prophetia
autem dicitur apud Paulum cum quis loquitur hominibus ad ædificationem & cum
loquitur ad exhortationem & consolationem: & ideo adhibere studium ad huiusce
modi prophetiam possibile nobis est, & in nostra potestate, ut nobis in dei opere su
dantibus secundum rationem & mensuram fidei, si hæc facimus addat & illam quæ
ex deo est prophetiam. Est autem secundum apostolum etiam alia species prophetię,
quam dicit: Si uerò prophetetis, intret autem quis infidelis, uel idiota, arguitur ab om
nibus, iudicatur ab omnibus, occulta quoq; cordis eius manifesta sunt, & tunc cadens
in faciem pronunciabit quia uere deus in nobis est. Sicut enim spiritus dei omnia scru
tatur, ita & uerbum dei omnia quę in occulto sunt perscrutatur: maxime cum uerbum
uiuens sit & efficax, & penetrabilius omni gladio utrinq; acuto, penetrans usq; ad di
uisionem animæ & spiritus, compagum quoq; & medullarum. Etenim cum oramus
in ecclesia, & sermo tractatur, tunc unusquisq; intra semetipsum conscientia stimula
tur recognoscente ex his quæ dicuntur propria peccata, recordante siqua forte in oc
culto cōmiserit. Interdū autē existimatio ipsa prudentiū, uel ex uultu, uel ex moribus
motu uniuscuiusq; colligentium prophetię speciē tenet. Hæc nobis de prophetiæ uel
ex gratia dicta sint. Post hæc sequitur: Siue ministeriū in ministrando. Possumus hæc
omnia ad illam reuocare regulam, quæ superius dicta est: hæc est: Non plus sapere
quàm oportet sapere. ut uerbi causa dicamus, non debere eum qui ministrat, in mini
strādo plus sapere quàm oportet: & qui docet, in doctrina nō plus sapere quàm opor
tet: & qui exhortatur, in exhortando non plus sapere q̄ oportet sapere, Multi enim
accepto ministerio uel accepta doctrina plus sapuerunt quàm oportet sapere: & elati
in arrogantiam, uel in delitijs resoluti, præcipites corruerunt. Qui exhortatur in ex
hortando. Species est doctrinæ & uerbi, quo afflictæ animæ scripturarum diuinarum
prudenter aptatis & in unum collectis sermonibus releuantur. Accidit enim sæpe ani
mæ tribu-

mæ tribulationum nimietate desperatio, nec facile reparari, aut refici quibuscunque
uerbis potest, quamuis polita illa sint & plausibilia. Si uero sermo habens uirtutem
gratiæ dei fuerit adhibitus, tunc cor eius penetrat, & consolationem præbet, ac spem
reuocat desperatione submota, secundum quod per prophetam dictum est à domi
no: Sacerdotes loquimini in corde Hierusalem. Qui tribuit, in simplicitate. Qui præ
est, in sollicitudine. Qui miseretur, in hilaritate.] Qui tribuit & præstat indigentibus,
oportet inquit in simplicitate cordis hæc facere: hoc est ne uideatur quidem indigen
tibus bene facere, corde uerò laudem quærat ab hominibus. Non est ergo simplicitas
si aliud agi uideatur in manibus, & aliud quæratur in corde. Qui autem præest fratri
bus, uel qui præest ecclesiæ, in sollicitude esse debet non humanarum causarum, nec
secularium rerum: Hęc enim sollicitudo aliena debet esse ab his qui ecclesiæ præsunt:
sed talem recipiant sollicitudinem qualem apostolus dicit, Concursus in me quoti
dianus sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis
scandalizatur & ego non uror? Qui ergo præest ecclesiis talem sollicitudinem habe
re debet, & illam aliam secularem omnino habere nō debet. Qui miseretur, in hilari
tate. Videtur fortassis unum atq; idem esse quod suprà dixerat. Qui tribuit, in simpli
citate, & hoc, id est qui misereatur, in hilaritate. Sed mihi uidetur unū fortasse opus esse,
non tamē operis ipsius unus affectus. Aliud est enim dare indigenti, & aliud affectu
misericordiæ cum indigenti partiri: & ideo non uult in tali opere esse tristitiam. Qui
nim erogat pecuniam suam, si infidelis sit, & recepturum se desperet, necessario tan
quam qui eam perdiderit contristatur: Qui uerò cum fide & spe hoc agit, in hilarita
te & lætitia agit, certus & quòd parua hæc quæ pro mandato dei expendit indigen
tibus, sibi opes cœlestium diuitiarum, insuper autem & æternā cōferant uitā. Chari
tas sine simulatione.] Ego puto quod omnis charitas quæ nō est secundū deū, simula
ta sit, & uera non sit. Etenim creator animæ deus idcirco ei cum cæteris uirtutibus
etiam affectum charitatis inseruit, ut diligat deum, & ea quæ uult deus. Cum ergo hoc
opus anima dedit charitati, quicunq; aliquid aliud dilexerit quàm deū, & quę deo pla
cent, charitas in eo ficta & simulata dicēda est. Sed & si quis proximum suum diligat,
& cum errantē eū uiderit nō cōmoneat, nō corrigat, simulata ista charitas dicēda est.
Et ideo nihil habere adulatorium, nihil fucatum charitas debet, sicut & alibi idem a-
postolus dicit: Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Odien- 1.Tim.1
tes malum, adhærentes bono.] Mirum fortasse si quidem inter cætera bona uirtutum
assumitur etiam odium, & tanquam necessario ab apostolo ponitur. Vnde certū est
inesse animæ odij affectum: est enim laudabile odisse uitia, odisse peccata. Nisi enim
quis odio habeat uitia, non potest amare, nec cōseruare uirtutes. Verbi gratia, Si quis
pudicitiā custodire proponat, non potest eam tuto seruare nisi odium quoddā & exe
crationem aduersum impudicitiam sumat. Difficilis enim & ualde difficilis est illa cō
tinentia, ubi desideratur illud à quo abstinetur, & cupiditas animi solo metu futuri iu
dicij refrenatur. Periculosa hæc ualde periculosa sunt, nisi secundum consiliū apostoli
odientes malū & peccata, & quodammodo aduersum ea odiorū bella peragentes, ad-
hæreamus bono. Obseruandū etiā hoc, quòd sicut in alijs dicit, Qui adhæret domino
unus spiritus est, ita & hic dicit, adhæreamus bono, sine dubio ut contingat nobis u- Ioan.17
num esse cum bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligētes.] Hoc est mandatum,
ut diligamus inuicē, sicut & deus dilexit nos. Cū sit primū post primum: primū namq;
est diligere deū, & inter homines iterū hoc primū est, ut inuicē diligamus: nescio quo
modo quasi ultimū & minus necessariū inter homines spernitur, & odiū quod nobis
insitū esse diximus ad hoc ut mala odio habeamus, præpostero ordine exercemus in
bonis, & uitia carnis ac peccata diligētes fratrē odio habemus. Nec aliter accidit odis-
se nos quē nō oportet, nisi quia diligimus quæ non oportet. Si enim putas aliquē im-
piū esse, & ideo nō iudicas eū diligendū, audi quod Christus pro impijs mortuus est.
Aut si quia peccator est frater tuus, ideo eū nō putas diligendū, audi quia Christus in
hunc mundū uenit peccatores saluos facere. Si uerò iustus est, multo magis dilectio-
ne dignus est. Dominus eū diligit iustos. Honore inuicē preueniētes.] Hoc est quod
& dominus docuit, cum notaret scribas & Pharisæos prima sibi loca in conuiuijs uen Luc.14

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicantes:& docet, ut cũ uocatus fueris ad cœnã in nouissimo recũbas. Sollicitudine nõ pigri.] Superius eũ qui præest,in sollicitudine debere esse cõmonuit:nũc uerò omnibus dat hoc in cõmune mandatũ,ne quis nostrũ audiat à domino,Serue male & piger.Spiritu feruẽtes.] Et hoc integrũ spectat.Vult em̃, ut nos qui sub lege spiritus uiuimus,nihil remissum,nihil tepidũ habeamus in nobis,sed cũ feruore spiritus,& calore fidei cũcta peragamus. Domino seruiẽtes.] Ille domino seruit, qui potest dicere: Nobis unus dominus Iesus Christus,per quẽ omnia & nos per ipsum: nec ultra ei aut libido,aut auaritia,aut inanis gloria dominaẽ.Scio autẽ in nõnullis latinorũ exẽplaribus haberi:Tempori seruientes:quod mihi uidẽ incõuenienter insertũ, nisi quis forte ita dictũ putet,ut in alijs idem apostolus ait:Tempus breue est, superest ut qui habent,tanquàm non habentes sint:uel ut illud dictum est, Redimẽtes tẽpus quoniam dies mali sunt.Spe gaudẽtes,in tribulatione patientes.] Spe gauder qui nõ respicit ea quæ uidentur,sed ea quæ non uidentur expectat: & qui scit quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis, idem ipse & in tribulatione patiens erit,quia tribulatio patientiã operatur, patientia probationem, probatio uerò spem:si tamen sermonẽ qui subsequitur impleamus,id est Orationi instantes.] In quo enim non sufficit humana fragilitas, auxilium dei orationibus implorandum est.Vsibus sanctorum cõmunicantes.] Memini in latinis exemplaribus magis haberi Memorijs sanctorũ cõmunicantes:uerũ nos nec consuetudinẽ turbamus, nec ueritati præiudicamus,maxime cũ utrumq; cõueniat ædificationi. Nã usibus sanctorum honeste & decenter non quasi stipem indigẽtibus præbere, sed censum nostrum cũ ipsis quodãmodo habere cõmunem, & meminisse sanctorũ siue in collectis solẽnibus,siue pro eo ut ex recordatione eorũ proficiamus,aptum & cõueniens uidetur.Hospitalitatem sectantes.] Quàm digne hospitalitatẽ sectantis magnificentiam uno sermone cõprehẽdit.Dicens enim sectandã esse hospitalitatẽ,non illud solũ ostẽdit,ut uenientẽ ad nos hospitẽ suscipiamus,sed & requiramus, & soliciti simus, & sectemur,ac perquiramus ubicũq; hospites,ne forte in plateis sedeant,ne extra tectum iaceant.Recordare Lot,& inuenies quod nõ illum hospites,sed ipse quẽsierit hospites. & hoc erat hospitalitatẽ sectari.Benedicite persequentibus uos, benedicite,& nolite maledicere.] Moralem locum latius apostolus exequens, actus, mentem,propositũ, os quoq; ipsum discipulorũ,linguamq; cõponit. Nõ uult credẽtes Christo de ore suo proferre maledictum,sed bene loqui,bene dicere, bene precari,ut ex hoc & boni do mini serui,& boni magistri credãtur esse discipuli.Sciendũ tamen est, quod sermo hic benedictionis in scripturis diuerse positus inuenitur.Nam & deus benedicere uel homines,uel cætera quæ creauit,inuenitur.Item homines uel cæteræ creaturæ deum benedicere iubentur.Sed dei quidem benedictio aliquid muneris semper his qui ab eo benedicuntur impartit:homines uerò deum benedicere, pro eo quod est laudare, & gratias referre,dicũtur.Hic tamẽ apostolus,Benedicite,& nolite maledicere,quasi cũ prouocamur ab inimicis,uel cũ instigamur iniurijs,monet ne pro maledictis maledicta reddamus,sed faciamus quod ipse de semetipso scribit ubi dicit,Maledicimur,sed benedicimus.Gaudere cum gaudentibus,flere cum flentibus.] Habenda est etiã hic competens & apta distinctio.Non enim quibuscunq; gaudijs Christianorũ gaudia socianda sunt, nec quibuscunq; fletibus lachrymæ nostræ iungendæ sunt. Non enim si uideam gaudere aliquem super quæstu pecuniæ,aut possessionum latitudine, aut secularis honoris eminentia, congratulari debeo talibus, qui sciam quod huiusmodi gaudia luctus sequantur & lachrymæ.Intantum non est gaudendum de talibus,ut dominus discipulis suis ne inde quidem gaudere concesserit, quòd dæmonia sibi uidebant esse subiecta,sed ait eis: Nolite gaudere quod dæmonia uobis subiecta sunt, sed gaudete inquit quia nomina uestra scripta sunt in libro uitæ.Et nos igitur si uideamus ab aliquo tale opus geri,quod in cœlo scribi dignum sit, siue iustitiæ opus, siue charitatis,siue pacis,siue misericordiæ,& ita gestũ,ut in libro uitæ referri mereat, debemus gaudere cũ talibus.Sed & si quẽ uideamus ab errore cõuersum relictis ignorantiæ tenebris ad lucẽ ueritatis uenisse,&remissionẽ peccatorũ & gratiam sancti spiritus meruisse,debemus gaudere cũ talibus.Similiter autẽ flere cũ flẽtibus, nõ cũ illis qui flent mortuos

1.Cor.7

Gen.19

1.Cor.4

Luc.10

mortuos suos iubemur,aut qui flent damna secularia,scientes quia huius seculi tristitia mortem operatur.Non sunt ergo iungendę lachrymæ cum talibus,sed cũ illis flendum est de quibus dicit dominus, Beati qui flent,quoniã ipsi consolabuntur. Si qui flent pro peccatis suis,si quis post delictum cõuertitur ad pœnitentiã, & errorẽ suũ lacrymis lauat,si quis ingemiscit etiã in habitaculo isto positus,& ad Christũ redire desiderat,& secundũ delideriũ lachrymarũ profusione lauatur, iungamus cũ talibus lachrymas nostras,& gemitus sociemus.Tristitia quæ secundum deum est,salutem stabilem operatur per pœnitentiam. Idipsum inuicem sentientes.] Sermo iste non natura sui,sed interpretatione obscurior factus est.hoc est enim quod dicit, ut ita de fratre sentiamus,ut de nobis ipsis,& ita uelimus proximo, sicut & nobis uolumus: ut in euangelio dominus dicit:Quæ uultis ut faciant uobis homines,eadem & uos facite illis.Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.] Superbiam super omnia refugiendam docet.hoc enim beneplacitum est deo.Et merito superbia fugiẽda est, cum scriptum sit:Quia initium discedẽdi à deo superbia est.Vnde apostolus in uno sermone institutionem humilitatis commendat.Consentire enim humilibus, amare humiles,atq; inclinare se ad eos,hoc est consuescere imitari eum qui cum in forma dei esset formam serui suscepit,& humiliauit se usq; ad mortem.Nolite esse prudẽtes apud uosmetipsos.] Qui sibi ipsi prudens esse uidetur, hic cũ arrogantia stultus est, nec potest ueram sapientiã dei scire,qui suam stultitiã quasi sapientiam colit. Denicq; in superioribus hanc fuisse incredulitatis causam ludæis,ipse Paulus edocuit,dicens de eis: Quia ignorantes dei iustitiã & suam iustitiã quærentes statuere,iustitiæ dei non sunt subiecti.Sic ergo & qui apud semetipsum sapiens est, non potest esse sapiens apud deum. Nulli malum pro malo reddentes.] Si malum inferre peccare est, & reddere malũ nõ ut quibusdam uidetur iustum est,sed simile peccatũ est, aut(ut ego arbitror) etiã grauius:Nam ille qui malum prior intulit,nõ sentit malũ esse quod fecit. Qui autem reddidit malum,eo ipso quo ad ulciscendum est motus,confessus est sensisse malum esse quod reddidit.Et ideo respiciendum est semper ad eum qui dixit, Mihi uindictam & ego retribuam,dicit dominus. Prouidentes bona non tantũ corã deo sed etiã coram omnibus hominibus.] Corã hominibus,cõtraria erit illa apostoli ipsius sentẽtia quæ dicit:Ego si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem. Sed qui uitæ suæ ac morum atque actuum tenet libram,ut non possit ab ullo hominum reprehendi, iste bona coram omnibus hominibus prouidet. Sed & hoc aduertamus, quomodo non dixit apostolus, hominibus placeamus.sed ut prouideamus bona coram omnibus hominibus, hoc est agamus nos bona coram omnibus hominibus, siue illis placeant quæ bona sunt, siue non placeant. Si possibile est, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes,] Sciens apostolus pacem inter quos pax habetur non ex una parte, sed ex utraq; constare, ne nos alterius animus si forte impacatus euenerit, à bono pacis impedire uideretur,moderatissimum dedit præceptum:ut inter inimicos noster animus semper sit paratus ad pacẽ, & discordiæ culpa non penes alterum constet.Sed fortasse dicat aliquis:Quomodo potest fieri ut pacem cũ omnibus hominibus habeamus? & quid faciemus de scriptura quæ dicit, Furem uidebas & cõcurrebas cum eo,& cum adulteris portionẽ tuam ponebas? Ideo ergo apostolus bene addidit:Quod ex uobis est:hoc est,quod proposito uestro & fidei uestræ conuenit:cum malis enim habere pacẽ & societatẽ,fidei uestrę proposito; nõ cõuenit. quãuis & alia in loco possit haberi distinctio. Aliud est enim homines amare,aliud crimina diligere. Qui homines amat,amat creaturam dei:qui crimina diligit, diaboli sectator inuenitur. Qui ergo perfecti sunt,hoc ipso quod oderũt crimina,homines amant:& odio habentes in eis illud quod peccant,illud quod deus creauit amare non desinunt.Nõ uos uindicãtes charissimi, sed date locum irę.Scriptum est enim, Mihi uindictam,& ego retribuam,dicit dominus.] Hi qui seipsos non uindicant,quomodo iræ locum dent, dupliciter mihi uidetur intelligi. Nam & hoc ipso quod (uerbi causa) manum manu non referiunt,aut conuitio conuitium non reddunt, iræ illius qui fecit iniuriam pertranseundi & euanescendi locum dederunt. Nemo enim ita rabidus inuenietur, qui illata iniuria si uicem non recipiat iterum sæuiat, sed quasi effu-

Rom.10

Deut.32

Gal.1

Matt.5

Matt.7

Eccl.10

Psal.49

Universidad de Deusto
Biblioteca

so ac digesto furore, necessario mitescit. Est ergo & grande lucrum ubi & peccantis multitudo compescitur peccatorum, & iniuriæ passio patientia probabilis fit apud deum. Est autem & hoc modo iræ locum dare, quando pro his quę inferuntur iniurijs Rom.2 qui peccant secundum ipsius Pauli sententiam iram sibi thesaurizant in die iræ, tunc cũ reddet deus unicuiq; secundũ opera sua. Si ergo nosmetipsos uindicemus, non est magnum quod pro iniuria suscepta reddimus: uerbi causa, aut palmam pro palma, aut saxum pro saxo, aut pro contumelia sermonis nihilominus contumeliam. Si uerò seruemus ea uindictæ dei, in eo qui læsit nos locum damus iræ: illi sine dubio quam sibi ipse suis malis actibus thesaurizat, quæ de eo in iudicio dei multo grauiores quã nos inferre possumus exigat pœnas. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius.] Hęc quidem & dominus in euangelijs præcipit: Et quamuis in propatulo sit intellectus iste, quo secundum ea quæ suprà diximus, inquantum inimicis & lædentibus non solum uicem non reddimus, sed & bona præstamus, intantum pœnas eorum in dei iudicio cumulamus: est enim uere iusta damnatio si arguantur ante dominum ijs intulisse mala: à quibus perceperint bona: tamen uideamus ne forte dignius aliquid mandati huius con-
Esa.47 tineat intellectus. Dicit enim & Hieremias propheta ad peccatricem filiam Babylonis: Habes carbones ignis, sede super eos, hi erunt tibi in adiutoriũ. Fortassis ergo & isti carbones ignis qui congregatur super caput inimici, ad adiutoriũ ipsius congregãtur. Potest enim fieri ut amens, ferus & barbarus inimicus, si sentiat beneficium nostrũ si humanitatem, si affectum, si pietatem uideat, compunctionem cordis capiat, commissi pœnitudinem gerat, & ex hoc ignis in eo quidam succendatur, qui eum pro cõmisso conscientiæ torqueat, & adurat: & isti erunt carbones ignis qui super caput eius ex nostro misericordiæ & pietatis opere congregantur. Caput uerò principale cordis appellatur: & merito caput dicitur, cuius intellectu & prudentia membra reguntur uniuersa. Noli uinci à malo, sed uince in bono malũ.] Vincitur à malo qui malis prouocatus reddit malum. In bono autẽ uincit malum, qui acceptis malis restituit bona. Certum est enim hanc esse mali naturam, ut ex similibus suis augeatur & crescat: sicut ignis, si ignem iungas: sicut noctis tenebræ, si aeris nubilum societur. Bonum uerò si adhibeas, exterminatur malum. Contraria namq; contrarijs perimuntur: sicut per aquam ignis extinguitur, & per lucẽ tenebræ fugantur. Sed fortasse dicat aliquis, Paulum per imperitiam sermonis à proposito decidisse: proposuit enim loqui de bonis gratiarum quę per spiritum sanctum dantur. Et quidem quod ait, Siue prophetia, siue ministerium siue doctrina, siue exhortatio, possunt hæc ad dona spiritalia pertinere. Fortassis & hæc quæ sequuntur: Qui tribuit, in simplicitate: qui præest, in solicitudine: qui miseretur, in hilaritate: superioribus possunt adiungi. Ea uerò quæ post hæc enumerat, ut sit charitas sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono, & charitatem fraternitatis inuicem diligentes, & honore inuicem præuenientes, & cętera huiusmodi, præcepta potius dicat esse quàm dona. Sed consideremus diligentius ne forte quoniam quidem in his omnibus moralem locum tractare instituit, & non solum in fide ueritatis stabilem, uerũ & immobilem in moribus ornatũ facere Christianũ, ideo ad munera gratiarum etiã moralia præcepta coniungit, ut ostendat Christianis etiam hæc per gratiam dari dei. Sunt enim & nonnulli gentilium compositis moribus, & honestis institutis, qui tamen hoc ipsum quod habent, non ad deum referunt, nec ab ipso sibi datam gratiam confitentur, sed aut propriæ industriæ ascribunt, aut super magistris institutoribus gloriantur. Nobis autem ostendit apostolus, omne quod bonũ
Iacob.1 est, à deo esse, & per spiritum sanctum dari: sicut & Iacobus apostolus dicit: Omne datum bonum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum: ut qui gloriatur, in domino gloretur. Videamus ergo nunc quid in consequentibus dicat Apostolus.

CAPVT XIII.

OMNIS anima potestatibus sublimioribus subdita sit.] Videtur mihi in hoc ualde laudabiliter animam nominasse, quam subiacere potestatibus iubet. Nunquam enim dixisset, omnis spiritus subiaceat potestati, sed omnis anima.

nima. De qua differentia sæpe iam diximus, quod interdum per animam, interdũ per carnem, interdum per spiritum, homo nominatur. Sed cum à parte meliori nominandus est, quasi qui spiritalis intelligi debeat, spiritus dicitur: quãdo ab inferiore, anima: cum uerò à deteriore nominatur, caro dicitur: & horum testimonia de scripturis sæpe protulimus. Nunc ergo quoniã præcepta credentibus ponit apostolus, uult nos quietem quantum in nobis est præsentis uitæ pacemq; seruare. Et si quidem tales sumus qui coniuncti domino unus cũ eo spiritus simus, domino dicimur esse subiecti. Si uerò nondum tales sumus, sed cõmunis adhuc anima est in nobis quę habeat aliquid huius mundi, quæ sit in aliquibus alligata negotijs, huic præcepta apostolus ponit, & dicitur subiecta sit potestatibus mundi. Quia & dominus dixit, ut hi qui habent in se su- Matth.22
perscriptionem Cæsaris, reddant Cæsari quæ sunt Cæsaris. Petrus & Ioannes nihil habebant quod Cæsari redderent. Dicit enim Petrus, Aurũ & argentũ non habeo. Qui hoc non habet, nec Cæsari habet quod reddat, nec unde sublimioribus subiaceat potestatibus. Qui uerò habet aut pecuniã, aut possessiones, aut aliquid in seculo, audiat, Omnis anima potestatibus sublimioribus subiaceat. Non est potestas nisi à deo.] Dicet fortasse aliquis: Quid ergo? & illa potestas quæ seruos dei persequitur, fidem impugnat, religionem subuertit, à deo est? Ad hoc breuiter respõdebimus. Nemo est qui nesciat quod & usus nobis à deo donatus est & auditus & sensus. Cum ergo hæc à deo in potestate nostra sint, tamen uti usu uel ad bona uel ad mala possumus: similiter & auditu, & motu manuum, & cogitatione sensus: & in hoc iustum iudicium dei est, quod his quos ad usus ille bonos dedit, nos abutimur ad impia & iniqua ministeria. Ita ergo & potestas omnis à deo data est ad uindictam quidem malorum, laudem uerò bonorum, sicut idem apostolus in subsequentibus dicit. Erit autem iustum iudicium dei erga eos qui acceptam potestatẽ secundum suas impietates, & non secundũ diuinas temperant leges: & ideo dicit: Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.] Non hic de illis potesta- Act.5
tibus dicit quæ persecutiones inferunt fidei: ibi enim dicendum est, Deo oportet obtemperare magis quàm hominibus: sed de istis cõmunibus dicit quæ non sunt timori boni operis, sed mali. Quibus utiq; qui resistit, ipse sibi damnationem pro gestorũ suorum qualitate conquirit. Vis autem non timere potestatẽ: bonum fac & habebis laudem ex illa, Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem male feceris, time: nõ enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est, uindex in ira ei qui quod malum est agit.] Mouet me in his sermonibus Paulus, quod potestatem seculi & iudiciũ mundi dei ministerium dicit: & hoc non semel, sed secundo & tertio repetit. Velim ergo requirere quomodo iudex mundi dei minister sit. Inuenimus scriptum in Actibus apostolorum, quia conuenientes in unum apostoli statuerunt decreta quæ obseruare deberemus nos, qui ex gentibus credimus Christo, in quibus hæc continentur. Apostoli Act.15
& presbyteri fratribus qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ omnibus qui ex gentibus crediderunt, salutẽ. Quoniã quidem audiuimus quosdam exisse à nobis & perturbare uos, quibus non mandauimus. Et post aliquanta additur. Placuit autem sancto spiritui & nobis, nihil amplius superponi uobis ponderis, præter ea quæ necessaria sunt, ut abstineatis uos ab his quæ idolis immolantur, & sanguine, & suffocatis, & fornicatione, à quibus custodientes uosmetipsos bene agetis. Valete. In his ergo præceptis in quibus dicit nihil amplius imponendum esse oneris his qui ex gentibus credunt, nisi ut abstineãt se ab his quæ idolis immolant, & sanguine, & suffocatis, & fornicatione, neq; homicidiũ prohibetur, neq; adulteriũ, neq; furtũ, neq; masculorum cõcubitus, neq; cætera crimina, quæ diuinis & humanis legibus puniuntur. Quod si illa sola quę suprà memoraui, obseruãda dicit esse Christianis, uidebitur eis de cæteris dedisse licentiam. Sed uide ordinationem spiritus sancti: quoniã quidem cætera crimina seculi legibus iudicantur, & superfluum uidebatur ea nũc diuina legę prohibere, quæ sufficienter humana lege plectuntur, illa sola de quibus nihil humana lex dixerat, religioni uidebatur conuenire decernere. Ex quo apparet iudices mundi partem maximam dei legis implere. Omnia enim crimina quæ uindicari uult deus, non per antistites & principes ecclesiarum, sed per mundi iudices uoluit uindicari: & hoc sciens Paulus, recte

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus,recte eum ministrum dei nominat & iudicem in eum qui quod malum est agit.Et hoc quod dicit de potestate,Fac quod bonum est,& habebis laudem ex ea,altius mihi requirendum uidetur.Non enim cõsuetudo est potestatibus seculi laudare hos qui non fuerint crimino si.Nam peccantes quidem puniunt, non peccantes uerò laudare eis mos nullus est. Sed uideamus ne forte Paulus etiam cum moralia uidetur docere, inserere semper etiam de mysterijs aliquid non omittat. Etenim sciens quòd omnes qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur: unumquenq; aũt in iudicio illa lex sine dubio arguet secundum quod uixit:ostendimus autẽ sanctum spiritum in multis humanæ legi locum dedisse: certum est quia in die iudicij habebit etiam ex istis legibus laudem apud deum is qui nihil contra statutas commiserit leges, cum dicetur ei à domino:Euge serue bone & fidelis, suprà pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituã.

1 Tim.1 Sciendum tamen quòd iusto lex non est posita,sed iniustis, & non subditis, scelestis, homicidis,contaminatis,periuris,& cæteris qui huiusmodi sunt.Ipsi enim sunt qui timent legem.Qui autẽ facit bonum, hoc est qui non metu legis, sed amore boni facit quod bonũ est,iste iam non sub lege literæ,sed sub lege spiritus uiuit. Ideoq; necessitate subditi estote nõ solũ propter irã,sed etiam propter conscientiã.Ideo enim & tributa penditis.Ministri enim dei sunt in hoc ipsum instantes.] Ordinat quidẽ per hæc Paulus ecclesiã dei,ut nihil aduersi principibus & potestatibus seculi gerens,per quietem & tranquillitatem uitæ,opus iustitiæ & pietatis exerceat.Si enim ponamus, uerbi gratia,credentes Christo potestatibus seculi non esse subiectos, tributa non reddere,nec uectigalia pensitare,nulli timorẽ,nulli honorem deferre, nónne per hæc rectorum & principũ merito in semetipsos arma conuerterent,& persecutores quidẽ suos excusabiles,semetipsos uerò culpabiles redderent? Non enim iam fidei sed contumaciæ causa impugnari uiderentur:& esse eis causa quidem mortis, meritum uerò mortis indignum.Hæc ergo Paulus per immensam sapientiã prouidens dicit. Reddite ergo omnibus debita.Cui tributum,tributũ:cui uectigal,uectigal:cui timorem, timorem:cui honorem,honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis.] Puto tamen quòd etiam hæc Paulus non absq; solitis sermonum suorũ proferat sacramentis.Etenim omnem creaturã,omnesq; spiritus siue recti siue etiã praui malicq; positi,deo ministrare & exhibere unũquenq; ad quod aptum se præbuerit ministeriũ, in superioribus iam docuimus. De omnibus enim simul pronunciauit apostolus ubi dixit.Nónne omnes sunt ministeriales spiritus,in ministerio missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Ministrant ergo omnes spiritus hominum uitæ,unusquisq; tamen(ut diximus)pro dignitate & merito sui:& illi ministri dicuntur quorum ministeria quemadmodũ pertinet peraguntur. Vnde & apostolus qui dixerat de se, quia

Gal.6 1 Cor.2 mihi mundus crucifixus est,& ego mundo,ait etiam hoc: Nos autẽ non spiritũ huius mundi accepimus,sed spiritũ qui ex deo est,qui autem adhuc de mundo est,& ea sapit quæ mundi sunt,& quæ carnis sunt quærit, necessario subiectus est ministris mundi: subiectus autẽ propter iram,quam sibi thesaurizauit ex peccatis.Et hoc mihi uidetur dicere,Ideo necessitate subiecti,nõ solum propter iram,sed & propter conscientiam. Conscientiæ quoq; quis subditur cum habet in se quod accusetur à conscientia.His ergo etiam tributa quædam pendimus,dum adhuc secundũ carnem uiuimus,& quę carnis sunt cogitamus. Nam si uineam domini colamus, & uitẽ uerã qui est Christus exerceamus in nobis, de ista uinea nõ ministris seculi pẽdemus tributa, sed ipsi domino

Matth.21 fructus in tẽpore reddemus, secundum quod ipse saluator in euangelijs dicit,quia colonis malis tollet uineã,& dabit eam alijs colonis qui reddant ei fructum in tempore. Sed & hoc ipsum quod dicit,Reddite oĩbus debita,cui tributum,tributum:cui uectigal,uectigal:ab eo quod in sequentibus additur:Cui timorẽ, timorem:cui honorẽ, honorem:diuersum mihi uidetur:& ad eos quidem quos suprà diximus ministros pertinere tributa & uectigalia. Exigunt enim à nobis tributa terræ nostræ, & uectigalia

Matth.17 negotiationis nostræ.Et quid dico de nobis? Exoluit tributũ etiã dominus noster Iesus Christus in carne positus:quod idcirco se dicit exoluere,non quòd debitor sit,sed ne scandalizet eos.Quod si ille qui nihil habebat in se Cæsaris,& in quo princeps huius mundi ueniẽs non inuenit quicq; de suo,cum liber esset,soluit tamẽ tributũ(Venit enim

nit enim & in mortem ut esset inter mortuos liber)quãto magis nos necesse est ista tributa carnis expendere,& negotiationis nostræ,si tamẽ negotiamur margaritas regni cœlorum,per diuersas tentationes exigentibus nos spiritibus uectigalia pẽsitare? Timorem uerò & honorem ad illum potius referre debemus qui dicit per prophetam, Nónne dominum & patrem uocatis me? Et si dominus sum ego, ubi est timor meus? & si pater sum,ubi est amor meus, & honor? Posteriora sane quæ addidit, ut nemini quicquam debeamus,certum est ad ministros referri,quibus debitor quis efficitur cũ peccauerit.Debitum enim peccatum esse in multis frequenter ostendimus. Vult ergo Paulus peccati quidem omne debitum soluí, nec remanere apud nos omnino debitum peccati, permanere tamen & nunq; cessare à nobis debitũ charitatis:hoc enim & quotidie soluere,& semper debere expedit nobis. Denicq; quantæ uirtutis sit charitas,in consequentibus ponit. Qui enim diligit proximum,legem impleuit.Nam nõ adulterabis,non occides,non furtum facies,non falsum testimonium dices,non concupisces,& si quod est aliud mandatum,in hoc uerbo restauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.] Et ad ultimum rationem tanti præcepti breuiter colligens ait.

Dilectio proximi malum non operatur.Plenitudo ergo legis est dilectio.] Suprà dixerat quia qui diligit proximum legem impleuit:& quia difficile uidebatur quomodo possit quis omnem legem uno sermone complere, plenissimam reddit rationem dicens,Dilectio proximi malum non operatur, & ideo plenitudo legis est dilectio.Pone enim per singula mandata legis dilectionẽ,& uide cq; facile cuncta complẽtur.Nũquid qui diligit proximum,occidere eum potest? Certum est quòd nemo quẽ diligit interficiat.Est ergo dilectio per quam impleatur mandatum quod præcipitur, Non occides.Iterum qui proximum suum diligit, in uxorem eius adulterium cõmittit? Nunquam profecto.Si ergo diligas proximum,nec adulterium cõmittes. Similiter & qui diligit proximum,quæ eius sunt non furatur:& qui diligit proximũ, falsum aduersus eum testimonium non dicit. Similiter & cætera mandata legis,si sit erga proximum dilectio,absq; aliquo labore seruantur. Puto etiam quòd & in hoc uoluit nos aliquid compendiosius docere. Nam si diligentius requiras quis sit proximus noster, Luc.10 discès in euangelio illum esse proximũ nostrum qui uenit,& iacentes nos uulneratos à latronibus & nudatos à dæmonibus iumento corporis sui superposuit, & ad stabulum ecclesiæ detulit, & stabulario pro cura nostra & diligentia uel ipsi Paulo uel omni qui ecclesiæ præest, duos denarios noui ac ueteris testamenti ad nostræ curæ concessit expensas.Hunc ergo proximum si diligamus,omnẽ legem & uniuersa mandata ipsius cõplemus.Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti:nec fieri ullo pacto potest,ut qui ex toto corde,ex totis uiribus suis diligit Christum, faciat aliquid quod non placeat Christo.Illum enim qui diligit non solũ nõ occidit, quod prohibet lex,sed nec irascitur fratri suo,quia ita delectatur illo quẽ diligit:& non solum non faPsal.42 cit adulteriũ,sed nec mulierem respicit ad cõcupiscendũ, sed dicit ad ipsum magis:Cõcupiscit & deficit anima mea in deũ uiuũ.Qui diligit Christum quomodo de furto cogitat, qui etiam sua omnia quæcunq; habet reliquit ut sequatur Christum? Qui Christum diligit quando falsum testimonium dicit,cum sciat ipsum quem diligit falso testimonio perditũ? Necessario autem qui diligit Christum,diligit & proximum suũ.Hoc enim solo indicio Christi esse discipulus designatur,si charitatẽ cum proximis habeat. Certum est enim quòd qui non diligit proximũ,nesciat Christum. Et hoc scientes tẽpus,quoniam hora est iam nos de somno surgere. Nũc autem propior est nostra salus cq; cum credidimus.Nox præcessit,dies autẽ appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarũ,& induamur arma lucis,sicut in die honeste ambulemus.] Cum post illas dissertiones quas uel de gentibus uel de Iudæis apostolus prosecutus est,introduxisset etiã moralem locũ,quo magis auditores incitet ad conuersionẽ,introducit modo per urgẽtem temporis rationem,quod est in rebus omnibus summũ. Nemo enim ita somnolentus & piger est, quẽ aduenientis diei nõ excitet claritas, & cui sol oculis infusus nõ aperiat aspectum. Est ergo etiã animæ somnus quidã. Si enim sunt ei(ut sæpe iam diximus)proprij oculi,& aures propriæ,& manus propriæ,& pedes,quæ singula non tam membra corporalia inesse ei cq; uirtutes quibus ad unũquodcq; mouetur & incitatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

& incitatur,reputandæ sunt, accidit sine dubio ei secundũ oculos suos etiã somnus.Si enim non agat tẽpore opportuno quę dei sunt,sed desideriis torpescat,merito dormire dicitur.Idcirco igitur Paulus præco Christi circuiens mundũ in somno desidiæ positum,annũciat adesse iam lucẽ, & tempus esse ut surgatur à somno:noctemq; hoc est tempus illud quo ignorantia hominibus dominata est,processisse, & proximante iustitiæ solis aduentu,rarescentibus tenebris,imminere iam agnitionis diẽ:atq; ideo clamat expergiscendum esse, ne per segnitiẽ quis noctem patiatur in luce,& abiicienda esse opera tenebratũ,atq; arma lucis induenda.Opera tenebrarum sunt actus illi qui à deo alieni sunt:arma uerò lucis assumptio uirtutũ.Et sicut diximus dedecorosum esse die iam perurgente dormire, multo est dedecorosius tempore diei & lucis opera gerere tenebrarũ. Verum sciendũ est, aduentum lucis huius & diei duplici modo accipiendũ,& generalem omnibus,& unicuiq; specialẽ.Generalis omnibus aderit lux & dies,cum futuri seculi tempus aduenerit:ad cuius comparationẽ præsentis huius mũdi spatium tenebræ appellantur.Quod tempus labescentibus quotidie diebus appropiat,& spatia quæ præteritis augentur,futuris sine dubio minuuntur, & ideo propior nostra salus q̃ cum credidimus,& quotidie fit propior:sicut & dominus cũ cõsumma
Luc.21 tionis seculi signa distingueret dixit,Cum autẽ uideritis hæc omnia,leuate capita uestra,quoniam appropinquat redemptio uestra. Fit autẽ & per singulos dies huiusmodi aduentus nobis: & si Christus in corde sit,diem nobis facit. Si ignorantias nostras scientiæ ratio fuget,& indignos actus declinantes pia quæq; & honesta sectemur, in luce sumus positi,& quasi in die honeste ambulamus. Quæ sunt autẽ opera tenebrarum quæ abiicienda sunt,cõsequenter enumerat,& dicit. Non in comessationibus & ebrietatibus,nõ in cubilibus & impudicitiis,non in contentione & æmulatione.] Ista sunt opera tenebrarũ,quæ & carnis opera appellant, in his qui carnẽ suam luxuriæ & impudicitiæ nõ sanctitati neq; domino manciparũt. Comessationes enim, hoc est inhonesta ac luxuriosa cõuiuia, quibus necessario comes est turpissima temulẽtia, quid aliud subsequent nisi cubilia impudicitię? A fœdis cubitationibus cubilia appellata sunt:cũ non tã rationabilibus uideant hominibus,q̃ feris & beluis cõuenire.Nõ in contentione & æmulatione.Illa quæ suprà dixi, carnis sunt uitia:hæc iam & animi: quãuis omnia carnis opera dicant,& opera tenebrarũ. Quia reuera cõtentio & æmulatio in malis,eorũ est qui secundũ carnẽ uiuũt,& qui in tenebris ambulãt.Qui autẽ in luce est,& sicut in die honeste ambulat,nihil per cõtentionem & inanẽ gloriam gerit. Hoc ergo modo abiicit quis(quod ait suprà)opera tenebrarum. Quod uerò dixit,Induamus arma lucis,qũo debeat fieri nũc exponit. Sed induimini dominũ Iesum Christũ,& carnis curã ne feceritis in desideriis.] Frequenter diximus Christũ sapientiã esse,& iustitiã,& sanctificationẽ,& ueritatẽ, & omnes simul uirtutes: quas utiq; qui assumpserit, Christũ dicit induisse.Si emẽ hæc omia Christus, necessario qui hæc habet, habet Christũ.Qui habet,carnis curã in cõcupiscẽtiis nõ facit. Moderatione sollicita apostolus utit,nõ per omnia carnis curã negat habendã.Certũ est emẽ quòd in necessariis habẽda est,in delitiis uerò & luxuria atq; omni cõcupiscẽtia,penitus excludenda.

CAPVT XIIII

1 Infirmum autẽ in fide assumite,non in disceptationibus cogitationũ:alius enim credit mãducare se omnia, qui autem infirmus est,holus manducet.

Et in superioribus de fidei firmitate mentionẽ fecit apostolus, ubi ait de
Rom.4 Abraham:Cum ferè centum annorum esset,non infirmatus est fide. De qua infirmitate fidei in illis locis quæ occurrere potuerunt exposuimus. Sed & nunc de infirmitate in fide commemorat,quem in eo dicit infirmum, quia non credit manducare omnia,sed tam exigua est fides eius,ut sola holera competentem sibi esse existimet cibũ. Quod potest quidem uideri dictum ad eos qui ex gentibus crediderunt, extollentes se in libertatem fidei, qua nihil cõmune aut immũdum esse credunt aduersus eos qui ex circũcisione crediderunt, obseruantes adhuc secũdum traditionem legis ciborum differentiam:ut eos reprimere uideat & monere, ne insultẽt eis quibus longa consuetudo in obseruãdis cibis discretionem adhuc aliquam & cunctationẽ mouebat.Iubet ergo

ergo eum qui ita in hac fide infirmus est,assumi magis,& non abiici, nec quasi infidelem iudicari.Aliud est enim infidelem esse,aliud infirmari in fide. Nam infidelis dicitur qui non habet fidem:Infirmus autem in fide,qui dubitat in parte aliqua fidei.Componens igitur apostolus in pace corda dicit: Is qui manducat non manducantem non spernat:& qui non manducat,manducantem non iudicet.Deus enim illũ assumpsit.] Quo scilicet per hæc nulla esset inter credentes ciborum causa dissensio.Sed uidetur hæc Paulus profundiore magis sensu elocutus.Neq; enim ex circumcisione uenientibus de edendis holeribus lex aliquid mandauerat, ut ipsis conuenire uideatur quod ait.Qui autem infirmus est holera manducet. Vnde constat eum de cibo uerbi ista tractare, & infirmum dicere in fide eum qui non ita perfectus est sensibus ut possit omnem cibum uerbi dei sumere, sicut & ipse apostolus in alijs dicit. Perfectorum Heb.5
autem est cibus solidus,eorũ qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali.Et iterum ad alios dicit, Lac uobis potum dedi nõ escã: 1.Cor.3
nondum enim poteratis.Et nunquid ita inepti erimus, ut putemus apostolũ qui missus est prædicare uerbum dei,lac portasse secum quod Corinthijs potũ daret? Sed manifestũ est hæc eum de qualitate uerbi proloqui,& propterea dicere.Si quis infirmior est sensibus,& non est ita perfectæ fidei,ut de secretioribus mysterijs capiat uerbum, non debere eum per ea quæ intelligere non potest disceptationibus cogitationũ moueri.Alius enim,inquit,credit manducare omnia. Non per hæc Paulus ad omnia comedenda discipulos hortatur,nec gulæ & gurgitis est magister: sed de illis sine dubio dicit,quorũ fides perfecta est,& nullis in uerbo dei discretionibus impedita:quos idẽ apostolus in alijs spirituales appellat cum dicit.Spiritalis autem examinat omnia. Ipse est ergo de quo hic dicit, Alius autem credit manducare omnia. Deniq; & apostolis
Ioan.16 antequam spiritum sanctum acciperẽt dicebatur à domino:Multa adhuc habeo quæ loquar uobis,sed non potestis illa audire modo. Veniet autem paracletus spiritus ueritatis,ipse uos docebit omnia.Ista sunt ergo omnia quę creditur mãducare is qui profidei perfectione per gratiã sancti spiritus capax uerbi secretioris extiterit. Habet tamen & infirmus quod sumat ex uerbo dei,& est species quædam uerbi quam hic apostolus holera appellauit,quæ audientis sensum nõ tam robustum reddat & fortem, q̃ sustentet & interire non sinat.In multis etenim de interioribus animę sensibus scriptura diuina quasi de exterioribus corporis loquitur membris:& sicut sæpe docuimus interiorẽ hominẽ uidere uel audire uel ambulare nominari,ita & nunc ipse interior homo aut omnẽ cibum posse dicitur percipere si perfectus est, aut si infirmus est holera manducare.Sed ut perfectorũ & imperfectorum in ecclesia concordiã,& imperfectorum rancq; inhonestorum in corpore membrorũ honestorumq; cõponat, nec habeat
1.Cor.12 in eis ulla dissensio,dicit:Qui manducat,non manducantẽ non spernat:& qui nõ mãducat,manducantẽ non iudicet.Hoc est quod alibi dicit, Quia nõ potest dicere oculus manui,non es mihi necessaria,& caput pedibus,non desidero operam uestrã. Sed multo magis corporis mẽbra quę uidentur inhonestiora esse,necessaria sunt.Et his ergo quorũ fides tanta est ut omnia possint manducare, & omnẽ uerbi speciem capere,
Rom.14 ne superbiant & spernãt eos qui inferiores sunt,præcipit: & rursum his qui incapaces sunt perfectioris doctrinæ,mandat ne iudicent eos quorum sensus capacior est,& intellectus eminentior. Solent enim peruerso ordine imperiti peritos iudicare & desides studiosos.Interdum & hi qui scientiæ aliqua initia ceperint inflantur & extolluntur aduersus eos qui uidẽtur minus capaces esse.Idcirco igitur increpatione apostolicæ autoritatis Paulus utriusq; partis insolentiam reprimẽs dicit. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat,aut cadit.] Quod dicit stat aut cadit,secundum sensum eius quem increpabat dicit.Nam & imperitior si uideat quempiã profundius aliquid quod ipse capere non potest sentiẽtem,cecidisse eũ iudicat à fidei statu: & rursum qui inflantur ex scientia,& non cum charitate,sicut Paulus cõmonet,similiter de imperitioribus quibusq; opinantur: & ideo potestatem fratri iudicãdi fratris exemit. Bene autẽ alienum seruum ait,quia dominus dicit, Vos autẽ omnes fratres estis.Omnes,hoc est uniuersa creatura, & unus solus dominus Iesus Christus, qui est dominus omniũ,dies in omnibus.Simul & bonitatẽ dei ineffabilem manifestat, cum dicit de

eo qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo qui cecidisse uidetur, etiãsi uere ceciderit, quia potens est enim deus statuere illum. Dominus enim erigit elisos. Nam alius iudicat diem inter diem: alius autẽ iudicat omnem diem. Vnusquisq; in suo sensu abundet.] Diximus superius secundum literæ apostolicæ consequentiam uideri hic de ciborum continentia, uel de libertate tractari, quoniam uocatio quidem quæ in Christo est, nihil cõmune aut immundum ponit in cibis, sed continentiæ ratio suadet etiam à licitis abstinere. Non enim (ut & ipse in alijs dicit) quia omnia licent idcirco etiam omnia expediunt, uel omnia ædificant. Ipsa tamen abstinentiæ ratio diuersa est pro uoto & proposito uouẽtis. Alius nanq; hoc iudicat, & ita apud animum suum decernit, ut omnem diem hoc est continuum uitæ suæ tempus exigat in abstinentia. Alius uerò tempus aliquod uelut uotiua professione decernit. In quo siue ut iugem, siue ut temporalem suscipiat continentiam, uniuscuiusq; sensibus dat liberam facultatem. Vtrunq; tamen acceptum fieri apud dominũ pollicetur, & propterea subiungit: Qui sapit diem, domino sapit: & qui manducat, domino manducat: gratias enim agit deo: & qui non manducat, domino non mãducat, & gratias agit deo.] Gratiæ deo ab utroq; referuntur ab illo pro fructu continentiæ, ab hoc uerò pro libertate uescendi. Sed quoniam, ut in anterioribus ostendimus, profundior inuenitur apostoli sensus quàm ciborum carnalium ratio continet, in spiritali expositione secundum ea quæ supra disseruimus, de his quorum alius omnem diem, alius uerò alternos iudicat dies, possumus illud sentire, quòd in scripturis diuinis unũ quodq; capitulum in quo dogma pietatis & fidei continetur, dies dicatur. Vere enim dies est qui illuminat mẽtem, qui ignorantiæ tenebras fugat, qui Christum, qui sol est iustitiæ habet in se. Si quis ergo sit qui ita diuinis literis operam impẽdat ac studium, ut omnem diem & omnem sensum scripturæ diuinæ discutiat & dijudicet, ita ut non eum transeat de lege iota unum uel unus apex, hic omnem diem uidebitur iudicare. Qui autem non est tantus ingenio, alternos id est paucos ex multis capiat sensus, & si non qui ad plenitudinem scientiæ sufficiant, at certe qui ad summam fidei satisfiunt. Vterq; ergo secundum apostolicũ sensum & consilium gratias agit deo: ille qui sapit omnẽ diem, & qui manducat omnia, id est qui agnoscit & intelligit omnia: & ille qui licet non omnia manducet, & non uniuersorũ intelligentiam capiat, breui tamen fidei confessione saluatur. Et ideo etiam non manducans omnia, nec omnium scientiã sumens, agere tamen etiam ipse gratias dicitur deo. Nemo enim nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur.] Quid sit uiuere in Christo, & quid sit in Christo mori, dictum sæpe à nobis est in huius epistolæ expositione, & præcipue in eo loco ubi explanare tentauimus sermonem apostoli quo ait: Si autem mortui sumus cũ Christo, credimus quia & conuiuemus ei. Si ergo meminimus quæ in hoc loco dicta sunt, ex ipsis etiam propositus in præsenti sermone apostolus apertior & lucidior fiet, quomodo nemo nostrum sibi uiuat, & nemo sibi moriatur. Nõ enim unusquisq; ipse sibi dat, sed à Christo sumit mortis exemplũ, qui soli peccato mortuus est, ut & ipse imitatione eius possit alienus & mortuus effici à peccato. Sed & uitæ exemplum non ipsi ex nobis habemus, sed ex Christi resurrectione suscipimus, ut idẽ apostolus dicit: Vt sicut Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Nouitas ergo uitæ qua in Christo per fidem resurrectionis eius uiuimus, domino reputatur, quia non à nobis, sed ab ipso sumit exordium. Et ideo. Siue enim uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. Siue igit uiuimus, siue morimur, domini sumus.] Mortem etenim appellat illam, qua Christo (ut diximus) consepulti, & in morte ipsius baptizati peccato mortui sumus, & uitam qua alieni effecti ab hoc mũdo, & ut ipse ait ex mortuis uiuentes, non nobis id est non carni uiuimus, sed deo, secundum ea quæ in subsequentibus iungit. In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, ut & uiuorum & mortuorum dominetur.] Mortuum dicit esse Christum dispensatione sine dubio passionis: uixisse autem per sacramentum resurrectionis. Vnde & nobis primo passionis & mortificationis, post etiam resurrectionis & uitæ nouitatis reliquit exemplum. Sed moueat aliquem fortassis quod dicit apostolus, idcirco mortuum esse & uixisse, ut mortuorum & uiuorum dominetur: quasi qui hoc dederit intelligendum, quod nisi mortuus fuisset mortuorum dominatum non habuisset: & nisi post

Rom. 9

nisi post mortẽ rursus uixisset, nõ tenuisset dominationẽ uiuorũ. Sed ad hæc ita respondẽdũ puto. Duobus ex modis cõstat in omnem creaturã Christi dominatio. Vno, per quem ut creator omniũ & potestatẽ gerẽs uniuersorũ, ui maiestatis & potẽtiæ necessitate habet cætera subiecta, per quẽ modũ nõ solum bonis & sanctis mẽtibus ac spiritib. dominat, uerũ & nequam & refugis & his qs scriptura diuina malignos angelos appellauit. Idcirco igit & omnitenens, & omnipotens dicitur, secundũ q̃ Ioannes designat in Apocalypsi, dicẽs: Hæc dicit qui est & qui erat & qui uenturus est omnipotens. Hic ergo unus est modus quo Christus omnibus dominat. Alius uerò est, quo tanq̃ bonus & boni patris filius nõ uult rationabiles spiritus ad obedientiã legis suæ uiolenter inflectere, sed expectat ut sponte ueniant, ut uoluntate & nõ necessitate bonũ quærant, & docendo magis q̃ imperando, inuitando potius q̃ extorquendo persuadeat. Inde denicq; est, quod usq; ad mortẽ dignat accedere, ut exemplũ obedientiæ, & moriendi formam uolentib. peccato emori & uitijs derelinquat. Et propter hoc in præsenti loco apostolus scribit: idcirco eum mortuũ esse & uixisse, ut & uiuorũ & mortuorũ dominet. Viuorũ profecto illorũ qui pro resurrectionis eius exẽplo nouã & cœlestẽ in terris exigunt uitã: Mortuorũ sine dubio qui mortificationẽ Christi in corpore suo circũferunt, & mortificãt mẽbra sua quæ sunt super terrã. Quod si hæc ita se habẽt. Tu aũt quid iudicas fratrẽ tuũ? Aut tu quare spernis fratrẽ tuum?] Cũ siue mortificatio sit in te carnis & uitiorũ, nõ ex te orta sit, sed Christi morte donata: siue tibi nouitas uitæ est, & in terris ambulas conuersationem habens in cœlis, id Christi resurrectione merueris. Bene autem utriusq; uitij notã uernacula appellatio signauit, illi dicens, quare spernis? & huic, quare iudicas fratrẽ tuũ? Solent em hi qui aliquantulũ uidentur profecisse, spernere & nihili ducere eos qui altioris intelligentiæ minus capaces sunt. Econtrario aũt imperiti & indocibiles iudicare hoc est condẽnare & incusare eos qui altiora & „pfundiora perquirũt, quæ ipsi capere aut assequi nõ possunt. Et ideo apostolus resecare uolens culpã ex utraq; parte nascentẽ, illis quidẽ præcepit, ne inferiores spernãt atq; despiciãt: his uerò ne superiores se iudicẽt, cum peritiã non habeãt iudicãdi. Quãuis utrunq; reprehendat, & eum qui spernit fratrẽ inferiorẽ, & eum qui iudicat superiorẽ, tamen ut ostenderet illũ grauius in iudicãdo, q̃ hunc in spernendo fratrem peccare, omissa spretionis culpa præsumptionẽ iudicãdi fratris exaggerat, & ideo in cõsequentibus iungit: Omes enim ante tribunal Christi stabimus. Scriptum est enim: Viuo ego dicit dominus, quoniã mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo.] Assumens apostolus causas ex his in quibus nõ recte iudicant qui iudicãt fratres, recti & iusti introducit diuini iudicij formã, & ait: Omnes enim nos stare oportet ante tribunal dei: Quo scilicet uenerit is qui iudicat fratrẽ, in tantũ se crimẽ elationis incurrere, ut tribunal dei sibi uindeatur assumere, & unigeniti iudiciũ præuenire. Verũ quid sibi uelit hoc ipsum quod apostolus tribunal dei memorat, & quomodo intelligendũ sit uideamus. Non solum in hoc loco, sed & ad Corinthios scribens, tribunalis facit nihilominus mẽtionem ubi ait: Propter quod studemus siue præsentes, siue absentes placere illi. Omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; per corpus prout gessit, siue bonũ siue malũ. Sed & apud Danielẽ prophetã inuenimus talia quędã de iudicandi specie de scripta. Videbã, inquit, & ecce sedes posita erat, & uetustus dierũ sedebat, & indumentũ eius sicut nix cãdidũ, & capilli capitis eius sicut lana mũda. Thronus eius flãmã ignis, rotæ eius ignis accẽsus, fluuius igneus currebat ante ipsum. Milies milia ministrabant ei, & decies milies dena milia assistebãt ei, & ante eum iudiciũ constitutũ, & libri aperti sunt. In duodecim quoq; prophetarũ libro, sub mysterio dicitur quia in ualle Iosaphat dominus populum suũ iudicet: Ipsam aũt uallem Iosaphat paulo post uallem iudicij nominat. Sed de ijs nunc singulis, quæ similitudinis causa protulimus, differere longum uidetur. Ea tamen quæ ad Corinth. scripsisse apostolũ diximus, cõferentes cum præsenti loco uel cæteris quæ apud prophetã scripta memorauimus, declarari uidemus ex omnibus certissime futurũ esse iudiciũ dei, cuius species ut notior hominibus fieret, iudicandi forma ex ijs quæ inter homines gerũtur assumpta est, quo scilicet nosceremus, quia sicut iudex iste terrenus celsiorẽ quendã locum quod tribunal appellatur ascẽdit, ut ex

Apoc. 1

2 Cor. 5

Dan. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo altior & eminentior cæteris qui iudicandi sunt fiat, ne conspectui eius lateāt uel malorū supplicia, uel allegatiōes innocentiū, intelligamus & iudicē omniū Christū naturā & maiestate cæteris eminentē introspicere corda & cōscientiā singulorū, manifestare occulta, & obtecta reuelare, ut & bonis actib. laudē tribuat, & malis pœnā quā merentē accipiant. Quod si manet futurū iudiciū dei, & tale iudiciū in quo nō solum unusquisq; recipiet pro actibus, sed pro omni otioso uerbo reddet ratio secundū sententiā dñi, cogitationesq; malæ confutabunt redarguēte conscientia, & in omnib. unusquisq; nostrū pro se rationē reddet deo, nō ergo amplius inuicē iudicemus. Nudabit enim uniuersæ (ut ego arbitror) creaturæ rationabili cor nostrū, & reuelabunt occulta, uel etiā manifestabunt. Est enim differentia. Vident enim ea quidē quæ reuelant, ad malos pertinere, de quibus dicit: in igne em reuelabit. Ea uerò quæ manifestant, ad bonos, & ideo dicitur. Omne enim quod manifestat, lux est: & tanq; libri quidā descripti, uel tabulæ incisæ cōtinentes literas actuū cogitationūq; nostrarū ab omni (ut diximus) creatura rationabili relegent. Et hoc est quod arbitror indicari per Danielē ubi dicit: Et libri aperti sunt, qui scilicet in corde nūc inuoluti sunt & obrecti, cōtinentes quædā scripta quæ gerimus, & notis quibusdā conscientiæ sulcati, nec tamē ulli nisi soli deo cogniti. Isti ergo libri animæ nostrę, uel hæ cordis nostri paginæ, aperient in cōspectu throni flāmei, & rotarū ignis ardentis, & fluminis ignei ac percurrētis ante uetustū dierū. Videbunt hæc, legēt etiā angeli & milies milia angelorū illa, & decies milies dena milia ministrorū, & ita criminū nostrorū in quibus nūc unū saltē testem pati cōfundimur, cœlestiū tunc uirtutum testes cateruas innumerabiles patiemur. Cū aūt Paulus dicat, Quia omnes stabimus ante tribunal dei, & se cōsociet eis qui stabūt ante tribunal dei, quisnā est qui semet ipsū ita decipiat & fallat, ut ad iudiciū Christi & ad tribunal cognitiōis eius nō putet se esse uenturū? aut manifestandū se nō putet in his quę siue recte, siue etiā minus recte cōmiserit? Quod uerò in præsenti quidē loco tribunal dei, ad Corinth. uerò tribunal Christi posuit, ego quidē puto nullā esse differentiā quo minus unū atq; idem tribunal Christi & tribunal dei nominet, secundū quod ipse saluator in euangelio dicit: Omnia quæ habet pater, mea sunt. Et iterum: Pater, omnia mea tua sunt, & tua mea. Si quis tamē putat in sermonibus, quia nulla in eius literis otiosa uel syllaba est, causas uarietatis huius esse requirendas, poterit fortassis tale aliquid dicere. Christi uocabulum quantum ad proprietatem appellationis ipsius pertinet, uerbi in carne positi & mundū deo reconciliantis indiciū est, sicut & idem Paulus dicit: quia deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Sed reconciliationis huius spatia conuersionis nostræ dilatio & emendationis negligētia distendit, & longiora cōstituit, & donec euacuet omnes principatus & potestates, & ponat inimicos sub pedibus suis, ac nouissimū inimicū destruat mortem, ita eum regnare oportet, ut ministeriū susceptæ in carne dispensationis exerceat, & bonos quidē manifestet, culpabiles autem accipiant unusquisq; secundum opera sua. Vbi ergo tradiderit regnum deo & patri, id est cōuersos omnes & emēdatos obtulerit deo, & ad integrum mysterium mundi recōciliationis expleuerit, tunc ait ante tribunal dei stare omnes, ut impleatur hoc quod sequitur: Viuo ego dicit dominus, quia mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua deo. Flectet aūt genu omnis creatura deo in nomine Iesu, per quē reconciliata est ei, secūdum quod idem apostolus dicit: quia in nomine Iesu omne genu flectetur cœlestium terrestriū & infernorū. Flectere sanè genu, & omnē linguam cōfiteri deo, de Esaiæ prophetæ sermonibus assumpsit apostolus. Quod tamen nō est carnaliter accipiendū, ut putemus etiā cœlestia quæ dicit genu flectere, carnalibus mēbris hæc facere: uerbi causa ut putet uel sol, uel luna, uel stellæ, uel etiā angeli, & quæcūq; sunt quæ cœlestia nominantur corporalib. inflexa genibus adorare, aut etiā lingua carnali & tali membro quali nos homines loquimur, putentur confiteri deo, de quibus dicit quia sint spiritus & ignis, secundū quod propheta dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem. Et quæ genua in spiritibus esse credunt? aut quæ linguæ in ignis specie requirent? Sed genu flectere, subiecta esse cuncta, & cultui dei obedire declarat. mouet me adhuc ex his quę de epistola ad Corinthios assumpsimus ubi dicit: Vt recipiat unusquisq; propria corporis prout gessit, siue bona,

Ioan.17

2 Cor.5

Esa.45

bona, siue mala: utrum quia in omnibus hominibus necesse est esse aliquid boni, & esse aliquid mali, nec ullum in bonis inueniri qui non aliquid habuerit & mali, uel iterum aliquē in malis qui non habuerit aliquid & boni, propter scripturam quę dicit: Spiritus enim corruptibilis in hominibus est, propterea dixerit ut unusquisq; & pro bonis suis bona, & pro malis recipiat mala: an bonos illos dicat quibus nihil mali ascribendū sit, & illos malos quibus boni nihil omnino debeat. Sed si hoc nouissimum putemus, uidebimur contra euidentē uenire rationem. Nullus enim, ut dixi, ita bonus inuenietur, cui non aliquid insitum sit mali, ut ex multorum sanctorum perfacile colligi uidetur exemplis: & rursus nemo est pessimorū, etiam si ipse Iudas ponitur, qui super impietatem impius fuit, ut nō aliquid etiam ipse boni habuisse uideatur. Nam ut illa omittā, quæ cum apostolis positus quasi unus ex ipsis gerebat, quāuis & ibi iam bonis misceret & mala, erat enim pecuniæ cupidus, tamen hoc ipsum quod pœnitētia ductus, reportauit trigin ta argenteos ad sacerdotes & dixit: Peccaui tradens sanguinem iustum, fuit aliquid boni. Ex quibus omnibus uidetur mihi, quia nō potest unus atq; idem bona simul recipere & mala. Neq; enim simul aut in paradisum quis, aut in regna cœlorū, aut in gehennā mitti potest. Respondemus in illis tantūmodo rationē uitæ bonę non haberi, in quibus ualde præponderāt mala, & in illis rationē mali nō accipi in quibus præpōderāt bona, & in quibus malorū uestigia pœnitentia cōuersionis aboleuit. Vt aūt ad propositi capituli finem cōclusionēq; redeamus, cū, inquit, tanta sit apud deū & apud Christum eius iudicij ueritas, tanta futurę examinatiōis indago, nō ergo amplius iudicemus inuicem.

Matt.27

Sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri uel scādalum.] Hoc iudicate, id est hoc statuite, ne per obseruantiā ciborum offensionē fratribus uel scandala generetis. De offensione uel scandalo iam suprà diximus, quod scādalum sit cum in uia qua inceditur aliquid inuenitur obiectum, in quo offendantur scandentiū uel incedentium pedes: hoc est ergo quod patiuntur hi qui uiam fidei nuper ingressi, priorū uel contentionibus, uel negligentijs, uel contemptu & elationibus offenduntur, atq; exemplis eorum repercussi auertuntur à fide. Scio & confido in domino Iesu, quia nihil est commune per seipsum, nisi ei qui existimat quid cōmune esse, illi commune est.] Diximus & in alijs, quod in scripturis sanctis uernacula quadam appellatiōe quod sanctum uel mundum nō est commune nominetur: quæ tamen appellatio in nouo testamento frequentius, in ueteri uerò non recordor sicubi nominata est, ut in euangelijs saluator dicit: quia de corde procedunt cogitatiōes malæ, homicidia, fornicationes, adulteria, furta, & falsa testimonia, & ista sunt quæ coinquinant hominem: non lotis autem manibus manducare, non cōmunicat hominem, quāuis in nonnullis exēplaribus Latini pro cōmunicant coinquinant posuerint, & licet eadem istic sit proprietas, tamen sermo communicant habet. Sed & in Actibus apostolorū dominus dicit ad Petrum: Quod deus mundauit, tu ne cōmune dixeris. Puto ergo inde usum huius sermonis assumptum, ut quia, uerbi gratia, uasa templi ministerio segregata, uasa sine dubio domini appellabā tur, ad horum autē definitionem reliqua uasa cōmunia dicebantur: ita & ad ciborum distinctionem eorum quos quasi mundos & secundum legem edendos scriptura segregauit, reliqui omnes communes appellati sunt. Sed ludæi uim uerbi dei ignorantes, unde communis diceretur homo, quem cōmunem appellabant, sermonis usum sine significationis intelligentia tenuerunt. Neq; cibi quos deus creauit, aut ignorāter aut simpliciter sumpti communem facere hominem poterant & immundum, sed mens illa hominis quæ deo soli segregata est, merito mūda appellatur, quæ uerò aliena à deo est, quoniam non ab uno spiritu immundo, sed à pluribus possidetur, idcirco talis homo communis appellatur, quasi qui multorum uel uitiorum, uel dæmonum seruus, secūdum illum qui interrogatus, quod tibi nomen est? Respondit Legio, multi enim sumus. Et secundum illud quod à saluatore dicitur, Quia cum exierit spiritus immūdus ab homine, circuit loca arida, quærens requiem, & non inueniens redit, & inueniens domū uacantem & scopis mundatam, assumit secum alios septem spiritus nequiores se, & intrant in eum. Et sine dubio iste talis cōmunis dicitur, eorū uidelicet seruus effectus omniū spiritum malignorū qui habitant in eo. Merito ergo sciens sermonis huius hanc esse ratio-

Act.10

Luc.8

Matt.12

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem Paulus dicit: Scio & confido in domino Iesu, quia nihil est cõmune per seipsum. Nihil enim in creaturis de natura sui immundum est. Omnia nãq; à bono deo creata bona esse constat & munda. Sed ei, inquit, qui existimat aliquid esse cõmne, ipsi commune est: hoc est qui intentione cordis immundum aliquid cogitat, & obseruantiã diuersitatis admittit, sicut & in consequentibus. Qui aũt discernit, si manducauerit damnatus est, quia non est ex fide. Omne enim quod nõ est ex fide, peccatũ est.] Nec tamẽ in his distinctionẽ legis excluſit, ut absolute diceret nihil esse cõmune aut immundũ eorũ quæ lex definiuit immũda. Præmisit enim causas cur per semetipsum nihil cõmune dicatur. Scio, inquit, & confido in domino. In domino ergo Iesu nihil cõmune per semetipsum, hoc est natura sui dicitur, sed illis, inquit, qui existimãt, & qui putant aliquid esse cõmune, ipsis cõmune est. Et ne mireris quòd cogitatio mentis cibũ qui natura sui communis uel pollutus nõ est, faciat pollutũ, cum econtrario cibũ uere pollutũ (uere enim pollutus est qui idolis immolatur) simplicitas mentis, & in cogitatione nulla scrupulositas iniecta, omni suspitione contaminationis obsoluat. Et rursus etiam si mundus sit cibus, suspitionem tamen aliquis patiatur quasi quod idolis immolatus sit, pollui dicitur pro conscientiæ scrupulo. Si enim propter cibũ frater tuus scandalizatur, uel contristatur, nõ iam secundum charitatẽ ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.] Cum enim definisset apostolico dogmate per Christum Iesum nihil commune aut immundum natura sui putandum, & dedisset erga usus ciborũ fidelibus quibusq; absolutissimam libertatẽ, rursus ad ædificationẽ fraterni amoris licentiam resecat libertatis, & dicit: Et si commune nihil est, & usus omniũ ciborum licenter admittitur, tamen tu si propter cibum quẽ licite putas sumendũ, fratrẽ tuũ qui nondum scientiæ huius capax est scandalizas, iam non secundum charitatẽ ambulas, nec affectũ in te fraterni amoris ostendis. Quid enim læderis, si ut fratrem tuum non contristes, etiam à licitis abstineas? Tibi enim abstinere à licitis crimẽ nullũ est, illi uerò in quibus discernit & putat non licere, contaminabilis usus est. Qui enim discernit, si manducauerit, damnatus est. Quod si facias tu, utiq; fratrẽ tuum perdis pro quo Christus mortuus est, & tu ei causas perditionis acquiris. Magnificentius autem idem Paulus de his ad Colossenses scribens dicit: Nemo itaq; uos iudicet in esca, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomœnijs, aut sabbato, quæ sunt umbra futurorũ, corpus autem Christi. Nemo uos seducat uolens in humilatate cordis & religione angelorum quæ non uidit, extollens se frustra inflatur sensu carnis suæ, & non tenens caput. & post pauca: Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid adhuc tanquã uiuẽtes in hoc mundo decernitis, Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis? quæ sunt omnia in corruptionem ipso usu secundum præcepta & doctrinas hominũ, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in obseruãtia religionis, & humilitate per uexationẽ corporis, non in honore aliquo ad saturitatem carnis, de quibus per singula differere non est præsentis operis: de his enim quæ ad Romanos scribit apostolus conamur exponere, hoc est tantum quod etiam præsenti asseritur exemplo, ne in cibo uel potu, uel in huiusmodi obseruantijs, quæ apud Iudæos uelut angelorũ religio putatur, iudicemur ab aliquo. Extollunt enim se in his quæ uidẽt, & inflati sunt de uisibilibus rebus. Quæ tamẽ elatio non est secundum sapientiam spiritus, sed secundum sensum carnis. Non autẽ de carnalibus rebus præceptũ est, Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis. Hæc enim omnia, hoc est carnalia, ad usum hunc corruptibilem data sunt, & quæ potest esse in corruptione obseruantia puritatis? Sed cum lex hæc de rationalibus præcepit, quæ si immunda sunt, uerè tangenda non sunt, neq; gustanda, ne participes nos faciant peccati & immunditiæ suæ, præcepta hominum & doctrinæ relinquentes hunc spiritalem sensum, ad carnalia & corporalia transtulerunt, quæ rationem sapientiæ habent in obseruatione religionis & humilitate corporis: non tantũ uerò occasione huiusmodi obseruantiæ honorabilis apud homines & carnis delitiæ requirũtur, dum pro paucorum abstinẽtia multi cibi requiruntur & electi. Vera autẽ obseruantia est ubi ita sumitur ci-
Phil.3 bus, & ita aguntur omnia, ut non de talibus dicatur: Quorum deus uenter est. Abstinere conuenit ab omni cibo quem concupiscentia & libido præsumit, quem delitiæ parant,

rant, & luxus excogitat. Videndum sane est nõ solum quali, sed quanto cibo, & quo in tempore, & quàm parco utamur. Sic enim omnia mundis munda fiunt: Contaminatis autem (ut dicit apostolus) & infidelibus nihil mundum. In quo ostendit, quia etiam ea quæ apud Iudæos munda nominãtur in cibis, si quis contaminatus sit & infidelis, munda ei esse nõ possunt. Consequens igitur erit, ut si ea quæ munda sunt, contaminatis immunda efficiantur: & ea quæ dicuntur immunda, sanctis ac fidelibus munda fiant. Sanctificantur enim per uerbum & orationem, quia omnis creatura dei bona, & nihil abijciendum quod cum gratiarũ actione percipitur. Per orationem autem non cuiuscunq; sanctificantur, sed eorum qui leuant puras manus sine ira & disceptatione. Vis aũt magnificentius adhuc de mundis & immũdis, quòd non de corporibus, sed de animis dicantur & mentibus? Audi ipsius domini & saluatoris in euangelio sententiam dicentis: Non quæ in os intrant coinquinãt hominem, sed quæ ex ore procedunt, quoniam Matt.15
intus de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria &c. Cogitatio ergo est & mens non recte sentiens quæ polluit hominem, non ciborum qualitas, quæ cuiuscunq; modi fuerit, pari eodemq; exitu usum corruptionis expleuit. Et nihil mirum si sanctus cibus quem sumit, uerbo dei & oratione sanctificat, cum etiam ipsa quibus induitur sancta sint uestimenta. Sudaria denique Pauli & semicinctia tantum ex ipsius puri- Act.19
tate sanctificationis acceperant, ut ægris adhibita fugarent morbos, & redderent sanitatem. Nam de Petro quid dicam, cuius etiam umbra corporis tantum sanctificationis Act.5
gerebat, ut quoscunque præteriens non ipse sed sola eius umbra tetigisset, continuo ab omni ægritudine leuarentur? Sed paulo latius excessimus de mundis cibis & communibus differẽtes, ut apostoli sensum quantũ possibile est cõsideraremus excelsius. Sed memores propositæ breuitatis, in his noni uoluminis cõclusione facta, decimi eiusdem aggrediamur exordium.

LIBER DECIMVS.

NON ergo blasphemetur bonum nomen. Non enim regnum dei est esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto.] Requiro quomodo blasphemari possit bonum nostrum nomen. Bonum est spiritaliter legem intelligere, impia & inepta hæreticorum uel falsæ philosophiæ studentium dogmata tanquam immundos cibos pollutosq; uitare: Hoc enim est quod spiritali lege sancitur. Tamen si quis Iudæus, uerbi causa, aut ex his qui Seueriani, Tatianiq; appellantur uelit Christo credere, putet tamen non parum inesse momenti in obseruantia cõtinentiæ uel eorum ciborum qui lege prohibentur, uel quos quasi castitati aduersantes existimant nonnulli etiam scripturarum auctoritate declinãdos: huiusmodi hominem si permittas ad communes hominum cibos, nec dicas eum aliter posse saluari, uel ad fidem Christi & gratiam peruenire, nisi sumptis his quos refugit cibis, tunc uerè bonum spiritalis sententiæ blasphematur, putante eo quem perurges hanc apud nos haberi fidem, ut saluum fieri nullum credamus nisi qui suilis uescatur carnibus, uel alijs huiusmodi cõmunibus & indifferentibus cibis. Addit aũt his. Non enim regnum dei esca & potus est, sed iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. In quo iterum uehementer admiror sapientiam Pauli, qui præsentis temporis culpas futuri sacramenti auctoritate compescit, & ut ecclesiæ formam statuat, regni cœlorũ mysteriũ prodit. Ait ergo: Quid opus est tãtopere pro cibis & escarũ qualitatibus fraternã pacem charitatemq; turbare, cum regnũ dei propter quod laboramus & currimus, neq; per escas cõstet, neq; per potum: sed aliena hæc sunt à regno dei, & ab illa conuersatione futura? Ibi enim sicut neq; nubent, neq; nubentur, sed sunt sicut angeli dei, sic neq; escam neq; potũ sument, sed sunt sicut angeli dei. Igitur absolutissimo & euidenti dogmate ab apostoli sententia terminatum est, in regno dei neq; escas carnales neq; potum habere locum, sed iustitiam & pacem in spiritu sancto: & ideo hortatur ut in illis nos exerceamus, & illa bona iam hic habere meditemur, atq; illam substantiã possidere, quæ nobiscũ transferri possit ad regna cœlorũ. Pacem ergo & iustitiã, & siqua huiusmodi sunt, quæ per spiritũ sanctum cõquiruntur, ipsa nobis erunt cibus & substantia in regno dei, & ideo per hæc docet nõ esca-

rum corporalium rationes, quæ nullæ erunt in futuro, sed uirtutū curam gerendā, quæ nobiscum & in præsenti uita, & in futura permaneant in regno dei. Et ideo dicit, quia

Qui eñ in hoc seruit Christo, placet deo & probatus est hominibus.] Hoc est quod de seipso in alijs dicit. Sicut & ego, inquit, per omnia hominibus placeo, nō quærēs qđ mihi utile sit, sed quod multis. Ideo enim cum esset apostolus Christi fiebat Iudæis Iudæus, sine dubio ut placēs Iudæis saluaret eos: & his qui sine lege erant fiebat & ipse sine lege, ut placens eis saluos faceret eos. Placere autē dicit ita hominibus, nō obsectando uitia, sed infirmitates eorū per patientiā sustentādo. Sed ne illud quidem otiose prætereamus quod ait. Nam qui in hoc est, in spiritu sancto seruit, placet deo probatus hominibus. In spiritu sancto Christo seruire secundū hoc dicit quod & alibi ait: Nemo dicit dominū Iesum nisi in spiritu sancto. Seruit autem Christo in spiritu ipse Paulus, quia accepta gratia sancti spiritus seruit uerbo dei, seruit sapientiæ, seruit iustitiæ, & omnibus simul uirtutibus quæ Christus esse memorantur. Et ideo placere in his dicitur deo, qui implet uoluntatē dei secundū uerbum quod ipse pronunciauit dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. Qui audit deum & seruit Christo in quo cōplacuit deus, placet deo, & probatus est hominib. Itaq; quæ pacis sunt sectemur: & quæ ædificationis sunt inuicem, custodiamus. Noli propter cibum solue re opus dei.] Supra dixit, Hospitalitatē sectantes, & hic similiter, quæ pacis, inquit, sunt sectemur, & quæ ædificationis inuicem custodiamus, & sicut ibi ostendimus qualiter sectanda sit hospitalitas, ita & hic qualiter pax sectanda sit intelligamus: quia Dauid similiter dicit: Inquire pacem & sectare eam, Licet in Latinis codicibus habeatur, sequere eam, sectare tamen etiam ibi scriptum est. In quo mihi hoc uidetur ostendi, quoniam quidem à multis inquiete & insolenter agentibus turbata pax & effugata uelut subter fugit ab hominibus. Econtrario ab his qui Christum didicerunt, & ipsi seruiunt, etiam fugitans consectanda est, & modis omnibus reuocanda. Sectatur autem pacem, qui ea quibus pax constare potest, etiam cum labore suo, cum damno, cum opprobrio quoq;, & si ita necesse sit etiā cum periculo uitæ famæq; custodit. Hic enim non solum pacem, uerum ædificationem adinuicem seruat. Ædificatur enim is qui uiderit te non quæ tibi soli, sed quæ alijs expediunt requirentē, & sic crescit ædificiū dei ac templum dei ex lapidibus uiuis, & per constructionem charitatis assurgit. & ideo addit: Noli propter cibum soluere opus dei. Soluit enim opus dei, & ædificiū destruit charitatis, qui propter ciborum intemperantiā scandalum fratribus ponit. Omnia quidem sunt munda, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Bonum est nō māducare carnem, non bibere uinū, neq; in quo frater tuus scandalizatur.] Quod dixit, Omnia quidem munda, sed malum est homini qui per offendiculum māducat, simile est illi quod superius dixit, quia nihil per seipsum cōmune, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi cōmune est. Igitur secundum naturam sui & rationem creaturæ cuncta quæ à deo facta sunt omnia mūda sunt, & immundum uel quod cōmune dicitur nihil est. Duas tamen causas posuit, quibus uel quæ munda sunt, immūda fiant, uel quæ bona sunt, mala. Ait enim in præsenti quidem loco: Sed malum est homini qui per offensionem manducat. Quod ergo natura sui bonum est, ex offensiōe efficitur malū, id est in eo quod offendi tur super te utente his cibis in quibus ille scādalum patitur. Alia uerò causa est qua commune & immundum efficitur quod natura sui immundū non est, si existimet quis, & apud se ita habeat qđ cōmune sit. Illi ergo ipsi tantūmodo qui hoc existimat, ita cōmune efficitur & immundū. Quibus euidenter apostolus docet, nō in rebus uel in substantijs, sed in actibus & cogitationibus minus rectis immunditiā pollutionemq; consistere, quāuis Moysi lex quædam munda, & quędam immūda signauerit. In quibus distinctiones quasdam ponere uoluit, ut populus qui sub lege censebatur, discerni per huiusmodi obseruantias à cæteris gentibus uideretur. Et quādiu quidē populus ille sanctus, & segregatus à cæteris nationibus habebat, etiam discretio de mūdis & immundis necessaria uidebatur, quæ segregaret & secerneret specialē populū dei à nationibus, quas ignorantia dei & idolorū cultus faciebat immundas, ubi uerò ianua fidei gentibus aperitur & inuitantur omnes ad deū, ostenduntur Petro omnia quadrupedia & reptilia & uolatilia

Leuit.11

uolatilia exposita in linteo quod cœlitus fuerat deductū, & dicitur ei: Surge Petre, occide & māduca. Cumq; legalis obseruātiæ memor respondisset ad dominum & dixisset, Absit domine, quia nunq; commune aut immundū introiuit in os meū: cœlesti sententia pronuntiat, Quod deus mūdauit, tu ne cōmune dixeris. Vbi ergo omnes gētes agnitione fidei à cōtaminatione mundant, ibi & omnis cibus uerbo domini & oratiōe purgatur: & ob hoc apostolus dicit quia omnia mūda sunt, tantū ut illud uitetur quod in sequentibus ponit, ne per offensionē fratris manducanti rursum fiant immūda quæ munda sunt. Iam uerò quod subiungit: Bonū est non manducare carnē & non bibere uinū, nisi addidisset, neq; in quo frater tuus offendatur, contrariū fortassis prioribus uideret. Manducare enim carnē, & non māducare, uel bibere uinū, aut non bibere, neq; malū, neq; bonū, sed mediū haberi docuit & indifferēs. Potest enim nō māducare carnem & non bibere uinū etiam malus homo & à fide alienus, ut sępe etiā nōnullos idolorū causa facere hoc certū est, interdum etiā malarum artiū. Fertur talis quoq; haberi obseruatio hæreticorū, & nō paucis obseruare hæc moris est, & tamē nō cōtinuo dicimus, bonum est eis quia nō manducant carnē, neq; bibunt uinū. Sed illo plane modo quo in sequentibus posuit, in quo frater offenditur, non manducare carnē & nō bibere uinū, non iam medium aut indifferens, sed uere bonū est. Bonū enim nō ponere offensionē fratri uel scandalū. Propter hoc eñ & in alijs dicit. Sine offensione estote & Iudæis & Græcis, & ecclesiæ dei. Et ideo uideant si recte faciunt hi, qui qualibet ex causa cōtinentes à carnibus & uino cogūt omnimode degustare, quo scilicet per hæc ab eis uideat auferri suspitio, quia superstitiose putant ciborū discretionibus inhærere. Considerent nāq; apostolū non dixisse, bonū est manducare & bibere uinū: sed non manducare carnem, & non bibere uinū si in eo frater offendit. Noluit ergo ut pro his qui manducandū iudicant, cogat ille ad manducandū qui in hoc offenditur: sed pro illo qui nō putat manducandū, abstinere præcipit etiā his qui manducandū iudicant. Verendū nanq; est ne forte abrupto semel muro cōtinentię, & accepta licētia, in gulę procellā ac profundum luxurię decidat, & pariter subsequātur naufragia castitatis. Omnia igitur fieri oportet ob hoc ne destruatur opus dei: & ideo etiam manducandū est si in hoc frater ędificatur: & non est manducandum si per hoc nō crescit opus dei: & bibendum est si per hoc proficit frater ad fidem: & non est bibendum si per hoc frater damnū fidei, aut tu detrimentum charitatis incurras. Post hæc dicit: Tu fidem quam habes apud temetipsum habe corā deo.] Fidem hic illam dicit qua credit quis manducare omnia, sicut supra dixit: Alius credit māducare omnia. Ille sine dubio qui credit quod in creaturis dei nihil cōmune, nihil immundum sit. Sufficit tibi, inquit, habere corā deo huiusmodi fidem. Non tamen idcirco cogendus est alius ut omnia manducet, qui nondum habet talem fidem ut credat omnia esse manducanda. Quod autem dixit, habes apud temetipsum, iactantiam resecat, ne magis in ostentatione sit quod credimus, q̄ in uirtute. Addidit, Habe corā deo: ut doceret satisagendum nobis nō ut apud homines fides nostra diffametur, sed ut apud deū probetur. Multū autē est habere corā deo probabilem fidē. Apud deū enim etiam apostolorū fides iudicatur. Vnde dicitur ad Petrū: Modicæ fidei quare dubitasti? Idcirco ergo uere magnus est qui corā deo habet probabilem fidem. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui aūt discernit, si manducauerit damnatus est, quia non est ex fide.] Beatus quis dicitur non solum si faciat ea quæ cōpetunt, sed & si non faciat ea quæ non competit: ut ille beatus dicitur qui non abijt in consilio impiorum, & ille nihilominus beatus qui ambulat in lege domini. Ita & præsenti loco apostolus, Beatus, inquit, qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Sed cuius operis sit ista beatitudo uideamus. Multi sunt qui probāt aliquid boni facere: uerbi gratia, qui audientes de præmijs castitatis probant & statuunt caste uiuere: sed processu tēporis, uel surrepente negligentia, uel superante libidine, id quod obseruandum probauerant maculatur & corrūpitur: & est infelix iste, qui in eo quod obseruare decreuerat, uictus semetipsum iudicat & cōdemnat. Beatus uerò ille est, qui in eo quod probat & statuit ita permanet fixus & stabilis, ut in nullo semetipsum iudicet, in nullo reprehēdat. Hoc autem in obseruantia ciborū secundum eam regulam quā superius texuit ha-

Act.10

Matt.14

Universidad de Deusto
Biblioteca

bendum dicit, ut si quis est qui per scientiã spiritalis legis probat omnia manducanda, & omnia esse munda, non rursum iudicet semetipsum, & dubitationẽ capiat utrũ sumere debeat necne. Quia qui hoc modo discernit, qui dubitat utrum uere mũdum sit, an immundum quod sumit, iste ex animi sui dubitatione conscientia urgente damnatur. Causam uerò huius damnationis exponit dicens, quoniã nõ ex fide ducitur, sed ex dubitatione. Et post hæc generalem super omnia sentẽtiam exponit dicens. Omne autem quod non est ex fide peccatũ est.] In hoc sermone credentiũ quorundã negligentes & desides animos uinculo acriore cõstringit, ut nihil sine fide agant, nihil sine fide dicãt, nec absq; fide aliquid cogitẽt: quia siue quid gesseris sine fide, siue locutus fueris, siue etiã cogitaueris, peccas, Hoc idem est quod in alijs dicit: Siue mãducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omia ad gloriã dei facite. Sed requirat aliquis, si hæretici quæ faciunt, quia secundum hoc quod faciunt credunt, ex fide facere credantur: An quia fides apud illos mala est, omne quod faciunt peccatũ sit pronunciandum, quia nõ fit ex fide, & puto illorum credulitatẽ appellari magis q̃ fidem. Sicut enim pseudoprophetæ falso nomine interdum prophetæ appellantur, & falsa scientia scientia dicitur, & falsa sapientia sapientia abusiue nominatur: ita & hæreticorũ credulitas, falso nomine fides appellatur. Vnde uidendum est ne forte etiam si quid boni operis apud illos geri uidetur, quia non fit ex fide, conuertatur in peccatum, sicut de quodam dictum est, Fiat oratio eius in peccatũ Est interdum & castitas quæ nõ est ex fide, eorũ duntaxat qui attendunt spiritibus seductoribus & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi falsa loquentium, cauteriatã habentium conscientiã, prohibentium nubere, & abstinentiũ se à cibis quos deus creauit. Est ergo & illa fides eorum qui circa fidem naufragauerunt: est & falsa sapientia, huius scilicet mundi, & principum huius mũdi, quæ destruetur. Sicut enim piratæ solẽt in mari in locis uadosis occultisq; scopulis per obscurũ noctis lumẽ accendere, quo nauigantes sub spe cõfugiendi ad portum salutis, ad naufragia perditionis inuitent: ita & istud lumen falsæ sapientiæ uel falsæ fidei, à principibus mundi & spiritibus aeris huius accẽditur, non per quod euadant, sed per quod pereant homines mũdi huius fluctus & uitæ pelagus nauigãtes. De his (ut opinor) piratis dicebat & Iob. Sagittę piratarum eius super me uenerunt. Et ob hoc nimirũ etiam ipse Paulus apostolus dicit, quia & ipse satanas transfigurat se sicut angelũ lucis. Propterea nauigantes uitæ huius undas, nõ omni lumini, id est nõ omni sapientiæ credere debemus: sed sicut monet apostolus, probate spiritus quod ex deo sunt. Et ideo debemus indesinenter precari auxiliũ domini, & sperare quod ipse eripiet nos de laqueo uenantiũ, ut & nos dicamus. Quia anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium, laqueus contritus est, &c.

Iob 6
1 Ioan. 4
Psal. 124

CAPVT XV

DEBEMVS autem nos firmiores imbecillitates infirmorũ sustinere, & nõ nobis placere.] Videtur in his Paulus firmum semetipsum pronunciare, sicut in prima epistola ad Corinthios dicit, quia factus sum infirmus ut infirmos lucrarer. Et ibi enim se non dicit infirmum esse, sed fieri infirmum, & non utiq; si infirmus fuisset fieri potuisset infirmus: sed non ex hoc aspicias eum quasi immemorẽ mandati illius loci quo dicitur: Laudet te proximus tuus & non os tuum, extraneus & non labia tua. Non ergo pro laude propria, sed pro rerum consequẽtia firmum semetipsum pronũciat. Si enim ipse humilitatis specie se inter firmos uitasset enumerare, quis in his qui aliorum infirmitates portare deberent auderet subire istud officij, ut quasi firmus ipse fragilitates infirmorum ferre niteretur? Sed ideo commune facit istud officium, ut unusquisque nostrum in quo potest etiam si non in omnibus tamen in quo uidetur firmior proximo suo esse, portet infirmitatem eius: sicut & in alijs dicit, Inuicem onera uestra portate. Sed uidetur onera hic pro corporeis necessitatibus nominasse, ut si quis in facultatibus opulentior est, onus pauperioris portet, & penuriam soletur abundantia. In eo uerò ubi dicit, ut firmiores infirmorum sustineant infirmitates, non aliud intelligi potest, quàm ut in quibus alij per infirmitatẽ delinquunt, robustiores quiq; patiẽter ferant, & non continuo spernant eos, abijciant, obhorrescant, si forte in aliquo infirmitatis

tatis uitio uincunt, neq; specie purioris uitæ, à conuentu fratrũ & ecclesiæ societate depellant. Qui em̃ hoc facit, nõ est imitator illius de quo Esaias dicit: Ipse infirmitates nostras portat, & pro nobis dolens: & nos putabamus eum in dolore esse & plaga, & in afflictione. Quod si Christus portat infirmitates nostras, & deus patienter fert delicta nostra, quomodo & nos eorũ qui paulo infirmiores uidentur nequaquã delicta & negligentias toleramus? Hoc enim nimirum ipsum Christum auertere est ab hoc affectu, ne portare uelit infirmitates nostras. Nemo em̃ ita perfectus est qui apud deũ in aliquo non inueniatur infirmus, & portetur à Christo: & ideo magis in hoc decet itidem compati inuicem & cõdolere, sicut & in alijs scribit: Donantes uobis inuicẽ delicta uestra, sicut & deus in Christo donauit uobis. Hoc autem nõ idcirco præcipit, ut delinquentes nutriat, & indulgentia largiore infirmãtes dissoluat: sed sciens quoniã si portetur infirmus, aut erubescit diutius portari, & corrigit uitiũ delinquẽdi: aut si emẽdare se non ualet, erit certe fructus iste portantis eum, si non proficit in peius, nec semetipso deterior efficitur, sicut illi de quibus dicit apostolus: Nequaq; autem homines seductores proficient in peius seducẽtes & errãtes. Debemus aũt ad id quod infirmitates portamus infirmorũ, addere etiã ut non nobis ipsis placeamus, sed proximo in bono tantũ ad ædificationẽ. Philautiæ uitiũ, id est sibi ipsi placẽdi, & in alijs culpat propheta cum dicit: Væ his qui apud semetipsos sapientes sunt in cõspectu suo eruditi. Similiter ergo & in hoc possumus dicere: Væ his qui sibimetipsis placẽt, & in cõspectu suo boni uidenť. Oportet enim in cõspectu dei primo placere, secundo etiã proximis. Sicut primo est diligere dominũ deũ, & secundo proximũ: ita & primo placere deo, secundo etiã proximis. Sed fortasse dicat aliquis cõtraria sibi Paulũ dicere in eo quod iubet nos proximis placere, quia in alijs dixerit, Ego si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et utiq; huic sententiæ uidetur esse cõtrariũ, ut unusquisq; proximo suo placeat, quod in alijs dicit: Sicut & ego per omnia hominib. placeo, nõ quærẽs quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant. Dicendũ ergo ad hæc, quia aliud est studiũ habere placendi hominibus ut laudẽ ab eis quærãt: & aliud habere placendi studiũ hominibus in eo ut uita sua irreprehensibilis sit apud omnes, & proficiant ex eo omnes qui uel uident talem, uel audiunt. Ibi ergo nõ est placendũ hominibus, ubi contra deũ, contra honestatẽ, contra religionem est in quo placeat: & ideo dicit: Quia si hominibus placerẽ, hoc est incredulis & infidelibus ludæis, Christi seruus nõ essem. Si enim uoluisset Paulus placere ludæis Damascum cum epistolis missus, traxisset utiq; uiros ac mulieres uinctos Hierosolymam, & uisioni delatæ sibi in uia cœlestiq; uitæ minime credidisset. Sed & si quis nos aliud agere exigit contra iustitiã, cõtra sanctitatẽ, cõtra regulam Christianã, & nisi hoc agamus odia & inimicitias minitetur, tunc oportet nos meminisse huius sermonis qui dicit, Quia si hominibus placere uellẽ, Christi seruus non essem. Cum aũt dicit, Vnusquisq; uestrum proximo placeat.] Necessaria distinctio sociatur, quæ in quo placendũ sit proximo, euidenter ostendit cum dicit. In bonum ad ædificationem.] Cũ ergo bene agimus, & bene docemus, placemus proximo, & ædificamus eum. Non enim gloriã ab hominibus quærendã monet, sed ædificationẽ de actu & sermone nostro proximis dandã. Sicut & in eo quod dicit saluator: Luceat lux uestra corã hominibus, ut uidentes opera uestra bona, glorificent patrem uestrũ qui in cœlis est. Per quod nõ utiq; ad quærendã ab hominibus gloriã discipulos adhortatur, sed ut recte honesteq; uiuentes ad ædificationẽ uidentibus placeant, & glorificetur deus qui hominibus uiã emendationis & salutis aperuit. Nam & Christus non sibi placuit, sed sicut scriptũ est, Improperia improperantiũ tibi ceciderũt super me.] In hoc uideť ostendere, quia & Christus non sibi placens, nec rapinã arbitrãs esse se æqualem deo, semetipsum exinaniuit, sed uolens hominibus placere, hoc est homines saluare, improperia improperantium pertulit, sicut scriptũ est, Improperia improperantiũ ceciderũt super me. Quod euidentius fiet si ea quæ sunt scripta in euangelio requiramus, quomodo ut prodesset hominibus, & saluos faceret eos, cum peccatoribus & publicanis manducabat & bibebat, & ad hęc improperantes ludæi dicebant. Quare cum publicanis & peccatoribus mandu cat magister uester? Vel iterũ cum peccatricẽ mulierem non prohibebat cõtingere pe-

Esa. 53
Gal. 1
Matt. 5
Luc. 5
Luc. 7

des

Universidad de Deusto
Biblioteca

des suos,& lachrymis rigare,uel capillis detergere, & myro perungere: & per hoc improperantes & exprobrantes Iudæi dicebãt, quia si hic propheta esset, sciret utiq; quæ & qualis est mulier quę tangit eum, quia peccatrix est. Quod si requiras cur exemplum quod de psalmo, ita habeat quasi impropería quæ imprope rẽtur deo, deciderint super
Luc.9 Christũ, ita possumus explanare. Quia sicut dicit: Qui me recipit, recipit eũ qui me misit, ita & hoc accipi potest, quia qui mihi improperat, improperat ei qui misit me. Exẽplum enim quod assumpsit, in sexagesimo psalmo hoc modo scriptũ est: Alienus factus sum fratribus meis &c. usq; Ceciderunt super me. Quæcũq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta sunt.] Simile est hoc illi quod ipse in in alijs dicit. Scripta sunt autem propter nos in quos fines seculorũ deuenerunt. Quod si requiritur quomodo pro
1 Cor.9 ptẽr nos scripta sint, uide quia propter nos scriptũ est: Non obturabis os boui triturãti: non enim de bobus cura est deo, sed de nobis dicit, & propter nos scriptum est quia Abraham duos filios habuit, unũ de ancilla & unũ de libera: ut nos sciamus quia sunt alle
Exod.16.17 gorica, & hæc sunt duo testamẽta. Propter nos & illud scriptũ est, quia populus Manna mãducauit in deserto, & bibit aquã de petra, ut nos intelligeremus quia spiritalẽ escam Christus. Hæc atq; alia huiusmodi erant mysteria, quæ occulta sunt tẽporibus æternis, manifestata aũt nunc per scripturas propheticas, & aduentum domini & saluatoris nostri Iesu Christi. Sed ut adhuc manifestius fiat, quomodo quæ scripta sunt, propter nos
Esa.6 scripta sunt, de priori populo dicit propheta, quia aure audietis, et nõ cognoscetis, & uidentes uidebitis, & nõ intelligetis. De nobis aũt dicitur: quia quibus nõ est nunciatum de eo, uidebũt: & qui nõ audierũt intelligẽt. Considera ergo ex hoc propter quod scripta sunt, uidelicet ut scripta uideantur. Quæ enim scribunt, sine dubio propter eos scribũtur qui uisuri & intellecturi sunt, nõ propter eos qui neq; uisuri, neq; intellecturi dicuntur. Qui aũt intelligũt quæ scripta sunt, illud sine dubio inueniẽt quod cõsequenter adiungit. Vt per patientiã & cõsolationẽ scripturarũ spẽ habeamus.] Consolationẽ nãq; ex scripturis nõ ille qui neq; credit, neq; intelligit, sed ille qui & credit & intelligit, capit. Deus aũt patientiæ & cõsolationis det uobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum.] Si patiẽtia uirtus est, omnis aũt uirtus à deo est, & patientia à deo est. Cum ergo dicitur deus patiẽtiæ, hoc est quod uidet ostẽdi, quia deus cum his est qui habent uirtutẽ patiẽtiæ in se: sicut cum dicitur deus iustus, ostenditur in his esse deus qui seruant iustitiã. Similiter & deus ueritatis & deus patientiæ intelligit. Sed & deus cõsolationis cum dicitur, cũ illis esse ostendit deus qui ex diuinis scripturis per intelligentiam spiritalem consolationem spiritus capiunt. Deus autem patientiæ & consolationis det uobis, inquit, idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum. In hoc Paulus patriarcharũ more & prophetarũ quorũ benedictiones scriptæ referuntur, benedictiones tribuit Romanis, exorans eis dari à deo ut id ipsum sapiant in alterutrũ. Gratia dei est benedictio ista, ut unũ sapiant omnes atq; sentiãt, & sicut sibi unusquisq; uelit proximo suo. Vis autẽ scire quantũ unanimitatis gratia ualet? Saluator in euangelijs pronunciat, quia si duo uel tres in unũ consenserint, de omni re quamcũq; petierint fiet eis: & iterum de semetipso dicit, quia ubi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo, hoc est unũ atq; idem sentientes in nomine Iesu Christi, ero in medio eorũ. Vis & aliud accipere exẽplum, quomodo unũ sentientibus Christus medius fiat? Vide in actibus apostolorũ quomodo post ascensionẽ domini, cũ eleuassent, inquit, duodecim apostoli cum cæteris uocẽ, & unanimiter orassent, motus est locus in quo stabãt, & præsentia sancti spiritus meruerunt. Vt aũt adhuc quanta sit unanimitatis uirtus, & quanta gratia clarius fiat, nõ puto absurdũ uideri si ea etiã quæ nobis in ueteri testamẽto à patribus rationabiliter tradita sunt, his scilicet qui ex Hebræis ad Christi fidem uenerunt, in medium proferamus. Aiebãt ergo hi illos filios Core quorũ nomina in Exodo inuenimus, id est Assir qui interpretat eruditio, & Helchana qui in lingua nostra dicitur possessio
Num.16 dei, & Abiasaph qui in latino sermone indicat congregationẽ patris, cũ pater eorũ Core peccasset unà cũ Dathan & Abiron, & omnib. qui cõsenserũt eis, & diuinæ ultionis in eos parareť excidiũ, istos segregasse se ab actu nefario, & ab impia cõspiratiõe seque

stratos, unanimiter ad deũ precẽ pœnitentiæ profudisse: atq; exaudítos à deo non solũ uentã pœnæ sed & prophetiæ gratiã meruisse, & hoc quoq; eis à deo poscẽtib. esse præstitũ, ne quid triste aut exitiabile prophetare iuberent: & ob hoc omes psalmos quicũq; nominibus eorũ attitulati referũtur, nihil triste aduersus peccatores aut asperũ continere. Hoc aũt protulimus, ut quanta sit unanimitatis uirtus, & unũ sentire, atq; unũ inuicẽ sapere, magnificẽtius noscereť. Ego etiã illud quod Paulus in quibusdã epistolis aliorũ uocabula secũ iungit, & dicit Paulus et Sosthenes frater, & alibi, Paulus & Syluanus et Timotheus, puto nõ inaniter factũ, sed per hoc ostendit, quia duobus uel tribus in uno positis spiritus sanctus unũ de eis sensum atq; unum elicuerit sermonẽ: ut qui ecclesiam docere cupiebant unũ dicere atq; unũ sapere, ipsi se prius unum dicere atq; unũ sapere demonstrarent. Et uno ore honorificetis deũ & patrem domini nostri Iesu Christi.] Vnum nanq; os dicitur ubi unus atq; idem per diuersorũ ora sensus & sermo procedit. Bene aũt apostolus ubi ait, Idipsum sapere in alterutrũ, addidit, Secundum Iesum Christum. Posset enim fieri ut in malitia aliqui unanimiter consentirent, & unum saperent in peius. ob hoc ergo addidit, Secundũ Iesum Christum. Qui aũt secundũ Iesum Christum sapit, sine dubio omne quod bonũ est sapit. Post hæc addit. Propter quod suscipite inuicẽ, sicut & Christus suscepit uos in honorem dei.] Quod dicit, Suscipite inuicem ad illud referendũ est quod primo proposuerat, ubi occasione mundorũ uel immũdorum ciborum diuersa sentientes ab inuicẽ discrepabãt, & ait: Suscipite inuicẽ sicut et Christus suscepit uos, qui nullius immunditias horruit, nec reputauit alicui delicta sua. Nihil enim de immunditia animaliũ iudicetis, sicut nec ille immunditias credentiũ reputauit. Et qui in superioribus dixerat, Qui aũt manducat non manducantẽ non iudicet, deus enim illum assumpsit: hic dicit quòd Christus suscepit uos: ut ostenderet unum atq; idem esse à deo suscipi & à Christo. Addit & hoc, quòd honor sit dei suscipi à Christo. Quos eñ suscipit Christus, docet eos ita agere debere, ut uidentes homines opera eorũ bona, glorificent patrẽ qui in cœlis est. Dico eñ Iesum Christũ ministrũ fuisse circũcisionis propter ueritatem dei ad cõfirmandas promissiones patrũ.] Quomodo Christus minister fuerit circũcisionis ad stabiliẽdas promissiones patrũ, duplici modo intelligi potest. Siue pro eo quod circũcisionẽ in carne sua suscepit ipse, ut manifestissime noscęretur quòd ex semine Abraham ueniens, cui promiserat deus, Quia in semine Gen.22 tuo benedicent omnes gentes, compleret in semetipso quę patribus fuerãt repromissa: & ut per hoc secundũ propositũ totius epistolę ordinem, quo nunc eos qui ex circumcisione crediderant, nunc etiã eos qui ex gentibus aduersum se inuicẽ superbientes refrenat ac reprimit, doceret nõ esse penitus iudicandos eos qui in legis obseruationibus demorant, quando quidẽ Christus etiã in carne sua circũcisionis minister fuisse dicatur, de qua idem apostolus dicit: Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; quæ manifesta est in carne circũcisio, sed qui in occulto Iudæus est & circũcisione cordis, quæ spiritu non litera, cuius laus nõ ex hominibus, sed ex deo est. Et secundũ quod idem apostolus in alijs dicit: In quo etiã circũcisi estis in circũcisione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circũcisione corporis Christi consepulti ei in baptismũ. Per huiusmodi ergo circumcisionem certum est promissiones patrũ esse completas. Quæ autem fuerint promissiones, subditis declarat exemplis quibus dicit, Gentes autem super misericordia honorare deum sicut scriptũ est, Propterea cõfitebor tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo.] Quod ex decimooctauo psalmo uidetur assumptũ parua immutatione habita nõ sensus sed sermonũ: ibi enim dicit, Propterea cõfitebor tibi in gẽ- Psal.18
tibus domine, & psallam nomini tuo. Et quod item ait, Lætamini gentes cum populo Deut.32
eius.] Eisdem uerbis in Deuteronomij cantico scriptũ est. Et iterum, Laudate uerò Psal.116
omnes gentes dominũ, & magnificate eum omnes populi.] In CXVI psalmo legitur, tantũ quòd ibi pro magnificate, collaudate positũ est. Vltimũ uerò exẽplũ ipse Paulus de Esaia dicit assumptũ, in cuius corpore scriptũ est ita. Et rursus Esaias ait, Et erit in Esa.11
die illa radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt. Et erit requies honor eius.] Omissis aũt in primis quidem duobus sermonibus, id est, In die illa, & in ultimis, Et erit requies eius honor, cætera eisdem uerbis posuit quibus LXX interpretes

tes ediderũt. Vnde sciendũ est quod in omnibus pene apostolus editionẽ LXX interpretum tenet, nisi quia forte ei quã exequit assertioni minus necessaria uidentur, aut si quando nõ tam uerbis interpretũ q̃ sensibus scripturæ uti uult sua enunciatione prolatis. Hunc aũt sermonem de radice Iesse melius quidẽ in explanatione ipsius prophetæ Esaiæ usum est dissertuisse: in præsenti tantum loco dicitur, quoniã Iesse interpretatur in nostra lingua, est mihi. In aduentu ergo Christi omnis qui credidit ei cõuenienter dixit,
Exod.3 est mihi. Ille enim de quo Moyses dicit, Qui est misit me ad uos, ipse est mihi, hoc est in ipsum credo, qui non ex nihilo ut impijs placet, sed qui est & semper est, & hoc ei nomen est, & ipse est qui surrexit ex radice Iesse, & in ipso gentes sperabũt. Pro qua misericordia quam ab eo consecuti sunt, is qui semper erat nasceretur ex radice Iesse ad salutem gentibus dandam, pro hac inquam sibi collata misericordia gentes honorãt & magnificãt deum. Deus aũt spei repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe & uirtute spiritus sancti.] Qui superius dixerat quod in Esaia scriptum est, Et in eo gentes sperabũt, gratanter adiecit, Deus aũt spei: ut si scriptũ fuisset, in ipso gentes credẽt, adiecisset sine dubio, Deus aũt fidei, ut nunc à sperãdo gentes deum spei inuocat super eos qui sperant in eum, à quo eis benedictiõis munus precatur augeri. Est autẽ benedictio huiusmodi ut repleantur omni gaudio & omni pace. Similiter autẽ &
Esa.54 propheta dicit in quodã loco. Et erit in dieb. eius iustitia & multitudo pacis usquequo auferatur luna. Sed quia hæc de Christo dicunt, in illo recte possumus multitudinẽ pacis aduertere, pro eo quod pacificauit per sanguinẽ crucis suæ nõ solũ quę in terra sunt, sed etiã quæ in cœlis sunt in omnibus. Quomodo possit impleri hoc quod precat apostolus, ut impleãtur omni gaudio & omni pace, difficile mihi uidetur exponi. maxime cum etiã ipse apostolus in his quæ per gratiã spiritus sancti cõsecutus est, ex parte se dicat scire, & ex parte prophetare. Sed ego puto in eo posse habere credentes plenitudi-
2 Cor.5 nem pacis, cũ reconciliant deo patri per fidem, secundũ uerbum Pauli dicentis, Rogamus pro Christo recõciliamini deo: & cũ in pace redeunt cum filio dei per sanguinem crucis eius, & cum sancto spiritui sociantur, cũ se emundauerint ab omni inquinamento, & effecti fuerint uasa sancta: ut ita demũ quis repletus uideat omni pace, si in plenitudine crediderit trinitatis. Propter hoc denic̃ subiungit apostolus & dicit, Repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis spe & uirtute spiritus sancti. Si eñ qui credit uirtute sancti spiritus munitur, certũ est quòd plenitudinẽ gaudij semper habeat & plenitudinẽ pacis. Certus sum autem fratres & ego de uobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni sciẽtia, ita ut possitis alterutrũ monere.] Eadem ratione qua suprà diximus repleri omni gaudio & pace omni credentes, etiã hic plenos
1 Cor.1 esse bonitate & omi sciẽtia eos ad quos sit sermo confirmat. Similiter aũt & Corinthijs scribẽs dicit: In omnibus diuites facti estis in illo in omni uerbo & in omni sciẽtia. Qui ut superius diximus, etiã de semetipso pronunciat, quòd non omnẽ scientiã nec̃ omnẽ prophetiã habeat, sed ex parte: de quo & in alijs quidẽ sæpe nos dixisse memini, & nũc nihilominus dicemus, quòd Paulus & si qui sunt tales ad cõparationem cæterorũ perfecti dicunt: ad illam aũt summã scientiã, uel ad illam perfectionẽ quę in cœlestibus est ordinibus, nullus potest inter homines perfectus dici uel esse. Vt si dicamus, in puerilibus studijs ad cõparationem illius qui nuper imbuit, & prima literarũ suscipit elemẽta, magister ipse librarius appellat perfectus, sed nõ est ita perfectus ut ille qui grãmaticam docet. Ipse uerò grãmaticus quamuis perfectus sit, superior est, & tamẽ perfectior rhetor, & his omnibus longe eminentior philosophicæ doctrinæ perfectio. Cumc̃ in his omnibus sit literatura doctrina, diuersus tamen gradus perfectionis & magisterij in
Phil.3 unoquoc̃ habet. Ita ergo potest fieri ut cũ Paulus dicit, Nõ quòd iam assecutus sim aut perfectus sim, ad illum apicẽ cœlestis perfectionis aspiciẽs hæc uideatur scribere. Cum uerò dicit, Quicũc̃ ergo perfecti sentiamus, ad humanæ tantũ perfectionis respicit gradum. Sic ergo & in præsenti loco intelligendi sunt uel pace uel gaudio uel bonitate uel scientia repleti, siue Romani siue Corinthij, inquantũ possibile est repleri eos qui docẽtur in ecclesia, & sub perfectis doctoribus agũtur. Designat aũt & sciẽtiæ ipsius mensuram cũ dicit, Ita ut possitis & alios monere. In quo ostẽdit, quia in eo quod discit unusquisq̃

quisq̃ debet etiã aliũ monere, & huiusmodi cũ cõdiscipulis habere colloquia quibus se moneãt inuicẽ & ædificent. Potest enim cõferre plurimũ eruditionis alterna collatio si cũ charitate habeat, et de profundioribus quibusq̃ uel obscurioribus expectet erudito
Deut.32 rum perfectorumq̃ sententiã. Secundũ quod Moyses dicit: Interroga patres tuos & annunciabunt tibi, presbyteros tuos & dicent tibi. Audacius aũt scripsi uobis ex parte tanq̃ cõmemorans uos per gratiã datã mihi à deo, ut sim ministrans Christo Iesu in gentibus, sanctificans euangeliũ dei, ut sit oblatio gentiũ accepta sanctificata in spiritu sancto.] Tanq̃ qui conscius sit sibi in omni textu epistolæ, dum ad eos interdũ qui ex circumcisione, interdum uerò ad eos qui ex gentibus crediderunt faceret uerbũ, quòd nõ nulla etiã de secretioribus mysterijs & profundioribus contigerit, & studio reddendæ rationis plura quæ habebant in occultis patefecerit, licet in singulis dispẽsatione uerbi moderationẽ seruauerit, ex aliqua parte indicãs, ex multa rursum parte cõtegens, idcirco dicit: Audacius aũt scripsi uobis ex parte, tanq̃ commemorãs uos per gratiã quę data est mihi. Audi apostolum dicentẽ, Ex parte scripsi. Vnde nec̃ nobis aliquis succenseat, si mysteriorũ diuinorũ rationẽ explanare aliquando nõ ualemus, cum audiat eum qui nobis hæc ipsa tradidit, ex parte tradidisse. Nec̃ quisquã sub scientiæ titulo ita inflatus incedat, tanq̃ uniuersa cognouerit, cũ ipse Paulus à quo sciẽtiæ nobis sermo transfusus est, ex parte se dicat scribere, & ex parte cognoscere. Ego tamen arbitror quòd quãuis etiã ipse Paulus ex parte se scire fateat, plura tamen & multo plura scierit q̃ scripserit: tanq̃ qui ipse multa sciret, nec tamẽ auderet multa referre, audaciã sibi fuisse dicit, ut aliqua saltẽ scripturæ cõmitteret. Quod uerò ait, Commemorãs uos per gratiam datã mihi, indicat fuisse quidẽ sibi iam sermonẽ de talibus, & disseruisse se sæpe de mysterijs: sed quoniã quæ solo sermone dicta sunt de facili possent intercipere obliuio, per hæc, inquit, pauca quæ scripsi per gratiã datã mihi, illorũ uobis memoriã reuoco, quæ à me latius sæpe disserta sunt. De gratia aũt quam sibi datã Paulus cõmemorat, suprà iam diximus. Quam gratiam ob hoc sibi datã dicit, ut sim, inquit, ministrans Christo Iesu in gentibus sanctificans euangelium dei. Quod nos habemus sanctificãs euãgelium dei, Græci magnificẽtius dicũt ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ. quod licet non plene, à nobis posset tamen dici sacrificans euangelium dei: per quod ostenditur sacrificale opus esse annunciare euangeliũ. Idcirco denic̃ subiungit, Vt fiat oblatio gentiũ accepta sanctificata in spiritu sancto. Sicut ergo pontifices cum offerebant, necessario eis erat prouidendũ ne macula inesset hostiæ, ne uituperatiõis uitiũ, ut possit accepta deo esse & grata: ita & qui euangeliũ sanctificat, & uerbum dei annunciat, curare omnimode debet, ne qua in prædicando macula, ne quod in docẽdo uitiũ, ne qua in magisterio culpa nascatur: sed ut ita dixerim, si fieri potest semetipsum primo immolet, se primũ uitijs iugulet, & sua prius peccato mẽbra mortificet, ut non solum doctrina, sed & uitæ exemplo discipulorũ salutẽ oblationẽ suam acceptã faciat deo. Sanctificata, inquit, in spiritu sancto. Sanctificationis fons spiritus sanctus est, & ideo oblatio gentiũ quæ Paulo sanctificante offertur, non per obseruantiã legis, sed per spiritũ sanctum accepta dicitur fieri deo. Habeo igitur gloriã in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus.] Vera quidem gloriatio ad deum nõ est nisi illa quæ est in Christo Iesu. Sine Christo autẽ gloriari in deo, tale est quale si quis dicat posse se habere gloriã apud deũ sine iustitia, sine sapientia, sine ueritate. Hæc omniã Christus est, & ideo in solo Christo uera est gloriatio apud deũ. Simile est hoc illi quod in alijs dicit: Qui aũt gloriatur, in domino glorietur. Quomodo autẽ culpabilis sit gloriatio omnis quæ extra Christum est, uerbi causa, in diuitijs & honoribus huius seculi uel sapientia mundi, uel cæteris artib. quę extra Christũ sunt, supra iam latius disseruimus. Sciẽdum sane est quòd hic Latini gloria pro gloriatione posuerunt. Non enim, inquit, audeo aliquid loqui eorũ quæ per me non efficit Christus. In obedientiã gentiũ uerbo & factis per potestatẽ signorũ & prodigiorũ in uirtute spiritus dei.] Quæ loquor, inquit, nõ sunt alieni operis uerba, nec alienorũ gestorũ laudator efficior, sed quæ scio Christum per me effecisse, hæc uobis scribo, quæ per obedientiã gentiũ uerbo in me & opere expleuit, uerbo prædicationis, opere signorũ & prodigiorũ. Quæ autẽ sit differentia

rentia inter signa & prodigia, in alijs iam diximus, & in præsenti cõpendiosius explicabimus loco. Signa appellantur in quibus cũ sit aliquid mirabile, indicatur quoq; aliquid futurũ. Prodigia uerò in quibus tantummodo mirabile aliquid ostenditur. Signa uerò & prodigia quasi quæ utrũq; contineant dicit. Scriptura tamen diuina interdũ tenet istas proprietates, interdum aũt abusiue prodigia pro signis, & signa pro prodigijs ponit. Paulus ergo per protestatẽ signorũ & prodigiorum, quę tamen signa & prodigia faciebat in uirtute sancti spiritus, ab Hierusalẽ usq; ad Illyricũ impleuit euangeliũ Christi. Moysi & Aaron dederat deus protestatem signorũ & prodigiorũ, sicut scriptum est,
Psal. 104 Posuit in eis uerba signorũ suorũ et prodigiorum in terra Cham, ut filios Israel castigata Aegypto liberarent: sed illi uix rarumq; aliquẽ potuerunt ex Ægyptiorũ gente cõuertere. Paulus accepta protestate signorũ & prodigiorũ non unã gentẽ, aut duos, aut tres populos, sed omnes ab Hierusalem usq; Illyricũ nationes & populos prædicatione uerbi, & operũ uirtutumq; potentia ad Christi sacramenta conuertit. Sic aũt prædicaui euangelium hoc non ubi nominatus est Christus, ne super alienũ fundamentũ ædificarem, sicut scriptũ est.] Sic aũt prædicauit hoc euangelium, ut nõ alienis laboribus, neq; alienę prędicationi additamentum sui sermonis insereret, ne ab alio positis fidei fundamentis ipse ædificium prædicationis propriæ imponeret, & alieni operis surripere gloriam uideretur. Obseruãda hæc sunt ecclesiarum principibus & rectoribus, & diligenti intentione seruãda, ut neq; loqui aliquid uideant eorũ quæ per ipsos nõ effecerit Christus, neq; alienos labores & studia decolorent. Loquitur autẽ quis ea quæ per se nõ effecit Christus, hoc modo, si loquatur de cõtinentia & doceat, quum ipse cõtinens non sit: uel si loquatur de sobrietate & de iustitia, uel de largiendis opibus, & cõtemnendis facultatibus pro regno dei, & ipse qui docet hæc, nihil horum effecerit. Et ideo formam sui apostolus ponit, & dicit ea se loqui, & ea cæteris prædicare, quæ per ipsum Christus prius impleuerit. Sed sicut scriptum est inquit, Quibus non est annunciatum de eo uidebunt, & qui non audierũt intelligent.] Obseruauit ergo diligenter apostolus, ut secundum propheticum eloquium illis nunciaret Christum, quibus à nullo fuerat nunciatus, ut & illi de eo intelligerent, qui à nullo ante didicissent. Et ista (ut opinor) causa fuit, quæ eum frequenter proponentem Romã pergere prohibebat, sicut dicit: Propter quod impediebar plurimũ uenire ad uos, & prohibitus sum usq; adhuc.] Non ut in alijs dicit, impeditus à satana, sed fundandi ecclesias occupatione detentus, & in his locis fundandi ubi nullum fidei præcesserat fundamentum. Exemplum autem de Esaia sumptum est, & ijsdem exintegro uerbis quibus apud prophetã legitur, positũ. Nunc uerò ulterius locum non habens in his regionibus, desideriũ autem habẽs ueniendi ad uos iam ex multis præcedentibus annis, cum in Hispaniã proficiscar spero quòd prætergrediẽs uideã uos, & à uobis deducar illuc cũ primo ex parte fruitus fuero uobis.] Videtur hæc in Achaia positus dicere apud Corinthum, sicut & in primis epistolæ partibus iam pro uiribus demonstrauimus: quæ utiq; Achaia, uicina & cohærens est Macedoniæ. In quibus locis degens cum singula quæq; peragrasset euangeliũ prædicans, in his duntaxat finibus in quibus Christus ante nõ fuerat prædicatus, & agnitione dei repleret uniuersa, dicit ulterius se locũ nõ habere in his regionibus, hoc est locũ nullum sibi superesse Christi prædicationis uacuum, & tempus iam adesse designat quo desiderium suũ uidẽdi eos qui Romæ sunt debeat adimplere: quod conceptũ ex multis annis gerebat, dilatum aũt fuerat & dissimulatũ, donec omnẽ locum in quo Christus nõ fuerat prædicatus, agnitione euãgelij eius repleret. Quod aũt dixit, Cum in Hispaniã proficiscar spero ut prętergrediens uideã uos, non ita accipiendũ est quasi tam paruo amore Paulus erga Romanos teneret, ut eos in transitu tantũmodo & aliorsum pergens iucundicaret uisendos. Vide eẽ in subsequẽtibus quid adiũgit. Cum primo, inquit, ex parte fruitus fuero uobis. In quo utiq; in ipsorũ uidet ponere potestate, quãdo ab eis iter propositũ debeat relaxari: & per hoc quodãmodo amorẽ ipsorũ erga se inuitat & nutrit, ut si ipsi insatiabiliter erga affectum teneant apostoli, sciant etiam ipsum id habere propositi, non prius ab eis discedere, neq; alio proficisci, q̃ charitatis ipsorũ gratia perfruatur. Quam tamen charitatẽ tantam præsentit futurã, cui nec possit ex integro satisfieri, sed ex

ex parte, inquit. Præmonet enim quòd in omnibus euãgelizandi necessitas præferẽda sit. Bene aũt his quos nondum secundũ carnẽ uiderat, & ad quos nondũ in carne aduenerat, præsentiã sui & remorationẽ moderatius pollicetur. Desiderabilius enim suscipimus bona quæ cito metuimus auferenda, securius uerò & negligentius quod retenturos nos diutius credimus. Intantũ autẽ erga se Romanorũ nutrit affectum, ut morationẽ suam in ipsorũ arbitrio collocet, ut dicat se ab ipsis deducendũ ad Hispaniã, & tunc deducendũ, cũ ipsis prius in amore satisfecerit. In quo utiq; si propensiores extiterint, demorandi diutius causas ipsi apostolo dabunt. Nunc uerò proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis: probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem.] Possumus & de secunda epistola ad Corinthios plenius dicere, in qua hęc scribit: Notam aũt uobis facio fratres gratiam dei quæ data est mihi in ecclesiis Macedoniæ, quia in multa probatione tribulationis abũdantia gaudij eorũ fuit, & profunda paupertas eorũ abundauit ad diuitias simplicitatis eorũ, quoniã secundum uirtutem testimoniũ perhibeo eis, & supra uirtutem sponte sua multis precibus obsecrantes nos gratiam & communionem quę fit in sanctos & reliqua. Et sicut in his testimoniũ reddit Macedonibus, ita rursum cohortatur Corinthios dicens. Sicut in omnibus abundatis fide & uerbo & scientia & nostra in uos charitate, ita & in hac gratia abundetis, & reliqua. Sed & in alijs collaudans Corinthios ga erga communionem pauperum qui sunt in Hierusalem prompti fuerint, dicit. Consiliũ in hoc do: hoc enim uobis expedit, qui non solum facere, sed & uelle cœpistis ab anno priore, nunc aũt & facto perficite. Sed & in reliquis de hac eadem communione prosequitur, & post aliquanta addit: De ministerio autem quod fit in sanctos, superfluum est uobis scribere. Scio enim promptã uoluntatẽ ueſtram, pro qua gratulor de uobis Macedonibus, quia Achaia parata est ab anno priore, & uestra æmulatio prouocauit plurimos. Quod autem post huius & Achaiæ ministerium quod fit in sanctos qui sunt in Hierusalem, proposuisset apostolus etiam Romam uidere, in actibus apostolorũ indicatur hoc modo. Cum autẽ expleta esset hæc, ,,posuit Paulus in spiritu sancto, ut cum perambulasset Macedoniam & Achaiam, proficisceretur Hierosolymã dicens: Quia postquã fuero ibi, necesse est me Romã uidere. Ex his omnibus uerbis colligitur, quia non solum prima ad Corinthios, sed & secunda ante scripta est, quam hæc ad Romanos quam habemus in manibus. Simulq; illud aduertitur, quod quãto posterior Paulus in unaquaq; inuenitur epistola, tanto & perfectior: ut uerus sit ille eius sermo quem dixit, Quia præterita obliuiscens, ad futura me extendo ad perfectũ sequens palmam supernæ uocationis. Quod aũt dicit, Placuit Macedoniæ & Achaiæ collationẽ aliquam facere in pauperes sanctorũ, subtiliter & uerecunde dum Corinthios laudat, hortatur Romanos. Facilius enim deuotæ mentes ad benefaciendum exemplis q̃ sermonibus inuitantur. Sed in eo quod addit: Placuit enim eis, & debitores sunt eorum.] Quid aliud sentire uult Romanos nisi si Achæi & Macedones debitores sunt pauperibus sanctorum qui sunt in Hierusalem, eadem ratione qua unam fidem Christi etiam Romani tenent, aduertant semetipsos ijs eisdem factos esse debitores? Neq; enim soli Macedones & Achæi in spiritalibus participes sunt facti sanctis qui sunt in Hierusalẽ, ut in carnalibus eis debeant ministrare, sed & Romani, & ideo pari conditione debitores sunt: sed de illis tantũ pronũciat, uti & isti se norint sententiæ subiacere. Hæc quidem secundum cõmunem literę dicta sint intellectum, uerũ magnificentiam solitam requiramus in literis Pauli. Non enim puto quod ita senserit, ut intra solam Hierusalem unam duntaxat Palęstinę urbẽ, pauperes sanctorũ collocet, quos & spiritales appellauit, reliquos uerò qui in omni terra sunt, gentes dixerit, qui habitantibus Hierusalem tanq; solis spiritalibus ministrare in carnalibus debeant: cum utiq; liceat extra Hierusalem spiritales inueniri, quos nõ locus, sed cõuersatio sancta & fidei ac scientiæ perfectio fecerit spiritales, sicut & ipse Paulus scribens dicit: Fratres, & si præoccupatus fuerit quis in aliquo delicto, uos, qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu mãsuetudinis. Quid ergo est quod in his sentire nos conuenit? quod omnis qui spiritalis est, id est qui spiritu deo seruit, & qui non secundũ carnẽ uiuit, sed secundum spiritũ, iste in Hierusalem, hoc est Gal. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

in loco pacis habitat, & in pacis uisione cõsistit: & iste est pauper sanctorũ, ex illis scilicet beatis pauperibus ad quos dicit, Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnum cœlorũ. Ista est ergo beata paupertas quæ dicit, Argentũ & aurũ non habeo, sed quod habeo hoc dabo tibi, In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Iste talis pauper in Hierusalẽ semper habitat, diuitias possidens spirítales. Aurũ enim sapientia est, argentũ sermo scientiæ. Indumenta eius Christus est. Dapes eius & diuitiæ mensa est sapientiæ, cibus affluens in uerbo dei. Vinũ lætitiæ bibit, quod in cratere suo miscuit sapientia, & de intelligẽtijs eius uictimis edit cibos solidos, & uerbum carnẽ factum. Istæ sunt spirítales diuitiæ, qbus gẽtes adhuc in carne positæ cõmunicare festinãt. Videẽ ergo mihi hic quos nominat gentes, indicare imperfectiores quasq; animas in carne, quę perfectorũ magisterio indigeant: & si forte digni habiti fuerint ut participes eius fiant in intellectu & scientia spirítali, ipsi debeant in carnalibus ministrare eis: hoc est cũ spíritus eorũ imbui cœperit ad scientiam celsiorem, debeat etiam caro continentiæ & castitatis frena suscipiẽs spiritalibus ministrare præceptis: ne forte si adhuc in carnalibus lasciuiat, sessorem suum dei uerbum incauta & effrenata deijciat. Sed & ipsa differentia sermonũ qua erga utrãq; partẽ usus est Paulus, non mihi uidetur otiosa. In spiritalibus enim cõmunionem uel participationem posuit, in carnalibus uerò ministerium: & hoc debitum esse, illud uerò cõmunicari dicit: ut ostendat quòd perfectiora quęq; tanq; cœlestia terrenis non tam debentur q̃ cõmodantur, terrena uerò & tẽporalia siue carnalia tanq; pro debito exiguntur. Debitores enim effecti sumus secundum illum qui primitus acceptũ immortalitatis & incorruptibilitatis cẽsum perdidit in paradiso persuasione serpentis: & ideo debitores sumus & efficimur omnes qui in similitudine Adæ sorte præuaricatiõis astringimur. Ideirco ergo & præcepta donanť, ut debita persoluamus. Deniq; & in euangelio ita saluator dicit: Cum autẽ feceritis omnia quæ præcipio uobis, dicite quia serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Ea uerò quæ supra debitũ facimus, non facimus ex præceptis. Verbi causa, uirginitas nõ ex debito soluitur: neq; enim per pręceptũ expetiť, sed supra debitũ offerť. Audi deniq; Paulũ dicentem, De uirginib. aũt pręceptũ domini non habeo. Sic ergo de spíritalib. & perfectioribus cõmune dixit: de inferiorib. uerò & carnalibus debitũ ministeriũ nominauit. Ego autẽ per huiusmodi ministeriũ etiã illud aduertendũ puto quod est in psalmis. Qui facit angelos suos spíritus, & ministros suos flammã ignis: ut scilicet angelos bonos, spíritus appellauerit tanquã spíritales. Eos uerò qui præsunt ministerijs pœnarum, & flammas peccatoribus parant, ministros flammæ ardentis nominauit. Hæc quãuis per excessum quendam dicta esse uideantur, tamẽ quia locus admonuit, non omisimus. Post hæc dicit: Hęc ergo cum cõsummauero & assignauero eis fructum hunc, proficiscar per uos in Hispaniam. Scio enim quoniã ueniens ad uos, in abundantia benedictionis Christi ueniam.] Vide quanta cautela consignaturum se fructum offerentium remittit. Quo putas signaculo fructum sancti operis consignat apostolus? Illo puto quo imago dei exprimitur, hoc est ut in complendo opere nulla sit alienæ cogitationis admixtio. Non laus ab hominibus quæratur, sed ut in simplicitate cordis qui tribuit tribuat, & non ex tristitia. Hilarem enim datorẽ diligit deus, & cætera his similia qui obseruat in opere dei, opus suum signaculo diuinę imaginis signat. Cum ergo, inquit, hic consummauero, tunc per uos ad Hispaniã proficiscar. Promittit sane grãde munus Romanis & dicit. Scio enim quoniam ueniens ad uos, in abundantia benedictionis Christi ueniã. Quod non nisi per spíritum sanctum & prophetiæ gratiã pollicetur. Supra hominem nanq; est hæc scire de futuris, quod non solum in benedictione Christi, uerum etiam in abundantia benedictionis uenturus sit ad eos: quo & uenientis gratia, & suscipientium merita pariter designantur. Deprecor igitur uos fratres per dominũ nostrum, & per charitatem spíritus.] Licet in superioribus dixerit, Scio enim quoniam ueniens ad uos in abundantia benedictionis Christi ueniam, nihilominus tamen sciebat etiam in his quæ manifeste futura cognouerat, orationem esse necessariam: quæ utiq; si (uerbi causa) nõ fuisset adhibita, sequeretur sine dubio nõ impleri quod fuerat prophetatum. Quis ergo est qui hæc legens quod Paulus deprecetur eos qui Romæ sunt fratres orare pro se, contemnat uel despiciat orationes ecclesię postulare, etiam si inferiores meritis esse uideantur hi à quibus oratio postulatur? Ecce enim Paulus apostolicis prædítus meritis non solum Romanos orare pro se, sed & Corinthios hortatur. Vide autem & quam ualidis eos astringat religiosisq; sacramẽtis. Per dominum nostrum & per charitatem spíritus. Vt adiuuetis me in orationibus ad dominum.] Quod nostri posuerunt, adiuuetis me in orationibus, magnificentius legitur apud Græcos, συναγωνίσασθε, quando hoc est quod indicetur, adiuuetis me in agone orationũ ad deum, ostendens quasi agonem habeat & ipse certamen orationis, aduersantibus sibi sine dubio illis de quibus dicebat: Non enim nobis certamen est aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus et potestates, aduersus huius mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spíritalia nequitiæ in cœlestibus. Et certum est quod isti omnes sicut aduersantur fidei & resistunt pietati, sicut contrarij sunt iustitiæ & ueritati & omnibus bonis, ita sine dubio resistunt, & orationi aduersantur: et ideo ostendit Paulus esse non minimum in oratione certamen, si quidem in hoc certamine etiam auxilium eorum qui Romæ sunt crediderit implorandum. Obsistunt enim uere dæmones & contrariæ potestates in oratione primo per illud, ne talis inueniatur qui in orationis agone desudat, ut leuet puras manus sine ira. Quod & si quis obtinere potuerit ut sine ira sit, uix est ut effugiat esse sine disceptatione, hoc est sine superfluis & uanis cogitationibus. Vix enim inuenies ut oranti cuiquam non aliquid inanis & alienæ cogitationis occurrat, & intentionem qua in deum mens dirigitur declinet ac frangat, neq; eam per quæ non cõpetit rapiat. Et ideo agon magnus est orationis, ut obsistentibus inimicis, & orantis sensum in diuersa rapientibus, fixa ad deum semper mens stabili intentione contendat, ut merito possit & ipse dicere, Certamen bonum certaui, cursum cõsummaui. Nunc ergo orat apostolus adiuuari se in agone orationum, ut liberetur ab incredulis qui sunt in Iudæa, à quibus non tam pati timet, nec perferre ea quæ ad apostolatus eius gloriam pertinent, quàm impediri ueretur ne diutius obstaculis eorum retentus, uel minus gratum exhibeat sanctis ministerium, quod & ipsis orationibus indigentium fiat acceptum: uel ne desideriũ eius quod erga Romanos habet uisendos, diutius differatur. Si enim inquit, hoc ita cesserit ut ministerium meum acceptũ fiat sanctis in Hierosolymis, & liberatus ab incredulis qui sunt in Iudæa uenire ad uos non impediar, pro bene gestis rebus gaudens profecto ad uos ueniam cum uoluntate dei, & requiescam uobiscum. Non corporalem utiq; requiem quærit Paulus, sed illam quæ consolationem habet ex deo, sicut & ipse in primis epistolæ huius partibus dixit: Consolari uobis per eam quæ inuicem est fidem uestram atq; meam. Deus autem pacis sit cum omnibus uobis. Amẽ.] Ingenti benedictione munerať Romanos, ut deus pacis sit cum eis, id est, ut pax dei quæ exuperat omnem mentem, custodiat corda eorum, qui pax est uera.

Matt. 5
Act. 3
Luc. 17
1 Cor. 7
Heb. 1
2 Cor. 9
Ephe. 6
2 Tim. 4

CAPVT XVI

COMMENDO autẽ uobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Cenchris.] Hic locus apostolica auctoritate docet etiam fœminas in ministerio ecclesiæ constitui. In quo officio positam Phœben apud ecclesiam quæ est Cenchris, Paulus cum laude magna & commendatione prosequitur, enumerans etiam gesta ipsius præclara, & dicens, quia intantum omnibus astitit, hoc est in necessitatibus præsto fuit, ut etiam mihi ipsi in necessitatibus meis apostolicisq; laboribus tota deuotione mentis astiterit. Simile autem opus eius dixit hospitali tati Lot, qui dum semper hospites susciþit, meruit aliquando angelos hospitio susciþere. Similiter & Abraham dum semper occurrit hospitibus meruit ut & dominus cum angelis diuerteret ad tabernaculum eius. Ita & hæc religiosa Phœbe dum astat omnibus & obsequitur, assistere & obsequi etiam apostolo meruit. Et ideo locus hic duo pariter docet, & haberi (ut diximus) fœminas ministras in ecclesia, & tales debere assumi in ministerium, quæ astiterint multis, & per bona officia usq; ad apostolicam laudem meruerint peruenire. Hortatur etiã illud, ut hi qui bonis operibus in ecclesia dant operam, uicem recipiant à fratribus & honorẽ, & in quibuscunq; necessariũ fuerit siue spíritalibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritalibus ſiue carnalibus officijs, honorifice habeantur. Salutate Priſcam & Aquilã adiutores meos. Et reliqua, uſq; ad Domeſticam eorum eccleſiam.] Videntur mihi ipſi eſſe, de quibus in Actibus apoſtolorum ita ſcriptum eſt. Poſt hæc autem diſcedens Paulus ab Athenis uenit Corinthum, & inuento ibi quodam Iudæo nomine Aquila Ponti co genere qui nuper uenerat de Italia, & Priſcilla uxore eius, propterea quod præceperat Claudius diſcedere omnes Iudæos à Roma, acceſſit ad eos, & quia erat conſimilis artificij manſit apud eos, & operabãtur ſimul. Erãt enim artifices tabernaculorum, hoc eſt ſutores. Nec mirũ ſi Paulus Priſcã in epiſtola ſcribit, cum in actibus Priſcilla ſit ſcripta, cæteris cõcordantibus. Poteſt autẽ fieri ut quia illo tempore pulſis ex urbe Iudæis præcepto Cæſaris Corinthum uenerãt, rurſus edicti ceſſante ſæuitia Romam ingreſſi ſalutentur à Paulo. Quos tantũ apparet Iudæorũ inſidijs Paulo periclitante ſemetipſos obiecíſſe ut ille liber abſcederet: hoc autem & Iaſon quidam feciſſe in actibus apoſtolorum refertur: & hanc eorum laudem apoſtolus nõ ſilet, ſed omnibus eam eccleſiis admirandam tradit, & ideo dicit: Quibus non ſolus ego gratias ago, ſed & uniuerſæ eccleſiæ gentium. Vnde apparet eos officioſos & hoſpitales extitiſſe erga omnes fratres fideles, non ſolum qui ex Iudæis, ſed etiã qui ex gẽtibus credidiſſent. Magna enim gratia in hoſpitalitatis officio nõ ſolum apud deum, ſed & apud homines inuenitur. Quæ tamen res quoniã non ſolum in uoluntate & propoſito dominorũ, ſed & grato & fideli conſtitit miniſterio famulorũ, idcirco omnes qui miniſterium iſtud cum ipſis fideliter adimpleuerunt, domeſticam nominauit eccleſiam. Salutate Epenetum dilectum meum qui initium Aſiæ eſt in Chriſto.] Hic Epænetus uidetur mihi omniũ primus ex Aſia credidiſſe, unde & initiũ eum eccleſiæ appellauit, uel ut in Græco habetur primitias Aſiæ: niſi aliquid profundius ſermo iſte ſignificat, ut intelligamus angelos dei qui eccleſiis præſunt, offerre ſingulos quoſq; primitias deo ex his qui credunt: primitiæ autem apud illos iudicẽtur non hi qui tẽpore primi ſunt, ſed qui uirtutibus & meritis præcellunt. Quorũ ſciens per ſpiritũ Paulus electionem erga Epænetum, & quod ipſum ex omnium fidelium numero qui erãt in Aſia, electio inuenerit angelorũ, appellauit eum primitias Aſiæ. Sed & in alia epiſtola dicit de quibuſdam quia ſunt primitiæ Achaiæ, eandem ſine dubio ſacramẽti rationẽ etiã in illis aſpiciens. Salutate Mariã quæ multum laborauit in nobis.] Docet & in hoc debere etiã fœminas laborare pro eccleſiis dei. Nam laborant cum docent adoleſcentulas ſobrias eſſe, diligere uiros, filios enutrire, pudicas eſſe, caſtas, domum bene regentes, benignas, ſubditas uiris ſuis, hoſpitio recipere, ſanctorum pedes lauare, & cætera omnia quæ de officijs mulierum ſcripta reſeruntur in omni genere caſtitatis. Salute Andronicũ & Iuliã cognatos meos & concaptiuos meos, qui ſunt nobiles in apoſtolis, qui & ante me fuerũt in Chriſto Ieſu.] Poteſt quidẽ fieri ut & ſecundum carnẽ iſti cognati fuerint Pauli, & ante ipſum crediderint, & nobiles habiti ſint in apoſtolis Chriſti: de qbus poſſibile eſt & illud intelligi, quòd fortaſſis ex illis LXXII. qui & ipſi apoſtoli nominati ſunt, fuerint, & ideo nobiles eos in Apoſtolis dicat, & in his apoſtolis qui ante eum fuerunt. Sed & illud me mouet quod ait, Concaptiuos meos. Quæ enim erat captiuitas Pauli, in qua ſibi etiã Andronicũ & Iuliã cognatos cõcaptiuos eſſe teſtat? nisi forte profundiore myſterio ad illam reſpicimus captiuitatẽ, quam Chriſtus uenit abſoluere, de qua ſcriptũ eſt, uenire & dare eũ captiuis remiſſionẽ, cæcis uiſum. In qua captiuitate uidentur una atq; eadẽ ratione iſti eſſe, qua & Paulus erat. Verbi em̃ gratia ſic dicamus, quòd cũ captiuus eſſet populus Iſrael apud Aſſyrios uel Babylonios, omnes quidẽ erant captiui, ſed alia ratio in cæteris captiuis, alia in Daniele, & Anania, atq; Azaria uel Miſael. Illi enim captiui erãt pro peccatis ſuis, iſti uerò pro conſolatione captiuorũ erãt etiam ipſi captiui: & ideo ſi diceret Daniel de aliquo uno ex plebe, cõcaptiuus meus, non ita cõuenienter dici uidebatur, ut ſi diceret de Anania, & Azaria, & Miſael, concaptiui mei. In iſtis enim una captiui tatis eſt ratio, quæ lõge à reliquis ratiõe diuerſa eſt. Ita ergo & Paulus de ſe tale aliquid & Andronico ac Iulia ſecundũ occultioris ſacramẽti intuens rationẽ, concaptiuos eos ſibi in hoc mũdo nominat, & nobiles in apoſtolis. Salutate Ampliatũ dilectum meũ in domino.] Huic quãuis nihil egregiũ præ cæteris in laude uideatur aſcribere, tamen hoc

Luc. 4

Dan. 3

hoc ipſo quòd dilectus eſt Pauli, laudabilis & ſalutatione dignus efficitur. Salutate Vrbanum adiutorẽ noſtrorum in Chriſto, & Stachyn dilectum meum.] Et iſtos in ſalutatione coniungit, ſed Vrbanum in laudibus prætulit: illum enim adiutorem in Chriſto, Stachyn uerò dilectum tantummodo, ſicut Ampliatum nominauit. Adiutor autem apoſtoli in Chriſto, non aliud intelligitur quam apoſtolici operis particeps. Salutate Apellem probum in Chriſto.] Puto hunc Apellem per multas tribulationes tranſiſſe patienter, & fortiter ſuſtentatum, & ideo pronunciatum ab apoſtolo probum, ſecundũ ea quæ in alijs dixit ipſe, quia tribulatio patientiã operatur, patiẽtia uerò probationẽ, probatio uerò ſpem. Videndum ſane eſt ne forte ipſe ſit hic qui in Actibus apoſtolorum Apollo nominatur Alexandrinus in ſcripturis eruditus. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtobuli domo.] Quoniam nihil otioſe in literis apoſtoli uel additur uel minuitur, iſtos qui ſunt de domo uel de familia Ariſtobuli non fruſtra, neq; dilectos, neq; probos neq; adiutores in Chriſto nominat. Sed forte quia nihil tale habebant in meritis, idcirco eos ſolo titulo ſalutationis honorauit. Salutate Herodinem cognatum meum.] Et hic ſimiliter ut Andronicus & Iulia Pauli cognatus dicitur: ſed neq; concaptiuus ut illi, neq; nobilis in apoſtolis in his qui ante Paulum fuerunt in Chriſto, nominatur. Vnde intelligendum eſt etiam in his quos cognatos Paulus ſuos appellat, eſſe multam differentiam, ſecundum illam (ut ego arbitror) rationem quam ſuperius aperire tentauimus. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi domo, qui ſunt in domino.] Videntur quidem plures fuiſſe ex domo uel familia Narciſſi, ſed non omnes in domino fuiſſe, & ideo addidit eos ſalutandos, qui ſunt in domino. Salutate Tryphænam & Tryphoſam quæ laborant in domino.] Bonũ de his dat teſtimoniũ, quarũ laborẽ nõ huius neq; cõmunis uitæ, ſed in dño eſſe teſtatur. Multi enim laborãt, ſed nõ omniũ laborẽ eſſe cõſtat in domino. Salutate Perſidã chariſſimam, quæ multũ laborauit in dño.] Videtur hæc magis laudari quàm Tryphæna & Tryphoſa: quoniam quidem illas laboraſſe dicit in domino, hanc autem laboraſſe multum in domino, cui & addidit chariſſimã. Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius & meam.] Non puto in iſtis ſalutationibus inaniter fieri per ſingulos quoſque laudis & ſalutationis differentiam. Qui enim ſcit quia Chriſtus loquitur in Paulo, certus eſt quod pro merito alius quidem probus dicitur ab eo, alius chariſſimus, alius laborans in domino, alius multum laborans, alius electus: & hic Rufus de quo nunc nobis ſermo eſt, electus in domino ſalutatur, credo, quod Paulus ſciret eſſe eum de numero non multorum qui uocati ſunt, ſed paucorum qui electi ſunt: cuius & mater tantũ meriti habuit, ut eam Paulus ſuã nominauerit matrem, cum quo etiam ipſe ſicut Ieſus cum Ioanne unum pariter haberet matris affectum. Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermen, Patroban, Herman, & qui cum eis ſunt fratres.] De iſtis ſimplex eſt ſalutatio, nec aliquid eis inſigne laudis adiungit. Puto tamen quod Hermas iſte ſit ſcriptor libelli illius qui Paſtor appellatur, quæ ſcriptura ualde mihi utilis uideꝛ, & ut puto diuinitus inſpirata. Quod uerò nihil eis laudis aſcripſit, illa opinor eſt cauſa, quia uidetur ſicut ſcriptura illa declarat, poſt multa peccata ad pœnitentiam fuiſſe cõuerſum, & ideo nec opprobriũ ei aliquod aſcripſit: didicerat enim ſcripturam, nõ improperare homini cõuertenti ſe à peccato: neq; laudis aliquid tribuit, quia adhuc poſitus erat ſub angelo pœnitẽtiæ, à quo tẽpore opportuno Chriſto rurſus deberet offerri. Intelligitur autem quod ſimul habitauerint hi quorum ſalutatio ſociata eſt. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & ſororẽ eius, & Olympiadem, & omnes ſanctos qui cũ eis ſunt.] Poteſt fieri ut Philologus & Iulia cõiuges fuerint, cæteri domeſtici eorum, ad quos ſimplex ſalutatio dirigitur. Salutate inuicem in oſculo ſancto.] Ex hoc ſermone & alijs nonnullis ſimilibus mos eccleſiis traditus eſt, ut poſt orationes oſculo ſe inuicem ſuſcipiãt fratres. Hoc autẽ oſculum ſanctum appellat apoſtolus. Quo nomine illud docet primo, ut caſta ſint oſcula quæ in eccleſijs dantur. Tunc deinde ut ſimulata non ſint, ſicut fuerũt Iudæ, qui oſculum labijs dabat, & proditionem corde tractabat. Oſculum uerò fidele primo, ut diximus caſtum ſit, tũc deinde pacẽ in ſe ſimplicitatẽ q; habeat in charitate non ficta. Salutant uos omnes eccleſiæ Chriſti.] Nunquid non in una æde ſtat poſitus Paulus hæc ſcribens? & quomodo uerũ eſt quod omniũ ſimul ſalu

Act. 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes ecclesiarũ Romanæ mittit ecclesiæ. Sed pro eo intellígere debemus, uel quod unus spíritus erat ín Paulo atq; omnibus ecclesíis Christí, uel salutare dícat per fídem & per spíritũ iungi. Rogo autẽ uos fratres ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrínam quã uos didicístis faciunt & declínate ab íllis: huiusmodi ẽm Christo domino nostro nõ seruíunt, sed suo uentrí, & per dulces sermones & benedictiones se ducunt corda innocentiũ: uestra enim obedientia ín omní loco díuulgata est.] Hæc & ad eos qui ecclesíis præsunt, & ad omnes credentes per spíritũ sanctũ scribere credendus est Paulus, ut diligentíus considerent, & perspíciant qui sint qui dissensiones & offendicula ín ecclesíis generant, & alieni sint ab illa beatitudine quam deus repromísit: Beatí pacífici, quoniã ipsí fílij dei uocabũtur. Hoc enim, ínquit, ut pacífici sítis, à domino per euangelium didicístis, dissensiones uerò cõmouere uel scandala, præter doctrínam est quã uos didicístis, & ideo alienus uobis sit, nec omnino recipiatur inter uos, qui certamína cõmouet, qui ferit iurgia, qui lites excitat, & studia cõtentionis exercet. Qui ẽm tales sunt, Christo domino nostro, qui est pax nostra nõ seruíunt, sed suo uentrí. Sed & quid causæ sit qua iurgia suscitantur in ecclesia, & lites, díuini spíritus ínstinctu aperít: Vẽtris, ínquit, gratia hoc est quęstus & cupiditatis. Inde est unde nõnulli circũeunt domos loquentes ad gratiam cum omní adulatione & deceptione, nõ ut ín uerbo dei ædificent animas ad uirtutẽ, sed ut adulatorijs dulcibusq; sermonibus permanere, uel etiam proficere eas hortentur ín uitijs, laudantes & bona dícentes ea quæ correptione dígna sunt: ponentes lucẽ tenebras, & tenebras lucem, dulce amarum, & amarũ dulce, & ín his seducunt corda ínnocentiũ. Et ídeo diligenter oportet intendere quo prospectu doceat ille qui docet, utrum gratiam & honorem ab auditoribus quærẽs, an mercedem à domino pro ínstructione & profectu díscentium sperans. Subtíliter sane Paulus indíscretam & facilem Romanorum obedientiam notat, eamq; asserit ubiq; non laudatam, sed promulgatã. Sed ne eos rursum si pro hoc apertíus castígaret, ínobedientes efficeret, addidit: In uobis ergo gaudeo.] Sed dícis, quomodo uulgarem ín eis notat obedientiam cum dícat se gaudere ín eis? Prímo quídem aliud est notare uitiũ, aliud hominem. Potest enim fieri ut gaudeat ín his ín quíbus multa bona alia deprehenderat, uitiũ autem quod ei displícuerat notet, ne putetur ei etiã ipsum cum cæteris placuísse. Potest autẽ & pro eo dixísse apostolus gaudere se ín eis, quod qui ínobediens est, neq; ad malum, neq; ad bonũ trahi potest: qui uerò obediens est, si quídem ad ínutília trahatur, ímperitiæ culpa sit. Ignorat enim ínutília esse ea quíbus obedientiã sui præbet. Cum uero didícerit quæ sunt utília, habens parũ obedientiæ, bonum contínuo per eam iter uirtutis ascẽdit. Gaudet ergo Paulus super obedientes, certus quod cũ docuerít eos, nõ uulgari obedientia quã incaute omnibus præbent uti eos debere præ illa sola qua obedire oportet deo magis q̃ homínibus, ut relictis cæteris ipsa laudetur. Nam & reuera non est paruę discretionis, sed probabilis & exercitatíssimi iudicij, scire cui uerbo, cuíue operi obediendũ sit, & cui renitendũ. Deniq; ipse dominus ín euangelijs dicit: Attẽdite uobis ab ijs qui ueníunt ad uos ín uestimentis ouíũ, íntus autem sunt lupi rapaces. Et ídeo uígilans sensus & mens íntenta requírit, quę probare nouerit uel ouis ín propatulo sim plicitatem, uel lupi latentem rapacitatem. Vnde uide quàm proximi periculís fiant hi qui exercerí in diuinis líteris negligũt, ex quíbus solis huiusmodi examinationis agnoscendæ discretio est. Contínuo ergo ín breui speciem propositæ distinctionis ostendit, & dicit. Quoniã quídem facilis & índiscreta est uestra obedientia, accípite quid seruare, quid cauere debeatís. Volo, ínquit, uos sapientes esse in bono, & símplices ín malo.] Símile est hoc illi dicto quod ad Corínthios scríbens dicit: Malítia paruuli estote, ut sensibus perfecti sítis. Sed & illud quod dominus ait, Quia filij seculi huius prudentiores filijs lucis ín generatione sua sunt, huic cõuenit dicto. Filij enim seculi huius prudentiores sunt ín malítia, pro eo quòd semper aliquid profundius & subtílius ínuentãt in ea, unde plus noceant, & uehemẽtius lædant, in bono aũt stulti sunt: uix enim ínueníũt quid faciant boni. Ecõtrario Paulus uult nos sapientes esse ín bono, hoc est semper aliquid plus ínuenire, plus exquírere, & profundius cogítare quid faciamus boni, ita ut etiã si impediamur per alicuius malítiã ab opere bono, sic nos sapientes símus & excogitemus

Matt.7

1 Cor.14

cogitemus quomodo si opus bonũ nõ possumus, uel sermonẽ bonũ proferamus: quòd si nec hoc licet, uotum saltem bonum & animũ demõstremus. Sic ergo sapientes debemus esse in bono. Simplices uerò in malo, ut si pulsemur malitia, pulsemur ínuria, nõ símus callídi, nõ símus uersuti, artes et argumenta quęrentes quibus reddere malum pro malo, & nequitiã pro nequítia debeamus: sed in tali loco meminísse debemus illíus sententiæ quæ dícit: Si quis uult sapiens esse apud deũ, stultus fiat ín hoc mundo. Símus ergo stulti accipientes ínuriam & non reddentes, ut sapiẽtes símus apud deum qui dícit: Mihi uindictam & ego retríbuam. Nam de ímpijs & Hieremías dícit: Sapiẽtes sunt ad malefaciendum, bene aũt facere nescíunt. Ad hoc respícit & illud quod dominus dixit: Símplices nos esse debere sícut columbas, & prudentes sícut serpẽtes. Quod si aliquis nobis ex ínfidelibus argute occurrat & dícat, Quomodo potest idẽ esse sapiens & stultus? dícemus ad eum. Respice ad artes ístas quæ in usu hominum habentur, quomodo ille qui (uerbi causa) sapientíssimus est grãmaticus, ín arte fabrili ínsipiẽtíssimus ínuenítur: uel rursum sapientíssimus gubernator, quomodo ín arte medicinæ ínuenítur ínsipiens. Sic ergo possíbile est ín his quæ ad deum pertinẽt esse sapientẽ: in his quæ ad seculum pertinent, ínsipientem. Sciendum sane est ubi ait: Huiusmodi enim nõ seruíunt Christo domino nostro, nõ quòd ipsí se profiteantur Christo domino non seruíre, sed quod díscrepantes à seruitutis eius regula, rebus ípsis ostendant se domino non seruíre Christo. Non enim uidetur símul quis & Christo seruíre posse & uentrí, ac uoluptatís pariter amator esse & dei, nec deo quis símul seruíre potest & mãmonæ. Deus autem pacis conterat satanam sub pedíbus uestris uelocíter.] Quæritur ín hoc loco quem dixerit satanam sub pedíbus eorum quíbus scríbit, uelocíter à deo conterẽdum. Si enim ad unam referaẽ personã, illam scílicet de qua in euangelio dicit. Ecce uídeo satanã de cœlo cadentẽ, quicq; satanas humano generí índicatur aduersus, uídebitur utiq; si uerè dicit Paulus quæ dícit, quod sub pedíbus eorũ quíbus tunc scribebat uelocítur contera tur, ultra iam nõ esse satanã qui agones & certamína & persecutiones credentibus excítet, quod utiq; non admíttit fides rerũ. Sed uídetur mihi ín hoc loco satanã díxisse omnem spíritũ qui credentibus aduersatur. Satanas enim ín língua nostra aduersárius ínterpretatur. Quícquid ergo animæ tendenti ad deum resístit & aduersatur, & quícquid paci eius cõtrarium est, hoc satanas esse memoratur. Ideo deniq; prẽmísit, dícens: Deus pacis, hoc est deus cui pax placet, cõteret eum qui contrarius est paci & dissensiones operatur. Sic deniq; & in Regnorum líbro legímus, quia suscitauit deus Salomoni satanam aduersus eum: hoc est Salomoni qui erat pacíficus, suscitauit satanam qui est contrarius paci. Sed sícut hís quoq; apostolus docet si agãt, & tales se exhibeãt quales eius sermo descrípsit, pro emẽdatione uitæ promíttit sub pedíbus eorũ à deo pacis satanam uelocíter conterendum, ita nihilomínus deus pacis ei qui pácem eius nõ in corde puro & conscentía munda seruauerit, suscítat satanam, hoc est aduersárium, ut qui bonum pacis neglexerit, ímpugnationũ amarítudines perferat, & ita demum pacis quam temerauit dulcedinẽ in oppugnatione posítus recordetur. Ex utroq; ígitur ædificamur scríptu ræ diuinæ loco, quod suscítare deus satanã dícitur negligentibus, uel cõterere, ac subdere studiosis, ut illos ad agones excítet, ístis de prostrato aduersário palmam uictoriæ tríbuat, & uirtuti præmía largíatur. Possumus & per síngulos quosque agones si legítime certemus uídere quía deus conteret satanam sub pedes nostros uelocíter, uerbi causa si quis agonẽ susceperit castitatis, si usq; ad finem ímmaculata conscientia perdũrauerit, dici de eo potest. quia contríuit deus satanã sub pedíbus eius, id est, spíritũ qui erat contrarius castítati. Símiliter & qui agonẽ fidei suscípit, si stans ante reges & præsides cum fiducia cõfiteatur dominũ Iesum Christum, & usq; ad finem ín confessione permaneat, deus cõtríuit satanam sub pedíbus eius, cum per fídem constantẽ ínfidelitatis spíritum uícit. Sic & qui concordiam perseueranter colít, dissensionís dæmonẽ sub pedíbus conterít. Qui manswetudínem seruat, íracundiæ satanam patientiæ uestígijs calcat. Hoc est nímirum quod dominus in euãgelio dícit: Ecce dedí uobis potestatẽ calcandi super serpentes & scorpiones, & super omes uírtutes ínimici. Gratia domini nostri Iesu Christi uobíscũ.] Gratia dei & gratia domini nostri Iesu Christi una atq; eadem gratia accípienda

3 Reg.11

Luc.10

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.5 piēda est. Sicut enim pater quos uult uiuificat, & filius quos uult uiuificat: & sicut pater habet uitā in se, & filio dedit habere in semetipso uitā, ita & gratiā quā dat pater, hanc & filius dat. Sciendū sanè est, quòd omne quod habent homines à deo, gratia est. Nihil
Rom.11 enim ex debito habent. Quis enim prior dedit illi, & retribuet ei? Gratia ergo est quicquid habet is qui nō fuit, & est accipiēs ab eo qui semper fuit, & est, & erit in æternū.

Salutat uos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei.] Videt mihi de istis quos sequestrauit ab omni cathalogo salutantiū, plus aliquid sensisse. Denicp Timotheū adiutorē suū dicit, & omes simul cognatos suos. Et quidem de Timo
1 Tim.1 theo plenissime refert in actibus apostolorum quòd fuerit Derbæus ciuis, filius mulie ris uiduæ fidelis ex patre gentili. De quo & ipse Paulus dicit, quia propterea rogauerat eum permanere Epheſi, ut denūciet quibusdā ne aliter doceāt, necp attēdant fabulis & genealogijs infinitis. Sed & Luciū quidam perhibēt esse Lucam qui euangeliū scripsit, pro eo quod soleant nomina interdū secundum patriā declinationē, interdum etiam secundum Græcā, Romanamcp proferri. Iason uerò ille est de quo etiam in Actibus apo-
Act.21 stolorū scribitur quòd Thessalonicæ pro Paulo & Syla seditionem cōmouentibus turbis, semetipsum dederit, ut apostolo dicendi faceret libertatē. Sosipater quoc; qui his iungit suspicor & ipse sit qui in Actibus apostolorum scribit Sosipater Pyrrhi Beroensis. Sed qui Pauli literas curiosius tancp Christo in eo loquente considerat, mouebitur sine dubio quomodo Paulus qui se Tarso Ciliciæ natū professus est Hebræum ex Hebræis, nunc uel Timothei Derbensis ciuis ex patre gentili cognatus uel cōsanguineus esse dicatur, uel Iasonis Thessalonicensis, uel Sosipatris Pyrrhi Beroensis. Quod si pro eo aliquis dicat quia etiā ipsi qualibet ex parte ex circūcisione ueniebant, non ergo oportuit de his specialiter dicere, sed & de omnibus qui ex Iudæis erant, quod essent cognati Paulo. Nunc uerò cū cæteris nequacp hoc nomen indulgeat, his uerò & alijs non nullis ascribat, certū est eum aliam quandam cognationē nominare, quæ isti Sosipatro cum Timotheo & Luca alijscp paucis horū similibus cōmunis habeatur, quam cognationem uel consanguinitatem arbitror esse ex baptismo contractam. Saluto uos ego Tertius qui scripsi epistolā in domino. Salutat uos Caius hospes meus & uniuersæ ecclesiæ.] Hic est Caius de quo alibi dicit: Gratias ago deo meo, quia neminē uestrū baptizaui nisi Crispū & Caium. Videt ergo indicare de eo quod uir fuerit hospitalis, qui nō solū Paulū ac singulos quoscp diuersantes Corinthi hospitio reciperet, sed ecclesiæ uniuersæ in domo sua cōuenticulū ipse præbuerit. Fert sane traditiōe maiorū, quod hic Caius episcopus fuerit Thessalonicensis ecclesiæ. Salutat uos Erastus Arcarius ciuitatis, & Quartus frater.] Ipsum puto esse Erastū quē dicit quia remansit Corinthi, quicp euidenter designato ciuitatis officio ostendit. Sed nō puto quòd ex hoc officij magno pere Paulus mentionē in hac epistola sua fecerit, nisi forte aliquid in eo amplius senserit, & Arcariū eū, id est dispensatorē illius ciuitatis dixerit, cuius artifex & cōditor deus, & ideo nec nomen posuerit cuius ciuitatis, sed tantūmodo eum Arcariū nominauerit. Vtrū ergo tali modo aliquo, an uerò simpliciter magis uidendū sit, & nihil profundius in Pauli literis requirendū, considerato qui legis. Ei aūt qui potens est uos cōfirmare secundum euangeliū meum, & prædicationē Iesu Christi secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum præceptum æterni dei ad obeditionem fidei in cunctis gentibus cogniti sapienti deo per Iesum Christum, cui honor & gloria.] Caput hoc Marcion à quo scripturæ euangelicæ atcp apostolicæ interpolatæ sunt, de hac epistola penitus abstulit, & non solum hoc, sed & ab eo ubi scriptum est, Omne autem quod non est ex fide peccatū est, uscp ad finem cuncta dissecuit. In alijs uerò exemplaribus, id est in his quæ non sunt à Marcione temerata, hoc ipsum caput diuersæ positū inuenimus. In nonnullis etenim codicibus post eum locū quē supra diximus, hoc est, Omne aūt quod non est ex fide peccatum est, statim cohærens habetur, Ei autē qui potens est uos confirmare. Alij uerò codices in fine, id est ut nunc est positū, continent. Sed iam ueniamus ad capituli huius explanationē. Duas mihi causas Paulus uidetur ostendere, quibus roborantur hi qui in fide euangelij confirmantur: unā qua eis prædicatio Pauli, quæ est & Christi prædi-

sti prædicatio, innotescat: & aliam qua reuelatur eis sacramentum quod omnium temporibus seculorum in silentio habitum est: nunc uerò, hoc est in aduentu Christi & præsentia corporali, manifestatum est & apertum, & quantum spectat non sine idoneis testibus, sed scripturis propheticis astipulantibus declaratum. Ita enim præceptum extitit æterni dei, ut prædicatione quidem euangelij gentes ad obedientiam fidei uocarentur: ex reuelatione autem sacramenti agnita dei sapientia, gloriæ claritas soli sapienti deo redderetur in secula seculorum. Sed iterum recurramus, & consideremus quomodo dictum est. Ei autem qui potens est uos confirmare secundum euāgelium meum & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationē sacramenti temporibus seculorum silētio habiti. Non mihi uidetur quòd ad omnes pertineat ista utriuscp generis confirmatio, sed ad omnes quidem pertinet credentes duntaxat euangelium Pauli & prædicatio Christi: Reuelatio uerò sacramenti temporibus seculorum in silentio habiti, nō Ephe.3
ad plures sed ad paucos & electos qui capaces esse possunt sapientiæ & scientiæ dei, de quibus dicitur: Multi sunt uocati, pauci uerò electi. Sed & de eo quod ait, Sacramenti Matt.22
in silentio habiti, requirendum est utrum id dicat in silentio habitum, ut omnino nullus agnouerit, ne ipsi quidem qui annunciabant prophetæ, an altior aliqua silentij intelligenda est ratio. Mihi quidem ualde uidetur absurdum, ut dicamus prophetas ita scripsisse de testamentis diuinis, ut non intellexerint ea ipsa quæ dicebant, cum scriptura dicat: Sapiens intelligit quæ de ore eius procedunt, & in labijs portat intellectum. Si ergo prophetæ non intellexerunt quæ de ore proprio proferebant, non erant sapientes. Verum si stultum est prophetas confiteri, & negare eos sapientes fuisse, restat ut sapientes fuerint, & intellexerint quæ ex ore proprio proferebant, & habuerint intellectum in labijs suis. Quæ ergo silentij ratio? Videamus ne illa sit quam & ipse partim sibi tradi
tam per sacramentorum dispensationem perdocuit, ubi dicit abductum se esse in tertium cœlum, & inde in paradisum, & audisse non edicenda uerba, quæ non licet homini loqui. In quo utiq; ostendit non quòd ignoret ipse quod audierit, sed quòd proferre nō licebat & alijs hominibus pandere quæ sibi sunt indicata. Ita ergo potest & in hoc loco dictum uideri sacramentum temporibus seculorum in silentio habitum, quod ut scirent quidem perfecti, ex scripturis propheticis manifestatur: sed hominibus, id est uulgo nō manifestauerunt nec patefecerunt, sed silentio texerunt, secundum præceptum æterni dei, usque quo tempus adesset ut uerbum caro fieret, & habitaret in nobis, & manifestaretur omnibus gentibus ad obedientiam fidei. Quod uerò ait, Soli sapienti deo, sapientem deum non ita accipias, quasi quem sapientia fecerit sapientem, ut inter homines habetur. Sapiens enim inter homines dicitur unusquisq; ex participatione sapientiæ: deus uerò non quasi qui ex sapientia sapiens factus sit, sed quasi qui ipse auctor & genitor sit sapientiæ, sapiens appellatur. Non enim (ut diximus) ex sapientia sapiens deus, sed ex sapiente deo sapientia procedit. Merito ergo soli sapienti deo. Solus est enim ita sapiēs deus, ut sapientiam ipse magis genuerit, quàm sapientia sapiens factus sit. Et recte ei claritas per Iesum Christum refertur, qui ita sapientem esse solum deum ostendit, ut ipse sapientiam genuerit Iesus Christus, qui est dei uirtus & dei sapientia. In secula, uerò, seculorum] quod ait, moris est scripturæ diuinæ immensitatem per hoc temporum designare. Amen autem quasi ad confirmationem omnium quæ superius scripta sunt, in fine posuit, per quod uernaculo Hebræorum sermone uera & fidelia esse quæ sunt scripta signaret.

PERORATIO TRANSLATORIS

HACTENVS nobis in epistolam ad Romanos prout potuimus dictantibus plurimo & labore & tempore desudatum sit. Fateor nanq; Heracli frater amantissime, q; dum tuis desideriis satisfacere cupio, oblitus sum pene mandati quo præcipitur, Onus suprà uires tuas ne leuaueris: quamuis nobis nec in cæteris, quæ te insistente, imò potius pensum diurni operis exigente in Latinum uertimus, defuerit plurimus labor, dum supplere cupimus ea quæ ab Origene in auditorio ecclesiæ ex tempore, non tam explanationis quàm ædificationis intentione perorata sunt: sicut in Homiliis, siue in oratiũculis in Genesim & in Exodum fecimus, & præcipue in his quæ in librum Leuitici ab illo quidem perorandi stylo dictata, à nobis uerò explanandi specie translata sunt. Quem laborem adimplendi quæ deerant, idcirco suscepimus, ne pulsatæ quæstiones & relictæ, quod in homiliatico dicendi genere ab illo sæpe fieri solet, Latino lectori fastidium generarent. Nam illa quæ in Iesu Naue, & in Iudicum librum, & in trigesimumsextum, & in trigesimumseptimum, & trigesimũoctauum psalmum scripsimus, simpliciter expressimus ut inuenimus, & non multo cum labore transtulimus. Quãuis ergo & in cæteris quæ suprà diximus laboratum nobis sit in supplendis his quæ omiserat, in hoc tamen opere Epistolæ ad Romanos pro his causis quas in præfatione comprehendimus, immensus nobis & inæstimabilis incubuit labor. Sed delectabit indulsisse laboribus, si modo non, ut in aliis experti sumus, maleuolæ mentes uigilibus nostris contumelias reddant, si nõ studia obtrectationibus, & labores remunerentur insidijs. Nouum quippe apud eos culpæ genus subimus. Aiũt enim mihi: In his quæ scribis, quoniam plurima in eis tui operis habentur, da titulum nominis tui, & scribæ Hieronymi (uerbi gratia) in epistolam ad Romanos explanationum libri. Sicut & apud auctores inquiunt seculares non illius qui ex Græco translatus est, sed illius qui transtulit nomen titulus tenet. Hoc aũt totum mihi donant non amore mei, sed odio auctoris. Verum ego qui plus cõsciẽtiæ meę quàm nomini defero, etiam si addere aliqua uideor & explere quæ desunt, aut breuiare quæ longa sunt, furari tamẽ titulum eius qui fundamentum operis iecit, & construendi ædificij materiam præbuit, rectum nõ puto. Sit sane in arbitrio legẽtis cum opus probauerit, operis meritum cui uelit ascribere. Nobis enim propositũ est non plausum legentium, sed fructum proficientiũ quærere. Post hoc sane uocat nos opus quod olim quidem iniũctum est, sed nunc à beato Gaudentio episcopo uehementius perurgetur, Clementis scilicet Romani episcopi apostolorum comitis, quorum ut successoribus darem cognitionẽ, libri à nobis in Latinum uertuntur. In quo opere bene noui quòd laborem labor multiplicat, si fortẽ suscipiat. Satisfaciam sane in eo amicis meis, dabo titulo nomen meum auctoris nihilominus uocabulo permanente. Nam Hieronymi ne putetur, Clemens scribetur. Quod si me dominus imperare permiserit, redibimus ad illos, & ad tua desideria, ut in Numerorum, & in Deuteronomij libros, deo permittente, aliqua dicamus, hæc enim solum uobis de Pentateucho, uel de reliquis apostoli Pauli epistolis quæ possumus, domino protegente debemus.

Explicit interpretatio Origenis Adamantij in Nouum testamentum.

ORIGENIS ADAMANTII CONTRA CELSVM LIBER PRIMVS, SIGISMVNDO GELENIO INTERPRETE.

SERVATOR & dominus noster Iesus Christus falsis grauatus testimonijs obticuit, ad crimina obiecta nihil respondit, sciens tota sua uita & actis inter Iudæos spectatis, melius falsitatem delationis coarguí, quàm ullis uerbis aut defensionibus. Tu uero, pie uir Ambrosi, nescio cur contra Celsi calũnias, quas aduersus Christianos fidemq; ecclesiasticam scripto edidit, uoluisti nos respõdere, quasi non manifestę uanitatis conuincantur rebus ipsis longe efficacius quàm ullis literis aut orationibus, adeò criminationibus eius nihil ineſt uerisimile. Iesum autem falsò accusatũ siluisse, satis ex Matthæi uerbis constat, quibus & Marcus consonat. Sic enim apud Matthæum legitur. Princeps autem sacerdotũ & totum concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut morti eum traderent, & non inueniebant, etiam cum multi falsi testes accessissent. nouissime autem uenerunt duo falsi testes & dixerunt: hic dixit: Possum destruere templum dei, & in tribus ædificare illud. Et surgens princeps sacerdotum ait illi. Nihil respondes ad istorum aduersus te testimonia? Iesus autem tacebat. Quin & ad accusationem nihil eũ respondisse, sic scriptum est. Iesus autem stetit ante præsidem, qui interrogauit eũ dicens: Tu es rex Iudæorum. Dicit illi Iesus: Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dixit illi Pilatus: Non audis quàm multa aduersum te dicant testimonia? Et non respondit ei ad illum uerbum, ita ut miraretur præses uehementer. Erat enim reuera dignum quod quiuis uel mediocriter prudens miraretur, eũ qui criminibus & falsis testimonijs urgeretur, cum posset se defendere, & approbare suam innocentiam, atq; etiã totius uitæ facta & diuinas uirtutes denarrare, quo iudici uiam ad mitiorem sententiam faceret, adeò nihil horũ curasse, ut strenue accusatores cõtemserit. Quod autem defensione audita iudex procul dubio Iesum absoluturus fuerit, liquet ex his scripturę uerbis: Vtrum uultis dimittam uobis, Barrabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? tum ex his quę mox subijcit. Sciebat enim quòd propter inuidiam tradidissent eum. Iesus igitur semper falsis testimonijs premitur, nunquam non male apud homines audiens. Silet quidem nunc quoq;, nec respondet uoce: cæterũ satis causam suam agit, dum per germanorum discipulorum uitam reclamat suis accusatoribus, ac refellit omnia testium mendacia. Audeo igitur affirmare, hanc quam à nobis defensionem exigis, officere illi quæ rebus & factis constat, euidenter declarans Iesu potenti am, duntaxat his qui nõ omni sensu careant. Attamẽ ne uideamur mãdata tua detrectare, conati sumus respõdere pro uiribus ad singulas Celsi criminationes, quãuis non uideatur periculum ut eis subuertatur ullus fidelium, absit enim ut inueniatur aliquis in caritate dei quæ est per Christum Iesum tam frigidus, ut Celsi uerbis aut similium dimo ueatur à proposito. Certe Paulus innumera percensens quæ à dilectione Christi, & ab ea quæ in Christo est dei caritate separare alios soleant, quibus omnibus superior sit ipsius caritas, uerba non ponit in hoc numero. Attende enim primum quidem sic eum loqui, Quis nos separabit à caritate dei? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? sicut scriptum est: quoniã propter te morti tradimur quotidie, reputati sumus sicut oues occisionis. sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. secundò uero alium ordinem enumerans eorum quæ solẽt parum firmatos à pietate diuellere, dicit: Scio enim quòd neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neque principatus, neq; potestates, neq; præsentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; ulla alia creatura separare nos poterit à caritate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Et profecto merito gloriari liceat nobis, quòd nõ separemur pressuris, alisue quę ibi enumerãtur: sed non item Paulo apostolisq; et eorũ similibus, cum se profiteatur his rebus longe superiorem dicens: in his omnibus superuincimus per eum qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilexit nos.nam id uerbum amplius quiddam ſonat quàm uincere. Quod ſi apoſtoli ne hoc quidē gloriæ ſibi ducunt, ꝙ neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; poteſtates, neq; quicquam eorum quæ ſequuntur, eos ſeparare ualeat à charitate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro: non opinor ei gratulandum, quem à fide dimouere poteſt Celſus, ne communem quidem hāc uitam inter homines uiuens. ſed iam dudum defunctus, ac ne orationem quidem habens efficacem aut uiuidam. Neſcio enim in quo ordine cenſendus ſit, qui confirmatione eget, ne Celſi contra Chriſtianos ſcriptis dimoueatur à fide. Attamen quia fieri poteſt ut in uulgo fidelium reperiantur aliquot, quibus periculū immineat à ſcriptis Celſi, niſi in ueritate fulciantur apologia eius petulantiæ confutato ria: decreui tua iuſſa capeſſere, tranſmiſſoq; ad nos cōmentario reſpōdere: quamuis nemīnē qui modo leuiter in philoſophia profecerit, putē non deprehenſurū, ueritatē non ineſſe in opere, quam ille addidit in titulo, Veram orationē inſcribens. Sanè Paulus animaduertens eſſe quædā in Græcorū philoſophia non contemnenda, quibus ſub ſpecie ueritatis inſinuari poſſit mēdacium, ſic de illis loquitur: Cauete nequis uos ſeducat per philoſophiā & inanem deceptionem, iuxta traditiones hominum, iuxta elementa huius mundi, & non Chriſtum. Videē in uerbis mundanæ philoſophiæ quiddā magnificū, ait ſermonē philoſophorū eſſe iuxta elemēta huius mūdi. Celſi uero ſcripta nemo ſanæ mentis dixerit eſſe iuxta elemēta huius mundi. Et illa quidē ꝙ ad decipiendum ſint idonea, uanam deceptionē nominauit. fortaſſe ad differentiā cuiuſdā non uanæ, quā cōſiderans Hieremias auſus eſt dicere ad deū, Decepiſti me dñe & deceptus ſum, inualuiſti & uiciſti. Celſi uero ſcripta nullam deceptionē habere mihi uidentur, ac proinde ne uanam quidem, qualis ineſt in eorū libris qui uarias ſectas introduxerūt in philoſophiam, in huiuſmodi rebus ingenio non uulgari prædīti. Quemadmodum enim nō temere deprehendas mendacium in ſpeculationibus geometricis, quæ exercitationis cauſa conſcriptæ ſunt: ita libri referre debent, alicuius ſectæ philoſophicæ placita, qui merito dicanē eſſe inanis deceptio, & hominū iuxta huius mūdi elemēta traditio. Hæc præfari uolui reſpōſurus ad ea quib. Celſus ex Iudæi pſona Ieſū alloquit, ut lector prænonitus ſciat eū nō ſcripſiſſe fidelib. ſed aut prorſus ignaris Chriſtianæ fidei, aut infirmis in fide, ut Apoſtolus nominat, dū dicit, Infirmum fide aſſumite. Præfationi addat & illud: aliud fuiſſe noſtrū inſtitutū dum principio ſcriptorū Celſi reſpōderemus, aliud dū ſequentib. primùm em conatus ſum ad ſingula capita cōpendio reſpondere, de quib. mox diſſere rē fuſius. poſtea uero res ipſa monuit me tempori parcere, contentūq; cōpendioſis illis reſponſionib. in ſequentibus pro uirili certare cōtra obiecta crimina, quapropter uenia petimus, quantū ad primā operis partē attinet, quæ præfationē ſubſequit. Quod ſi ne ſequentia quidē uidebunt tibi ad perſuadendū ſatis efficacia, illis quoq; ſimilē petēs uenīā, remitto, re ſiquid amplius requiris, ad prudētiores alios, magisq; idoneos confutandis Celſi criminationibus. Satius tamen fuerit nullis egere reſponſionib. & ne attingere quidē eius cōmentarios, quos quiuis Chriſti fidelis per inhabitantem in ſe ſpiritum merito contemſerit.

Primum criminationis caput Celſo eſt, à Chriſtianis clancularios cōuentus haberi ſolere, legib. uetitos. nā cōuentus alios propalā celebrare legitime, alios occulte fieri, eoſq; dānari legibus quæ eò tēdunt ut calūnietur Agapen quā Chriſtiani uocitāt, quoties occulte cōmūnis periculi metu cōueniunt, eāq; in cōſpiratiōis ſuſpicionē conat trahere. Hæc igit quoniā iactat leges publicas, in contemptū earū dicēs Chriſtianos conuētus ſuos facere, ad hoc reſpōdendū eſt: qd quemadmodū ſi quis peregrinus apud Scythas nefarijs utentes legib. nequeat ſe inde ſubducere, cogaturq; inter illos uiuere, utaturq; ueris legibus, uiolare Scytharū iura uidebit, & conſpirare cū diuerſæ opinionis ſectatoribus: ita cōtra ueritatē iudicāt leges gentiū, quæ ſtatuarū cultū inducūt & impiæ deorū multitudinis, ſuperātq; hac parte immanitatē Scythicā. Nō eſt igit abſurdū in ueritatis fauorē conuentus cōtra leges facere. Queamadmodū enim qui contra tyrannū ciuitatis occupatorē conſpirāt recte faciunt: ita Chriſtiani preſſi tyrannide diaboli & mendacij, contra eius leges in ipſum diabolū conſpirant: dantq; operā ut ſeruent quotquot poſſunt ſuo ſuaſu ab illo retrahere, tanq; à tyranno & à legibus Scythicis. Deinceps ait ſectā hanc ab origine eſſe barbarā, nimirū ludaiſmū taxans, cū quo Chriſtianiſmus conſuncta

ἐγκαίνια Collecta

ſunctus eſt. Et merito nō uituperat originē barbaricam, quandoquidē in ipſo ſermōis initio laudat barbaros ut inuentores dogmatū. Addit his iudicandis confirmādis q; ac ad uirtutē exercendis barbarorū inuentis Græcos præcellere. Hoc igitur in defenſionem Chriſtianiſmi ex ipſius aduerſarij ſcriptis rapimus: quando uerū eſt, hominē exercitatū diſciplinis græcanicis, ſi ad eū accedat, non ſolū approbare ueritatē, ſed ad meditationem eius applicare animū, & ſiquid deeſſe uideatur ſuppleturum græcanicis ratiocinationibus, ad aſtruendā Chriſtianæ religionis ueritatē. His adijciēdū, diſciplinā noſtram habere quandam demonſtrationem propriam, diuiniorem quàm ſint Græcorum demonſtrationes, quā apoſtolus nominat demonſtrationē ſpiritus & uirtutis: utpote ſpiritu per prophetias fidē aſtruēte ijs quæ de Chriſto ferūtur, uirtute uero per prodigia, quæ facta credimus tum argumentis aliijs, tū quia ſuperſunt etiā nunc eorum ueſtigia, dūtaxat apud eos qui uiuunt iuxta uoluntatē ipſius. Poſt hæc cū dixiſſet Chriſtianos clàm quicquid ipſis libet uel facere uel docere, idq; nō ſine cauſa, ſed metu capitalis pœnæ ſibi intentatæ, periculū hoc confert cum philoſophiæ profeſſorū periculis, ut Socratis. poterat & Pythagorā addere & alios philoſophos. Reſpondendum ad hoc, Athenienſes confeſtim pœnituiſſe perpetrati in Socratem facinoris, nec retinuiſſe odiū ultra illius obitum: idemq; factū de Pythagora, certe Pythagorici longo tēpore ſcholas habuerunt in ea parte Italiæ, quam tunc uocabāt magnam Græciā. In Chriſtianorum aūt dogmata Senatu Romano, Imperatoribus, exercitibus, populis, ipſis fidelium neceſſitudinib. conſpirantibus oppreſſa fuiſſent utiq; à tot inimicis infeſtata undiq;, niſi diuina uirtute ſuſtētata è tot preſſuris emergerent, totumq; mundū in ſe cooptum uincerent. Nunc uideamus quō eam partē quæ ad mores attinet calūniari ſe putat, dicens cōmune hoc cum cæteris philoſophis, nec magni quicq; aut noui noſtrę diſciplinæ ineſſe. Ad hoc reſpondendū, quod introducentes iuſtū dei iudiciū explode rentur unà cum ipſis peccatorū pœnis, niſi cōmunis omnium ſenſus præſumptionem de morali diſciplina haberet inſitā. quapropter nō eſt mirandū eundē Deū eorū quæ per prophetas & ſeruatorē docuit, ſemina indidiſſe omniū mortaliū animis, ut in diuino iudicio omnis homo ſit inexcuſabilis, habens mentē legis ſcriptā in corde ſuo: id ꝙ obſcure ſubindicat ſermo fabuloſus ut græci putant, dū inducit deum tradentē Moſy præcepta ſcripta proprio digito, eaq; mox confracta per malicia eorū qui uitulum cōflauerant: ac ſi diceret, peccatorū ſuperfuſione ea eſſe abolita. iterū uero ſcriptas deum dediſſe in excīſis per Moſen lapideis tabulis, nimirū prophetico ſermone præparāte animā poſt primum peccatū ad ſecundas dei literas. Deinde idololatriæ ut propriè ad præſens argumentū pertinentis mentionē faciens ſic ſibi uiā præmunit, negās ſuos habere deos manufactos pro numinibus, quādo probabile nō ſit inter deos cenſeri nequam artificū & plerunq; ſceleſtorū hominum opera. itaq; procedēte oratione uolēs oſtendere hāc quoq; opinionē nobis cōmunem eſſe cū alijs, adducit Heracliti dictū, eos qui deos inanimes accedant perinde facere ac ſi fabulentur cū parietibus. Ergo etiam de hac re dicendū, inſitū eſſe hominibus eius ſenſum, quēadmodum moralis diſciplinæ reliquæ, unde hāc opinionem hauſit & Heraclitus & quiuis alius uel Græcus uel barbarus. narrat enim & Perſas idē ſentire, adducens teſtē Herodotū nos uero etiam Zenonē Citiēſem allegabimus ſic ſcribentē in libro de repub. Sacella quoq; ædificare nō opus erit. nihil enim ſacrū exiſtimandū eſt aut ſanctū alicuiusue pretij, ꝙ à cementarijs fabris cōficitur atq; opificibus. Liquet igitur qd de hac quoq; opinione diuinis literis inſcriptum ſit hominū cordibus quid ſequendū ſit. Poſt hæc neſcio qua re motus Celſus ait, dæmonū quorundam nominibus & incantationibus uideri pollere Chriſtianos, opinor ſubindicans excantatores & expulſores dæmonū: ꝙ quidem manifeſtā præ ſe fert calumniā. non enim incantationibus pollere uidenē, ſed nomine Ieſu cum cōmemoratione eius factorū. nam his uerbis ſæpenumero profligati ſunt dæmones ex hominibus, præcipuè quoties qui enuntiāt ea ſano affectu & integra fide, ꝙ ferūt. Tāta certè uis nomini Ieſu ineſt cōtra dæmones, ut nonnunq; etiā à malis nominatū ſit efficax: ꝙ docēs Ieſus dicebat: Multi dicent mihi in die illa, in nomine tuo dæmonia eiecimus & uirtutes fecimus. id ꝙ neſcio utrum malicioſe diſſimulauerit Celſus, an omiſerit per ignorantiā. Quin & ipſum ſeruatorem in ſequētibus accuſat, quaſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

magicis artibus miracula fecerit,& cũ præscisset futuros & alios earundẽ peritos artiũ qui se iactarent,diuina potentia eiecisse illos è sua repub.quod eius factũ ut iniquũ incusat:quando quidẽ si iuste alios expellat,eidem culpæ obnoxius malus sit.sin ipse nõ malus,ne illi quidẽ qui eius sint similes.Id argumentũ de Iesu quamuis prima specie uideatur insolubile,satis tamẽ apparet,Christianos nulla exercere incantamenta, cõtentos inuocatione Iesu nominis,& recitatione scripturę diuinæ receptæ à fidelibus.Deinde quoniã sæpius nominat doctrinam clancularią,coarguendũ est hoc quoq;, quando per totum orbẽ notior est Christianorũ prædicatio,q̃ philosophorũ placita. Quis enim Iesum è uirgine natũ & crucifixum ignorat? quis resurrectionẽ eius multis credentem,& denũciationẽ iudicij,reddituri pro dignitate pœnas peccatoribus & iustis præmia? Quin & resurrectionis futuræ mysteriũ uulgatũ est, tametsi rideatur ab infidelib. quæ cum ita se habeant,perabsurdũ est doctrinã hanc uocare clancularią.q̃ uero quædam insunt quæ non cõmunicantur quibusuis,id non solius Christianæ doctrinæ prium est,uerum etiã philosophicæ.nã & illi exteriorẽ & penitiorẽ doctrinã habebãt. ἀυτὸς ἔφα & alij Pythagoram audiebant contenti ipsius autoritate: alij secrete discebant rationes non euulgandas in profanos nondumq̃ purgatos. cætera quoq; mysteria quæ ubiuis fiunt per Græciã atq; Barbariã,nemo calumniatur eo nomine quòd occulte fiant.igitur & inconsiderate calumniatur Christianorũ sacra clancularia. Videtur aũt uehemẽter patrocinari Christianorũ martyribus usq; ad mortẽ constantibus,his uerbis: Nec hoc dico quòd discedendũ censeam à recta opinione propter intentatũ ab hominib. periculum,aut discessionẽ fingendã,uerbis ue abnegandũ quod sentias.ubi dãnat eos qui cum Christianis sentientes, negent tamen id aut dissimulent,omnẽ fictionẽ negationem ue hic improbans,quo nomine reprehẽdendus uenit Celsus, ut qui sibi ipse parũ constans cõtraria doceat, deprehẽditur enim in alijs suis scriptis Epicureus. hic autem quo probabilior uideatur accusatio, Epicuri placita non profitens, præ se ferens ac si sentiat,inesse in homine quiddã terrena natura præstantius, quod cũ deo cognationẽ habeat.id esse animã,quæ ubi se bene habet, omnibus modis cognatã sibi naturam diuinã appetit,teneturq̃ perpetuo desiderio de illa cognoscendi & audiendi aliquid.Considera igitur adulterinã ipsius animã:qui prefatus rectam opinionẽ tenenti, etiamsi periclitetur apud homines propter eã,non deficiendũ tamen,neq; defectionẽ fingendam,neq; uerbis negandum:ipse incidit in omnia cõtraria. Sciebat enim quòd si ex professo Epicureum ageret,ipse sibi fidem abrogaret accusans qualescunq; assertores prouidentię, contẽdentes deum curam omniũ rerum gerere. Traditur aũt duos fuisse Celsos Epicureos,alterum antiquiorem Neronis ætate. hunc autem Adriani & posterioribus temporibus. Deinde adhortatur ut rationis ductũ sequẽdo accipiamus dogmata,alioqui omnino fore ut decipiamur si assentiamus temere. & eos qui sine ratione sunt creduli similes ait his qui delectãtur circulatoribus præstigiatoribusq;,mithriacisq; & subadijs, aut quibuscunq; Hecates spectris aliorúmue dæmonum. Sicut enim illius generis homines sceleśti plerunque illudentes simplici uulgo ducunt eum quacũquelibet,itidem ait apud Christianos solere fieri.Addit,quosdam ex his ne uelle quidem rationem fidei uel reddere uel accipere, usurpareq; illud dictũ: Ne examina,sed crede.et,Fides tua seruabit te.Solereq; dicere:Mala res est mũdana sapiẽtia,bona uero stultitia.Respõdendũ ad hoc:Si possibile esset oẽs homines relictis uitę curis uacare philosophię,nemini aliã uiã insistendã præter solã hãc.Inueniet em in Christiana ne ismo nõ minor(nequid dicã arrogantius) fide ratio,& enarratio propheticorũ ænigmatũ,parabolarũq; euangelicarũ,aliarũq; innumerarum figurarũ quę uel in gestis cõtinẽtur uel in legib.Quod quia est impossibile tũ propter uitæ necessitates,tũ propter infirmitatẽ hominum,quorũ quotus quisq; aspirat ad hanc cognitionẽ, qd cõpendio fius excogitari queat ad subueniendũ multitudini, q̃ quod Iesus gentib. tradidit.Id experimur in multitudine credentiũ, liberatorũ à uiciorũ colluuie, in qua uolutabãtur antea.his utrũ est conducibilius,sine ampliori disquisitione credere pœnas peccatorũ ac bene gestorũ præmia,sicq; mores corrigere, an auersari nudã credulitatẽ & immanere morib.pristinis,donec se contẽplationi doctrinę dederint? manifestũ est perpaucis exceptis reliquos ne id quidem assecuturos quod ex nuda fide adepti sunt, ac potius mãsuros in uita pessima. Ergo si quid aliud est quod cõueniẽtissimę disciplinæ hominum uitam diuinitus aduẽtanti uiam præstruat,certè fidei hoc est officium. nam uir pius ne corporum quidem medicum, multos ægrotos in meliorem restituentem ualetudinem, putabit sine numine aduenisse ad laborantes gentes atque populos. quod si is qui multorum corpora meliori ualetudini reddidit, nõ sine fauore dei medicinam fecisse uidetur:quanto magis qui multorum animas persanauit atque conuertit,melioresq; redditas pendere fecit à deo maximè, omnesq; suas actiões ad illius uoluntatem referre,omnia uitare quæ illi displiceant,uel dicta factáue omnia,atque cogitationes etiam? Deinde quoniam sine fine credulitatem nobis obiectant, dicendum nos qui experti sumus quãm sit utilis, fateri quòd doceamus credere uel absque rationibus,præsertim eos qui non possunt omnibus negotijs relictis uacare inquirendi studio. Isti uere qui uerbis à nobis dissentiunt,operibus idẽ quod nos faciunt.Quis enim eorum qui se contulerunt ad philosophiam, aut forte fortuna sectæ alicui deditus,aut à magistro inductus,aliter se ad eam applicat,quàm si credat illam præstantiorem cęteris? non enim expectat donec auditis omnium philosophorum opinionibus earumq; uarietatibus,tum singularum astructionibus aut subuersionibus, ita demum electionẽ faciat,Stoicúsne malit fieri,an Platonicus, an Peripateticus, Epicureúsue, aut cuiuscunque sectæ philosophicæ:sed ratione quapiam, aut potius, etiamsi hoc inficientur,impetu,feruntur ad exercendam disciplinam uerbi gratia stoicam relictis cęteris,contempta platonica ut humiliore,peripatetica ut humanis affectibus obnoxia, & plus quàm aliæ sectæ tribuente bonis quæ magni fiunt apud homines. Multi ad primam statim prouidentiæ mentionem offensi,quod uideant in terris multa malis probisue præter æquum obuenire, propensiores sunt in eorum opinionem qui tollunt è rebus prouidentiam numinis,& Epicuro se addicunt Celsicę studijs. Ergo si credendum est ut ratio docuit uni cuipiam è sectis philosophicis,quæ apud Græcos celebrãtur aut barbaros, quin potius deo huius uniuersitatis dño credimus? adhibemusq; animum ei qui docet hunc solum colendum:cætera nihil esse,aut esse quidem, sed honore tantum digna non etiam cultu atque adoratione,quæ nulli creaturę concedi potest sine diuinitatis iniuria:id quod non credentibus solum est perspicuum, uerum etiam res ipsa iuxta rationis examen considerantibus. An uero non est rationi consentaneum cum res hominum omnes à fide pendeant,deo potissimum credere? quis enim nauigat,aut uxorem ducit,aut liberis procreandis dat operam,aut spargit in terram semina,non meliora sperans & credens? quantũuis possint accidere contraria, & interdum accidant.attamen fides qua creditur ex uoto rem successurã, efficit ut omnes audeant eam in incertum euentũ committere.Quod si omnes huius uitæ actiones, quarum exitus est dubius,bona spes futurorum et fides continet,qui hac freti nauigamus, seminamus,coniugijs operam damus cæterisq; humanis negotijs: quin potius credimus deo rerum omnium opifici:tum ei qui pro sua eximia beneficentia ausus est omnibus quàm late orbis terrarum patet hanc doctrinam commendare,non dissimulans propolita eis pericula & mortem ignominiosam,quam & ipse pro salute hominũ perferre dignatus est:docuitq; administratores eius doctrinæ mox à principio,peragrandum eis totum orbem inter continua pericula & mortes nunquam non impendentes, causa promouendæ salutis hominum. Deinde quoniam Celsus ad uerbũ sic loquitur: Si mihi respondere uoluerint,non ut tentanti:noui enim omnia: sed ut curam gerenti ex quo omniũ,bene fecerint.Sin noluerint,sed more suo dixerint,ne disquire & reliqua,necesse est eos docere cuiusmodi sint ista quæ asseuerant,& unde demanauerint, & reliqua: Respondendum est, primum illud:Noui enim omnia,dictum arroganter ab eo:quia si legisset maxime prophetas confessis refertos obscuritatibus,& sermonibus non cuiuis perspicuis,euoluisset q; parabolas euangelicas cum reliquis scripturis legis & historiæ iudaicæ,apostolorumq; uerba, & lectorum sententiam grato perquisiuisset animo,non tanta cõfidentia rem gereret,nec diceret,Noui enim omnia:quod ne nos quidem in his uersati diceremus, Noui enim omnia. Amica enim est ueritas. Nemo nostrum dicet,Noui enim Epicuri omnia:nec audebit profiteri se nosse Platonis omnia,cum tantopere inter se discrepent etiam scriptorum eius interpretes. Quis enim est tam audax ut dicat se nosse Stoicorũ omnia Peripateticorúmue? nisi forte hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerbum Noui tũ omnia, ab idiotis aliquibus imperitiã suam non agnoscentibus audiri, putans se ex huiusmodi præceptoribus perdidicisse omnia. Videtur sanè mihi ita facere, acsi aliquis in Ægypto peregrinatus, ubi sapientes Ægyptiorum eruditi literatura domestica multa philosophãtur de diis patrijs, plebeij uero homines fabulas quasdam audientes, quarũ rationem non tenent, uehemẽter sibi placent earũ cognitione, putet se pernosse omnem Ægyptiorum sapientiam ex uulgaribus colloquijs, cum nemine sacerdotum conuersatus, nec à quoquam eorum doctus de mysterijs Ægyptiacis. Quod aũt de Ægyptiorum sapientibus & uulgo dixi, idem liceret etiã de Persis dicere, apud quos sunt mystica sacra quæ certis rationibus curãtur à uiris eruditione præcellentibus: à uulgo aũt externa tantũ signa tractantur, nihil sollicito de penitiore cognitione eorũ quę per illa significantur. Idem sentiendũ & de Syris atq; Indis, & quotquot alij scripturas simul habent cum fabulis. Quod uero addit Celsus ut uulgo apud Christianos iactatum, malã rem in uita esse sapientiã, bonã uero stulticiã, dicẽdum est eum per sycophantiã deprauare hanc sententiã, non ponentẽ uerba ut habẽtur in pau-
1.Cor.3 linis literis, quæ ibi leguntur in hunc modũ. Siquis uidetur sapiẽs esse inter uos, in hoc seculo, stultus fiat ut euadat sapiens. nã sapientia mundi huius, stultitia est apud deum. Ergo apostolus nõ simpliciter ait, sapientiã esse apud deũ stulticiã: sed sapientiã huius mundi. ac rursum nõ si quis uidetur esse sapiens inter uos, simpliciter stultus fiat: sed in hoc seculo fiat stultus, ut euadat in sapientẽ. Sapientiã igitur huius seculi dicimus, eam quæ per scripturas sacras inutilis & superuacua redditur, uniuersam falsis dogmatibus refertam philosophiam. similiter stulticiam bonã aimus non absolute, sed quoties aliquis huic seculo fit insipiens. Ac si diceremus & Platonicũ credentẽ immortalitatem animæ, quæq; traduntur de ipsius transmigratione è corporibus in alia corpora, stulticiam assumpsisse quantũ ad Stoicorum sententiã attinet, hanc eorũ credulitatẽ cauillis exagitantium, quantũq; ad Peripateticos ludibrio habentes uerbosam Platonis facundiã, tum quantũ ad Epicuri sectatores, superstitionẽ exprobrantes assertoribus prouidentiæ, & deũ uniuersitati rerũ præesse eamq; gubernare credentibus. His addendum consentaneũ esse, præstare cũ ratione ac sapientia assentiri placitis, quàm sola credulitate, idq; uerbis illis significari. ne omnino nihil agant homines. id indicat Iesu germa-
1.Cor.1 nus discipulus Paulus dicens: Quia enim in sapientia dei non cognouit mundus per sapientiam deũ, uisum est deo per stulticiã prædicationis saluare credẽtes. Liquet igitur ex his, quòd in sapientia dei oportebat cognosci deũ: & quia hoc factũ non est, rursum uisum est deo seruare credentes, non simpliciter per stulticiam, sed quantum ad prædicationem attinet. Cum enim initium prædicationis Iesu Christi ab ipsius cruce fit, stultitia est prædicationis, quemadmodum Paulus hoc intelligẽs dicit his uerbis: Nos autem prædicamus Iesum Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Græcis autẽ stulticiam, ipsis autem uocatis Iudæis simul & Græcis Christum dei uirtutem & dei sapientiam. Cæterum cum Celsus existimet cognationem inter plerasq; gentes intercedere consensumq; in dogmatibus, nescio quomodo solos Iudæos calumniatur, nõ annumerans eorum gentem cæteris, quasi conuenientem cum eis in studijs & opinionibus. quapropter libenter eum interrogauerim, cur historijs barbarorum atq; Græcorũ credulus de antiquitatibus eorum quos nominatim recensuit, solius huius gentis historijs fidẽm abrogat. si enim sui cuiusq; gẽtis scriptores ueraciter res eius expossuerũt, cur solis Iudæorum prophetis non credimus? quodsi ad gratiam Moses & prophetæ pleraq; de sua gente prodiderunt, cur non idem dicere liceat & de reliquarum gentiũ historicis? An Ægyptij in suis annalibus male de Iudæis loquentes fidem merentur? Iudæi similiter de Ægyptijs querentes, iniuste se ab eis pressos multis grauaminibus, & propterea iustam dei uindictam secutam, mentiuntur? id quod non de solis Ægyptijs dici potest. Inueniemus enim conflictationẽ Assyriorum cũ Iudæis, eiusq; mentionem in Assyriorum antiquitatibus: & uicissim de bellis gestis contra Assyrios prodiderunt Iudæorũ scriptores: prophetas enim eos nondũ libet appellare. Vide igitur iã nunc hominis arrogantiã, qui alijs credit ut sapientibus, aliorũ in totũ damnat ignorantiã. Audi enim uerba Celsi: Vetus sanè uerbũ est, quod gẽtes sapientissimæ atq; populi, uiriq; sapientes usurpauerũt. nec tamẽ Iudęorũ gentẽ sapientissimã dicere uoluit, ne

ne eam æquaret Ægyptijs, Assyrijs, Indis, Persis, Odrysi, Samothracibus, Eleusinijs. Quãto præstãtior Celso uir ut ex ipsius scriptis apparet doctissimus, q multo plura perscrutatus est dogmata, et ex pluribus collegit quę uera uisa sunt, pythagoricus Numẽnius. is in libro primo περὶ τἀγαθοῦ, ubi enumerat gẽtes existimãtes deũ incorporeũ, inter eas et Iudæos recẽset: nec piguit eũ suis cõmentarijs uerba prophetarũ inserere, eorũq; interpretari figuras. Ferẽ & Hermippus in primo De legislatoribus, pdidisse, Pythagorã suã philosophiã à Iudæis traduxisse in Greciã. extat & Hecatęi historici De Iudęis liber, in quo adeò probat huius gentis sapientiã, ut Herẽnius Philo in suis De Iudęis cõmẽtarijs primũ dubitet an huius historici id scriptũ sit: deinde addat, si qdẽ eius est, uideri eũ correptũ Iudęorũ persuasiõibus, pbasseq; illorũ placita. Demiror aũt quo modo cũ Odrysas, Samothracas, Eleusinios, Hyperboreos inter antiquissimas & sapientissimas gẽtes recenseat Celsus, Iudæos ne in sapientũ quidẽ ordinẽ recipere dignatus est, aut antiquorũ, cũ multa scripta ferantẽ apud Ægyptios, Phœnicas, Græcos, eorũ antiquitati attestãtia, quę superuacaneũ duxi hic apponere. Licet emẽ uolẽtibus legere duos libros Flauij Iosephi De Iudęorũ antiquitate, ubi lõgã scriptorũ seriẽ citat in gentis eius antiquitatis testimoniũ. Sed & Tatiani iunioris circũfertur ad Græcos oratio, qua eruditissime allegat eos q in suis historijs mẽtionẽ fecerũt de Iudæorũ & Mosis antiquitate. uideẽ igiẽ Celsus hæc nõ ueraciter, sed infenso animo scribere, ut cuius ppositũ sit criminari Christianæ religiõis initia habẽtis à Iudæis originẽ. proinde Homericos Galactophagos, & Gallorũ Druides, & Getas sapientissimas ait esse gẽtes & antiquas, tractantes quædã cognata Iudęorũ opinionibus, cũ tamẽ incertũ sit an earũ gentiũ ulla extent scripta: solos Hebræos, quantũ in ipso est, eiicit ex antiquorũ æque ac sapientũ numero. rursum ubi catalogũ texit uirorum priscorum & celebratæ sapientiæ, qui ætatis suę hominẽs præsentia iuuerint, scriptis uero editis posteros, Moses excluditur è sapientũ ordine: cũ Lini cui primũ locũ assignauit Celsus inter eos quos ibi nominatim enumerat, neq; leges neq; scripta habeanẽ ad emendationẽ & institutionẽ gẽtiũ faciẽtia, Mosis uero leges integra gẽs circũferat, quacũq; per uniuersum orbẽ sparsa est. cõsidera igiẽ an nõ procul dubio maliciose Mosen in sapientum catalogo prętierit, Linũ uero, Musęũ, Orpheũ, Pherecydẽ, Persam Zoroastrẽ, Pythagorã dixerit de huiusmodi tractasse opinionibus, quæ libris eorũ inserteq; feruentẽ in hũc usq; diẽ: ubi uolẽs ac prudẽs oblitus est fabulæ de his q dij putãtur, tribuentis eis affectus hominũ, quod maxime apud Orpheũ legiẽ. Deinceps accusans Mosis historiam, culpat eos qui ea tropologias & allegorias eliciunt. Hũc egregiũ uirũ qui suo libro indidit Veri sermonis titulũ, merito roget aliquis: Quid ita bone uir deos quidẽ, quorũ tã uarios casus scriptis mãdauerũt sapientes illi tui poetę atq; philosophi, incesto coitu pollutos, parentũ persecutores & castratores extollis post talia eorũ facinora talesq; calamitates, pditas: quoties uero Moses nõ de deo, neq; de angelis sanctis, sed de hominibus multo leuiora memorat: nemo emẽ apud deũ tale aliquid ausus est, quale Saturnus cõtra Cœlũ, aut Iupiter cõtra suũ patrẽ, neq; cũ propria filia cõcubuit, quẽadmodũ pater hominumq; deũmq;: errare putatis deceptos ab hoc legislatore homines? Mihi uideẽ Celsus idem facere quod Platonicus ille Thrasymachus, nõ sinens Socratẽ sicut ipse uult respõdere de iusticia, sed dicens: Caue quod utile est iustũ dixeris, aut quod necessariũ, aut huiusmodi aliquid. nã & iste accusatis ut ipsi uideẽ Mosaicis historijs, culpatisq; quę querunt in his allegorias, admixta tamẽ laude q hi sint æquiores, accusatione sua conatur impedire uolẽtes & ualẽtes rationẽ totius negotij reddere. Nos uero possemus prouocare ad librorũ collationẽ, dicereq;: age bone uir, profer in medium Linj, Musæi, Orpheiq; poemata, & Pherecydis historiã, conferq; ex propinquo, Mosis narrationes cũ illorũ narrationibus, moralesq; præceptiunculas horũ cum nostri legislatoris legibus: considerãq; utræ sint efficaciores ad mutandos hominũ animos in melius quotquot eis aures atq; mentẽ adhibuerint: & cogita scriptores illos quos recensuisti penè nullam rationem uulgaris lectoris habuisse, solisq; eruditis scripsisse, qui tropologias & allegorias peculiaris ipsorũ philosophię ualeant ex eis elicere. Moses uero in ore, pbi peritiq; oratoris adeò caute utrinq; temperauit sermonem quinq; suorum librorum, ut nec nimia multitudine institutorũ Iudæis præberet occasionẽ peccãdi in moribus: nec pru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dẽtioribus lectoribus qui rari sunt, deesset contẽplandi & perscrutãdi materia. Et tuorum quidẽ sapientum poetarũ neq; libri seruari amplius uidentur, seruandi utiq; siqua illorũ esset utilitas: Mosis uero scripta multos etiã alienos à Iudęorũ ritibus ad credendum mouerunt: nimirũ quia sicut in ipsis continetur literis, primus earũ legũ lator fuit deus huius mundi cõditor, qui eas Mosi tradidit. Par enim erat ut totius mũdi opifex post leges toti mũdo impositas uim eis adderet, quę ualeret ubiuis gentiũ. Atq; hęc mihi dicuntur nondũ de Iesu inquirenti, sed adhuc de Mose, qui fuit longe inferior domino, quẽ ostendo, ut procedente sermone patebit, multo præcellentiorẽ tuis sapiẽtibus poetis atq; philosophis. Deinceps Celsus occulte uolẽs calũniari eã quę apud Mosen legitur mũdi creationẽ, ante annorũ nõdum decem milia sicut colligitur, sed multo recentiorẽ, clàm transit in aliena dogmata mundũ non factum asserentiũ. Nam quod ait multas à seculis exustiones fuisse, multa itẽ diluuia, ex quibus nouissimũ Deucalionis tempore nõ admodum antiquũ, manifeste suis auditoribus, quantũ in se est, persuadere conatur mundũ non esse factũ. Dicat ipse qui fidem Christianorũ incusat, quibus necessarijs rationibus inductus est credere multas exustiones fuisse multaq; diluuia, & omnium recẽtissimũ Deucaleoneum, exustionũ uero eam quæ Phaethontis ætate accidit. Quod si nos relegabit ad Platonis de his rebus dialogos, dicemus nobis quoq; licere credere, in Mosis pura piaq; anima, celsiore creaturis omnibus, & à solo rerũ conditore pendente, inhabitasse diuinũ spiritum, multo euidentius q̃ in Platone, alijs; ue qui apud Græcos barbarosq; autores fuerũt eius dogmatis. Fortasse poscet à nobis rationem huius fidei. Reddat ipse prior eorũ quę sine ulla demõstratione asseruit, tũ nos quoq; nostra hæc ita se habere probabimus. quãuis imprudens Celsus attestatur mundum nondum esse annorum decẽ milium, falsus etiã Græcos illa existimare prisca, quę antiquiora sunt diluuijs & exustionibus memoriã ipsorum excedentibus. Sed sit persuasum Celso de exustionũ & diluuiorũ fabula, quando habet autores eius Ægyptios suos sapientissimos: quorũ sapientiæ uestigia sunt in adoratis ab eis animantibus, & in commẽtarijs eorum, qui retrusiorẽ rationem reddunt huiusmodi cultus mystici. Illi sapientes habentur dũ extollunt suã de animantibus theologiam. qui uero Iudęorum legi legislatoriq; assentitur, si omnia referat ad uniuersitatis creatorem solum deum, iudicio Celsi eiusq; similiũ, habebitur indoctior eo qui fabulosas animæ de corporibus in corpora migrationes astruens, deducit eam non solum in rationalia & mortalia animalia, uerum etiam in ratione carentia: quasi diuina illa aura cœli conuexitate delabatur non solum in brutas animantes mites tamen, sed in efferatissimas quoq;. Et Ægyptiorum quidem fabulę creduntur secreta philosophiæ tegere: Moses uero unius gẽtis res gestas scribẽs, & leges ei relinquens, fabulosus putatur, ac ne allegoriam quidẽ in suis scriptis admittere. sic enim Celso uidetur & Epicureis. Hanc, inquit, doctrinam postquam apud sapientes gentes & eruditos uiros audijt, diuinum nomen Moses consecutus est. Ad hoc quoq; respondendum est: ut ei concedatur Mosen audisse doctrinam antiquiorem, quam mox Hebræis tradiderit: si falsam audiunt, & nihil sapientiæ grauitatis ue habentem commendauit suis discipulis, merito culpãdus est. quod si ut tu ais, assensit opinionibus sapientibus & ueris, easq; suos docuit, quid reprehensione dignũ fecit? Vtinã & Epicurus, & hoc minus impius erga prouidentiã Aristoteles, & deum esse corporeum affirmantes Stoici, audiuissent hanc doctrinã, ne repleretur mundus disputationibus negantibus prouidentiã, aut scindentibus, & summũ principẽ corruptibilem atq; corporeum inducentibus, iuxta quas etiã deus Stoicis corporeus est & mutabilis omniũq; alterationũ capax, ut nihil eum corrumpi uetet si corruptorem habeat, & hoc uno nomine sit felix, quòd eo careat. Cæterum Iudæorũ Christianorumq; doctrina immutabilẽ & inalterabilẽ deũ seruans, habetur pro impia, quia non sectatur
Psal. 102 impietatẽ unà cum impijs, dicens in precibus ad deum: Tu aũt idẽ es. deus quoq; creditur uerbum illud dixisse, Non mutor. Post hæc circumcisionẽ pudendorũ non reprehẽdẽs Celsus Iudæis usitatã, ait eã mutuatos ab Ægyptijs, malẽs Ægyptijs credere q̃
Gen. 17 Mosi, qui refert primũ mortaliũ circũcisum Abrahamũ. Abrahami uero nomẽ non in solius Mosis scriptura legitur, ut deo familiaris, uerum etiam multi ex ijs qui excantant dæmonia uerbis suis inserunt illud, Deus Abrahami, indicantes hoc nomine familiaritatẽ eius cũ deo: quapropter assumunt uerbũ hoc, Deus Abrahami, etiãsi nesciant quisnã fuerit ille Abrahã. idẽ dicendũ de Isaac & Iacob & Israel: quæ cũ ex cõfesso hebręa sint uocabula, frequẽter sunt interspersa Ægyptiorũ disciplinis efficacioribus. Circũcisionis porro rationẽ, quæ ab Abrahamo, inuenta per Iesum est uetita, nolentẽ eius usum esse apud suos discipulos, nõ est propositũ nunc exponere. neq; em̃ hãc doctrinã præsens tẽpus postulat, sed certamẽ cũ Celso, quod refellat eius aduersus Iudęos calũnias, per quas faciliorẽ sibi fore putat cõfutationẽ Christianismi, si eius initia ex falsa Iudęorũ religiõe manasse ostẽderit. Deinceps sic Celsus loquit̃. Hi ducẽ suũ Mosen secuti caprarij ouiumq; pastores, rusticanis dolis decepti unũ deũ esse crediderũt. Ostẽdat igit̃ quomodo cũ caprarũ ouiumq; pastores absq; ratiõe, ut ipsi uidet̃, defecerint à cultu multorũ deorũ, approbare possit pluralitatẽ Græcorũ aut barbaricorũ numinũ. ostẽdat substantiã & essentiã Mnemosynes quæ ex Ioue Musas genuit, aut Themidis qua Horas, aut Gratias semper nudas sistat nobis in sua essentia. Sed nõ poterit Græcorũ figmẽta, quibus ex re afficta sunt corpora, deos ostẽdere. Quî em̃ ueriores sunt Græcorũ fabulæ de dijs, q̃ (uerbi gratia) Aegyptiorum: qui in sua lingua nullã norũt Mnemosynen matrẽ nouẽ Musarũ, nec Themin Horarũ, nec Eurynomẽ unã Gratiarũ, nec reliquarũ nomina. Quanto igit̃ probabilius & omnibus figmentis potius, quod ex his quę uidemus persuademur mũdiq; dispositione ordinatissima: nimirũ unius mũdi unũ opificẽ colere, cõspirantis in unũ suis partibus. unde liquet nõ potuisse eũ creari à multis cõditoribus, nec cœlũ hoc totũ posse moueri à multis animab. una em̃ sufficit, quę orbẽ ἀπλανῆ (ut uocant) ab oriente in occidentẽ fert, continens intra se omnia quibus mũdus opus habet, quæ per se absoluta nõ sunt. omnia enim partes mũdi sunt: deus uero nõ est uniuersitatis pars. oportet em̃ deũ esse nõ imperfectum, sicut pars imperfecta est. Ac fortasse si altius in hãc disputationẽ descẽdamus, & ꝓprie loquamur, apparebit deũ, sicut nõ est pars, ita neq; totũ esse. nã totũ cõstat ex partibus: nec ratio admittit, deũ huius uniuersitatis cõstare ex partibus, quarũ quæq; ꝓpriã habet uim & potentiã. Post hæc ait illos caprarũ ouiumq; pastores unum sibi optasse deũ, siue is sit Altissimus, siue Adonai, siue Cœlestis, siue Sabaoth, siue quocũq; tandẽ nomine illi gaudẽt appellarẽ hũc mundũ, præter quẽ nihil norint amplius. ac deinceps addit, nõ referre etiãsi uulgato hoc apud Græcos nomine rerũ omniũ deus uocet̃ Iupiter, aut quopiã alio, uerbi gratia Indis usitato aut Aegyptijs. Respõdendũ & ad hoc, præsentẽ disputationẽ de natura nominũ altiorẽ esse et recõditiorẽ: utrũ sicut placet Aristoteli, ꝓ libito impositа sint rebus uocabula: an ut Stoici malunt, ad imitationẽ primorũ sonorũ, ita ut elementales quædam literæ etymologias cõstituant, sicut Epicurus docet, à naturalibus rerũ sonis hominibus uocabula earũ desumentibus. Si igit̃ potuerimus in hac dissertatione proferre naturã nominũ efficaciũ, quorũ aliquot utuntur Aegyptiorũ sapientes, aut Persarum magi doctiores, aut Indicorũ philosophorũ uel Brachmanes uel Samanæi, atq; ita singularũ gentiũ: ualuerimusq; declarare, quòd etiã magia quæ uocatur, nõ ut Epicurus & Aristoteles existimãt, res absurda sit, sed sicut eius periti demõstrant, cõsistẽs quidẽ, admodũ tamẽ paucis cognita: tum demũ dicemus, nomẽ illud Sabaoth & Adonai, aliaq; apud Hebræos cũ magna ueneratione tradita, nõ uulgaribus istis & creatis rebus cõuenire, sed occultã quãdã cõtinere theologiã quæ uniuersitatis opifici cõgruat. quapropter nomina hęc efficacia sũt, si ꝓnunciẽt̃ debita cõtextus serie. Alia quoq; Ægyptiaca lingua prolata dæmonũ nomina suã quandã uim habent, rursusq; alia alia linguæ Persicę: & sic apud singulas gentes certis destinata usibus. Atq; ita inuenietur, quemadmodũ terrestres genij sortiti sunt diuersa loca, sic per singula proprijs earũ gẽtiũ illos appellari uocabulis. Ergo quisquis ingeniosius uel modicã his rebus cogitatio nẽ impẽderit, religiose cauebit ne aliena rebus aptet nomina, nequid tale sibi accidat, quale his q dei nomẽ per errorẽ tribuunt materiæ inanimæ: aut boni appellationẽ primæ causæ debitã, uirtutiq; & honesto, transferũt in cæcas diuitias, & in carniũ, sanguinis, ossiumq; decentẽ proportionẽ, sanitatémue aut prosperã habitudinẽ, uel eam quę censet̃ generis nobilitas. Ac fortasse nõ minus periculũ fuerit, nomẽ dei aut boni deducere ad ea ad quæ nõ oportet, q̃ in mysticis uerbis permutare nomina, & deteriora potioribus accõmodare, potiora deterioribus. Non dico ꝙ ad Iouis mentionẽ confestim intelli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligitur Saturni & Opis filius, Iunonis uir, Neptuni frater, Mineruæ & Dianæ pater, filiæ suæ Proserpinę stuprator: aut Apollinis nomine auditur Latonę Iouisq; filius, Dianæ frater, Mercurij germanus eodē patre prognatus, & quæcunq; alia produnt sapientes illi Celsi dogmatum parentes, prisciq; Græcorum Theologi. Qua enim sorte Ioui obuenit ut sic nominetur, nec aliter: utq; pater eius sit Saturnus, Opis mater: idē censendum & de alijs qui habentur pro dijs. quod crimen temere imponendi uocabula non cadit in eos qui occulta quadam ratione Sabaoth ponunt pro deo, aut Adonai, aut reliquorum nominum aliquod. Qui autem potuerit de nominum secreta ratione philosophari, multa facile inueniet & de appellationibus angelorum dei, quorū alius Michael, alius Gabriel, alius Raphael nominat, nomine quisq; cōuenienti suo ministerio, ex uoluntate dei qui uniuersæ rerū naturæ præsidet. Ad huiusmodi de nominibus philosophiā pertinet noster quoq; Iesus, cuius nominis efficacia iam innumeri dęmones cōspecti sunt manifeste fugati ex arreptorū corporibus & animis. His addendū quod affirmant incantandi periti, eandem incantationem pronūciatam lingua sua propria efficere quod pollicetur: sin transferas eam in alias quascunq; uoces, euidēter uim suā perdere: adeò uis ea non in significationibus rerū, sed in ipsis uocū qualitatibus & proprietatibus inest, ad hæc uel illa efficax. Qua ratione defendimus etiā Christianos usq; ad mortem obstinatos in certaminibus, ne Iouī nomen dei tribuant, aut deū aliena lingua nominent. aut enim indefinitè utuntur hoc communi nomine Deus, aut cū additamento, uniuersorū cōditor, cœli terręq; creator. is misit ad humanū genus sapientes aliquot, quorū nomini adiunctū dei nomen, uim quandā apud homines exerit mirificā. Hoc loco & alia multa dici possent de nominibus, cōtra eos qui putāt nihil referre quomodo eis utamur. Nā si Plato est in admiratiōe quia scripsit in Philebo, Mihi Protarche non mediocris religio est circa deorū nomina: quoniā Philebus cū Socrate disserens Voluptatē deam uocauerat: quanto magis probāda est Christianorum pietas, qui rem indignam censent uocabulum aliquod poetarum fabulis celebratum accommodare conditori rerum omnium? Verùm de his in præsentiarum satis iam dictum sit. nunc uideamus quo pacto Celsus omnia se nosse professus calumniam struat Iudæis, dicens eos uenerationem & cultum exhibere angelis, & uacare damnatis maleficisq; artibus, à Mose præceptore acceptis. Dicat iste qui nouit Iudæorum & Christianorū omnia. ubinam inuenit in Mosaicis literis à legislatore tradi cultum angelorum? aut quomodo maleficæ artes locum habēt apud Mosis discipulos, qui legerunt in eius lege: Incantatoribus non adhærebitis, ne ab eis polluamini? Deinde pollicetur se ostensurum quodo ludęi per imperitiam decepti aberrauerint. qui si deprehendisset eorū in agnoscendo Iesu Christo imperitiā, natam ex prophetiarū neglectu, uerè potuisset errorē gentis coarguere. nunc cū nihil tale ne in mentē quidem ei uenerit, qui nō sunt errores Iudæorū existimat. Et pollicitus postea se dicturum de rebus Iudaicis, primò loquitur de seruatore nostro, ut duce generationis huius, qua Christiani reddimur, quē ait ante ualde paucos annos fuisse institutorē huius doctrinæ, à Christianis dei filiū habitū. De quo quantū ad hoc attinet, q̄ ante paucos annos eum exortū ait, respondebimus: his ipsis annis quibus Iesu placuit disseminare uerbū suū, tantū effecisse, ut in multis huius nostri orbis regionibus mirificè affecerit non paucos Græcos & barbaros, sapientes et insensatos, ita ut ad mortē usq; decertarint p̄ pietate Christiana, ne illū abnegarēt, id quod in nullo unq; alio dogmate factū narratur à scriptoribus: nec enim absq; fauore numinis fieri potuit. Equidē nō ut ad gratiā loquar, sed experientia doctus, ausim affirmare, ne corpora q̄dē ægrotorū sine ope diuina restitui sanitati pristinę. quod si quis etiā animas liberaret à uiciorū colluuie, libidinibus, iniquitatibus, contēptu numinis, & experimentū huius operis in centū (uerbi gratia) hominibus daret, certè nemo hūc uerisimiliter diceret absq; diuino auxilio, centū illis indidisse rationes tā ualidas ad liberandū à tot uicijs. hæc qui prudenter considerauerit, assentiet nihil inter homines in melius instaurari absq; deo. quāto magis inquirēti id apparebit in fidentibus Iesu domino, multis qui se uerbo eius dedūt pristinā uitæ rationē mutātibus: si animad uertat in quantis impuritatibus, in quātis iniquitatibus & & cupiditatibus fuerint singuli, priusquam decepti ut Celsus eiusq; similes blaterāt recepissent hāc doctrinā per nicioſam

nicioſam ut ipsis uidetur uitæ hominū. tū post eā receptā quāto æquiores sint redditi, grauiores, cōstantiores: adeò ut quidā ex ipsis amore eximiæ puritatis, et quo castiores ad cultū diuinum accederent, ne cōcessa quidē & legitima utant uenere. Hæc qui secū reputauerit, intelliget Iesum ausum maiora humanis uiribus, et quod aggressus est effecisse. Omnibus enim iā inde ab initio resistentibus quominus uerbū eius per totū orbē terrarū spargeretur, suæ quibusq; ætatis regibus eorūq; tā militaribus q̄ ciuilibus magistratibus, denicq; omnibus quacunq; potestate præditis, & oppidatim populorū præsidibus præfectisq; præsidiorū, uicit dei uerbū, quod sua natura opprimi se nō patitur, inuictūq; permanet, itaq; tot aduersarijs perdomitis Græciā totā subegit, maiorēq; partē barbarię: traduxitq; ad pietatē innumeras animas. necesse aūt erat, quoniā ubiq; plures sunt idiotæ q̄ literati, in tāta multitudine manus uerbo dantiū lōge plures esse illiteratos et rusticos q̄ eruditione spectabiles. Celsus uero nolens cōsiderare diuini uerbi benignitatē, nō subtrahentē se ulli sub sole animæ, putat rē esse uulgarē & imperitorū hominū, quasi rudis & nequaquā exculta doctrina solis plebeijs & rudibus persuaserit. quāuis ne ipse quidē ait solos idiotas uerbo Iesu ad religionē adductos: fateť enim multos in eis esse modestos, tēperatos, prudentes, & ad allegorias intelligendas idoneos. Quoniā aūt ei libuit uti prosopopœia, quasi adolescēti in rhetoris schola tradito: indu citq; Iudæū loquentē ad Iesum puerilia quædā & indigna philosophi canicie, age prouirili & his examinatis, coarguamus eū ne decorū quidē personæ seruasse in Iudæi sermonibus. Facit em̄ iā Iudæū dissentiē, reprehendentēq; Iesum multis ut ipsi uideť nominibus, et ante omnia q̄ finxisset se natū è uirgine: ex p̄brat etiā ei q̄ è uico sit ortus Iudaico, et è fœmina indigena paupercula, uictū parāte operis manuarijs, quā ait eiectā à marito fabro materiario, quasi deprehēsam in adulterio. deinde narrat à uiro expulsam & ignominiosę uagabundā edidisse Iesum partu clanculario. quodq; is pręinopia mercede seruire coactus in Ægypto, & ibi efficaces quasdam artes doctus quibus sibi placēt Ægyptij, reuersus sit tāta potētia tumidus, propter quā p̄ deo haberi postulauerit. Mihi sanè q̄ nihil eorū quę ab infidelibus obijciunť possū indiscussum sinere, rerū principia scrutāti cōsentire hęc cūcta uidenť, ut merito iuxta uatū oracula filius dei Iesus dictus sit. Hominibus em̄ multū cōfert genus ad illustrē famā & claritatē nominis, quando parētes eorū potētes & pręcellētes fuerint, amplius facultatib. pręditi ad excolēdū ingeniū filij, tū patria magna & nobilis. quando uero aliquis omnia habēs his cōtraria potest è tot obstaculis ad claritatē emergere, & commouere sui fama multitudinis animos, ac per totū orbē diuersis rumoribus de se strepentē celebris fieri, an non merito demireris naturā huiusmodi ut generosam & magnificā, tātaq; cōfidentia uersantē in negotijs arduis? In huiusmodi uirū sicui libeat amplius inquirere, an nō quæsiturus est quonam modo frugaliter & in paupertate educatus, nullisq; liberalibus disciplinis institutus, nec eloquentiæ candidatus artiumq; idonearū ad flectendos concionibus populorū animos & auditores demulcendos, aggressus sit profiteri se doctorē nouorum dogmatū, introducta in humanū genus doctrina destruente ludæorū placita, salua nihilominus prophetarū autoritate, & conuellente Græcorū leges cū suis ritibus ac ceremonijs præterea quomodo talis, sic educatus, nihil magnū ut obtrectatores fatentur doctus ab homine, talia de iudicio dei, deq; pœnis malorū & bonorū premijs disserere potuerit tanta admiratione, ut nō solū agreste uulgus & illiteratū caperet, uerū etiā nō paucos è sapientioribus, qui possent penitus introspicere utilitatem doctrinæ summa specie non admodū plausibilis? Apud Platonē Seriphius quidā Themistocli celebertimo imperatori claritatē exprobrans, quasi nō suapte uirtute partā, sed quòd patria illi contigisset urbs totius Greciæ nobilissima, audijt à nō ingrato Themistocle, & agnoscente patriā quoq; sibi cōtulisse aliquid ad gloriā: Nec ego si Seriphius fuissem tā celebris euasissem: nec si tibi Athenæ patria cōtigisset, fuisses Themistocles. Iesus uero nosťer, licet opprobreť ei patria uicus, isq; nō græcanicus, nec alicuius gētis celebratę, infametur & ipse ut pauperculę operarięq; filius, et tū ob paupertatē relicta patria merce de famulatus in Ægypto, & ut ad præsens exēplū alludā, nō solū Seriphius natus è minima ignobilissimaq; insula, uerum etiam Seriphiorum ut ita dicam postremus, ualuit cōcutere totum terrarum orbem, non solum magis quàm Athenienſis Themistocles,

sed

sed magis etiam quàm Plato aut Pythagoras, uel sapientum totius orbis quiuis alius, aut regum imperatorumq. Quis igitur, modo exactius rerum naturam cõtemplet̃ur, non obstupescat eum eluctatum ex omnibus quæ possent officere gloriæ, & à tergo reliquisse omnes qui unquam fuere celebres: quamuis paucis hominum cõtigerit pluribus simul nominibus gloriam consequi. Nam alius sapientia, alius imperatorijs artibus, barbari uere nonnulli incantationũ potentia, & alij alijs rebus nõ multis admirationem sibi parauerũt ac gloriam. hic aũt præter cætera mirãdus est ob sapientiam, ob potentiam, ob imperandi scientiam. Non enim ut tyrannus subduxit secum alios à legum obedientia, nec ut latro manum aliquam suorum armauit cõtra homines, nec ut opulentus allexit obuios largitionibus, nec impostorũ more attraxit: sed ut doctor diuinæ religionis & scientiæ, omniscq moralis disciplinæ, quæ iuxta eã uiuentes deo cõciliare ualeat. Ac Themistocli quidem alijsue uiris illustribus ad gloriam tẽdentibus nulla fuerunt obstacula. Huic uero præter iam dicta, quę poterãt obscurare quantũuis generosum animum, in crucem acto etiam mors in speciem ignominiosa poterat omnem existimationẽ adimere etiã antea comparatam, ut eius doctrina decepti quemadmodum uidetur aduersarijs, confestim ab ea resilirent ipsumq. ceu impostorẽ damnarent. Nec minus mirandum quomodo discipulis eius non uisa ut obtrectatores Iesu dicunt resurrectione, nec ullam ipsius diuinitatem expertis, in mentem uenerit, nõ time re talem exitum qualis præceptoris fuerat, intrepidecq periculis se cõmittere, patrijscq relictis ex uoluntate Iesu uacare prædicationi uerbi ab illo sibi traditi. Arbitror enim neminem qui recte res examinet dicturũ hos elegisse uagam uitam prædicandæ Iesu doctrinæ gratia, absq uehementi fiducia quam eis magister indidit, non solum uiuendi iuxta suam disciplinam, uerumetiam alios inflammandi ad uitæ rationem similem, cum talis esset rerum status, ut capitale periculum præsto esset audenti nouare uulgo receptos ritus ubicq gentium, & omnes ueterum opinionum tenaces infensos sibi reddere. An non uidebant Iesu discipuli, ausi non solum Iudæis ex prophetijs ostendere, hunc esse designatum uatum oraculis: sed reliquis quoq gentibus, quòd hic heri & nudiustertius crucifixus sponte mortem pro humano genere subijt, simile quiddam his qui sponte se morti deuouerunt ad aueruncandam grassantem in sua patria pestilentiam, aut agri sterilitatem, tempestatem'ue arcentem nauigationibus? ita enim natura comparatum uidetur occultis quibusdam & indeprehensibilibus rationibus, ut unius iusti mors sponte susceptа pro salute populi auertat malorum dæmonum uim, sæuientem pestibus, sterilitatibus, & tempestatibus. Respondeant igitur qui nolũt credere Iesum pro humano genere in cruce mortuum, utrum abrogaturi sint fidem etiã Græcorũ barbarorumq multis historijs, prodentibus de aliquot qui ultronea morte obita pro republica totos populos totasq gẽtes liberarint à calamitatibus? an illa quidem facta sunt, nec tamen est uerisimile, eum qui homo sit habitus mortuum ut profligaretur magnus dæmon princeps cæterorum dæmonum, subiugator animarum omnium qui unquam in terris uisi sunt hominum? Hæc cũ animaduertissent Iesu discipuli, aliaq his plura, quę par est illos didicisse ex arcanis cum magistro colloquijs, uirtute quoq quadã repletos, addidit eis robur audaciamq nõ uirgo illa poetica, sed uera diuina sapientia prudentiaq, ut illustres fierent apud omnes non Argiuos tantum, sed Græcos quoq uniuersos simul et barbaros, bonamq famã consequerentur. Iam reuertamur ad Iudæi fictã personam, quæ narrat Iesu matrem grauidam extrusam à sponso fabro lignario propter fidem coniugalem temeratam & pudicitiã: uideamusq an non cæci fuerint autores huius fabulæ de uirgine deprehensa cum panthera in adulterio & à fabro repudiata: quæ omnia finxerant ut conuellerent miraculosum conceptum de spiritu sancto. quamuis poterant propter nouitatem rei mendacium obijcere, & non iam supponere. nunc quia non fecerunt figmentum suum uerisimile, sed concesso non ex Ioseph o concepisse uirginem, mendacium suũ prodiderunt ijs qui norũt examinare fabulas. Nam quomodo probabile est eum qui tanta sit ausus pro humano genere, dederitq quantum in se erat operam ut omnes Græci pariter & barbari metu iudicij diuini absisterent à uicijs, secq ad facienda quæ deo mundi fabricatori placent conuerterent,

terent, non mirandam habuisse natiuitatem. sed omnium iniquissimam ac turpissimã? Rogabo igitur Græcos, & in primis Celsum, siue cum Platone sentiat, seu nõ, certe adducentem platonica. Ergo is qui demittit animas in hominum corpora, ausurum tam multa, tamq multos eruditurum & reuocaturum à uitiorũ colluuie, detrusit in omnium turpissimam natiuitatem, ac ne per legitimas quidem nuptias in hominum uitam introduxit? An multo probabilius est (loquor nunc iuxta Pythagoram, Platonem, Empedoclem, quos sæpe Celsus nominat) unam quanq animam occultis rationibus addictam corpori, addici pro præteritis suis moribus? Credibile igitur est hanc quoq animam multis (ne si dicam omnibus præmature dicere uidear) utiliorem uitæ hominum, proficiscentem huc opus habuisse corpore præstanti, imò ex omnibus præcipuo. Nam si alia quidem anima secretis quibusdam rationibus indigna habita quæ inderetur omnino bruto corpori, nec tamen rationali digna, induitur portentosum corpus, ne perfecta ratione fruatur sic nata, minus caput habens quàm pro portione reliqui corporis: alia uero tale corpus accipit, ut paulo plus quàm illa sapiat: ac rursum alia maius minus'ue pro modo corporis non obsecundantis rationi: quid uetat esse aliquam animam quæ nouo & mirando more corpus assumat? quod commune quiddam cum hominibus habeat, ut possit cum eis degere, habeat etiam quiddã eximium, ut anima maneat immunis ab omni uicio. Quod si uera est physiognomicorum scientia, uel Zopyri, uel Loxi, uel Polemonis, uel cuiuslibet eorum qui hæc profitentur, quid mirum si omnes animæ habeant corpora sibi congrua? quapropter ei quæ nouo modo peregrinatura erat in uita & miracula factura, quî potuit contingere corpus ut opinatur Celsus ex pantherę atq uirginis adulterio? oportebat enim ex huiusmodi coitu incesto potius insanum quẽpiam nasci & pernicio sum hominibus magistrum intemperantiæ, iniusticiæ, reliquorumq uiciorum, non temperantiæ, iusticiæ, uirtutumq cæterarum. De hoc uero prophetæ olim prædixerunt nõ tacentes de prodigio, nasciturum ex uirgine qui ex re nomen habeat, quoniam eo nato deus erit cum hominibus. Hic apte obiecturum me puto fictæ Iudæi personæ prophetiam Esaiæ, promittentis nasciturum Emanuelem è uirgine: quam aut nescivit Celsus quamuis omnia se nosse præfatus, aut si legit, data opera dissimulauit, ne imprudens nostram sententiam astrueret aduersam ipsius proposito. uerba prophetię sic habent. Et adiecit dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signum à domino deo tuo in profundum inferni, aut in excelsum supra. & dixit Achaz: non petam, & non tentabo dominum & dixit, Audite igitur domus Dauid. Nunquid parum est uobis molestos esse hominibus, & quomodo molesti estis domino? propterea dabit dominus ipse uobis signum. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabit nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscum deus. Hanc prophetiam maliciose Celsum omisisse manifeste colligo, quòd cum alleget multa ex euangelio Matthæi, quale est illud de stella exorta in natiuitate Iesu, aliaq miracula, huius nullam prorsus mentionem fecerit. Quod si Iudæus uocabula excutiens, neget scriptum ecce uirgo, sed ecce adolescentula, dicemus ibi legi uocem alma, quam septuaginta interpretes uerterunt uirginem, alij uero adolescentulam. ea ut aiunt etiã in deuteronomio legitur in significato uirginis in his uerbis. Quod si puellam uirginem desponsam uiro nactus homo in urbe concubuerit cũ ea, educentur ambo ad portam ciuitatis suę, lapidabunturq & necabũtur: adolescentula ea ratione quòd non exclamarit in urbe: homo ea ratione quòd humiliarit uxorem proximi sui, & deinceps. Quod si in campo nactus homo mulierem desponsam per uim stuprauerit, necabitis hominem solum qui cum ea concubuit, adolescentulę uero nihil facietis. non est adolescentulæ peccatum capitale. Sed ne uideamur ex hebraica prophetiæ uoce non intelligentibus polliceri eum de cuius natiuitate dictum est, Nobiscum deus: age ex ipsis uerbis consideremus sententiam. Dominus scribitur dixisse ad Achaz: Pete tibi signum à domino deo tuo in profundum uel in altum. ac mox subijcitur signum quod datur: Ecce uirgo in utero habebit & pariet filium. quale autem signum esset adolescentulam non uirginẽ parere? Et utri magis conuenit gignere Emanuelem, quod est nobiscum deus: mulieri ne coitũ passæ & more fœminarum grauidæ: an puræ ac castæ uirgini? certe hanc decet parere talẽ prolẽ, qua nata di

Matth. 1

Esa. 7

Matth. 1

Deut. 22

catur nobiſcum deus. Quod ſi ludæus pergat hærere uerbis dicens ad Achaz dictum:
pete tibi ſignum à domino deo tuo: rogabimus quis fuerit natus Achaz temporibus,
de cuius natiuitate dicatur Emanuel, quod eſt nobiſcum deus. nam ſi nullus inueniе-
Rom. 1 tur, manifeſtum eſt id quod ad Achaz dictum eſt, promiſſum eſſe Domui Dauidis, eo
quod ſcriptum ſit ex ſemine Dauidis natum ſeruatorem iuxta carnem. Quin & ſignũ
ipſum in profundum & in altum dicitur, quoniam qui deſcendit, ipſe eſt qui & aſcen-
dit ſuper omnes cœlos, ut impleret omnia. Hæc autem mihi dicuntur ad ludæum qui
agnoſcit prophetiam. Reſpondeat & Celſus aut aliquis eius ſodalium, qua mente pro
pheta de futuris hæc aliáue prædicat quæ ſcripta ſunt in prophetijs, præſaga ne futuro
rum an non? nam ſi præſcia futurorum, diuinum ſpiritum habebant prophetæ. ſin futu
rorum ignara, proferat nobis unum aliquem qui temere uaticinari auſus, in admiratio
ne apud ludæos cum ſuis prophetijs fuerit. Et quando quidem ſemel in prophetarum
mentionem incidimus, non ſolis ludæis, qui credunt prophetas afflatos fuiſſe diuino
ſpiritu, erunt utilia quæ inde proferemus, uerum gentibus quoq; : quibus dicimus ad-
mittendum neceſſario etiam ludæos habuiſſe ſuos prophetas, ſiquidem continendi e-
rant in datis ſibi legibus, & in accepta fide creatoris, ne à lege deficerent ad gentium
deos. eam neceſſitatem ſic demonſtrabimus. Gentes ſicut ſcriptum eſt in ipſa ludæo-
rum lege oraculis attendent & uaticinijs. populo uero illi dictum eſt: tibi autem non
ſic tradidit dominus deus tuus, ac mox ſubijcit illud: Prophetã ex fratribus tuis ſuſcita
bit tibi dominus deus tuus. Ergo gẽtibus cognitionẽ futurorũ petentibus ex oraculis,
auſpicijs, augurijs, uentriloquis, aruſpicibus, Chaldæis genethliacis, quæ artes omnes
apud ludæos ſunt uetitæ, ſi ipſi nullum ſolatium habuiſſent è futurorum præſcientia,
certe impulſi humana quadam futura cognoſcendi libidine contempſiſſent res ſuas ut
nihil diuinum in ſe habẽtes, nec alium poſt Moſen prophetam recepiſſent, nec ſermo-
nes eorum mandaſſent literis transfugiſſentq; ad oracula gentium, aut ipſi conati fuiſ-
ſent apud ſe ſimile aliquod inſtituere. Quamobrem nihil abſurdi eſt etiam de fortuitis
quibuſdam prophetas eius gentis reſpondere ſolitos, quo ſatisfacerent talium rerum
cognoſcendarum cupidis, ſicut Samuelem de aſinis perditis, & de morbo regij pueri
illum de quo in tertio libro Regnorũ ſcriptũ eſt. alioquin quomodo potuiſſent ij qui
legi Iudaicæ patrocinabantur increpare aliquem uolentem idolorum oracula conſu-
4.Reg.1 lere, ſicut legitur Helias Ochoziam increpans: An eo quòd non ſit deus in Iſrael, uos
itis in Baal ad conſulendum Myiæum deum Acaronitarum? Mihi ſanè uidetur bene
comparatum fuiſſe, non tantum quòd naſciturus è uirgine ſeruator noſter, uerum etiã
quòd prophetæ ludaïs dati ſint, qui prædicerent de futuris non ſolum illa uniuerſalia,
de Chriſto, de regnis mundanis, de futuris Iſraelitarũ caſibus, de creditur is ſeruatori
gentibus, & alijs multis quæ ad illum pertinent: ſed de priuatis quoq; negotijs, ſicut
1.Reg.9 de perditis aſinis à Cis requiſitis, de morbo quo ægrotauit filius regis Iſrael, aut ſiquid
aliud tale in ſcripturis habetur. Præterea dicendum ad Græcos non credentes Ieſum
natum è uirgine, mundi opificẽ in animantium genitura tam uaria ſatis declaraſſe, po-
tuiſſe ſi libuiſſet in unoquoq; animali quod in alijs fecerit, atq; etiam in homine. repe-
riuntur autem inter animantes quædam fœminæ quæ maris cõgreſſum prorſus neſci-
unt, ſicut produnt de uulturibus ij qui ſcripſerunt de naturis animalium, nihilo minus
hoc animal perpetuat ſucceſſionem ſui generis. Quid igitur mirum ſi uolens deus di-
uinum quendam magiſtrum generi hominum mittere, fecit ut uice proſeminationis
quæ fit ex congreſſu maris & fœminæ, alia quadam ratione conſuleretur futuro par-
tui? quando etiam ipſi Græci fatentur non omnes homines prognatos ex mare ac fœ-
mina. Si enim factus eſt mũdus ſicut multis etiã Græcorum placet, neceſſe eſt primos
non ex coitu eſſe natos, ſed ex terra, in qua infuerit ratio ſeminis: quod arbitror incre-
dibilius, quàm Ieſum dimidia ex parte natum more hominum. Nec abſurdum fuerit
cũ Græcis agentes græcas afferre Hiſtorias, ne uideamur ſoli habere hanc hiſtoriam
mirificam. Libuit enim quibuſdam non in priſcis & heroicis hiſtorijs, ſed quæ heri &
nudiuſtertius geſta continent, referre tanquam rem poſſibilem, Platonem quoque na
tum ex matre Amphictyone, uetita cum Ariſtone marito cõgredi priuſquam partum
ederet fatum ex Apolline. Sed hæc meræ ſunt fabulę fictę in eius uiri gratiam, qui mul

torum

torum exiſtimatione ſapientia præcelluit cæteros, eoq; à diuiniori quodam ſemine
creditus eſt traxiſſe originem, quaſi hoc natura humana ſuperiorem deceat. Et quoni-
am Celſus inducit ludæum alloquentem Ieſum, & cauillis ludentem in fictam ut putat
natiuitatem eius ex uirgine, mutuatam à Græcorum fabulis de Danae, Melanippe,
Auge, Antiope: dicendum hæc uerba congruere rabulæ, non ei qui pollicita præſtare
ſtudeat. Poſt hæc decerpens ex euangelio ſecundum Matthæum hiſtoriam de profe-
ctione Ieſu in Ægyptum, non credit miraculis quæ ibi referuntur de Ioſepho angeli Matth. 2
oraculo monito, nec inquirit num quid rectius ſignificetur per migrationem Ieſu in
Ægyptum ex Iudæa: ſed fingit quiddam aliud, aſſentiens quodammodo mirificis uir-
tutibus quas Ieſus exeruit, quibus multi inducti ſunt ut eum tanquam Chriſtum ſeque
rentur, conatus tamen eas calumniari, quaſi magicis artibus non diuina ui editas. ait
enim eum clam educatum, & in Ægypto mercede famulatum, peritum mirificarum
eius gentis artium inde reuerſum, quibus fretus pro deo ſe haberi paſſus ſit. Ego ue-
ro non intelligo quomodo magus potuiſſet dare operam ut perſuaderet unumquẽq;
ita ſuas actiones moderari, ac ſi redditurus eſſet earum rationẽ deo iudici: atq; ita ſuos
diſcipulos inſtituere, quibus erat uſurus miniſtris doctrinę ſuę. Vtrũ igitur & diſcipuli
eiſdem inſtructi uirtutibus capiebant auditores, an abſq; miraculis? Sed abſurdum fue
rit dicere nulla eos factitaſſe miracula, contentos doctrina cui crediderant ipſi nullis
ſuffultæ dialecticis rationibus ſapientiæ græcanicæ, atq; ita temere aggreſſos nouum
docendi modum quocunq; uenirent gentium alioquin. Qua fiducia fuiſſent auſi noua
re omnia? quod ſi patrabant ipſi quoq; prodigia, quomodo probabile eſt magos ſe ex-
poſuiſſe tot periculis, interdicentes uſum magicarum artium? Superuacaneum uide-
tur reſponderi uerbis quæ nihil docent, & tantummodo uituperant: An, inquit, pul-
chra erat Ieſu mater, & ut pulchram eam deus cõplexu ſuo dignatus eſt, cuius natura
non fert amorem corruptibilis corporis, ac ne conueniens quidem erat capi deum a-
more puellæ nec fortunatæ nec regiæ, ut quæ uix erat nota uiciniæ ſuæ addit illudens,
exoſam eam & eiectam à fabro lignario nec credulitate ſua ſeruatam nec diuina po-
tentia. Ergo, inquit, nihil hæc ad regnum dei attinent. Quid hæc differunt à compitali
bus conuicijs nihil ſerium habentibus? Deinde quod è Matthæo, aut etiam reliquis e- Matth. 3
uangeliſtis deſumpſit, de columba quæ deuolauit in ſeruatorẽ à Ioanne baptizatũ, ca-
lumniari conatur ut rem fictitiã: et probè exagitata ut ipſi uidetur narratione de natiui
tate ſeruatoris noſtri ex uirgine, nõ perſequitur ordine ſequẽtia, quãdo nihil ordinatũ
habet furor & odium, ſed his affectibus occupati conuicijs appetunt quos proſequun
tur odio, non permiſſi conſiderate atque ordine accuſationem texere. nam ſi ordo pla
cuiſſet, ſumpto euangelio accuſationem exorſus, poſt primam hiſtoriam arreptã tranſ
iſſet deinceps ad ſecundam, itaque ita ad reliquas. nunc uero poſt natiuitatem ex uir-
gine Celſus iſte qui ſe ſcire iactat noſtra omnia, ſpiritum ſanctũ accuſat ſpecie colum-
bæ conſpectum in baptiſmate. poſt hæc calumniatur prophetias de ſeruatoris aduen-
tu. deinde retroflectit curſum ad narrationem de ſtella quæ mox poſt Ieſu natiuitatem
ſcripta eſt, & ad magos qui ab oriente uenerũt adoraturi puerum: qualia multa & ipſe
obſeruando reperire potes confuſe à Celſo poſita toto eius uolumine, ut à ſcientibus
ſeruare ordinem & quærere, uel ex hoc conuincatur arroganter & confidenter feciſſe
libro ſuo Veri ſermonis titulum, quod nemo unquam fecit è doctis philoſophis. Nam
Plato negat prudentis eſſe de talibus rebus aſſeuerare aut obſcurioribus. Chryſippus
item ſæpenumero expoſitis quibus ipſe moueretur rationibus, relegat nos ad alios, ſi
forte poſſimus inuenire aliquos diſſerentes eo melius. At iſte & his & cæteris Græcis
ſapientia, ubiq; ſui ſimilis, ſicut profeſſus eſt ſe noſſe omnia, ſic librum ſuum inſcripſit
uerum ſermonem. Sed ne uideamur non habentes quod reſpondeamus de induſtria
tranſilire ipſius capitula, decreuimus ſingula obiecta ab eo confutare pro uiribus, ha-
bita ratione non naturalis ſeriei rerum & conſequentiæ, ſed ordinis qui in ipſius libro
ſcriptus eſt. Ergo age uideamus quid dicat, dum calumniatur ſpiritum ſanctum uiſum
à ſeruatore in columbæ ſpecie. adhuc autem loquitur ex perſona ludæi, apud quem fa
temur & agnoſcimus Ieſum noſtrum eſſe dominum. Lauanti inquit tibi apud Ioannẽ
uiſio
ais aduolaſſe ſpectrum auis ex aere. Deinde pergit ſcitari Celſi ludæus: quis hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem uidit testis qui fide dignus sit? quis audiuit uocem è cœlo adoptantem te deo filium? præter te unum & alterum quempiam ex socijs tibi sceleris pariter atque supplicij priusquam defensionem aggrediamur dicendum, fermè omnium narrationum, etiamsi ueræ sint, uelle asserere ueritatem & opinioni infigere, esse rem perdifficilem, & quibusdam impossibilem. Finge enim aliquem negare unquam fuisse bellum troianum, præsertim cum quædam ei narrationi admixta sint impossibilia, de Achille mari nę deæ filio & hominis Pelei, de Iouis Sarpedone, Martis Ascalapho & Ialmeno, Ænea Veneris, quomodo astruemus talia si urgeamur figmentis manifestarijs? quāuis iam inualuerit opinio reuera bellum gessisse Græcos cū Troianis ad Ilium. Fac alium non credere de Iocasta & Oedipode communibusq; liberis Eteocle ac Polinice propter insertam narrationi Sphingen semipuellam, quomodo hoc demonstrabimus? idem sentiendum de Epigonis ut uocantur, horum sociorumq; filijs, etiamsi ea narratio caret figmentis similibus, deq; profectione in Peloponesum filiorum Herculis, cæterisq; innumeris, attamen candidus & circumspectus lector etiam illa recte dijudicabit, quibusdam assentietur, in alijs figmentum olentibus scrutabitur sensum Tropologicum, rursum alijs fidem abrogabit ut scriptis ad gratiam. Hæc præfati sumus non uocantes quemuis ad nudam fidem Euangelicæ de Iesu historiæ, sed præmonentes opus esse lectori prudentia diligentiq; examine, & ut ita loquar introductione quadam in consilium eorum qui eam conscripserunt, ut inueniatur quo sensu quidque scriptū sit. Primum igitur dicemus, si is qui non credit spiritum sanctum apparuisse in columbę specie fuisset Epicureus aut Democritius Peripateticus ue, locum utcunq; habuisset, quæ illi tribuitur oratio. nunc ne hoc quidem sapientissimus iste Celsus animaduertit, affingere se hæc uerba Iudæo, qui multa credit in propheticis literis incredibiliora quàm sit hæc columbinæ speciei uisio. Facile enim aliquis dixerit Iudæo difficilem se præbenti ad credendam uisionem, & pro figmento eam habenti. Tu uero bone uir unde mihi potes ostendere quid locutus sit Adamo deus aut Eua, quid Caino, Noe, Abrahamo, Isaaco, Iacobo, quorum omnium cum deo colloquia habentur in scripturis. Et ut historiam proferam huic præsenti similem, dicerem Iudæo, certe tuus Ezechiel sic scribit: Aperti sunt cœli, & uidi uisionem dei. Quam enarrans subijcit. Hæc uisio similitudinis gloriæ domini: & dixit ad me. Nam si falsa sunt quæ de Iesu scribūtur, quando quidem ut putas nō possumus euidēter eorum ueritatem approbare, quòd ab ipso solo uisa sint & audita, & ut tibi uideris obseruasse, ab uno ex supplicij socijs, quin potius dicimus Ezechielē portenta fingere dum sic loquitur: Aperti sunt cœli, & quę sequuntur. Ezech. 1

Esaias quoq; dum ait: Vidi dominum Sabaoth sedētem super Thronum excelsum & eleuatū, & Seraphin circum hunc stantia: sex alæ uni, & sex alæ alteri: & quę sequuntur: unde scis eum uere hæc uidisse? Nimirum credis Iudęe his ut indubitatis et à diuino spiritu proditis, eaq; prophetam non uidisse solum, uerum & mandasse literis. Quis igit fide dignior, Ezechiel ne dicēs apertos sibi cœlos, uocēq; se audisse: uel Esaias scribens uisum à se dominum Sabaoth in throno sedentem excelso & eleuato: an Iesus? Illorum certe nullum simile opus reperitur. Iesu uero uirtutes non eo tantum tempore uiguerunt quo in corpore uersatus est in terris, sed nunc quæ eius potentia est efficax ad conuertendos & corrigendos quotquot deo credūt per illū. Hæc enim ipsius uirtute fieri uel inde manifestū est, q̄ cum queratur de defectu operariorū ad messem animarū, tantū segetū demessarū undiq; conuehatur & cōporteť in areas ecclesię dei. Atq; hęc ad Iudęū dico, nō fidē detrahēs cū sim Christianus Ezechieli & Esaię, sed per ea quę ambo ex æquo credimus pudorē incutiens ei: quandoquidē hic multo dignior est cui credať dicēti sibi uisas huiusmodi uisiōes, quas ,pbabile est illū discipulis denarasse postea, simulq; uocē quā audierat. Aliquis tamē fortasse diceret nō oēs Iesu narrāte audisse quę scripserūt, de colūbę specie, deq; uoce missa cœlitus: sed spiritū q Mosem docuit superiorū ætatū historiā à cōdito mūdo usq; ad Abrahamū autorē eius generis, hūc ipsum etiā euāgelistas docuisse miraculū quod in baptismatis Iesu tempus incidit. Cæterū cui contigit donum sapientiæ, etiā causam reddet apertionis cœlorū, & quid sibi uelit columbæ species, cur uc in hac potissimū spiritus sanctus Iesu apparuerit: quibus de rebus disserere nūc nō est propositum. Agimus enim cū Celso & ostēdimus eū parum

parum apte affingere orationem Iudęo, quasi non credat hoc, cum credat multo difficiliora. Equidem memini me olim in quadam disputatione cum Iudæorum sapientibus in multorum præsentia his uerbis usum: Dicite mihi ô uos cum duo uersati sint inter homines, de quibus incredibilia quædam traduntur & humanam naturam excedentia, uester inquam legislator Moses qui de se ipse scripsit: & Iesus noster magister, qui nullum de seipso scriptum reliquit, sed discipulorum suorum in euāgelijs de se habet testimonium: quæ ratio postulat ut credatur, Moseń uera prodere, quamuis ut magum & præstigiatorem calumniētur Ægyptij: Iesu uero non credatur propter uestras accusationes, ambo enim nituntur testimonio gentium: Moses quidem Iudæorum: Christiani uero non negātes Mosis prophetiam, etiam inde Iesum approbant, eoq; facilius uera esse credunt quæ ab eius discipulis scripta sunt miracula. Iam si rationem à nobis poscitis de Iesu, prius uos de Mose qui præcessit illum reddite, ac tum demū de Iesu reddemus nos quoque. uobis uero tergiuersantibus & probationes detrectantibus, referemus par pari, quod in præsentiarū nobis sufficit, nihilominus falsi estis nullas uos de Mose probationes habere. at uos audite nostras de Iesu, desumptas è lege atque prophetis & quod magis mirū est, ex demonstrationibus de Iesu quæ habenť in lege prophetisq;, ostenditť Mosen & prophetas fuisse dei prophetas. plena est aūt lex, pleni prophetæ miraculis similibus huic quod scriptū est de colūba & uoce missa cœli tus: Significatum porro arbitror sanctum spiritum per columbæ speciem, idq; colligo ex Iesu miraculis, quibus Celsus struit calumniam, asserēs ab eo facta Ægyptiacis artibus. nec ex ijs solis sumam argumentum, uerūetiam ut par est, ex his quæ patrauerūt Iesu Apostoli. non enim illi sine uirtutibus & miraculis mouissent auditores nouę doctrinæ ut relictis institutis patrijs reciperent eorum doctrinam. receptamq; usq; ad mortem tuerentur cōtemptis omnibus periculis. Quin & hodie uestigia spiritus illius sancti nisi columbæ specie seruantur apud Christianos. excantant dęmonia, multas sanationes perficiunt. præuident uoluntate dei futura. Irrideat licet Celsus quod dicetur, aut introductus ab eo Iudæus, dicetur tamen: multos penè inuitos attractos esse ad Christianam religionem, spiritu quodam repente mutante intellectum eorum. ut pro uerbo exoso ad id temporis nō cunctarentur mortem oppetere, post uisiones oblatas ipsis uel dormientib. uel uigilantibus. multa enim talia uidimus, quæ si memoraremus duntaxat gesta in nostra præsentia, cachinnum tollerent infideles, rati nos quoque, sicut illos de quibus male suspicantur, fingere. Testis autem est deus nostrę conscientię, conari me non falsis narratiunculis, sed uarijs exemplis commendare diuinam Iesu doctrinā. Et quoniā Iudæus est is qui in dubiū reuocat quod de spiritu sancto in Iesum specie columbę delapso scriptum est, merito diceretur ei: heus tu, quis apud Esaiam sic loquitur: καὶ νῦν κύριος ἀπέσταλκέ με καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ quæ Græca uerba cum ambiguum sensum habeant, utrum pater & sanctus spiritus miserint Iesum, an pater miserit Christum & sanctum spiritum, posterior est uerus, nempe post seruatorem missus est spiritus sanctus. ut compleretur quod à propheta dictum est. quam prophetiam completam esse oportebat nosse & posteros. ideoq; Iesu discipuli retulerunt hoc factum in literas. Hic uellem Iudæum, cuius personam Celsus inducit, monitū, quando non infitiatur Iesum à Ioanne baptizatum, mentionem Ioannis in peccatorum remissionem baptizantis facere scriptorem qui mox secutus est Ioannis & Iesu tempora: nam Iosephus in decimooctauo Antiquitatum testatur Ioānem fuisse Baptistam, expiationem que baptizatis esse pollicitum. Idem quamuis Iesum parum agnoscens pro Christo, dum quærit causam Hierosolymorum excidij, templiq; demolitionis cum debuisset dicere id accidisse propter eius populi contra Iesum insidias, quia Christum à prophetis promissum interemissent, quasi inuitus haud procul à ueritate discedens, ait hæc cō tigisse Iudæis in ultionem Iacobi cognomento Iusti, fratris Iesu qui dicitur Christus, quia iustissimum hominem occiderant. Hunc Iacobum germanus Iesu discipulus Paulus ait à se uisum ut fratrem domini. nō tam ob sanguinis cognationem communemq; ipsorum educationem, quàm ob mores & doctrinam. Ergo si propter Iacobum dicit accidisse Iudęis desolationem, Hierusalem, an non probabilius est propter Iesum Christum id contigisse, cuius diuinitatis testes extant tot hominum exemptorum è uicio- Esa. 48

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum colluuie ecclesia, opificiq; suo hærentium, & cuncta referentium ad illius placitum. Sed etiamsi ludæus nihil pro Ezechiele ac Esaia respondeat, cum quibus commune nobis est quod de apertis Iesu seruatori cœlis & uoce inde missa legitur, quando uterq; atq; etiam alij prophetę similia memorant: nos certe rem hãc pro uiribus cõfirmabimus rationibus, dicentes quemadmodum in somnis creditur multis obuersatas uisiones diuinas, uel palam uel per ænigmata præmonentes de quibusdam futuris ad uitam pertinentibus, idq; confessum est apud omnes qui admittunt prouidentiam: ita consentaneum esse uim illam quæ format intellectum in somnis, uigilanti quoq; posse easdem formas imprimere ad ipsius utilitatem, aut eorum qui uisionem auditurí sunt: & quemadmodum in somnis uidemur nobis audire pulsato sensu auditus oculisq; cernere, cum interim nec auditus nec oculi corporis tangantur, sed intellectus sic afficiatur: ita nihil absurdi fuerit idem accidisse prophetis, quoties legimus eos uidisse quædam fidem excedentia, aut audiuisse uerba domini, aut spectasse cœlos apertos. Equidem nõ opinor sensibile hoc cœlum apertum fuisse, eiusq; corpus diuisum ut talia scriberet Ezechiel. Quid si etiam de seruatore idem intelligatur prudẽter accipiendo uerba euangelica: quamuis id non careat offendiculo simpliciorum, qui præ nimia simplicitate commouent mundum, scindẽtes tam uastum corpus idq; unitum cœli totius. Qui uero profundius scrutatur res huiusmodi, dicet quòd cum sit generalis quidã sensus diuinus ut scriptura nominat, quem solus uir beatus inuenit, sicut Solomon inquit: Et sensum diuinũ inuenies: cumq; sint species huius sensus uisiones aptę ad cernẽdas res incorporeas, ut Cherubin & Seraphin, & auditiones capaces uocũ non in aere substantiã habentum, & gustatus quo panis uiuus percipitur qui de cœlis descẽdit uitam mundo conferens: similiter odoratus olfaciens odores illos iuxta quos Paulus ait se esse, Christi suauiolentiam deo, tactus quoq; iuxta quẽ Ioannes ait se manibus palpasse de uerbo uitæ: beati prophetæ diuino sensu inuento iã audientes uidentesq; diuine & gustantes similiter atq; olfacientes insensili (ut ita loquar) sensu, attingentesq; uerbũ cum fide, ut ex eo defluxus quidam manaret in ipsos sanitatẽ conferens, sic uidebant quæ scribunt se uidisse, audiebantq; quæ se dicant audisse, aliaq; similia patiebant, quẽadmodũ scribunt se comedisse initiũ libri sibi oblati. Eodem pacto & Isaac olfecit odorem diuinioris amictus filij sui, sicut agri pleni quẽ benedixit dominus. Similiter etiã iuxta intellectũ magis q̃ sensum Iesus leprosum attigit, ut eũ purificaret opinione mea dupliciter, liberatũ nõ solũ ut uulgus audit à sensibili lepra per tactũ sensibilẽ, sed & ab alia per tactũ uerè diuinũ. Itaq; Ioannes sic testatus est, Vidi spiritũ descendentẽ quasi columbã è cœlo, & mãsit super eũ, & ego nesciebã eũ, sed q̃ misit me ad baptizandum aqua ille mihi dixit: Super quẽ uideris spiritum descẽdentem & manentẽ super eũ, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi & testimoniũ perhibui, hunc esse filiũ dei. Et Iesu quidẽ aperti sunt cœli nemine, quantũ è scriptura colligi potest, pręter Ioannẽ uidente apertos. Seruator aũt discipulus prædixit futurum ut cœlũ aperiretur ipsis inspectantibus. Amen amen, inquit, dico uobis, uidebitis cœlũ apertum, & angelos dei ascendentes & descendẽtes super filium hominis. Sic & Paulus raptus est in tertiũ cœlum, quod prius apertũ uiderat, quoniã erat Iesu discipulus. cæterũ illa eius uerba: siue in corpore nõ noui, siue extra corpus nõ noui, deus nouit, interpretari non est presentis tẽporis, illud addã, dum Celsus putat Iesum de se narrasse uisionẽ de cœlis apertis & spiritu sancto in ipsum delapso specie columbę apud Iordanẽ, cum nusquam scriptura tradat ipsum hoc de se prædicasse: non intelligere uirũ egregium, quàm nõ conueniat ei qui discipulis interdixit necui proderent uisionem in monte factam de resurrectione à mortuis, iactare apud illos id quod apud Iordanẽ uisum est & auditum Ioanni. Id uidere est in Iesu moribus, ubiq; paruifacientis quæ ipse de semet prædicat, eóq; dicentis: Et si ipse de me ipso dixero, testimonium meum non est uerum. atq; ita semota omni iactãtia, quia malebat operibus declarare Christum se esse quàm uerbis, ludei sic eũ alloquuntur. Si tu es Christus dic nobis liberè. Quoniam autem apud Celsum ludæus est, qui loquens de uisione spiritus sancti in columbæ specie, sic Iesum alloquitur: nisi quòd tu ais, unicum testem adducens è socijs tui supplicij, necesse est ostendere quàm hoc quoq; inepte affictum sit personæ ludæi. nec enim ludæi Ioannem cum Iesu coniungũt

1. Ioan. 1

Gen. 27

Ioan. 1

Ibidem.

Ioan. 5

iungunt, aut eorum supplicia. ergo & hic arguitur iactator iste cognitionis omnium, nescisse quænam uerba essent affingenda ludæi personæ sermonem habentis ad Iesum. Post hæc nescio quo pacto id quo præcipue commendatur Iesus, nimirum recepta ludæis prophetarũ uaticinia, Mosis & sequentium aut etiam præcedentiũ, uelut data opera transilit, dubio procul non habens quod respondeat, sicut nec ludæi habent, omnesq; sectæ nostro Iesu reclamantiũ, negantiumq; prædictũ à prophetis eius aduẽtum. aut fortasse nulla sciuit de Iesu oracula. alioquin oppugnãs illud Christianorũ dictũ, multos prophetas prædixisse aduentũ seruatoris, nõ tribuisset ludæi personæ uerba, quæ Samaritæ magis aut Sadducæo cõgruãt: neq; ficta ista ludei persona sic loqueretur. Meus uero propheta olim Hierosolymis cecinit, uenturũ dei filium piorum iudicẽ, iniustorum punitorẽ. non enim unicus propheta de Christo uaticinatus est: aut si Samaritæ uel Sadducei, qui solos Mosis libros recipiũt, dicant in illis prophetatum de Christo, at nequaq; Hierosolymis, cuius urbis ne nomẽ quidẽ erat Mosis tẽpore, edita est ea prophetia. Optandũ igitur ut oẽs uerbi accusatores in fata sint ignorãtia, non solũ rerum, sed & nudarum literarũ scripturæ: atq; ita religionẽ Christianã accusent, ut ne mediocrẽ quidem persuadendi uim eorũ sermo habeat, quæ possit uel parũ fundatos & ad tẽpus credulos auertere nõ dico à fide sed ab exiguitate fidei. Cæterũ ludæus nunq; fateretur prophetã aliquẽ prædixisse uenturũ dei filiũ. hoc prædicũt, uenturũ Christũ dei: & quoties nobiscũ disputãt, statim quærunt de dei filio, quasi nusq; apud prophetas inueniat quicq; huiusmodi. Nec tñ dicimus non prædictũ à pphetis de filio dei, sed personę ludæi hoc negantis nõ apte afficta illa uerba: Meus propheta olim Hierosolymis dixit uenturũ dei filium. Deinde ac si solũ hoc prophetatũ fuisset, piorũ fore iudicẽ & iniustorũ punitorẽ, nihil de loco natiuitatis, nõ de supplicio quo afficiẽdus esset à Iudeis, nõ de resurrectione ipsius, nõ de patrandis per eũ miraculis: quid magis, inquit, in te hæc prophetia cõpetit, q̃ in alios innumeros qui fuere posteriorib. seculis? Tum nescio quõ uolens ostendere & alios affectasse hanc opinionẽ, quasi de ipsis prophetatũ sit, ait alios fanaticos, alios fastu inflatos iactasse iã uenisse dei filiũ cœli tus. nihil enim constat apud Iudæos factũ. Primũ igitur respondendum est, multos prophetas uarijs modis prædixisse de Christo, alios per ænigmata, alios per allegorias alijs'ue modis, quosdã etiã apertis uerbis. Et qm̃ in sequentibus faciẽs Iudæũ ad eos qui ex populo crediderũt loquentẽ, ait prophetias quæ ad hũc referunt, posse alijs etiã accommodari negotijs, malitiose hoc dicens, paucas è multis exponemus, quas qui uolet conferẽ argumentis necessarijs subuertere, et ad fidẽ accurrẽtes auertere. Certe de loco natiuitatis eius dictum est, proditurũ è Bethlehẽ q̃ futurus sit princeps, his uerbis: Et tu Bethlehẽ domus Ephrata, nõ minima es ut sis in milib. Iuda. ex te mihi prodibit qui euadat in principẽ Israelitarũ, & ingressus eius à principio dierum seculi. Hæc prophetia nemini quadrat fanaticorum, qui ut Celsi ludæus loquit, dicunt se uenisse cœlitus, nisi quis se approbet è Bethlehem, uel ut alius diceret à Bethlehẽ, uenisseq; ut ductor fiat populi. De Iesu uero in Bethlehẽ natiuitate si quis uult posti Michęę pphetiã, postq; scriptã in euangelijs à Iesu discipulis historiã & aliunde fieri certior, cõsideret q̃ iuxta euãgelicã de natiuitate ipsius historiã ostendit apud Bethlehem spelũca ubi natus est, & in ea spelunca præsepe ubi fascijs obuolutus est. tum, q̃ ostentatur, celebratũ est etiam in locis infidelium, in ea ipsa spelunca natum esse Iesum qui à Christianis adoratur. Equidem opinor ante Christi aduentum pontifices scribasq; populi propter manifestam prophetiam palam docuisse, Christum nasciturum esse in Bethlehẽ, adeò ut sermo is uulgatus sit inter ludæos. Vnde scriptum est etiam Herodem scitantem ex pontificibus atq; scribis populi, audisse ab eis, Christum in Bethlehẽ Iudææ nascitu rum, quæ fuit Dauidis patria. Præterea habeẽ in euangelio secundũ Ioannẽ, ludæos dixisse Christũ nasciturum in Bethlehẽ, unde Dauid quoq; prodierat. Cæterũ post Christi aduentũ quibus curæ erat modis omnibus hãc de ipso opinionẽ tollere è populo, qd̃ iam dudũ à pphetis prædictũ esset de eius natiuitate, illã doctrinã sustulerũt è medio, ut agnoscas planè illorũ germanos, q̃ militib. monumẽti custodib. et resurrectiõis cõscijs suaserunt dicere: Discipuli eius nobis dormientib. noctu furati sunt eũ: pollicitiq; eis si res deferretur ad præsidẽ, effecturos se ut securi sint. Molesta enim res est cõten-

Mich. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio, destinataq; uoluntas resistendi etiam manifestis, pudore discedendi à consuetis opinionibus, quibus iam imbuta est anima: nec ab ullis consuetudinibus homo difficilius diuellitur, quàm ab ijs quæ ad opiniones pertinent: quamuis & alia egre negligun tur quibus assueueris, ut domus, urbes, uici: ac ne hominum quidem familiarium facile relinquimus consuetudinem. Quo factum est tunc quoq; ut Iudæorum uulgus resisteret manifestis prophetijs miraculisq; quę per Iesum facta leguntur. Quòd autem ita natura comparatum sit, liquet considerantibus, quàm peruicaces sint homines in retinendis patrijs traditionibus, quibus semel occupati sunt, etiamsi sint turpissimę. itaque non cito persuaderes Ægyptio contemptum religionis acceptæ à maioribus, ne deum putet aliquod brutum animal, neue gustum eius carnium magis quàm mortem horreat. Sicui uero prolixius hãc de Bethlehem prophetiam excussisse uidebimur, putamus id factum necessario, dum eis respondemus qui forte dicturi erant: si tam manifestæ fuerunt de Iesu apud Iudæos prophetiæ, quid ita post aduentum eius non assenserunt eius doctrinæ, & transtulerunt se ad commonstratam ab illo uiuendi rationem? Nobis uero fidelibus nemo tale quicquam opprobrare queat, cum uideat non aspernãdos sermones de in Iesum fide prędicari ab eius doctrinę professoribus. Quod si etiam altera de Iesu manifesta prophetia nobis opus est, proferemus eam quæ multis annis ante seruatoris aduentum a Mose scripta est. ubi refert Iacobum mox è uita di
Gen. 49 scessurum prophetasse singulis filijs, & Iudæ prędixisse inter cætera illud: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux è femoribus eius, donec ueniant quæ reposita sunt ei. Hanc prophetiam quisquis legerit, reuera quidem antiquiorem Mosis seculo, sed ut aliquis infidelium suspicari posset à Mose prolatam, mirabitur quomodo Moses potuerit prędicere reges Iudęorum, cum sint eius gẽtis tribus duodecim, exorituros è tribu Iudæ, regnaturosq; in toto populo, unde Iudæorum nomen natum est, ab una tribu penes quam regnum erat, denominata gente uniuersa. Mirabitur item candidus huius prophetiæ lector, quo pacto post prædictum Iudæ tribus regnum, finem quoq; eius præstituerit his uerbis: nõ deficiet princeps è Iuda, & dux è femoribus eius, donec ueniãt quæ ei sunt reposita: & ipse est expectatio gentium. Venit enim ei cui repositum erat Christus dei, princeps promissionum dei, in quem solum ex omnibus anterioribus seculis, ausim dicere etiam ex posterioribus, competit: ut dicatur expectatio gentium, omnium enim gentium homines crediderunt deo per eum, & in nomine eius spem fi-
Esa. 11 xerunt, iuxta oraculum Esaiæ dicentis. In nomine ipsius gentes sperabunt. Hic est qui dixit uinctis, quatenus catenis peccatorum suorum quisq; astringitur, Exite: & his qui sunt in ignorantia, in lucem uenite: quemadmodum & hæc à Prophetis prędicta sunt:
Esa. 49 Tradidi te in testamentum gentium, ut constituas res terræ, & hæredites hæreditatem deserti, dicendo uinctis Exite: & his qui in tenebris sunt, prodite in propatulum. Iamq; uidere est in huius aduentu per simpliciter credẽtes impleri uaticinium illud: In omnibus uijs pascentur, & in omnibus semitis pascua eorum. Quoniam autem Celsus omnem nostram doctrinam se scire professus obijcit seruatori quòd in sua passione non sit adiutus à patre, nec seipse adiuuare potuerit, addendum & hoc: passionem eius prędictam esse à prophetis, atque etiam passionis causam: nimirum utilem esse hominibus mortem pro ipsis obitam, & uibices quos ut damnatus perpessus est. Quin & illud prædictum est, agnoscendum eum à gentibus apud quas nunquam fuerunt prophetæ, & in contemptibili specie conuersaturum cum hominibus. Verba oraculi sunt hæc: Ecce intelliget puer meus, exaltabitur, eleuabitur, sublimis erit ualde. Sicut ob-
Esa. 52 stupescent super te multi, sic inglorius erit inter homines aspectus tuus, & gloria tua contemnetur ab hominibus. Sic mirabuntur eum gentes multę, & reges continebunt os suum, quia quibus non est narratum de eo uidebunt, & qui non audierunt intelli-
Esa. 53 gent. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Annunciauimus sicut puerulus coram eo, sicut radix in terra sitiente. Non est species ei neq; decor: uidimus eum, nec habuit speciem aut pulchritudinem. sed species eius erat contemptibilis, & inferior omnibus hominibus. Homo constitutus in plaga, & sciens ferre languorem. quia uultus eius auersus est & despectus, nec habita est eius ulla ratio. Hic peccata nostra fert, & pro nobis dolores patitur. Nos reputauimus eum esse

esse in dolore, plaga, & afflictione: ipse autem uulneratus est propter peccata nostra, & languidus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes quasi oues errauimus, homo errauit in uia sua: & dominus tradidit eum peccatis nostris: & ipse præ afflictione non aperit os suum, in humiliatione eius iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? quia sublata est è terra uita eius, propter iniquitates populi mei ductus est in mortem. Memini me olim in quadam cum Iudæorum sapientibus disputatione usum hac prophetia: quam Iudæus aiebat uaticinari de uno integro populo, dispersо & percusso ut multi proselyti fierent occasione dispersionis Iudęorum inter gentes plurimas. atq; ita interpretabatur illud, Inhonorata erit apud homines species tua, et illud, Quib. nõ est annũciatũ de eo, uidebũt. & illud, Homo in plaga cõstitutus. In ea disputatione multis uerbis coargui, hæc quæ de una aliqua persona prędicta sunt, nõ recte illos referre ad integrum populum: scitabarq; ex cuius persona dicatur: hic peccata nostra fert, & pro nobis dolores patiẽ & illud, Ipse aũt uulneratus est propter peccata nostra, & languet propter iniquitates nostras. ex cuius persona itẽ illud: liuore eius sanati sumus. Manifẽ ite enim hi qui dudũ in peccatis fuerãt, seruatoris passione sanati hæc dicũt apud prophetam futura uidentem: siue sint ex illo populo, siue ex gentibus, Spiritu sancto accommodante uerba personis. Sed maxime uisi sumus eos urgere hoc dicto: propter iniquitates populi mei ductus est in mortẽ. Si enim iuxta illorum opinionẽ populus est de quo prophetatur, quõ propter iniquitates populi dei hic ad mortem ductus est, nisi intelligamus de quopiam alio q̃ de dei populo? quis aũt is est nisi Iesus Christus? cuius liuore sanati sumus quotquot in eum credimus, qui exspoliauit principatus & potestates dominatas in nobis, palamq; traduxit eas in ligno. Cæterum prophetias enarrare nihilq; in eis indiscussum relinquere, nõ huius est tẽporis. quòd uero his prolixius immoratus sum, necessariò mihi fecisse id uideor, propter uerba Iudæi quæ apud Celsum habẽtur. Latuit aũt Celsum eiusq; Iudæum & quotquot Iesu non crediderũt, prophetas prædixisse duos aductus Christi, alterũ priorẽ obnoxiũ humanis passionibus & humiliorẽ, ut inter homines degẽs doceret eos uiã ferentẽ ad deũ, neminiq; uiuentium locũ excusatiõis relinqueret, quod nihil audierit de futuro iudicio. alterũ uero gloriosum, & diuinũ tantũmodo, nihil admixtum habẽtem humanarũ passionum. Lõgũ esset hic ꝓphetias attexere, sufficit in pręsẽtiarũ illud è psal. 44. in cuius titulo inter cætera habet, esse canticũ pro dilecto, ubi etiã deũ esse illũ pronũciatur. Diffusa est Psal. 44
gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in secula. Accingere gladio tuo super femur tuũ, potẽs specie tua pulchritudineq; tua: & intẽde & prospere ꝓcede & regna, ꝓpter ueritatẽ, mansuetudinẽ & iustitiã, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittę ꝓpter ueritatẽ, mansuetudinẽ & iustitiã, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittę tuæ acutæ potẽtissime, populi subter te cadẽt in corde inimicorũ regis. nũc diligenter aduerte quõ deus dicat in sequentibus, inquit eĩ: Sedes tua deus in seculũ seculi, uirga directiõis uirga regni tui. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ: ꝓpterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis præ consortib. tuis. Cõsidera q̃ deũ alloquens prophe ta, cuius sedes est in seculũ seculi, & uirga directiõis uirga regni eius,, hunc deũ ait unctũ à deo qui sit ipsius deus, unctũ aũt præ participib. suis. hic dilexit iustitiã, & habuit iniquitatẽ odio. His uerbis memini me urgere uehemẽter Iud ẽũ qui sapiẽs habebat apud suos: cũq; nõ posset se explicare, respõdit sicut decebat Iudæũ. Aiebat ad uniuersi tatis deũ dictum esse illud, Sedes tua deus in seculũ seculi, uirga directionis uirga regni tui. ad Christũ uero illud: dilexisti iustitiã, & habuisti odio iniquitatem, propterea unxit te deus deus, & reliqua. Pergit apud Celsum Iudæus sic seruatorem alloqui: Si dicis quemuis hominem iuxta dei prouidentiam fieri filium dei, qua in re præstantior es cæteris? Respondebo quemlibet qui (ut Paulus loquitur) non amplius sub timore pædagogo degit, sed uirtutem propter ipsam eligit, esse dei filium. hic autẽ longo interuallo post se relinquit omnes qui propter uirtutem appellantur filij dei, ut qui sit initium & fons talium. uerba Pauli sunt hęc, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus abba pater. Qui sunt autem isti innumeri, à quibus Celsi Iudæus ait Iesum coargui, dum quisque ad se trahit quæ de illo à prophetis prædicta sunt? Equidem ignoro scierit

ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne Celsus aliquos, qui ad æmulationem Iesu uoluerint inter homines haberi pro dei filijs, aut pro dei potentia. Et quoniam magno ueritatis studio singulos locos examinamus, dicimus apud Iudæos fuisse ante Iesu natiuitatem Theudam quendam, qui se magnum quempiam iactaret: quo mortuo qui per eum decepti fuerant dissipati sunt. Post illum in diebus census, quo tempore Iesus natus est, Iudas quidam Galilæus fecit multos è populo ad se deficere, quid uideretur uir sapiēs, & moliri magnificū aliquid: qui ubi & ipse pœnas luit, doctrina quoq; eius è medio sublata est, exceptis paruis reliquijs. Post Iesu quoque tempora Dositheus Samaritha conatus est persuadere suis ciuibus se esse Christum illum à Mose prænunciatum, & uisus est inuenisse discipulos.

Act. 10 Hic non incongruum fuerit referre quod in Actis apostolorum legitur ualde sapienter à Gamaliele dictum, illos quidem fuisse alienos à promissione, nec filios dei nec potentias: cæterum Iesum Christum uere fuisse dei filium. Sic autem ibi loquitur Gamaliel: Si est ex hominibus consilium aut opus hoc, dissoluetur, sicut & illorum dissolutum est post eorum obitum. Sin ex deo est, non poteritis dissoluere hanc doctrinam, nequando & deo repugnare uideamini. Quin & Simon Samaritanus magus per magiam suam quosdam decipere conatus effectu non caruit ad tempus: nunc autem in toto orbe opinor uix trigínta Simonianos reperiri, ac fortasse ne tot quidem. Sunt enim in Palæstina pauci admodum: in reliquo terrarum orbe nusquam nomen eius est in ea opinione, in qua ipse haberi uoluit. nam apud quos nominatur, eis ex Actis apostolorum innotuit, Christianis hominibus. atque etiam ipsa res declarauit, nihil diuinum in Simone fuisse. Post hæc Celsi Iudæus pro Magis illis euangelicis Chaldæos ait Iesum iactasse pertractos ad suam natiuitatem, ut adorarent etiamnum infantem ut deum: idq; indicasse Herodi tetrarchæ. Hunc uero missis satellitibus interfecisse quotquot nati sunt eodem tempore, ratum & eum periturum inter cæteros, nec peruenturum ad ætatem regno idoneam. Vide hic errorem non discernentis magos à Chaldæis, nec professionum earum differentiam, ideoq; mentientis contra scripturam euangelicam, nec scio quomodo dissimulans quid magos mouerit, tacuit stellam uisam ab eis in oriente sicut scriptum est. Videamus igitur quid etiam ad hæc dicendum sit. Stellam quæ in oriente uisa est, nouam fuisse opinamur, nec ulli è notis istis similem, quæ uel in firmamento sunt, uel in orbibus inferioribus: sed eius generis quales cometæ uisuntur temporanei, docides, pogoniæ, pithi, aut quomodocunq; libet Græcis uarijs nominibus signare horum differentes figuras. hanc nostram opinionem hoc pacto astruimus. Obseruatū est quoties res magnæ insignesq; mutationes fiūt in terris existere huiusmodi stellas, significātes aut translationes regnorū, aut bella aut quicquid potest apud homines contingere ad commouendas res terrenas ualidum. Legimus autem in Cæremonis Stoici commentario quem de cometis conscripsit, quomodo interdum etiam res bonas futuras exorti cometæ præsignauerint, idq; declarat exemplis petitis ex historijs. Ergo si ad regnorum nouationes aliosq; insignes casus terris stella quæ uocatur crinita exoritur, aliud ue sidus simile, quid mirum id factum in natiuitate renouaturi genus hominum, introducturiq; doctrinam Iudæis, Græcis, & Barbarorum plerisq; communem? Equidem dicerem de cometis quidem nullam prophetiam ferri, illo regnante uel illo tempore talis cometa exoriretur: de hac uero stella quę Iesu nascente orta est, prophetasse Balamum his uerbis quæ Moses scriptis suis inseruit: Exōrietur stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel. Quod si examinanda sunt quę de magis & stella in natiuitate Iesu ab eis uisa scripta sunt, aliter Græcis loquar, aliter Iudęis. Græcis quidē, Magos, q cū dæmonibus habēt cōmerciū, eosq; ad artes suas atq; operationes inuocare solent, tantisper id agere, dū uis quæpiā diuinior ac potentior his qui per incantationes inuocātur interueniat aut nominetur. quod si diuinior illa superueniat, destruuntur operationes dæmonū, nō ualentiū obtueri lucē diuinā. Idcirco uerisimile est in natiuitate Iesu, quādo multitudo militię cœlestis (sicut autori Lucæ credimus) laudauit deū dicēs, Gloria in excelsis deo, & in terra pax, in hominibus bona uolūtas: dæmonas ea de causa debilitatos obtorpuisse, deprehensis eorum prę stigijs efficaciaq; destructa, nō solū aduētātibus ad proxima terrę loca angelis, uerū etiā agente id Iesu anima, & ea quæ in ipso est diuinitate. cumq; Magi operarentur solitis incan-

Num. 24

Luc. 2

incantationibus, non uulgarem huius casus causam rati scrutabantur: uisoq; in cœlis prodigio, uoluerunt quod per id significabatur uidere. Itaque cum haberent, ut opinor, Balami prophetias, quarum & Moses meminit extollens ut huius facultatis peritissimum, inuento illic de stella oraculo, uerbisq; illis: Ostendam ei & non nunc, beatum facio & non propinquabit: coniectauerunt eum qui cum stella prænuntiatus est hominem in uitam aduenisse: conceptaq; opinione de illo, potentiorem esse omnibus dæmonijs ac spectris familiaribus, decreuerunt eum adorare. Venerunt igitur in Iudæam, docti iam natum esse regem quendam, cæterum ignari cuiusnam regni, aut ubinā natalium eius sit locus: ferentes dona compositio (ut sic loquar) ex mortali & deo, aurum in signum potestatis regiæ, ut morituro myrrhā, ut deo thus. ubi uero cognouerunt locum natiuitatis, obtulerunt hæc ei. Sed quoniam deus erat is qui potentior angelis homines adiutantibus seruator humani generis uenerat, confestim angelus pietati magorum, qui Iesum adorauerant, retulit præmium: oraculoq; monuit ne irent ad Herodem, sed per aliam uiam reuerterentur in patriam. Insidiatum autem nato Herodem nil mirum, etiamsi non credat Celsi Iudæus. Cæca enim est malicia, & conatur fata uincere, ac si ipsa sit potentior: sicut etiam Herodes credidit natum regem Iudæorum, nec tamen assensit: non intelligens aut omnino regem esse, & regnaturum utique: aut si non regnabit, & necem eius esse superuacaneam. decreuit igitur eum occidere, q; inter se pugnantes sentētias haberet propter maliciā, nimirum agitatus à malo cęcoq; diabolo, qui mox ab initio struebat insidias seruatori, opinatus eum esse quendam magnum atq; fore. itaque angelus oraculo Iosephum monuit, seruans rerum gerendarum consequentiam, quantumuis Celso non fiat uerisimile, hominem in Ægyptum secessisse unà cum puero eiusq; matre. At Herodes necauit omnes infantulos, quotquot erant in Bethlehem oppido eiusq; finibus, quasi perditurus simul recens natum regem Iudæorum. non enim uidebat potentiam nūquam dormitantem custodem hominum dignorum salute atq; tali custodia. Quorum omnium honoratissimus erat Iesus, futurus rex non qualem Herodes putabat, sed qualem decebat esse qui diutius regnum acciperet ad beneficentiam exhibendam subditis, eamq; non mediocrem & (ut sic loquar) indifferentem quantum ad subiectos, sed quæ legibus uere diuinis eruditet eos & subderet: quod etiam Iesus sciens, negansq; se more uulgato regem, & docens sui regni excellentiam quanta sit, dixit illud: Si meum regnum esset ex hoc mundo, ministri mei decertassent pro me ne Iudæis traderer. nunc autem non est de hoc mundo regnum meum. Hæc si uidisset Celsus: non dixisset: Sin ideo ne adultus eo pulso regnares, cur postquam ad uirilem ętatem peruenisti nō regnas? sed egregius ille dei filius parum generose latebras præ metu quæritas, huc illuc in malam rem se subinde conferens. Non est ingenerosum pro tempore cauisse pericula, non mortis metu, sed ut uitæ esset utilis degendo inter homines, & iuuando alios dum tempus opportunum ueniat quo mortē subiret hominibus utilem, qui humanam naturā sumpserat: ut liquet intelligenti Iesum esse mortuum pro hominibus, de qua re pro uiribus superius diximus. Post hæc quoniam ne numerum quidem sciens apostolorum ait Iesum ascitis decem undecimue famosis hominibus, publicanis nautisq; nequissimis, cum his ultra citroq; fugitasse corrogantem cibos sordide ac turpiter: age de his quoq; tractemus pro nostra uirili. Manifestum est uersantibus euangelia, quæ Celsus ne legisse quidem uidetur, duodecim apostolos à Iesu electos, publicanum quidem Matthæum, quos uero confuse nautas uocat, fortasse Iacobum & Ioannem dicit, quia relicta naue & patre suo Zebedæo secuti sunt Iesum. nam Petrum eiusq; fratrem Andream, retibus necessarium uictum sibi quærentes, non inter nautas, sed ut scriptura tradit, inter piscatores censere debemus. Sit & Leui publicanus. qui Iesum secutus est, nō erat tamē ex apostolorū numero, nisi iuxta quędā exēplaria secūdū Marcū Euāgelij. reliquorū nō legimus quęstū quo prius q; discipuli fierent uictū sibi parabant. Ergo ad hæc respondeo, eos qui prudenter et candide possunt res apostolorum examinare, facile perspicere quòd diuina uirtute religionem Christianam docuerint tantoq; successu uerbo dei subiecerint homines. non enim eloquentia & differendi ratio, artesq; Græcorum dialecticæ rhetoricæ ue pollebant in eis ad subigendos auditorum animos.

Matth. 9

Matth. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

mos. Mihi sanè uidetur, si aliquos opinione uulgi sapientes, idoneosq; sapere ac loqui ad multitudinis gratiam elegisset Iesus, quorum in docendo uteretur opera, non euasu rum fuisse iustam suspicionem, quasi more philosophorum nouam aliquam sectā suo nomine uellet instituere, nec eius promissionibus credituros fuisse auditores non aliter quàm uerbo dei, quandoquidem non ipsa doctrinæ uis persuaderet, sed ars dicēdi ornata ac cōcinna elocutio. itaq; res habita fuisset pro cōmento philosophico munda næ sapientię, non pro diuina potentia. nunc uero quis uidens piscatores atq; publicanos, ac ne prima quidem literarum rudimenta scientes, ut euangelistę scribunt de illis, & ipse Celsus hac parte libenter credit de eorum imperitia, confidenter non solum ludæos alloqui de fide in Iesum, sed & inter reliquas gentes eandem efficaciter prædicare, non quæreret unde nacti sint tantam persuadendi uim? non enim erat uulgaris. Ecquis non dicat, promissum illud: Venite post me & faciam uos piscatores homi- *Matth.4*
num: impleuisse Iesum in discipulis diuina quadam potētia: quam & Paulus commen- *1.Cor.2*
dans sicut supra diximus, ait: Et sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in demonstratione spiritus atq; uirtutis: ut fides nostra non sit sita in humana sapientia, sed in uirtute dei. nam sicut dictum est per prophetas *Psal.68.*
prænunciantes de prędicatione euangelij: Domínus dedit uerbum euangelizantibus *Psal.18*
uirtute multa, rex uirtutum illius dilecti: ut impleretur & alia prophetia dicens: Celeriter currit sermo eius. Videmus sanè in omnem terram exisse uocem apostolorum Iesu, & in fines orbis uerba eorum. quapropter uirtute implentur qui uerbum cum uirtute prædicatum audiunt, quam præ se ferunt & affectibus & tota uita, parati usq; ad mortem pro ueritate certare. quidam autem inanes permanent, quamuis profiteantur se in deum per Iesum credere, qui se non subijciunt uirtuti dei quamuis uideantur trahi uerbo eius. Et licet superius adduxerim dictum seruatoris euangelicum, nihilominus & nunc eo possum opportune uti ad commēdandā illius de euangelij prędicatione præscientiam indicem diuinitatis & uerbi efficaciæ, quod uel absq; magistrorum opera *Matth.9*
uincit sua suadela auditorum animos. is dixit: messis quidem Multa, operarij uero pauci. Rogate igitur dominum Messis, ut extrudat operarios in messem suā. Et quoniam Celsus infames etiam uocat apostolos, publicanos & nautas nequissimos: respondebimus satis apparere, libidine obtrectandi eum scripturis quoties ipsi commodum est credere: cæterum ne aperte prędicatam in ijs libris deitatem cōfiteatur, nolle præbere fidem euangelijs, cum debuisset euangelistarum ueracitate perspecta ex diligenti ratione temporum, etiā de rebus augustioribus credere. Extat sanè in Barnabæ catholica epistola scriptum unde fortasse Celsus occasionem arripuit ut apostolos infames et nequissimos diceret, Iesum ad apostolicam functionem elegisse homines omni iniqui- *Luc. 5*
tate iniquiores. quin & in euangelio secundum Lucam ait ad Iesum Petrus: Discede à me quia uir peccator sum domine. Sed & Timotheo Paulus, qui & ipse tandem fa- *1.Tim.1*
ctus est Iesu apostolus, sic scribit: Fidelis sermo, quia Iesus Christus uenit in mundū ut peccatores saluos faceret, quorum primus ego sum. Nescio aut quomodo oblitus sit, aut ne cogitarit quidem hic Pauli mentionem facere, fundatoris ecclesiarū post Christum præcipui: nisi fortasse intelligebat simul dicendum fuisse, quomodo primum per secutus ecclesiam dei cum tam amarulenta fidelium exagitatione ut non dubitaret Iesu discipulos uel morti tradere, pòst in tantum mutatus est, ut quantum prouinciarum situm est Hierosolyma inter & Illyricum oppleuerit Christi euangelio, ambitiose cauens ne euangelizando super alienum fundamentum strueret, sed duntaxat ubi nunquam antea prædicatum esset Christi euangelium. Quid igitur absurdi si Iesus ostendere uolens humano generi quantum eius medicina contra pestes animarū polleat, infames & nequissimos elegit eosq; eò prouexit, ut morum purissimorum exemplum fierent amplectentibus ipsius euangelium. Quod si par est ut iam mutatis opprobremus uitam pristinam, accusandus erit & Phædon iam philosophus, quia ut habetur in histo ria, è meritoria cella in scholam philosophicam traduxerat eum Socrates. Sed & Polemoni Xenocratis in professione philosophiæ successori luxum opprobrabimus primum, cum potius deberemus eius uim & in illis admirari, quòd tantis uicijs occupatos ualuerit efficacibus suasionibus ad bonam mentē traducere. Et apud Græcos quidem

dem unus quod sciam Phædon, unus Polemon, à luxuriosa & impura uita diuulsi cōplexi sunt philosophiā. apud Iesum aūt nō solū illi duodecim eius ætatis, sed semper & plurimi, qui per resipiscentiam asciti in numerum temperatorum, sic de sua pristina uita loquuntur: Eramus enim aliquando nos quoq; insipientes, inobedientes, errantes, *Tit.3*
seruientes concupiscentijs & uoluptatibus uarijs, in malicia & inuidia degentes, odibiles, laborantes odijs mutuis. postquam autem apparuit bonitas & humanitas seruatoris nostri dei per lauacrum regenerationis & innouationis spiritus, quem effudit in nos abundanter, tales effecti sumus. Emisit enim deus uerbum suum, & sanauit eos, & liberauit eos ex corruptionibus eorum, quemadmodum docet psalmographus. *Psal.107*
His adiecerim & illud, Chrysippum in libro cui titulum fecit, De curatiōe passionum, conantem curare passiones insitas animis hominum, priusquam definisset qualenam sit ueritatis dogma, iuxta uarias sectas medicinam adhibere laborantibus, Sic loquendo: Si uoluptas finis sit, in hunc modum passiones curandæ sunt: Sin tria genera bonorum, sic liberandi sunt obnoxij passionibus. At isti accusatores Christianæ religionis nō animaduertunt quot è passionibus eximantur, quàm multi è uiciorū colluuie, quàm multorum efferati mores mansuescunt per occasionem prædicationis: quorum amplectenda erat ad doctrinam communicandam facilitas non sine gratijs pro nouo compendioso q; multorum uiciorum remedio: ipsaq; doctrina probanda, si non ut uera certe ut humano generi utilissima. Quoniam autem Iesus discipulos docens ne essent temerarij dicebat eis illud: Si persecuti fuerint uos in hac ciuitate, migrate in a- *Matth.10*
liam: simulq; exemplo suo docebat eos stabilem uitæ rationem, nec temere se periculis exponētem, hoc quoq; maliciose Celsus calūniatur, & sic Iesum ex ludęi persona alloquitur, cum discipulis ultro citroq; cursitas. Huic Iesu discipulorumq; calumnio- sæ insectationi simile est quod refertur de Aristotele. Is enim cum intellexisset parari sibi iudicium ut impio, propter quædam dogmata ipsius suspecta impietatis Athenien sibus, digressus Athenis apud Chalcidem scholam habuit, sic rationem reddens familiaribus: Discedamus Athenis, ne præbeamus Athenensibus secundam occasionem sceleris quale prius perpetrauerunt in Socratem, néue iterum per impietatem uiolent philosophiā. Addit Iesum cum discipulis uagum turpiter ac sordide cibos corrogare solitum. Dicat à quibus acceperit de turpi & sordida eius collectione: nam in euangelijs mulieres quædam, inter quas & Susanna, sanatæ ab infirmitatibus, præbebant discipulis uictum è suis facultatibus. Quis porro philosophorum à familiaribus quos excolebat nō accipiebat necessaria? An illos quidem decebat hoc facere, Iesu uero discipuli idem facientes accusandi sunt à Celso: quasi turpiter ac sordide cibos colligentes? Post hæc deinceps apud Celsum Iudæus sic Iesum alloquitur: Quid autem opus erat te infantem in Ægyptum deportari ne iugulareris? deum enim non decebat mortem timere. Sed angelus quidem uenit è cœlo iubens te tuósque familiares fugere ne comprehensi, necaremini: domi uero tuæ te filium suum seruare non potuit magnus ille deus, qui iam duos propter te demiserat angelos. Putat hic Celsus nos existimare non diuinum quiddam ineſſe in humano corpore Iesu & anima, sed & corpus eius tale fuisse, qualia inducuntur in Homeri fabulis. Ludens igitur in sanguinem Iesu profusum in cruce, dicit nō fuisse illū cruorē qualis diuis solet esse beatis. Nos uero ipsi Iesu credentes, de deitate quidem quæ inerat ei dicenti: Ego sum uia, ueritas, & u ta, *Ioan.14*
& si quid est his simile: de corpore uero in quo erat humano sic loquenti: nunc quæritis me interficere hominem qui ueritatem uobis locutus sum, aimus eum fuisse quidam compositum: & oportebat eum qui uellet humano more in uita degere, non intempestiue se periculo mortis exponere: & consequenter oportebat eum à nutricis duci dispensatione diuina per angelum prænonitis primo his uerbis: Ioseph fili Da uid ne timeas assumere Mariam uxorem tuam. nam quod in ea natū est, ex spiritu san- *Matth.1*
cto est. secundo uero his: Surge, assume puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto illic donec dixero tibi. Futurum est enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. In hac scriptura nihil mihi uidetur esse incredibile. nam in alio scripturæ loco legit in somnis hæc dicta fuisse Iosepho per angelū. Id aūt plerunq; contingit & alijs, ut significetur eis somnio quid agēdum sit, siue angelo, siue quauis alia spe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cie obuersante animo. Quid igit̃ absurdũ si is q̃ semel homo factus est, humano more ducat̃ ad uitãda pericula, non q̃ impossibile sit aliter id fieri, sed q̃ oporteat ordine suo dispẽsari Iesu incolumitatẽ. Certe satius erat puerũ Iesũ cedere Herodis insidijs, & cũ nutricijs in Ægypto peregrinari usq̃ ad eius obitũ, regisq̃ puerũ occidere uolẽtis impetũ prudẽter eludere, q̃ celebratũ illũ à poetis Orci galerũ adhibere, simili ue modo Iesu cõsulere, aut missos ad eius necẽ affligere Sodomitico excidio. nam nimia nouitas auxilij, supraq̃ modũ illustris, nõ cõueniebat ei qui uellet ostẽdere, se hominẽ à deo testimoniũ habentẽ occultare quiddã diuinius sub humana specie, id q̃ erat ꝓprie dei filius, deus uerbũ, potẽtia sapientiaq̃ dei, qui uocat̃ Christus. Nõ est aũt huius tẽporis de sic cõposito, & ex quib. cõstabat homo factus Iesus differere, cũ de hoc loco ꝓpria quædã ut sic dicã quæstio habeat̃ apud fideles. Post hæc Celsi Iudæus ac si Græcus quisꝑpiã esset Græcanicæq̃ literaturę studiosus ait priscorũ fabulas Perseo, Amphioni, Æaco, Minoi diuinã geniturã tribuẽtes. quãuis nõ sint ueri similes, tñ quo probabilius sit figmentũ, mirãda quædã & prorsus humanã naturã excedentia de illis memorare. Tu uero, ingt, qd egregiũ aut admirandũ dicto facto ue nobis edidisti, quãlibet ꝓuocatus in tẽplo ut manifesto signo declararesꝫ te dei filiũ? Ad hoc respõdendũ: Imõ Græci nobis ostẽdãt ab istis quos enumeraſti profectã utilitatẽ aliquã egregiã ꝓfuturã & in posterũ humano generi: aut facinus aliq̃d eorũ tã eximiũ, ut confirmare posset opinionẽ ex fabulis cõceptã de diuino illorũ semine, Sed nihil inueniet in modo memoratis q̃ uel lõgo interuallo accedat ad ea quę Iesus patrauit: nisi forte ad fabulas nos relegabũt Græci aut suas historias, postulãtes nos illis absq̃ ulla ratione credere, nostris aũt rel. uel manifestarijs fidẽ subtrahere. Affirmamus igit̃ Iesum factũ extare apud uniuersi orbis habitati homines, q̃ late inter gẽtes incolunt fundatę per Iesũ ecclesiæ dei, quæ cõstant ex conuersis ad meliorẽ mentẽ à malis innumeris. nomen quoq̃ Iesu lymphatos sanat & dæmonas exigit, morbis etiã præsentaneũ adfert auxiliũ. Inferit etiã mirã quãdã mãsuetudinẽ morũq̃ honestatẽ, humanitatẽ, bonitatem, placiditatẽ omnib. qui nõ ꝓpter uitæ curas humanásue aliquas necessitates fucatæ, sed ex animo amplectuntur prędicatiõem dei Christiq̃ atq̃ fut̃i iudicij. Deinceps Celsus nõ oĩno ignarus quãta ꝓferri possint de Iesu magnificis operibus, de quib. pauca ex multis cõmemorauimus, fingit se cõcedere uera esse quæcũq̃ de sanationibus, aut resurrectiõe, aut multitudine paucis panib. nutrita eorũq̃ reliquijs sunt ꝓdita, denicq̃ quicquid aliud putat discipulos narrare ad exaggerandã miraculorũ magnitudinẽ. ac mox subijcit, age credamus hæc à te gesta: cõfestim q̃ cõmune hoc ei facit cũ præstigiatoribus nõ minora miracula pollicẽtibus, cũq̃ Ægyptiacis circulatoribus, paucis obolis mirificas illas artes uenditãtibus, & ex hominib. dæmonia ꝓfligantibus, morbos exsufflãtibus, animas heroũ euocãtibus, cœnarũq̃ sumptuosarũ & eduliorũ opiparorũ inanem speciẽ exhibentiũ, animãtiũq̃ spectra quæ moueri uideant̃ cũ nõ moueant̃ reuera, interrogãs: ergo quia hęc illi faciũt, credẽdũ est nobis illos esse dei filios? an potius dicẽdũ has esse artes hominũ nequã & infeliciũ. Vides his uerbis eũ penè concedere esse magiã, cũ fortasse is sit q̃ multis libris scripsit cõtra magiã: & tñ qa sic ipsi est cõmodũ, magicas operatiões cõfert cũ his quæ de Iesu legunt̃ & essent similia, si ostendisset nihil in eis fuisse præter speciẽ. nũc uero nullus præstigiator p̃ ea quæ facit ad morũ correctionẽ spectatores inuitat, neq̃ timore dei pculsos eruditũ id genus spectacula, neq̃ circulator oculos coronę pascẽs suadet ita uiuere ut ap. ꝓbeat̃ uita deo iudici. Nihil horũ faciũt prestigiatores, quia nõ possunt, ac ne uolũt quidẽ negotiũ habere cũ corrigẽdis hominib. ut q̃ ipsi referti sũt turpissimis sceleribus & infãdissimis. Is uero q̃ miraculis suis ad morũ correctionẽ inducebat spectatores eorũ quę bene faciebat, merito credat̃ seipsũ exẽplũ prębuisse uitę optimę, nõ solũ germanis suis discipulis, sed cęteris quoq̃ omib. ut et discipuli instituerẽt ad docẽdos homines quæ sit uolũtas dei, & relig nõ tã uerbis magistri q̃ uita docti & miraculis quõ oporteat uiuere, nihil aliud spectẽt in factis suis q̃ quõ deo placeãt. Quod si talis erat Iesu uita, q̃s sanæ mẽtis conferat eũ cũ præstigiatorũ ꝓposito, ac nõ potius credat iuxta oracula deũ esse conspectũ in humano corpore ut in nostrum genus exerceret beneficentiã? Post hæc cõfundẽs sermonẽ, & quæ ab una quapiam secta dicta sunt in uniuersum omnibus Christianis diuini uerbi sectatoribus obijciens, Non est inquit, dei corpus tale, quale tuũ hoc. Nos uero respondemus eum assumpsisse in hac uita corpus humanum è muliere, idq̃ capax mortis humanæ. quapropter aimus eum inter cætera fuisse magnum certatorem propter humanum corpus, tentatum sicut omnes homines per omnia, non item cum peccato ut reliqui homines, sed prorsus absque peccato. Manifeste enim nobis compertum est, quod peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore ipsius: & quod peccatum non cognouerit, & quod eum purum tradiderit deus pro omnibus peccatoribus. Deinde Celsus sic loquitur. non potest enim esse dei corpus quod sic satum sit ut tu satus es. Nõ ignorans tamen quòd siquidem ita ut scribitur natus est, posset esse corpus quoque eius diuinius cæteris, atque etiam in quodam sensu dei corpus, non uult credere scripturis de conceptione ipsius è sancto spiritu, malens è panthera cum uirgine congressu natum credere, quamobrem dixit: Non est dei corpus sic satum ut tu satus es. Verum de his superius plura diximus. Pergit: nec uescitur dei copus cibis qualibus tu: ac si posset ostendere ex ea angelicis literis eum uescí solitum, aut cuiusmodi cibis usus sit. Sed esto dicat eum manducasse pascha cum discipulis: nec solum protulisse illa uerba, Desiderio desideraui hoc pascha edere uobiscum, sed & edisse: addat etiam sitientem apud puteum Iacob bibisse: quid hoc attinet ad ea quæ dicimus nos de illius corpore? omnino constat eum post resurrectionem piscem edisse. nostra enim opinione corpus assumpsit ut natus è fœmina. Ac ne uoce quidem, inquit, tali deus utitur, nec tali suadela. Ergo inania sunt contemptuq̃ dignissima (Celsum nunc alloquor) quæ apud Græcos feruntur de ipsorum deo Pythio reddente oracula, deq̃ Didymęo uocẽ edente qualem Pythia, deq̃ prophetide quæ olim apud Miletum fuit. nec tamen ob id Græci criminantur Pythium quasi non uere deum, sicut nec Didymæum aliumúe similem græcanicum deum uni loco inclusum. Quanto melius erat deum uti uoce sic afficiente, eò quòd uerbo inesset mirifica quædam & ineffabilis uis ad persuadẽdum auditoribus? Deinde conuicium Iesu faciens dicit res eius fuisse sceleſti deoq̃ inuisi præstigiatoris, ipse inuisus deo propter impietatem atque sceleſta dogmata. Quanquam si iuxta proprietatem examinentur & res & nomina, impossibile est esse hominem inuisum deo: quia deus diligit omnia quæ sunt, & nihil odio prosequitur eorum quæ fecit. nec enim oderat dum crearet, quod si uoces similes interdum apud prophetas inueniuntur, uulgato more propter certas causas loquuntur, quemadmodum uerbis humanas affectiones significantibus scriptura solet uti loquens de deo. Cæterum quid attinet respondere præfato ueritatem sermonis ad maledicta conuiciaq̃, quæ in Iesum iaculatur ut sceleſtum ac præstigiatorem? Hoc enim non est disputatoris, sed plebeium & indignum philosopho uicium, & furoris indicium: cum deberet rem propositam examinare candide, & quantum fieri potest nihil alienum ab ea dicere. Cæterum quoniam hìc Celsi Iudæus Iesum alloqui desinit, nos quoque finem imponemus primo contra ipsum uolumini. Deo uero concedente nobis ueritatẽ quæ perdat mendacia iuxta uotum prophetic̃: In ueritate tua perdes eos: aggrediemur in sequentibus secundam prosopopœiam, in qua introductus ab eo Iudæus uertit sermonem ad fideles persuasos Iesu sermonibus.

Luc. 22

LIBER SECVNDVS.

POST primum librum quo respondimus Celsi commentariis præferenti Veri sermonis titulum, usq̃ ad eum locum ubi afflicta Iudæi personæ uerba desinunt, quia is satis excreuit, hunc secũdum componere statuimus respondendo ad crimina quæ idem obijcit ijs qui ex Iudęorum populo Iesu crediderunt. Ac primum libet scitari, cur postquam semel decreuit Celsus personas introducere, maluit facere Iudæum suos populares alloquentem, quàm eos qui crediderunt ex gentibus. probabilior enim uisa fuisset eius oratio si eam scripsisset ad nostros homines. Sed fortasse iste qui se profitetur nosse omnia, hoc loco nõ norat quid conueniret prosopopœijs. Conliderandum igitur quid dicat ad fideles conuersos ex iudaismo. Ait eos illectos & deceptos ualde ridendo modo a le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſu, relictis patrijs inſtitutis ac legibus, transfugiſſe in nomen aliud, rationemq́ uiuendi longe diuerſam: ne hoc quidem intellecto, quòd Iudæi qui in Ieſum crediderunt non deſciuerunt à patrijs legibus: uiuunt enim iuxta eas paupertati ſuæ legis cognomines. Nam ebion pauper Iudaica lingua uocatur, & ebionei dicuntur à cæteris Iudæis qui Ieſum pro Chriſto receperunt. Quin & Petrus uidetur longo tempore iuxta Moſis legem obſeruaſſe ritus Iudaicos, ut qui nondum ex Ieſu didicerat à literali lege ad ſpiritualem aſcendere, id quod ex actis apoſtolorum cognouimus. Nam poſtridie quàm Cornelius uiderat angelum, monentem ut mitteret Ioppen ad Simonem cognomine Petrum, aſcendit Petrus in cœnaculum ad prædicandum circa horam ſextam, & cum eſuriret, uoluit guſtare cibum, parantibus autem illis irruit ſuper eum mentis exceſſus. & uidet cœlum apertum, ac deſcendens ad ſe uas quoddam uelut linteum magnum, quatuor initijs alligatum, ſummitti è cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia terræ, beſtiæq́ & reptilia & uolatilia cœli. & facta eſt uox ad
Act.10 eum. Surge Petre, macta & ueſcere. Ait autem Petrus: nequaquam domine, quia nunquam edi quicquam commune & immundum. Et uox iterum ad eum: Quæ deus purificauit tu communia ne dixeris. Aduerte quomodo hic probet ritus Iudaicos Petrus, adhuc obſeruans diſcrimen purorum & impurorum: atq́ etiam ex ſequẽtibus apparet uiſione opus ei fuiſſe ut communicaret ſermonem fidei cum Cornelio, homine alieno à cognatione Iſraelitarum, cumq́ familiaribus eius: quod ipſe Iudæus
Gal.2 & iuxta Iudæorum traditiones uiuens contemneret degentes extra Iudaiſmum. In epiſtola quoque ad Galatas Paulus oſtendit Petrum metu Iudęorum ſubduxiſſe ſe à cõ uiuio gentium. Cum enim ueniſſent ad eum quidam à Iacobo, ſeceſſit à gentibus circumciſos ueritus, idemq́ fecerunt Iudęi reliqui & Barnabas. unde conſequens erat nõ deficere à Iudaicis ritibus eos qui ad circumciſos miſſi ſunt, quando qui uidebantur eſſe columnæ, dextras ſocietatis dederunt Paulo & Barnabæ, ipſi ad circumciſos abeuntes, ut illi prædicarent gentibus. & quid dico prædicatores circumciſorum ſubduxiſſe ſe ac ſeparaſſe à gentibus, quando ipſe Paulus Iudæis Iudæus factus eſt, ut Iudęos lucraretur? quapropter ſicut in Actis apoſtolorum ſcriptum eſt, oblationem etiam obtulit ad altare, ut Iudæis perſuaderet ſe non eſſe legis deſertorem. Hæc omnia ſi ſciuiſſet Celſus, non introduxiſſet Iudæi perſonam ſic alloquentem conuerſos ad fidem ex Iudaiſmo. Quid uobis accidit ciues, ut deſerta patria lege, ab iſto quem modo alloquebamur illecti ualde ridicule decepti ſitis, & à nobis transfugeretis in aliud nomen uitamq́ aliam. Quoniam uero ſemel facta eſt Petri mentio, eorumq́ qui apud circumciſos prædicauerunt doctrinam Chriſtianam, libet hoc loco apponere dictum quod-
Ioan.16 dam Ieſu, ex euangelio ſecundum Ioannem, ſimulq́ id enarrare. Adhuc, inquit, multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis modo ea portare. cum autem uenerit ille ſpiritus ueritatis, deducet uos in omnem ueritatem: non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur. Hic quærimus quæ nam ſint illa multa quæ Ieſus habebat dicenda diſcipulis, ſed ea ferre tunc non poterant. Equidem dixerim: fortaſſis ut Iudęis, & educatis in Moſaicæ legis litera apoſtolis. habebat quidem dicendum quæ ſit uera lex, quarúm ue cœleſtium rerum umbris & ſignis conſtet cultus Iudaicus, quorumue bonorum futurorum umbras contineret lex de cibis & potibus, de feſtis, nouilunijs, ſabbatis. Huiuſmodi multa erant quæ habebat eis dicere. ſed uidens perdifficile eſſe ex animo reuellere penè connata & uſque ad grandem ætatem coalita dogmata, adeoq́ pro diuinis habita, ut amouere illa uideretur impium: deinde quo magis perſuadeatur Chriſti ueritas, huius comparatione illa eſſe ſtercora detrimentaq́ oſtendere: diſtulit hanc doctrinam in tempus opportunius poſt paſſionem ac reſurrectionem ſuam. etenim reuera intempeſtiuum erat adhibere eis remedium cuius nondum capaces erant, quodq́ poterat receptæ exiſtimationi Ieſu officere, quòd eſſet Chriſtus ille dei uiuentis filius. Et aduerte an non probabiliter ſic intelligendum ſit illud: adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis ferre hoc tempore. multæ ſunt enim legis ſpirituales interpretationes & declarationes, nec ullo modo eas potuiſſent portare diſcipuli eo tempore, ut nati educatiq́ inter Iudæos. Opinor autem, quoniam eum illa

illa figurę eſſent, ueritas uero quæ docendi erant à ſancto ſpiritu, ideo dictum ſit: poſtquam uenerit ille ſpiritus ueritatis deducet uos in omnem ueritatem: ac ſi diceret, in omnem ueritatem earum rerum, in quarum figuris uerſantes, putabatis uos, uero cultu deum colere. Et iuxta promiſſionem Ieſu uenit ſpiritus ueritatis in Petrum, dicens ad eum de quadrupedibus & reptilibus terræ, uolatilibúsque cœli, Surge Petre, macta & manduca, & uenit ad eum etiam tum ſuperſtitione laborantem. ait enim etiam poſt auditam diuinam uocem: Nequaquam domine, quia nunquã comedi quicquam commune & immundum. ac tum demum doctus eſt ueram doctrinam de cibis ſpiritualibus. auditis illis uerbis: Quod deus purificauit tu caue commune dixeris. & Act.10
poſt illam uiſionem ſpiritus ueritatis deducens Petrum in omnem ueritatem multa ei dicebat quæ non ualuerat portare tantiſper dum in carne conuerſaretur cum Ieſu. Verum de his diſſerendi aliud tempus erit, quæ ad præſcripta Moſaicæ legis pertinent: nunc propoſitum eſt imperitiam Celſi coarguere, apud quem Iudæus populares ſuos Iſraelitas in Ieſum credentes percontatur, quî factum ſit ut legem patriam deſererent, & reliqua. Atqui quomodo patriam legem deſeruerunt, qui non auſcultantes ei obiurgant his uerbis: Dicite mihi uos qui legem legitis, cur eam non audítis? Scriptum eſt enim, Abraham duos filios habuit, & cætera. Quomodo deſer- Gal.4
tores patriæ legis ſunt, qui nunquam non eam in ore habent, dicuntq́: An non & lex hæc docet? Nam in Moſis lege ſcriptum eſt non obturabis bouem triturantem. num boues curę ſunt deo, an propter nos utique hoc dictum eſt? Propter nos enim hæc ſcripta ſunt: & cætera. Quàm uero confuſe hæc Celſi Iudæus loquitur, cum poſſet multo ueriſimilius dicere: quidam ueſtrum reliquerunt priſtinos ritus prætextu interpretationum & allegoriarum: quidam enarrantes eos ut aitis ſpiritualiter, nihilo minus obſeruatis ut traditos à maioribus. quidam abſque interpretatione mauultis & Ieſum ut à prophetis prædictum recipere, & Moſis legem obſeruare more maiorum, quando in uerbis eius contineatur omnis ſpiritualis ſenſus. Sed quî poſſit hæc Celſus dilucide diſtinguere, qui procedente ſermone hæreſeum etiam impiarum meminit, & aliorum qui defecerunt à mundi opifice: nec nouit etiam fideles Iſraelitas non deſeruiſſe legem patriam? non enim ei propoſitum fuit diligenter ueritatem toto hoc loco examinare, ut ſi quid utile inueniret reciperet: ſed ut inimicus totus que intentus ad ſubuertendum quicquid audierit, conſcripſit talia. Pergit Iudæus eoſdem alloquens: heri, inquit, & nudiuſtertius quando ſupplicium ſumpſimus de iſto uos ut brutas pecudes ductante, defeciſtis à lege patria: cum tamen nihil horum exacte tenent quæ loquũtur, ut demonſtratum eſt. Poſt hæc iam uehementior ut mihi uidetur: qua fronte, inquit, à noſtris ſacris incipitis, in progreſſu uero ipſa contemnitis? cum non ha beatis alia ueſtra opinionis initia quàm legem noſtram. nam reuera introductio eſt ad Chriſtianiſmum ſacra Moſis literæq́ propheticæ: & poſt eam introductionem in harum expoſitione declarationeq́ conſiſtit profectus quærentium reuelationem myſterij ab æterno taciti, quæ reperitur in prophetarum uocibus & aduentu Ieſu Chriſti noſtri domini. ſed non licut obijcitur, in progreſſu contemnunt legis ſcripturam, imò maiorem honorem addunt ei, oſtendentes quàm profunda ſapientia lateat in eis literis, nunquam à Iudæis introſpecta in ſuperficie tantum hærentibus perinde atque in fabulis. Quid autem abſurdũ eſt legem eſſe initiũ noſtri dogmatis id eſt euangelij, cũ ipſe Ieſus dominus noſter dicat ad nolentes ſibi credere: Si crederetis Moſi, mihi crede Ioan. 5
retis. nam de me ille ſcripſit. Quod ſi literis illius non creditis, quomodo meis uerbis Mar. 1
credetis? Sed & unus euangeliſtarum Marcus inquit: Initium euangelij Ieſu Chriſti, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta: ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui parabit uiam tuam ante te, oſtendens initium euangelij pendere à ſcriptis Iudaeis. Quid igitur contra nos affert Celſi Iudæus dicens: ſiue enim prænũciauit aliquis uobis dei filium in cœlos uenturum, noſter hic erat prophetа noſtriq́ dei. aut quale Chriſtianiſmi crimen eſt, quòd Ioannes qui Ieſum baptizauit Iudæus erat. non enim quia Iudæus erat, ſtatim inde colligitur oportere omnem qui credit, ſiue à gentibus ad uerbum accedit ſiue à Iudæis, iuxta literã Moſis legẽ ſeruare. Poſthæc quãtis

eadem blateret Celsus de Iesu, iterum repetens pro malefactis eum Iudæis dedisse supplicium, nos tamen responsionem non iterabimus, contenti his quæ iam ante diximus. Deinde quoniam ut nugas resurrectionem mortuorum, iudicium dei, præmia iustorum, ignem iniustorum paruifacit ipsius Iudæus, & nihil hic noui Christianos docere dicens, putat se hoc pacto Christianismum subuertere: respondendum quod Iesus noster uidens Iudæos nihil facere dignum doctrina prophetica, significauit per parabolam fore ut regnum dei tollatur ab eis, & tradatur his qui crediturí essent ex gentibus. quamobrem uidere licet nunc omnia quæ apud Iudæos sunt deliramenta esse & fabulas. non habent enim lumen illud quo pernoscunt scripturę sacrę: econtra Christianorum doctrinam habere ueritatem quæ possit erigere attollereq; mentem & animam hominis, & constituere ciuitatis formam quandam non qualis Iudæorum est humilẽ & terrenã, sed cœlestẽ, ut intelligãt qui magnitudinẽ ac sublimitatẽ sensuũ, pphetícorum & in lege contentorum, percipiunt, & alijs quoq; indicare possint. Sed concedamus omnes Iudaicos ritus Iesum obseruasse usq; ad sacrificia, quid hoc confert ad non credendum hunc esse dei filium? est ergo Iesus filius dei, eius qui legem dedit & prophetas, quam legem non transgredimur nos qui censemur ecclesię nomine: sed omissis Iudæorum fabulositatibus erudimur & instituimur prophetarum intelligentia mystica. Namq; prophetæ, ut qui non consistant intra patentem sensum historicũ, nec intra uerba legis & literam, alibi sic loquuntur, nimirum historias narraturi: Aperiam in parabolis os meũ, loquar propositiones ab initio: alibi legis ut obscuræ & quæ sine diuino auxilio nequeat intelligi, sensum sibi aperiri precant dicentes: Reuela oculos meos, ut intellígam mirabilia tua ex lege tua. Proferant uero ubi uel in speciem arroganter dictum à Iesu aliquid inueniatur. Quomodo enim arrogans haberi potest qui
Matth.11 sic loquitur: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris: aut quomodo arrogans est, qui post cœnam coram discipulis uestre de-
Ioan.13 posita, accinctus linteo, & aqua in peluim indita, lauat pedes singulis, & eos præbere nolẽtem obiurgat: Nisi lauero te, non habes partem mecum. aut quomodo arrogans qui dicit: Ego autem inter uos non fui sicut recumbens, sed sicut ministrãs, arguat eum numquem fefellerit, & producat eius magnum paruum ue mendacium, ut ostendat mendacem Iesum: quamuis & alioquí arguí potest, non esse mendacium maius mendacio minus ue, sicut nec ueritas ueritate maior est minórue. Quæ uero sunt illæ Iesu impietates? proferat præsertim Iudæus à Celso introductus: nisi forte impium est desistere à corporali circunciſione, & sabbatis, nouilunijs, cæterisq; festorum corporalium obseruationibus, & purarum impurarumq; rerum discrimine, ab hisq; transferre animum ad ueram dei legem spiritualem & dignam deo, simúlque in ministerio Christi scire Iudæis Iudæum fieri, ut acquírantur & Iudæí, & subditis legi quasi legi subditum, ut acquírantur subditi legi. Addit potuisse alios quoque multos tales uideri qualis Iesus, duntaxat his qui uolunt decipi. Det igitur non multos, sed paucos, imò uel unum, iste Celsi Iudæus, talem qualis erat Iesus, quí cum tanta uirtute doctrinam & decreta uitæ utilia inuexerit in humanum genus, atque id à colluuie uiciorum ad meliorem frugem conuerterit. Præterea dicit hoc Christi fideles Iudæis obiícere, quòd non credant dei filio: qua de re iam superius respondimus, simulq; ostendimus, quomodo eum deum opinemur, & quatenus existimemus hominem. Addit: Et quomodo nos qui omnibus hominibus indicaturos uenturum à deo quendam exactorem pœnarum ab iniustis, ignominiose tractauimus eum postquam aduenit? ad tam stultam interrogationem respondere non uidetur operæpretium: non magis quàm si quis ita rogaret: nos qui docuimus temperantiam, quí fieri potest ut aliquid intemperanter egerimus? aut qui iusticiæ patrocinati sumus, quomodo iniuste egimus? Sicut enim ista inueniuntur in hominibus: ita humanum est eos qui se aiunt credere prophetis aduentũ Christi prænunciantibus, iam præsenti & prophetiarum fidem exsoluenti non credere. Quod si addenda est alia quoq; causa, dicemus hoc ipsum à prophetis
Esa.6 prædictũ. Esaias certe manifeste dicit: Aurib. audietis, nec intelligetis: & oculis aspicietis, nec tñ cernetis. Incrassatũ est eñ cor populi huius etc. Dicãt nobis quid intuentib.

Iudæis

udęis quid ue audientib. prophetatũ est nõ esse intellecturos quę dicunt, nec quę uidentur sic uisuros ut oportet. Sed manifeste constant uidentes Iesum non uidisse quisnam esset, audientesq; illum non intellexisse ex eius dictis diuinitatem quæ in ipso inerat, transferentem suam prouidentiam à Iudæis ad conuersos ad fidem ex gentibus. Itaque uidere licet post Iesu aduentum Iudæos derelictos omnino, nihilq; retinentes rerum apud ipsos olim uenerabilium, nec ullum diuinę presentię uestigium. nusquam enim apud eos iam prophetæ sunt, nusquam miracula, quorum saltem reliquiæ tanto tempore apud Christianos durant, & quædam non exiguæ. fideles enim sumus qui dicere solemus. Vidimus & nos. Celsi uero Iudæus dicit. Cur contempsimus quem uenturum tanto ante prædiximus? an ut maiores pœnas demus quàm alij? Ad hoc quoq; licet respondere, profecto maiorem quàm alij pœnam Iudæos ipsi daturos tam infidelitatis quàm illatæ iniuriæ, ubi uentum fuerit ad iudicium illud quod credimus, atque etiam iam nunc dare. Quę enim gens in exilium acta est è ueteri sua patría procul solo proprio patriaq; religione, præter Iudæos? Id autem passi sunt ut omnium deterrimi, non ob aliud, quamuis in multis peccauerint, quàm ob ea quæ in Iesum ausi sunt. Pergit Iudæus: Quomodo autem existimare poteramus deum, quí cum in alijs rebus nihil præstabat eorum quæ pollicebatur, tum postremo damnatus à nobis cum ad pœnam requireretur latitans ac fugitans turpissime captus est, proditus ab ipsis quos uocabat discipulos. atquí deo, inquit, non conueniebat uel fugare uel captum abduci: minus etiam à familiaribus suis & omnium consciis discipulisq; pro seruatore habitum & dei filio nuncioq; proditam & deseri. Ad hæc respondemus, ne nos quidem
Matth.26 credere, corpus illud Iesu quod tunc uidebatur & tangebatur, esse deum. & quid di-
Esa.43 co corpus? imò ne animam quidem de qua dictum est illud: Tristis est anima mea usque ad mortem. Sed quemadmodum iuxta Iudæorum literas is qui dicit: Ego dominus deus omnis carnis: & illud, Ante me non fuit alius deus, nec erit post me: creditur pro instrumento usus prophetæ anima & corpore: & secundum Græcos qui dicit, Noui ego mensuram pelagi numerumq; harenæ, & surdum intelligo & mutum audio, deus putatur dum auditur loqui per pythiam: ita secundum nos uerbum deus &
Gen.1 dei rerum uniuersarum filius dicebat in Iesu: ego sum uia, ueritas, & uita: Et illud: Ego sum ianua: & illud: Ego sum panis uiuus qui è cœlo descendi: & siquid aliud his simile. Merito igitur Iudæos accusamus qui hunc non credant deum, cui tot locis prophetæ testantur, quòd sit magna uirtus dei, ipsius quoque rerum uniuersarum dei atque parentis testimonio. Huic enim affirmamus apud Mosen ubi mundi creatio describitur patrem iubendo dixisse illud, Fiat lux: &, Fiat firmamentum & reliqua quæcunque iussit deus fieri. Huic etiam dixisse illud: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: uerbum autem dei sicut iussum est fecisse quæcunq; patrem
Psal.32 mandauit, nec nostra est hæc coniectura, sed Iudæorum prophetijs id credimus, in quibus dicitur de deo illiusq; creaturis ad uerbum sic: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Si enim mandauit deus & conditæ sunt creaturæ, quis iuxta sententiam prophetici spiritus posset esse tanti paterni mandati executor, quàm ille ut sic loquar, animatus eius sermo & ueritas? Quòd uero eum qui in Iesu locutus est illud, ego sum uia, ueritas & uita, ne euangelia quidem sic circumscribant corpore, ut nusquam esset extra Iesu corpus & animam, liquet ex multis locis, quorum aliquot
Ioan.1 paucos libet hic apponere. Baptista Ioannes prophetans iamiam affore dei filium, non in illo corpore animáque, sed præsentem ubiq;, dicit de eo In medio uestrum stat quem uos nescitis, qui post me uenturus est. Siquidem intellexisset illic tantummodo esse dei filium, ubi corpus eius cerneretur, quomodo dixisset illud: in medio uestrũ stat quem uos nescitis? Ipse quoq; Iesus attollens mentem discipulorum ad sublimius sen-
Matth.18 tiendum de dei filio, inquit: Vbicunque duo aut tres fuerint in nomine meo congregati, ibi in medio eorum sum. Talis etiam est illa eius promissio dicentis ad discipulos: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Hæc autem non eo nobis dicta sunt quòd separemus à Iesu filium dei, unita est enim post dispensationem anima Iesu corpusque cum uerbo dei. nam si iuxta Pauli doctrinam
1.Cor.6 dicentis, qui cohæret domino, unus est spiritus, quisquis intelligit quid sit cohærere,

eiq; cohæret unus fit cum eo ſpiritus, quomodo non multo diuinius & præſtantius unum eſt id, quod cum dei uerbo eſt compoſitum? Hic apud Iudæos declarauit ſe eſſe dei potentiam per ea miracula quæ Celſus ſuſpicatur præſtigias: Iudæi uero in Belzebub neſcio unde ſibi noto dæmonum principe putabant eum eijcere dæmonia: Quos abſurdiſſime loqui ſeruator ipſe coarguit, eo quòd nondum finem haberet regnum maliciæ, ut liquebit ſcripturam euangelicam prudenter legentibus, quam non eſt tempeſtiuum nunc adducere. Quid porro pollicitus eſt Ieſus quod non præſtiterit, producat Celſus & oſtendam. Sed nullo modo poterit, quamuis ſe putet uel ex male intellectis narrationibus, uel ex lectione euangelica, uel ex Fabulis Iudaicis afferre quę dicit contra Ieſum & contra nos. Et quia rurſum Iudęus ait uoluiſſe ſuos in conuictum et damnatũ animaduertere, oſtendant quomodo eum conuicerint qui quęrebant ſubornare falſa teſtimonia: niſi forte ualde conuictus eſt Ieſus illis accuſatorum uerbis:
Matth. 26 Hic dixit: poſſum deſtruere templum dei, & in triduo reparare illud. quod ipſe dixerat de templo ſui corporis: illi uero, ut qui neſciebant mentẽ loquentis intelligere, putabant eum dicere de templo lapideo quod Iudæi uenerabantur plus ſatis, contempto interim uero templo dei uerbi, ueritatis & ſapiẽtiæ. Dicat etiam qui poteſt, quomodo turpiter latitans Ieſus effugium quæſierit: oſtendat quę opprobrari poſſit turpitudinẽ. Quia uero dicit captum eſſe, poſſum dicere: ſi capi nolentis eſt, non eſſe captum Ieſum. Nam opportuno tempore in poteſtatem hominum ſe uenire paſſus eſt ut agnus dei, quo peccatum mundi tolleret. Sciens igitur omnia quæ uentura erant ſuper ſe, proceſſit, ac dixit eis: Quem quæritis? Reſponderunt ei: Ieſum Nazarenum. Dicit
Ioan. 18 eis Ieſus, Ego ſum. Stabat autem & Iudas qui prodebat eum cum ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego ſum: abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem iterum dixerunt: Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus: Dixi uobis q; ego ſum: ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire. Quin & ad eũ qui uolebat opem ei ferre, ſeruum pontificis percuſſum mulctauerat auricula, dixit: Conuertere gladium tuum in locum ſuum. omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quòd non poſſum nunc rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo igitur implebuntur ſcripturæ, quòd ſic oportet fieri? Quodſi quis putat enangeliſtas hic fingere, quin potius figmenta ſunt quæ ab inimicis contra Chriſtianos dicuntur ex odio: & uera quæ coniunctiſſimi Ieſu prodiderunt ſcripto, ſic erga uerbum eius affecti, ut parati eſſent illius cauſa quiduis perpeti? Tantam enim patientiam & conſtantiam uſque ad mortem præferre, non eſt diſcipulorum de præceptore ſuo quæ nunquam facta ſint pro libito fingentium: & manifeſtum argumentum eſt candidis lectoribus ſciſſe illos quid ſcriberent, qui omnes aduerſitates tanta tolerãtia propter dei filium in quem crediderunt ſuſtinuerint. At Celſi Iudæus proditum quidem ab iis quos appellabat diſcipulos didicit ex euangelijs, unum Iudam multos dicens diſcipulos, ut uideatur exaggerare accuſationem: ut uerò omnia quæ de Iuda ſcribuntur ſciret, curioſus non fuit: Iudam diſtractum contrarijs de ſuo præceptore iudicijs, nec ex toto animo infenſum ei fuiſſe, nec ex toto animo debitam magiſtro ſeruaſſe reuerentiam. Nam ſi quis tradebat eum,
Matth. 26 ſignum dedit turbæ uenienti ad comprehendendum Ieſum: quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum: retinens non nihil reuerentiæ priſtinæ: alioqui uel libere ac ſine ſimulatione oſculi tradidiſſet eum. Illud certe cuiuis perſuadere poterit de Iuda propoſito, eum habuiſſe unà cum auaricia prodendique domini mala uoluntate admixtam in anima innatæ ex Ieſu uerbis quãdam ut ita loquar bonitatis ſpeciem, quòd
Matth. 27 ita ſcriptum eſt: Iudas proditor uidẽs eum damnatũ, pœnitentia ductus reſtituit illos triginta argenteos pontificibus & ſenioribus dicens: peccaui tradens ſanguinẽ iuſtũ. Illi uero dixerunt, Quid ad nos? tu uideris. & proiectis argenteis in templũ, ſeceſſit: digreſſuſq; inde ſuſpendit ſe. Quodſi auarus ille Iudas, furari ſolitus quæ pauperibus diſtribuenda in crumenã mittebantur, pœnitentia tactus reſtituit triginta argẽteos pontificibus et ſenioribus, ſatis apparet Ieſu diſciplinam efficacẽ in eo fuiſſe ad mouendam pœnitentiam, quæ non omnino contempta & proculcata proditori fuerat ſed & ipſa uerba

uerba, peccaui tradens ſanguinem iuſtum, peccatum confitentis erant. Et uide quàm flagrans ac uehemens pœnitentiæ dolor eum corripuerit, ut nec uiuere ſuſtineret amplius, ſed in templum proiecta pecunia digreſſus inde ſeſe præfocaret ipſe ſui cõdemnator & carnifex, oſtendens quantum potuerit Ieſu doctrina etiam in peccatore, fure, proditore, non ualente in totum contemnere quæ à Ieſu didicerat: niſi forte hæc quæ indicare uidentur Iudam non omnino deſciuiſſe uel poſt facinoroſam audaciam, figmenta dicet Celſus, id ſolum uerum eſſe, proditorem eius fuiſſe unum è diſcipulis, addentq; ad ſcripturam, etiam ex toto animo perpetratum proditionem: id quod perabſurdum fuerit, eiuſdem commentarij lectioni prout odium dictauerit uel credere uel non credere. Quod ſi etiam à Iuda ſumendum eſt nobis aliquid quod pudorem aduerſarijs incutiat, dicemus in libro Pſalmorum integrum centeſimum octauum Pſalmum continere de Iuda prophetiam, qui ſic incipit, Deus laudem meam ne taceas, quoniam os peccatoris & os doloſi apertum eſt contra me. Ibi prophetatur & illud, quod Iuda ſuapte culpa moto ex apoſtolorum ordine, in locum eius alter ſurrogatus eſt: quod indicatur his uerbis: & Epiſcopen eius accipiat alius. Sed fac eum proditũ ab aliquo diſcipulo, qui Iuda peior omnem Ieſu doctrinam proiecerit è pectore, quid hoc ad accuſationem Ieſu aut Chriſtianiſmi attinet? quomodo religionis noſtrę falſitatem arguit? quare uero ſequuntur iam antè refellimus, quòd non fugiens captus ſit Ieſus, ſed ultro ſeipſum pro nobis omnibus tradiderit, ut conſequenter etiam uinctus ſit, docens nos ne inuiti pro pietate ſubeamus talia. Iſta quoque mihi uidentur puerilia quæ mox ſubdit, quòd nunquam bonus imperator & dux multorum milium eſt proditus: imò ne latronum quidẽ princeps uir malus & peioribus præfectus, qui modo uideretur ſuis utilis. Hunc uero nec imperatoris boni more præfuiſſe, nec ſaltem qualis à latronibus exhibeatur ſuo principi, à deceptis diſcipulis impetraſſe beneuolentiam, ſi ſic eam licet appellare. Multos enim imperatores inuenire licet in hiſtorijs à ſuis copijs proditos, & latronum principes captos à ſocijs propter parum ſeruatas conditiones. Sed fac nunquam quenquam à ſuis proditum uel imperatorem uel latronum principem, quid hoc facit ad negotium Ieſu ab uno diſcipulorum ſuorum prodíti? Quoniam autem pro philoſopho uult haberi Celſus interrogemus eum, num Platonis erat crimen, quòd uigeſimo anno poſt quàm eum audire cœperat Ariſtoteles à præceptore deſciſcens accuſauit ipſius doctrinam de immortalitate animæ, & ideas Platonis argutationes nominauit? Poſſemus & amplius dubitando quærere: Ergo Plato nihil amplius ualebat in dialectica, nec idoneus erat tradendis ſuis cogitationibus, ex quo deſertus eſt ab Ariſtotele, & proinde falſa ſunt Platonis dogmata? an forte poſſibile eſt, quod facile Platonici conceſſerint, Ariſtotelem erga magiſtrum ſuum fuiſſe ingratum & improbum? Sed & Chryſippus ſæpe in ſuis ſcriptis Cleanthem taxare uidetur, nouans quædam præter acceptam ab illo doctrinam inter rudimẽta adoleſcentiæ. quanquam Ariſtoteles per uiginti continuos annos dicit frequentaſſe Platonicam, nec parum temporis Chryſippus quoque contriuiſſe cum Cleanthis diſcipulis. Iudas uero apud Ieſum ne tres quidem integros annos uerſatus eſt. Porro in commentarijs de uitijs philoſophorum multa inueniri poſſunt talia, qualia Celſus Ieſu noſtro propter Iudam obijcit. Cæterum Pythagorei cenotaphia extruebant iis qui deſeciſſet à philoſophia, reflexo curſu ad uitam idioticam, nec ideo deterior habitus eſt Pythagoras in doctrina & demonſtrationibus, aut eius diſcipuli. Poſt hæc ſic pergit Celſi Iudæus: cum multa poſſim de Ieſu rebus dicere uera, nec ſcriptis diſcipulorum eius ſimilia, prudens illa prætereo. Quænam igitur ſunt illa uera, ſcriptis euangelicis diſſimilia, quæ Iudæus iſte præterit? an forte rhetorico uſus colore, fingit ſe habere quod dicat, nec habet tamen quicquam præter euangelia, quod ut uerum queat auditorem percellere, nec omnino quicquam quod manifeſte criminari poſſit Ieſum eiuſq; doctrinam? Accuſat deinde diſcipulos, quaſi fixerint præſciſſe illum & prædixiſſe omnia quæcunque ſibi acciderunt. Imò hoc quoque uerum eſſe uel inuito Celſo oſtendemus ex multis quæ prophetice à ſeruatore dicta ſunt, in quibus prædixit Chriſtianis
Matth. 10 euentura poſterioribus ſeculis. & quis non miretur illud quod prædixit: Ante reges & præſides ducemini propter me in teſtimonium illis & gentibus: & ſi quid aliud de futuris

futuris discipulorũ persecutionibus uaticinatus est. Ob quod enim dogma inter homines exortum puniuntur etiam alij, ut aliquis ex Iesu obtrectatoribus dicat, uidentem eum impia falsaq; accusari dogmata, ex huiusmodi quoq; prædictionibus aucupatum opinionem magnificam. nam si propter dogmatum impietatem ducendi erant aliqui ante reges & principes, nullos prius quàm Epicureos duci oportebat tollentes in totum prouidentiam: aut peripateticos, qui negant quicquam prodesse preces ad deum fusas uel sacrificia. Sed dicet aliquis etiam Samaritas persecutionem pati propter suã religionem. Ei respondebimus: sicarios propter circumcisionem occidi, quòd seipsos mutilent, contra præscripta legum quæ solis Iudæis id permittunt: nec unquam auditum quòd Iudex sicario suæ religionis reo fecerit optionem malit' ne mutata religione absolui, an occidi perstans in ea: sed satis est ad eius supplicium ostensa circumcisio.

Matth. 10 Christianis uero solis iuxta illam seruatoris prædictionem: Ante præsides & reges ducemini propter me: quamdiu spirant à iudicibus permittitur eiurare christianismum, & more aliorum sacrificare, atque ita securos domi uiuere. Ac uide an non pro potesta te dicatur illud: Quicunq; confessus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego eũ coram patre meo, qui in cœlis est: & quicunq; negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo: & ascende mente ad Iesum prædicentem hæc priusquam fierent: nisi forte dicturus es nolens credere: nugatur & nihil agit: non enim erunt hæc: aut dubitans de prædictionis fide dices non prius te crediturum quàm euentus eam approbet: quo facto tum demum assensurum te quòd accepta à patre potestate missus sit ad seminandum uerbum hominibus, certus fore ut id uincat impedimenta omnia. Quis item non mirabitur ascendens contemplatione ad illud uaticinium: Prædicabitur euangelium hoc in uniuerso mundo, in testimonium ipsis & gentibus: cum uideat iuxta illam prædictionem iam prædicatum in omnibus quæ sub cœMatth. 28 lo sunt terris Græcorum barbarorumq; tum sapientibus tum insipientibus. omnem enim humanam naturam uicit sermo prædicatus cum potentia, nec est uidere ullum genus hominum à quo hæc doctrina recepta non sit. iste uero incredulus Celsi Iudæus, qui uanum putat quod proditum est de Iesu præscientia, consideret quemadmodum etiam tum stante Hierosolyma, & incolumibus in ea cæremonijs iudaicis, prædixerit Iesus quomodo à Romanis tractanda sit. non enim dicent, quòd familiares Iesu auditores absq; literis docuerint euangelium, & discipulos reliquerint nullis instructos commentarijs. Scriptum est enim in euangelio: cum autem uidebitis obsessam ab exercitu Hierusalem, tunc scitote in proximo esse desolationem eius. certe cum hæc scriberentur, nulli exercitus obsidebant Hierusalem, nec circumuallatam oppugnabant. Hoc enim fieri cœptum est sub Neronis imperio, durauitq; usq; ad Vespasiani tempora: cuius filius Titus solo æquauit Hierusalem, ut Iosepho uidetur propter Iacobum Iustum qui uocabat frater Iesu Christi, ut uero res ipsa clamat, propter Iesum Christũ dei filium. Et tamen poterat Celsus non negando eius præscientiam contemptum simulare, sicut prius uirtutem eius extenuare conatus est magicis præstigijs eam tribuens: poteratq; dicere multos per diuinandi, auspicandi, aruspicinæ, astrorumq; scientias cognouisse quid sibi euenturum esset: sed maluit hoc ut præstantius in totum negare, quod uero ad miracula patrata attinet, calumniari ut fucata præstigijs. Phlegon certe in decimotertio, aut ni fallor in decimoquarto Chronicorum suorum uolumine fatetur ingenue Christum præsciuisse futura, confundens Petrum cum Iesu, testaturq; euenisse quicquid prædictum fuerat: nihilominus illic quoq; uel propter hanc præscientiam penè inuitus fatetur, non fuisse diuina uirtute uacuum sermonem quem accepimus à maioribus. Addit Celsus, discipulos Iesu ut re manifesta nihil ualentes fingere excogitasse ut dicerent eum præscisse omnia: quia non legit, aut legere noluit quod ueracissime scriptum est, illud quoque dictum ab eo discipulis: Omnes uos scandaliza
Matth. 26 bimini nocte hac: ut reuera factum est. Petro etiam prædictum quòd ante galli cantum ter negaturus esset dominum, & ter negasse Petrum iuxta uaticinium. Nam nisi fuissent ueritatis studiosi, aut si ut Celso uidetur figmẽtis scribendis delectati fuissent, nec Petri negationem, nec discipulos scandalizatos retulissent in literas. quis enim eos reprehendisset hoc nomine. atqui ualde conueniebat ut hæc silerentur ab hominibus uolen-

uolentibus ut mortis contemptus disceretur ex lectione euangelij, quoties agitur de professione christianismi. nunc uero uidentes quòd sermonis uis subactura esset homines, inseruerunt & talia, nescio quomodo nihil offutura lectoribus, nec occasionem datura negandi. Addit ualde stulte discipulos hæc ut excusarent magistrũ suum dixisse: acsi, inquit, aliquis affirmans quempiam esse iustum, ostenderet eum inique agere: & dicens pium, ostenderet cædem patrare, aut dicens immortalem ostenderet mortuum, præfando ad singula, præscisse illum hæc omnia. At ista collatio nihil habet simile: quia nihil absurdum est eum qui se hominibus exemplar uitæ exhibere studuit, ostendisse non fugiendam mortem pro pietate: ut interim taceam, mortem eius utilem fuisse uniuerso humano generi, sicut superiore uolumine docuimus. Postea putat confessionem passionis ad criminationem illius non ad absolutionem facere. Nescit enim quàm multa sapienter à Paulo scripta sint de hoc negotio, quàm multa item à prophetis sint prædicta. nescit etiam quendam autorem eius opinionis, quòd Iesus uisus sit tantum pati, non reuera passus sit, damnatum pro hæretico, alioqui si scisset, non ita loqueretur dicens: Non enim pati illum pijs hominibus uisum docetis, non reuera passum, sed aperte passum affirmatis. Minime uero pati putatum dicimus, ne falsa sit eius & resurrectio, non uera. nam qui uere mortuus est si resurrexit, resurrexit reuera. qui aũt mori putatus est, non resurrexit uere. Quoniam autẽ Iesu Christi resurrectionẽ irridentinfideles, adducemus huc Platonẽ: qui narrat Erum Armeniũ post duodecim dies è rogo excitũ retulisse de ijs quæ sunt apud inferos: & quoniã ad infideles differimus, quadrãt huc & illa quæ Heraclides de muliere defuncta memorat. multi etiã alij feruntur reuersi à monumentis, uel eadem die, uel insequẽti. Quid igitur mirum si is qui tam multa fecit miracula humanam naturã superãtia, idq; tam manifeste, ut qui inficiari non possunt cauillentur fuisse præstigias, etiam in obitu suo quiddam eximium habuit: ut anima sponte relicto corpore, post quædam extra illud dispensata, suo arbitratu reuersa sit. Sic enim alicubi apud Ioannem loquitur: Nemo tollit ani- Ioan. 10
mam meam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo sumendi eam. & fortassis ideo maturauit egressum è corpore, ut conseruaret id integrum, nec frangerentur eius crura, sicut unà crucifixorum latronum.
nam milites fregerunt crura primi, & alterius qui crucifixus est cum eo. ad Iesum au- Ioan. 19
tem cum uenissent, ut uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Iam ergo respondimus ad illud: quî credibile est eum prædixisse cæterum quomodo immortalis sit is qui mortuus est, discat qui uult, & non mortuus est immortalis, sed qui resurrexit è mortuis. non solum igitur mortuus immortalis non est, sed ne Iesus quidem antequam moreretur ille compositus immortalis erat, quandoquidem erat moriturus. nemo enim moriturus immortalis est: sed immortalis, quando non amplius morietur. Christus autem resurgens à mortuis iam non moritur: mors ei nõ amplius dominatur, etiamsi nolint hæc intelligere qui capaces non sunt. Iam illud quàm stultum: Quisnam deus, aut dæmon, aut homo prudens præsciens talia sibi obuentura, non siquidem potuisset deuitasset, sed uolens incidisset in ea quæ præsenserat? Atqui Socrates sciebat epota cicuta se moriturum: & poterat siquidem parere Critoni uoluisset, incolumis euadere custodiam: sed maluit certam quandam suam rationem secutus mori philosophicè, quàm uiuere uitam indignam philosopho. Sed & Leonidas Lacedæmoniorum imperator sciẽs iamiam se moriturum cum Thermopylarum præsidiarijs, non dedit operam ut turpiter uiueret: sed dixit ad socios: Prandeamus tanquam apud inferos cœnaturi. qualia multa in historijs inueniunt, sicui libeat cõsectari talia. Quid igitur mirum si Iesus futurorum non nescius non ea uitauit, sed incidit in prænota, cum & Paulus discipulus eius audito quid passurus esset Hierosolymis, nihilo secius exposuit se periculis, increpans etiã lacrymantes & obstãtes ne illuc ascenderet. Quin & nostro tẽpore multi scientes moriendũ sibi si confiteant christianismũ, abnegato uero absoluẽdos se recepturosq; etiã bona cõfiscata, contẽpserũt uitã, & ultro mortẽ obpietatẽ elegerũt. Deinceps uero & aliud æque stultũ dicit Celsi Iudæus: Quõ si prædixit & de proditore et de negatore, nõ ut deũ timuerũt, ut alter à proditiõe, alter à negatione abstineret. Nec uidet sapiẽtissimus iste Celsus hoc loco pugnãtia se loqui qa si ut deus præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsciebat,non poterat eius præscientia fallere,nec erat possibile uel præcognitũ proditorem non prodere, uel redargutum ut negatorem non negare, quòdsi possibile erat alterum non fore proditorem,alterum non fore negatorẽ, ut præmoniti à prodendo negando' ue abstinerent:iam non fuisset uerax, qui prædicebat alterum proditurũ, negaturum alterum.namq; si præsciebat proditurum,maliciam sciebat proditoris, cui nihil obstabat ista præcognitio. ac rursum intellecta imbecillitate negaturi per quã negaturus esset, negaturum prædixit, quia utiq; imbecillitas hæc nõ tollebatur per præscientiam. Quid ergo sibi uolunt illa uerba:at illi paruifacientes eum & prodiderũt & negauerunt? Iam enim ostensum est de proditore hoc falsum, quòd præceptorem per contemptum prodiderit:nihilo minus & de negatore idem ostenditur,qui egressus foras post negationem fleuit amarè. Itaq; uanum & illud: certe homo etiam præsentiens insidias si prædicat insidiatoribus,auertuntur à proposito,& cauent sibi. Quàm multi enim præsentientibus quoq; insidiari non destiterunt? Tandem ueluti sermonem concludens inquit.Ergo quia prædicta sunt hęc,facta sunt,nec enim potest aliter fieri.Sed quia facta sunt,mendacium deprehenditur quòd prædicta sint.omnino enim inconsistens est ut præmoniti uel proderent uel negarent. Verũ quia prœmissa confutata sunt, subuertitur & conclusio ista:Quia prædicta sunt hęc, facta sunt. Aimus autem,ut possibile esse factum.Et quia factum est, uerum ostenditur quòd prædictum sit.nam futurorum ueritas iudicatur ex euentibus.Falsa est igitur istius propositio:mendacium deprehendi quod de prædictione dicitur & inaniter Celsus dixit illud:omnino enim inconsistens est ut præmoniti uel negarent uel proderent. Videamus quid dicat post ea. Hæc,inquit,cũ deus esset prædixit,& omnino oportebat fieri quod prædixerat.Deus ergo suos discipulos & prophetas,cum quibus cibum & potum sumebat,eò necessitatis adduxit ut contra ius ac pietatem facerẽt: qui debuerat cùm in alios omnes esse beneficus,tum præcipue in sodales suos. & homini nemo unquã insidiatus est particeps mensæ, deo uero insidiatus est:uel potius deus insidiatus est socijs mensæ, proditores & impios faciens. Respondebimus & ad hæc,quando iubes ut ne ista quidẽ argumenta prætereã quę mihi uidentur friuola. Celsus putat quod aliquis præscius prædixit ideo fieri quia prędictum est. nos uero hoc non concedentes aimus non prędictorem causam esse futuri,sed futurum illud, quod omnino euenturum erat etiam nemine prędicente,præcognitori causam prædicendi præbuisse. Totum enim hoc in prœcognitione uatis est,cum alterutrum fieri possit,fore hoc alterum. Non dicimus præcognitorem adimere possibilitatem ut uel fiat uel non,acsi diceret ita:Hoc omnino erit,& impossibile est secus fieri:id quod in uniuersum intelligitur de omnibus quæcunq; de nobis præsciri possunt,siue iuxta diuinam scripturam, siue iuxta græcorum historias.alio qui sophisma illud quod dialectici ἀργὸν λόγον nominant,non erit sophisma Celso iudice,cum reuera sophisma sit.Quod ut intelligatur, è scripturis adducã de luda prophetias,& seruatoris nostri de ipso ut proditore præscientiam:ex grecorum uero historijs oraculum Laio redditum, sinens interim uere esse redditum,quando præsenti de luda
Psal. 34 disputationi non officit. In 108 Psalm. cuius initium est Deus laudem meã ne tacueris, ex persona seruatoris dicitur os peccatoris & os dolosi apertum est contra me. & modo obserues quæ in eo Psalmo scripta sunt, inuenies præcognitum sicut proditorem seruatoris fore, ita causam proditionis fore in ipso, ut dignus sit imprecationibus quas prophetia continet.Hæc,inquit,patiatur quia non est recordatus misericordiam facere,& persecutus est hominem mendicum & pauperem. Ergo poterat recordari faciendæ misericordiæ,nec persequi quem persecutus est.& quamuis poterat non fecit, sed prodidit,ut dignus sit diris prophetię.Grecis uero adducemus id quod dictum est apud tragicum Laio,siue totidem uerbis,siue in eandem sententiam. ei præscius futurorum sic loquitur. Ne sere sulcos procreandis liberis inuitis dijs. namsi progenueris natus te interimet.totaq; domus sanguine miscebitur.Hic quoq; intelligitur possibile fuisse Laio non serere sulcos procreandis liberis. quod ni caueret fatale erat eum pati tragica illa mala quæ feruntur de ipso & Iocasta communibusq; liberis. Huiusmodi est & sophisma illud uocatum ἀργὸς λόγος,quod ægrotum sopistice dehortatur ne sanitatis causa utatur medico hoc pacto:Si tibi fatale est è morbo resurgere, resurges siue accer

sas medicum siue non.Itidem si fatale tibi est è morbo non resurgere,non resurges siue accersas eum siue non.Ergo siue in fatis est te resurgere, siue in fatis est te non resurgere, frustra accersis medicum. Verùm sophistæ huic allusione festiua huiusmodi argumentum licebit opponere.Si tibi fatale est filios procreare, siue congrediaris cũ mulie re,siue non congrediaris, procreabis eos. Itidem si tibi fatale est non procreare filios, siue congrediaris cum muliere, siue non congrediaris, procreabis eos. Ergo siue procreare filios tibi fatale est, siue non procreare, frustra cum muliere congrederis. Nam sicut hæc quoniam absurdum & impossibile est procreare filios absq; congressu cum muliere, non frustra adhibetur congressus cum muliere: ita si reualescentia contingit ratione medicinæ,necessario medicus adhibetur: & falsum est illud,Frustra medicum accersis. Hæc autem adduximus omnia propter illud quod sapientissimus hic Celsus scripsit:Deus cum esset prædixit,& omnino oportebat fieri quod prædictum est. Si enim uocem hanc omnino, accipit pro hac Necessariò, non concedemus ei. Possibile enim erat etiam non fieri. quodsi illud Omnino, dicit pro Nihil uetat hoc uerum esse, etiamsi possibile est non fieri: non facit contra nos hæc oratio, nec consequitur, quia prædictum sit à Iesu de proditore,deq; negatore,ideo ipsum causam eis fuisse impietatis & nefarij facinoris.Sciẽs enim eius prauos mores is qui ut nos credimus nouit quid sit in homine, uidensq; quid ausurus esset propter auariciam & propter inconstantem de præceptore opinionem,dixit inter cætera & illud: Qui intinxit mecum manum in patinam, ille me proditurus est. Vide porro euidens Celsi mendacium in his uerbis: Quodsi homini nemo insidiaretur eiusdem cõuiuij particeps,multo minus deo. Quis enim nescit multos ad communionem salis & mensę admissos,pòst insidiatos suis contubernalibus? Plena est historia tam Græcorum quàm barbarorum exemplis talibus: & Parius ille iamborum scriptor exprobrans Lycambæ uiolatum fœdus quod sal & mensa conciliauerat, sic eum alloquitur: Sacramentum irritasti magnum, salemq; & mẽsam. cęterum qui toti sunt in historiarum studio posthabitis magis necessarijs quę propius ad beneuiuendi rationem faciunt, plura proferent de insidiatoribus eorum quibuscum mensam communem habuerant. Post hæc quasi re iam aptissimis consequentijs demonstrata sic pergit: Et quod absurdius est, deus ipse suis sodalibus insidiabatur proditores eos & impios faciens.Quomodo Iesus insidiatus sit, aut proditores atque impios discipulos suos fecerit,iste non potest ostendere, nisi ex hac ut illi uidebatur consequentia, quam confutare cuiuis est facillimum. Post hæc dicit: Si ita uisum est ipsi, & patri morem gerens subijt supplicium, manifestum est quòd & deo & sponte perferenti nihil eorum quæ patiebatur molestum erat aut graue. Nec uidet se loqui inter se pugnantia.Si enim concedit punitum ex sua patrisq; uoluntate,liquet q; pœnas soluerit, nec possunt infligi pœnæ absq; doloribus.nemini enim suaues sunt & optabiles.quodsi ideo dolorem abfuisse putat & cruciatum,quia non inuitus eas ferebat,quomodo punitum concedit? non intellexit iste, quòd qui semel per natiuitatem corpus assumpsit,utiq; assumpsit doloribus obnoxium,& ijs quæ molesta corpore indutis accidunt,si molesti nomine intelligimus quod nemo sibi uult. Sicut igitur sponte assumpsit corpus non alienum ab humanæ carnis natura,ita cum eo simul assumpsit quicquid ipsi dolorem affert atq; molestiam: quæ iam infligebantur ex arbitrio animi eorum,non ipsius qui patiebatur. Responsum autem est iam antea, non deuenturum fuisse in manus hominum si noluisset: deuenisse autem propter ingentem illam utilitatem quæ ex eius morte uniuerso humano generi obtigit. In sequentibus deinde uolens docere molesta illi fuisse tristitiaq; quæ patiebatur,quia naturam eorum mutare nõ poterat etiamsi uoluisset,sic loquitur: Cur igitur lamentatur & dolet,precaturq; ut exi
Matth. 26 tij metus transeat his uerbis: Pater, si fieri potest, transeat calix hic. Vide hic quoque Celsi maliciam,ut non amplectatur ueracitatem euangelistarum, qui potuerant silentio præterire quæ isti uidentur digna opprobrio, non præterierunt autem multis de causis suo loco dicendis in euangeliorum interpretatione: sed tragice accuset textum euangelij,addens quæ ibi non inueniuntur. non enim scribitur, lamentatum fuisse Iesum. Et transcribit quidem illud: Pater, si fieri potest, transeat calix hic: nec tamen apponit quod mox sequitur ad ostendendam ipsius insignem erga patrem pietatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

& magnanimitatẽ, Veruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu: ac ne illa quidẽ uerba quibus ſuã uolũtatẽ iudicio patris accõmodat, ubi obedientiã ſuã declarãs loquit ſic: Si non poteſt hoc poculum tranſire à me, niſi bibam illud, fiat uoluntas tua. Facit hic Celſus quod ſolent auditores ſcripturæ diuinæ malicioſi & impij. nam & illi non diſſimulant ſe audiſſe, imò frequenter nobis opprobrant illud: Ego interficiam: ſed nõ meminerunt huius uerbi, Ego uiuificabo: cum tota illa oratio ſignificet, homines publico malo uiuentes & exercentes maliciam interfici à deo, quibus mox ab eo reddatur uita melior ut peccato moriantur. Similiter audierunt illud: ego percutiam: ſed non item illud, & ego ſanabo: perinde acſi medicus loquatur ſecans corpus ut noxium aliquid eximat, qui tamen non in cruciatum deſinat, ſed ipſum corpus curatione integræ ualetudini reſtituat. at iſti non audiunt totum hoc, quo idem q̃ dolorẽ infert, ſanitati etiam reſtituat, ſed tantummodo quòd dolorem faciat. Ad eũdem modum Iudęus iſte à Celſo introductus poſtquam commemorauit illud, pater utinam poſſit calix hic tranſire, nihil amplius addat eorum quæ oſtendunt Ieſu conſtantem promptumq̃ ad paſſionẽ animum, uerum hæc retruſiores habentia ſenſus, aperiendos per diuinam illam ſapien
1. Cor. 2 tiam quam Paulus perfectis recte tradi ſcribit dicens, Sapientiam autẽ loquimur inter perfectos: aliquãtiſper differentes, agemus de quibuſdam præſenti negotio accommodis in mentem nunc uenientibus. Diximus & in ſuperioribus, eſſe quaſdam uoces
Ioan. 14 in Ieſu primogeniti totius creaturæ, ut: Ego ſum uia, ueritas, & uita: & his ſimiles, Alias uero hominis qui in eo intelligitur, qualis eſt illa: nunc uero quæritis me interficere hominem qui ueritatẽ uobis locutus ſum quã audiui à patre meo, ita hic quoq̃ deſcri-
Ioan. 8 bit in humana ſua natura tũ carnis humanæ infirmitatẽ, tum alacritatẽ ſpiritus. infirmitatẽ his uerbis: Pater ſi fieri poteſt tranſeat à me poculũ hoc. alacritatẽ ſpiritus illis: Veruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. Quod ſi libet ordinẽ etiã dictorũ obſeruare, attende q̃ prius ſit dictũ illud infirmitatis ut ſic uocẽ carnalis: poſterius uero ex alacritate ſpiritus illa plura, unũ enim eſt hoc: Pater ſi fieri poteſt tranſeat à me hic calix. illa uero plura: non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu: &, Pater mi ſi nõ poteſt hoc poculũ tranſire niſi bibã illud, fiat uoluntas tua. Obſeruandũ etiã hoc, nõ eſſe dictũ, abeat à me poculũ hoc: ſed pia quadã reuerẽtia nõ ſine exceptione hoc pacto: Pater ſi fieri poteſt tranſeat à me calix hic. nec me latet alia quoq̃ interpretatio huiuſmodi: q̃ uidẽs ſeruator qualia populus & Hieruſalem patient in uindictã à ludæis perpetrati contra ſe facinoris, nõ ob aliud q̃ propter beneuolentiã qua populũ illũ proſequebat uolens uitare futuram paſſionẽ, dixerit Pater ſi fieri poteſt tranſeat à me calix hic. acſi diceret: quãdoquidem propter epotũ à me hũc ſupplicij calicẽ tota gens à te deſereꝛ, precor, ſi fieri poteſt, ut tranſeat à me calix hic, ne portio mea propter audax in me facinus, omnino à te deſeratur. Cæterũ ſi, ut Celſus ait, Ieſus nihil doloris moleſtiæue ſenſit paſſionis tempore, qui poterãt eius ſectatores uti exemplo ipſius in ſuſtinendis rebus acerbis pietatis gratia, cum uiſus tantum pati, nihil humanum re uera paſſus ſit? Pergit Celſi Iudæus diſcipulos Ieſu ut taliũ narrationum confictores reprehendere, addens ne ſpeciẽ quidem ueri ſimilem eos potuiſſe mẽdacijs ſuis affingere. Ad quod reſpondebitur: facile fuiſſe uel fucare talia, uel in totum non ſcribere. quis enim niſi hæc in euãgelijs haberentur, poſſet nobis opprobrare talia locutum Ieſum in paſſione ſua? Nõ intelligit autem Celſus, non cadere in eoſdem ut decepti Ieſum habeant pro deo præmonſtrato prophetarum oraculis, & ut de eodem fingant quæ ipſi ſciant uera non eſſe. Aut igitur non finxerũt, ſed ex animo ſcribentes uera dixerunt: aut ſi falſa prodiderunt contra ſuam conſcientiam, non fuerunt decepti ut eum haberent pro deo. Poſt hæc dicit quoſdam fidelium quaſi per temulentiam permittere ſibi quiduis in mutanda ſcriptura euangelica tribus modis quatuor ue aut pluribus, ut ſic retractata poſſint negare quoties arguuntur. Equidem à nemine alio mutatum euangelium ſcio, præterquam à Marcionis & Valentini & fortaſſe Lucani diſcipulis: quod crimen non eſt euangelij, ſed eorum qui id auſi ſunt deprauare temere. Et quemadmodũ nihil ad philoſophiam crimẽ ſophiſtarũ, epicureorũ, peripateticorũ, aut quorũcunq̃ falſa dogmata profitentiũ, ita in uerũ Chriſtianiſmũ non cadit crimen deprauantiũ euangelia, nouasq̃ ſectas in Ieſu doctrinã introducentium. Et quoniam procedente oratione Iudæus iſte hoc quoq̃ Chriſtianis obiecit,

cit, quòd utantur prophetarum de Ieſu uaticinijs, præter iam ſuperius dicta reſpondebimus: debuiſſe eum, ſi ut dicit parcit hominibus, ſenſum illarum prophetiarum exponere, & prolatis ueriſimilioribus rationibus, tum demum noſtros homines ut abutentes prophetijs redarguere. Sic enim cauiſſet ne uideretur tam prolixum hoc caput nimis paucis uerbis attringere: præſertim cum ſcribat, innumeris alijs modis accipi poſſe dicta prophetica multo aptius et ueriſimilius quàm ſi ad Ieſum referantur. Debuerat etiam contra Chriſtianorum ualidiſſimas rationes ſtare fortiter, & accurate per ſingulas prophetias declarare, quomodo melius quadrent alijs quàm noſtro Ieſu, quantoq̃ probabilius. Sed non intelligit quòd hæc ſi fuiſſent contra Chriſtianos dicta a quopiã alieno à ſcripturis propheticis, fortaſſe ueriſimiliora fuiſſent. Nunc Celſus uerba Iudęi perſonæ affingit quæ Iudæus nunquam diceret. non aſſentiet enim Iudęus, innumeris aptari poſſe prophetica dicta probabilius quàm Ieſu: ſed per ſingula ſuam aliquam interpretationem proferens conabitur eam à Chriſtianis receptæ opponere, non omnino credibilia dicens, operam tamẽ dans ut hoc faciat. Diximus autem iam antea quomodo prophetatum ſit de duobus Chriſti ad humanum genus aduentibus: quamobrem non opus eſt ut reſpondeamus Iudæo dicenti, præpotentem quendam regem & uniuerſæ terræ omniumq̃ generum atq̃ exercituũ dominum à prophetis prænunciari eum qui uenturus eſt. Illud ſatis Iudaicum eſt & ſtomachationi eorum conueniens, quòd omiſſis demonſtrationibus mauult conuicijs Ieſum impetere. quòd autem dicit tam peſtilentum nunquam prænunciatum: nec Iudæus nec Celſus nec alius quiſquam docere poterit, quòd peſtilentus tam multos homines à uiciorum colluuie traduxerit ad uirtutum ſtudium, uitamq̃ temperanter iuxta naturæ præſcripta degendam. Adiecit Celſus & illud: Deum autem deiq̃ filiũ nemo ex talibus ſignis & rumoribus tamq̃ frigidis argumentis approbat. Debuerat autem iſtos rumores protractos falſitatis arguere, frigidaq̃ iſta argumenta cõfutare rationibus: ut ſi uideretur afferre aliquid ueriſimile, haberet Chriſtianus contendendi materiã, & conandi rationes eius ſubuertere. quæ autẽ mox de Ieſu ſequuntur ut de magno uiro dicta ſunt: ſed noluit agnoſcere euidentiſſimam eius claritatem & amplitudinem: Quemadmodum ſol, inquit, omnes alias res illuſtrans, primum ſeipſum oſtendit, ſic oportebat facere dei filium. Poſſumus dicere: feciſſe etiam. Exorta eſt enim in diebus eius iuſticia, & multitudo pacis facta eſt mox ex quo natus eſt, præparante deo gentes ad eius doctrinam, ut omnes parerent uni Romanorum regi, néue propter multitudinem regnorum interruptis gentium commercijs difficilius fieret Ieſu apoſtolis illud mandatum ipſius. Euntes docete
Matth. 28 omnes gentes. Conſtat autem Auguſto regnante Ieſum natũ, qui princeps quaſi com
Luc. 2 planauit pleraq̃ terrarum uno regno inducto: fuiſſet enim impedimentum quominus diſtribueretur doctrina diſcipulorũ Ieſu in omnem orbẽ, ſi multa regna fuiſſent, nõ ſolum prædictas cauſas, ſed quia propter bella militandũ fuiſſet omnibus pro ſua cuiq̃ patria, ſicut ante Auguſti ſeculum & ſuperioribus tẽporibus, quando Athenienſibus bellum erat cum Peloponneſijs, & alijs ſimiliter cum alijs gentibus. Quomodo igitur pacifica illa doctrina, & ne uim inimicorum quidem repelli permittens, potuiſſet inualeſcere, niſi res orbis aduẽtu Ieſu mutatæ fuiſſent in mitius. Poſt hæc Chriſtianos incuſat quaſi ſophiſtice argutantes dũ filium dei uerbũ ipſum eſſe dicunt: putatq̃ graue crimen, quòd uerbũ pollicitũ pro dei filio, mox repræſentamus non uerbũ purũ ac ſanctum, ſed affectũ ignominioſiſſimo ſupplicio hominẽ, flagris cæſum, & in crucẽ actũ. De his quoq̃ ſuperius cõpendio reſponſum eſt Celſi calũnijs, ubi oſtenſum eſt omnis creaturæ primogenitũ aſſumpſiſſe corpus & animã humanã, & mandato dei creatas eſſe tã multas creaturas, & id mandatũ accepiſſe deũ uerbũ. Et quoniã Iudæus eſt qui
Pſal. 126 apud Celſum loquit, non abſurde utemur illo dicto: Emiſit uerbũ ſuũ & ſanauit eos, et liberauit eos à corruptionibus eorũ: cuius & ſuperius mentionẽ fecimus. Ego ſanè cũ multis Iudæis, eiſq̃ ſapientibus habitis cõflictatus, neminẽ audiui cui probareꝛ uerbũ eſſe filiũ dei: quod Celſus dicit, Iudæi ſui perſonã ſic loqui faciens: Si uerbũ eſt uobis filius dei, nobis quoq̃ probatur. Diximus aũt iã antea, nec iactatorẽ nec preſtigiatorem poſſe haberi Ieſum: ideo neceſſe nõ eſt eadẽ repetere, ne Celſo reſpondẽdo referamus & ipſi eius battologiam. Carpens deinde genealogiam, illa quidem quæ & apud Chri

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtianos in diſquiſitionem ueniunt,& à quibuſdã reprehenduntur quaſi diſcrepantibus genealogijs,nequaquam memorat:neſciebat enim iſte uere iactator Celſus, profeſſus ſe ſcire Chriſtianorum omnia, prudenter hæſitare in ſcripturis:ſed dicit nimis ſibi placere genealogiæ textores, q̃ primum Iudæorum regem caput ſtemmatis Ieſu faciant: & uidetur ſibi magnum aliquid inferre, quòd fabri uxor tantum generis ſui principem ignorauerit. Quid enim hoc ad rem? Quid ſi non ignorauit, quid refert? Sed fac ignoraſſe, unde tibi de hoc cõſtat? nonne oriunda erat à primo homine? & quid uera illam ſanguine coniunctam fuiſſe primis regibus? niſi forte Celſus neceſſarium putat, pauperum omnes maiores fuiſſe pauperes, aut regum omnes reges. Itaq; non libet his fruſtra immorari, quandoquidem manifeſtum eſt & noſtris temporibus quoſdam è diuitibus & illuſtribus factos pauperiores Maria, & contrà ex obſcuriſſimis reges præſidesq; gentium. Addit: quid aũt magnificum Ieſus fecit tanquam deus è ſublimi deſpiciens homines, & ludens irridensq; id quod ſibi accidit? Huic perconctatori quid reſpondere debemus, etiamſi poſſimus proferre mirificam rem quæ in paſſione accidit, uel ex euangelijs, quando terra mota Petræ ſciſſæ ſunt, monumenta aperta, uelum templi ſciſſum à ſummo uſq; ad imum, tenebræ interdiu ſole deficiente factæ ſunt. Quodſi Celſus credet euangelijs quoties ei uidentur contra Chriſtianos facere, eiſdem aſſerentibus Ieſu diuinitatem nolet credere, dicemus ei: heus tu, aut in uniuerſum eis non crede, & criminari deſine: aut ſi credis omnibus quæ continent, admirare ſermonem dei factum hominem, eo conſilio, ut prodeſſet uniuerſo humano generi. magnificum uero Ieſu opus extat hodieq;, dum hodieq; male affecti ſanantur eius nomine quos deus ſanari uult. De defectu autem ſolis ſub Tiberio Cæſare, quo imperante Ieſum conſtat crucifixũ, deq; magnis eius temporis terræmotibus etiam Phlegon ſcripſit in decimo tertio, aut ni fallor decimoquarto chronicorum uolumine. Ludens autem ut ipſi uidetur in Ieſum Iudæus Celſi agnoſcit Euripidis Bacchum dicentem: Deus me ſoluet, ipſe cum uoluero. Atqui Iudæi non ſolent curioſi eſſe in græcorum literis. Sed fac aliquem Iudæorum tam literatum fuiſſe, num ideo Ieſus quia ſeipſum non ſoluit, ne ſoluere quidem potuit? Aut enim credendum eſt Celſo quod in meis ſcripturis habetur, Petrum uinctum in cuſtodia ſoluente uincula angelo egreſſum, & Paulum unà cum Sylà Philippis Macedoniæ lignea compede aſtrictum, ſolutum diuina uirtute, quando fores quoq; carceris apertæ ſunt, quamuis Celſus iſta rideat, aut nequaquam legit hanc hiſtoriam. alioqui dixiſſet magicis carminibus uincula ſoluta reſeratasq; fores, ut res noſtras communes faceret præſtigiatoribus. Sed ne condemnator quidẽ eius tale quic quam paſſus eſt, quale Pentheus in furorem uerſus aut dilaceratus. Neſcit aũt nõ tã eũ condẽnatũ à Pilato, q̃ ſciebat per inuidiã à Iudæis traditũ, q̃p à gẽte ipſorũ Iudæorũ: quę utiq; condẽnata eſt à deo, lacera et per uniuerſam terrã ſparſa magis q̃ mẽbra Penthei. Cur aũt ſponte præterijt quæ ſcripta ſunt de uxore Pilati inquietata ſomnijs, ita ut marito dici iuberet: Nihil tibi cũ uiro hoc iuſto: nã multa paſſa ſum hodie in ſomnis ꝓpter eũ. Ac rurſus tacens quæ oſtendũt Ieſu diuinitatẽ, Celſus probra in eũ iacit, ex ſcriptis euangelicis proferens ludibria coccineæ chlamydis, coronęq; ſpineæ, & in manũ datæ arũdinis. Vnde hæc Celſe didiciſti, niſi ex euangelijs? Ergo tu uidebas hæc exprobratu digna: illi uero q̃ ea ſcripſerũt nõ intelligebãt tibi quidem deriſui fore tuiq; ſimilibus alios uero exẽplũ inde ſumpturos cõtemnẽdi deriſores & uituperatores eorũ q̃ ꝓpter pietatẽ libenter mortẽ obeunt. Mirare potius eorũ ueracitatẽ, ipſumq; q̃ ſpõte hæc paſſus eſt ꝓ hominibus, ſummaq; lõganimitate ac tolerãtia pertulit: nuſquã em̃ ſcriptũ eſt q̃ lamẽtatus ſit poſt cõdẽnationẽ, aut abiectè quicquã fecerit uel dixerit. Ad illa uero uerba: cur nõ ſi minus antea, nũc ſaltẽ diuinitatẽ ſuã exerit, & ex hac ignominia ſeipſũ eximit, & iniurios tã in ſe q̃p in patrẽ tractat ꝓ merito: Dicendum ſimiliter poſſe rogari Græcos q̃ ꝓ uidẽtiã aſſerũt & ꝓdigijs aliquid tribuũt: quid ita deus nõ animaduertit in impios tollẽtes ꝓ uidentiã numinis? Quicqd em̃ Græci ad hæc reſpõderint, nos quoq; ſimilia uel meliora reſpõdebimus, q̃n et ꝓdigijs cœleſtib. defectu ſolis cęteriſq; miraculis ſatis declaratũ eſt diuinũ aliquid nec uulgare in crucifixo fuiſſe. Pergit Celſus, quid crucifixi, cruor, qualis diuis manat ille beatis. Ludit q̃dẽ iſte, nos tamẽ è ſerijs euãgelijs uel inuito Celſo ꝓferemus cruorẽ nõ fabuloſum et Homericũ fluxiſſe ex eius corpore: ſed

ſed illo iã mortuo unũ è militibus lãcea latus ipſius pupugiſſe, moxq; inde ꝓmanaſſe aquã atq; ſanguinẽ. & qui uidit teſtatus eſt, & uerũ eſt teſtimoniũ eius, & ille ſcit quia uera dicit. In alijs mortuis corporibus ſanguis cogitur, nec aqua limpida ex eis promanat: ex Ieſu autem mortui corpore, ne tunc quidem ceſſantibus miraculis, ſanguis & aqua profluxit è latere. Cæterum ſi calumniator iſte Ieſu Chriſtianorũq;, arbitratu ſuo uoculas excerpens ex euangelijs deprauansq;, quæ uero ad aſtruendam illius diuinitatem faciunt diſſimulans, uult audire diuina miracula, legat euangelium, & uidebit centurionem quoq; cum cohorte Ieſum aſſeruante conſpecto terræmotu cæteriſq; prodigijs territos exclamaſſe: Dei Filius erat hic. Poſt hæc rurſus euangelicarum uocum excerptor, quas mox calumnietur, putat ſe inueniſſe quod Ieſu obijciat, uidelicet fel & acetum, quod ille toto gutture auide hauſerit ſitis impatiẽs, quam ſæpe uulgares homines perferant. Hæc res quamuis propriam habeat tropologiam, nunc communi illa reſponſione defendi poteſt: hoc quoq; à prophetis eſſe prædictum. Scriptum eſt enim in ſexageſimo octauo Pſalmo ex perſona Chriſti: Et dederunt in cibum meum fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Aut dicant Iudæi quis eſt qui hæc apud prophetã loquitur, & oſtendant ex hiſtorijs aliquem pro cibo felle paſtũ potatumq; aceto: uel perfricta fronte dicant, ad illum uenturum ut putant ipſorum Meſſiam hæc pertinere: ut nos reſpondeamus, Quid igitur uetat quominus iã nunc credamus hoc cõpletũ, quod tanto ante per ſacros uates prædictũ ut cætera, candidum examinatorẽ permouere poteſt ut aſſentiat, hunc eſſe illũ prophetarũ oraculis prænunciatũ dei filium. Poſthæc ulterius nos ſic Iudæus alloquitur: Hoccine nobis obijcitis ô fideliſſimi, q̃ hunc pro deo non habeamus, nec uobis aſſentiamus ad hominũ utilitatẽ hæc illũ paſſum, ut & nos pœnas contemnamus? Et ad hæc reſpondebimus, accuſari à nobis Iudæos, innutritos legi atq; prophetis Chriſtũ prænunciãtibus: quia neq; argumenta quibus hũc eſſe Chriſtũ oſtendimus diſſoluũt ad excuſandã incredulitatẽ ſuã: neq; cũ diſſoluere nõ poſſint, credunt manifeſte prænũciato per prophetas: qui poſt aſſumptã carnẽ diſcipulos ſuos docuit, propter hominũ utilitatẽ hæc ſe tuliſſe: quippe qui primo hoc aduentu non in hoc uenerit ut nos priuſ iudicaret quàm doceret quid faciẽdũ ſit, nec ut malis pœnas, bonis ſalutẽ repręſentaret: ſed ut mirifice ſeminaret doctrinã ſuã in totũ humanum genus nõ ſine diuina quadã potentia, quemadmodũ prophetæ & hoc prædixerant. Præterea crimini damus eis, quia potentiã ſuã declaranti non crediderũt, ſed in Belzebub principe dæmoniorũ dixerũt eũ eijcere dæmonas ex anima hominũ. Item, quia humanitatẽ eius qui nullã non Iudæę ciuitatẽ, nullũ non uicũ prædicatione regni dei digna tus eſt, ſpargens eã ubiq;, calumniant̃ ut erronis uagationẽ in ignauo corpore. non eſt enim ignauũ tantos labores ſibi ſumere in gratiã hominũ ubiuis ex doctrina eius audita ad meliorẽ frugem cõuerti ualentiũ. Iam uero illud quod mox Celſi Iudæus dicit manifeſtũ eſſe mẽdacijũ: q̃ ille cũ nemini dũ uiueret perſuaſiſſet doctrinã ſuã, ac ne ꝓprijs quidẽ diſcipulis, pœnas ac crucẽ paſſus ſit. Quomodo enim Iudæorũ pontifices, ſenio res, & ſcribę inuidẽtes ei cõmoti ſunt cõtra eũ, niſi q̃ turbas perſuaſas trahebat poſt ſe uel in deſerta, nõ ſolũ allectas ſermonibus ad captũ ſuũ accõmodatiſſimis, uerũ etiam attonitas miraculoſa potentia, efficaciore quàm ſit ulla facũdia. Æque manifeſtũ mendacium eſt quod addit, ne diſcipulis quidem ſuis eũ perſuaſiſſe: qui paſſi quidem ſunt per infirmitatẽ humanum aliquid: non dum enim erant exercitati ad fortitudinem: nõ tamen mutauerunt ſuum de Chriſto iudicium. Nam Petrus ſtatim poſt negationẽ ſentiens in quantum malum prolapſus ſit, egreſſus foras fleuit amare, reliqui mœrore perculſi, ut qui etiam tum eum mirabantur, mox in fide confirmati ſunt per ipſius apparitionem, firmius quàm ante credentes eſſe dei filium. Hic Celſus parũ philoſophice opinatur præſtantiam hominis non in doctrina ſalutari moribusq; puris conſiſtere: ſed in eo, ſi perſonę ſuſceptæ non reſpondens mortalitate aſſumpta nõ moriatur: aut moriat quidẽ, ſed nõ ea morte, quæ exemplo eſſe alijs queat, ut re ipſa docti pro pietate mori haudquaquã grauent̃, liberęq; prædicent pietatis & impietatis diſcrimẽ ignorãtibus, oſtendendo maximam impietatem eſſe quam pietatem putant iſti, falſi ſuis de deo cogitationibus, & quiduis potius colentes quàm uerum deum, cum ſibi uideantur interim egregie pij, præſertim quoties ad mortem adigunt homines ſummo & manifeſtiſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

simo deo dicatos. Pergit accusare Iesum Celsus ex persona Iudæi, quòd se nõ ostẽderit purum à malis omnibus. dicat Sermo iste Celsi, à quibus malis Iesus purum se nõ ostenderit? Si enim à proprie malis negat eum purum fuisse, proferat palam malum eius factũ aliquod. quodsi mala uocat, paupertatem, crucem, insidias quibus petitus est, dubio procul & Socratem fatebitur malis fuisse obnoxium: nec enim ab his immunem ostendere poterit. Quantus porro sit chorus pauperum, qui apud Græcos philosophiam cũ spontanea paupertate complexi sunt, uulgatum est apud Græcos ex ipsorum cõmentarijs, in quibus Democritum prædia sua pecoribus reliquisse compascua: Cratetem quo liberius philosopharetur largitum populo Thebano pecuniã quam ex bonis suis uenditis confecerat. Sed & Diogenes præ nimia frugalitate habitabat in dolio: nec tamen à quoquam uel mediocriter prudente hac de causa habebatur malis obnoxius. Præterea quia Celsus contendit ne irreprehensibilem quidem fuisse Iesum, ostendat quispiam ex ijs qui præclaro istius Sermone delectantur, ubinam uere scripserit eũ fuisse reprehensibilẽ. aut si aliquid præter iam dicta reprehendendum ducit, profiteatur undenam didicerit eum esse reprehensione dignũ. certè promissionibus suis fidem fecit exhibitis magnis cõmoditatibus omnibus his quotquot ipsi præbuerũt se dociles, præsertim cum quotidie uidentes impleri quę tanto ante per eũ prædicta fuerant: quale est illud, fore ut prædicetur euangelium in toto mundo: & illud de profectione discipulorum in omnes gentes ad annunciandum eis uerbum ipsius. præterea q̃ ducendi essent ad præsides atq; reges, nullã aliam ob causam, quàm ob professionem doctrinę Christianę, admiremur ipsum, & in dies confirmemur in fide ac fiducia. Equidem non uideo quibus maioribus argumẽtis fidem illi astrui Celsus postulet: nisi quòd apparet ignorasse eum dei uerbũ factum hominem Iesum, ac proinde uoluisse ut nihil humanũ pateretur, nec fieret hominibus exemplũ aduersitatũ perferẽdarũ fortiter: nimirum q̃ Celso hæc uideantur probrosissima atq; miserrima, ut qui dolorem pro malo maximo, uoluptatẽ q̃ absoluto bono habeat: quod nemo unquã philosophus, existimauit dũtaxat ex his qui quidẽtiã asserũt, et fortitudinẽ tolerantiã, magnanimitatẽ inter uirtutes numerant. Non fecit igit̃ Iesus fidẽ suam irritã per ea quæ passus est, sed magis cõfirmauit in uiris fortibus, qui ex eo didicerunt proprie uereq; dictã uitã illam beatã non esse hic, sed in uenturo ut ipse dicebat seculo: cæterũ in præsenti (ut uocaũ) seculo uiuere calamitatẽ esse, & certamẽ animæ maximũ. Post hæc sic nobis loquit̃: certè nõ dicetis eũ, cũ non posset hæc uiuentibus persuadere, profectũ ad inferos ut persuaderet illic agentibus. Imò uel ipso inuito aimus illũ & in corpore tã multis persuasisse ut ea de causa insidijs petitus sit, & exutam corpore animã cũ alijs animabus similiter exutis habuisse colloquia, ut cõuerteret etiã ex illis quotquot essent dociles, aut propter certas rationes ipsi notas magis ad hoc idoneæ. Deinceps uero nescio quomodo ualde stulte loquitur: Si ridicule decepti putatis uos uere defensos excogitatis quibusdam absurdis defensionibus, quid uetat & alios quotquot damnati perierunt misere, haberi pro magnis & diuinis angelis? Quod Iesus passus quę de illo sunt prodita omnino dissimilis sit misere damnatis propter maleficas artes aliaue crimina, cuiuis manifestũ est. nemo enim potest ostendere magicis artibus animas hominũ conuersas à peccatis & uitiorum colluuie. Et quoniam cum latronibus eum conferens Celsi Iudæus ait, posse aliquem similiter perfricta fronte etiam de latrone ac homicida dicere: hic non latro sed deus erat: prædixit enim latrociniorum socijs passurum si quæ passus est: respondeti, potest, Primum non ideo quòd hæc prædixerit se passurum, credere nos de Iesu quę profitemur libere, uenisse ipsum missum à deo, Deinde fatemur hæc iam dudum prodita in euangelijs, cum iniquis reputatum esse deum apud iniquos, latronem propter homicidium uinctum dimitti sibi malẽte, Iesum uero crucifigi, quem mox in crucem affixerunt inter duos latrones: sicut semper apud ueros Iesu discipulos & ueritatis testes legitur cum latronibus damnatus ab hominibus & eodem affectus crucis supplicio. & dicimus: si hi simile quidquam habent latronum moribus, ac non propter pietatem erga rerum opificem conseruandamq; sinceram & puram Iesu doctrinam cruciatus omnes mortesq; omnes perferunt, manifestũ est & ipsum Iesum doctrinę huius autorem probabiliter à Celso cõparari latronibus. Verum nec hi qui propter pietatẽ patiuntur, & soli hominum propter agnitã diuini cultus rationẽ exagitantur, necãtur sine

fine persecutorũ suorum scelere: & ille omnium bono mortuus, per summã Iudæorũ impietatẽ insidijs eorũ de medio sublatus est. Nũc aduerte quid addat de familiarib. le su discipulis: Ergo illi cũ uiuo conuersati, & uocis ipsius doctrinæq; auditores, pœnas dantẽ & morientẽ uidentes, nec cũ eo nec pro eo mortui sunt, nec induci potuerũt ut pœnas contemnerent, malentes abnegare magistrum, uos uero nunc ei commorimini? Hic quoq; peccatum discipulorum etiam tum imperfectorũ decerpit ex euãgelijs uerum esse credens ut doctrinam criminetur: cæterum quomodo post peccatum emẽdati libere coram Iudæis prædicauerint, multasq; iniurias ab illis perpessi ad ultimum pro confessione Iesu doctrinæ necati sint, id uero silentio præterit. nam nec illud audire uoluit quod Iesus prædixit Petro: Vbi uero senueris extẽdes manus tuas, & cætera quæ sequũt̃ in scriptura: hoc aũt dicebat significãs qua morte glorificaturus esset deũ: nec quòd Iacobus frater Ioannis, apostolus apostoli frater, gladio cæsus sit ab Herode propter uerbum Christi: sicut nec illa quæ libere pro hac doctrina locuti sunt Petrus cæteriq; apostoli: & quomodo à facie concilij digressi sunt flagellati, gaudentes quòd digni habiti essent qui paterentur ignominiam pro hoc nomine, longeq; à tergo relinquentes omnes philosophos quorum fortitudo atque tolerantia celebratur Græcorum historijs. Fuit ergo iam inde à principio præcipua pars euangelicæ doctrinæ, ut sectatores eius uitam istam uulgo expetitam contemnerent, darentq; operam ut quam proxime ad diuinam uitam accederent. Iam illud an non de eo mentitur Celsi Iudęus, quòd doctrinam aggressus decem solos nautas & publicanos perditos attraxerit, ac ne his quidem omnibus persuaserit. Manifestum enim est uel ipsorum Iudæorum cõfessione non decem solos uerbis eius fuisse captos, nec centũ nec mille, sed nũc quinq; milia simul, nunc quatuor milia, atq; sic attractos ut in solitudines usq; illum sequerentur, inaccessas omnib. præter multitudinẽ credẽtiũ deo per Iesum, ubi non solũ uerbis eos docebat, sed & operib. Cęterum qm̃ eadẽ iterũ atq; iterũ repetit, cogit nos quoq; similiter facere, ne uideamur criminationẽ aliquã præterire silentio. Itaq; ut hic etiã sermonis eius ordinẽ sequamur: Si, inqt, ipse uiuens nemini persuasit, post mortẽ aũt eius quicũq; uolũt tã multis persuadẽt, an nõ est per q̃ absurda res? cũ debuisset seruata cõsequẽtia dicere: si eo mortuo tã multis persuadẽt nõ qui uolũt simpliciter, sed quiuolũt & possunt, quãto probabilius est ipsum in uita uersantẽ inter homines multo maiori multitudini persuasisse tã efficacib. sermonib. & operib. Ac mox interrogat nos. Quanã ratiõe inducti existimatis eũ dei filiũ? & ipse sibi ex nostra persona respõdet, ea nos ratione inductos q̃ sciamus passionem eius factam ad destructionẽ autoris et parentis omnis maliciæ. atqui et alijs innumeris argumentis inducti sumus, quorum exiguam partẽ superius exposuimus, atq; etiam exponemus deo fauente, non solũ in hoc cõtra Celsum tractatu, uerũ in alijs quoq; plurimis. Et perinde ac si diceremus ideo credi eũ à nobis dei filiũ quia passus sit, rogat, Quid igit̃, an nõ & alij multi passi sunt nõ minus fortiter? Qua in re Celsus idẽ facit q̃ inimicorũ nostrorũ uilissimi, q̃ legentes crucifixi Iesu historiã, colligũt inde nos ueneratione exhibere in crucẽ actis omnibus. Illud nõ nouũ est Celso, dũ nõ ualet uirtutib. quæ à Iesu factæ produnt̃, resistere in faciẽ, calũniari eas quasi prestigias: ad q̃ iã sæpe respõdimus ut potuimus. Addit ex nostra persona ipse sibi respõdens. ideo nos putare eũ esse dei filiũ, q̃ claudos & cæcos curauit, & q̃ resuscitauit mortuos: sicut uos (ingt) creditis. Certe q̃ claudos cæcosq; sanauit, ideo q̃ Christo dei filio habẽdũ, cõstat ex illis, q̃ phetijs. Tũc aperiẽt̃ oculi cæcorũ, et aures surdorũ audiẽt̃: tũc saliet claudus ut ceruus. Quod aũt & mortui resuscitati sint, nec hoc esse figmẽtũ euãgelistarũ, uel inde apparet, quia si figmentũ esset, potuissent multos eius iussũ resurrexisse scribere, eosq; humatos lõgo tẽpore. Sed qm̃ figmẽtũ nõ est, de ualde paucis narrat̃: de archisynagogi filia de qua incertũ cur dictũ est nõ mortuã sed sopitã esse, q̃ ea haberet quiddã peculiare præ cæteris mortuis: de unico uiduæ filio, quẽ miseratus uitæ restituit iussis baiulis cõsistere: deq; tertio Lazari quatriduano tum cadauere. Proinde dicemus aduersarijs paulo candidioribus, præcipue Iudæo: sicut multi leprosi erant in diebus Elisæi prophetæ, nemo tamẽ eorũ mundatus est prẽter Naimanem Syrũ: & multæ uiduæ erant in dieb. Eliæ, ad nullã tamẽ propheta missus est nisi ad illã Sareptanã in agro Sidonio: diuino enim iudicio habita est digna miraculo quod in panib, cõtigit: ita multi mortui erãt in diebus Iesu, soli tamẽ resuscitati

Esa. 35

Matth. 9
Luc. 7
Ioan. 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint illi quos dei uerbũ sciebat dignos resurrectione: ut ea domini facta nõ solũ figuræ
essent rerũ quarundã sed iã tum allicerent multos ad euangelicã doctrinã miraculi ra-
ritate atq; magnitudine. Ausumq; dicere iuxta magistri promissionẽ maiora etiã feciſ
se discipulos, quàm quæ tũc Iesus externis sensib. exhibuit. semper em̃ aperiunt̃ cæca-
rũ animarũ oculi, & aures quę antè surdæ præceptis de uirtute fuerãt, dociles reddunt̃
audiendo uerbo dei, atq; æternæ uitæ promissionib. multi prẽterea claudicãtes pedib.
interioris ut scriptura nominat hominis, nũc sermone diuino sanati saliũt nõ simplici-
ter, sed sicut ceruus infestũ serpentib. animal, & omni uiperarũ uirulentia potentius: tũ
hi ipsi claudi iã sanati accipiunt à Iesu potestatẽ calcãdi eisdẽ pedib. quibus antea clau
dicauerant serpentũ & scorpiorũ malicią, atq; adeo uniuersam inimici illius potẽtiam,
eamq; calcant impune. nã & ipsi facti sunt fortiores omni malicia uenenoq; dæmonũ.
Iesus certe auertens discipulos non ab istis incantatorib. qui uarijs modis pollicent̃ mi
racula sed ab illis qui haberi postularent pro Christo dei filio, & præstigijs ad se disci-
Matth. 24 pulos Iesu allicerent, interdũ sic loquit̃: Si quis uobis dixerit, Ecce hic Christus aut il-
lic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabũt signa ma
gna & prodigia, ita ut in errorẽ inducant̃, si fieri possit, etiã electi. ecce prædixi uobis.
Si ergo dixerint uobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralib. nolite crede
re, sicut enim fulgur exit ab oriente & apparet usq; in occidentẽ, ita erit aduentus filij
hominis. interdũ uero sic: Multi dicent mihi in illa die: Domine domine, nónne in no-
mine tuo comedimus, & in nomine tuo bibimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, multasq; uirtutes patrauimus: & dicã eis: discedite à me, quando quidẽ iniquita-
tis estis operatores. At Celsus confundere uolens miracula Iesu cum hominũ præsti-
gijs ad uerbũ hæc dicit: ò lucem & ueritatẽ, suis uerbis suaq; uoce profiteꝫ, quemadmo
dum uestræ scripturæ testantur, aduenturos ad uos alios quoq; cũ similibus præstigijs
homines maleficos & præstigiatores: & Satanam uocat quendã qui harũ autor erit ar-
tium: atq; ita ne ipse quidem inficiat̃ ista nihil diuinitatis habere, sed esse maleficorũ o-
pera, & ueritate cogente suas simul & aliorũ artes detexit. An nõ igit̃ miserabile est &
indignum, ex eisdem operibus hunc quidẽ deum, alios uero præstigiatores existima-
ri. Cur enim ex huiusmodi artibus coniecturam sumẽtes alios potius malos credamus
quàm hunc, uel ipsius testimonio? certe ipse fassus est hæc non tã diuinæ naturæ quàm
impostorum & sceleratorum hominũ esse indicia. Considera an non manifeste depre
hendat̃ Celsus hoc loco malicioſe sermonẽ deprauans, cũ aliter Iesus loquatur de uen
turis signorum & prodigiorum patratoribus, aliter iste à Celso introductus Iudæus. Si
enim simpliciter monuisset discipulos, cauerent sibi à miraculorũ ostentatoribus, nec
addidisset quem'nam se esse iactabũt, fortasse locũ habuisset istius suspicio. Quoniam
uero hi quos caueri uult Iesus pro Christo se haberi uolunt, cꝫ non faciunt præstigiato
res, sed potius Iesu discipulos maleficis artibus aiunt miracula patrare & ejicere dæmo
nia: imò si sic loquẽdum est, amouet̃ hoc loco omnis magicarum uanitatum suspicio,
cõmendaturq; Christi & eius discipulorum diuina potentia, sub cuius tamen nominis
prætextu & alij pro Christo se uenditare possent, qui longe diuersa potẽtia in ipsis o-
perante similitudinem quandam germanorum Christi discipulorũ prę se ferẽtes: quod
2. Thess. 2 & Paulus in secunda ad Thessalonicenses epistola indicat, quõ reuelabitur homo ille
sceleroſus filius perditus, qui est aduersarius, & effertur aduersus omnem qui dicitur
deus aut nũmẽ, adeo ut in templo dei sedeat, ostẽtans seipsum esse deũ: & rursus Thessa-
lonicensib. dicit: & nũc quid detineat scitis, nẽpe ut ille reuelet̃ in suo tẽpore. nã myste
riũ nunc agit iniquitatis, tantũ qui tenet in præsentia teneat, donec è medio tollat̃: &
tunc patefiet iniquus ille, quem dñs conficiet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduẽ
tus sui: cuius est aduentus secundũ operationẽ Satanæ cũ omni potentia & signis ac ꝓ
digijs mendacib. & cũ omni deceptione iniusticiæ in ijs qui pereũt: additq; causam cur
permittat̃ scelestus ille in uita uersari: eo quòd dilectionẽ ueritatis non receperunt in
hoc ut salui fierẽt: & propterea mittit illis deus efficaciã illusionis, ut credãt mẽdacio,
ut iudicent̃ omnes qui non crediderunt ueritati, sed approbauerũt iustitiam: dícat no-
bis aliquis si potest, quid ex his euangelicis dictis, aut etiam apostolicis, possit præbe-
re materiam suspicionis de maleficis artibus & damnatis, de quibus hoc loco prædici-
tur.

tur. Licebit autẽ cuiuis uolenti ex Daniele quoq; excerpere prophetiã quæ est de an- Dan. 8
tichristo. cæterum mendaciũ inest in deprauatione uerborũ Iesu. non em̃ dixit uẽturos
alios malos & præstigiatores, usurosq; simili potentia: ꝙ iste dictum interpretat̃. Quẽ-
admodum enim incantatorũ Ægyptiorum potentia non erat similis mirificæ Moysis
gratiæ, sed hanc diuinitus accepiã exitus declarauit, illam uero fuisse meras præstigi-
as: sic antichristorũ & ad similitudinẽ Iesu discipulorũ uirtutem suam exerere conan-
tium miracula prodigiaq; appellanda mendacia, omni deceptione iniusticiæ ad perden
dos homines efficacia: miraculorum aũt Christi eiusq; discipulorum fructus erat non
deceptio, sed salus animarũ. quis enim probabiliter diceret emendationẽ uitę quotidi
anosq; à uicijs ad uirtutem profectus nasci è deceptionibus. Nec omnino ignorabat
Celsus scripturã, dum Iesum ait dixisse ꝙ istæ machinationes erant Satanæ: & uelut ar
repta occasione subinfert, nec ipsum Iesum negare in his operationib. nihil diuinũ in-
esse, sed esse eas malorũ hominũ: sub idẽ genus cogẽs quæ sunt diuersissimi generis. &
quẽadmodũ lupus nõ est eiusdẽ cũ cane generis, rametsi uideat̃ in corporis figura &
uoce habere quiddã simile, neq; palũbes eiusdẽ cum colũba: ita longe aliud est ꝙ uirtu
te dei perficit̃ q̃ quod præstigijs magicis. præterea quo magis coarguamus Celsi mali
cią sic eũ interrogabimus: Ergo uirtute malorũ dæmonum fiãt quædã miracula, à diui
na uero illa & beata natura nullũ edit̃? & cũ deteriora extent in uita hominũ, nõ capit
hæc meliora? id ꝺd mihi uideꝫ posse dici de reb. omnib. ubicũq; deterius aliqd præsti-
tioris generis refert quãdã similitudinẽ, ibi à cõtrario prẽstãtius etiã esse: atq; ita è præ-
stigiatorũ miraculis colligimus, necessario esse alia quæ diuina uirtute patrent̃ in uita
hominũ. & cõsequẽs est aut utrũq; negari, neutrũ concedendo, aut si alterũ concedat̃
præsertim deterius, fateri etiã id ꝙ est prẽstãtius. ꝙ si qs fateret̃ ꝓdigiosa miracula fie-
ri, negans ulla patrari diuinitus, ꝓinde facere uideret̃, ac si fassus sophismata quędã esse
ratiõesq; ꝓbabiles, quędã ueri similitudine, cũ tñ nihil ueritatis habeãt, negaret extare
apud homines alias ueras & dialecticas lõgeq; diuersas à sophismatib. Quod ũ semel
admittimus, manifeste existẽre in reb. arte magica, quæ per maleficos homines genios
malos curiosis carminib. delinitos eliciat ad patrãda miracula, cõsequẽs esse ut etiã di-
uinæ uirtutis operationes inueniãt̃ inter homines, quin certis indicijs examinamus ꝓ
missores taliũ miraculorũ: uidelicet desumptis ex eorũ uita moribusq;, tũ ex miraculo
rum ipsorũ effectibus, dispiciẽdo afferant ne damnũ hominibus, an correctionẽ mo-
ribus, ut sciamus quæ nã uel ab incantatore fiant ministerio dæmonũ, uel ab anima pu
ra sanctaq; & afflata diuino spiritu, cuius etiã corpus ex eiusdẽ spiritus cõmercio ad u-
tilitatẽ institutionẽq; hominũ sit efficax, et ad confirmandã ueram fidẽ in deũ. Quod si
nõ sunt ꝓbanda miracula prius q̃ discernant̃ à quo rectè patrẽt̃ aut secus, ne uel oĩa
dãnemus, uel oĩa miremur tanq̃ diuina: an nõ perspicuũ est è Moysis Iesuq; miracu-
lis, quib. gentes integræ ad religionẽ pertractæ sunt, nõ sine diuina uirtute facta ab il-
lis quæ scripturis sunt ꝓdita. Nunq̃ enim malis artibus & impostoris cõstituta fuisset
integræ gẽtis respublica, contẽptricis simulacrorũ omnium, & superscensis creaturis
omnibus cõtendẽtis ad deũ principẽ & autorẽ huius uniuersitatis carentẽ principio.
Et qm̃ Iudæus est qui apud Celsum ista loquit̃, libet eũ sic appellare: Tu uero bone uir
quid ita credis quæ tuis scripturis prodũt̃ à deo per Moysen peracta, & conaris os ob-
turare cõferentib. ea cũ Ægyptiorũ sapientiũ præstigijs: ipse uero etiã illa quæ fateꝫ
à Iesu patrata, inficiaris diuinitus facta, in hoc imitator Ægyptiorũ peruicacię? nã si ef
fectus operũ, uidelicet integra Israelitarũ gẽs his auspicijs oriunda, satis declarat deũ
operatũ per Mosis ministeriũ: quin potius de Iesu hoc persuadeꝫ, cuius lõge maius o-
pus extat q̃ Mosis, ille em̃ gentiles suos, Abrahæ posteritatẽ cõtinua successione ob-
seruantẽ circũcisionis, aliorumq; rituũ & morũ autoris sui æmulã, prõptos & obsequẽ
tes nactus ex Ægypto eduxit, ꝓpositis eis diuinis ut et ipse credis legib. hic aũt maius
quiddã ausus aggredi, antiquatis institutis pristinis moribusq; patrijs in qb. gẽtes edu
catę fuerãt superinduxit nouã reipub. formã ex præscriptis Euangelicis. Et quẽadmo
dum ut Mosi crederetur à senatu populoq; Iudæorũ signis opus erat & prodigijs quæ
in scripturis habẽt̃: ita qd mirũ est si & Iesu fuit eis opus ad patrandã fidẽ apud populũ
assuetũ talia postulare, atq; etiã maioribus, quæ collata ad Mosaica possent eos auertere
à Iudaicis

Universidad de Deusto
Biblioteca

à Iudaicis fabulis & humanis traditionibus, persuadereq́, nouũ hunc doctorẽ tãta potentia prædituũ, maiorem esse q̃ prophetæ fuerint: quid nisi cũ illorũ oraculis ipse prędictus sit uẽturus Christus & seruator humani generis. Possent aũt oẽs istæ calũniæ quibus Celsi Iudæus apud fideles differens Iesum insectaꝛ, transferri in Mosen uerbis totidẽ, ei quoq́ maleficas artes opprobrãdo & præstigias, quãdo ista Iudæi criminatio nõ magis in illum q̃ in hũc cõpetat. Quale est illud Iudęi de Christo: ò lucẽ & ueritatẽ, suis uerbis suaq́ uoce profiteꝛ Iesus, quemadmodũ uestræ scripturę testãꝛ, aduẽturos ad uos alios quoq́ cũ similib. fucis homines impostores & maleficos. Et de Mose posset uel Græcus incredulus uel Ægyptius uel quiuis alius Iudæo dicere: ò lucẽ et ueritatẽ, suis uerbis suaq́ uoce profiteꝛ Moses, sicut uestræ scripturæ testãtur, uẽturos ad uos alios quoq́ cũ similib. imposturis præstigiatores & maleficos homines. Scriptũ est em̃
Deut. 13 in uestra lege: Si surrexerit in te propheta, aut somniãs somniũ, & dederit tibi signũ & ꝓdigiũ, & ueniat signũ seu prodigiũ q̃d loquutus est ad te dicẽs: Eamus & sequamur deos alienos quos nescitis, & seruiamus illis: nolite audire uerba prophetæ illius, aut somniãtis somniũ illud, et reliqua. Et iste quidẽ uerborum Iesu calũniator ait, Satanam ab eo appellari autorẽ taliũ artium: qui uero hæc ad Mosen detorquere uelit, diceret prophetã somniantem ab eo uocari autorẽ taliũ artiũ. Et quẽadmodũ Celsi Iudæus de Iesu dicit: itaq́ ne ipse quidẽ inficiaꝛ ista nihil diuinitatis habere, sed esse maleficorũ opera: ita quicũq́ Moysi nõ credit diceret totidẽ uerbis: itaq́ ne ipse quidẽ Moses inficiaꝛ ista nihil diuinitatis habere, sed est maleficorũ hominũ opera. Pari modo et illa uerba: Veritate cogẽte suas simul aliorũq́ artes detexit, ad Mosem torqueri poterũt. Itidẽ illa Iudæi: an nõ igitur indignũ est ex eisdẽ operibus hunc quidẽ deũ, alios uero pręstigiatores existimari: in ipsum poterũt retorqueri sic: an nõ igiꝛ indignum ex eisdẽ operib. Mosem quidẽ prophetã dei famulũq́ existimari, alios uero prestigiatores? Et qm̃ Celsus huic loco immoratus, præter iã dicta quæ in utrũq́ ex æquo dici possunt, illud quoq́ adiecit: Cur em̃ ex huiusmodi artib. coniecturã sumẽres alios potius malos credamus q̃ hũc, uel ipsius testimonio addamus etiã nos similẽ orationẽ: Cur enim Mose uerãte fidẽ haberi prodigiorũ & miraculorũ patratoribus, cæteros potius impios putemus q̃ ipsum qui dãnauit hoc genus hominũ? Et quo magis rẽ exaggeret: Ipse, inquit, fassus est hæc non tã diuinæ naturæ q̃ impostorũ & sceleratorũ hominum esse indicia. Quis nã is? Tu quidẽ Iudæe respondebis, Iesus. aduersarius uero tuus eadẽ in te retorquẽs crimina, ad Mosem id referet. Pergit Celsus ex eadẽ Iudæi persona nostros ad fidẽ à Iudaismo cõuersos sic alloqui: Quid igiꝛ uos ei cõciliauit? an qa prædixit se post mortẽ resurrecturũ? sed & hoc quemadmodũ priora in Mosem trãsferẽ? Quid igitur
Deut. 4 uos ei cõciliauit? an qa de obitu suo scripsit sic: Et mortuus est ibi Moses famulus dñi in terra Moabitarũ per uerbum dñi: sepultus q̃ est in ea terra iuxta ædẽ Phogoris: nec quisquã nouit sepulchrũ eius in hũc usq́ diẽ. Sicut em̃ Iudæus calũniatur ipsum prædixisse suã resurrectionẽ: pari modo de Mose licet dicere, ipsum scripsisse (eius em̃ est etiã Deuteronomiũ) suum sepulchrũ nemini cognitũ esse in hunc usq́ diẽ, quo uenerabilius id faceret, ut ignotũ humano generi. Post hæc Iudęus cũ ciuib. suis ad Iesu fidem cõuersis agens sic sermonẽ cõtinuat: Age demus uobis prædictũ hoc ab illo: at q̃ multi aliꝰ talib. miraculorũ præstigijs abusi sunt ad imponendũ stultis auditoribus: ut Zamolxis apud Scythas seruus Pythagoræ, ipseq́ Pythagoras in Italia, & in Ægypto Rãpsinitus: qui etiã apud inferos cũ Cerere tesseris lusisse dicit, & donũ ab ea retulisse mãtile aureũ. tales etiã fuerũt Orpheus apud Odrysas, Protesilaus apud Thessalos, in Tenaro Theseus & Hercules. Sed illud cõsiderandũ, nũ reuera mortuus quis unq́ surrexerit eodẽ corpore, nisi forte externa ꝓ figmentis habetis, uestræ fero fabulæ bellã & credibilẽ inuenisse uos putatis catastrophen, exspirãtis in cruce uocẽ, terræmotumq́ & tenebras: tũ qd̃ is qui uiuus seipsum adiuuare nõ ualuit, rediuiuus ostẽtarit uestigia supplicij, manus ita ut trãsfixæ fuerãt: idq́ conspectũ à muliere furiosa, ut ipsi fatemini, & si quis alius fuit magicæ istius uanitatis sectator, aut alioquí somniator suapte sponte delusus spectris inanibus, id q̃ sæpe innumeris accidit: uel potius alios obstupefacere uolens prodigijs talibus, & mendaciorum materiam præbere circulatoribus cæteris. Respondebimus ut Iudæo; quandoquidem Iudæus hæc loquitur, & uerba eius de Iesu

Iesu ad Mosem transferentes dicemus: at q̃ multi aliꝰ talib. miraculorum præstigijs abusi sunt ad imponendũ stultis auditoribus: & alienus à religione Mosis decentius utetur exẽplis Zamolxidis atq́ Pythagoræ, q̃ Iudæus non admodũ curiosus lector historiæ græcanicæ. Ægyptius quoq́ non credẽs de Mosis miraculis, apte hîc inijciet mentionẽ Rãpsiniti, dicẽs credibiliorẽ esse descensum eius ad inferos, & lusum cũ Cerere, aureũq́ mãtile inde relatũ in argumentũ infernalis peregrinationis, felicisq́ reditus, q̃ quæ Moses scripsit de seipso: intrasse se in caliginẽ in qua deus fuerit, solũq́ è tãta multitudine cũ eo cõgressum fuisse. Scripsit em̃ sic: Et Moses solus propius accedet ad deum, cæteri uero nõ accedẽt propius. Dicemus igiꝛ nos Iesu discipuli ad istũ Iudæũ hęc obijcientẽ: Respõde nobis quorũ in Iesum fidẽ accusas, quid huic Ægyptio, quid Græcis referes? quid dices ad hæc quæ nostro Iesu opprobras, si quis et Mosem crimínetur eodẽ modo? Quod si ualde cõtendas pro Mose, sicut reuera efficaciter defendi potest & dilucide, eadẽ opera Iesum imprudens defendes multo Mose diuiniorẽ. Et quoniã historias quæ ferunt de heroũ descẽsu ad inferos & inde reditu, portẽtosa figmẽta dicit esse Celsi Iudæus, ut qui se ad tẽpus subduxissent è conspectu hominũ, ac mox ostẽtassent quasi ab inferis redditos: id enim uidentur indicare uerba eius de Odryſa, Orpheo, Protesilaoq́ Thessalo, & Hercule ad Tenarum unà cũ Theseo: age declaremus non posse hæc quæ de Iesu resurrectione scribunt conferri cũ talibus fabulis. nã cuiq́ Heroũ modo dictorũ liberũ erat subducere se è mortaliũ conspectu, ac rursum arbitratu suo reuerti ad eos. Iesus uero crucifixus inspectãtibus Iudæis omnibus, & post mortem corã eodem populo de cruce demptus, quõ potest insimulari tale quippiã finxisse, qualia iactantur de Heroũ ad inferos descensu & reditu? Ac fortasse id quoq́ ad defensionẽ Iesu crucifixi adferri potest, occasione arrepta ex istis narrationibus de heroibus, qui per uim ad inferos irrupisse dicuntur: uoluisse illũ mori ignominiosa nece, ut post tam compertã mortẽ totius populi Iudaici testimonio, locus non relinqueretur suspicionibus quæ habentur de heroibus. fieri enim potest ut præter cæteras hac quoque de causa publicè affectus sit supplicio: ne aliquis causaretur eũ data opera secessisse è conspectu hominum, ut falso habitus pro mortuo, quando ipsi uideretur proferret, quasi prodigiose reuersum in uitã à mortuis. Quin & ex discipulis ipsius manifestũ nõ fictæ resurrectionis argumentũ colligitur, qui alioquí nunq́ cum tãto suo periculo aggressi fuissent doctrinã euangelicã inter homines serere tanta cõstantia, alios quoq́ ad
Exod. 19 mortis contemptũ inuitantes exẽplo suo. Attende uero quàm incõsiderate Celsi Iudæus, quasi res impossibilis esset è mortuis aliquẽ eodẽ resurgere corpore, dicat. Sed illud considerandũ nũquis unquã reuera mortuus resurrexerit eodẽ corpore. Hæc em̃ nũq́ diceret Iudæus q̃ credit scripturis tertij quartiq́ regnorũ libri de puerulis, quorũ
3. Reg. 17 alterũ Elias in uitã reuocauit, Elisæus alterũ. Et ideo puto Iesum inter Iudæos potius
4. Reg. 4 q̃ apud alias gentes uitã egisse, ut hi assueti iã credere talia miracula, qualia facere ipsum uidebant, utrorumq́ collatione persuasi hunc tanto maiorẽ crederẽt quãto maiora patrabat q̃ illi de quib. sacra narrat historia. Deinde postquã in mediũ produxit Iudæus quæ Græci prodũt de his qui miris artib. effecerũt ut crederentur in uitã reuersi ab inferis, sic alloquitur Iudæos fidẽ & disciplinã Iesu secutos: nisi forte externa pro figmentis habetis, uestræ uero fabulæ bellã & credibilẽ inuenisse uos putatis catastrophen, uerba exspirãtis in cruce. Ad q̃ ei respondebimus: ista quidẽ quæ prętuliſti plane ꝓ fabulis habemus: cæterũ quæ continenꝰ in scripturis nobis uobiscũ cõmunib. & quarum nõ minor apud nos est religio q̃ apud uos, ea uero pernegamus esse fabulas. qua, ppter et illa miracula nõ ficta credimus quę ibi scripta sunt de excitatis à mortuis, & hũc nostrũ resurrexisse, ut qui hoc iuxta sua, ꝓphetarũq́ ꝓmissa præstitit, tãto admiratione dignior q̃ rediuiui priores, qd̃ illos prophetæ excitauerunt Elias & Elisæus, hunc aũt prophetarũ nullus, sed pater ipse cœlestis: quo factũ est ut maiores effectus secuti sint huius resurrectionem quàm illorũ. quid enim tale ex pueris ab Elia & Elisæo resuscitatis ad utilitatẽ totius mundi profectum est, quale ex prædicatione resurrectionis Iesu per diuinã potentiã creditę? Sed iste etiã terræmotũ et tenebras haber, p
ficticijs ꝓdigijs, de qua re ut potuimus iã superius respõdimus citato Phlegõtis testimonio narrãtis hæc incidisse tẽpus passionis seruatoris dñi. Quod uero addit, quod

is

Universidad de Deusto
Biblioteca

is qui uiuus seipsum adiuuare non ualuit, rediuiuus ostẽtarit uestigia supplicij, manus ita ut transfixæ fuerãt: quærimus ex eo quid dictum uelit hoc uerbo adiuuare. si enim de uirtute loquitur, dicemus eum seipsum adiuuisse non mediocriter. nihil enim inde corum nec dixit nec fecit, sed reuera ut ouis ad occisionem ductus est, & ut agnus coram tondente se obmutuit, attestante euangelio non aperuisse illum os suum. quod si hoc uerbum de indifferentibus rebus & corporeis uult intelligi, Dicimus nos iã ostẽdisse ex euangelijs, sponte illum subijsse talia. Deinde commemoratis ex scriptura uestigijs supplicij quæ post resurrectionẽ ostentauerit, uidelicet manus ita ut ferro transfixæ fuerint, percontatur quis hoc uiderit. & obiter Mariam Magdalenam calũnians quæ hoc uidisse scribitur: mulier, inquit, uestra quoq; cõfessione fanatica. & quia scriptum est non a sola hac uisum Iesum post resurrectionem, sed & ab alijs, hîc quoque obtrectãs Celsi ludæus, & si quis, inquit, alius fuit magicæ istius uanitatis sectator. moxq; ac si esset impossibile hominem mortuum apparere uiuentis specie, ut Epicureũ agnoscas: aut, inquit, alioqui somniator suapte sponte delusus spectris inanibus, id quod sæpe innumeris accidit. Hoc tametsi uehementer dictum ipsi uidetur, nihilominus necessario inde colligitur superesse defunctorum animas, nec temere immortalitatẽ earum aut certe perpetuitatem à Platone creditam, qui huius opinionis assertor tradit in libro de anima, imagines umbrarum specie circa monumẽta quibusdam conspectas. Ergo spectra ista laruarum non de nihilo apparent, sed quia defunctorum quoq; animæ suum quoddam corpus habent, quod Græcis uocatur αὐγοειδές. at Celsus opinioni huic assentiens, tamen ait quosdã uigilantes somniare, suaq; sponte deludi spectris inanibus: cuiusmodi ludibria per somnum obseruari, non nouum est, uigilantibus idem accidere non fit mihi uerisimile, nisi forte mẽte captis, aut phrenitide melancholia ue laborantibus: id quod non ignorans Celsus mulierẽ furentem uocauit, incertum unde nactus occasionem calũnię, quando in scripturis nihil tale habetur. Ergo Iesus quoque post resurrectionem apparuit, non uanas imagines uulnerum in cruce acceptorũ ostentans, ut iste opinatur, qui euangelijs non credit nisi quando ipsi libet: sed accito uno è discipulis incredulo, quòd rem putaret impossibilem, assentiebat enim narranti bus se ipsum uidisse, quasi non nouum esset conspici defuncti animam: cæterũ ut eum resurrexisse cum eodem corpore crederet, id uero non poterat in animum inducere, quapropter non dixit, nisi uidero non credam: sed adiũxit & illa uerba: nisi misero ma
Ioan. 20 num meam in uestigium clauorum, & contrectauero latus eius, non credam. Hæc autem dicebat Thomas, quod arbitraretur fieri posse ut oculis se offerret corpus animæ, per omnia depositi simile, uocemq; oculosq; decoros, corporis atq; modum, interdũ amictu quoq; non dissimili. Itaq; uocato Thomæ dixit Iesus: Infer digitum tuum huc, & uide manus meas: & admoue manum tuam, & immitte in latus meũ: & noli esse incredulus, sed credens. pulchre autem quadrabat & prophetijs quibus prænunciatus est, & rebus gestis ipsius ut postremum hoc accederet maximum miraculum. prædi-
Psal. 15 ctum enim erat à propheta ex persona Iesu: Et caro mea habitabit in spe, & non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. habuitq; post resurrectionem corpus quoddam medium inter crassitudinem illam quæ ante passionem inerat, & animam nudatam illo corpore. quapropter cum essent discipuli eius simul, & Thomas cum eis, uenit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, et dixit Pax uobis. moxq; subiecit hæc uerba ad Thomam uersus: Infer digitos tuos huc, & re-
Luc. 24 liqua. Quin & in euangelio secundum Lucam Cleopa & Simone colloquentibus inter se de his quæ acciderant, Iesus repente interueniens iter faciebat cum eis. & illorũ quidem oculi tenebantur, ne eum agnoscerẽt: ipse autem ait ad eos: qui sunt hi sermones quos confertis inter uos ambulantes. deinde postquam apertis oculis agnouerũt eum, tunc ad uerbum sic scriptura loquitur: & ipse euanuit à conspectu eorum. itaque quamuis Celsus has Iesu post resurrectionem apparitiones conferre conetur cum uulgaribus spectris & uisionibus: tamen quisquis candide ac prudenter hæc examinauerit, uidebit rem esse longe aliam. Post hæc: uelut nactus ansam scripturas reprehendendi sic loquitur: Si Iesus uolebat reuera declarare suam diuinam potentiã, debuerat suis insultatoribus, ipsiq; præsidi qui capitalem sententiam contra se tulerat, deniq; cæteris omnibus

omnibus se ostendere. Liquet enim & nobis ex euangelijs, nõ ita uulgo se conspicuũ præbuisse post resurrectionẽ sicut antea, cũ in Actis legatur per quadraginta dies conspectus discipulis docuisse de regno dei: item in euangelio non continue uersatus cũ eis, sed aliquando post octo dies clausis ianuis subito uisus in eorum medio, aliquãdo alijs modis similibus. Paulus quoq; circa finem prioris ad Corinthios indicãs eum nõ
1. Cor. 15 uulgo conspectum sicut ante passionem, Sic scribit: Tradidi enim uobis in primis quod & acceperam, quòd Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris secundũ scripturas, & quòd uisus sit Cephæ, deinde duodecim illis: postea uisus est plus quàm quingẽtis fratribus simul: ex quibus plures manẽt ad hunc usq; diẽ: quidam aũt & obdormierũt. deinde uisus est Iacobo, post apostolis omnibus. postremo uero omnium, uelut abortiuo, uisus est & mihi. Magna sanè res & miranda occurrit hoc loco, quæ non solum aliquem ex uulgo credentium exercere posset, sed perfectiores etiam: cur non dominus post resurrectionem æque ac superioribus temporibus conspiciendum se præbuerit. attamen ex superabundanti, ut in opere quod contra aduersarios christianæ religiõis scribitur, uideamus an possumus probabile quid afferre, quod moueat animos audientium hanc apologiam. Iesus unus cũ esset, nõ uno modo cogitari poterat, & ab inspicientib. nõ similiter uidebaꝰ ab omnib. Et quòd plurib. modis cogitari poterat, manifestũ est ex illis uerbis: ego sum uia, & ueritas, & uita: tum ex illis: ego sum panis: tũ ex il- Ioan. 14
lis: ego sum ianua, innumerisq; alijs. Quod autẽ ab inspicientibus non eodẽ modo ui- 6. 10
debatur ab omnibus, sed prout capaces erant, manifestũ erit his qui sciũt: cur transfor maturus se in excelso monte, ne discipulos quidẽ omnes assumpserit, sed solos, Petrũ, Iacobum, Ioannem, ut qui soli capaces essent tam glorioſi spectaculi, possentq; in illa claritate Mosen & Eliam cõsiderare, audireq; illorum colloquia, ac etiam uocem cœlitus delatam è nubibus. Equidem opinor etiam anteq; ascẽderet montẽ in quo solos discipulos docuit illas beatitudines, cum in subiecta planicie uespere sanabat ad se ad ductos uarijs laborãtes ægritudinibus, ab omnib. morbis eos liberans, non eundẽ uisum male affectis opeq; illius egentibus, & eis qui ut sani ascendentẽ in montẽ consequi poterant. Et quẽadmodum quoties parabolas eis priuatim explicabat, quas auditorũ uulgus audiebat sub inuolucris, excellentiorẽ auditum habebant qui absq; inuolucris & explicatas audiebant: sic etiam uisu præstabant, certæ animæ: & ut opinor etiam corporis. quin & illud indicat, non semper eum eodẽ modo uideri solitũ, quia Iudas proditurus eũ turbæ quam secum adducebat, ut ignoranti eum dixit: quemcunq; osculatus fuero, ipse est. Atq; huc uidẽtur etiam illa uerba seruatoris facere: Quotidie Matth. 26
docens in templo uobiscum eram, & non me tenuistis. Cum igit talis esset Iesus nõ solum iuxta penitiorem illã diuinam naturam non cuiuis conspicuam, uerum etiam iuxta uariam corporis formam, qua quibus uolebat & quoties uolebat cernebatur: dicimus eum Iesum qui nondum principatus atq; potestates spoliauerat, & nondum peccato mortuus fuerat, ab omnibus potuisse conspici. at eum qui spoliatis principibus et potestatibus nihil habebat quod à uulgo posset uideri nõ amplius conspectum ab omnibus quibus antea se cernendum præbuerat. itaque parcens eis post resurrectionẽ conspici noluit ab omnibus. & quid dico ab omnibus, cùm ne cum apostolis quidem perpetuo conuersatus sit, aut semper ab eis uideri se permiserit, nimirum quòd nõ ferrent aspectum ipsius continuum, fulgidior enim iam erat post peractam dispensationem eius diuinitas, quam Cephas ait apostolorum primitiæ uidere potuit, & post eũ duodecim, Matthia in Iudæ locum subrogato, & post illos quingenti fratres simul, deinde Iacobus, deinde reliqui præter duodecim, fortassis omes septuaginta discipuli: postremo uero Paulus tanq; abortiuus, qui scit cur alibi dicat: mihi sanctorũ omnium minimo data est hæc gratia. & fortasse minimus idẽ est q; abortiuus. Ergo sicut immerito accusareꝰ Iesus, quod non omnes apostolos assumpsisset in montẽ, sed tantũ tres, quãdo mutata forma & uestitu fulgido sumpto ostẽsurus erat eis suã gloriã, colloquiumq; cũ Mose & Elia: sic immerito apostolorũ scripta calũniareꝰ, qui reprehẽderet ibi tradi, quòd nõ omnib. conspectus sit Iesus post resurrectionẽ, sed ijs solis quos sciebat habere oculos ad uidendã eius resurrectionẽ idoneos. Facit aũt ad præsentẽ defensionis partẽ & illud quod de eo dictũ est: nam ideo Christus mortuus & resurrexit, ut &

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortuorum & uiuorum dominus fieret: Vide hîc ideo mortuum Iesum ut dominus mortuorum fieret: resurrexisseq; ut non solis mortuis dominaretur, sed uiuis etiam. hi sunt nimirum mortui ad Christi dominium pertinentes, de quibus idem apostolus in epistola ad Corinthios priore memorat: canet enim tuba, & mortui resurgent incorruptibiles. de aliis item uiuis & immutandis, diuersis ab illis qui resuscitabuntur ex 1.Thes.4 mortuis. nam de his sic loquitur: & nos immutabimur. quæ uerba sequuntur post illa: mortui resurgent primum. Quoniam & in priore ad Thessalonicenses aliis uerbis eandem indicat differentiam, alios esse dormientes dicens, uiuos item alios. Nolo autem uos ignorare fratres, de his qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & ceteri non habentes spem. nam si credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: sic & deus eos qui obdormierũt per Iesum, adducet cum illo. hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quòd nos qui uiuemus, & reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam præueniemus eos qui dormiunt, quorum locorum interpretationem nostrã exposuimus in commentarijs prioris ad Thessalonicenses epistolæ. Nec mireris si nõ omnis multitudo in Iesum credentium uidet eius resurrectionem, quando Paulus scri-1.Cor.1 bens Corinthijs tanquam non plura capientibus, Ego, inquit, iudicaui nihil me scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Tale est & illud: nõ enim potuistis, neq; etiam nunc potestis. adhuc enim carnales estis. Sic igitur stilum moderante diuina uoluntate de Iesu scriptum est, ante passionem quidem sine discrimine uisum eum multitudini, idq; non semper: post passionem uero nõ amplius ex æquo omnibus, sed cum delectu pro suo cuiq; modulo. Quemadmodum & in scripturis legitur, uisus est deus Abrahamo, aut è sanctis alicui: quod tamen non erat perpetuum, sed ex interuallo, & non omnibus apparebat: sic intelligẽdum etiam dei filium eodem discrimine ab his conspectum, quo ab illis deus uisus est. Satis igitur responsum est, ut in huius generis scripto, ad illam obiectionem: si Iesus uolebat re uera declarare suam diuinam potentiam, debuerat suis insultatoribus, ipsiq; præsidi, deniq; cæteris omnibus se ostendere. Imò non oportebat eum conspici ab eo à quo damnatus fuerat, nec ab insultatoribus. nam utrisque parcebat ne percuterentur tali cæcitate quali percussi sunt Sodomitæ olim insidiatores formæ angelorum exceptorum Loti hospitio, sicut refert scriptura: Extensis autem manibus uiri traxerunt Lotum ad se in domum, & clauserunt ianuam. uiros autem illos qui aderant pro foribus percusserunt cæcitate à paruo usque magnum: & mulctati uiribus quærebant ianuam, nimirum uolebat Iesus diuinam suã potentiam ostendere solus ad uidendam idoneis, & pro capacitatis eorum modulo: nec ob aliud uitauit passim conspici, quàm quòd non omnes ferrent eius conspectum, itaque temere Celsus profudit illud: certe neminẽ amplius timebat, primum semel mortuus, deinde iam deus ut uos dicitis: nec ad hoc missus fuerat ut delitesceret. Imò missus est non solum ut cognosceretur, sed ut lateret etiam. nam & his à quibus noscebatur, non in totum erat cognitus, manens ignotus ex parte: quibusdam uero fuit omnino incognitus: ut qui ianuam lucis aperuit duntaxat ijs qui cum antea fuissent filij tenebrarum & noctis, adoptandos se dederunt filios lucis & diei. etenim uenit seruator noster dominus, non tam ad iustos, quàm ad sanandos peccatores refertos, ut medicus. Videamus porrò quid sibi uelit quod Celsi Iudæus inquit: quodsi hoc ad deitatem approbandam faciebat, debuerat mox è cruce euanuisse. Id sanè resipit dogma istorum oppugnatorum prouidentiæ, qui solent aliter præscribere quàm factum est: dicuntq;, melius fuisset si talis esset mundus qualem designauimus. & aut præscribunt quod possibile est, atque ita quantum in ipsis est ipsorumq; præscriptione, deteriorem mundum faciunt: aut si præscribunt meliora, ostendunt se uelle quod iuxta naturam est impossibile: utroq; modo ridiculi. Ita hîc quoque satis constat, potuisse illum disparere quoties uellet: & idem liquet ex scripturis, siquis eas non suo arbitratu nunc recipiat nunc reijciat, sicut isti faciunt. nam & in euangelio secundum Lucam scriptum est quòd post resurrectionem Iesus accepto pane benedixit et fregit porrexitq; Simoni et Cleopæ. & postquam acceperunt panem aperti sunt oculi eorum, & agnouerũt eum, & ipse euanuit à conspectu eorum. Ostendemus autem quòd non erat utilius ad institutam eius dispensationem, statim in cruce disparendo corpus oculis hominum subtrahere.

trahere. Veritas scripturæ tradentis nobis gesta Iesu non consistit in nudis uerbis historiæ. nam in uno quoq; significatur latens aliquid, quod prudentior lector intelligit, sicut hoc ipsum de cruci affixo uerum intellectũ habet in illo dicto: Cum Christo crucifixus sum: & in illo: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Gal.4 per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. Mors quoq; eius necessaria, propter illud: Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: & quia iustus dicit con Rom.6 formem se fieri morti eius: & propter illud dictum: si enim cum eo morimur, uiuemus etiam cum eo. Sic etiam sepultura eius peruenit ad conformes mortis eius, & ad simul 2.Tim.2 Col.2 cum eo crucifixos atq; mortuos: sicut & Paulus scribit: Cõsepulti enim sumus cum eo per baptismum, & simul resurreximus cum eo, Cæterum quæ de sepultura & nonumẽto & eo qui sepelijt scripta sunt, opportunius & prolixius disseremus aliàs, quando peculiaris erit horum tractatio: nunc sufficit nobis pura sindon qua inuolui oportebat purum corpus Iesu, & nouum monumentum in petra excisum à Ioseph, ubi nondum quisquam iacuerat, uel ut Ioannes scribit, in quo nondum quisquam positus fuerat. hîc aduerte an possit aliquem mouere consensus trium euangelistarũ, tam accurate de monumento excisо seu exculpto in petra memorantium: ut qui rationem scripturæ examinet, uideat magni momenti res & in nouitate monumenti cuius Matthæus & Ioannes meminerunt, & in eo quòd nullus unquam ibi sepultus fuerat, sicut à Luca & eodem Ioanne est proditum. Conueniebat enim ut nõ uulgariter mortuus, sed post mortem etiam uitalia signa proferens è corpore aquam atq; sanguinem, nouumq; ut ita loquar cadauer, in nouo puroq; monumento deponeretur: ut quemadmodum eius natiuitas omni natiuitate fuerat purior, eo quòd è uirgine non è coitu fuit natus: ita sepultura quoq; insignem puritatem haberet, depositо corpore in monumentum nouum, non è collectitijs lapidibus arte constructum, sed è uiuo saxo excisum. Itaq; occultior huius sacræ narrationis significatio posset augustiorem & diuiniorem tractationẽ recipere, si id esset propositum: cæterum quod ad rationem contextus in præsens reddendam attinet, belle quadrabat ut qui destinato consilio crucis suppliciũ sustinuit, in consequentibus etiam decorum seruaret, ut qui sicut homo fuerat mortuus, sicut homo itẽ deponeretur è stipite atq; sepeliretur. Attamen etiamsi scriptum fuisset in euangelijs è cruce eum euanuisse, uituperasset id Celsus cum infidelibus, & hoc quoq; carpentes dixissent: quid ita post crucem demum disparuit, & non antea potius curauit ne deueniretur ad supplicium. Ergo si hoc ipsum reprehendendum existimant, euangelistas maluisse ueritatem prodere, quàm fingere disparuisse illum è cruce, quomodo crediturі sunt resurrectionem, & quòd suo arbitratu modo clausis ianuis subito apparuerit stans in eorum medio, modo post datum panem duobus è familiaribus, posteq; habitum cũ eis colloquium, ex ipsorum conspectu euanuerit. Illud porro quî Celsi Iudæo uenit in mentem dicere, Iesum latitasse? ait enim: quis unquam emissus nuncius, cum mandata renunciare deberet quæsiuit latebras? Certe minime latitabat qui comprehendere se quærentibus dixit: quotidie libere docebam in templo, nec tamen me cõprehendistis. Quod autem mox Celsus repetit quæ antè deblaterans, satis sit semel iam responsum esse. possunt enim ex his quæ in superioribus paginis scripsimus confutari quod iterũ obijcit: cum in corpore uersaretur inter incredulos, omnibus passim obtrudebat prædicationem suam: nunc cum fides astruenda esset resurrectioni è mortuis, uni tantum mulierculæ suisq; sodalibus clàm uidendum se præbuit. Atqui falsum est eum uni tantum mulierculæ apparuisse. extat enim scriptum in euangelio secundum Matthæum: Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, uenit Maria Magdalena & altera illa Maria uidere sepulchrum, & ecce terræmotus factus est magnus. angelus enim domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem. Et paulo post infert idem euangelista: Et ecce Iesus occurrit illis, uidelicet iam dictis Marijs, easq; salutauit. at illæ accedentes tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Respõsum est & ad illud, quòd supplicium tulit omnibus uidentibus, post resurrectionem uerò uni uisus est: & cautam utriusq; reddidimus. ac nunc quoq; dicimus, humanam eius naturam omnibus fuisse conspicuam: diuinæ uero (loquor autem de his naturis non inquantum refertur altera ad alteram, sed in quantum inter se differunt) non fuisse capaces omnium oculos. Matth.28

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atq; hîc mihi aduerte quomodo Celsus loquatur sibîpsi contraria, cum enim modo dixisset illum clàm apparuisse uni mulierculæ suisq; sodalibus, mox infert: ergo supplicium ferens omnibus uisus est, rediuiuus uero uni, cum oporteret contrarium facere. Id contrarium quid sit audiamus, ait passum eum omnibus spectantibus, rediuiuum uisum ab unica. ergo quantum ex ipsius uerbis colligitur, uolebat Celsus id quod absurdum est & impossibile, supplicium illius ab unico spectatum esse, resurrectionẽ ab omnibus. aut quomodo aliter accipienda sunt illa uerba, cum oporteret contrarium fieri? Cæterum Iesus satis nos docuit à quo missus sit, dum diceret: Nemo nouit patrem nisi filius: &, Deum nemo uidit unquam unigenitus quippe dei deus ipse qui est in sinu patris, ille narrauit, ille diuinos sermones de deo disseruit apud germanos suos discipulos: cuius disciplinæ uestigia in scripturis inueniẽtes, occasionem inde habemus disputandi de deo. dum audimus illud: deus lux est, & nullæ sunt in eo tenebræ: tũ illud, Deus spiritus est, quem qui adorant, in spiritu & ueritate adorent necesse est. præterea cur à patre missus sit, ex innumeris locis licet uolenti discere, tum ex prophetarum uaticinijs, tum ex euangelijs, nec exiguam partem ex apostolorum maxime Paulinis literis. Ipse est qui pijs prælucet ad salutis uiam, & in peccatores animaduertit: de quo imprudens Celsus dixit, quòd pios in uia deducat, peccatores miseretur uersos ad pœnitentiam. Post hæc, Si, inquit, uolebat latere, cur audita est è cœlo uox prædicans eum dei filium? quod si latere noluit, cur passus est & mortuus? putatq; sic redargutã à se scripturarum dissonantiam, non intelligens uoluisse illum nec temere omnibus innotescere, nec omnino res suas ignotas esse. certè cœlestis uocis præconium, declarans hunc esse illum dilectũ filiũ in quo pater sibi placeat, non scribitur uulgo audita, quod Celsi iudeus existimat: sicut & illa in monte præcelso è nube profecta, solis his audita est qui simul ascenderant cum eo. talis est enim dei uox, ut à solis audiatur quos ipse audire illã uult: ne interim dicam dei uocem de qua hic scriptura loquitur, non esse percussum aerem, aut percussionem aeris, aut quicquid aliud de uoce dicitur: ideoq; non isto sensili auditu, sed longe præstantiore diuinioreq; percipi: & quoties ipse qui loquitur non ab omnibus eam exaudiri uult, eos qui eximias illas aures habent audire deum: qui uero auribus animæ obsurduerant, non sentire sermonem dei. Hoc responsum sit quærenti cur audita sit è cœlo uox prædicans eum dei filium. cæterum quod quærit amplius, cur si noluit latere, passus sit ac mortuus, satis respõsum. est superius ubi prolixe de ipsius passione tractauimus. Post hæc Celsi Iudæus colligit quasi rem consequentem quæ minime consequitur. non enim colligitur ex eo quòd nos passione sua mortem cõtemnere docuit, debuisse post resurrectionem è mortuis uocare propalam ad nouam doctrinæ lucem genus hominum, docereq; causam aduentus sui. Iam enim antè uocauerat omnes ad lucem his uerbis: Venite huc omnes qui laboratis & onerati estis, ego uos reficiam. Et qua de causa descenderit, relatum est in prolixo illo sermone de beatitudinibus, quæq; eas sequuntur promissionibus, ad hæc in parabolis & dissertationibus quas cum scribis atq; Pharisæis habuit. Iam uero secundum Ioannis euangelium quàm multa doceat, liquet aduertentibus eius magniloquentiam, in rebus magis sitã quàm sermonibus. apparet enim ex euangelijs quantum autoritatis habuerint uerba illius usq; ad miraculum. Tãdem Celsi Iudæus clausurus orationem suam sic loquitur: Hæc igitur uobis protulimus ex uestris literis, ut non opus habeamus aliunde testimonia quærere. uestris enim ipsi telis configimini. At nos coarguimus hunc Iudæum multa præter nostras scripturas nugatum dum uel Iesum uel nos alloquitur: negamus uero illum ostendisse quomodo nostris ipsorum telis configamur, ut isti uidetur. Et quoniam Iudæi persona prorumpit in hęc uerba: Altissime cœlum incolens, quis unquam deus ad homines descendens fidem non impetrauit? respondendum etiam in Mosis lege haberi, quòd deus manifestissimè præsens Hebræis fuerit, non solum patrãdis in Ægypto prodigijs, & in transitu per rubrum mare, & in columnis nubis ignisq; uerũ etiam quando decem præcepta uniuerso populo sunt tradita, ac ne sic quidem illi fides est habita. Si enim credidissent ei quem uidebant & audiebant, non fecissent uitulum conflatilem. nec mutassent gloriam suam in similitudinem iuuenci uescentis fœno, nec acclamassent ei: Hi sunt dij tui Israel, per quos eductus es ex Ægypto. Ac uidean

Matth. 11 Ioan. 1

Matth. 3

Matth. 11

an non eiusdẽ sit duriciæ, tot tantisq; miraculis, quibus se dei præsentia exeruit, & olim peruicaciter non credidisse toto tempore quod in deserto exactum est, ut lex Iudæorũ testatur: & post Iesu mirificum aduentum non flexos esse tantæ autoritatis sermonibus coniunctis cum miraculis patratis in conspectu totius populi: quod quidem argumentum uel solum sufficere posset ad conuincendam Iudæorum erga Iesum incredulitatem, uidelicet similes eos fuisse suis maioribus ut legimus. Huic enim Celsi Iudæo percontanti quis unquam deus ad homines profectus fidem non impetrauit, præsertim post speratum suum aduentum? aut cur ne expectatus quidem est agnitus? respondere possem: quid uultis ô uos responderi ad istam interrogationem? utræ uirtutes maiores uestra opinione uidentur, illæ ne in Ægypto & deserto factæ, an quas nos Iesum fecisse apud uos dicimus? nam si illæ his maiores sunt, iam hinc apparet non alienum esse à uestris moribus ut minora contemnatis qui non credidistis maioribus: quandoquidem minoris apud uos fiunt quæ de Iesu dicimus. quod si hæc quæ de Iesu producuntur paria sunt illis quæ à Mose scripta sunt, quid mirum si idem populus æquè hic atq; illic mox à principio fuit incredulus? Initio namque legis Mosaicæ damnatur uestra incredulitas: nouæ quoq; legis & secundi testamenti initio cõuincimini teste Iesu increduli esse, incredulorum illorum qui deo parum fidentes in deserto perierunt posteri. Licet enim & ad uos uti uerbis seruatoris nostri: quòd sitis confirmatores & approbatores facinorum patratorũ à uestris maioribus, & quòd impleatur in uobis illa prophetia: erit uita uestra pendens ante oculos uestros, & non credetis uitæ uestræ: non enim credidistis uitæ quæ uenit ad genus humanum. Nihil porrò Celsus sui Iudæi personæ affingit, quod nõ in ipsum retorqueri possit ex legis prophetarumq; scripturis. Crimini enim uertit Iesu quòd minetur & conuicietur grauitatis oblitus, dum intonat uæ uobis, & prædico uobis, quasi confitens se persuadere non posse quod tam indignum deo est, inquit, ut uix in hominem prudentem competat. Vide uero an non hæc retorqueri possint in Iudæum. nam & deus minatur in legis ac prophetarum literis, obiurgat etiam non leuioribus uerbis quàm sit uæ illud euangelicum. Quale est illud in Esaia: Væ qui coniungitis domum ad domum: & prædium ad prædium. Item, uæ uobis qui surgitis mane ad ebrietatem sectandam. Item, uæ uobis qui trahitis post uos iniquitates, ut funem longum. Item, uę qui dicitis malum bonum, & bonum malum. Item, uę potentibus uestris potatoribus. aliaq; id genus innumera. Minis uero an non illæ similes: uæ uobis gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen prauum, filij iniqui, & quæ sequuntur non minus minacia quàm quæ Iesum ait locutũ. nisi forte non est comminatio, & quidem magna, hæc: Terra uestra deserta erit, urbes uestræ igne cremabuntur: regionem uestram uobis inspectantibus deuorabunt exteri, & uastabitur ab alienigenis. Illa uero an nõ conuicia sunt in populum, ubi Ezechieli sic deus loquitur: Inter scorpios tu habitas. Quid igitur in mentem tibi Celse uenit ut Iudæum sic loquentem introduceres de Iesu quasi minatore, nullo; grauitatis respectu cõuiciatore, quo ties his uerbis utitur, uæ uobis, &, prædico uobis? Non uides eadem quæ tuus Iudæus Iesu obijcit, in ipsum Iudæum posse regeri, cuius deus pari modo loquitur: quandoquidem prorsus eadem inuenitur deus in prophetarum oraculis dicere, quasi aliter persuadere non posset. Præterea possum etiam hoc respondere istis qui putant Celsi Iudæum recte criminari talia, multas diras imprecationes scriptas esse in Leuitico & Deuteronomio: quas si Iudæus scripturarum suarum patronus defendere poterit, similiter aut etiam melius defendemus hæc quæ contumeliose dicta putat & minaciter. Imò ipsi Mosis legi nos melius patrocinari poterimus, utpote docti à Iesu sapiẽtius intelligere legalia scripta, quã iste Iudæus. quamuis etiam ipse Iudęus si introspiciat mentem uerborum propheticorum, ostendere poterit non temere deum uti uocibus his minatorijs & obiurgatorijs, uæ, & denuncio uobis: & quòd deus ut homines ad se conuertat taliter loquatur, qualiter Celsus putat non locuturum ne cordatum quidem hominem. Christiani quoq; qui unum deum nouerunt in prophetis & in domino, reddere possunt eãdem rationem minarum & obiurgationum harum ut Celsus nominat. Et quia se profitetur tam philosophorum quàm nostra tenere dogmata, eum sic compellare. Heus tu, cum apud Homerum Mercurius Vlixem sic alloquitur: Infelix quid

Esa. 5

Esa. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic hos agros solus oberras? non admitteres rationem, ad castigandum Vlixem ita loqui Mercurium homericum? quãdoquidem adulari & ad gratiam loqui sirenibus magis conuenit, necatorum à se ossa incubantibus: Huc proram uerte Græcorum sidus Vlixes, & nostros prophetas ipsumq; Iesum non fers ad conuertendos ad meliorem frugem homines uti hac uoce uæ aliisq; quę tibi uidentur conuicia, nec putas quicquã huiusmodi uerba ad profectum auditorum facere, eisq; pæoniam quandam medicinã afferre? nisi forte postulas ut deus diuinę uę naturæ particeps respiciat quid se tantum deceat, securus sit quàm efficax sit eius doctrina in hominum pectoribus, quam ue sin guloru affectibus accommoda. Illud uero an non ridiculum, quòd negat Iesum potuisse persuadere, idq; ex Iudæi persona: cum innumera sint exempla talia non solum apud prophetas, sed & apud scriptores Græcos: uiros sapientia celebres non potuisse persuadere uel insidiatoribus suis, uel iudicibus, uel accusatoribus, ut omissis uicijs ingrederentur uiam philosophiæ ferentem ad uirtutum fastigium. Post hæc idem Iudæus dicit, uidelicet iuxta Iudæorum placita: Speramus certe resurrectionem in corpore & uitam æternam: eiusq; exemplar ac primum ducem fore illum qui nobis mittendus est, assensurum posse deum excitare quem uult etiam cum corpore. Equidem dubito an Iudæus diceret Christum qui ab eis expectatur exhibiturum in se exemplum resurrectionis. sed demus eum sic & sentire & loqui, respondebimus profitenti se ex nostris scripturis nobiscum agere: heus tu, ergo illa legisti quæ putas ad accusationẽ nostri facere, cęterum resurrectionem Iesu & quòd primogenitus sit ex mortuis nõ legisti? aut quia hæc scripta dissimulas, nec scripta sunt? Quoniam autem Iudæus iste à Celso introductus admittit resurrectionem corporum, non puto nunc prolixius agendum cũ credente eam & fatente, siue ipse possit hanc ueris rationibus afferere, siue imaginetur fabulosam aliquam. contentus igitur erit his quæ iam responsa sunt. Et quoniam post hæc dicit: ubi est igitur ut uideamus & credamus: quæremus ex ipso: ubi est igit nunc ille qui per prophetas loquitur, & qui fecit miracula, ut uideamus & credamus uos esse peculium dei? An uobis licet respondere, non semper esse deum præsentem Hebræorum generi, nobis idem respondere de Iesu non licet iam rediuiuo, ut satis persuasit suis discipulis? & in tantum persuasit, ut per constantem patientiam ostendant se respectu æternæ uitę & approbatę uerbis ac rebus resurrectionis, pro lusu habere quicquid in hac præsenti uita molestum est & arduum. Pergit Iudæus: An ideo descendit, ut nõ credamus? Ad quod dicetur, non in hoc eum uenisse ut Iudæos redderet incredulos: sed quia non credituros sciebat, iam ante hoc prædixisse: eorumq; incredulitate usum ad uocationem gentium: illorum nanq; delicto salus gentibus cõtigit, de quibus Christus ipse apud prophetas sic loquitur: Populus quem non noram seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi: & inuentus sum ab his, qui me nõ quęrebant, manifestatus sum his qui me non interrogabant, constatq; etiam in hac uita pœnam non effugisse Iudæos propter suam in Iesum sæuiciam. Eant nunc Iudæi, & ingerant nostris hominibus ex Iudaismo conuersis diuinam prouidẽtiam, per quam ut pœna digni priuati sint hierosolymitana urbe, sanctuario q; quod ipsi uocant, & cultu dei religiosissimo: quãtum cunq; extulerint diuinam prouidentiam, nobis contra ipsos magis quadrabit hæc oratio, mirandum esse dei consilium, quod peccato populi sui usum sit ad uocandas per Iesum gentes alienas à testamentis & promissionibus de regno dei. id quod iam olim à prophetis prædictum fuerat, propter peccata Hebræorum populi, electurum deũ nõ unam aliquam gentem, sed selectos ex omnibus: & post electa ea quæ stulta sunt huius mundi, cõuersurum gentem brutam ad eloquia dei, ablato ab illis dei regno & his tradito. Sufficiet in præsentiarum unum è multis oraculum adducere, quod in Deuteronomio de futura gentium uocatione canit in hunc modum ex persona domini: Ipsi ad æmulationem me mouerunt in non dijs, & ad iram prouocarunt in idolis suis: ego quoq; ad æmulationem eos mouebo in non gente, in gente insipiente ad iram cõmouebo eos. Tandem Iudæus concludit sic de Iesu: Igitur homo erat ille, talis qualem & uerba & res ipsæ indicant. At ego nescio an homo ausus uniuersum orbem ad sui cultum suamq; doctrinam attrahere, potuisset sine deo tantum successum habere, superatoq; omnia suæ doctrinæ obstacula, etiam reges imperatoresq;, senatum ipsum Roma num

Psal. 17

num & omnes omnium populorum principes. Quomodo enim homo natus & nullius præstantioris naturæ particeps tantam ad se conuertere multitudinem: & quod magis mirum est non sapientum tantummodo, uerũ etiam affectibus magis quàm rationi obsequentium, ita ut mox uersa uice fiant è brutis prudentes. Sed quoniam potentia dei Christus erat & patris sui sapientia, ideo talia fecit & facit nunc quoq;. Tergiuersentur licet Iudęi gentilesq; uerbis eius credere, nos certe nunquam desinemus deo fidere iuxta doctrinam Iesu Christi, & cæcutientes alios ad dei cultum si uelint conuertere: etiamsi isti uere cæcutientes nos cæcutire dictitent, & siue Iudæi siue Græci ductantes insensatos homines ut pecora, nobis quod ipsi faciũt obijciant: non quidem non mali duces sumus à moribus perditis traducentes discipulos ad resipiscentiam, ut pro intemperantibus temperantes fiant, aut saltem proficiant ad temperantiam, pro iniustis iusti, aut saltem proficiant ad iusticiam, pro imprudentibus prudentes, aut saltem ingrediantur uiam prudentiæ, pro ignauis item ac timidis fortes ac patientes fiãt, præsertim quoties certandum est pro pietate erga deum conditorem rerum omnium. Venit igitur non unius prophetæ sed omnium prędonio prędnunciatus Iesus Christus: in quo etiam prodit se Celsi ignorantia, dum ex Iudæi persona unum prophetam dicit de Christo prædixisse. Et quoniam hactenus loquentem quasi iuxta suam legem Iudæum Celsus fecit, nisi quod in fine quædam subiecit nulla mentione digna, ipse quoque hic desinam & claudam secundum librum: ad reliqua deo fauente & Christi uirtute animo nostro assistente conabimur, Celso respondere in tertio deinceps uolumine.

LIBER TERTIVS.

IN primo uolumine, quod aduersus arroganter inscriptum Veriloqui sermonis titulo librũ quo nos Celsus impetit scripsimus, pro uirili percurrimus ita ut iussisti fidelissime Ambrosi præfationẽ eius & quæ deinceps sequuntur, examinantes singula eius dicta, donec desijmus in fictam concionem ad Iesum ex persona Iudæi. In secundo uero refutatis quantum potuimus omnibus à cõcionabundo eodem Iudæo ad nos dictis qui per Christum in deum credidimus, tertio hoc libro iam aggredimur ea quæ Celsus ex sua persona nobis obijcit. Ait stulte inter se contendere Christianos & Iudæos, nihilq; differre hanc eorum concertationem de Christo ab illa prouerbio celebrata contentione de umbra asini: nihilq; grauitatis habere totam hanc quæstionem, utrisq; credentibus prænunciatum per afflatos diuino spiritu uates aduentum seruatoris humani generis, cæterum in hoc dissentientibus, uenerit ne is qui oraculis designatur, an nõ. nos enim Christiani Iesu credimus, ut ad nos cœlitus delato iuxta uaticinia: Iudæorum uero maxima pars tantum abest ut in eum credat, ut qui seculo illo fuerunt insidias Iesu struxerint, nostræ uero tempestatis Iudæis probetur illorum facinus, nec desinant conuicijs Iesum proscindere, ut qui se damnatis artibus uenditarit pro illo à prophetis prædicto Christo, sicut uocatur à Iudęis. At dicat nobis Celsus cum suis applausoribus, uideatur ne simile asini umbræ, prædictum esse à Iudæorum prophetis locum natiuitatis ductoris recte uiuentium qui censentur peculiaris deo populus: forecq; ut Ἐmanuel nascatur è uirgine, & talia fiant per uenturum illum prodigia, tamq; celeriter eius uerbum terras percurrat ut uniuersum orbem peruagetur sonus apostolorum: ad hæc quid passurus sit Iudæis dãnãtibus, & quomodo resurrecturus, ergo temere hæc effundebant prophetæ, nulla probabili causa moti non solum ut hæc prędicerent, sed mandarent etiam literis? ergo tanta Iudęorum gens ut olim propriam regionẽ coleret, nulla uerisimili ratione adducta, alijs prophetarum honorem tribuit, alios abdicauit pro falsis uatibus? aut nihil eos inuitauit ut posteriorum prophetarum scripta connumerarẽt cũ semper sacris habitis Moysis uoluminibus? Quomodo ostẽdet nobis isti, qui stulticiã Iudęis atq; Christianis obijciũt, potuisse Iudęorũ gentẽ cõsistere sine ulla promissionũ prescietia? et cũ circũuicine gẽtes singulę in suorũ ut tũc habebãt deorũ fana peterẽt oracula, hos solos qui contẽptũ externorũ numinũ didicerant, ut nõ deorũ sed

P sal. 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 96

dæmonum, nimirum prophetarum uoce moniti omnes gentium deos esse dæmonia: neminem habuisse qui diuinæ mentis interpretem se professus à uanis illis manteis ad se retraheret eos, qui alioqui noscendorum futurorum cupidine desciuissent ad cultos ab alijs dæmonas? considera igitur an non necesse fuerit eos domi habere meliorũ uatum copiam, qui externos contemnebant unà cum suis numinibus. Ergo cum passim miracula fierent, sicut ipse mox memorat Æsculapium sanationes & oracula præstantem totis sibi dicatis urbibus, Triccæ, Epidauro, Coo, Pergamo, & Aristeum Proconnesium, aliumq; quendam Clazomenium, & Cleomedem Astypalsem: apud solos Iudæos placentes sibi ut peculiarem dei rerum uniuersarum conditoris populum, nihil erat signorũ aut prodigiorum quod confirmaret fidem in eum, coniunctam cum spe melioris uitæ. Iæ? atqui quomodo hoc putaret aliquis? statim enim desciuissent à deo suo, à cuius ope prius pendebãt, ad illos externos fatidicos & sanitatũ largitores deos, si sui nullam sensissent in rebus dubijs præsentiam. Quod si hoc non fecerunt, sed maluerunt innumeras calamitates perferre quàm abiurare Iudaismũ legesq; patrias, modo ab Assyrijs, modo à Persis, modo ab Antiocho afflicti: quî fit ut illi qui nõ dignantur historiarũ & prophetiarum miraculis credere, figmenta hæc putent potius, quàm diuino spiritu afflatas fuisse uatum illorum sanctissimas animas, amore uirtutis nullas erumnas uitantium, dum habitante intra se numine agitati, tam ætati suę quàm futuris seculis fata publica priuatasq; aperiunt, præcipue uero de uenturo quodam seruatore humani generis. Hæc ita cum se habeant, quomodo uideri possunt de asini umbra Iudæi cum Christianis contendere, inquirentes ex prophetijs quibus utriq; ex æquo credunt, uenerit ne is de quo prophetæ canunt, an nondum, sed uenturus sit, atq; utrim detur Celso non esse Iesum eum de quo à prophetis prænunciatum est, nihilo minus ne sic quidem de asini umbra inquirerent, qui propheticas scripturas excuterent, quo euidentius ostẽderetur qualis nam designatus sit prophetarum oraculis, quid'ue facturus: & si fieri possit, quo aut quando uenturus. Declarauimus autẽ iam antè paucarum è multis prophetiarum testimonio, hũc Iesum esse illum Christum de quo prophetatum est: itaq; non falluntur nec Iudæi nec Christiani dum prophetas diuinitus locutos opinantur: sed qui errant in eo falluntur, quòd adhuc ut uenturum expectant de quo uerissime prædixerunt prophetæ, addentes etiam eius patriam. Post hæc Celsus putans Iudæos ab Ægyptijs oriundos per seditionem Ægyptum deseruisse, contemptis publicis Ægyptiorum ritibus: ait eos quod prius ipsi Ægyptijs fecerant, idẽ pòst passos ab ijs qui ab ipsis ad Iesum defecerunt, secuti fidem eius tanquã Christi: & utrisque nouatæ religionis à seditione factum initium, & secessione. Aduertendũ hic quid Celsus agat. Ægyptij quondam cum Hebræos propter famem in regionem suam delatos hospites & supplices multis iniurijs afficerent, quasi conspirassent in immeritos, diuina animaduersione castigati ægre manumiserunt eos ex iniusta seruitute. itaq; utpote amantes sui generis, & qualibuscunq; cognatis æquiores quàm hospitibus, nullam calumniam omiserunt, qua non Mosen ac Iudæos appeterent, prodigia quidem per eum patrata non omnino inficiantes, cæterum magicis artibus ea tribuentes non diuinæ potentiæ, at Moses non magus, sed uir pius omnes suas res ad deum uniuersorum referens, diuinitq; spiritus particeps, eius instinctu leges Iudæis tulit, & res gestas uera citer mandauit literis. Celsus uero non æquus examinator Ægyptiorum Hebræorũq; controuersię, sed prę occupatus illecebris Ægyptiacis, maluit credere hospitum oppressoribus, Hebręos qui iniuriam patiebantur, per seditionem dicens Ægypto excessisse: non uidens interim esse impossibile ut tanta multitudo Ægyptijs regnãtibus per seditionem nouam gentem constitueret lingua etiam mutata, repenteq; ex Ægyptia Hebręa fieret. Sed detur hoc quoque, eis relicta Ægypto subijsse linguæ etiam natiuæ tedium: quî factum est igitur ut non Syrorum potius Phœnicum'ue linguã assumpserint, sed Hebręã differentẽ ab utraq; quibus omnibus rationibus colligitur falso credi, olim quosdã Ægyptij generis secessisse in Palestinã à cęteris Ægyptijs, indeq; natã colonią quę nũc Iudęa dicitur. nã Hebręi suã patriã linguã habebant prius q̃ in Ægyptũ descenderent, & hebraicæ literę diuersæ erant ab Ægyptiacis: quibus Moses usus scripsit quinq; illos codices sacros apud Iudęos habitos. Itaq; utrũmq; ex æquo falsum est, uel

uel Hebræos cum olim Ægyptiorum pars fuerint, per seditionem ab eis secessisse: uel Iesu temporibus orta seditione in Iudæorum republica, reuulsam, à cætero populo partem ad Iesum defecisse, nihil enim seditiosum Celsus & qui cum eo sentiũt, in Christianis ostendere poterunt. Certe si per seditionis causam orta fuisset Christiana religio, defectione facta à Iudæis, quibus & arma ad sui defensionem sumere licebat, & hostem occidere, nõ interdixisset Christianorum legislator omne homicidium, nefas esse uolens suis discipulis tale facinus in hominem quemcunq; uel sceleratissimum. indecorum enim putabat diuinis suis legibus permitti cædem qualiscunq; hominis. neq; Christiani, si à defectione habuissent initium, admisissent tam mansuetas leges, quæ præberent inimicis facultatem trucidandi se tanquam pecora non repugnantia. Quamuis si altius introspiciamus negotium, possumus dicere de egressis ex Ægypto, non sine miraculo & diuina gratia populum uniuersum recepisse linguã pristinã, quæ hebręa dicitur: sicut & ipsorum quidam propheta canit: quòd in exitu eorum ex Ægypto linguam audierunt quam non nouerant. Est & aliud argumentum non fuisse Ægypti os qui Mosis ductu eam regionem egressi sunt. nam si fuissent, utique habuissent nomina Ægyptiaca, sicut quæq; lingua sua habet nomina. quodsi constat nomina eorum esse hebraica ut alienigenarũ: plena est enim scriptura hebraicis appellationibus, quas etiam in Ægypto parentes filijs indiderant: satis apparet figmentum Ægyptiorum esse, quòd olim cum Mose ex Ægypto pulsi fuerint: & nõ dubium amplius relinquitur, natos esse ex hebræis maioribus, sicut à Mose est proditum, & proinde usos lingua eorum, etiam hebræa habuisse nomina à parentibus indita. Cæterum ut & de Christianis dicam, hi quia docti non repugnare infestatoribus suis, constanter seruauerũt mansuetam hanc & humanam legem autoris sui, plus consecuti sunt quàm si accepissent hostibus resistendi licentiam: nimirum deo propugnante & opportunis temporibus cohibente persecutores Christiani nominis. Vt enim commonerentur aspiciẽtes pauci pietatis athletas probatiores fieri, mortemq; contemnerent, pauci per interualla temporum & facile numerabiles pro religione Christiana sunt mortui, deo uetãte ne in totum excinderetur hoc genus hominum. Subsistere enim id uoluit, & omnes terras repleri salutari hac piaq; doctrina. è diuerso ut infirmiores respirarent à mortis metu atque solicitudine, deus prospexit fidelibus, nutu solo dissipatis cunctis aduersario rum conatibus, ut neq; reges, neq; prouinciarum præsides, neq; populi possent exasperari contra eos amplius. Hæc responsa sint Celso affirmanti & quõdam Iudæis & pòst Christianis à seditione fuisse initium. Quoniam autem in sequentibus manifeste mentitur, age apponamus uerba ipsius. Si omnes homines uellent esse Christiani, isti hoc iam non admitterent. Hoc falsum esse liquet inde, quòd Christiani quãtum in ipsis est non negligunt per totum orbem seminare doctrinam hãc suam. certe quidam hoc unum sibi desumpserunt negotium, ut obambularent non tãtum per oppida, sed uicos etiam & uillas, ut alios quoque ad pietatem uerumq; dei cultum pertraherent. nec obsti posset eos lucri causa id facere, quando sæpe recusant accipere uictui necessaria: et si forte huc interdum coguntur præ inopia, præsenti tantum usu contenti sunt, etiamsi non desit multorum ultronea liberalitas plura largiri cupientiũ. Ac nunc fortasse quando in tanta doctrinam hanc amplectentium multitudine, adiungunt se & diuites et honorati & delicatæ nobilesq; mulierculæ, audebit aliquis dicere, quosdam propter gloriolas suscipere curam instituendi Christiani populi: hoc tamen circa initia Christianismi non dixisset, cum nullis magis imminebat periculum quàm doctoribus, nec potuisset id suspicari probabiliter: & hodieq; plus est his apud externos ignominiæ, quàm apud suos gloriæ, quæ tamen non contingit omnibus. Est igitur euidens mendacium, si omnes homines uelint esse Christiani, istos hoc non admissuros. Ac uide quo argumẽto id colligat. Nam ab initio, inquit, cum pauci essent consentiebant. postquam autem præ multitudine per uaria loca dispersi sunt, iterum atque iterum scinduntur, & singuli suas partes habere uolunt. id enim iam olim cupiebãt. Fuisse quidẽ ab initio paucos Christianos collatos ad posteriora tẽpora cõstat, quãuis nõ omnino pauci erãt. hoc eũ inuidiosum fecit Iesum, & Iudæos cõciuit ad illi itruẽdas insidias, q̃ quaterna quina'ue milia hominũ sequebanť eũ usq; in solitudines, nõ annumeratis mulierib. & pueris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris, tanta uis attrahendi uelut iynx quædam inerat Iesu sermonibus, ut non solum utri
sed etiam fœminæ omissa imbecillitatis & existimationis cura persequerẽtur eũ haud
grauatim usque in solitudines doctrinæ gratia: nec minus pueri omni alioquin affectu
carentes, siue illi parentes sequerentur, siue potius diuina quadam ui adducti, cuius de
siderio faciebant iter unà cum genitoribus. Sed sit ita, fuerint pauci ab initio, hoccine
facit ut Christiani nolint suam doctrinam recipi ab omnibus hominibus? Ait etiam
consensum fuisse inter omnes, ne hic quidem uidens quòd mox ab initio non conue-
niebat inter credentes de delectu diuinorum sacræ scripturæ uoluminum. ad hæc a-
postolis etiam tum prædicantibus & quæ ex ipso Iesu audierant docentibus, quæstio
non modica inter Iudæos fideles extitit, de his qui ad hanc doctrinam accedebant ex
gentibus, exigendi ne sint ab eis ritus iudaici, an remittendum onus purorum impu-
rorumq; ciborum discriminis, ut non necessarium: amplexis Iesum relicta superstiti-
one maiorum suorum. quin & in Pauli epistolis æqualis eorum qui Iesum uiderant in-
ueniuntur quædam de his qui in quæstionem reuocabant resurrectionem, quasi iam
facta esset, & de die domini habebant controuersiam, instaret ne iam an non: & illa
1.Tim.1 uerba, Deuitans profanas uocum nouitates & oppositiones falso nominatæ scientiæ,
quam quidam pollicentes fecerunt fidei naufragium: satis indicant ab initio uariatum
fuisse in quibusdam, cum nondum multi essent fideles ut Celsus existimat. Et quia
mox in Christianorum sectas inuehitur dicens, postquam late sparsi sunt iterum atque
iterum scissos, singulis suas factiones sibi parantibus, & ut in multitudine dissona aliis
alios redarguentibus: nec iam quicquam præter nomen eis commune superesse, si ta-
men uel hoc præ pudore commune relinquitur, reliqua uero aliorum alia instituta es-
se: etiam ad hoc respondebimus, nullam unquam extitisse rem magnæ existimatio-
nis & communi uitæ utilem quæ nõ in uarias sectas discissa sit. medicinæ namq;, quòd
ea sit utilis ac necessaria humano generi, multasq; quæstiones habeat de modo curan-
di corpora, apud Græcos ex professo plures sectæ inueniuntur, & sicut opinor etiam
apud barbaros qui medicinam profitentur. Rursum philosophia quia ueritatis cogni
tionem rectęq; uiuendi rationem pollicetur, conaturq; nos res utilissimas docere in
multas quæstiones diductas, ideo sectas habet plurimas, quasdam magis, quasdam
minus insignes. nec non Iudaismus sectarum materiam præbuit, aliis aliter Mosis at-
que prophetarum sermones accipientibus. Eodem modo quia Christiana religio ma-
gnum quiddam ac uenerabile uisa est hominibus, non tantum seruili ingenio prædi-
tis sicut Celso uidetur, uerum etiam multis Græcorum eruditis, necessario exorte
sunt sectæ, non contentionis sed inquirendæ Christianæ ueritatis studio: dum omnes
admirantur ac uenerantur diuinas scripturas, sed uarij harum intellectus autores suos
habent, ut quisq; aliqua probabili ratione ad interpretandum motus est. At neq; me-
dicinam sanæ mentis homo fugiat propter sectarum differentias, & parum honeste fa-
ciat si quis simili de causa abhorreat à philosophia: sicut neque propter Iudaicas sectas
damnanda sunt Mosis atque prophetarum sacra uolumina. Quodsi hæc non absurde
nobis dicta sunt, an non pari modo etiam Christianorum sectas excusare licet? de qui-
1.Cor.11 bus miranda mihi uidetur Pauli sententia dicentis: Oportet sectas in uobis esse, ut qui
probati sint manifesti fiant inter uos. Nam quemadmodum medicus is demum proba
tus est, qui uarijs medicorum sectis examinatis probe sese in earum plerisque exercu-
it, & is in philosophia profecisse intelligitur, qui uariarum opinionum dissertationi-
bus exercitatus potiores ex his rationes sequitur: sic ausim affirmare illum esse inter
Christianos sapientissimum, qui Iudæorum atque Christianorum sectas introspexit
diligentissime. Qui uero nostram doctrinam propter sectas eius uituperat, damnabit
etiam Socraticã, quòd ex eius philosophi disputationibus ortæ sint diuersæ scholæ ali
quot: damnabit & Platonis decreta, propter dissentientem ab ijs Aristotelẽ, & nouis
indulgentem opinionibus: qua de re iam ante nobis dictum est. Celsus autem uidetur
mihi nosse quasdã hæreses, quibus ne nomẽ quidẽ Iesu nobiscũ est cõmune. Fortassis
enim audiuit de Ophianis qui uocant & Cainanis, & si qua alia similis est sentẽtia mo
dis omnibus à doctrina Iesu discrepãs, uerũ ista nihil ad inculpatissimę religionis Chri
stianæ uituperationẽ attinẽt. Post hęc inquit: Quo magis mirũ est eorum institutum, e

nullius momenti initijs coalitum nisi quod secessio, eiusq; commoda, & metus quo si-
bi timent à diuersum sentientibus, mutuam inter ipsos fidem conciliat. Ad hoc quoq;
respondebimus, adeo non de nihilo, imò diuina operatione institutũ nostrum esse or-
tũ ut initium habeat ab oraculis per prophetas editis, quibus docebãtur homines spe-
rare aduentum Christi seruatoris humani generis. Quanto enim falsior est hæc infide-
lium reprehensio, qua tamen sibi uidentur merito in nos inuehi: tanto magis subsistit
diuina doctrina, qua didicimus Iesum esse dei filium, & ante assumptam humanam na
turam & dum homo fit: addo, etiam postea semper eum inueniri diuinissimum, modo
quæratur animi oculis perspicacibus. apparebit enim eum uere à deo defcendisse: nec
tum primum initium habuisse, quæq; post initium secuta sunt, quando cœpit intelligi:
sed ex quo deus cœpit interesse rebus hominum, uarijs uirtutibus multiplicicq; sapien-
tia sua Iudaicam primò, deinde Christianam religionem instituens. Iam autem antea
confutatum est quod putat à seditione indeq; profecta utilitate initium factum doctri
næ per quam tanta multitudo conuersa est. Quod uerò mox sequitur de metu quo si-
bi timeant à diuersum sentientibus, eoq; in mutua fide contineantur, satis apparet eti-
am absque eo sodalitatem nostram consistere, uel ex hoc quòd ualente deo metus is
cessauit longo tempore: & uerisimile est cessaturum præsentis uitæ securitatem in cre
dentibus, ubi denuo calumniatores nostri causam tantorum motuum quibus nunc
res Romanæ agitantur, in multitudinem fidelium conferre cœperint, quòd non im-
pugnemur à principibus sicut superiore tempore. didicimus enim nec in pace de pri-
stinis studijs quicquam remittere, luxui ue nos tradere, nec si à mundo infestemur
lassari, deficere ue à caritate dei, quæ est in Christo Iesu. Itaque palàm approbamus ue
neranda religionis nostræ initia, non ut Celso uidetur occultamus, quandoquidem
eius candidatis ante omnia contemptum idolorum omniumq; statuarũ indimus, men
temq; horum à cultu ac ueneratione creaturarum ad deum uniuersitatis huius condi-
torem attollimus, aperte de prænunciato à uatibus docentes, tum ex ipsorum prophe
tijs, tum ex euangelistarum apostolorũq; sermonibus accurate traditis ad posteros qui
modo prudentius eos audire ualeant. Qualibus porro uaframẽtis terriculis ue fictici-js
uulgus attrahamus, ut Celsus temere obijcit, proferat qui uult: nisi forte quod de iudi-
ce deo, deq; hominibus in eo iudicio rationem factorum suorum postulãdis docemus,
astruentes id uarijs modis, uel scripturarum autoritate, uel argumentis probabilibus,
iste habet pro terriculis ficticijs: quamuis tandem (amica enim ueritas) ipse Celsus ita
loquatur: absit ut hi, aut ego, aut ullus mortalium, tollat opinionem de iniustorum pœ
nis & iniustorum præmijs. Quæ sunt igitur alia terricula quibus confictis homines at
trahimus? Quin illud obijcientem, quòd priscas fabulas secus intellectas refingen-
tes, his primùm obtundamus homines, uelut sonis quibusdam corybanticis, interro-
gabimus quas priscas fabulas? nam siue de græcanicis dicit denarrantibus nobis in-
ferorum tribunalia: siue de Iudæorum literis, inter cætera uitam futuram uaticinan-
tibus: non poterit ostendere nos male intellexisse ueritatem, qui uitam nostram his
persuasissimis rationibus conamur corrigere: sicut nec conferre nostras res cum re-
bus Ægyptiorum: ad quos uenienti offerunt se splendida fana cum lucis, & templa
cum uestibulis atque porticibus eximia magnitudine pulchritudineq; mirandis, cere-
moniæq; admodum religiosæ ac mysticæ: introgressus autem uidebit adorari felem,
aut simiam, aut crocodilum, aut hircum, aut canem. quid enim est apud nos simile spe-
ciosis primo aspectu Ægyptiorum sacrarijs? aut quid conferendum cum adoratis in-
tus brutis animantibus? An forte prophetiæ, & deus uniuersorum dominus, & ido-
lorum contemptus uidentur etiam ei res magnificæ, Iesus uero Christus crucifixus si-
milis adoratæ brutæ pecudi. Id si dicet, nec enim aliud dicturum puto, respondebi-
mus multa nobis superius pro defensione Iesu memorata, quòd etiam quæ illi huma-
no more accidisse uidentur, utilia fuerunt uniuerso mundo & salutaria. Et postea ue-
nerandas istas Ægyptiorum res, affirmantium animalibus brutis ineſſe quædam di-
uinitatis siue symbola, siue quocunque modo hæc nominare libet ipsorum uatibus,
ait præseferre quandam speciem non uanorum sacrorum, duntaxat apud peritos tali-
um: cæterum quæ nostra disciplina habet Charismata (ut Pauli more loquar) con-
cesse

Universidad de Deusto
Biblioteca

cesse per spiritum sapientiæ, cognitionisq; spiritualis magis quàm ratiocinatricis, cuius Christiani studiosi sunt, ne in cogitationem quidem uenisse Celso conjcio, non solum ex his eius uerbis, sed etiam è sequentibus: ubi Christianum sodalitium incusat, dicens arceri omnes sapientes à doctrina fidei, solos adscisci amentes & ingenio seruili præditos: de quo uidebimus post quàm ad eum locum uentum fuerit. Et ait à nobis stultè rideri Ægyptios, quamuis multa præclara subindicantes suis ænigmatibus, nempe idearum sempiternarum intellectum, non ut uulgo uidetur brutorũ mox interiturorum ueneration em docentes, cum ipsi res ueneratu nihilo digniores quàm hircos & canes Ægyptiacos introducamus in nostris de Iesu narrationibus. Ad hoc dicemus. Ergo uir præclare si Ægyptios multa non contemnenda sub ænigmatum involucris & animalium suorum imaginibus docentes merito extollis, immerito nos accusas, quasi persuasus nihil sani nos dicere, sed friuola omnia, quoties de Iesu reconditi
1. Cor. 2 orem sapientiam interpretamur apud initiatos Christianis mysteriis. de quibus ut huiusmodi sapientiæ capacibus Paulus sic scribit. Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam inquam non huius seculi, nec uanitatis coargutorum huius seculi principum: sed loquimur dei sapientiam in mysterio celatam, quam prædefiniuit deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo cognouit principum huius seculi, Dicant nunc Celsi huius similes, nullam ne excellentiorem sapientiam Paulus imaginabatur, cum polliceretur locuturum se apud perfectos sapientiam? quod si quis perfricta fronte audebit dicere apostolum sapientiæ nihil habentem promisisse talia, iubebimus eum interpretari huius scriptoris epistolas, singularum dictionũ introspecta mente quàm diligentissime: puta quæ sunt ad Ephesios, Colossenses. Thessalonicenses, Philippenses, Romanos: ostẽdere q; utrumq;, & quòd à se intellectæ sint, & quòd stultę ac fatuæ. Sat enim scio, si se attentæ illarum lectioni dederit, aut admirabitur mentem uiri uulgari dictione egregias cõplexi sentẽtias: aut nisi admiratus fuerit, ipse ridiculus uidebitur: siue ut intellecta enarrare conabitur, siue cõfutare quæ ipse in eius literis imaginatus sit. Taceo nunc de his quæ in totis euangelijs obseruatione digna sunt: quorũ singula habent multam contemplationem non imperitis solum & plebeijs difficilem, sed ingeniosis etiam, propter profundissimos sensus parabolarũ quibus apud profanos Iesus est usus, seruans earum intellectum discipulis auribus non uulgaribus prædictis, & domi priuatim se de hoc appellantibus. Ibi mirabitur qui intellexerit qua ratione alij domi dicantur esse, foris alij. Rursus quis non obstupescat qui modo queat perspicere crebros Iesu transitus, nunc montem petentis hoc aut illud dicendi faciendi ue gratia: nunc iterum descendentis ad sanandos ægrotos, qui eum in montem unà cum discipulis consequi non poterant. Verùm non est præsentis temporis enarrare diuinos sensus euangeliorum Paulinarum ue literarum, hoc est sapientiæ uerbi q; dei: satis sit uel hæc dixisse contra indecorã philosopho Celsi maledicentiam, comparantis ecclesiæ dei mysteria cum Ægyptiorum felibus, simijs, crocodilis, hircis, canibus. Et ut nullam derisionis speciem reliquam faceret scurra iste in suo sermone quo nos impugnat, Castores, Herculem, Æsculapium, Bacchum memorat, deos factos ut Græci credunt ex hominibus: dicens nos non ferre pro dijs eos haberi quamuis cæteris præstantiores optime q; de mortalium genere meritos: Iesum uero prædicare quòd post mortẽ conspectus sit suis sodalibus: addit q; huic criminationi, umbram uisam esse ab eis. Ad hæc dicimus, Celsum egregie dissimulasse quòd hos deos non coleret, ueritum lectorum opinionem, ne crederent eum impium: qui si cognitæ ueritatis rationẽ habuisset, nunquam simulasset habere se illos pro dijs. nobis non deest quod respondeamus, credat ille utrumlibet. Age igitur disseramus cum his qui eos non putant esse deos. Ergo ne sunt quidem omnino, sed ut quorundam est opinio de humana anima, quòd cõfestim soluta pereat, perijt horum quoq; aut si iuxta opinionẽ aliorum animæ corpori superstites immortalitate fruuntur, superfunt hi quoq;, sed aut heroes non dij, aut ne id quidem, sed puræ putæ animæ. Ergo si eos nullos iam esse putatis, priorem illam de anima opinionem astruitis. sin adhuc sunt, assentiendum est uobis immortalitati animæ, non solum iuxta egregias illas Græcorum super hæc disputationes, uerum etiam iuxta diuinę doctrinæ placita. Nos ostendemus ex historijs impossibile esse ut isti quos uolunt auxisse

auxisse superorum numerum, post mortem ad potiores sedes migrarunt, quando tam multa prodita sunt de Herculis amoribus usq; ad muliebris dominationis patientiam, dum non dedignatur seruire Omphalæ, deq; Iouis ipsorum fulmine perempto Æsculapio. Quid memorem Castores uitam mortemq; alternantes singulorum dierum uicibus, & parem dijs immortalibus honorem sortitos cum emoriantur toties? quî probabile est horum quenquã deum haberi aut heroa? At nos Iesum nostrum iam approbatum prophetarũ oraculis, opponere istis possumus etiam collatione historiarũ, quòd huius nullum feratur factum intemperãs: alioquin eius insidiatores quærentes undiq; falsa testimonia quibus eum opprimerẽt, inuenissent aliquod saltem in speciem probabile, arripuissent q; occasionem huiusmodi criminis. mors quoq; illius est hominũ insidiatorum facinus, nec habet quicquã simile Æsculapij fulmini. Iam furiosus ille Bacchus cum indumentis muliebribus quid est cur adoretur pro deo? utcunq; hęc quidam excusare conantur confugientes ad allegorias. quæ si quid sani continent, seorsum examinandæ sunt: seorsum item quî consistat ipsius adoratio cultusq;, deturbati per Titanas è cœlesti solio. At noster Iesus cõspectus à suis sodalibus, ut iste loquitur, uerè conspectus est, & calumnia est uisam tantum umbram ipsius. Conferantur nunc illos celebrantes historiæ cum his quæ de Iesu mandata sunt literis: nisi Celsus illa uera esse credi postulat: hæc tametsi ab ijs conscripta quibus spectata sunt, quiq; re ipsa ostenderunt fidem sibi factam eorum quæ uiderant constanter usq; ad mortem testati, haberi tamen pro figmẽtis. Et quis qui modo rationem sequatur, temere illis credulus, nihilq; examinans, pari temeritate his nostris fidem abroget? Idem cum de Æsculapio dicitur, magnam multitudinem tam Græcorũ quàm barbarorum asseuerare sæpe eum uisum, hodieq; uideri, non spectrum hoc, sed ipsum deum beneficia sanitatis & oracula exhibentem Celsus uult credi etiam à Christianis hominibus. at si Iesu discipulis spectatoribus illius miraculorum, eorum conscientiã candidè profitentibus, considerata simplicitate scripturæ omni uafricie carentis assentiamus, stultitiam nobis non ueretur impingere: eum tamen non possit proferre multitudinem istam Græcorum barbarorumq; credentium Æsculapio, nos uero, quòd ille uanè iactat, possumus ostendere inenarrabilẽ tam Græcorum quàm barbarorum numerum Iesu nostro credentium. In his quidam in signum acceptæ per fidem uirtutis mirificæ sanant ægrotos, inuocato tantum super eos uniuersorum deo, & Iesu nomine, recitatą; de rebus eius quapiam historia. Vidimus enim ipsi multos sic liberatos à grauibus malis, alienatione mentis, insania, alijsq; innumeris, quibus nunquam uel homines uel dæmones opem attulerunt. Iam ut concedamus medicum aliquem dæmonem curare morbos corporũ qui uocetur Æsculapius, huius admiratoribus simulq; uatis Apollinis obijciemus, medicinæ peritiam rem esse indifferentem, quæ cadat in malos æque ac bonos: nec enim statim qui futura prænoscit etiam uir bonus est: proinde requiri aliam probationem, sanatores istos & fatidicos non malos esse, sed probos modis omnibus, & qui non immerito haberi possint pro dijs. At non poterunt declarare istorum probitatem, quandoquidẽ multos sanare

Universidad de Deusto
Biblioteca

porrò quę Celsus affert ex historijs, non admodũ uerisimilia, ipsi tamen credita, quantũ ex eius uerbis apparet: et primũ de Aristeo Procõnesio, de quo sic scribit: Ergo Aristeũ Proconnesiũ, qui tam diuinè rebus humanis exẽptus est, rursusq; manifestè conspiciendum se præbuit, & post multũ temporis alio atq; alio loco orbis peragrato mirãda quædam renũciauit, etiam post interminationẽ Apollinis qui eum pro deo coli à Metapontinis iussit, nemo iam deum existimat. Hanc historiã uidetur desumpsisse à Pindaro & Herodoto: nobis nunc sufficient quæ in quarto narrat Herodotus his uerbis. Aristeus qui hæc retulit unde fuerit, dictũ est à me. Dicetur etiam quænã de eo uiro in Proconneso & Cyzico audierim. Aristeũ aiunt, qui nulli ciuium suorũ nobilitate cederet, ingressum in Prõconeso fulloniam decessisse: fullonemq; occlusa officina abisse, ut nunciaret rem propinquis defuncti. Sparsoq; iam per oppidũ rumore, Aristeum esse uita functũ, superuenisse dũhac re loquentibus quendam Cyzicenũ tum ex Artacia uenientẽ, qui sibi in patriam redeunti spectrum eius inferos petentis uisum diceret. Et cùm id homo cõstanter asseueraret, propinquos mortui cum apparatu quo efferrent eum adfuisse ad fulloniam. qua aperta Aristeum nec uiuum apparuisse nec mortuum: septimoq; deinde anno cùm in Procõneso apparuisset, eos uersus fecisse, qui nũc à Græcis Arimaspei uocantur: quibus cõditis rursum disparuisse. ita fertur in his quas dixi ciuitatibus. Illud scio, obuersatũ eum in Italia Metapontinis anno ducentesimo quadragesimo postquã iterum disparuit, quantum colligo ex collatione sermonũ quos à Proconnesijs & Metapontinis audiui. Ipsi Metapontini dicunt Aristeũ apud se conspectũ iussisse aram dicari Apollini, iuxtaq; statuam Aristeo procõnesio ponere: q; diceret Apollinem ad eos solos ex Italicis in ipsorũ terram uenisse, illũ se asslectante. et qui iam Aristeus esset, cùm deum assectaretur fuisse coruum, his dictis illum abisse: se uerò legatis Delphos missis, cõsuluisse oraculũ, quod'nam sit id spectrũ hominis. tum pythiam iussisse parerent spectro: hoc enim in rem ipsorũ fore. ac se responso accepto, feciss̃e quod mandatũ est. hodieq; extat Aristei statua iuxta simulacrũ Apollinis, & lauretum circũquaq;. est autem in foro id simulacrum. hactenus de Aristeo. Respondeo ad hæc: si Celsus eius historiæ fidem penes autorem reliquisset, aliter me acturum fuisse cum eo. nunc quoniam ut uerã refert, dicens eum diuinè disparuisse, ac rursum palàm apparuisse in multis orbis regionibus, multaq; mira nunciasse: & oraculũ etiam Apollinis memorat, iubentis Metapontinos ut hominem diuinis colerent honoribus, nimirum persuasus hæc ita se habere, libet eum sic compellare: tu qui pro figmentis habes Miracula prodita à Iesu discipulis, & aliorum credulitatem accusas, qui fit ut ista figmenta esse & quidem prodigiosa non existimes? quomodo alios ut sine ratione ulla credentes de Iesu prodigijs criminaris, cùm ipse præ te feras fabulis te credere, nihil habẽtibus quod sit probabile, quod possis adducere? nisi fortè Pindarus & Herodotus tibi ueraces sunt: homines uerò soli ti mori pro Iesu præceptoris placitis, quæ ut persuasissima sibi literis trãsmiserunt ad posteros, tam constanter pro figmentis, sicut putas, decertauerunt, ut iuxta normam eorum uiuentes enecari mallent quàm descisc̃ere. Itaq; arbiter factus inter ea quæ de Aristeo & Iesu scripta sunt, suspende tantisper sententiã, dum dispicias ex euentu, quod ad morum correctionem & pietatem erga deum rerum omniũ conditorem attinet, num non sine numine gesta sint quæ de Iesu narrãtur, potius quàm illa quæ de Aristeo proconnesio. Quorsum enim diuina prouidentia uoluisset edi per Aristeum fabulosa illa miracula? nec potes dicere quid utilitatis humano generi prouenisset ex istis quæ tibi uidentẽ tam mirifica. Nos autem dum res Iesu enarramus, non uulgares rationes earum afferimus: deum uoluisse per Iesum salutarẽ doctrinam hominibus instituere, firmatam in apostolis tanquã fundamento ædificandi Christianismi, cæterũ augendam tempore posteriore maioribus accessionibus, quando inuocato Iesu nomine sanationes fiunt, aliaq; manifesta argumẽta præsentis ac propitij cœlestis numinis. Quid tale facit Apollo seuerè indicẽs Metapontinis ut honorẽ qualem cœlitibus Aristeo habeãt? quã obsecro utilitatem inde consecuturi, si eum qui modò homo fuerat, mox deum factũ crederent? Attamẽ Apollinis nostra opinione dæmonis, uestra dignatione nidoribus honorati & libaminibus cõmendatio pondus habet ad ornandũ Aristeum: cæterũ summi dei sanctorũq; angelorum eius & prophetarum testimonia, non post natum Iesum, sed etiam

etiam multo ante natiuitatem ipsius edita, non mouent uos ut admiremini uel uates diuino spiritu afflatos, uel ab eis prænunciatum, cuius in hanc uitam aduentum ante tot secula multorum præconio significari contigit: adeò ut tota ludæorum gens quæ dudum pendebat à uenturi expectatione, post aduentum Iesu, inter se de hoc disceptaret, magna parte hunc esse Christum credente & contendente designatum prophetarum oraculis: cæteris non credentibus, & contempta discipulorum eius mansuetudine ne uerbo quidem tenus seditionem spectantium, tantum facinus ausis, quantum narratur in ueracissimis & candidissimis ipsorum discipulorum literis, in quibus ne illa quidem prætermittuntur quæ uideri poterant allatura Christianis nõnihil dedecoris. hoc enim uolebant Iesus & discipuli, ut ad hanc doctrinam accedentes non solum ipsius diuinitatis mirandisq; factis crederent, semota consideratione assumptæ carnis, concupiscentia aduersus spiritum: sed animaduerterent etiam cœlestem uirtutẽ delapsam in naturam humanam suis circũstantijs obnoxiam, assumpta humana anima simulq; corpore, non minus utilitatis inde relaturi ad salutis rationẽ & fidei, dum uident ab his exordijs prouenisse contextum naturæ diuinæ cum humana, ut per diuinæ cõmunicationem humana hæc fieret diuina, non in solo Iesu, sed & in omnibus quotquot unà cum fide assumpserint uitam qualem Christus docuit, sursum ducentem ad dei amicitiam communionemq; cum illo omnes obseruatores præceptorũ Iesu. Apollo autem sic ut Celsus scribit, Metapontinis consulit ut Aristeum colant pro deo. illi quibus persuasum erat Aristeum hominem fuisse, ac fortasse nõ bonum, in re manifesta noluerunt oraculo credere quòd is deus sit aut dignus diuinis honoribus: atq; ita contemptis iussis Apollinis, nemo Aristeum habet pro deo. De Iesu uero possumus dicere, quoniam erat utile humano generi hunc excipere, ut dei filium uenientẽ in humana anima & corpore, quòd non erat in rem liguritorum istorum & carnalium dæmonũ, hominum'ue qui hos colunt pro dijs: ideo terrestres dæmonas uenditantes se apud imperitum uulgus pro superis, ipsorumq; cultores, conatos obsistere quominus Iesu doctrina propagaretur latius. uidebant enim hac inualescente tolli nidores gratasq; sibi libaminũ cupedias. At deus qui Iesum miserat, frustratus dæmonũ insidias effecit ut per uniuersum orbem ad conuertendos corrigendosq; homines prævaleret eius euangelium, & ubiq; instituerentur ecclesiæ cum ratione uiuendi contraria superstitiosorũ, intemperantium, & iniusto rum cõgregationibus. tales enim mores passim cernuntur in ciuitatibus. Cæterum ecclesiæ dei per Christum eruditæ, collatæ ad uulgares cœtus hominũ, plane mundi sunt lumina. quis enim non fateatur deteriorem ecclesiæ nostræ partem collatam cum uulgaribus concionibus longè præstantiorem esse? nam ecclesia dei quæ Athenis est, uerbi gratia, mansueta est & quieta, quippe quæ uni deo se approbare cupiat: Atheniensis autem populi concio seditiosa nec ullo modo conferenda cum eius urbis ecclesia dei. idem dicendum de ecclesia dei quæ est Corinthi, & concione populi Corinthiorum quam ipsi etiam sua lingua uocant eccleliam: similiter de ecclesia dei quæ est Alexandriæ (exempli gratia) & concione Alexandrini populi. Quæ si quis candidus & ueritatis studiosus audiens examinet, res mira uidebitur conatũ hoc aliquem atq; etiam effecisse, ut per ciuitates intra eadem mœnia cohabitarent ecclesiæ dei cum profanis populis suas conciones celebrantibus. Sic etiam senatum ecclesiasticũ si componas ad senatus singularum ciuitatũ, inuenies quosdã senatores ecclesiasticos dignos ubiuis gentium administrare diuinitus constitutã rempublicam: senatores uero istos qui passim reperiuntur, nihil in moribus habere eximium præ plebeijs hominibus. Eodem modo magistratus ecclesiastici cũ urbanis magistratib. cõferendi: ut intelligas magistratus ecclesiæ, etiam qui inter collegas paulo frigidius uersantur in officio, tamen in morum & uirtutum ratione uulgaribus senatoribus atq; magistratibus præcellere. Quæ cùm ita se habeant, quid absurdi fuerit in Iesu, cuius tam efficacem uidemus potentiam, diuinitatem suspicere: at non item in Aristeo Proconnesio quem Apollo in deorũ album referri uoluit: aut in eis quos Celsus enumerat, dicens à nemine pro deo coli Abarim Hyperboreũ, cuius tanta uis erat ut cum sagitta eiaculata ferretur per aerem. Quid enim sibi uoluit Abaridis diuinitas per quam cõsecutus est uelocitatẽ sagittæ parem? quid com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modorum inde ad humanũ genus rediſſe: aut ad ipſum etiã: ut iam demus hæc non eſſe figmenta, ſed factum id cooperante quopiam numine. Dum uero noſtrum Ieſum dicimus aſſumptũ in gloriam, uideo diſpenſationem dei cõmendantis hominibus doctorem per quem tam egregias res operatus eſt: quò non tanquã pro humanis diſciplinis, ſed pro diuina doctrina certãtes ſe totis uiribus dedicent ſupremo numini, & nihil non agant ut illi placeant, utpote recepturi pro meritis ante dei tribunal quicquid in hac uita uel male geſtũ eſt uel bene. Quoniã autem mox & de illo Clazomenio Celſus mentionem fecit, addens ex hiſtoria, animã eius ſæpe relicto corpore oberraſſe nudam, attamen nẽ hunc in deos relatum: & ad hoc dicemus, fortaſſe malorum dæmonũ inſtinctu ſcripta eſſe talia (non enim credo ipſorum diſpenſatione facta etiam eſſe) ut prædictiones propheta-
rum de Ieſu & ſermones ipſius per calumniã dicerentur ſimiles eſſe figmentis huiuſmodi: minuſq; admirationis haberent, quaſi cõmune hoc eſſet ei cum aliis. Meus certè Ieſus de anima ſua nõ humano fato ſeparanda à corpore, ſed iuxta datam ſibi etiam in hoc negocio mirandam poteſtatẽ, dicebat illud: Nemo tollit animam
Matth. 27 meam à me, ſed ego pono eam ſponte. Poteſtatem habeo ponendi eam, & rurſum poteſtatem habeo recipiendi eam. nam quia poteſtatẽ habebat ponendi eam, poſuit tunc cũ dixit, Pater ad quid me deſeruiſti? emiſſoq; clamore magno exhalauit ſpiritũ, priuſquam carnifices crura crucifixorum frangerent, ne cruciarentur diutius. Reſumpſit uero animam quando ſeipſum oſtendit diſcipulis: quod antè prædixerat Iudæis incredu-
Ioan. 2 lis: Soluite, inquit, templũ hoc, & ego id triduo reſuſcitabo. Dicebat autem hoc de templo ſui corporis: ita ut prophetarum præconiis prænunciatum fuerat, & inter cætera il-
Pſal. 16 lo: Caro mea requieſcet in ſpe, quoniam nõ derelinques animam mam in inferno: neq; dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. Celſus porrò indicat ſe multas legiſſe Græcorum hiſtorias, dum profert etiam Cleomedem Aſtypalæum: quem narrat arcam ingreſſum, & intus operculum eius retinentem. non eſſe repertum in ea: ſed diuino quodem fato euolaſſe, cùm inimici comprehendere hominẽ uolentes arcam effringerent. Hoc quoq; nimirum figmentũ eſt, ſicut etiam figmenti præ ſe fert ſpeciem, nec habet quicquam rebus Ieſu ſimile. nam in iſtorum, quorũ exempla produxit, uita nullum diuinitatis argumentum eſt cernere: ediuerſo Ieſu atteſtantur & emendatorum eccleſiæ, & præcinentes de illo prophetiæ, & ſanationes quæ fiunt in eius nomine, & ipſius do-
Ioan. 5 num cognitio ſapientiæ, & ea ratio qua à nuda fide altius aſcenditur, excutiendo diuinarum ſcripturarũ ſenſus iuxta præceptum ipſius domini dicentis: Scrutamini ſcripturas: iuxtaq; Pauli cõſilium quo ait: Oportet ſcire unũquenq; noſtrum decenter reſpon-
1. Pet. 3 dere: & rurſum: Parati ſemper ad ſatisfaciendũ omni poſcenti à uobis rationẽ eius quæ in uobis eſt fidei. Quodſi uult ipſe ut concedamus non eſſe figmentum, dicat quid ſibi uoluerit auguſtior illa uis, dum fecit eum diuino quodam fato euolare ex arca. Si enim oſtendet rem aliquam magni momenti, ob quam deus meritò Cleomedem ſic honoratum uoluerit, quid opus eſt contradicere? quodſi nihil habet ſaltẽ ueriſimile quod hoc loco dicat, manifeſtum eſt non inuenire hominem quomodo obturet os criminatoribus: & aut hiſtoriam ueram eſſe negabimus, aut contendemus dæmonum præſtigijs illuſum eſſe oculis eorum qui huic Cleomedis miraculo præſentes aderant, qualia ludibria ſæpe fiunt magicis artibus: quantumuis Celſus putet id iuxta oraculi fidem contigiſſe, & diuino quodam fato eum ex arca euolaſſe. Equidem puto Celſum hos ſolos ſciuiſſe, & ut uideretur uolens ac prudẽs omittere exempla ſimilia, dixiſſe illud, Cæteriq; plures quos aliquis poſſet in medium adducere. Sed ſit ita fuiſſe plures qui nihil humano generi profuerint, quid horum quiuis ad Ieſu res egregias, quarum pleraſq; iam recenſuimus? Poſt hæc Celſus opinatur nos qui comprehenſum damnatumq; ſupplicio colimus idem facere quod Getas qui Zamolxim uenerantur, & Cilicas qui Mopſum, & Acarnanas qui Amphilochũ, & Thebanos qui Amphiarã, & Lebadienſes qui Trophonium: quos omnes immeritò nobiſcum conferri declarabimus. nam iſtis quos enumerauit templa & ſimulacra poſita ſunt à ſuis populis: nos uero qui nõ exhibemus deo tales honores, utpote magis congruos dæmonib. hoc illóue loco cõſecratis, ut quemq; aut ipſi occupauerunt, aut myſteriis quibuſdam incantati habitare coguntur: admiramur

mur Ieſum qui mentes noſtras ab omni ſenſibili, nec corruptibili tantum, ſed etiam corrumpendo, traduxit ad cultum ſummi dei, conſtantem correctione uitæ atq; precibus: quas offerimus ei ceu mediatori inter omnem naturam genitam & ingenitam, qui nobis à ſuo patre omnia beneficia deferat, & uiciſſim in morem pontificis uota noſtra ad ſummum deum perferat. Libet nunc mihi cum hoc talia neſcio quomodo proferente nugari more ipſius: Vtrũ nihil ſunt hi quos modo enumeraſti, nec ulla uis eſt apud Lebadiam in fano Trophonij, nec Thebis in Amphiarai, nec in Acarnania in Amphilochi, nec in Cilicia in Mopſi: an eſt his locis aliqs ſiue dæmon, ſiue heros, ſiue deus, qui maiora humanis uiribus opera faciat? Si dicet nihil dæmonũ deorum' ue ibi eſſe, ſaltem nunc fateatur ſuam ſententiam quòd ſit Epicureus, nec eadem quæ Græci ſapiat, quippe qui nec dæmonas agnoſcat, nec deos ueneretur græcanicos: & appareb it eum fruſtrà uerbis extuliſſe quæ iam dixit ut uera, quæq; inde conatur colligere. Quod ſi dixerit, ſiue dæmonas, ſiue heroas, ſiue deos eſſe quos enumerauit, uideat quòd his quæ dixit aſtruit imprudens, etiam Ieſum fuiſſe tale quippiam, ideoq; facile tantæ multitudini approbaſſe ſe miſſum à deo ut genus humanum inuiſeret. Id ſi ſemel admiſerit, uide an non cogetur fateri potentiorem eum his quibus modò connumerandum eſſe aſſenſit: quandoquidem illorum nemo uetat coli etiam alios: at hic ſibi ipſe fidens ut pollentio ri, interdicit ne iſtos recipiamus pro numinibus, quippe qui ſint impuri ac ſceleſti dæmones incubantes terræ locis uariis ut quenq; occupauerunt, quoniam ad puriorem illam & diuiniorem regionem non ualent pertingere, quò nunquam deueniunt terrenę uicijsq; terreſtribus inquinatæ craſſitudines. Poſt hæc quia mentionem facit amorum etiam Hadriani Cæſaris, adoleſcentis inquam Antinoi, & honorum diuinorum quos is apud Antinoupolim oppidum Ægypti à ſe denominatũ ſortitus eſt, eoſq; putat non multum diſtare à cultu quem noſtro Ieſu exhibemus: age hoc quoq; conuincamus dictum malicioſo infenſoq; nobis animo. Quid em̃ habet adamati Hadriano adoleſcentis, ac ne marem quidem ſuũ ſexum à muliebribus propudijs tutati, uita noſtro adorando Ieſu ſimile? qui tantum abfuit ab omni genere intemperãtiæ, ut nemo unquam tam maledicus & impudens calũniator extiterit, qui hac parte uel leuiſſima macula famam eius contaminare auſus ſit. Quamuis ſiquis incorruptè ueritatẽ ſcrutetur in rebus Antinoi, nihil inueniet præter præſtigioſa quædam Ægyptiorũ myſteria, cur ille miracula apud Antinoupolim edere uideri debeat iam defunctus: quod non nouum eſt Ægyptijs & impoſtoribus huiuſmodi, ut in aliquo loco domicilium ſtatuant dæmoni fatidico aut medico, nonnunquã & tortori, qui cruciet aliquos parum diligẽtes in obſeruandis ſuis ſuperſtitionibus, puta guſtantes cibos uetitos, aut tangentes humanũ cadauer, quo territent imperitam multitudinẽ. Talis eſt & is qui apud Antinoupolim ab Ægyptijs pro deo colitur: de cuius uirtutibus fabulantur quidam quibus inde quæſtus eſt: ſicut alij rurſum prædicant eum decepti à dæmone loci eius præſide, & ſcelerũ ſibi conſcij putant ſe diris agi torqueriq; ab Antinoo. Eiuſmodi ſunt etiam eorum myſteria qui bus initiantur, & mantea, unde oracula reddi putãtur, res longè alia quàm Ieſu religio. hunc enim non Magi regis alicuius aut imperatoris iuſſu in unũ coacti decreto ſuo retulerunt in deorum numerum: ſed ipſe mundi conditor pro efficacia doctrinę mirificæ commendauit diuino honore colendum credentiũ pectoribus, uerendum non ſolum hominibus reſipiſcentibus, uerũ etiam genijs & alijs quæ non cernuntur poteſtatibus, quæ hodieq; præ ſe ferunt timorem Ieſu nominis ut potentioris, ſiue metu compulſæ ſi ue legibus ſui domini. alioquin ſi non diuinitus datam haberet uim ſuam, haud quaquã dæmones ad ſolum eius nomen inuocatũ cederent ex inſeſſis ſemel corporibus. Ægyptius igitur Antinoum colere doctus, ſi ei proferas Iouem aut Apollinem ſuſtinebit uenerari hos quoq;, ut qui his ſuum deum annumerent. mentitur enim Celſus hoc negãs. At Chriſtiani qui ſciunt æternam uitam conſiſtere in cognitione unius ueri dei, & ab illo miſſi Ieſu Chriſti: & qui didicerunt omnes deos gentium eſſe dæmonia uictimarum cruoris auida, uerſantiaq; circa nidores huiuſmodi ad decipiendos quotquot non habent apud totius creaturæ deum refugium: cæterum angelos dei tam natura quàm uoluntate

Universidad de Deusto
Biblioteca

luntate plurimum differre à terrenis dæmonibus: quodcp̃ hi paucis admodum hominibus noti sint prudenter ac diligenter talia perquirentibus: non patientur sibi obtrudi Iouem aut Apollinem, nec alium ullum requirentem nidores atque cruenta sacrificia: nõnulli simpliciores ne rationẽ quidem facti sui scientes reddere, cõtenti bona fide seruare quod acceperunt à suis maioribus: alij uero etiã rationes reddent nõ contemnendas, imò profundiores & penitius ut Græci loquuntur, introspiciendas, in quibus crebra dei mentio, & eorum qui deo cari sunt ut unigeniti uerbi dei participes & adoptati in nomen illius: crebra item bonorum geniorũ qui dei sunt internuncij, & ab his diuersorum ueritatis hostium, qui dolosis præstigijs imponentes mortalibus ostentãt se pro dijs aut angelis dei, aut bonis genijs aut heroibus, in quos bonas hominũ animas mutari persuasum est. hi doctiores Christiani poterunt ostendere quòd sicut multi philosophorum uidentur sibi tenere ueritatẽ, aut à seipsis aut ab alijs temerè inducti falsis persuasionibus: ita sunt etiam inter animos corpore carentes & angelos & dæmonas quidam q sibi uidentur rationẽ habere cur seipsi deos pronũcient: & ideo quia certò compertum est nusquam apud tales tutam esse fidem, receptũ est nostris moribus ut nemo se cuiquam credat ut deo, excepto summo illo mediatore Iesu Christo, qui altissimas has contemplationes paucis suis tradidit. Est igitur hæc de Antinoo similibuscp̃ apud Ægyptios & Græcos fides malè fortunata, ut sic loquar: de Iesu autem uel bene fortunata ut quidam opinantur, uel exquisitè examinata: uulgo sic existimante quasi ea bono casu contingat, examinata uerò apud paucos admodum. Et quamuis multi putent hanc fidem fortuitam bonacp̃ fortuna cõtingere, non dubito tamen rationem eius esse apud deum, qui scit quid & cur tribuat cuicp̃ in hãc uitam uenientiũ. Apud Græcos autem etiam sapientissimi multa bonæ fortunæ imputant, in hanc referentes causam cur in hac uel illa disciplina alius meliores magistros nactus sit quàm alius, aut in hanc uel illam sectã inciderit, aut educatores meliores habuerit. multis enim talis institutio contigit, ut ne imaginari quidem sinantur boni quippiam: sed statim à prima ætate hominibus luxu libidinecp̃ perditis aut heris suis sunt in delicijs, aut alio quopiam infortunio grauante, nequeunt animi oculos attollere. Harum rerum causas omnino ueri simile est esse in prouidentiæ rationibus, tametsi nõ facile cadant in cognitionem hominum. uisum est autem hæc obiter dicere, ut sciatur quantum ualeat persuasio, qua semel animus utcunq̃ præoccupatus est. opus enim erat indicare diuersitatem fidei, ortam ex diuersis institutionibus, ut cuiusque bona maláue sors tulit: atcp̃ ita ostendere, etiam eos qui doctiores sunt habiti, has aut illas opiniones amplexos ut quisque felicior fuit aut infelicior. Verùm de his satis sit dictum, reuertendũ est iam ad Celsum deinceps dicentem quòd nostra quoque anima præoccupata sit huiusmodi assensu de Iesu. Et reuera fides talem assensum efficit. Videndum autem an non hoc ipsum laudabile, quòd nosmetipsos deo rerum omnium præsidi credimus, gratias ei agendo quòd ipsius ductu ad hanc fiduciam peruenimus, fatendocp̃ talem successum non absque dei fauore contigisse nostris conatibus. Credimus etiam bonum propositũ habuisse scriptores euangeliorum, cuius rei coniecturam facimus ex religione illorum & conscientia quæ in his scriptis elucet, nullam impostúram aut adulterationem, nihil uafrum aut ficitium præ se ferentibus. persuasissimum enim nobis est animas illas nunquam uersatas in uaframentis sophisticis ad permouendos homines efficacibus, nec in oratorum forensibus acuminibus, non habuisse facultatem fingendi res ad fidem persuadendam uitámque corrigendam tam ualidas. Opinor autem & Iesum ideo uoluisse uti talibus dogmatum suorum doctoribus, ne quem locum haberet suspicio quasi artibus essent instructi sophisticis: sed euidenter intelligi posset, nihil fuci latuisse in animo tanta (ut ita dicam) simplicitate scribentium, ac proinde dignorum quibus scribentibus adesset diuinus spiritus, multò efficaciór quàm sint istæ Græcorum artes, dicendi copia, elocutionis ornamenta, diuisionis dispositionisq̃ artificium, & huiusmodi cætera, ac uide an non fidei nostræ placita per omnia cum sensu communi conueniant, facilecp̃ illabantur beneuolorum auditorum animis. Vt enim persuasum sit uulgo à tot doctoribus

ribus undique prauas opiniones inculcantibus de adorandis deorum simulacris factis ex auro, argento, ebore, marmore, attamen cõmunis sensus iubet nos cogitare, deum haudquaquam esse materiam corruptibilem, nec delectari hoc honore imaginum ab hominibus fabricatarum quæ effigiem eius aut significationem repræsentent aliquam. Ideo statim succurrit de simulacris, non esse hæc numina: & de talibus artificum operibus, non esse conferenda ad mundi opificem, friuola ad autorem, conseruatorem, gubernatorem rerum omnium: moxcp̃ rationalis anima cognationem suam agnoscens abijcit quæ prius habebat pro dijs, & naturali quodam philtro in conditoris sui amorem accenditur, eodemcp̃ rapitur etiam ad diligendũ eum qui primus gentes hanc ueritatem docuit, & discipulos potentia diuina instructos dimisit cum potestate ad prædicandum sermonẽ de deo decp̃ regno dei. Quod autem nobis obijcit iam toties, quòd Iesum mortali corpore constantem credamus esse deum, idcp̃ piè nobis uideamur facere, superuacaneũ fuerit ad hoc respondere, quando id iam superius copiosè factũ est: attamen sciant isti criminatores, hunc Iesum quem iam olim deũ esse credimus deicp̃ filium, esse ipsum uerbum, ipsam ueritatem, ipsam sapientiam: cæterum mortale eius corpus & humanam in eo animam, illius uerbi non solum communicatione, sed etiam unitione & permixtione, tantum diuinitatis assumpsisse ut deus fieret. Quod si quem offendit etiam de corpore eius nos hæc dicere, adeat Græcorum scripta differentium de materia, quæ quum propriè careat omni qualitate, induit se qualescunq̃ creator ei circumdare uult, & sæpenumero depositis prioribus, alias atque alias potiores assumit. Quorũ opinio si sana est, quid mirum qualitatem mortalem Iesu corporis prouidentia dei sic uolentis mutatam in ætheream & diuinam qualitatem? At non sicut Celsus dialecticè argutatur, conferens humanas Iesu carnes cum auro & argento ac marmore, quòd illæ corruptibiliores sint: nam si exactè disquiratur, nec incorruptibile incorruptibili est incorruptibilius, nec corruptibile corruptibili corruptibilius: attamen esto sint corruptibiliores, dicemus & ad hoc: si possibile est ut mutet qualitates materia quæ recipit quasliber qualitates, an non possibile est etiã carnem Iesu mutatis qualitatibus talem esse redditam, qualem decebat habitare in summo æthere, nihil retinentem carnalis infirmitatis congenitæ, & eorum quæ impura Celsus nominat, id'que parum philosophicè. nàm propriè impurum est uitium, & quicquid uitio contaminatur: natura autem corporis non est impura. non enim è corporis natura uitium prouenit, ut id contaminet. Deinde subolfaciens quid à nobis responderi possit, dicit de mutatione corporis, quòd depositis infirmitatib. erit uticp̃ deus. quin igitur potius Æsculapius, & Bacchus & Hercules? Dicemus, quid tam egregium Æsculapius fecit, aut Bacchus, aut Hercules? Quis doctrina eorum aut exemplo factus est pilo emendatior? Vt referri debeant inter deos? Videamus in historijs quæ de rebus eorum extant, num puri fuerint à libidine, iniusticia, timiditate, insipientia. Si nihil horum inuenietur in istorum moribus, non uana erit oratio Celsi pares eos Iesu faciens. quòd si constat etiamsi quædam ferantur de ipsis meliora, tamen innumera eorum non rectè facta memorari, quomodo dicis hos probabilius quàm Iesum relicto mortali corpore factos esse deos? Post hæc obijcit nobis quòd rideamus adoratores Iouis, cuius sepulcrum apud Cretenses ostendatur, nihilominus ipsi colentes eum qui sepultus est, nec scientes cur Cretenses id faciant. Vide quàm hac parte patrocinetur Cretensibus & Ioui eius'que sepulcro, totam rem trahens ad figuratas locutiones quibus constet Iouis fabula: nobis uero crimini uertit quòd fassi Iesum nostrum sepultum, dicamus eum resurrexisse è sepulcro, quòd Cretenses non addunt de Ioue. Ergo quoniam uideris causam pro Cretensi Iouis sepulcro dicere, dum ais nescire nos cur Cretenses id faciant: respondebimus & Cyrenensem Callimachum multæ lectionis hominem qui penè omnes Græcorum historias, omnia poemata euoluerit, nullam sciuisse tropologiã in his quæ de Iouis sepulcro feruntur. quamobrem incusat Cretenses in hymno quo Iouem celebrat, dicens: Cretenses semper mendaces. tuum enim rex sepulchrum extruxerunt. tu uero non es mortuus: semper enim es. Atqui ipse cuius uer-

ba sunt: tu uerò non es mortuus: semper enim es, quamuis inficietur sepultum in Creta Iouem, tamen narrat de Ioue mortis initium. est enim mortis initium terrena natiuitas. Sic autem loquitur: Te apud Parrhasios Rhea peperit. Oportebat autem cùm negarit in Creta natum propter sepulcrũ eius, considerare necessariò consequi mortuum esse qui natus sit in Arcadia. Sic enim dicit idem Callimachus. Iupiter te natum aiunt in Idæis montibus, Iupiter te in Arcadia. utri pater mentiuntur? Cretenses semper mendaces, & cætera. Ad hæc autem proferenda deducti sumus Celsi oratione, qui Iesu parum æquus assentit quidem mortuum & sepultũ esse, cæterum figmentum putat quòd è mortuis resurrexerit, quamuis id à tot prophetis prædictum sit, multisq; signis constet rediuiuum apparuisse. Pergit Celsus, & quæ de Iesu doctrina dicuntur à paucis è Christianorũ numero, non prudentioribus ut ipse putat, sed rudioribus, ait præcepta esse nostrorum hominum: Nemo accedat eruditus, nemo sapiens, nemo prudens: arcemus enim tales: sed si quis est indoctus, insipiens, infans, fidenter ueniat. Hoc pacto, inquit, satis apparet quòd solos fatuos, ignauos, stolidos, mãcipia, mulierculas, pueros capient: & pelliciant. Respõdemus & ad hæc: quòd quemadmodum si aliquis cui notum sit Iesu præceptum docentis temperantiam & dicentis, Quicunq; inspexerit mulierem ad concupiscendum eam, iam cõmisit adulterium in corde suo, uideret paucos aliquot pro Christianis habitos libidinose uiuere, meritò eis præuaricationem impingeret, sed iniquissimè faceret si doctrinæ Iesu imputaret eorum flagitia: ita cùm compertum sit Christianorum doctrinam inuitare ad sapientiam, obiurgandos qui patrocinantur imperitiæ suæ, dictitantes nõ quæ Celsus scripsit (nemo enim quantumuis idiota & imperitus ista diceret) sed alia quædam moderatius à studio sapientiæ reuocantia. Quod autem doctrina nostra sapientiæ studium à nobis requirat, probabimus et ex ueteri Iudæorũ instrumento quo etiam nos utimur, & ex scripturis post Iesum editis, quæ diuinæ creduntur ab ecclesijs. Scriptum est certè in psalmo quinquagesimo Dauidis preces ad deum fundentis sic: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi: & si quis uerset psalmos, inueniet librum plenũ dogmatibus sapientissimis. Solomon quoque sapientiam quia petijt impetrauit, cuius uestigia licet in scriptis eius animaduertere, breuibus uerbis egregias sententias complectentia, inter quas crebræ laudes sapientiæ, & exhortationes ad capessendum eius studium: & intãtum erat sapiens Solomon, ut regina Sabbæorum audito præclaro eius nomine ueniret ad periculum faciendum eius sapiẽtiæ soluendis ænigmatis: quæ locuta est ei quicquid in corde habebat, & enarrauit ei Solomon omnes propositiones eius, nec erat ulla quam rex inexplicatam præteriret. & intellexit regina Sabbæorum omnem prudentiam Solomonis, eiusq; usum: quo factum est ut exclamaret: Vera est fama quam audiui in terra mea super sermonibus tuis & super sapientia tua: & non credebam narrantibus mihi donec ipsa ueni & uidi his oculis, experta quòd nec media pars mihi nunciata sit. Vicit famam sapientia tua & magnificentia. De eodem rege scriptum est sic: Dedit deus Solomoni sapientiam & prudentiam maximam, pectusq; innumerarum rerum capax: & antecellebat sapientia eius sapientiam omniũ priscorum, omnium Ægyptiorũ professorum sapientiæ, denique omnium hominum: eratq; sapientior Coethane Ezarita, & Emade, Chalcade, Arade, filijs Madis: & erat nomen eius celebre in circumuicinis gentibus. edidit etiam quæstionum tria milia, & carminum quinque milia: & disseruit de stirpibus à cedro Libani usque hyssopum prorumpentem per parietem: & disputauit de piscibus, pecudibus, uolucribus frequentissimo populorum concursu ad ipsius auditorium: innotuitq; sapientia eius omnium terrarum regibus. Intantum autem sapientia requiritur à fidelibus, ut permulta in doctrina nostra ænigmatibus obuelata sint & obscuritatibus ad exercendum auditoris ingenium, quæ eam etiam similitudinibus & quæstionibus. unde de prophetarum unus Osee sermones suos claudit in hunc modum: quis sapiens & intelliget, quis intelligens & cognoscet hæc? Daniel porrò eiusq; captiuitatis socij tantum profecerunt in disciplinis babylonicis quas profitebantur sapientes regij, ut decuplo superarent cæteros. Ezechiel item propheta Tyri principem sapientiæ opinione

Matth. 5

3. Reg. 3

3. Reg. 4

Ezech. 28

nione tumentem sic alloquitur: num tu sapientior es Daniele? occulta omnia tibi reuelata sunt? quod si te uertas ad scripta post aduentum Iesu uolumina, inuenies turbas credentium audire tantum externas similitudines quibus solis dignæ sint: discipulos uero seorsum enarrationes earum discere. Iesus enim priuatim suis explicabat omnia, quos præ uulgo reliquo digniores iudicabat cœlesti sapientia. Credentibus quoq; pollicitus est missurum se scribas & sapientes his uerbis: Ecce ego mittam ad uos scribas & sapientes, ex quorum numero multos crucifigetis & necabitis. Quin & Paulus in recensendis à deo donatis charismatibus primo loco ponit sapientiã, proximo eruditionem, tertio demum & inferiore fidem. Et quoniam doctrinã pluris faciebat quàm miraculorum facultatem, ideo uirtutum operationes & charismata sanationum inferius collocat quàm charismata scientiæ. In apostolorum quoq; Actis Stephanus testatur Mosem ornatum fuisse cognitione multarum disciplinarum & artium, è priscorum monumentis petitarum, quas non attingant literatorum quilibet. ait enim: & eruditus erat Moses in omni Ægyptiorum sapientia. Quapropter dum patraret miracula, non deerant qui suspicarentur ne fortè non ex mandato dei legatione fungeretur, sed Ægyptiarum artium præsidio talia faceret, quarũ erat peritissimus. Hac enim suspicione motus rex accersiuit incantatores Ægyptios & sophistas atq; ueneficos: quos mox Moses coarguit nihil esse collatos ad suam sapientiam, excellentiorẽ omni Ægyptiaca sapientia. Verisimile est autem ideo quibusdam creditum, sapientes à doctrina Christiana reijci, quia Paulus in priore ad Corinthios inuehatur in Græcos sapientia sua inflatos: sed audiat qui sic existimat, Paulum ibi culpare hominum ignauiam, qui cùm nihil in rebus sempiternis & in mentis tantum usum uenientibus sapiant, in sensibilibus solis uestigandis curiosi sint, in quarum cognitione sapientes huius mundi omnia collocent: & cùm in multa scindantur dogmata, quotquot nimium studentes corporibus & materiæ, quicquid in rebus est præcipuum corporibus annumerant, affirmantes nihil esse præterea, siue inuisibile dicatur seu incorporeũ, horum sapientiam mundanam uocat, secularem, euanidam, & fatuam: illam uero quæ animum à præsentibus negotijs ad futuram apud deum beatitudinem traducit, & ad regnum quod dei nominatur, quæ docet contemptis istis in sensuum & oculorum cognitionem cadentibus ut temporaneis festinandum ad contemplationem inuisibilium, eam uero ait esse dei sapientiam. quum enim ueritatis amator sit Paulus, dicit de quibusdam Græcorum sapientibus quatenus uera docent: quòd quum deum cognouerint, non ut deum glorificauerunt, neq; grati fuerunt. Et testatur ab eis deum cognitum, at non nisi fauente numine, sic scribens: deus enim eis manifestauit: subindicans opinor eos qui à uisibilibus ascendunt ad intelligibilia: quandoquidem scribit quòd quæ sunt inuisibilia illius ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur peruiderint, ipsamq; æternam eius potentiam diuinitatemq;, in hoc ut sint inexcusabiles, propterea quòd quum deum cognouerint, non ut deum glorificauerunt, neq; grati fuerunt. Fortassis etiam ex illis uerbis: Videte uocationẽ uestram fratres, quoniã non multi sapientes secundũ carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed stulta huius mundi elegit deus ut confundat sapientes, & ignobilia & contemptibilia elegit deus & quæ non sunt, ut ea quæ sunt exinaniat: ut non glorietur omnis caro coram ipso: arripuerunt occasionem quidam ut putarent neminem doctum, aut sapientem, aut prudentem, ad hanc doctrinam accedere. Tales audiant non esse dictum, Nemo sapiens secundũ carnem, sed, non multi sapientes secundum carnem: & ubi præscribuntur præcepta episcopis quos uocant, Paulum in episcopo formando etiam doctorem requirere: ut possit, inquit, contradicentes redarguere, ut uaniloquis & bonarum mentium seductoribus obturet os per propriam sapientiam. Et quemadmodum unius uxoris maritum iteranti matrimonium præfert in episcoporum delectu, irreprehensibilẽ reprehensibili, sobrium longè dissimili, temperantem intemperãti, compositis moribus ornatum uel parum incomposito: ita uult episcopũ decenter constituendũ habere docendi facultatẽ et obstruendi os cõtradictoribus. Quæ igitẽ ratio mouit Celsum ut nos crimineꝰ quasi dicere solitos, nemo doctus accedat, nemo sapiẽs, nemo prudẽs. Imò accedat uel doctus uel sapiẽs uel prudens quicunq;

Matth. 23

1. Cor. 12

Act. 7

Rom. 1

1. Cor. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunq; uult: sed nihilominus accedat etiam indoctus & insipiens & rudis & infans. nam talibus, si accesserint, medicinam pollicetur uerbum dei, omnes reddens deo idoneos. Falsum autem est & illud, solos fatuos, ignauos, insensatos, mancipia, mulierculas, pueros, captari à uerbi diuini prædicatoribus. Vocat quidem etiam hos prædicatio, ut meliores reddat: sed uocat etiam multò his præstantiores: quoniam seruator est omniũ hominum, Christus præsertim fidelium, siue cordatorum siue simpliciorum, & est propitiatio erga patrem pro peccatis nostris: nec solum pro nostris, sed & pro mundi totius. Superuacaneum igitur fuerit, uelle nos posthac respondere ad Celsi dicta huiusmodi. alioquin quid mali est eruditum esse, disciplinis optimis excoluisse ingenium, prudentem esse & haberi? quid hæc obstant cognitioni dei? an non potius conducunt ad asse quendam ueritatem? Est igitur res non mala eruditio uera, quippe quę ad uirtutem uia est: sed erronea dogmata habentes inter eruditos nemo sapiens numerat, ne Græcus quidem. Rursum nemo non fateatur bonum esse studere disciplinis optimis: sed quas tandem dicemus disciplinas optimas, nisi ueras & excitantes ad uirtutem? prudentia quoq; res est egregia, non itidem uideri prudentẽ, quod Celsus dicit. Et adeò non obstant cognitioni dei, eruditio, optimarum disciplinarum studium, prudentia, ut adiuuent etiam: ut nos magis deceat de Celso ista dicere, maximè si Epicureus deprehensus fuerit. Videamus iam quid addat deinceps his uerbis, Cernimus certè & circumforaneos istos circulatores ostentare ista uulgo iactatissima non apud cœtus hominum prudentium, quòd id nequaquam audeant: sed ubicunq; animaduerterint adulescentum, mediastinorum, & fatuorum turbam, eò se ingerere, ibiq; se uenditare. Considera quomodo hic quoque nobis struat calumniam, quos confert cum circulatoribus fandas infandasq; nugas garrientibus. at quas tandem? aut quid nos facimus simile? qui lectionibus earumq; enarrationibus populum hortamur ad pietatem erga deum optimum maximum, cæterasq; uirtutes pietatis comites indiuiduas, & abducimus à contemptu numinis, cæterisq; affectibus à præscripto rationis exorbitantibus. Imò uel philosophis optandum esset ut excitarent tot auditores sermonibus ad honestatẽ uocantibus, quod factum est à quibusdam præcipuè cynicis, publicè apud fortuitum auditorium differentibus. Ergó ne hos quoque non apud eruditorum ut uidentur cœtus disputantes, sed è triuio sibi quærentes auditoria, conferent cum circulatoribus in forensibus coronis loquacitatem ostentantibus? at neque Celsus neque similes, incusant quod habent pro humanitatis officio, sermonibus plebeculam inerauditã instituere. Quod si philosophi culpandi non sunt dum hæc faciunt, uideamus an non Christiani longè melius plebeiam multitudinem ad honestatem prouocent, nam illi propalam apud uulgus hominum differentes non sunt curiosi in discernendis auditoribus, sed promiscuè qui uult adstat & auscultat: Christiani uerò quantum possunt præexaminant animos audire se cupientium: ac primo priuatim incantatos priusquam in cœtum recipiantur, ubi uidentur eò profecisse ut honestæ uitæ sint cupidi, tum demum introducunt, distinctis ordinibus, altero recens admissorum necdum assecutorum lustrationis symbolum, altero iam professorum religionem Christianam. in posteriore ordinati sunt aliquot qui inquirant in uitas & mores accedentiũ, ut non concessa facientes candidatos religionis arceant à suis conuentibus: cæteros horum dissimiles excipiant ex animo, & quotidianis accessibus meliores faciant. Iam ergà peccantes quàm seuera disciplina, præcipuè contaminatos libidine, quos è sua Republica reijciunt nostri, quantumuis Celsus eos nugacibus circulatoribus similes faciat. Et Pythagoreorum quidem ueneranda schola ponebat cenotaphia disciplinæ suæ desertoribus, nimirum quòd haberet eos pro mortuis: his uerò ut perditos deoq; mortuos lugent eos qui libidine alio ue simili malo uicti fuerint: ac rursum resipiscentes, haud secus quàm rediuiuos recipiunt tandem, post longiorẽ melioris mentis approbationem quàm cùm primùm ad religionem discendam admitterentur, ea tamen conditione, ut quoniam lapsi sunt, excludantur in posterum ab omnibus dignitatibus & magistratibus ecclesiasticis. Nunc uide in tanta dissimilitudine quàm impudenti manifestarioq; mendacio Celsus nos conferat cum circulatoribus, in forensibus coronis fandas infandasq; nugas

nugas garrientibus. Id genus circulatorum nugatorumq; circumforaneorum nostri similium (ut Celsus ait) nunquam se ostentat apud cœtus prudentum uirorum, nec eos audet accedere: sicubi uerò uiderit adolescentum, mediastinorum, fatuorũq; turbam, eò se protinus ingerit ad uenditandã suam facundiã. quibus uerbis nihil aliud agit quàm ut nostros homines aspergat conuicijs, haud secus ąc mulierculæ rixantes in triuijs, & appetentes se maledictis mutuis. Nos enim quãtum possumus operam damus modis omnibus ut conuentus noster constet ex hominibus prudentibus: & quicquid habemus egregium atq; diuinũ, tum demum in popularibus sermonibus promimus in medium, cum præstò est auditorum cordatorum copia: alioquin profundiores sensus celamus, & silentio præterimus in cœtu eorum qui opus habent lacte, ut uocamus per tropologiam. Sic enim Paulus scribit Corinthijs, nondum perpurgatis à moribus græcanicis: Lac uobis præbui, non cibum, quem nondũ ferebatis, ac ne nunc quidem ferre potestis. nam quantisper inter uos est æmulatio atq; contentio, nónne carnales estis, & ambulatis secundum hominem? Idem ipse sciens alium cibum perfectiorem animę, cæterum introductiones nouellorum similes esse lacti quo infantes aluntur, ait, Facti estis tales ut lacte opus habeatis magis quàm cibo solido. Omnis eñ lactis particeps & expers sermonum iustitię, infans est. perfectorum autem est cibus solidus, exercitatos sensus habentium ad discernendum bonum à malo. An' non igitur credendum est isti, nostros quod eximium in doctrina habemus nunquã dicturos in cœtu uirorum prudentium: sed sicubi animaduerterint collectos adolescentes aut mancipiorum insensatorumq; multitudinem, in mediũ eorum daturos se, & apud tales demum auditores prolaturos diuinam doctrinam & uenerabilem? Atqui liquet examinantibus mentem nostrarũ scripturarũ, Celsum æquè infensum nobis ac imperitũ uulgus est, temerè falsoq; hæc dicere. imò fatemur nos cupere ut omnes uel inuito Celso, erudiantur uerbo dei, adeò ut etiam adolescentulis impartiamus conuenientẽ ipsis admonitionem, & famulis commonstremus quomodo sumpto liberali animo per uerbum dei reddantur ingenui: & qui apud nos præsunt doctrinæ, profitentur se debitores Græcis & barbaris, sapientibus & insipientibus. non enim negant uel insipientium animis medicinam adhibendam, ut quantum fieri potest deposita ignorantia, studeant melius sapere, & Solomoni obediant dicenti: Insipientes redite ad cor: & qui est inter uos infantissimus diuertat ad me: sapientiam quoq; audiant inuitantem: Venite, comedite panem meum, & bibite uinum quod miscui uobis: relinquite insipientiam, & uiuite, & ambulate per uias prudentiæ. Nec alienum fuerit à proposito Celsum sic appellare: an' non philosophi iuuentutem ad audiendum inuitabant, & ad mentem meliorem reuocabant à uita perdita? num uernulas arcent à philosophia, aut accusandi sunt quòd seruos suos exemerint ad uirtutis studium, ut Zamolxim Pythagoras, Zeno Perseum, & heri aut nudiustertius quidam Epictetum conuerterunt ad philosophiam. An uobis Græci licet adolescentes & uernas insipientesq; homines uocare ad philosophiam, nos uerò idem facientes rem alienam ab humanitatis officio facimus, dum uerbis mederi & rationibus omni rationali naturæ conamur, eamq; opifici suo deo familiarem reddere? Hæc contra Celsi conuicia uerius quàm criminationes sufficere poterant, sed quoniam libi dine conuiciandi prouectus ulterius plura his etiam addidit, age his quoq; memoratis, dispiciamus utrum hæc maiore suo dedecore dixerit an Christiani nominis. Videre licet, inquit, & in priuatis lanificum, sutorum, fullonum ædibus illiteratissimum quemq; & rusticissimũ coram senioribus et prudentioribus patribus familias nihil audere proloqui: ubi uerò seorsum nacti fuerint pueros eorũ & mulierculas imperitas, mira quædam differere: non esse audiendos parentes ac præceptores, sed sibi credendum, q; illi delirent & mente capti sint, & nihil uerè bonũ uel sciant uel possint facere præoccupati nugis inanibus: ipsi uerò soli rationẽ uiuendi norint exactissimè: & pueros beatos fore si se audiãt, atq; adeò propter eos totam familiã. Quod si interim uideant accedentẽ aliquem è præceptoribus prudentioribus aut ipsum patrem, tum hos si timidiores fuerint, perterreri: sin ferociores, autores fieri pueris ut habenas excutiant: obmurmurando quòd in præsentia patris præceptorum' ue nec uelint nec possint quicq; boni proloqui, metu illorum stultitiæ sæuicięq; modis omnibus corruptorũ & deuolutorum ad

fundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

fundum malicíæ, & monitores punientium: sed si quid discere uelint, debere eos relicto patre & præceptoribus, ire cum mulierculis & colluſoribus pueris in cõclaue mulierum aut officinam ſutoriam fulloniam' ue, ut perfectionem adipiſcantur præceptis obſequendo. Vide quo pacto hîc quoq; deridens noſtros doctores nihil nõ conantes ut animas attollant ad deum rerum omnium creatorem, & cõmonſtrantes quomodo contemptis momentaneis & uiſibilibus adnitamur ad dei ſocietatem, uitamq; beatam in contemplatione inuiſibilium & intelligibiliũ rerum cum deo eiuſq; amicis degendam, conferat cum lanificũ, ſutorum, fullonumq; operis, ruſticiſſimiſq; hominibus pueros paruulos & mulierculas ad res malas hortantibus, ut contempta patrum & præceptorum uutoritate ipſos audiant: à quibus enim patribus prudentibus, à quibus magiſtris ſeria & cẽtibus alienamus paruos pueros & mulierculas? producat hos Celſus & percontetur. mulieres atq; pueros qui noſtram doctrinam ſequuntur, ecquos audierint melius docẽtes quàm noſtros homines, cũrue deſerta graui & honeſta diſciplina, paſſi ſint ſeduci ſe ad deteriora. Sed nihil tale poteſt coarguere in nobis, imò mulierculas ab impudicitia exercendiſq; cum maritis ſimultatibus atque à diuortijs arcemus, omniq; theatrorum & ſaltationũ inſania, omnibus item ſuperſtitionibus. pueros autem puberes in uenerem prurientes caſtigamus, nõ ſolum admonitos quàm turpe ſit indulgere libidini, uerũetiam quantum inde animæ immineat periculum, quæ ue tales pœnæ maneant. Qui ſunt porrò iſti præceptores quos deliros & mẽte captos dicimus, quos Celſus tuetur, ut docentes meliora quàm nos? niſi forte putat egregios inſtitutores mulierculárum nec ullo modo deliros, qui eas inuitant ad ſuperſtitionem obſcœnaq; ſpectacula & non eſſe mente captos, qui iuuentutẽ ferunt rapiuntq; in omnia probra quæ ſcimus ab iſtis patrari ſæpiſſime. at nos etiam philoſophicis placitis imbutos, reuocamus ad noſtram religionem quantum poſſumus, cõmendantes ipſis ſinceritatẽ eius & excellentiam. Quod quia Celſus negat, dicens à nobis allectari ſolos fatuos, dixerim ei: Si nobis obijceres, q abducamus à philoſophia iam occupatos eius placitis, etſi non uerum, tamen fortaſſis eſſet ueriſimile: nunc cùm dicas per nos alienari à præceptoribus bonos adoleſcentes, quo minus eos audiãt, proferalios doctores præter philoſophos, aut profeſſores artium utilium. Sed nihil tale proferre poteris. Cæterum beatitudinem promittimus libere non clanculum iſs qui uitam iuxta præcepta diuina inſtituunt, ſempérq; deũ & ipſi habent præ oculis, & quicquid agunt, approbari oculis illius cupiunt. Hæccine eſt diſciplina lanificum, ſutorũ, fullonum, et illiteratiſſimorum agreſtium? ſed hoc oſtendere non poterit. porrò quòd ſellularios iſtos incultum & agreſte genus hominum in tabernis ac officinis ſuis garrire ſolitos, interuenientibus fortè patribus familiâs, aut magiſtris, nec uelle nec poſſe pueris boni quicquam interpretari calumniatur. Reſpondebimus: heus tu, quos tu nobis magiſtros narras, quos patres familias? ſi uirtutis ſtudioſos, abhorrentes à uitijs, & meliorũ rerum cupidos, coram talibus quidem ſcito nos intrepidè noſtra dicturos apud pueros, iudicibus futuris & laudatoribus. quòd ſi coram patre iniquo honeſtati atq; uirtuti ſilemus, & coram ſanioris doctrinæ aduerſarijs doctoribus, id uero non eſt dandũ crimini immerentibus: quando quidem tuipſe traditurus philoſophiæ myſteria iuuenibus, quorum parentes contemptores ſunt doctrinarum talium, non facturus es hoc in malorum patrum præſentia, ſed captata occaſione ſeorſum filios inſtitues. eadem ratio eſt & de præceptoribus. nam ſi iuuentutem auertimus à docentibus leuitates comicas, & obſcœnitates iambicas, & quæcunq; alia nec doctorem ipſum meliorem reddunt, nec proſunt auditoribus, niſi quis philoſophice intelligat poemata, & ſingula interpretetur ad utilitatem adoleſcentulorũ, non pudet nos hæc fateri. quòd ſi mihi dederis præceptores philoſophiam docentes & exercentes, à talibus non deterrebimus iuuenes: ſed ubi fuerint in horum ſcholis & orbe ut uocant, diſciplinarum præexercitati, ſuueham eos altius ad Chriſtianorum ſublimem ignotamq; uulgo grandiloquentiam, diſſerentem de rebus arduis & maxime neceſſarijs, idq; ex priſcorum prophetarũ oraculis, & Ieſu apoſtolorum literis. Poſt hæc Celſus amarulentioris petulantiæ cõſcientia tactus, tanquã excuſans hanc ſic loquitur: Quod autem nihil acerbius criminer quàm ueritas poſtulat, facile eſt coniectare. nam ad alia myſteria ſic ſolent initiandi per præconem uocari: Quicunq; eſt purus manibus & uoce ſa-

ce ſapiens: ac rurſum aliter: Quicunq; eſt purus ab omni ſcelere, & cuicunq; eſt anima nullius mali ſibi conſcia, & quicunq; bene ac iuſte uixit; & hæc proclamant pollicẽtes ſacra luſtralia, nunc ediuerſo audiamus quoſnam iſti uocent. Quiſquis peccator, quiſquis inſipiens, quiſquis puerilis, in ſumma quiſquis infelix eſt, hunc regnum dei capiet. Peccatorem dicendo an non iniuſtum, furem, ueneficum, ſacrilegum, parietum ſepulcrorumq; perfoſſorem dicitis? Siquis ad latrocinium uocaret, quoſnam uocaret alios? Ad hæc quoq; reſpondemus, aliud eſſe animas ægrotas ad medicinã uocare, aliud ſanas ad rerũ diuinarũ cognitionẽ & ſcientiam. quod diſcrimen cum non ignoremus, principio curandos uocamus ut audita ſalutari doctrina peccatores non peccare diſcant, inſipientes intellectum acquirant, pueriles mentem uirilem, denique infelices felicitatem, uel potius beatitudinem, ut loquar magis proprie: ubi uerò iam conuerſi ad ſaniorem mentem profeciſſe uidentur, & diuino uerbo purgati uitam etiã in melius mutaſſe pro uiribus, tum demum initiamus eos noſtris myſterijs. Sapientiam enim loquimur inter perfectos: & admonitis quod in animam malis artibus deditam non intrabit ſapientia, nec habitabit in corpore peccatis obnoxio, dicimus eis, Quicunq; purus eſt manibus, easq; tendens ad cœlum, utpote uacans rebus cœleſtibus poteſt dicere, Eleuatio manuum mearum ſacrificium ueſpertinum, uenit ad nos: & quicunq; eſt uoce ſapiens, utpote noctes atq; dies exercens ſe in lege domini, iamq; habitum quendã ſibi comparauit exercitatus ſenſibus ad dignoſcenda bona malaq;, ne grauetur ad ſolidos cibos rationales accedere, conuenientes athletis pietatis uirtutumq; omnium. Et quoniam gratia dei præſto eſt omnibus in incorruptibilitate diligentibus magiſtrũ diſciplinarum immortalitatem conferentium, quiſquis purus eſt non ſolum ab omni ſcelere, uerum etiam peccatis iſtis quæ leuiora putantur, fidenter initietur myſterijs chriſtianæ religionis à Ieſu traditæ, quæ non communicantur niſi puris & ſanctis. Itaq; Celſi myſta dicit: cuicunq; eſt anima nullius mali ſibi conſcia, ueniat: cæterum qui introducit ad diuina Ieſu myſteria dicet purificatos animos habentibus: cuicũq; eſt anima iam diu nullius mali ſibi conſcia, præſertim ex quo acceſſit ad ſeruiendum deo, is audiat etiam eos ſermones quos Ieſus priuatim locutus eſt germanis ſuis diſcipulis. Ergo iſte dum confert Græcorum myſtas cum Chriſtianorum doctoribus, non nouit diſcrimẽ inter malos qui uocantur ad remediorum copiam, & puriſſimos qui uocantur ad myſteria. igitur non uocantur in partem ſapientiæ reuelatæ in myſterio, quam prædeſtinauit deus ante ſecula in gloriam iuſtorum, iniuſti, fures, uenefici, ſacrilegi, parietum ſepulchrorumq; perfoſſores, & quoſcunq; Celſus nominare poſſet rem exaggerans, ſed ut curentur à morbis ſuis. nam in diuina doctrina alia ſunt curandis male affectis idonea, de quibus Verbum dei dixit: Non opus habent ſani medico ſed male affecti: alia conueniunt puris animo & corpore, quibus oſtendunt reuelationem myſterij tempo ribus æternis taciti, nunc autem in medium prolati per ſcripturas propheticas & aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, qui omnibus perfectis hominibus illuceſcit illuminans eos in rerum cognitionem nullo uiciatam mendacio. Quoniam autem exaggerãs noſtra crimina poſit enumeratos ſceleratiſſimos mortalium rogat quos alios uocaremus ad latrocinium, & ad hoc reſpondebimus: quòd tales ad latrocinium uocet qui eorum malicia uult abuti ad iugulandos & ſpoliandos homines: Chriſtianus uero etiamſi eoſdem uocaret quos latro, diuerſa tamen eſt uocatio, uidelicet ut eorum uulnera ſalubri ſermone obliget, & animæ uicijs inflammatæ infundat remedia, tanquam uinũ & oleum ac malagmata reliquaq; medicorum auxilia. Deinde non diſcedens à ſuis ſycophantijs calumniatur ea quæ ad corrigẽdos male uiuentes uocãdoſq; ad reſipiſcentiam ſcripta ſunt, & ait noſtrum hoc dictum, Deum miſſum eſſe peccatoribus. Id perinde facit acſi accuſaret eos, qui propter male affectos in urbem miſſum medicum ab hu maniſſimo rege dicerẽt. Miſſus eſt certe Sermo dei ad peccatores ut medicus: inquantum autem diuinorum myſteriorum doctor eſt, uenit ad purificatos & non peccantes amplius. at Celſus non ualens iſta diſcernere, utpote qui non tenetur talium rerum ſtudio, quin potius, inquit, ad immunes à peccatis miſſus eſt: quid mali eſt non peccaſſe? Reſpondemus: ſi dicit immunes à peccatis qui peccare deſierunt, ad hos quoq; ſeruator noſter miſſus eſt, ſed non ut medicus, quod ſi per immunes à peccato ſignificat eos

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui nunquam peccauerunt (non enim satis expressit quos uelit intelligi) respõdebimus impossibile esse inueniri hominem à peccato immunem, utiq; in eo sensu, solo excepto homine quem Iesus assumpsit, qui peccatum non fecit. Illud certe maliciose nobis Celsus obijcit, quasi nostrum dogma sit: hominem iniustum si se propter miseriam suam humiliauerit, à deo recipi: iustum contrà, si iam inde ab initio uirtutem amplexus ad eum oculos attollat, non recipi. hoc enim esse impossibile dicimus, ut homo ab initio mox uirtutem complectatur, & ad deum attollat oculos. Necessum est enim maliciam primò in hominibus subsistere, sicut etiã Paulus scribit: Sed posteaquã uenit mandatum, peccatum reuixit, ego autem mortuus sum. Nec; de iniusto docemus, sufficere ad hoc ut à deo recipiatur, si agnoscat suam miseriam: sed qui damnata præterita sua uita conuertatur: ad meliorẽ frugem, eũ à deo recipi. Deinde non intelligens illud dictũ,
Luc. 18 Omnis qui se extollit humiliabitur: ac ne à Platone quidem doctus quòd uir bonus incedat honeste & composite: & ignorans illud nostrorum hominum præceptum:
1. Pet. 5 Humiliamini sub potenti manu dei ut uos extollat suo tempore: sic pergit, Ergo cũ homines, qui recte præsident iudicio, uetent sontes reos uti coram se lamentis & deprecationibus, ne ex affectu magis quàm iuxta ueritatis normam iudicent, deus in iudicando non tã ueritate mouetur quàm adulationibus? An tibi uidetur adulatio querula, si peccator illis diuinæ scripturę precationibus utatur deum alloquens:
Psal. 23 Peccatum meum fateor, & iniquitatem meam non celo: dixi confitebor cõtra me iniquitatem meam domino, & quæ deinceps sequuntur. nunquam certe argumentis euincet, deum non posse flecti talibus peccatoris ei se submittentis precibus. Tam incõsiderate autem in nos fertur præ nimia calumniandi libidine, ut parum sibi constans, nunc uideatur scire hominem oculos ad cœlum tollentem, qui mox ab initio uirtutem amplexus eam perpetuo coluerit: nunc admittat illud nostris celebratum: Quis hominum perfecte iustus est, quis caret omni peccato? Nam ut admittens id: Verum est, inquit natura procliue esse ad peccandum genus hominum. Deinde quasi non omnes uocentur ad hanc nostram doctrinam, Oportebat, inquit, omnes omnino uocari, siquidem omnes peccato
Matth. 11 sunt obnoxij. Atqui iam superius ostendimus Iesum dixisse: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego reficiam uos. Itaq; omnes homines ob innatam ad peccandum procliuitatem laborantes & onerati uocantur à uerbo dei ad quietem capessendam. Emisit enim deus uerbum suum & sanauit eos, & liberabit eos è corruptionibus ipsorum. Et quoniam addit, Quænam est hæc peccatorum prærogatiua, & cætera in eãdem sententiam, Respondebimus non in uniuersum peccatorẽ præferri non peccatori: sed interdũ peccator conscientia peccati sui tactus præfertur alteri qui nõ æque pro peccatore habetur ab alijs, ipse uero ne peccatorem quidem se æstimat, imò erigit supercilium atq; inflatur propter quædam benefacta quorum uidetur sibi conscius: id quod euangelica similitudo candidis Lectoribus indicat, proponens nobis publica-
Luc. 18 num dicentem: Propitius esto mihi peccatori: & pharisæum cum fastu quodã se iactantem: Gratias ago tibi quòd non sim quales cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, aut etiam qualis hic publicanus. Sic enim claudit sermonem Iesus quem de utroq; habuit: & descẽdit in domum suam iustificatus hic magis quàm ille: quoniam omnis qui se extollit humiliabitur, & qui se humiliat extolletur. Quapropter nec male loquimur de deo nec mentimur, dum quosuis docemus intelligere humanam paruitatem collatam ad maiestatem diuinam, ut semper ab illo petamus quod naturæ nostræ deficit, qui abunde sarcire potest. At iste in eam partẽ hoc interpretatur, quasi allectemus peccatores, quia neminem bonum ac iustum possimus attrahere: ideoq; aperiamus portas sceleratissimo cuiq; & perditissimo. Cõsideret nos quiuis modo ne nobis iniquus, plures ei possumus ostendere conuersos à uita non admodum contaminata peccatis quàm à perditissima. sic enim natura comparatum est, ut qui meliorem habent conscientiam cupiant uera esse quæ prædicantur de reddendis à deo præmijs, eoq; facilius huic doctrinæ quàm sceleratí assentiant, quos retardat malorum conscientia, meritam mulctam intentans iudicium illud uniuersale cogitantibus. Nec sine causa propositus est ille terror extremi iudicij ad quod sistentur omnes homines, quandoquidem interdum etiam ualde perditi capiuntur amore huius doctrinæ, inuitati sola spe pœnitẽtiæ, utcunq;

utcunq; retrahuntur inueterata peccandi consuetudine, utpote imbuti malicia, nec ualentes facile relictis moribus pristinis conferre se ad uitam correctiorẽ. Id quod etiam Celsus intellexisse uidetur nescio quomodo, dum procedente oratione sic loquit: Atqui plane constat, innata et consuetudine confirmata uicia ne castigando quidẽ emendari, tantũ abest ut hoc miserando efficias, naturã enim in totum mutare est perdifficile: qui uero nihil peccant, melioris uitæ sunt participes. In hoc tamen Celsus ualde falli mihi uidetur, q̃ non cõcedit perfectã mutationẽ natura & consuetudine peccatoribus, qui eos ne pœnis quidẽ putat sanabiles. Satis enim apparet q̃ omnes homines natura peccatores simus, nonnulli uero etiã consuetudine: nec tamen omnes sunt incapaces perfectæ mutationis in melius. inueniũtur enim & in philosophiæ sectis omnibus, & in sacra scriptura, qui mutata uita in melius adeò profecerunt, ut exẽplo esse possint cæteris. fertur etiam de aliquot heroibus tale quidpiã, ut de Hercule & Vlixe, posteri oribus uero seculis nato Socrate, & heri atq; nudius tertius de Musonio. Itaq; non solũ cõtra nos mẽtitus est Celsus dicens planè cõstare ingrata & cõsuetudine cõfirmata uicia ne castigando quidẽ & pœnis coercendo emẽdari, sed etiã cõtra serio philosophię deditos, nec desperantes uirtutẽ recuperare ut rem impossibilẽ homini. Sed fac eũ satis nobis approbasse quod uoluit, nihilominus si æquis auribus cognoscamus dicta eius, nõ sana esse deprehendemus. Dixit enim innata & consuetudine confirmata uicia ne pœnis quidẽ corrigi: quorũ uerborum sensum ut potuimus refellimus. Fieri tamen potest ut uoluerit dicere, esse quædã flagitia moresq; perditos, quos si ad natiuã procliuitatẽ accedat cõsuetudo pessima, ne pœnis quidẽ queas corrigere. Sed hoc quoq; falsum ostendit ex his quę de quibusdã philosophis sunt memoriæ tradita. quis enim nõ narret inter perditissimos qui utcunq; adactus à suo domino sustineat prostare, & illudendum se præbere libidini prætereuntiũ? quod de Phædone proditor quis cũ tibicina & luxu perditissimis comessationũ socijs irrumpentẽ in singulari honestate uerẽdam scholã Xenocratis, ut obstreperet uiro grauissimo, & uirtutis merito etiã probrosis uenerabili, nõ diceret omniũ bipedum nequissimũ? attamen tantũ ualuit orationis uis, ut mutatis in melius moribus adeo profecerint, ut alterum Plato honoris gratia faciat narrantẽ Socraticas rationes de immortalitate animæ, eiusq; perpetuã constantiã in carcere contẽpta cicuta magna cũ tranquillitate differentis tã multa præclara & eximia, quorũ maiestatẽ uix possunt assequi etiã attentissimi, & nullis distracti perturbationibus. Polemo uerò è luxurioso factus tẽperãtissimus Xenocratis laudatissimi philosophi successor scholæ præfuerit. Nõ est igit̃ uerũ quod Celsus affirmat, innata & cõsuetudine adulta uicia ne pœnis quidẽ corrigi. Nec mirũ cõposita & ornata philophorũ facundia motos mutasse uitã quos iã diximus: cũ uerò cõsideramus sermones ut Celso uidetur idioticos, haud secus q̃ incantationes plenos efficacia, & agminatim retrahentes multitudinẽ à luxu ad honestatẽ, ad æquitatẽ ab iniusticia, à timiditate ad tantã constantiã, ut amore pietatis etiã mortẽ nihili faciãt, annon merito demirabimur tantã potentiã? nãq; doctrina eorũ qui primi laborauerunt in cõstituẽdis ecclesijs, ipsaq; prædicatio habuit quidẽ suadelã, at non qualẽ professores sapientiæ Platonicę, aut alterius hominis nihil supra humanã naturã habentis: sed fuit apostolorũ Iesu persuasio data diuinitus per fidẽ inspiratã efficax: quapropter celerrime cucurrit eorũ prædicatio, uel dei potius, ipsorũ ministerio, trãsformãs multos natura peccatores et assuetudine, q̃s nemo hominũ mutasset pœnis quantislibet. at uerbũ dei recudit eos formatos iuxta uoluntatẽ suam. Et Celsus quidẽ à sua sententia nõ discedens cõcludit, naturã omnino mutare esse perdifficile: nos uero qui scimus unã esse naturã omnis rationalis animæ, nec ullã malã creatã à cõditore omniũ, sed plerosq; deprauatos à malis educatorib. & doctoribus, ita ut connatã uideant habere malitiã, uel in naturã uersam potius, credimus eã posse diuino uerbo mutari, & quidẽ satis facile: modo q̃s assentiat, oportere unumquẽq; se deo cõmittere, & omnia sic agere ut ei placendi propositũ habeat, apud quẽ non est bonus atq; malus in eodẽ pretio, nec ignauus pariter moritur ac strenuus, quodsi quibus uidet̃ admodũ difficilis huiusmodi mutatio, in causa dicemus esse uoluntatẽ ipsorũ ad assentiendũ difficilẽ, ut quã pigeat credere deũ uniuersorũ dominũ iudicẽ esse omniũ quæ in hac uita aguntur. maximum enim momentũ est in uoluntate, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantũuis arduo negotio, atq; etiã impossibili, ut loquit hyperbolice, præsertim si accedat exercitatio. Incedere per extẽsum funẽ sublimẽ in medio theatro nõ sine grauibus gestaminibus potest, q usu studioq; improbo hãc facultatẽ sibi parauit: & uirtutis studiũ erit irritũ? aut impossibile uideri debet homini utcũq; deprauato ingenio? Vide qui hæc dicis ne creatorẽ rationalis animalis incuses magis q̃ creaturã: nisi forte ad efficiẽda ista operosa quidẽ, sed nulli utilia, uim naturę humanæ indidit, & negauit quantũ satis sit ad querendã beatitudinẽ. Verum hæc sufficiãt ad illã propositionẽ, naturam omnino mutare perdifficile fuerit: cui mox subnectit alterã: q nihil peccãt, melioris uitæ sunt participes: parũ explicãs de quibusnã loquat. nã ut ab initio nõ peccent est impossibile. qui aũt post resipiscentiã nihil peccãt, raro inueniunt, ex auditu uerbi dei tales redditi, nõq; tales fuerint prius q̃ ad illud accederent. nisi enim adsit doctrina, eaq; perfecta, impossibile est hominẽ sine peccato esse. Deinde sibijpse obijcit, quasi apud nos uulgo iactatũ, Deus omnia poterit: ne id quidẽ dictũ intelligens, aut quænã sint illa omnia, & quomodo possit: de quibus rebus nõ est necesse nũc disserere: quando quidẽ nec ipse hoc loco cõstitit, quãuis id probabiliter facere poterat, fortasse negligens quod in ipsum retorqueri poterat: aut si nõ negligens, uidẽs tamẽ quid posset è diuerso obijci. Potest sane deus iuxta nostrã opinionẽ omnia, per quorũ omnipotẽtiã à deitate sua bonitateq; ac sapientia nõ excidit. at Celsus uelut nõ intelligens quomodo dicat deus posse omnia, negat eũ uelle quicquã quod sit iniustũ, cõcedens q̃ deus possit etiã iniusta, nolit tamen. Nos dicimus: sicut quod natiuã suã dulcedinẽ indit rebus etiã alijs, nullã potest amarã reddere, quia hoc cõtra naturã suã faceret: neq; quod natũ est ad res illustrandas, potest eas obscurare: ita nec deus potest iniuste facere, & quæcunq; creatura potest aliquid iniuste facere, potest id naturaliter, quia facere iniuste nõ est naturæ suæ cõtrariũ. Post hæc sumit sibi quod nunquã concederet Christianus sapiẽtior. fortasse simplicibus quibusdã temere creditũ, q̃ quemadmodũ quidã misericordia uincunt, ita deus misericordia coactus malos subleuet: bonos uero, cæterũ hoc affectu carentes, ob hoc ipsum asperneť: quod esset iniquissimũ. nos enim credimus, neminẽ malũ nisi ad uirtutẽ cõuersum subleuari à deo: sicut neminẽ qui iã bonus sit reijci. nec propter miserationẽ, aut misericordiã ut uulgus loquit, quenquã subleuat: sed qui peccata sua dãnant toto pectore, seq; ipsos deflent ac lugẽt tanquã ob malefacta merito perditos, ac mox mutationẽ præ se ferunt quæ resipiscentes deçeat, eis demũ propter mutatã in melius mentẽ cõdonat errata præterita: eã præteritorũ obliuionẽ impetrante uirtute, quæ in locũ profligatorũ ex anima uiciorũ successit. quod si nõ uirtus, saltẽ profectus haud contẽnendus sufficit ad abolẽdas uiciorũ maculas proxime accedẽtibus ad innocentiã. Deinde quasi ex persona nostri doctoris dicit: Sapientes enim auersantur nostrã doctrinã, seducti in errorẽ & impediti sua sapiẽtia. Et ad hoc igit respondendũ: Si sapientia est diuinarũ humanarũq; rerũ scientia, earũq; causarũ, aut ut sacra scriptura definit, diuinæ potẽtiæ uapor, emanatio sincera omnipotentis glorię, et splẽdor sempiterni luminis, speculũ uirtutis dei purissimũ, bonitatisq; eius imago expressa: nemo sapiens auersari poterit Christianũ de religione sua perite differentẽ, neq; sermonibus eius decipi. Vera sapientia nõ solet fallere, sed rudis imperitia: nec est in rebus firmum quicquã præter ueritatẽ & scientiã quæ ex sapientia percipiunt. Quodsi extra hãc sapientiæ definitionẽ sapientẽ uocas dogmata qualiacunq; astruentẽ suis argutationibus, fatebimur q̃ talis tuus sapiens auersatur uerbũ dei, deceptus suis argutationibus & uerisimilitudinibus, eisq; impedietur plurimũ. quoniã aũt iuxta nostrã opinionẽ scientia malitiæ nõ est sapientia, & malitiæ scientia (si sic eã uocare licet) est in falsis dogmatistis deceptis suis sophismatibus, ideo citius ignorantiã appellarẽ q̃ sapientiam qualisqualis est in huiusmodi hominibus. Post hæc rursum male loquit Christiano doctori dicẽs eũ ridicula narrare: nec tamẽ aperte ostendit quænã sint illa ridicula: & interuiturperandũ negat ulli prudenti persuaderi nostrã doctrinã, deterrito ipsa turba ad eam confluentiũ: quod quidẽ perinde est ac si quis dicat propter multitudinẽ plebeiorum iuxta leges uiuentiũ neminẽ prudẽtẽ obedituru Soloni uerbi gratia, aut Lycurgo, aut Zaleuco, aut alicui è legũlatoribus cæteris, præsertim si de ea prudẽtia loquat quæ uirtus est. quẽadmodũ eñ legũlatores ciues suos in ipsorũ utilitatẽ astrinxerũt legibus: ita deus

deus per Iesum leges ferens humano generi, etiã imprudẽtes ad meliora ducit, sicut tales duci conuenit. Quapropter, ut iã supra diximus, deus apud Mosem sic loquit: Ipsi me ad Zelotypiã cõmouerunt in nõ dijs, irritauerunt me in simulacris suis. ego quoq; Zelotypiã eis mouebo in nõ gente, in gẽte insipiẽte irritabo eos. Paulus quoq; id sciẽs Stulta, inquit, huius mũdi elegit, ut sapientes pudefaciat: sapiẽtes more uulgari uocãs oẽs qui uidenť in disciplinis profeciss̃e, lapsos tamen in impiũ cultũ pluriũ numinũ: qacũ se crederent sapientes stulti facti sunt, mutaueruntq; gloriã immortalis dei, per imagine nõ solũ ad mortalis hominis similitudinẽ effictã, uerũ etiã uolatilium & quadrupedũ & reptiliũ. Pergit insectari doctorẽ nostrũ ut quẽrentẽ fatuos: quẽ libẽter rogarẽ quos dicis fatuos? nã si exacte examines, omnis malus fatuus est. Igit si fatuorũ nomine malos intelligis, tuipse dum homines adducis ad philosophiã utrũ malos queris an probos? atqui probos nõ potes quærere: iã pridẽ eñ philosophanť. malos ergo, quod si malos, fatuos. & tales multos cupis adducere ad philosophiã. ergo tu quoq; fatuos quæris. Ego uero etiã si tales fatuos quẽrerẽ, similis essem medico pre humanitate quẽrenti ægrotos, quos adhibitis remedijs bonæ ualetudini restituat. sin fatuũ dicens intelligis uis mente captũ prodigiũ hominis, respõdebo etiã tales me libẽter meliores redditurũ quantũ potest fieri, nolle tamen ut ex talibus cõstet populus Christiani nominis. malim eñ acriore ingenio præditos, qui possint assequi interpretationẽ ænigmatum, eorũq; quæ tectius dicta sunt in lege, prophetis, & euãgelijs: quæ ut friuola contẽnunť à nõ introspicientibus sensum eorũ penitus, nec mentẽ scriptoris examinãtibus. Quoniã aũt mox Christianũ doctorẽ facit similẽ medico, qui pollicens sanitatẽ corporũ interminet ægrotis ne doctos medicos audiant, quominus deprehendat ipsius imperitia: hic quoq; interrogabimus, quos medicos narras à quibus idiotas auocamus? non enim putas philosophiæ sectatores à nobis captari, ut per medicos significes philosophos, & ab his discipulos reuocari ad diuini uerbi auditoriũ. aut igit non respõdebit, nõ ualens ostẽdere istos medicos: aut soli supersunt idiotæ, obtũdentes imperitos ista uili doctrina de deorũ multitudine, & quicquid aliud ab idiotis expectandũ est. utrũuis tamẽ fecerit, arguet hoc loco temere iniecisse mentionẽ de absterrentibus à doctis medicis. certe dum ab Epicuro epicureisq; medicis abducimus homines ne errent, rectissime facimus, liberantes eos à morbo grauissimo cõtracto ex mala curatione medicorũ Celsi, tollentiũ prouidentiã, & uoluptatẽ pro summo bono extollentium. Sed sit ita, eos q ad nostrã doctrinã inuitant abduci per nos ab audiẽdis alijs philosophis, puta peripateticis tollentibus prouidentiã, & res humanas à deo respici negãtibus: an nõ pie facimus præparando & curãdo nostræ doctrinæ candidatos, dũ illis persuademus ut se cõmittant deo uniuersorũ domino, atq; ita sanãdo ipsorũ magna uulnera, inflicta per istos qui se philosophos nominant? Esto abducamus & iam ab alijs medicis stoicis deũ corruptibilẽ introducentibus, & substantiã eius dicẽtibus esse corpus uersibile in omnia & alterabile ac mutabile, resq; oẽs aliquãdo interituras affirmantibus, excepto solo deo: annon sic quoq; discipulos dociles ab erroribus pessimis liberatos adducemus ad pietatẽ, qua se totos creatori dedicent, admirenturq; parentẽ Christianæ doctrinæ clemẽtissimũ, q animæ disciplinas per totũ humanũ genus spargi curauerit? Quin & illis medicã opẽ afferendo, qui trãsmigrationis animarũ in uaria nũc rationaliũ nũc brutorũ corpora opinionẽ imbiberũt propinãtibus imperitis medicis, annon animas eorum meliores reddimus, persuasas credere sermonibus, nõ qui doceãt malis mulctæ nomine rationẽ adimi ut obbrutescãt, sed qui ostendãt esse quædã pharmaca cõuertendis ad deũ peccatoribus efficacia, siue pœnis opus sit siue laboribus. hæc est eñ prudẽtiũ uirorũ Christianę uiuẽtiũ sentẽtia, qua instruũt simpliciorẽ auditorẽ, tanquã patres infantes paruulos, nõ tanquã agrotes fatuos, simulq; monent fugiẽdũ illud medicorũ genus. Nõ enim dicimus, cauete nequis uestrũ attingat scientiã, nec scientiã rẽ malã esse aimus, nec ita insanimus ut dicamus per rerũ cognitionẽ deprauari sanitatẽ humanæ animæ, aut unquã quenquã perijsse propter sapientiã: quandoquidẽ inter docẽdũ nõ dicimus, Me audite: sed audite deũ omniũ, et theologię doctorẽ Iesum. Nemo nostrũ est tã arrogans, ut apud familiares discipulos utať illis quæ Celsus doctoris personæ affingit uerbis. Ego uos seruabo solus. uide q̃ multa cõtra nos mentiať, imò

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne illud quidem dicimus, ꝙ ueri medici corrũpant homines quibus sanitatẽ pollicẽt. Addit et alterã similitudinẽ: perinde nostros doctores facere dicens, acsi ebrius in ebriorũ cœtu sobrios accuset quasi ebrios. Quæ collatio si quadrat, ostẽdat ex aliquo loco epistolarũ Paulinarũ (uerbi gratia) ebriũ fuisse Iesu apostolũ, sermonẽ eius esse parũ sobriũ: aut ex Ioannis literis, sentẽtias eius nõ esse sobrias alienasq; ab omni ebrietate uiciorũ. Proinde in neminẽ sobriũ Christianæ doctrinæ professorẽ hæret ebrietatis crimen, sed Celsus in nos cõuicia iacit parũ philosophicè. Qui sunt porro isti sobrij, quos à Christianorũ doctoribus male audire nobis obijcit? Nos certe habemus omnes eos pro ebrijs, quotquot statuas sensu carentes ut numẽ inuocant. nec minus insaniũt qui putãt ueris dijs honorẽ reddi per huiusmodi opera nequissimorũ nõnunquã opificũ. Post hæc doctoꝝẽ cõfert laboranti oculis, discẽtes itẽ oculos inflãmatione uitiatos habentibus: aitq; apud tales illũ obloqui cernentibus acute, quasi cæcutientibus. Percontemur igit Græcos, qui sint isti nõ cernẽtes. nimirũ quæcũq; tã magnifica mũdi rerũq; huius ambitu cõplexarum specie nõ admonent, suspiciendũ esse conditorẽ omnium: eũ solũ adorandũ esse, admirandũ atq; colendũ: nihilq; præter eũ, aut pari honore cum eo. Quæ enim nullo pacto cõferenda sunt, cõparare cũ longe præcellẽte omnẽ creaturã conditã, uere cæcutientiũ est mentis oculis. Itaq; nõ acute cernẽtibus hebetudinis cęcitatis ue conuiciũ facimus, sed eos qui cœlestis numinis ignari inter tẽpla, & simulacra festaq; statis mẽsibus recurrentia uolutant, aimus excæcatos animo, præsertim si ad impietatẽ accedat uita luxu libidinibusq; perditissima, nõ habita illa honestatis ratione, sed obseruiendo solis turpibus cupiditatibus. Et post tot atroces criminationes quibus in nos inuectus est uult uideri habere alia multa crimini uertenda, quæ tamen silentio prætereat. Sic enim loquit: Hæc sunt accusatione digna cæteraq; id genus, ne percenseã singula imoq; ipsos male loqui de deo, illectãdo homines spe uanissima, & docendo potiora contẽnere, quasi præstet illa missa facere, Ad hoc quoq; nõ deest responsio desumpta è doctrinæ Christianæ uiribus efficacibus: nõ ita prõpte prauos homines ei se submittere, ut simplices & ut ita dicã subrusticos. nã hi pœnarũ denunciatione territi, ne in eas incidant facile permouent ut sibi in posterũ à male faciendo tẽperent: atq; ita se totos pietati Christianæ dedunt, eoq; metu coerciti quicquid in hoc seculo est laborũ atq; cruciatuũ, mortẽ denicp; ipsam cõtẽnũt præ æternis illis (ut uere uocantur) supplicijs. id quod nemo sapiens in malũ uirũ cõpetere diceret. quis enim destinatè malus prudentiã exercet ac tẽperantiã, aut libertalitatẽ ac beneficentiã? Quin & diuina scriptura uocat ad dei timorẽ eos qui nondũ per se dispicere ualent, quodnã sit illud summũ bonũ propter seipsum expetendũ, nõ propter alia, quod maius est omnibus promissionibus: cuius desideriũ fieri nõ potest ut cadat in hominẽ seruiẽtẽ uicijs. Quod si quis dicat nostros nõ malos quidẽ esse sed plus ęquo superstitiosos atq; credulos, uel hoc solũ improbandũ existimans, ei respondebimus, ꝙ quemadmodũ legislator rogatus an optimas legestulisset suis ciuibus, diceret, nõ omnino optimas, sed quãtũ fieri potuit optimas: ita diceret etiã Christianæ doctrinæ autor, se leges tulisse corrigendis uulgariũ moribus optimas, nõ falso minaces, sed proponẽtes peccatoribus acerbissimas pœnas ac miserias, ad cõpescendos cõtumaces necessarias, qui tamen nec propositũ castigatoris, nec pœnarũ effectũ intelligũt, utilitatẽ publicã spectantiũ, quæ latet in uerissimis illis legibus. Certe in genere nec mali nec uicijs dediti sunt Christianę religiõis doctores. Nec male de deo loquimur: uera enim de eo dicimus, & multis manifestè etiã, sed istis obscura: sicut & philosophicæ ratiões paucis sunt perspicuæ. Quo niã aũt Celsus ait nos uana spe ad Christianã religionẽ illectare homines, respondebo calumniatori doctrinę pollicẽtis agendã cũ superis uitã beatã: heus tu opinione tua inuanũ sperant etiã qui Pythagorã atq; Platonẽ secuti persuasum habẽt animas cõuexa cœli ascẽdere, & in supercœlestibus locis contẽplari spectatorũ fortunatorũ spectacula. iuxta te uero Celse etiã qui credũt animas superstites cũ heroibus ac dijs degere, spe falsa decipiuntur. Et fortasse hoc ipsum ei uanũ uidetur, sperare uitã animæ exutæ corpore, prodeat igitur in certamẽ secta suã non dissimulans, & ut Epicureũ decet oppugnet ingenue quæcunq; uel Græcorũ uel barbarorũ placita de futura uita & immortalitate animæ, & firmis argumẽtis declaret nugas esse istas uanã spẽ ostẽtantes credulis, sua

sua uero dogmata esse aliena à spei fallacijs: ut quæ spẽ faciãt uel bonã, uel potius, nullã, si anima soluta corpore perit euestigio: nisi forte Celsus cũ suis Epicureis negabit uanam spẽ, quæ bonorũ summã collocat in perpetua uoluptate corporis, eãq; dicet nunquã fallere. Ne aũt putes nos parum Christiane contra Celsum disputare de immortalitate animæ corpori superstitis ex autoritate philosophorũ, cũ quib. sunt nobis quędã cõmunia, scito in aliũ locum magis opportunũ seruari clarã demonstrationẽ, ꝙ beata uita maneat solos pie iuxta Iesu doctrinã uiuentes colẽtesq; deũ conditorẽ omniũ cultu sincero & puro ab omnibus profanis religionibus, quibus circa res creatas distinetur uulgus hominũ. Sed quænã sunt ista meliora quæ contẽnenda esse docemus deceptos à nobis homines? Conferat qui uult à Iesu Christo, hoc est dei uerbo & sapientia uirtuteq;, promissum finẽ beatũ, gratuita dei benignitate post uitã innocenter actã repræsentandũ cũctis quicunq; indiuulse adhæserũt caritati dei, cũ omnibus omniũ sectarũ mysterijs quæ unquã fuerunt uel apud Græcos uel apud barbaros pollicentes sibi finem beatũ, & ostẽdat quid illi habeant præ nobis melius: & per cõsequens, penes illos esse ueritatẽ, nostras aũt spes non conuenire uel gratuitæ dei benignitati, uel hominibus è uita bene acta excedentibus: aut non esse hæc iã olim prænunciata per sanctissimas prophetarũ animas afflatas sancto spiritu. Ostendat item qui uult, scripturas quas omnium confessione constat esse humanas, potiores habendas quam diuina oracula tantam felicitatem promittentia. Quænã igitur sunt illa potiora quæ præstat missa facere si quis nos audiat? Si enim uera loqui permittimur, statim apparet ne cogitari quidem posse quicquã melius, cũ totum se cõmittere deo rerũ uniuersarum domino, et sectari doctrinam abducentem à creaturis omnibus, & adducentem per uerbũ uiuũ, quod est uiuẽs sapientia filius dei, ad deum dominum omnium. Sed iam satis excreuit hoc uolumen tertium eorum quæ contra Celsum commentanda suscepimus: quapropter hîc claudatur, ut contra eum certamen instauremus in sequentibus.

LIBER QVARTVS.

Ribus superioribus libris sacer Ambrosi complexi quicquid cõtra Celsi scripta dicendum putauimus, quartum deinceps inuocato per Christum deo aggredimur, qui utinam suggerat nobis uerba de qualibus in Hieremia scriptũ est ecce persona domini prophetã ipsum alloquentis: Ecce dedi uerba mea in ore tuo ignẽ, ecce cõstitui te hodie super gentes & super regna, ut eradices, & diruas, & disperdas & demoliaris, ędifices & plantes. Opus est enim nobis nunc uerbis eradicantibus ex animis hominũ mala germina occasione cõmentariorũ Celsi & similium pullulantia contra ueritatem, opus etiã sententijs diruentibus omne superstructum dogmatibus falsis ædificiũ, & huius scriptoris insanas substructiones quales erant illorũ magniloquorum, Venite ędificemus nobismet urbẽ et turrim cuius fastigiũ usq; cœlos pertingat. opus etiã habemus sapientia demoliẽte omnẽ altitudinẽ extollentẽ se cõtra cognitionẽ dei, & arrogantẽ uastumq; Celsi animũ insurgentẽ cõtra nos. Deinde quia nõ satis est eradicare et diruere ea quę diximus, sed in locũ euulsorũ plãtanda est plantatio diuinæ agricolationis, & in locũ dirutorũ ædificã dũ templi dei glorioſum ædificiũ, uocamus in uota dominũ datorem supra scriptorum apud Hieremiam munerũ, ut nobis dignetur concedere sermones quibus ualeamus & ædificare quæ Christi sunt, & plãtare spirituale legẽ, eiq; pares sermones prophetico: quando quidẽ nunc maxime opus est prædictis gratijs ad astruendũ Christũ è prophetarũ oraculis, & Celsum deinceps redarguendũ. Is enim utrisq; se opponens, tã Iudæis Christũ aduenisse negãtibus & adhuc sperantibus, ꝙ Christianis Iesum esse Christũ illum à prophetis prænunciatũ affirmantibus, sic loquitur: quòd autẽ è Christianis quidã & Iudæi, alteri descendisse aiunt, alteri descensurũ esse in terrã quendam deũ aut dei filiũ iustificatorem hic degentium, id uero indecorum est & tam absurdum ut non sit opus multis uerbis refellere. Et de Iudæis quidem non quibusdam sed in uniuersum dicit, putare eos descensurum aliquem in terram, de Christianis uero, esse quosdam ex eis qui descendisse dicãt. Indicat enim eos qui Christũ aduenisse confirmant è Iudęorũ

Hiere. 1

Gen. 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

scripturis, & uidetur nosse aliquas hæreses, negãtes Iesum esse Christũ illũ à prophetis designatũ. Nos iã superius pro uirili docuimus prophetatũ esse Christũ, ideoq; multa quæ hoc loco dici possent nõ repetemus, ad uitandũ iterationis tediũ. Nunc uide q; si probabili saltẽ aliqua ratione uoluisset abrogare fidem prophetijs de aduentu Christi siue iã præterito siue futuro canentibus, debuerat ipsas exponere prophetias, quibus Christiani & Iudæi inter se disputãtes utunẽ. sic enim potuisset uideri in rectã uiã reducere seductos q̃busdã ut putat ueriſimilitudinibus, & Iesum credẽtes esse Christũ propter prophetarũ oracula, nũc uero siue quia nõ posset illis oraculis resistere, siue q̃a nescirẽ quidẽ quenã ea sint, nec unũ adducit dictũ propheticũ, cũ tamẽ sint innumera de Christo loquentia: & accusatorẽ se putat prophetarũ, ne hoc quidẽ exponens quas dicat ueriſimilitudines. Imò illud quoq; ignorat Iudæos nõ admodũ hoc asseuerare, Christũ illũ quẽ etiãnum expectãt aduenturũ, deũ fore aut dei filiũ, ut iã superius à nobis dictũ est. & præfatus, nos quidẽ dicere uenisse iustificatorẽ, Iudæos uero, uẽturũ esse, hoc ipsum satis ad accusationẽ prædictorũ existimat, indecora hæc esse absurdioraq; q̃ ut refelli debeant uerbis pluribus: ac mox rogat, quid in mentẽ deo uenerit, ut descenderet: non uidens in prõptu esse nobis rationẽ eius descensus, primùm illã euangelicã, ut cõuerterentur perditæ oues domus Israelis: deinde ut propter illorũ obstinatã incredulitatẽ auferretur ab eis regnũ dei quod uocatur, & reiectis Iudæis colonis ueteribus, alijs traderetur, uidelicet Christianis, reddituris deo fructus dignos regno ipsius, opera deo gratia, cuiq; tẽpori cõuenientia. Et nos quidẽ paucas è multis causas produximus Celso quærenti cur deus descenderet: ille uero omissis quæ uel à nobis referri possent uel à Iudæis, ipse subinfert: an ut res humanas agnosceret? quod nemo nostrũ diceret, descendisse in hãc uitã Christũ ut res hominũ uideret. Deinde acsi ab alijs hæc descensus causa sibi esset reddita, ex aduerso illud obijcit: an non sciebat omnia? tũ quasi responso accepto, sciuisse: rursum aliã quæstionẽ mouet. Ergo sciebat quidẽ, at nõ corrigebat, nec corrigere diuina uirtute poterat? Quæ omnia stulte loquit̃. Deus enim nullo non seculo per uerbũ suũ descendens, & amicos dei prophetasq; faciens: corrigit oẽs quot quot obediunt, sicut Christo nato per doctrinã Christianã emendat, nõ tamẽ inuitos, sed eos qui ad meliorẽ uitã deo placentẽ se cõferunt. Nescio porrò quantã correctionem Celsus desiderans sic pergit quærere: Ergo nõ erat possibile diuina uirtute corrigere, nisi mitteretur ad hoc natus aliquis? Fortasse postulabat, iste ut deus præsens hominibus apparens semel omnẽ maliciã eximeret, & prõ ea uirtutẽ insereret. qua de re merito dubitaretur posset ne fieri. Sed fac posse, ubi tũ erit nostra uoluntas? ubi laudabilis erga ueritatem credulitas: Et probanda auersatio mendacij? Sed quantũcunq; do nemus hoc possibile atq; decorũ etiã, eadẽ opera quispiã similis Celsi quæreret, quin potius diuina potentia tales fecit homines ut ne correctione quidẽ opus esset, bonos atq; perfectos iam inde ab initio, nulla admissa maliciæ? Huiusmodi cogitationes imperitis facile obrepunt, sed nõ itẽ naturã rerũ considerantibus, q̃ uirtus ni spõtanea sit, ne uirtus quidẽ erit. Verùm hæc peculiari tractatu opus habent, de quibus multa inueniuntur etiã in disputationibus Græcorũ de prouidentia, qui nunquã dicerẽt qualia Celsus: Sciebat, sed non corrigebat, nec corrigere diuina uirtute poterat. Nos quoq; multis in locis quantũ potuimus de his disseruimus: & diuinæ scripturæ explicant talia, modo accedat lector idoneus. Atqui uerba ista quibus nobiscũ & cũ Iudæis Celsus agit, cõtra ipsum reflecti possunt hoc pacto: heus tu, summus deus scit ne res hominũ an ne scit? Si nõ fingis quæ habent de prouidentia in tuis cõmentarijs, necessario cõsequit, eũ scire. quod si scit, cur nõ eas corrigit? nisi forte à nobis exposcitur ratio cur nõ corrigat, ex te uero dissimulante Epicureũ, & agnitionẽ prouidentiæ simulante, nõ licet scitari, cur deus norit res humanas, nõ tamen eas corrigat: & quamobrẽ nõ uniuersos homines semel à uicijs liberet. Nos aũt libere dicimus, deũ nunquam nõ correctores mittere: quãdoquidem extant præcepta eius optima, ab ipso hominibus tradita. Iam uero etiam ministrorum dei magna est uarietas, paucis per omnia pure ueritatem tractantibus, & perfectæ correctioni studentibus, quales erãt Moses & prophetæ. Accessit postremo magna correctio per Iesum, non unius tantum terrarum anguli medicum, sed uniuersorum quantum in ipso est. Seruator enim uenit omnibus hominibus. Præterea nescio

nescio unde occasionẽ nactus egregius Celsus cõtrouersum facit, quasi nos id affirmemus, descensurum ipsum deũ ad homines: quod si fiat, ueretur ne illic deserat suũ solitũ. nõ enim nouit dei potentiã, q̃ spiritus domini repleat orbẽ terrarũ, & qui cõtinet omnia, scientiã uocis habeat, nec illa uerba intelligit: Nonne cœlũ & terrã ego impleo, dicit dominus: nec uidet q̃ iuxta rationes Christianorũ oẽs in eo uiuimus, mouemur, & sumus sicut Paulus docet in cõcione ad Athenienses habita. Itaq; siue huius uniuersitatis deus potẽtia sua descẽdat cũ Iesu in uitã hominũ, siue dei uerbũ quod erat in principio, quodq; ipsum deus est, ad nos ueniat, non carebit sede nec eã deseret, ut alius loco eo sit uacuus, plenus alius qui antè uacauerat: sed dei potẽtia & deitas proficiscit quò uult, et apud quẽcunq; inuenit locũ, absq; migratione, nec relicto loco per absentiã suã uacuo, repletoq; alio per præsentiã. quãdo enim hoc repletũ illud deserti dicimus, nõ de loco intelligendũ est: sed malã & uicijs perditã animã dicimus à deo deseri: eũ uero qui cũ uirtute uiuere cupiens, uel huc, pficit, uel iã eã assecutus est, pronũciamus plenũ esse diuini spiritus siue participẽ. Nõ est igit̃ opus propter Christi descẽsum aut dei præsentiã inter homines, deseri thronũ illũ eximiũ, aut aliquid hìc mutari, sicut Celsus somniat dũ sic loquit̃: Si em̃ hìc uel minimũ quid mutaueris, subuersa ruẽt omnia. Quodsi quid mutat̃ in rebus humanis per præsentiã uirtutis dei & aduentũ uerbi eius ad homines, ingenue fatebimur mutari è malis in bonos, ex intẽperantibus in sobrios, è superstitiosis in pios, recepto dei uerbo in hospitiũ animæ. Iã si etiã ad ridiculas eius nugas respondendũ est, audi q̃d dicat. Nisi forte ignotus erat deus hominibus, quã iniuriã nõ ferẽs, innotescere uoluit, & piculũ tã credẽtiũ, q̃ diffidẽtiũ facere, sicut solẽt homines recens adepti amplas facultates & recẽsentes numerosam familiã: q̃d de deo cogitare, nihil aliud est quã hominũ mortaliũ ambitionẽ ei tribuere. Equidẽ fateor ignotũ fuisse deũ malis hominibus: nõ tamẽ quia per hoc aliquid ei decederet uoluisse innotescere, sed ut cognitus miseros liberaret à suis miserijs. Nec periculũ facere uolens, quinã sint increduli, q̃ cõtrà faciles ad credendũ, uel ipse inuisit quosdã ineffabili sua diuinaq; potentia, uel mittit ad eos Christũ suũ: sed ut credentes, et cognoscẽtes eius diuinitatẽ, ab omni liberent̃ infelicitate: incredulis uero nulla relinquat̃ excusatio: nec possint ignorantiã prætexere, quasi nihil doctrina huius ad aures eorũ peruenerit. Quã igit̃ rationẽ adducit, cur uideamur deũ facere ostentatorẽ more hominũ recẽs ditatorũ: Nõ ostentat se nobis deus dũ uult intelligi suã præcellentiã, sed facit id ut cognitus mactas felicitate reddat nostras animas, ad quã per uerbũ suũ & aduẽtũ Christi nunquã nõ nos solicitat familiaritatẽ nostrã expetens. Itaq; nihil humanæ ambitionis doctrina Christiana deo tribuit: quod ipse nugator, p̃cedente sermone agnoscẽs, & uelut uerba temere effusa nescio quõ corrigẽs, ait nõ ipsi deo fuisse opus cognosci, sed propter nostrã salutẽ uoluisse innotescere: ut quotquot eũ receperint, boni iã facti salutẽ cõsequant̃: q ue ro aspernati fuerint, maliciæ cõuicti pœnas luãt. Id tamẽ ex persona nostra dictũ repetens, quæstionẽ mouet: Ergo nũc tãdẽ post tot secula recordatus est deus iustificare uitã hominũ, quòd priore tẽpore neglexerat? Ad quã respõdemus, nunquã defuisse deo uolũtatẽ iustificãdi uitã hominũ, imò semp̃ hoc ei cordi fuisse, per occasionẽ inuitanti animal rationale ad resipiscentiã. Singulis em̃ seculis dei sapiẽtia sanctas animas intrãs prophetas et amicos dei facit: & licet inueníre in sacris uoluminibus singularũ etatum sanctos capaces diuini spiritus, p̃ uirili cõuertentes etiã alios. Nec mirũ est fuisse in his aliquot q̃ propter pectus eximie capax numinis perpetuãq; recte uiuẽdi cõstantiã nõ solũ sui seculi, pphetas superauerint, uerũ etiã tam priores q̃ posteriores cæteros: sicut nec illud mirandum est, extitisse certis seculis hominum genere quędam memorabilia magis quàm aut superioribus aut insequentibus; quorũ ratio profundior est q̃ ut profanis auribus communicari debeat alioquí respõnsuro quod ad Christi aduentum attinet, quid ita post tot secula demum iustificare humanum genus in mentem deo uenerit, & non antea attingendum esset aliquid de portionibus, et declarandum cur nam altissimus post diuisas gentes ac dispersos Adæ filios, terminos illis præfinierit iuxta numerum angelorum dei, cesserit̃q; domino in portionem populus è Iacobo prognatus, & Israelitæ in funiculum hæreditarium: reddenda esset etiam causa cur in quaq; portione proueniant destinati ei portioni, & quo merito factus sit portio domini populus

descen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

descendens à Iacobo, & Israelitæ hæreditas ipsius: de posteriore autẽ populo pater ad seruatorẽ loquatur: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & possessionẽ tuã terrę terminos. Sunt ẽm quædã consequẽtiæ series ꝙ inexplicabiles & ineffabiles, per quas uarijs modis circũferuntur & disponunt animæ hominum. Venit igit Christus, quantũuis Celsus reclamet, post multos prophetas ad corrigẽdũ Israelis illius populũ, atq; etiam orbis totius, nihil opus habens in priore dispensatione, qua erga homines usus est, flagris, tormẽtis, & uinculis. sufficiebat ẽm doctrina, quo tẽpore exijt seminator ad seminandũ, ut semen suũ ubiq; spargeret. Quodsi certũ tẽpus quo mũdus hic maneat præfinitũ est, necessario consequit eũ habuisse principiũ: quo tẽpore absoluto futurũ est iustũ de omnibus iudiciũ. quã disputationẽ siquis tractare uelit philosophice, opus habẽbit uarijs argumentis & probationibus, tũ ex diuinis scripturis, tũ ex ratiocinationibus. cæterũ multitudo simpliciũ nõ ualentiũ diuinæ sapiẽtiæ uarietatẽ sua contẽplatione assequi, debet se totã deo et seruatori nostri generis credere, cõtẽta eius autoritate quod ipse dixerit, nec aliud requirẽs præterea. Post hæc rursum Celsus more suo, quicquã nusquã nos parũ pie de deo prædicare coarguit, sic loquit: Itaq; nec pie nec pure hæc eos de deo prædicare manifestũ est: putatq; nos ad obstupefaciendũ uulgus hęc fingere, quasi necessariò pœnæ peccatorẽ maneant. quapropter cõfert nos cũ quibusdam proferentibus spectra & terricula in bacchanalibus. Ea sacra siquid rationis habent, à Græcis petendũ est Celso cũ suo sodalitio: nos pro nobis rationẽ reddimus, dicimusq; nos eò cõtendere ut corrigamus genus humanũ, siue per cõminationẽ pœnarũ quas credimus omnino necessarias passuris, fortassis etiã non inutiles: siue per promissionẽ præmiorũ propositorũ pie uiuentibus, hoc est uitæ beatæ degendę in regno dei, & quicquid ea bonarũ rerũ in se cõplectitur. Post hęc uolens ostendere nos nihil mirũ aut nouũ dicere de uniuersali diluuio aut cõflagratione, sed neglectis Græcorũ atq; barbarorũ autorum super hac re testimonijs, nostris tãtũ scripturis de hoc credere, his uerbis utitur: Quin & hoc tradunt, quod tamẽ nisi neglexissent ex illis audire poterant, lõgis tẽporum reuolutionibus & siderũ recursibus atq; cõcursibus cõflagrationes diluuiaq; fieri, & quod post ultimũ illud Deucalioneũ reuolutionũ uicissitudo ĩã conflagrationẽ postulet. Id in causa fuit ut per errorẽ dicerent, descensurũ deũ cum igne in tortoris modũ. Ad hæc respõdeo, mirũ esse quomodo uir multæ lectionis Celsus, multarũq; historiarũ cognitionẽ præ se ferens, nõ inuenerit antiquitatẽ Mosis, quẽ quidã Græcorũ scriptores aiũt fuisse tẽporibus Inachi Phoronei filij, Ægyptiorũ quoque & Phœnicũ scriptoribus attestantibus antiquitati hominis: de quo siquis certiora cupit agnoscere, legat Flauij Iosephi libros duos de Iudæorum antiquitatibus, ut sciat Mosen ętate lõge superiorẽ fuisse istis q inũdationũ et exustionũ uicissitudines asserũt, quos Celsus dicit à Iudęis ac Christianis cõtẽptim audiri ideoq; à nõ intelligẽtibus eas exustiones cõfictũ, descensurũ esse deũ cũ igne in tortoris modum. cęterum sint ne istę diluuiorũ & cõflagrationũ uicissitudines an nõ sint: & utrũ eas scripturæ agnoscant cũ aliàs sæpe, tũ apud Solomonẽ dicentẽ: Quod factũ est, idipsum & faciendũ est, & non est præsentis tẽporis disputatio: sufficit tantũ adnotasse, ꝙ antiquissimi uiri Moses & prophetæ aliquot hãc opinionẽ de mũdi exustione nõ sumpserunt ab alijs: imò si expẽdat ratio temporũ, alios, potius hæc nõ intellecta deprauasse cõfictis uicissitudinibus istis in orbẽ redeuntibus. eadẽ qua prius nec quidquã euariante facie. Nos aũt nec diluuia nec exustiones certis periodis & siderũ in eandẽ stationũ formam recursibus acceptas ferimus, sed horũ causam in malitiam hominũ in immensum auctã, nec nisi diluuio incẽdioue ppurgãdã, referimus. Deũ porrò quoties in pphetarũ oraculis audimus descendere, cũ tamẽ ipse dicat, Nonne cœlũ et terrã ego impleo, dicit dominus: figura
Hier. 3 te id dictũ accipimus. Descẽdit ẽm deus à sua maiestate & altitudine, quoties res hominũ præsertim malorũ dispensat: & quẽadmodũ uulgaris loquẽdi cõsuetudo magistros dicit cõdescẽdere pueris, & in philosophia prouectos nouicijs discipulis, nequaq; de corpore uolẽs hoc intelligi: ita sicubi deus in sacra scriptura descẽdere dicit, pari modo intelligẽdũ est iuxta loquẽdi cõsuetudinẽ receptã: sicut de ascendẽdo etiã. Quoniã aũt Celsus taxat nos, q dicamus deũ in modũ tortoris cũ igne descendere, & cogit nos parũ tẽpestiue hæc uerba introspicere penitius, paucis tãtũ dictis ad crimẽ refellendũ &

& gustum profundioris sensus auditori exhibendum, reuertemur ad reliqua quæ deinceps sequuntur. Ait diuina scriptura deum nostrũ esse ignem consumentem, et fluuios ignis eum præcedere: ipsum etiam uelut ignem conflatorium aduenire, & uelut herbam fullonicam, ut conflet suum populum. ergo quandoquidem ignis consumens dicitur esse, quæramus quid potissimũ à deo consumi deceat. Equidẽ maliciam dixerim, & quæcunq; eius opera, quæ figurate nominantur ligna, fœnum, stipula, adeo cõsumi potissimum. Certè de malis dicitur, superstruere eos iactis fundamentis ligna, fœnũ, stipulam. Quæ si quis docere potest aliter à Paulo accipi, & corporaliter intelligendũ esse malos superstruere ligna, fœnum, stipulam, apparebit etiam ignem materialem intelligendũ & sensibilẽ. quodsi euidenter figurata est locutio, dũ mali hominis opera significant lignorũ, fœni, stipularũq; nomine: quî fit ut nõ statim succurrat quomodo ignis accipiendus sit qui cõsumat ligna huiusmodi? Nã uniuscuiusq; opus (inquit scriptura) probabit ignis quale sit. Si cuius opus superędificatũ permanserit, mercedẽ is accipiet: si cuius opus exuretur, is iacturã faciet. opus aũt exustũ quod aliud dici potest, q̃ opus maliciæ? Itaq; deus noster ignis consumens est ut ostendimus, & ut ignis conflatorius aduentat, conflaturus rationalem naturam plenam plumbo maliciæ, cęterisq; impuris materijs, auream (ut sic loquar) naturam animæ argenteam'ue adulterantibus. Sic etiam ignei fluuij dicuntur deum præcedere, abolentem quicquid uitiosum est admixtũ in tota anima. Sed hactenus respondsum sit ad illud, quòd nos putat falli credentes deũ descensurum tortoris more cum igne: uideamus quid deinceps Celsus magno uerborum apparatu afferat, inquit, Repetamus, altius sermonem argumẽtis pluribus. Diceẽ aũt nouî nihil, sed iã dudũ confessa omnibus. Deus est bonus, pulcher, felix, et pulcher rima optimaq; specie. is si descendat ad homines, ut muteẽ opus est. mutabitur aũt è bono in malũ, è pulchro in turpẽ, è felice in infelicẽ, ex optimo in nequissimũ. Quis sic se mutatum cuperet? Certè mutatio hæc & transformatio cadit in hominẽ mortalẽ: immortali uero semper eodem modo se habere conuenit. ergo nunquam deus talẽ mutationem reciperet. Ad hæc satis responsum erit si dixero quomodo in sacris scripturis accipiatur descensus dei ad homines: ad quẽ nulla mutatione opus est, ut Celsus putat nos opinari, nec uersione in malũ è bono, aut è pulchro in turpem, aut è felici in infelicem, aut ex optimo in nequissimum. Immutabilis enim in sua essentia manens, condescẽdit rebus humanis dispensatione & prouidentia. Nos certè è sacris literis deum im- Psal. 102
mutabilẽ esse discimus, ubi legitur, Tu autẽ idem ipse es: & Non immutor. Epicuri uero dij ex atomis compositi, & proinde in eosdem dissolubiles, habent quod agant dũ corruptibiles illos atomos excutiant. Quin & Stoicorũ deus, nũc mens est corpus habens igneum, nunc in totius mundi partes diffusus eas ordinat: nam isti ne potuerunt quidẽ clarè dei naturam intelligere, q̃ sit omnino incorruptibilis, simplex, nec compositus nec diuisibilis. Id autem quod ad homines descendit erat in forma dei, & propter amorem humani generis seipsum exinaniuit, ut posset concipi ab hominibus, absq; ulla tamen mutatione boni in malum: peccatum enim non fecit: sicut nec ex honesto in turpe mutatus est: peccatũ enim nõ cognouit, nec ex felicitate decidit in miseriam, sed quãuis humiliatus, nihilominus beatus erat, etiã cum maxime propter utilitatẽ humani generis se demitteret. nulla itẽ mutatio fuit ex optimo in nequissimũ. quî eẽm nequissimũ esse potest, q̃ est amans hominũ atq; beneficũ? alioqui medicus quoq; multa uel molesta inspectãs uel cõtrectans insuaua ut ægrotos sanitati restituat, ex bono in malũ, ex honestate in turpitudinẽ, è felicitate in miseriã prolabit. atqui medicus inspectãs molesta, & cõtrectans iniucũda, nõ adeò tutus est quin possit in eadẽ incidere, animarũ uero nostrarũ sauciarũ curator per uerbũ dei quod ipse est, nihil malorũ in se admittere poterat. Quodsi corpus mortale animãq; humanã ab immortali dei uerbo assumptã Celsus uocat mutationẽ et alterationẽ, discat uerbũ manere uerbũ sua substãtia, nec pati eorũ quicquã quę corpus aut anima patit: cõdescẽdere tamẽ interdũ nõ ualẽtibus claritatẽ ac splẽdorẽ deitatis obtueri, et uelut carnẽ loq; corporaliter, tãtisp dũ auditor paulatim p uerbũ factus sublimior posset etiã illã pristinã (ut ita nominẽ) formã eius cõtẽplari. sũt n. uarię uelut formę uerbi, putq; in eo cognoscẽdo est pspicax et magismus ue ꝓuectus, & aut à limine uirtutẽ salutauit, aut iã introgressus est eius penetralia.

Qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quapropter longe aliter quàm ut Celso uidetur & similibus transformatus est, & conscenso excelso monte ostendit suam formam multo præstantiorẽ quàm quæ à manentibus in imo, & ad ardua non sequentibus posset conspici. humilis enim turba non habebat oculos capaces spectaculi diuinæ & gloriosæ metamorphoseos: imò uix talem capiebant qualis tum inter eos uersabatur, ita ut qui nihil supra præsentem speciem in eo suspiciebãt dicerent: Vidimus eum & non habebat speciẽ nec pulchritudinem: sed species eius erat inhonora, inferior cæteris filijs hominum. Hæc contra Celsi suspicionem dixisse sufficiat, nõ intelligentis mutationes transformationesue quæ de Iesu produntur in historijs, nec mortalitatem aut immortalitatem illius. Annõ hæc, præsertim intellecta ut debent intelligi, multo plus grauitatis habent, quàm quæ feruntur de Baccho circumuento à Titanibus, delapsoq; à Iouis solio & dilacerato ab eis, ac rursum cõpositis membris rediuiuo cœlum scandente? Aut Græcis licet ista ut figurate dicta interpretari de anima, nobis uero præclusus est aditus ad conuenientẽ & consonã enarrationẽ sacræ scripturę per animas puras afflatu diuino proditę? Itaq; nullo modo Celsus nouit mentem nostrarum literarum, & proinde non quod illæ dicunt calumniatur, sed quod ipse inde excerpit: qui si intellexisset quid animã in futura uita æterna maneat, & quid sentiendum sit de ipsius substantia & origine, non ita irrisisset immortalem ob assumptum mortale corpus, idq; non iuxta Platonis opinionem de migratione animarum in aliud corpus ex alio, sed iuxta sublimiorem quandam contemplationẽ: uidisset q; unam è multis insignem dei beneficentiam, descensum ad conuertendas (ut sacra scriptura loquitur) oues perditas domus Israeliticæ, & errore delatas ab illis montibus, in quibus pastor saluas reliquit cæteras (quemadmodũ est in quibusdam euãgelicis parabolis) ut has quæreret. Hîc Celsus in non intellectis hærens diutius, in causa est ut nos quoq; iteremus eadem, ne uideamur quicquam ab eo dictorum inexaminatum relinquere. Sic autem deinceps loquitur: Aut reuera mutatur deus, sicut isti aiunt, in corpus mortale, id quod iam ostendimus impossibile: Aut ipse quidem nõ mutatur, sed facit ut hoc putent qui uident, & imponit eis mendacio. porrò deceptio & mendacium aliàs semper malæ res, tũc tantum sunt usui, quando pro remedio sunt amicis curandis morbo uicio ue laborantibus aut insanientibus, aut si quãdo apud inimicos per ea uitamus periculum. At deo nec uitiosus aut insanus quisquã amicus est, & timet neminem, ut impostura opus habeat ad euadendum periculũ. Ad hoc responderi potest distinguendo uerbi dei naturam quod deus est, & Iesu animam. De uerbi dei natura dicimus, quòd quemadmodum alimentorum qualitas, ut accommodetur infantis naturæ in lac nutricis uertitur, & medicus ægroto sanando medicamenta ex usu ipsius tẽperat habito respectu eius uirium: ita deus pro ratione animæ humanæ uerbi sui uirtutẽ hominibus attemperat, respectu singulorum in uariando habito: ut alijs fiat lac rationale dolum nescientibus, sicut scriptura nominat, alijs infirmioribus tanquã olus, alijs perfectioribus ministretur ut cibus solidus. nec tamẽ suam naturam mentitur uerbũ dum cuiq; alimentum fit pro captu ipsius, nec imponit hominibus mendacio. Quia si de anima Iesu intelligit, mutatam per aduentum in corpus, quam mutationem dicat interrogabimus. Nam si substantiæ non concedimus, non solũ de illa, sed ne de alia quidẽ ullarationali anima. sin hoc dicit quòd afficiatur à corpore ut ei mixta, & à loco in quẽ deuenit, quid absurdi ob hoc contingit uerbo descendenti ad seruãdum adamatũ genus hominum? sua morte præstanti quod ante aduentum eius nemo quantumuis magnifice opem medicam pollicens præstare potuit? Hæc cum ita sint sæpe nobis inculcat di
Philip. 2 uinum uerbum in multis sacræ scripturæ locis, è quibus unũ Pauli dictum in præsens apponere sufficiet. uerba eius sunt hæc: Is affectus sit in uobis qui fuit et in Christo Iesu: qui cum esset in forma dei, non raptũ arbitratus est, ut esset æqualis deo: sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta, & in similitudine hominum constitutus humilemprębuit semetipsum, factus obediẽs usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. quapropter & deus illum in summam extulit sublimitatem, ac donauit illi nomen quod est supra omne nomen. Persuadeat igitur Celsus alijs non fuisse illum mutatum, sed illusisse oculis uidentium: nos, quibus persuasissimum est, non putatiuè, sed uere manifesteq; aduenisse Iesum ad homines, alieni sumus ab obiecto p Celsum crimine: attamẽ respõdebimus,

nonne tuum dictum est Celse, pro medicamento interdũ permitti usum imposturæ ac mendacij? quid igitur absurdi fuisset ad salutem tale quippiam fieri? Sunt enim quidam conficti sermones, qui nihilominus mores uertunt in melius: qua arte medici quoque nonnunquam apud ægrotos utuntur dissimulata ueritate: quod tamen non pro Iesu responsum sit. Si enim sananti amicum laborantem fas est uti remedijs non quæsitis sed per occasionem oblatis: humanum quoq; genus cũ esset furore correptum debuit à me dico uerbo quibuscunq; compendijs ad sanam mẽtem restitui. Ait præterea sic & cum inimicis agendum, ad effugiendum periculum. Deum autem à nemine sibi timere, ut euadendi causa insidiatores fallendos habeat, quod cùm Seruatori nostro nunquã obiectũ sit, ne refellere quidem opus est. Quin & ad illud iam responsum est inter cætera, quod negat uel morbo uiciatum uel insanum hominem esse carum deo: Respondetur enim ad hoc non propter amicos morbidos aut insanos hanc dispẽsationẽ factam, sed pro animabus inimicis morbo & naturalis rationis defectu laborantibus, ut reconciliatæ deo amicæ fierent. nam manifeste dicitur Iesus omnia pertulisse pro peccatoribus, ut liberatos à peccatis iustos faceret. Deinde quoniam facit ludæos seorsum causam reddentes cur Christum nondum uenisse putent, sed uenturum expectent: seorsum item Christianos affirmãtes iam in hominum uitã uenisse dei filiũ: age hæc quoq; consideremus quãto fieri potest compendio. Iudæi apud eum dicunt, uitam refertam omni genere uiciorũ opus habere aliquo à deo mittendo, qui punitis iniustis repurget omnia, non aliter quàm olim factum sit per diluuium. & quoniam dicuntur Christiani plura his addere, liquet eadem etiã eos affirmare. Et quid absurdi est si propter inundationem uiciorũ aduenerit qui mundũ purificet, ac unumquemq; tractet pro dignitate? nec enim deum decet maliciæ gangrænam late serpentem non sistere, ut res collapsas instauret denuo. Norunt autem etiam Græci conflagrationibus & diluuijs terram purgari certis uicibus, sicut & Plato alicubi sic loquitur: Quando aũt diȝ terram aquis purgantes inducunt diluuium, tunc incolæ montium, & reliqua. Dicendum igitur hæc quando ab illis affirmantur, ex autoritate pondus accipere: sin eadem ipsa quæ à Græcis laudentur, nos doceamus, iam nullius pretij fieri hæc placita. Atqui curiosius scripturas perscrutantes conabuntur ostendere non solum autorum antiquitatem, uerum etiam grauitatem sententiarum, & quàm apte inter se quadrent & cohæreant. Nescio autem cur diluuio, quo terram purgatam Iudęi pariter & Christiani asserũt, Celsus putet turris deiectionem similem. Vt enim nihil ænigmatice subindicet historia turris cuius mentio fit in Genesi, sed ut ipse putat, nihil tegat sub inuolucro, ne sic quidem ad expurgandam terram facta uidebitur, nisi forte lustrationem terræ existimat, confusionem illam linguarum: de qua tempestiuius dici posset, si historia ad præsentem locum aliquid faceret, aut intellectus eius penitior. Et quoniam putat Mosem quæ scribit de turri confusioneq; linguarum, deprauasse ex Aloidarum fabula, & ad turrim suam trãstulisse: equidem dixerim, Aloei filiorum ante Homerum in literis meminisse neminẽ: at quæ de turri Moses prodidit, antiquiora esse non tantum Homero, uerum etiam primis Græcarum literarum inuentoribus. Vter igitur alterius scripta deprauauit: scriptor ne Aloidarum fabulæ historiam turris: an is qui de turri & linguarum confusione meminit, Aloidarum fabulam? Certe incorruptis auditoribus apparet quòd Moses sit Homero antiquior. Sic & quæ de Sodomis & Gomorris propter peccatum igne deletis Moses narrat in libro Geneseos, Celsus comparat cum Phaethontis historia, in e- Gen. 19
undem iterum impingens lapidem ob non obseruatam antiquitatem Mosis temporum. nam hi qui de Phaethonte fabulantur, uidentur Homeri ætate posteriores, quo Moses fuit tanto antiquior. Itaque non negamus lustratorium ignem absumpturum unà cum ipso mundo uniuersam maliciam, quandoquidem è sacris prophetarum libris hoc didicimus, quorum ueracitatem in prædicendo cum multi, ut iam diximus, euentus approbauerint manifesto argumento commercij cum diuino spiritu, indubitatum relinquitur etiam uenturis fidem deberi quæcunque iuxta eadem oracula expectantur, uel potius dei spiritui qui pectus eorum obsederat. Porrò Christiani (inquit Celsus) quædam addentes ludæorum dogmatibus, aiunt propter ludæorum peccata iam uenisse dei filium: & quod Iudæi acto in supplicium Iesu felleq; potato, bilem dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra seipsos commouerint. Id si falsum est, refellat qui uult, si non sedibus suis expulsa est tota gens Iudaica, ne uno quidem seculo integro elapso post quàm Iesus passus est ab ipsis damnatus: nam quadraginta duo anni, non amplius opinor, interfuerunt inter Iesu crucem & deleta Hierosolyma: nec in ullis Iudæorum monumentis extat tãto tẽpore eos caruisse diuino cultu suis q; ceremonijs eiectos à potentioribus: sed si quando uisi sunt propter peccata deseri, nihilominus deo se respiciente reuersi in sua nemine prohibente operati sunt sacris solennibus. Id unum ex argumentis est, diuinũ aliquid & sacrum fuisse Iesum, quo læso Iudæi tot & tantis malis affliguntur tam longo tempore: & audemus dicere, nunquam fore ut restituantur. Scelus enim commiserunt supra modum impium per insidias oppresso seruatore humani generis, in ea urbe ubi sacra deo faciebant maius mysterium significantia. Itaq; necesse fuit eam urbem, in qua hæc Iesus passus est, deleri funditus, & Iudæorum gentẽ expelli suis sedibus, & alios uocari ad dei beatitudinem, Christianos inquam, ad quos peruenit sinceræ ac puræ religionis doctrina, assumptis nouis legibus, aptis cuicunq; ubiuis terrarum respublicæ: quãdo priores illæ uni genti datę propriis regibus parenti non potuerunt seruari ab omnibus. Post hæc suo more irridens Iudæorum simul & Christianorum genus totũ cõfert id uespertilionum agmini aut formicarum è cauernis suis prodeuntium, aut ranis gregatim paludes obsidentibus, aut lumbricis in natali cœno cœtus facientibus & inter se contendentibus quinam ex eis sint peccatis contaminatiores: dicentibusq; omnia sibi deum præsignificare prædicere q;, & relicta mundi totius cura cœlestium reuolutionũ terrarumq; tam late patentiũ, illis solis regendis uacare, cum solis per caduceatores internuncios continenter agere, curantẽ ut perpetuã cum eis habeat consuetudinẽ. Deinde non discedens à ficta similitudine ait nos ceu terrenos uermes dicere: Deus est, & post eũ nos ab ipso facti per omnia deo similes. nobis omnia subiecta sunt, terra, aqua, aer, astra, omnia propter nos creata ut nobis seruiant. pergunt uermes eius, per quos uult nos intelligi: Nunc quoniã è nobis quidã peccant, ueniet deus aut mittet suũ filiũ, ut exurat iniustos, cæteri cũ ipso æterna uita fruamur. Tũ infert post hæc omnia: Siccine uermes aut ranas aut ludæos aut Christianos inter se contendere? Rogabimus istos qui applaudunt talibus. Omnésne homines congeriem uespertilionum, aut formicas, aut ranas existimatis propter tam immensam dei præcellentiam: an exclusis alijs ab hac similitudine eo q; ratione legibusq; utanť, solos Christianos & Iudæos propter diuersa dogmata uilificatis cõferentes huiusmodi animantibus? Vtrumuis respõderitis ostendere conabimur parum apte talia dicta uel de nobis, uel in uniuersum de hominibus. Esto comparetis omnes homines collatos ad deum uilibus his animalibus, quòd nihil ad diuinam maiestatem sit horum exiguitas, respondete quam exiguitatem dicitis? Si corporum, audite, ubi superius & inferius uenit in uerum iudicium non haberi rationem corporum: alioqui gryphes & elephanti potiores erunt nobis hominibus, ut quibus mole, robore, uiuacitate cedamus, nemo tamen sanus diceret propter corpus bruta præstare ratione præditis, imò ne bonis quidẽ & beatis genijs inferiores sumus, quos dæmonas uos uocatis, nostri uero angelos, aut quibuscunq; naturis eximijs, quoties in nobis ratio cum omni uirtute absoluitur. Quod si hominis exiguitas non propter corpus uilipenditur, sed propter animam, quod ea deterior sit cæteris rationalibus præsertim uirtute præditis, ut uicijs obnoxia, quî magis mali Christiani Iudæiue sunt congeries uespertilionum, aut formicæ, aut uermes, aut ranæ, cũ alij uiciosi ubiuis gentium? alioqui hac ratione omnis malus ac uicijs perditus erit uespertilio, uermis, rana, formica, collatus ad ueros homines. Etiãsi Demosthenes sit orator ille celebris, sed factiosus & corrũpi facilis, etiamsi Antiphon & ipse inter oratores clarus, modo uir malus sit, rollens prouidentiam in suo uero sermone cuius inscriptionem Celsus imitatus est, nihilo secius uermes sunt tales, uolutantes se in cœnosis ineruditionis & ignorantiæ latebris. Attamen nihil est ratione præditum, quod cum uerme conferri debeat, cũ ipsum capax uirtutis sit, eo quòd nunquã possit uim à natura ad capessendam uirtutẽ insitam deperdere. Vnde liquet nec in uniuersum homines habendos pro uermibus collatos ad deũ. nã ratio illa oriũda ab autore uerbo deo, nõ sinit rationale hoc animal existimari, prsus alienũ à deo, nec est cur uel mali Christiani aut Iudæi, & pinde si uerũ

fatendum

fatendum est nec inter Christianos nec inter Iudæos censendi comparari debeant uermibus in obscuro cœno se uolutantibus: Quod si ipsa rationalis natura non admittit talem similitudinem, apparet iam non inferendam naturæ humanæ ad uirtutẽ natæ hãc iniuriã, etiamsi deprauet uicijs, ut eam conferamus cũ huiusmodi animalculis. Sin autẽ propter Christianorum dogmata Celso parũ probata, imò ne intellecta quidẽ, hi quidem uermes sunt & formicæ, cæteri uero non tales: age examinemus confessa Christianorum Iudæorumq; dogmata simul cum reliquorũ placitis, uisuri si uermiũ & formicarum appellatio in homines cõpetit, nũ magis illi habendi sint pro ranis, formicis & uermibus, qui à uera dei cognitione delapsi uana pietatis imagine uenerantur brutã, statuas, aut quantũuis excellentes creaturas, cũ debuissent per earũ pulchritudinis admirationẽ ad colendũ conditorẽ inuitari potius: cæterũ pro hominibus & si quid est hominibus excellẽtius, hos demũ qui rationis ductu transcensis lapidib. & lignis, atq; etiam istis quib. uulgi æstimatio precijs addidit, auro argentoq;, Deniq; alijs omnib. quæcũq; mũdus habet spectabilia, ad conditorẽ ascendunt omniũ, secq; cõmittunt eius fidei, qui solus sufficere potest omnibus quæ in rerũ natura sunt, omniũq; cogitationes introspicere, exaudire preces ad se missas omnium: quo inspectãte facimus quicquid facimus, quo audiẽte omnia debemus cauti esse neqd ex ore nostro excidat q; illi displiceat. nisi forte putandũ est tã insignem pietatẽ nec laboribus cedentẽ nec periculis capitalibus, nec humanis argutationibus succumbentẽ, non esse idoneã quæ suos cultores ab ignominiosa cũ uermib. collatiõe uindicet in pectus recepta, etiamsi eis fuissent similes antea. qd illi qui Veneris stimulos domitores & emollitores uiriliũ animorũ acerrimos uicerunt non ob aliud, nisi q; persuasi sunt neminem absq; temperantia posse deo placere, & ad eius familiaritatẽ ascendere, uidẽtur ne uobis uermiũ germani, & formicarũ ranarumq; similes? tã illustris uirtus iusticia humanæ societatis conseruatrix, & benignitas humanitasq; nihil ne conducunt ad hoc ne qui his est præditus sit qualis uespertilio? Cæterum isti uulgi more in libidinibus se uolutantes & commeantes ad lupanaria promiscue, atq; etiam docentes se ita nihil præter officium facere, an non sunt uermes in cœno, præsertim collati cum ijs qui didicerunt non auferenda membra Christi, hoc est habitata dei uerbo corpora, nec facienda membra meretricis, sciuntq; rationalem animam & corpus deo sacratum esse templum numinis adorandi ab omnibus, dignũ hoc honore propter opinionẽ de conditore purã & integram: qui quidẽ cauentes illicito concubitu sacrarium dei polluere, tanquam pietatẽ colunt temperantiã. Taceo reliqua hominum uicia, à quibus non facile reperias immunes ne istos quidem qui habẽtur pro philosophis. sunt enim multi adulterini philosophi. atq; his obnoxij sunt homines professione nec Iudæi nec Christiani: quæ aut non sunt inter Christianos, si propriè Christianum accipias: aut si qua inueniuntur etiam inter hos, certe non inter illos qui ad cœtus communes & deprecationes cõueniunt, nec ab eis arcẽtur, nisi forte perraro talis aliquis cæteros lateat. Itaq; nõ sumus cœtus uermiũ qui cõtra Iudæos pugnamus ex literis, quarũ etiã apud ipsos sacrosancta est autoritas: & ostẽdimus aduenisse illũ designatũ prophetarũ oraculis, & illos derelictos esse propter peccata grauissima: nos uero qui uerbũ dei recepimus habere spẽ optimã, per fidẽ in eũ qui potest nos ab omni malicia miseriaq; seculari purgatos domesticos sibi facere. Igitur non simpliciter quicunq; Iudæũ aut Christianũ se profitetur potest dicere, En totã hanc mundi machinã cœlestesq; cursus deus propter nos potissimũ fabricatus est: sed si quis iuxta Iesu doctrinã mundo est corde, mitis, pacificus, alacriter ferens amore pietatis pericula, is merito confidit deo: & intelligens prophetias potest dicere, Omnia hæc deus nobis iã ante significauit & prænunciauit. Quoniã autẽ facit Christianos quos pro uermib. habet sic loqui: deũ relicta mundi totius cura, cœlestiũ reuolutionũ terrarũq; tã late patentiũ, ipsis solis regendis uacare, cũ solis per caduceatores internũcios agere, curantẽ ut perpetuam cum eis habeat cõsuetudinẽ: dicemus istum nobis affingere quæ nunquã dicimus, quippe qui sciamus è sacris literis, deũ diligere omnia, & nihil odisse eorũ quæ ipse creauit. nõ enim quicq; fecit, quod haberet odio, Legimus & illud: Parcis omnibus, qm omnia tua sunt, amator animarũ. nam incorruptibilis spiritus est in omnib. quapropter etiã delinquentes paulatim arguis, & erratorũ admonens corrigis. Quî possumus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicere deũ relicta mũdi cœlorũq; cura terrarũq; latissime patentiũ, uacare tantũ admi
nistrandæ nostræ reipublicæ, qui in sacris precibus inuenimus deũ sic compellandum
Psal. 33 à cordatis: Misericordia tua domine plena est terra, & beneficẽtia carnẽ omnem prose-
Matth. 5 queris. Legimus & illud: quòd deus cũ sit bonus oriri iubet solẽ suũ sup̃ bonos pariter
ac malos, & pluit super iustos atq; iniustos, nos quoq; ut ipsius filij simus hortat̃ ad si-
milẽ beneficentiam, porrigendã cuiuis pro uiribus. Ille nanq; seruator dictus est omni-
1. Ioan. 2 um præsertim fideliũ: & Christus eius factus est propitiatio pro peccatis nostris, nec tã
tum pro nostris, sed & pro mundi totius. Et hoc Celso responsum sit Christianorũ no-
mine. nam uulgus Iudæorũ responderet aliter. Christiani sciunt, deum in hoc approbas
se nobis charitatẽ suã qua nos cõplectitur, q̃ Christus pro nobis mortuus est etiam tũ
peccatoribus, & uix pro iusto quisquam mori sustinet. Siquidẽ pro bono forsitã mo-
reret̃ aliquis Nũc pro omnib. qui usq; sunt peccatorib. ut relictis peccatis credant sese
deo, aduenisse prædicat̃ Iesus, q̃ iuxta idioma gentis in qua natus est, dei Christus esse
dicit̃. Potest aũt fieri ut Celsus aliquos ita loquẽtes audiuit. Est deus, & post illũ nos: ui
delicet uermes ut ipse nominat. & perinde facit ac si quis sectã aliquã philosophiæ cri-
minetur propter temerariũ quodpiã adolescentuli uerbũ qui ante triduũ scholã philo
sophi frequentare cœperit, extollentis sese cæterisq; præferentis ut philosophiæ rudi-
bus. Nos certe scimus multa esse maioris q̃ homo sit precij, & legimus quod Deus ste-
tit in concilio deorũ, non istorũ deorũ qui uulgo colunt̃: omnes enim dij gentiũ dæmo
1. Cor. 8 nia: & quòd stans in eorum cõcilio medio deos dijudicat. Nouimus etiã quòd etsi sint
multi dij qui uocant̃, siue in cœlo siue in terra, sicut sunt dij multi & domini multi: no-
bis tamen unus est deus, ille pater ex quo sunt omnia, & nos in ipso: & unus dominus
Iesus Christus, per quẽ sunt omnia, & nos per ipsum. Nouimus itẽ angelos tanto præ-
stantiores hominibus, ut homines perfectionẽ adepti æquentur angelis. nam in resur-
Matth. 22 rectione mortuorum nec eloc abunt nuptũ, nec nuptas domũ recipient: sed erunt iusti
sicut angeli dei, iam æquales angelis. Nec ignoramus inter cœlestes illos ordines alios
esse qui uocantur throni, alios qui dominationes, alios qui potestates, alios qui princi-
patus: uidemusq; nos illis longo interuallo proximos, sperantes interim per bonã uitã
doctrinæ respondentem euasuros nos ad eorum similitudinẽ. Postremo & si nondum
appareat quid erimus, scimus tamen q̃ ubi apparuerit aduẽtus eius erimus deo similes,
& uidebimus eũ sicut est. Quod si quis illud à quibusdã siue intelligentibus siue nõ in-
telligentibus arroganter dictum putat, Est deus, deinde post illũ nos: equidẽ uocẽ hãc
Nos interpretarer, id est ratione præditi, uel potius ratione uirtuteq; ornati. nam iuxta
nostrũ dogma eadem est uirtus beatorũ omnium, ac proinde eadẽ dei & hominis. Qua
Matth. 5 propter discimus illud præceptũ: Estote perfecti, sicut pater uester cœlestis perfectus
est. Itaq; nemo bonus uermis est cœno innatans, nemo pius formica, nemo iustus rana,
nemo splẽdida ueritatis luce illustratus animã uespertilioni recte cõfert. Mihi uidetur
Gen. 1 Celsus illud quidẽ satis intellexisse, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ no-
strã: & inde effinxisse uerba uermium: nos à deo facti, sumus ei per omnia similes. qui si
sciuisset differentiã inter hominẽ factũ ad imaginẽ dei, & factũ ad eius similitudinẽ scri
ptũq; esse, dixisse deũ: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã: factũq; ho-
minẽ à deo ad ipsius imaginẽ, nec addi etiã ad similitudinẽ, non finxisset nos dicere, su-
mus deo per omnia similes. Nec dicimus subiecta esse nobis astra etiã, q̃a iustorũ quæ
dicit̃ resurrectio, & à sapientibus intelligit̃, cõfertur soli, lunæ & stellis ab eo qui ait a-
1. Cor. 15 liã esse gloriã solis, aliã gloriam lunæ, aliã gloriam stellarũ, stellam enim à stella superari
gloria, eodemq; modo se habere mortuorũ resurrectionẽ, sicut & Daniel de his rebus
iã olim cecinit. Ait præterea nos dicere omnia esse ordinata ut nobis seruiant, quia for
te aut non audiuit aut nõ intellexit quũ accipiendũ sit dictũ illud usurpatum nostris sa-
pientibus, Qui maior inter nos sit seruum esse omnium. Id si Græci dicerent, Solemq;
& noctem seruire mortalibus, laudarent isti dictum & interpretarentur. Sin à nostris i-
dem aũt non dicatur aut dicatur aliter, calumniatur Celsus id quoque: apud quem nos
ipsius æstimatione uermes inter cætera sic loquimur: & quoniam quidam è nobis pec-
cant, ueniet ad nos deus aut mittet suũ filiũ, ut exurat iniustos: reliquæ aũt ranæ habea
mus uitã æternã cum eo. Vide scurrã quomodo denunciatũ diuinũ iudiciũ & pœnas
iniustorum

iniustorum iustorumq; præmia uertat in risum & ludicrũ, cũ uelit uideri philosophus:
& concludit magis ferendũ si hæc dicant̃ à uermibus & ranis, q̃m si à Iudæis & Christia-
nis inter se contendentibus. Nos eũ non imitabimur, nec commemorabimus conten-
tiones philosophorum noticiam rerum naturæ profitentium, dum inter ipsos parũ cõ-
stat, quõ cœlum & terra facta sint, quæq; his continentur omnia: tum de animarum na-
tura, sint ne ingenitæ, an à deo creatæ dispensent̃ ab eo, migrentq; è corporibus in cor-
pora: an potius proseminatæ unà cum corpore maneant ei superstites, aut non mane-
ant. Posset enim aliquis etiam professione inquirendæ ueritatis turgidos & magnilo-
quos reprehendere atq; uituperare, quod in cœnosis huius uitæ angulis degen. res sese
non noscant nec metiantur suo modulo, ac proinde tantis de rebus quasi capaces ea-
rum pronuncient, & de eis tanquam à se uisis contendant, cum tamen illæ absque diui-
no afflatu nõ ueniãt in cõtemplationẽ hominũ. Nemo em̃ nouit res hominis nisi spiri
tus hominis qui est in ipso: sicut & dei res nemo nouit, nisi dei spiritus. Verũ non insani
mus, neq; tantam uirorũ intelligentiam (ut cõmuniter uocatur) occupatam non circa
uulgaria, sed circa ueritatis inquilitionem, comparamus uermium reptantium nixibus,
aut bestiolarum similium: imò ueraciter testamur de quibusdã Græcorũ philosophis,
agnitum ab eis deum, quandoquidem eis se ipse ostendit, tametsi non reddiderunt ei
debitam gloriam, neque gratias egerunt: sed cum se crederent esse sapientes stulti fa- Rom. 1
cti sunt, mutaueruntq; gloriam immortalis dei, per imaginem, non solum ad mortalis
hominis similitudinem effictam, uerumetiam uolatilium & quadrupedum & reptili-
um. Post hæc uolens confirmare quòd Iudæi & Christiani nihil differant à iam dictis
animalibus, ait Iudæos esse fugitiuos Ægyptiorum, nullis unquam rebus gestis insig-
nes, nullo in numero aut respectu habitos. Quos non esse fugitiuos nec Ægyptios ge-
nere, sed Hebræos, & inquilinos tantum Ægypti fuisse, iam superius diximus. Quod si
propterea putat credendum in nullo numero aut respectu habitos, quia in Græcorum
historijs non admodũ crebra sit eorũ mentio: respõdebimus, siquis diligẽtius inspiciat
eorum rempublicã iam inde à prima origine, legesq; constitutas optime, inuenturum
eos fuisse genus hominum uitam cœlestem in terris quadam ceu umbra referentium:
apud quos nullũ aliud numen erat receptũ, quàm deus huius rerũ uniuersitatis præses,
procul ablegatis omnib. simulacrorũ opificib. nã in ciuitatẽ eorũ nullus pictor admitte-
batur, nullus statuarius, legibus totũ hoc genus arcentibus, ne qua occasio præberetur
hominibus crassis, ne ue animi eorum à dei cultu auocarentur ad res terrenas per hu-
iusmodi illecebras, habebant enim inter cæteras legẽ hanc: Nolite impie agere, nec fa-
cietis uobis sculptile in similitudinem aut imaginem masculi uel fœminæ, in similitudi
nem omniũ iumentorum quæ sunt super terram, uel auium pennatarũ sub cœlo uolan
tium, uel reptiliũ quæ mouentur in terra, uel piscium quorumuis qui degũt in aquis sub
terra. Quæ lex hoc agebat ut contenti rerum ueritate cauerẽt sibi à figmentis mentien
tibus faciem maris aut fœminæ, aut pecudum, auium, reptilium, piscium, imagines refe
rentibus. Illud quoq; apud eos grauitatis & generositatis plenum: Caue ne forte oculis
sublatis ad cœlum, uisoq; sole, luna, cæterisq; stellis cœli, decore horum deceptus ado-
res aut colas aliquod ex siderum numero. Iam qualis erat disciplina gentis totius, apud
quam effœminatum ne uidere quidem licebat: &, quod æque mireris, nullæ fuerunt
meretrices iuuentutis pestes in eorum republica. quin & iudicia persancte tractaban-
tur, quòd nemini committerentur nisi qui esset uitæ integerrimæ ac laudatissimę, adeò
ut ob angustiorem morum probitatem dij dicerentur more quodam Iudæis patrio. Vi
debaturq; gens tota uacare philosophiæ studio, ut quæ ad audiẽdas diuinas leges feria
retur sabbatis quæ uocant, cæterisq; festis diebus. Quid dicam de sacerdotum ordinib.
& sacris uarias res sub figurarum inuolucro tegentibus cognitu dignissimas? Sed quo
niam nihil est in rebus hominum stabile, oportebat & illã rempublicã paulatim laban-
tem degenerare. Cæterũ diuina prouidentia uenerandã illam disciplinã mutauit ut ipsi
uisum est conuenientissimum, in uicem illorũ allectis ad fiduciam erga Iesum & pieta-
tem undecunq; credentibus. Is Iesus non sapiẽs tantũ, uerumetiam deitatis particeps,
pessundata religiõe terrestriũ dæmonum, suffitibus, cruoribus, nidoribusq; inhianti-
um, & homines in morem fabulosorum Titanum aut Gigantum à ueri dei cognitione

Universidad de Deusto
Biblioteca

retrahentium, contemptisq; insidiatoribus ut longe imparibus, leges tulit, iuxta quas qui uiuerent assequerentur beatitudinem, non opus habentes amplius per sacrificia captare gratiã dæmonũ, & in totũ eos despicientes, nimirũ freti dei uerbo adiutore omniũ qui sursum ad deũ intentos habẽt oculos. Et qm̃ deus uoluit Iesu doctrinã inter homines inualescere, nihil contra eam ualuerunt dæmones, quamuis nullo non rudente moto ut Christianum nomẽ extingueretur. Nã hi & reges & senatus & principes & populos ipsos ubiq; exasperauerunt contra doctrinam hanc & credẽtes in eam. sed uerbum dei potentius omnibus, ex ipsis obstaculis uelut alimentum ad crescendum assumens, longe lateq; propagatum occupabat multorũ animas. Deus enim ita uolebat. Hæc autem à nobis & si per digressionẽ, necessario tamen (opinor) dicta sunt, uoluimus enim Celsi calumniam retundere, dicentis Iudæos fuisse Ægyptiorum fugitiuos, & quòd nihil unquã memorabile hi deo cari homines gesserint. Iam ad illud quòd nullo unquã in pretio numeróue ait habitos, dicimus quòd cũ essent genus electũ regaleq; sacerdotium secedentes & deflectentes à profani uulgi consuetudine ne corrũperentur moribus, seruati sunt diuina potẽtia: nec concupiscẽtes sicut pleriq; hominũ occupare aliena imperia, nec tamẽ ita derelicti ut propter paucitatẽ essent aliorũ insidijs obnoxij de leriq; faciles, dũtaxat tãtis per dũ curarent esse digni dei prẽsidio. quoties uero erat opus ut tota gens in peccatũ prolapsa per miserias conuerteret ad deum suũ, nũc breui nũc longiore tempore deserebantur, donec sub Romanis per summum scelus Iesu occiso in totum derelicti sunt. Deinde Celsus inuectus in primum librũ Mosis qui inscribitur Genesis, dicit quòd aggressi genealogiam suam texere, otsi sint à prima propagine hominum impostorum erronumq;, obscuras & ambiguas uoces adducendo in testimonium, easq; interpretando imperitis ac rudibus, qua de re tot ante seculis nulla fuerit controuersia. Quo loco mihi uidetur ualde obscure indicasse mentem suã: & forte data opera obscurus est, quòd uideret uehementer grauari Iudæos si talibus crederentur oriundi maioribus: nec tamen uideri uellet ignorare quæ non contemnenda proferuntur de illorum genere. Sanè constat Iudæos genus ducere à tribus illis patribus, Abrahamo, Isaaco, Iacobo, quorum nomina cum dei nomine coniuncta habẽt uim tantam, ut non solum ab eorum posteris admisceantur sacris precationibus, & in excantando dæmonas inuocetur deus Abrahami, Isaaci, et Iacobi, sed usurpẽtur ab omnibus incãtatoribus & magiam tractãtibus. inuenitur enim sæpe in magicis literis inuocatus hac appellatione deus, coniunctaq; illi horum uirorum nomina, ut ipsi familiaria, & horrenda dæmonibus. Hæc igitur quæ à Iudæis & Christianis adduci solent ut certissimũ argumentum sanctitatis Abrahami, Isaaci, & Iacobi, patrum gentis Iudæorum, uidetur mihi non omnino ignorasse Celsus, non tamen aperte posuisse, quòd officerent causę quam tuendam suscepit. Scitabimur enim ex omnibus qui utuntur inuocationibus huiuscemodi, Dicite nobis ò boni, quis fuit hic Abrahamus, quæ nã fuit tãta uirtus Isaaci & Iacobi, ut dei nomen coniunctum cum eorum uocabulis talia faciat miracula? à quibus hominibus didicistis, aut discere potestis, de reb. horũ uirorũ? cui fuit curæ literis eas mãdare, siue propalã illos celebrantibus, siue per inuolucra ænigmatũ subindicantibus mirãda quædã & præclara, modo qui ea contẽplari ualeat? Deinde ubi ad percõtationẽ nostrã nemo poterit quicquã proferre ex quibuscunq; uel Græcorũ uel Barbarorũ monumentis aut sacratioribus literis quod ad hos uiros attineat: nos proferemus eũ codicẽ qui Geneſis inscribitur, eorũ gesta cõtinentẽ, & diuina oracula eis reddita, et sic rursum percontabimur. Quid sià nobis accepistis hæc tria nomina autorum generis iudaici, multis experimentis discentes non cõtemnendam uim per hæc deum inuocatum exerere? quæ res facile indicat eos fuisse deo charissimos, & ipsos diuinos quodammodo propter habita cum illo colloquia, quorum nullam habemus noticiam prę terquã è sacris Iudęorũ uoluminib. quin & deus Israelis, deus Hebræorũ, deus submersor Egyptiorũ cũ rege suo necatorũ rubri maris fluctibus, sæpe cognominatus inserit carminib. aduersus arreptícios & malas potestates efficacibus. quorũ nominũ noticiã & interpretationẽ habemus ex Hebręorũ patrijs literis, celebratorũ lingua ipsis uernacula. Quõ igit Iudæi aggressi genealogiã suã ab his primis autoribus texere, q̃s Celsus putat impostores ac errões fuisse, posśũt uideri impudẽter agere quorũ nomina cũ sint Hebraica atteſtanť his sacros suos libros Hebraica lingua cõscriptos habẽtibus, ita ut citra controuersiã appareat nõ esse alienos ab illorũ cognatione. nã nostra quoq; ætate nomina Iudæorum aut Hebræorum lingua proferuntur, eo quòd desumpta sint ex ipsorum scripturis: aut certe ex illis efficta & per interpretationem uersa, idem quod illa significant. Nunc uide quisquis in Celsi scripta incidis, an non hæc istis uerbis subindicet, Aggressi genealogiam suam texere, orsi sunt à prima propagine hominum impostorum erronumq;, obscuras & ambiguas uoces adducẽtes in testimonium: sunt enim obscura & non multis cognita hæc nomina, nobis quidem non ambigua, etiamsi usurpentur ab externis hominibus: à Celso uero nescio cur taxata, cum ambiguitatem eorum non intelligat. Atqui debuerat, si uolebat non malicioſe oppugnare confictam impudẽter genealogiam Iudæorum Abrahamum cum suis nepotibus generis autorẽ iactantium, citato scripturæ loco qui huc pertinet, probabilibus rationibus illos conuincere: productaq; ueritate quam putat, eiusq; assertionibus, errorẽ coarguere: Sed neq; Celsus neq; alius poterit differendo de nominibus quæ ad uirtutes faciendas adhibentur, reddere huius rei rationem: aut demonstrare uulgares ac contemnendos fuisse illos homines, quorum uel sola nomina tum apud domesticos tum apud exteros tantam uim obtinent. Debuerat etiam ostendere quomodo nos ineruditis et insensatis interpretantes ea nomina decipiamus auditores ut ipsi uidetur: ipse uerò qui se gloriatur non esse ex ineruditorum & insensatorum numero, ueram eorum interpretationem afferat. Quin & illud adiecit in hac mentione Iudaicorum nominum quæ genealogia continet, nullam tot ante seculis fuisse controuersiam de huiusmodi nominibus: nunc autẽ Iudæos de eis contendere cum quibusdam alijs, quos tamen non nominat. Ostendat qui uult quis super hac re Iudæis controuersiam faciat, saltẽ probabilem, aut quis eorũ opinionem refellat, uel Christianorum etiã, quod ad hæc nomina attinet: & aliorum potiorẽ de uiris sic nominatis sententiam proferat. Verùm certi sumus nomẽ hoc posse, cũ nihil sit euidentius, quàm nomina hæc desumpta esse ex Hebræorũ lingua quæ apud solos Iudæos inuenitur. Post hæc Celsus proferens è profanis historijs quorundã contentiones de antiquitate suæ gentis, ut Athenienſium, Ægyptiorũ, Arcadum, Phrygum singulorũ argumenta eius exhibentium, ait Iudæos in angulo Palæstinæ conspiratos, homines indoctos & qui nunquã ante audissent eadem ab Hesiodo alijsq; innumeris uiris diuinis celebrata, composuisse incredibilẽ et ineruditã fabulam: hominẽ quendam fictũ esse Dei manibus, & inspiratũ ab eo, productamq; mulierculã ex eius latere, acceptaq; præcepta à deo, et serpentẽ aduersarium: ac postremo serpentẽ eum plus ualuisse q̃ dei præcepta: anile deliramentũ, quod non sine summa impietate deũ mox ab initio faciat infirmũ, qui apud hominem à se fictũ nihil autoritatis habuerit. In hunc modũ multiscius & eruditissimus Celsus Iudæis atq; Christianis ruditatẽ et imperitiam objicies manifeste ostendit q̃ exacte teneat rationem temporum, quibus uixerũt duo scriptores, alter Græcus, alter barbarus, qui putet Hesiodum alios q; innumeros uiros diuinos ut ipse nominat, antiquiores esse Mose eiusq; literis: Mose inquã illo quem constat ætate longe superiorem rebus Iliacis. Itaq; non Iudęi finxerunt incredibilem & ineruditã fabulã de homine terrigena: sed isti ut Celsus opinatur afflati deo. Hesiodus cæteriq; innumeri, nõ auditis priscis ac uenerãdis Palæstinorũ narratiõibus, tales scripserũt historias de rebus priscis, quales q̃a de dijs uanissime nugãtur, natos dicẽtes et alia nõ minus absurda, merito Plato ejcit è sua republica, ut pestẽ iuuẽtutis, nominatim q; Homeri & similiũ poemata. Hos certe Plato nõ habuit pro afflatis deo, qui huiusmodi carmina reliquissent posteris: at cẽsor Platone magis idoneus Celsus Epicureus, si tamẽ is est q & alios duos libros cõtra Christianos cõposuit, pronũciat afflatos deo, nimirũ per contentionẽ in nostrãq; contumeliã, quos afflatos nõ existimat. crimi natur nos præterea q̃ manibus dei fictũ inducamus hominẽ, cũ Geneseos liber nec dũ fit homo nec dũ formatur mentionẽ faciat dei manuũ: sed Iob & Dauid dicant, Manus tuæ fecerũt me & formauerunt me: de quibus uerbis quo sensu dicta sint, quid intersit inter facere & fingere, & quomodo dei manus intelligendæ sint, longa posset institui disputatio. has enim & similes uoces in sacris literis qui nõ intelligunt, putãt nos optimo maximo deo formã humanã addere, q̃ possent eadẽ opera suspicari alijs instructũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam eum nos credere quando hæ quoque uerbo tenus inueniuntur in noſtris ſcriptu
ris de deo loquentibus: quas interpretari non eſt præſentis negotij, peculiarem enim
operam interpretationi Geneſeos impendimus ut potuimus. Vide iam malicioſam
Gen. 2. Celſi mentem in ſequentibus. Cum ſcriptura noſtra dicat de plaſmatione hominis: Et
inſufflauit in faciem eius ſpiritum uitæ, & factus eſt homo in animam uiuentem: iſte
malicioſe carpere uolens illud inſufflauit in faciem eius ſpiritum, quod ne intelligit
quidem quomodo dictum ſit, ſcripſit compoſuiſſe eos fabulam de homine ficto dei
manibus: ut aliquis putans inſufflationem illam ſic accipiendam ſicut de utribus ride-
at inſufflationem factam in hominis faciem: quæ ſic interpretanda eſt, impartijſſe de-
um homini ſpiritum incorruptibilem, ſicut ſcriptum eſt: Incorruptibilis autem ſpiri-
Ibidem. tus tuus eſt in omnibus. Deinde poſt quam ſemel ſtatuit ſcripturas carpere, uituperat
& illud: Immiſit deus ſoporem in Adamum, & obdormiuit: & accepit unam de coſtis
eius, & implcuit carnem pro ea, & ædificauit coſtam quam tulerat de Adam, in mulie-
rem, & quæ deinceps ſequuntur: nec ullam interpretationem addit quæ auditorem fi-
guratæ locutionis admoneat, malens diſſimulare allegoriam: quamuis procedente
ſermone dicat modeſtiores tam ludæos quàm Chriſtianos præ pudore ad allegoriam
refugere. Ad quod licet reſpondere: Ergo allegoriam admittit fabula Heſiodi tui di-
uinitus afflati, de muliere quam Iupiter ignis uice magnum malum dedit hominibus:
hęc uero mulier de ſopiti latere deſumpta & ædificata à deo, uidetur ſub externo inuo
lucro nihil recõditioris ſenſus tegere? At cuius cãdoris eſt, illa nõ ridere ut nugas, ſed
admirari ut myſterium philoſophicum obuelatum fabula: hæc uero uerbis tantum in-
hærendo naſo ſuſpendere, & nullius eſtimare precij? Si enim propter uerborũ ſimpli-
citatem accuſandum eſt quod tegit latentem ſenſum egregium, uide ne Heſiodus nu-
mine (ut ais) afflatus, tuis ſannis magis ſit obnoxius, qui ſic canit:

Huic pater infenſus nubes qui cogit aquoſas,
Terrifico tales protulit ore ſonos.
O nimis & pluſquam par eſt uerſute Prometheu,
O nimis in pœnas ingenioſe tuas.
Lætus es, & celebrem uoluis ſub corde triumphum,
Quòd cauta ſummum luſeris arte louem.
Cum rutilum puris ignem ſubduxeris aſtris,
Subdolus æthereas auſus inire uias.
Heu nociture tibi, ſeriſq; nepotibus, iſta
Quo ruis in clades calliditate tuas?
Tale genus peſtis celſo mittetur olympo,
Omnes quod cupida ſumere fronte uolent.
Perniciemq; ſuam circumplectentur amanter,
Ah nimis exitij neſcia turba ſui.
Sic fatus riſit ſuperûm pater atq; hominum rex.
Nec mora Vulcano talia iuſſa dedit.
I celer, & terram miſce fluuialibus undis,
Materia hæc operi apta futura tuo eſt.
Ex hac formoſæ fingetur imago puellæ,
Quæ referat ſuperas ore habituq; deas.
Necnon dulciloquam cum uiribus addito uocem,
Poſſit ut humanos promere blanda ſonos.
Tu quoq; de noſtro Pallas pronata cerebro,
Protinus hanc donis imbue diua tuis.
Edoceas tenui percurrere pectine telas,
Atq; operoſa rudes ducere penſa manus.
Affundet capiti pulcram Diua aurea formam,
Quæ fuit è ſpumis progenerata maris.
Vt deſiderio curisq; uoracibus omnes
In deſiderium concitet illa ſui.

Tu quoq; nate tuo non inficiande parenti,
Argi quo cecidit percutiente caput,
Fallaces indes mores, mentemq; caninam,
Expers ne poſſit muneris eſſe tui.
Dixerat, aſſenſere omnes, ac iuſſa faceſſunt
Illius excelſi qui regit aſtra poli.
Lemnius è madida format tellure puellam,
Cuius adæquabat forma uenuſta deas.
Dotibus hanc Pallas claris, ac arte poliuit,
Inſtruxit uarijs pectora docta modis.
Aurea marmoreo poſuere monilia collo
Peitho, & cum gemina blanda ſorore Charis.
Necnon auricomæ uernis de floribus Horæ
Fecerunt nitidis roſea ſerta comis.
Aſt ornamenta aptauit muliebria membris,
Quæ dea de patris uertice nata ſui eſt.
Atq; à Mercurio uigilem qui ſuſtulit Argum
Infidè didicit lingua docente loqui.
Indidit hic mores uafros, tenerosq; lepores,
Inſtituit uarijs pectora uana dolis.
Quodq;, ut diuino mandarat Iuppiter ore,
Contulerant dotes dijq; deæq; ſuas,
Mercurius recto Pandoram nomine dixit,
Dulce, ſimul cunctis exitiale malum.
Nec minus ridiculum quod mox de urna ſubiungit.
Nam prius humano generi mala nulla fuerunt,
Expers ſollicitæ uitæ laboris erat.
Morborumq; aberant uultu pallente cateruæ,
Qui ſenium cunctis debile ferre ſolent.
Fœmina ſed nocuo dum tollit opercula uaſe,
In mundum peſtis prouolat omne genus.
Sola labris urnæ dum forte hæreret in imis
Non illo mouit Spes ſua caſtra loco.
Nam prius iniecit, quàm Spes euadere poſſet,
Tegmina, conſilium Virgo ſecuta Iouis.

Hæc qui ſerijs allegorijs referta contendet, ſiue ſcopum attingat, ſiue non, percontabi
mur: ergo ſolis Græcis in penitioribus ſenſibus philoſophari licet, aut etiam Ægyptijs
& ſiqui alij barbari iactant ſe habere ueritatem tectam myſterijs: ludæi uero ſoli, & le-
giſlator eorum alijq; ſcriptores, uidẽtur tibi mortalium omnium ſtultiſſimi: ſolaq; hæc
gens expers uirtutis diuinæ, tam egregijs diſciplinis excitata ad ſectandam cõtempla-
tione ſublimem illam dei naturam, illamq; unam intuendam, nec aliunde quàm ab illo
boni quicquam ſperandum? Quoniam autem & ea quæ mihi ſcripta ſunt de colubro
aduerſante dei præceptis homini inditis Celſus comico dente arrodit, putans fabulam
anicularum deliramentis ſimilem, & data opera neq; paradiſum dei nominauit, neque
plantatum dixit à deo in Edem ad orientem, ibiq; mox exortam è terra omnem arbo- Gen. 2.
rem gratam aſpectu & ſuauem guſtui, lignumq; uitæ in paradiſi medio, & quæ dein-
ceps ſequuntur, poſſuntq; candidum lectorem mouere ut ſub figurata locutione quę-
rat aliquid ſerium, obijciemus ei ex aduerſo quæ apud Platonem in Sympoſio Soc-
tes narrat de Cupidine. Verba Platonis ſic habẽt. Quando nata eſt Venus, parato con
uiuio diſcubuerunt dij, & inter cæteros Porus affluentiæ deus, Metidis filius poſt Cœ-
nã Penia mendicatura cibum obuerſabatur pro foribus aulæ in qua epulabantur. Inte
rim Porus ebrius nectare (nondum uinum erat) Iouis hortum ingreſſus edormiebat
crapulam. ibi Peniæ quærenti inopiæ ſuæ remedium in mentem uenit clàm & per in-
ſidias obrepere Poro, procreandorum liberorum gratia. Itaq; iuxta illum accubuit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex eo cõcepit:unde natus est Amor,sectator cultorq; Veneris,ut in Veneris natalibus progenitus.quinetiam natura pulcri desiderio capitur,cum uenus ipsa sit pulcra.quoniam uero Pori & Peniæ filius est Amor,sortem huiusmodi nactus est.primùm aridus est & squalidus, nudis pedibus, sine domicilio, uolitans circa humum, sine stratis ad fores in uijs sub diuo cubitans, & à matre non degenerans ut ihops perpetuo.Patrem uero in hoc refert quòd tum pulcris tum honestis delectatur eisq; struit insidias, ut uirilis,industrius,uenatorq; peritus,noua semper machinamenta texens,prudentiæ studiosus cõquisitor,per omnẽ uitã philosophãs,insignis præstigiator,ueneficus & circulator,nec immortalibus adcensus nec mortalibus, interdum eadem die nunc uiuẽs ac florens si adsit rerum cupitarum copia, nunc moriens, rursumq; rediuiuus propter paternam indosem. quod uero ei partum est, confestim elabitur.quapropter nec mendicus est Amor nunquam nec opulentus, incertum doctus an indoctus. Hæc quicunq; legerint,si sint Celso malicia similes, id quod à Christianis absit, irridebunt Platonem illum uirum maximum. quodsi sub spem fabulæ doctrinam philosophicam examinauerint, deprehenderint eius mentem, quomodo præclara sua placita propter uulgus conuelauit figuris,ita tamen ut intelligatur à scientibus ueritatem è fabulis excerpere. Id Platonis figmentum eo libentius apposui,quia Iouis hortus cuius meminit,uidetur habere nonnihil paradiso dei simile, sicut insidiatrix Penia serpentem referre, Porus uero per eius insidias deceptus circumuentum hominem.Nec satis liquet casu ne fortuito philosophus in hanc similitudinem inciderit: an ut quidam putant, quæ dum in Ægypto peregrinaretur è sapiẽtum Iudæorum colloquijs didicerat, partim ita ut acceperat reddiderit,partim mutarit ne Græcos offenderet si nihil discederet à sapientia Iudæorum ob leges à cæterarum gentium institutis diuersas uulgo infames. Verum nec Platonis fabulam,nec quæ de serpente ac dei paradiso scribuntur,explanare nunc tempus est: iam enim peculiarem tractatum Geneseos enarrationi dicauimus. Quod autem dicit hæc impie Mosem confinxisse, quia deum mox à principio faciat infirmũ, non ualentem seruare hominem quem ipse condiderat: respondemus hoc perinde esse acsi quis reprehendat admissam esse in res humanas maliciam, quam deus ne ab uno quidem homine arcere potuerit, ut saltem unus eius esset expers uel in prima rerũ origine. nam sicut ad hoc satis responsum est à patrocinantibus prouidentiæ nec paucis nec contẽnendis: ita & de Adamo eiusq; peccato philosophabunt qui sciunt Adami uocabulo Hebræos significare hominem,& in his quæ de hoc Moses prodidit de-
1.Cor.15 scribi naturam hominis.nam ut ait scriptura,in Adamo omnes moriuntur,& damnati sunt in similitudine præuaricationis Adami. nec tam de uno quopiam quàm de toto humano genere scriptura diuina loquitur. nam maledictio quæ Adamo inflicta dicitur,communis est omnium:sicut quæ mulieri,non ad eam solam pertinet.Illæ quoque tunicæ pelliceæ quas propter peccatum eiecto è paradiso homini uxoriq; deus induit,significant arcanum quoddam mysterium,magis serium quàm quod Plato tradit de anima euulsis alis huc ruente donec nanciscatur aliquid solidum. Post hæc pergit in
Gen.7 hunc modum. Adde his diluuium & absurdam arcam continentem in se omnia, tum columbam cornicemq; nuncias,quæ narrant deprauantes hic quoque per lusum Deucalionis historiam.Non putabant enim,opinor hæc proditura in lucem,sed planè puerulis se narrare fabulam.Hic uide indecorum philosopho antiquissimæ Iudæorum scripturæ odium: cum enim non haberet quod obloqueretur historiæ diluuij, nec sciret posse contradici de mensuris, qui fieri potuisset ut arca iuxta uulgarem intellectum
Gen.6 trecentos cubitos longa,quinquaginta lata, triginta alta caperet terrestrium animalium quatuordena è puris, ex impuris quaterna, simpliciter dixit absurdam in se continentem omnia. quid enim absurdi est,cum centum annis fabricata dicatur, à trecentis cubitis longitudinis,quinquaginta latitudinis, fastigiatam fuisse in altitudinem triginta cubitorum, desinentem in unum cubitum longitudinis ac latitudinis? an non magis miranda erat structura magnæ urbi similis, cuius basis patebat nonaginta milia cubitorum in longitudinem,uigintiquinque milia in latitudinem? an non mirandum opificis ingenium, qui sic eam compegerit & commissuras sic ferruminauerit, ut posset sustinere tempestatem tantam quanta satis sit ad diluuium? non enim pice aut materia

teria simili obliniuit eam sed bitumine.an non mirandum introducta generum omniseminaria per dei prouidentiã, ut rursum terra oẽs animãtes habeat, deo gratificante homini iustissimo, futuro patri hominũ qui secuti sunt diluuiũ. iecit tamẽ in columbã dicteriũ,ut uideatur legisse librũ geneseos, quãuis nihil posset dicere quo rẽfictã conuinceret. deinde, sicut libenter scripturã mutat in ridiculum, è coruo fecit cornicẽ, & putat hæc Mosem scripsisse detorta è Græca de Deucalione fabula:nisi forte scripturã hanc nõ Mosis putat esse sed complurium:nã tale quiddã significat: deprauantes,inquiens,hic quoq; per lusum quę de Deucalione sunt proditã.nõ putabãt em,opinor hæc proditura in lucẽ.At quomodo fieri potuit ut quod toti genti tradebant, putarent nõ proditurũ in lucẽ? præsertim cũ prædixerint etiã fore ut hęc religionis ratio prędicaretur omnibus gentibus.Quid aũt aliud sibi uolũt hęc Iesu uerba ad Iudęos Auferetur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus eius, quàm scripturã eorum producturã in lucẽ dei potentiã,ubi continẽtur regni dei mysteria? Et postea cum Græcorũ theogonias et duodecim deorũ historias legũt,grauitatẽ eis addũt per allegorias:cum uero res nostras irridere libet, aiunt plane fabulamẽta esse puerilia. Mox cauillatur in intempestiuã liberorũ procreationem, nimirũ Abrahamũ & Sarrã taxans, etiãsi non nominet. Obijcit & fraternas insidias,siue de Caino & Abele intelligi uolens, siue de Iacobo & Esauo:patrem item contristatum, uel Isaacum propter Iacobi peregrinationem, uel Iacobum propter Iosephum in Ægyptum uenditum. matrum autem dolos puto eum dicere consilium Rebeccæ, quo factum est ut Iacobus faustam imprecationem Esauo destinatã interceperit. His aũt omnibus rebus interesse deum si credimus, quid mali facimus, persuasi semper adesse numen eius his qui honestam & fortem uitã suam ei dicauerunt.Carpit & Iacobi opes apud Labanẽ quęsitas,non intelligens quonam referantur illa uerba: & erant unicoloria Labani, insignita autem aliqua uarietatis nota Iacobi:aitq; deum filijs suis donare asellos,ouiculas,& camelas,non intelligẽs hæc omnia in figuris illis contigisse, scripta autem propter nos qui in fines seculorum incidimus,apud quos uarietas morum in usu est insignitorum uerbo dei: quæ quidem possessio est Iacobi figurate sic uocati. Hæc enim quæ de Labane Iacoboq; sunt prodita,intelligi debent de credentibus in deum conuersis ex gentibus,ut iste longe remotus ab intellectu scripturarum,ait deum etiam puteos iustis dedisse.non enim obseruauit quòd iusti non lacunas sibi comparant, sed puteos in terra fodiunt, quærendo initium aliquod aquarum profabilium, ut qui figuratum præceptum acceperunt tale. Bibe aquam è tuis uasis,& à puteorum tuorum fontibus.Ne supereffundãtur aquæ è fonte tuo,& intra tuas plateas decurrant aquæ tuæ.sint tibi soli,& nemo alienus tecum sit particeps.Sæpe autem scriptura rerum gestarum narratione utitur ad maius quiddam significandum intelligentibus,qualia sunt quæ produntur de puteis deq; nuptijs iustorum & uario concubitu: quæ omnia tempestiuius tractarentur in commentarijs ipsas scripturas illustrantibus. Puteos autem in terra Palæstina iustos illos adornasse ita ut scriptum est liquet ex mirandis puteis qui apud Ascalonem ostẽduntur, uisendis propter structuræ speciem multum enariantem à cæteris puteis.Nuptas porrò & ancillas referri ad tropologiam non nostrum inuentum est, sed accepimus id à sapientibus qui fuerunt ante nos:quorum unus auditorem ad tropologiam erigens sic loquitur. Dici-
Gal.4 te mihi uos qui legem legitis, non auditis quid lex narret: Abrahamum duos habuisse filios, alterum ex ancilla,è libera alterum? Verum is qui ex ancilla natus est, secundum carnem natus est: qui uero è libera,per repromissionem: quæ per allegoriam dicuntur:nam hæc sunt duo testamenta,unum quidem à monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar. Et paulo post:at quæ sursum est Hierusalem,libera est, quæ est mater nostra.Et qui non grauabitur epistolam ad Galatas in manus sumere,sciet quomodo allegoricè intelligendæ sint nuptiæ & congressus cum ancillis:tum quòd scriptura uelit ut æmulemur nõ quę corporaliter facta sunt,sed quę spiritualiter,ut solẽt loqui Iesu apostoli.Iste cũ deberet amplecti ueracitatẽ autorũ diuinæ scripturæ, qui nec inhonestã speciẽ habentia silendo,ostendunt se & reliqua mirãda no fingere,facit cõtrariũ: et quod de Loto filiabusq; referẽ,nec ut uerba sonãt scrutatus nec iuxta sublimiorẽ sensum,ait esse immanius Thiesteis facinorib. Cęterũ huius loci tropologiã nõ est necesse

nunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen. 19 nunc exponere: quæ sint Sodoma, & quid Angeli seruatũ inde moneant dicentes: Ne respicias retrorsum, neq; cõsistas in ullo agro circũuicino, in montẽ euade, ne forte cõprehendat te calamitas eadẽ quæ cæteros: tũ quis sit Lotus, quæ uxor eius uersa in salis statuam, eo ꝙ retrorsum se reflexerit: quæ nam itẽ sint illę filiæ quæ patrem inebriauerunt, ut matres ex eo fierent: historiæ tantum quo minus lectorem offendat paucis patrocinabimur. Bonorum malorumq; naturam atq; indifferentium etiam Græci quæsiuerunt, inueneruntq; bona & mala in uoluntate tantum sita esse: quæ si non examinetur, alioquin omnia esse indifferentia. uoluntatem porrò quæ his ut debet utatur, laudandam esse: quæ cõtrà uituperandã. In hac indifferentiũ ratione dixerunt concubitũ cum filiabus esse indifferens, & si nõ admittendus sit in bene cõstitutas respublicas. Et ut exemplo docerent rem indifferentem esse cum filia congredi, proposuerunt uirum sapientem solum cum filia relictum superstitẽ extincto uniuerso humano generi: quęruntq; an ex officio tunc cõgressurus sit cum filia, ne rebus sic afflictis humanũ genus per hanc occasionem funditus pereat. Ergo apud Græcos hæc recte disseruntur, & approbantur à non contemnenda secta Stoicorum: puellę uero quæ de incendio mundi & si non exacte didicerant, uidentes flammis depopulatam urbem suam cum agris, & putantes patrẽ suum seq; ipsas relictos ad humani generis seminarium, si hac suspicione permotæ uoluerint pereunti mundo succurrere, deteriores habebuntur q̃ ille Stoicorum iudicio sapiens, qui putat officij sui cum filia congredi si rerum uniuersitatis incolumitas sit eius operæ præmiũ. Nec ignoro quosdã offensos hac Loti filiarũ uoluntate factum earũ putare impium, ideoq; ut ex incesto concubitu prognatas gentes execratas Moabitarum & Amonitarum: & re uera non inuenitur diuina scriptura factũ hoc uel probare manifeste uel improbare: attamen utcunq; se hoc habet, reducitur ad tropologiã, & habet quo excusetur nonnihil ex ipsius circũstantijs. Addit præterea odium erga Iacobum Esaui hominis aperte mali scripturæ testimonio: & Leuim Simeonemq; incusat ultores stupri communi suæ sorori oblati per regis Sicimorum filium, nec tamen causam facinoris eorum indicat. Fratres porrò uẽditores dicit filios Iacobi, & fratrem uenditum Ioſephum, & patrem deceptum Iacobũ: quia nihil suspicatus de filijs uersicolorem Ioſephi tunicã ostendentibus, sed credens eis, lugebat tanquã extinctum Ioſephum seruientem in Ægypto. Vide aũt quomodo Celsus nostri odio magis quàm ueritatis studio permotus historias colligat: utq; eas tantum attingat quæ ad accusationem uidentur facere: ubi uero commendatur insignis Ioſephi temperantia, nõ cedentis dominæ amantis uel minis uel precibus, ne uerbo quidem eius mentionẽ faciat. multo enim Bellerophonte præstantior hac parte Ioſephus, qui in carcere includi maluit quàm castitatem amittere. Itaq; cum posset accusatrici respõdere & causam suã agere, magno animo siluit deo committens res suas. Posthæc religiosius iam, sed perobscure Celsus memorat insomnia pincernæ & præfecti panificum & Pharaonis, interpretationesq;, cuius occasione dimissus è custodia Ioſephus secundum à rege thronũ inter Ægyptios obtinuit. Ea narratio quid mali habet, ut in accusationis parte ponatur ab isto qui scripto suo Veri sermonis titulum addidit, non dogmata tradenti, sed accusanti Christianos Iudæosq;? addit uẽditoribus suis fratribus propter famem in Ægyptum ad exportandũ frumentũ cum asinis profectis gratificatum nescio quid quod non explicat: renouatam inter fratres noticiam nescio cur memorans, aut quid absurdum in ea re reprehendens, quando ne Momus quidem merito posset hic quicquam carpere, quòd omnia uel absq; tropologia ad bonos mores pertineant. Mox narrat quomodo ille olim in seruitutem uenditus Ioſeph iam liberatus cum exequiali pompa reducit patris funus ad sepulcrum, & putans hoc ad accusationem pertinere, ait: à quo, uidelicet Ioſepho, clarum illud & diuinum Iudæorum genus in Ægypto propagatũ est, seorsum inquilinorum iure pasturis uacare iussum in locis uilibus: nec tamẽ rationem reddidit, cur Gesemitica Ægypti præfectura habenda sit inter alias uilior. Exitũ deinde populi huius ex Ægypto fugam nominauit, in totum silentio dissimulatis quæ in Exodi libro habentur de hoc Hebræorum exitu: quem librum etiam commentarijs illustrauimus, ostendimusq; nihil ibi esse accusatione dignũ uel in uerborum superficie, quę tamẽ nugator Celsus accusatiõi suę nescio cur admiscet, nihil ad nos coarguẽdos, id

id quod iste conatur, facientia. Deinde hoc tantum agens ut inuisos sibi Iudęos pariter & Christianos calumnijs exagitet, ait tam Iudæos quàm Christianos modestiores hæc ad allegoriam trahere, eoq; propter pudorem refugere. Ad hanc calumniam responderi potest: Si pudore dignæ sunt propter speciem quam præ se ferunt fabulæ, siue ad tegendum occultiorem sensum conuictæ, siue quocunq; tandem modo, in nullas magis quàm Græcorum historias eum pudorem cadere: quas si legas inuenies inter deos filios qui parentes castrent, & parentes qui deuorent filios: ibi etiam mater dea pro filio pater hominumq; deumq; lapidem subijcit, pater concumbit cum filia, uxor marito inijcit uincula in societatem facinoris ascitis fratre ipsius mariti & filia. Et quid me opus est enumerare absurdas de dijs historias Græcorum pudendas primùm sed per allegoriam expositas, quãdo Chrysippus Solensis, qui plurimis scriptis porticum philosophorum ornasse creditur, interpretatur picturã in Samo, ubi Iuno depicta est morem gerens Iouis non nominandæ libidinis: scribit enim in suis commentarijs grauis ille philosophus, quòd excipiens seminalem dei sermonem materia cõtinet in se, ad ornatum & ordinem rerum omnium. Nam materiam imagine Iunonis Samia pictura significat, deum uero Iouis. Quapropter nos his & similibus fabulis offensi, nullo modo ferimus deum maximum uocari Iouis nomine, nec solem Apollinis, nec lunam Dianę uocabulo: sed purã erga deum pietatem exercendo, & pulcherrima eius opificia laudando, nec nomine tenus res diuinas contaminamus, approbantes Platonis in Philebo doctrinam, nolentis Voluptatem in deorum album recipi. Religiosus sum, inquit Protarche circa deorum nomina. Nos igitur reuera sumus religiosi erga dei nomen, eiusq; præclara opificia, adeo ut neq; Tropologiarum prætextu admittamus ullas fabulas nocituras iuuentutis moribus. Quodsi Celsus sincero animo scripturas nostras legisset, non negasset eas posse allegoriam admittere. Ex his enim prophetijs quæ historias continent, non tam ex rerum narratione licet utilitatem capere quàm ex figurarũ significatis, cum ita scriptæ sint & dispensatæ sapientissime, ut uel simplici uulgo fidelium conueniant, uel eximijs scrutari penitius uolentibus ac ualẽtibus. Quod si hodie qui Celso uidentur cæteris Iudæis & Christianis modestiores interpretaretur scripta illa per allegoriam, fortasse probabilior esset eius oratio: nunc quando ipsi dogmatum autores tropologias explicant, quid aliud cogitandum est, quàm in hoc ipsum esse sic scripta ut adhibeatur tropologia? Quo magis autem appareat meram esse calumniam quod Celsus ait scripturas nostras non admittere allegoriam, pauca è multis exempli causa proferam. apud Paulum Iesu apostolum sic legitur. In lege scriptum est: Non obturabis os boui trituranti. Num boues curæ sunt deo? an propter nos tantũ hæc dicit? propter nos enim scriptum est: Debet sub spe qui arat arare: & qui triturã facit, sub spe fructus participandi eam facere. Idem alibi sic inquit: Scriptum est enim. Propterea relinquet homo patrem & matrẽ & adhærebit uxori suę & fiet ex duobus caro una. Mysterium hoc magnũ est, ad Christum inquã & ecclesiã pertinens. Rursum alibi: Scimus quòd patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mosem baptisati sunt in nube & in mari. Deinde interpretans historiam de manna, de que aqua quę scribitur è petra miraculosè profluxisse, sic loquitur: & omnes eundẽ spiritualem cibum ederunt, oẽs eundem spiritualẽ potum biberunt. bibebant enim è spirituali petra eos sequente, quæ petra erat ipse Christus. quin & Asaph indicãs problemata & parabolas esse historias Exodi & Numerorum, memoraturus eas in psalmis sic præfatur: Attendite populę mi legem meam, inclinate aurẽ uestram in uerba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio, quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri annunciauerunt nobis. Præterea si Mosis lex nihil habuisset latentioris sensus, nunquam propheta inter precandũ deo dixisset, Reuela oculos meos, & intelligã mirabilia tua de lege tua. Sed sciebat esse uelamen ignorantiæ in cordibus legentium & non intelligentium quæ dicuntur per tropologiam: id uelamẽ diuinitus tollitur ubi se quis per obedientiam deuouit deo creatori omnium, & multa exercitatione sensuum in dijudicando bona à malo contraxit sibi quẽdam habitum, ut inter preces continenter repetat, Reuela oculos meos, & intelligã mirabilia tua de lege tua. Quis porrò legens draconẽ degentẽ in Ægyptio fluuio, & pisces cubilia sua

1.Cor. 9

Matth. 19

Ephes. 5

1.Cor. 10

Psal. 78

Psal. 118

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponentes sub squamis eius, aut excrementis Pharaonis oppletos montes Ægyptios, non mouetur ad inquirendũ quis sit ille qui sœtidis suis excrementis Ægyptios montes oppleat, quí'ue sint montes Ægyptij, quæ itẽ Ægyptia flumina de quibus modo dictus Pharao iactabundus loquitur: mea sunt flumina hæc, ego feci ea: similiq; ratione interpretandi quis sit ille draco fluuialis, qui'ue pisces sub squamis ipsius. Sed quid opus est me pluribus asserere quæ nulla egent probatione? de quibus dicitur, Quis sapiens & intelliget hæc? quis intelligens & cognoscet ea? prolixior aũt hic fui quo declararem non recte Celsum dixisse, q̃ modestiores è ludæis atq; Christianis conentur allegorice interpretari talia, quæ tamen allegoriã non possint recipere, sed sint merissimæ fabulæ. at Græcorũ fabulæ non stultissimę tantũ sunt, uerumetiã impũdissimę. nam nostræ scriptũræ accõmodant se etiam uulgo simplici, id quod non curauerunt facere græcanicorũ fabulamentorum fictores. quapropter nõ inhumane facit Plato dũ tales fabulas è sua republica eiscit, taliaq; poemata. Et uideor mihi audisse alicubi extare cõmentarios de legis allegorijs, quos si iste legisset non diceret, ltaq; allegoriæ quas uideri nolunt, multo turpiores sunt q̃ ipsæ fabulę, atq; absurdiores etiam, mira stultitia coaptare inter se conantes quæ nullo modo cohærent. Hoc aũt de Philonis scriptis dicere uidetur, aut etiã antiquioribus, qualia sunt Aristobuli. Certis aũt coniecturis adducor ut putem Celsum non legisse illa uolumina: quandoquidem sæpissime sic scripturæ mentẽ assequuntur, ut non piguerit Græcos philosophos quędam inde decerpere, nec stylum tantũ excolere, sed in usum suum transferre placita quoq; & sentẽtias fabularum ut Celsus existimat. Equidẽ scio Numenium Pythagoreũ, plerisq; de rebus melius q̃ Plato differentẽ, & secte suæ principẽ, multa suis cõmentarijs inserere deprompta è Mosis & prophetarũ libris, tractata per uerisimilẽ tropologiã, quemadmodũ in Epope sic inscripto, itemq; in libris de numeris & de loco, in tertio aũt de bono narrat etiã de Iesu quandã historiam non addito nomine, eius quoq; adducens tropologiam. utrum aũt rem attigerit, an non, huius tẽporis nõ est proferre sententiã. idem narrat de Mose & Ianne ac lãbre. quod tamẽ nõ in nostrã gloriationẽ cõmemoramus, sed ꝓbamus hũc magis q̃ Celsum Græcosq; alios, dignatũ discẽdi causa etiã scripturas nostras perquirere, & habentẽ eas nõ ꝓ stultis, sed figuratis. Post hęc è uarijs allegoriarũ autoribus adducens quædã non omnino impolita, quæ tamen simplicibus citius persuadere possint quàm prudentibus: Qualem, inquit, Papisci cuiusdam & Iasonis contentionem noui, non tam risu dignã quàm miseratione atq; odio. Verùm hæc confutare non est mei propositi, cũ sint cuiuis dilucida, præsertim siquis sustineat ipsa scripta euoluere. Illud malo, inquit, docere, deum nihil mortale fecisse: sed opera esse dei quotquot sunt immortalia, mortalia uero aliorũ. proinde anima opus est dei, corpus uero diuersam naturam habet, atq; hac parte homo nihil differt à uespertiliõe, aut uerme rana'ue. eadem est enim omnium horum materia, & eadem eorum corruptibilitas. Ego tamen cuperem quemcunq; post audita grandia Celsi uerba, dicentis scriptum illud cui titulus est, Iasonis & Papisci contentio de Christo, non risu sed odio dignum esse, accepto in manus opusculo aliquãtum operæ lectioni eius insumere, ut reipsa doctus nihil inesse ibi dignum odio damnet Celsi uaniloquentiam. Si enim incorrupto animo ad legẽdum accesserit, ne ridiculum quidẽ quicquam in eo inueniet in quo inducitur Christianus cum ludæo disputans, & ex ipsis ludæorum literis euincens, quæcunq; de Christo per prophetas prædicta sunt in Iesum competere, quamuis strenue satisq; Iudaice contradicat aduersarius. cæterum nescio quomodo res quas natura non patitur conuenire in animum hominis iste coniunxerit, libellum dicens miseratione dignum & odio, cum constet cuius misertum sit eum non posse interim haberi odio, nec contra qui odio habeatur eum tãtisper miseratione dignari. Celsus porro ideo negat sibi propositum ista redarguere, quòd uel citra confutationem manifestum sit ea digna esse tũ miseratione tum odio. Nos autem oramus omnes quotquot in hanc nostram contra illum apologiam inciderint, ne grauetur nostrorum hominum scriptis attendere, & quantum fieri potest mentem eorum ex ipsis scriptis colligere, simulq; conscientiam atque propositum, inueniet enim homines feruidè contendentes de his quæ persuasa habent: & in his nonnullos satis declarantes quòd comperta prodant & memoratu dignis-

Ezech. 29
Osee. 14

dignissima in utilitatem omnium ad quorum aures peruentura sint. Aut perfricet aliquis frontem et neget omnis sapientię fontẽ esse ac principium deo credere, cunctasq; suas actiones ad eum scopum referre ut deo placeant, ita ut ne in mentem quidem aut cogitationẽ admittatur quod illi displiceat quandoquidem non uerborum tantum & operum sed cogitationum etiam reddenda est ratio ad tribunal summi iudicis. Nam quis alius modus est qui facilius hominem ad recte uiuendum conuertat quàm fides certaq; persuasio nihil à nobis uel dici, uel geri uel cogitari deniq;, quin oculis dei pateat? Conferat qui uult cum hac aliam uiam conuertentem ad meliora non unũ aut alterum quempiam, sed q̃ fieri potest plurimos, ut ex collatione ambarum magis eluceat utrius earum uis sit efficacior. Quoniam autẽ in modo recitatis Celsi uerbis insunt quædam ex Timæo transscripta, q̃ deus nihil mortale fecit, sed tantũ immortalia: mortalia uero aliorum sunt opera: & quòd animæ quidem opus dei sunt, corporum uero alia natura, nec differt corpus humanum à uespertilionis aut uermis aut ranæ corpore, cum eadem sit natura horũ corruptibilis, age etiam de his paulisper disseramus, redarguamusq; hunc siue dissimulatorem Epicureæ sectæ, siue ut aliquis dicere posset mutatum in melius, siue ut fieri potest Epicureo cognominem. Cum enim asserat talia, & contradicat non solum nobis, uerum etiam non ignobili philosophorum sectæ à Zenone Citiensi descendentium, debebat argumentis astruere animalium corpora non esse dei opera, quodq; tam præclarum opificium à prima illa mente non sit profectum. debebat etiam de tam multis quæ ab incomprehensibili natura dispensantur uariarum stirpium generibus factis in non contemnendos usus hominum, animalibusq; quomodocunq; uitæ ministrantibus, non solum pronunciare sed docere etiam, non esse à perfectissima quadam mente inditas eas qualitates materiæ, unde producta sunt omnia. quodsi omnino ad deos referebat omnium corporum opificium, ac si solius animæ summus deus esset opifex: an non consequens erat ut cum distributa essent non sine certa quapiam discriminis ratione in tam multos deos tot opificia, ita ut alij humana fabricarent corpora, alij pecuina (uerbi gratia) iuxta suas species, ferina rursus alij: cumq; uideret in numero deorum opifices draconum, aspidum, basiliscorumq;, alios item specialim stirpium herbarumq;, redderet causam partitionis huiusmodi? fortassis enim si animum applicuisset ad exactam singulorum examinationem, aut inuenisset unum deum omnium rerum opificem ad aliquid & certam aliquam ob causam fecisse singula: aut si non inuenisset, utiq; dispexisset quæ ratio reddenda sit cur natura corruptibilis sit per se indifferens: uidisset q̃ nihil absurdi esse, quòd mundus ex tam diuersis rebus constans unum habeat opificem, prout uniuersitati conuenit facientem specierum differentias. postremo debebat omnino tacere de tali dogmate, cuius probatio cum expectaretur, ipse nullam afferre poterat. atqui si induxisset in mentem audire scripturas Mosis ac prophetarum, subtitisset hærens curnam illa uerba, fecit deus, de cœlo terraq; dicantur & firmamento ut uocant, tũ de luminaribus & stellis, ac mox de cetis magnis omniq; anima animalium reptilium quæ produxerunt aquæ in suo quodq; genere, & omni uolucre pennata generatim: prætereaq; de feris terræ iuxta genera, & pecoribus iuxta genera & omnibus reptilibus terræ iuxta genera, ac postremo de homine: cæterum absq; illis uerbis, Fecit deus, scriptura contenta sit dixisse, de luce quidem facta est lux, de collectione uero aquarum omnium quæ sub cœlo sunt, factum est sic: similiter de germinantibus è terra, quando primum producta est herba uirens cum suo semine iuxta genus & similitudinem, arborq; frugifera ferens fructum cum suo semine iuxta genera super terram: quæsisset q̃ quomodo à deo iussæ sint singulæ mundi partes ut fierent, nec tam temere incusasset quasi fatuas nihilq; reconditiorum sensuum continentes scripturas, siue Mosis, siue spiritus sancti (ut nos malumus credere) quo intra pectoris sui domicilium recepto propheta oracula illa edidit: is enim uerius norat, Quæ sunt, quæ fuerant, quæ mox uentura sequuntur, quàm uates illi quos hæc nouisse poetæ ferunt. Adhæc quoniam Celsus ait animam esse opus dei, aliam autem naturam esse corporis, nihilq; interesse inter corpus uespertilionis aut uermis aut ranæ & hominis, cum eadem sit materia similisq; corruptibilitas, Respondendũ & ad hunc eius sermonem: Si propterea quia materia corporis uespertilionis uer-

Gen. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

mis'ue, ranis'ue, eadem est quæ humani corporis, nihil differt inter omnia hæc corpora, dubio procul nullam differentiam fore inter hæc ipsa corpora & solis, lunæ, cœli, stellarumq; denique cuiuscunq; dei ex ijs quos Græci uocant sensibiles. eadem enim materia substantia est omnium corporum, qualitates eorum assumens, quarum suapte natura sicut & formarum expers est: quas haud scio quis ei addat, si non fallitur Celsus negans esse opus dei quicquid est corruptibile: nam iuxta ratiocinationem istius necessario consequitur, quicquid ex eadem constat materia prorsus ex æquo esse corruptibile: nisi forte Celsus urgentem refugiens à Platone resiliet è quadam cratera fingente animam, & confugiet ad Aristotelem ac peripateticos, qui ætherem negant esse materiam, dicentes eum esse quintam quandam naturam extra elementa illa quatuor, fortiter tam Platonicis quàm Stoicis reclamantibus. quin & nos utcunque à Celso
Psal. 102 contempti aduersabimur ei, moti autoritate prophetæ dicentis: Cœli peribunt, tu autem permanes: & omnes tanquam uestimentum ueterascent, & sicut amiculum reuolues eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, sed iam satis sit dictum contra Celsum non negantem animam esse opus dei, ita tamen ut alia sit natura corporis iuxta cuius rationes sequebatur nihil differre uespertilionum, uermium, ranarumq; corpora etiam ab æthereis corporibus. Vide igitur num relictis ijs qui pro qualitatum differentijs docent differre & corpora, audiendus sit iste cum suis dogmatibus in Christianos inuehens. Scimus certe esse corpora cœlestia & corpora terrestria, quodq; alia sit gloria cœlestium corporum, alia terrestrium, imò ne cœlestium quidem omnium eadem: nam alia gloria solis est, alia stellarum, & inter ipsas stellas maiorem hæc quàm illa habet gloriam. quapropter credentes resurrectionem mortuorum, dicimus mutari qualitates corporum: quia seminata in corruptione surgunt in incorruptione, & seminata in ignominia surgunt in gloria, & seminata in infirmitate surgunt in potentia, & seminata corpora animalia surgunt spiritualia. Quòd uero subiecta materia recipiat qualitates quascunque uult opifex, omnes credimus quotquot fatemur prouidentiam, quòd is materiæ qualitates arbitratu suo nunc has nũc illas uel det uel adimat eas plerũq; mutans in melius. Quoniam autem certę sunt uiæ mutationum corporum ex quo mundus est, & quousq; erit, nescio an noua aliqua & ab his diuersa successura sit post mundi corruptionem, aut ut nostræ scripturæ uocare solent consummationem: cum non miremur etiam nunc ex homine mortuo serpentem fieri, è dorsi medulla ut quidã aiunt, & ex boue apem, ex equo uespam, ex asino Scarabeum, denicq; uermes è plerisque animalibus: id quod Celsus argumentum putat, nihil horum esse opus dei, sed qualitates in cognito quodam ordine alias ex alijs fieri, nec aliud in earum alteratione dei sapientiam agere. Ad hæc cum Celsus dicat, Anima quidem opus est dei, corporis autem alia natura est: non solum non astruens suum dictum elapsum temere, sed ne distinguens quidem, utrum omnem animam opus dei dicat, an rationalem tantum: respondemus, si omnis anima est opus dei, dubio procul etiam brutorum uel uilissimorum, ut omnis corporis natura sit alia quàm animæ, certe procedente sermone, ubi etiam deo cariora quàm nos bruta esse ait, etiam diuinitatis puriorem intellectũ quàm nos habeamus eis tribuit, unde consequitur non minus brutorum quàm nostras animas opus esse dei. Quod si sola rationalis anima est opus dei, primùm non diserte hoc expressisti. deinde quia parum definite dixisti, non omnem sed solam rationalem animam esse opus dei, sequitur ut nec omnium corporum alia quàm animarum natura sit. quod si non omnium alia, sed uniuscuiusq; animantis corpus pro animæ suæ ratione cõueniens est, ergo cuius animalis anima est opus dei, eius corpus differt à corpore in quo habitat anima quæ non est opus dei: atq; ita falsum erit nihil interesse inter corpus hominis & corpus uespertilionis aut ranæ aut uermis. absurdum enim est saxa saxis & ædificia ædificijs haberi puriora impuriora'ue, quòd aut in honorem dei sint exstructa aut ad uilium ac impurorum corporum receptaculum: corpora uero non differre siue brutis inhabitentur siue rationalibus, atque etiam humana corpora nihil inter se differre siue bonorum sint siue pessimorum. certe quidam tanto hæc separarunt discrimine, ut ausi sint consecrare hominum excellentiũ corpora, tanquam probæ animæ domicilia, malorum contrà ignominioſe proiecerint, non recte quidem, attamen

men à recta existimatione occasionem nacti: nisi forte uir sapiens post obitum Anyti & Socratis, pari honore curabit funerandum corpus Socratis & Anyti, & ambobus simile decernet sepulcrum ac monumentum, quia Celsus nullum corpus opus dei censeat, putetq; nihil interesse inter corpus hominis & serpentis enati ex eo, sicut nec inter bouis & apium prognatarum ex eo, idemq; sentiat de equo & asino, proscatentibusq; ex alterius cadauere uespis, ex alterius Scarabeis. quapropter necesse fuit ut retractaremus illud eius dictum, Anima quidem opus est dei, sed corporis alia natura est. Post hæc ait communem esse naturam omnium prædictorum corporum, ut quæ cum una & eadem sit, mutationum uicibus abeat ac redeat. Respondeo manifestum esse ex iam dictis, non solum prædictorum corporum communem esse naturam, uerum etiam cœlestium. quod quidẽ si ita est, satis apparet q; iuxta istius opinionem nescio tamẽ an etiã iuxta rei ueritatẽ, una et eadẽ cum sit, mutationũ uicibus abit ac redit: id quod confessum est apud eos qui mundum faciunt corruptibilem. quin & qui diuersum sentiunt de mundo, & quintum corpus asserunt, conabuntur tueri eãdem sententiam de istis mutabilium corporum omnium uicissitudinibus. hoc autem pacto fit ut quod perijt maneat, sed mutatum. subsistit enim materia, & qualitate pereunte ipsa permanet, iuxta opinionem eorum qui eam factam negant. quod si quis rationibus euincat diuersum, creatam esse in usum aliquem, liquebit iam ei non fore naturam permanendi acsi increata ponatur. uerùm hæc tractatio non est præsentis temporis, ut interrefellendum Celsi criminationes de natura disputemus. Ait etiam nihil esse immortale, quod prognatum sit è materia. ad quod respondebitur: Si è materia nihil immortale prouenit, aut immortalis est mundus, & proinde non factus è materia, alioquin immortalis non esset. qui si est immortalis, ut placet solam animam dei opus esse affirmantibus, & ex creatore quodam enatam, ostẽdat Celsus non ex materia qualitate carente eum factum, incolumi sua sententia, quòd immortale nihil è materia prouenirat. aut quia è materia prognatus est mundus, non est immortalis sed mortalis. ergo etiam corruptioni obnoxius aut non. nam si corrumpitur, ut dei opus corrumpitur, pereunte uero mundo, dei opus anima quid faciet? dicat Celsus. quod si torquens intellectum dicet hoc ipso immortalem esse mundum quod cum sit corruptibilis non corrũpatur tamen, acsi capax quidem mortis sit, non tamen moriatur, apparet quod iuxta eius sententiam erit aliquid mortale simul & immortale, cum utriusq; sit capax, & erit mortale non moriens, & cum non sit natura immortale, eo quòd nõ moriatur immortale dicetur. Quo igitur significato dictum uolet, è materia nihil immortale produci? uides ut si examinentur eius sententiæ nihil in eis inueniatur solidum cui contradici non ualeat? His dictis infert, satis esse de hoc hactenus, & siquis plura audire cupiat, quærenda in sequentibus. Videamus igitur nos ipsius opinione insensati, quid sequetur si paulisper potuerimus audire diligentius quęstionem uariam & non contemnendam de natura malorum, quam egregie pauculis uerbis, quo discamus facilius, explicat in hunc modum: Mala in rebus nec antea, nec nunc, nec in posterum plura pauciora'ue possunt esse. una enim & eadem est natura rerum omnium, & malorum generatio semper eadem. Hæc quoque uidentur è Theæteto translata uerbis alijs, ubi Plato inducit Socratem loquentem sic: Sed neque ut ex hominibus mala tollantur potest fieri, neque ut apud deos hæreant, & quæ deinceps sequuntur. Quamuis mihi uidetur ne Platonem quidem satis audisse iste qui ueritatem uno libello complectitur, cui contra nos scripto Veri sermonis titulũ indidit. Nam illa uerba in Timæo, Quoties diꝝ terram aqua purgant indicant terram aqua purgatam minus malorum habere quàm antea prius quàm purgaretur. Idq; iuxta Platonis sententiam dicimus, mala interdum minui, quandoquidem in totum tolli non possunt ex hominibus, sicut prius in Theæteto docentem audiuimus. Cæterum nescio qui fiat ut cum prouidentiæ fauere uideatur duntaxat in hoc uolumine, nunc dicat nec plura nec pauciora mala fieri, sed semper ceu stato esse numero, tollens interim dogma pulcherrimum, non circumscribi maliciam, & mala suapte natura esse innumera. Itaque si nec plura nec pauciora mala fuerunt, sunt, erunt'ue, consequens uidetur ut quemadmodum iuxta opinionem eorum qui mundum aiunt nunquam periturum, elementorum æquilibrium tuetur prouiden

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia, non sinens ullum eorum prævalere, ne mundus in periculum incolumitatis veniat: ita malis quoque sua quædam præsit prouidentia, quæ parilitatem ea seruare iubeat, absque auctibus ac defectibus. Est & aliud argumentum quo Celsi opinio de malis refellitur, sumptum è philosophorum de bonis malisq; disputatione, ex historijs docentium quòd primùm extra urbes & personatæ meretrices prosternebant se libidini prætereuntium: deinde unà cum pudore deposuerunt personas, foris tamen manserunt arcentibus legibus: postremo disciplina indies deprauatiore intra urbes penetrare ausæ sunt. Hæc Chrysippus in libro introductorio de bonis & malis: unde licet colligere mala pro tempore augeri & minui: siquidem erant aliquando qui uocabantur amphiboli prostantes ad perferendum stuprum uel inferendum, & seruientes libidini ad se intrantium, eiecti demum ab ædilibus. innumera præterea maliciæ profusissimæ exempla subrepserunt in uitam hominum, de quibus uere dici potest quòd non fuerint antea. certe antiquæ historiæ quamuis innumera peccata incusent, infandas tamen oris libidines nesciunt. Annon igitur per hæc & similia ridiculus Celsus ostenditur, putans mala nunquam augeri uel minui? Nam sic licet una eademq; rerum natura, non tamen semper idem malorum prouentus est. Quemadmodum enim cum una eademq; sit natura hominis cuiuspiam, non tamen semper eodem modo uel agit uel intelligit, sed qui modo uix rationis compos erat, iam cum ratione assumpsit, & malicia am, eamq; nunc contractiorem nunc effusiorem, item in uirente nunc promouet nunc deficit, interdum excellenter in eius contemplatione maiore minoreue studio proficiat: ita licet de uniuersa rerũ natura pronunciare, quòd tametsi una eadẽq; sit in genere, non tamen semper et ubiq; contingunt similia. nam nec fertilitates semper sunt, nec sterilitates, nec pluuiæ nec siccitates: ita nec bonarum animarũ semper bonus prouentus aut semper malus, malis quoq; nunc latius nũc arctius regnãtibus. Estq; necessaria ueritatis uestigatoribus hæc persuasio de malis non semper in eodẽ statu manentibus, propter curantem res terrenas prouidentiam, easq; repurgantem nunc incendijs nũc diluuijs, & fortasse non solum has, sed & totum mundum, ubi intantum inualescit malicia, ut purgatione opus habeat. Post hæc pergit Celsus: Naturam malorum cognoscere difficile est non philosophantibus, & satis est uulgum doceri, mala non esse à deo, sed materiam uersari circa mala esseq; similes inter se rerum mortalium circuitus à principio usq; finem, statasq; reuolutiones. proinde necesse ut eadem semper fuerint, sint, futuraq; sint. Hic Celsus ait malorum ortum non facile nosci à non philosophantibus, quasi philosophiæ studiosus facile ortum eorum cognoscat, expers uero philosophiæ non facile quidem possit contemplari malorum originẽ, possit tamen, licet ægre magnoq; negotio. Nos uero respõdentes addimus, ortum malorum ne à philosophantibus quidem cognosci facile, nisi diuino fauore aspirante mala eluescant, fiatq; manifestum unde subsistant, & intelligatur quomodo tollenda sint. Cum igitur inter cætera mala sit non nosse deum, & quod pessimum est, nescire pietatem modumq; colẽdi numen cæleste, constat uel Celso teste philosophiæ studiosos hæc nescisse, ut liquet è sectis eorum discrepantibus: nostra autem opinione nemo eorum qui nescijt malum esse putare pietatem in uulgaribus istis ciuitatum legibus consistere, poterit originem malorum intelligere. nemo præterea qui nescit de diabolo quem uocant eiusq; angelis, quisnam his diabolus fuerit antea, & quomodo factus sit diabolus, tum qua de causa cum eo defecerint qui uocantur eius angeli, poterit cognoscere malorum originẽ. oportet etiam tractare diligenter de dæmonibus eũ qui peruenturus est ad huius originis cognitionem, scireq; quòd non sint opus dei quatenus sunt dæmones, sed quatenus sunt rationales, & unde prolapsi sint eò ut tales fierent, & rationalis eorum natura censeretur in dæmonum ordine. Itaq; si quis alius locus est in rebus humanis scrutatu difficilis naturæ nostræ inter hos merito numerari potest malorũ origo. Deinde quasi haberet aliud secretius de hac origine, quo misso mallet loqui apta uulgari multitudini, ait sufficere apud uulgum de malorum ortu prædicari quòd non sint ex deo, sed hæreãt materiæ uersenturq; circa mortalia. Est quidem uerum mala non esse ex deo, nam
Thren. 2 & noster Hieremias manifeste docet, quòd ex ore domini non egredientur mala cum bonis: cæterum materiam quæ uersetur circa mortalia causam esse malorum falsum est

est nostra opinione. nam sua cuiq; ratio causa est existentis in ipso malicię, quę quidem malum est, malæ quoq; actiones quæ ex ea proueniunt. nec aliud quicquam est malũ iuxta nostrum examen exquisitissimum. Sed hanc disputationem scio habere opus cõfirmationibus plurimis, & gratia diuina quæ illustret mentem dignam cognitione rerum talium. Nescio autem cur expedire uisum sit Celso contra nos scribenti mentionẽ facere dogmatis quod opus habet probatione saltem uerisimili, quòd à principio finẽ usq; similes inter se fiant rerum mortalium circuitus, sitq; necesse statis reuolutionibus eadem omnia quæ iam facta sint fieri denuo, foreq; in posterum. quo fit ut necesse sit semper Socratem philosophari & accusari propter noua dæmonia iuuentutisq; depranationem: Anytum uero & Melitum semper eum accusare, & senatum areopagitarũ semper eum damnare ad cicutam sorbendam. eadem ratione necesse erit semper reuolutis uicibus Phalarim exercere tyrannidem, Pheræumq; Alexandrum eius crudelitatis æmulum: semper mugire damnatos in taurum Phalaridis: quod si cõcedatur, nescio quomodo nostra uoluntas seruabitur, aut quis locus relinquetur meritis laudibus uel uituperijs? Et necesse erit, si uerum dicit Celsus certis uicibus recurrẽtium temporum eadem omnia fuisse, fieri, futura iterum denuo, ut Mosę, redeuntibus uicibus sæpius Ægyptum unà cum ludæorum populo exeat: Iesus quoq; rursum in uitam hominum aduenìat facturus omnia eadem quæ antea fecerat nõ semel sed multoties quotiescunque tempus aduentus reuolutum fuerit. Christiana etiam religio habebit suas exortus & obitus uicissitudines statis temporibus, rursumq; Celsus scribet suum librum iã ante à se scriptum milies. Et Celsus quidem mortalium tantum rerum circuitus & statas reuolutiones asserit, ut necessario fuerint, fiant, futuraq; sint eadem omnia: at Stoicorũ pleriq; inuehunt eosdem circuitus etiam in res immortalium & deorum quos ipsi existimant. nam post uniuersale incendium infinities factum futurumq; eodem ordine à principio finem usq; recurrunt eadem omnia facta iam iterumq; futura. Stoici tamen ut medeãtur absurditati, nescio quomodo per omnia similes prioribus redire aiunt cũ temporũ circulis, ut non Socrates naſcatur denuo, sed per omnia Socrati similis, ductu rus per omnia simile priori Xanthippẽ, accusandus à per omnia similibus Anyto Melitoq;. Id uero non intelligo quomodo cũ mundus semper idẽ sit, & non alius per omnia priori similis, quæ in eo continentur non eadẽ sint sed per omnia indiscretæ similitudinis. Verùm de his contra Celsum atq; Stoicos prolixius disserere nec huius propositi est, nec præsentis tẽporis. Post hæc dicit, hæc quæ uidemus nõ homini data esse, sed singula ad uniuersitatis conseruationem tam perire q; fieri alia post alia iã dictis uicibus. quã opinionem iã ante subuersam diutius impugnare superuacaneũ fuerit: sicut & ad illud responsum est quod ait tã bona q; mala nec plura nec pauciora fieri. Dictũ est & hoc, non opus esse deo ut aliquid à se factum corrigat, aut more hominis opificis siquid minus artificiose factum sit emendantis, mundum per exustiones diluuiaq; instauret in melius, sed ad reprimendam latè se fundentẽ maliciam id facere, eamq; fortassis in totũ sublaturum è medio, ubi rerum uniuersitati fuerit commodum. An uero post extinctam maliciam probabile sit eam reuersuram esse denuo, id propriam disputationem requirit. Vult igitur deus nouis semper correctionibus instaurare collapsa. quamuis enim ordinarit omnia pulcherrime dum mundum conderet, nihilominus Gen. 1
medicina quadam opus habuit aduersus maliciæ morbos quibus totus mundus infectus est: & nihil negligit deus neque negliget, sed per singula tempora facit quod eum decet facere in mundo uersatili & mutabili. Et quemadmodum agricola pro uarietate anni temporum uaria rustica opera facit in agro & his quæ ager fert: ita deus uelut quosdam annos ut ita dicam dispensat secula, per eorum singula faciens quicquid uniuersitatis huius decorum postulat, quod ipse solus absoluit ita ut uerissimè apertissimèque intelligit. In hac malorum consideratione inter cætera sic Celsus loquitur: etiamsi tibi uideatur malum aliquid, nondum liquet an malum sit. nescis enim quid tibi, uel alteri, uel toti mundo conferat. id dictum quamuis impietatem non præseferat, suspicatur tamen malorum naturam non omnino esse miseram, quia fieri possit ut in uniuersum sit utile, quod malum sit singulis, ueruntamen nequis dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc non recte intelligens occasionem inueniat offendiculi, cogitans etiam suam malitiam conferre aliquid commodi uniuersitati, aut certe conferre posse: dico quod salua singulorum nostrum uoluntate, etiamsi nequam hominum malicia deus abutatur ad rerum huius mundi ordinem, ita ut mundanæ reipublicæ conferant aliquid, nihilominus quicunque talis est uituperandus est, & ut improbatus in suum ordinem redigitur ad aliquem usum, deprecandum quidem cuiuis, conferentẽ tamen in summa quidpiam. Sicut in ciuitatibus ostendi potest ille uel ille ob malefacta dãnatus ad opus publicum, utilis quidem reipublicæ, sed in functione quam nemo non abominetur qui
2. Tim. 2 uel mediocriter sapiat. quin & apostolus Iesu Paulus nos docens, prodesse quidẽ in uniuersum aliquid etiam nequissimos, suo loco tamen inter abominabiles: sed optimũ quemq; eundem in uniuersum esse utilissimum, ob id cõstitutum loco præclarissimo: In magna inquit domo non tantum sunt uasa aurea uel argentea, sed & lignea testaceaq;. in honorem alia, in ignominiam alia. Si quis igitur expurgauerit seipsum, uas erit in honorem sanctificatum, utile domino suo, ad omne opus bonum paratum. Atque ita satis responsum puto ad illud dictum: etiamsi tibi uideatur malum aliquid, nõdum liquet an malum sit, nescis enim quid tibi, uel alteri, uel toti mundo conferat: ne forte quis occasionem peccandi, ex huius loci disquisitione arripiat, quasi peccando possit uniuersitati rerum conferre quidpiam. Post hæc quoniam Celsus non intelligẽs taxat scripturæ uerba humanos affectus deo tribuentis ut uidetur, quoties facit iracundemq; minaciterq; inuehentem in impios: dicendum est quod sicut nos cum pueris paruulis agentes accommodamus uerba ad eorum sensum quantũ possumus, & pueros pueriliter educamus erudimusq; ut putamus eis conueniens: Ita uidetur diuina sapientia contexuisse scripturas ad auditorum modulum, id sibi decorum existimans quod illis
Deut. 23 sit utile. De quo more dei alloquentis homines hæc leguntur in Deuteronomio: Accommodauit se tuis moribus dominus deus tuus, haud secus quàm homo pater accõmodat se suo filio. Nimirum more hominum scriptura loquitur ad utilitatem hominũ, non enim erat in rem plebeiæ multitudinis, si dei persona induceret loquens pro maiestate sua. Attamen cui studium est diuinas scripturas perspicere, inueniet ibi spiritualia dici spiritualibus ut uocantur, conferens inter se mentem eorum quæ dicuntur uel infirmioribus uel exercitatioribus, sæpenumero sic contemperata ut in eodem cõtextu inueniantur utraque. Ergo cum iram dei nominamus, non affectum eius dicimus, sed quiddam seueriore disciplina castigans homines tot tantisq; peccatis obnoxios. Nam quòd erudiat homines ira (ut uocamus) furorq; dei, & hoc uelle has uoces, manifestũ
Psal. 6 est ex illo psalmographi, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua erudias
Hier. 10 me. Sic Hieremias: Erudias nos domine, sed non in iudicio nec in furore, ne nos ad par-
2. Reg. 24 uum numerum redigas. Iam si quis legat in secundo Regnorum libro iram dei suadentẽ Dauidi ut cẽseat populũ, & in primo Paralipomenon diabolũ, eosq; textus inter se conferens examinet, uidebit quo significato ira ponatur, cuius filios omnes homines fuisse Paulus ait dicens: Fuimus naturaliter iræ filij, sicut & cæteri. Quòd autem non affectus dei sit ira, sed unusquisque sibi eam peccatis suis contrahat, docebit Pau-
Rom. 2 lus illis uerbis: An diuitias bonitatis illius ac tolerantiæ lenitatisque contemnis, ignorans quod bonitas dei ad pœnitentiam te inuitat? sed iuxta duriciam tuam, & cor pœnitere nescium, colligis tibijpsi iram in die iræ, quo apparebit iustum dei iudicium. Quomodo igitur potest quisque thesaurizare sibijpsi iram in die iræ, si iram affectum intelligas? aut quomodo iræ affectus erudire potest? Ad hæc scriptura docens nos nullo modo iracundi, et in trigesimosexto psal. dicẽs, Desine ab ira & relinque furorẽ:
Col. 3 & apud Paulũ, Deponite & uos hæc omnia, iracundiã, furorẽ, odiũ, maledicẽtiã, turpiloquiũ: affectum à quo nos immunes uult esse quã deo tribueret. Apparet autẽ iram dei figurate dici, uel inde q; in eisdẽ scripturis etiã somnus eius legit, ex quo uelut excitans eũ
Eph. 5 propheta dicit. Exurge, cur dormis domine? Rursum alibi dicit: Surrexit tanq; à somPsal. 78 no dominus, tanq; robustus à crapula. q; si somnus aliud hic q; in quotidiano usu significat, quid uetat iracundiã quoq; figurate intelligi? Sed & minæ denunciatiões sunt calamitatis uenturæ peccatoribus, haud secus q; si quis minas uocet medici uerba laborãtẽ præ

monentis

monentis, si cabo te, & cauteria tibi adhibebo ni præscriptis meis pareas: nisiq; hac diæta utaris, & hoc modo te geras. Itaque non humanas affectiones affingimus deo, nec impias opiniones de illo concipimus, nec huiusmodi narrationibus quenquam fallimus, quandoquidem ex ipsius scripturæ locis inter se collatis uerum sensum elicimus. Nec aliud propositum est nostris doctoribus quàm ut rudem simplicitatem auditoribus eximant, & prudentiam quantum possunt inserant. Deinde ut non intelligens quæ de ira dei scripta sunt, Annon, inquit, ridiculum est, cum homo iratus ludæis omnes puberes interfecerit incensis etiam urbibus, adeò profligati erant, deum illum summum iratum ut aiunt furoreq; percitum & minabundum mittere passurum tales pœnas suum filium? Certe quod post perpetratũ in Iesum tam audax facinus Iudæorum urbs flammis deleta est cæsis puberibus, non ex alia ira id eis accidit quàm ea quam sibi diu cumulauerunt. tandem semel in eos effusam ultore deo iusto iudice, uocatã iram iuxta idioma linguæ ipsorũ patriæ. porrò filius dei uolẽs ac sciens passus est quicquid passus est pro salute hominũ, sicut superius p uiribus ostẽdimus. Post hæc sic inquit: Verùm ne de solis Iudæis agam, nõ enim hoc propositũ est: sed de tota rerum natura loquar ut sum pollicitus, planius declarabo quæ iam dicta sunt. Quis hæc legens modestus & infirmitatis humanæ conscius non miretur promissorem iactanter pollicentem redditurum se rationem pro uniuersa rerum natura, eadem arrogantia qua prius ausus est scripto suo titulum tam magnificum præfigere. Sed uideamus quid nam sit hoc quod pro tota rerum natura dicturum se promittit, & quæ sit illa declaratio. Prolixe nos incusat quia propter hominem cuncta deum fecisse aimus: conaturq; ex animalium historia & solertia quam præse ferunt, ostendere nihilo magis propter homines quàm propter bruta facta esse omnia: uideturq; mihi perinde loqui, atque hi qui odio inimicorum uituperant etiam quæ in amicis ipsorum sunt laudatissima. nam sicut hos excęcat odium ne uideant interim accusari à se homines amicissimos dum putant se inimicis male loqui: eodem modo Celsus confusus rationem non uidit se obtrectare Stoicis, recte præponentibus hominem & in totum rationalem naturam brutis omnibus, quandoquidem propter hanc aiunt à prouidẽtia facta omnia. quapropter rationalia ut potiora filiorũ locum obtinent, bruta uero & inanima possessionis cõparatę in filiorum gratiam. Mihi sanè uidetur quemadmodum in urbibus ædiles curã habent fori uenaliumq; rerum, fruuntur tamen ea copia canes quoq; & alia bruta: sic à prouidentia præcipue curari animal rationale, bruta uero consequenter etiam ipsa frui paratis in usum hominum. Et sicut peccat quicunq; dicit ædiles non magis gerere curam hominum quàm canum, quia & canes cum hominibus fruuntur copia uenaliũ: sic Celsus & qui eadem sentiunt, magis sunt in deum rationali creaturæ prouidentẽ impij, dicendo eum homines non magis quàm stirpes, arbores herbasq; & sentes alere. Nam opinatur, primùm opera dei non esse tonitrua, fulgura, pluuias, iã apertius Epicurizans: deinde ut demus. inquit, esse opera dei, non magis nobis hominibus fiunt ad alimoniam quàm stirpibus, arboribus, herbis, sentibus. Verus Epicureus fortuito putat hæc non iuxta prouidentiam contingere. nam si non magis nobis, quàm stirpibus, arboribus, herbis, spinis, hæc prosunt, manifestum est ea non uenire a prouidentia: aut si ab hac ueniunt, non magis nobis, quàm stirpibus, arboribus, herbis, spinis, prouidet. Vtrumque autem credere est impium: & stultitia est huiusmodi rationibus conari nos impietatis reos peragere. Satis enim liquet ex iam dictis quis sit impius. Quod si inquit, dicas hæc nasci hominibus, uidelicet stirpes, arbores, herbas, sentes, qui magis hæc nascuntur hominibus quàm brutis uel feris quoque immanissimis? Ergo perfricta fronte dicat Celsus tam uarias è terra nascentium rerum species non operante prouidentia progigni, sed atomorum concursu fortuito: & hoc quoque fortuitũ quòd tam uarię stirpiũ arborũ, herbarũq; facies generatim inter se sunt similes, nec esse in his quicquam artificij, nec initium habere a mente admirationem omnem supergressa. At nos Christiani qui hæc ad unum deum autorem referimus, eiq; gratias agimus ut conditori omnium, qui nobis tale domiciliũ adornauit, & propter nos seruiẽtib. nobis animalibus: qui oriri facit fœnũ pecorib. & olera uirẽtia seruitura hominib.

educitq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

educitq; panem è terra: & uinum exhilaraturum cor hominis facitq; faciem eius oleo nitidam, & pane confirmat cor eius, quod si feris quoque immanissimis cibos parauit, non mirum est, quando etiam hæc philosophi quidam aiunt facta ad exercendum rationale animal: & unus è nostris sapientibus alicubi sic loquitur: Ne dixeris, ad quid hoc? quandoquidem requirentur omnia suo tempore. Deinde Celsus uolens prouidentiam non magis nobis fecisse quæ terra fert quàm feris immanissimis, ait: Nos certe magnis laboribus egre uictum quærimus, illis cuncta nulla semente & nullo nascũtur aratu: non uidens quòd deus, uolens undecunque materiam intellectus exercendi præbere homini, ne sterilis maneret rudisq; artium, inopiam ei comitem addidit, ut cogeretur eas inuenire alias ad uictum alias ad amictum parãdum necessarias, cum enim non essent uacaturi uestigandis rebus diuinis, satius erat egenos esse ut inueniendis artibus ingenium excolerent, quàm per affluentiam rerum mentem inculcam negligere. Ex hac rerum uitæ utilium indigentia nata est agricultura, ex hac uinitoria, ex hac olitoria, ex hac fabrorum ars tam materiariorum quàm ferrariorum ærariorumq; ad facienda instrumenta illarum quæ alimentis quærendis inseruiunt. Tegmentorum item inopia tum lanificas artes dedit textoriam & fullonicam, tum cæmentariam, & altius ascendente cogitatione architectonicam. eadem utensilium penuria fecit ut alienarum regionum prouentus transportarentur nauticę gubernatoriæq; ope ad eos qui his careant: ut hac parte non debeamus mirari prouidentiam, quæ utiliter rationalibus minorem quàm brutis copiam largita est. nam bruta in promptu cibos habent, ut quæ ne formam quidem habent aptam artificijs: tegmenta quoque his sunt naturalia, pili, pennæ, squamæ, crustæq;. Hæc responsa sint Celso ad illud, Nos magnis laboribus uictum quærimus, illa cuncta nulla semente & nullo nascuntur aratu. Post hæc oblitus inpræsentiarum sibi negocium esse ludæos & Christianos accusare, senarium Euripidis ipse sibi obijcit aduersantem suæ sententiæ, congressusq; cum eo, accusat ut dictum non bene. Verba Celsi sunt hæc. Quod si mihi Euripideum illud ingeres, Solesq; & noctes seruire mortalibus, quí magis nobis seruiunt quàm formicis muscisue? nam & illis nox quietem præbet, dies uero uidendi facultatem & operandi. Hinc apparet quod non solum ludæorum & Christianorum sententia sit, seruire nobis solem & cœlestia, sed etiam Scenicis philosophis idem dicat auditor quondam Anaxagoræ physiologi, qui per synechdochen hominis nomine omnem rationalẽ naturã uult intelligi, dum ei uniuersam hanc mundi machinam seruire dicit, rursum synecdochicos solis noctisq; uocabulis eam significans: nisi tragicus efficientem accepit pro effectu, quod die nocteq; maxime opus habeant quæ sub luna sunt, aliæ uero creaturæ nõ æquè ac quæ terram incolunt. Ergo tum dies tũ nox seruit mortalibus, factæ propter irrationalia, quod si formicæ quoque & muscæ nobiscum his fruuntur, operantes interdiu, noctu interquiescentes: non statim dicendum diem & noctem in rebus esse propter formicas & muscas, aut alias animantes, sed ut prouisum esset hominum usibus. Pergit: siquis nos dicat principes animalium quia uenamur, & uisceribus captorum epulas instruimus, quin potius nos propter illa factos credimus quando quidem ab eis intercipimur deuoramur'que: & nobis opus est cassibus, armis, complurium hominũ canumq; opera ad feras captandas, ipsę uero à natura armatæ sunt armis quibus facile nos conficiant. At qui uel hinc perspicis quanto præsidio nobis intellectus datus sit quouis armorum genere potior quibus feræ possunt munirí. itaq; cum simus multo inualidiore corpore quàm animalia, quibusdam etiam magnitudine ualde impares, ratione uincimus bestias, & tantæ molis elephantos uenatu capimus, mãsuefacimus etiam quæ cicurari possunt à nobis doctas mitius degere. cæterum quarum natura non potest ferociam dedisci, aut etiamsi cicurentur non possunt seruire nostris usibus, securitati nostræ consulentes includimus tantisper dum opus habeamus ad cibos mactatarum carnibus. Sicut etiam mitiora bruta seruituti rationalis hominis parauit mundi opifex: & in alios usus habemus canes, puta ad gregum, armentorum, domorum custodiam, in alios boues ut ad agrorum culturã, in alios iumenta ut equos mulósue saginarios. sic ad exercendam innatã fortitudinẽ datũ est nobis genus aprorum,

rum, ursorum, pardorum, leonum & similium. Deinde homines suam præ cæteris animantibus excellentiã agnoscentes alloquens: Si, inquit, dicitis uobis à deo datã potestatem capiendi feras & occidendi: respondebimus ante urbes conditas & consuetudinem ciuilem, artesq; inuentas, cassesq; & instrumẽta uenationis cætera, homines sæpenumero correptos ac deuoratos à bestijs, non feras capi solitas esse ab hominibus. Sed uide quod quamuis mutuũ sit inter feras hominesq; capi & capere, interest tamen permultum ratione uincantur an uiolentia. Cæterum quod ait, ante urbes conditas, & cœtus hominum unà degentium, inuentionemq; artium, oblitum opinor quod supra dixerat ingenitum mundum & incorruptibilem, nisi quod renouetur & instauretur alternis diluuijs atque conflagrationibus, per partes tamen non in uniuersum. Itaque sicut non possunt assertores ingeniti mundi principium eius ostendere, si neque tempus quo nec urbes fuerint, nec artes etiam tum inuentæ sint. Sed esto cõsentiamus hic cum eo, cum tamen ipse à se dissentiat, non statim euincet fuisse olim tempus quo homines à feris arriperentur, non contra feræ ab hominibus. nam cum per prouidentiam mundus factus sit, necesse est seminaria humani generis fuisse mox ab initio sub præsidio naturæ alicuius potioris, & iam tum præsentem fuisse deum hominibus: id quod et Ascræus poeta intelligens dixit.

Communes epulas mixtaq; sedilia diuis,
Ponebant homines non fastidita maiori.

Sacra quoque scriptura apud Mosem inducit priscos illos homines audientes diuinæ uocis oracula, & uidentes interdũ ad se uenire angelos hospites. Par enim erat ut initio mundi magis adiuuaretur humana natura, donec intellectu ad uirtutes artesq; proficeret, quibus inuentis per se uitam possent tueri, ne semper egerent curatoribus miraculose ad ministeria sua iussu dei uentitantibus. unde consequitur falli eos qui credunt olim homines à feris deuorari solere, ipsos uero per id seculum nullas ferarum capturas facere: & hinc apparet non esse uerum quod Celsus ait, quòd hac parte hominem potius bestijs subiecit deus. non enim subiecit feris hominem, sed rationem homini dedit artesq; quibus in potestatem suam eas posset redigere. nam non sine diuina ope homines excogitauerunt quomodo incolumitatem suam à bestiarum immanitate tutam facerent, usurparentq; in eas imperium. at iste uir egregius non animaduertens quàm multi philosophi asserant prouidentiam, dicantq; propter rationalem naturam facta omnia, quantũm in se est unà cum optimis Christianorum placitis tollit etiam consensum eorum cum philosophis, magno pietatis impedimento si persuasum sit formicas et apes nihilo minus cordi esse deo quàm homines: quandoquidem si hoc nomine antestare brutis uideantur homines, quia conditis urbibus socialiter inter se degant, & per magistratus administrent respublicas, hoc nihil ad rem faciat. nam idem in formicis spectari & apibus. certè apibus suos reges esse regijs cultos obsequijs, quorum ductu prælientur, uincant & profligatas eijciant: esse etiam ciuitates & pomœria, uicesq; operum, iudicia denique ac pœnas ignauiæ. nam fucos ab his trucidari aut abigi. Sed ne hic quidem uidet quantum interfit inter rationis opera & naturæ solius: quorum causa est non ulla ratio (nullam enim habent animantes quæ hæc faciunt) sed antíquus ille dei quidem filius, rerum autem uniuersitatis rex, naturam irrationalem condidit, adiutantem sine ratione hæc quibus non est dignatus rationem indere. Itaque ciuitates hominum multis constant legum præscriptis, multis artibus: regunturque ac gubernantur per potestates, magistratus & principes, hoc est uiros & probos & industrios, si loquamur proprie: aut ut nunc uulgus nominat, per eos qui ad illorum exemplar quantum possunt accedunt. nam qui tales sibi proposuerunt imitandos, tum leges pertulerunt commodas, tum formas reipublicæ constituerunt optimas: quale nihil inter bruta inuenias: quantũuis Celsus nomina quæ non nisi rationalibus conueniunt, attribuat brutis, ciuitates, respublicas, magistratus, potestates ad formicas & apes inferens: quorum nihil in formicas aut apes cadit cùm ratione careant, & proinde nihil rationis ductu faciant: sed potius admiranda est dei benignitas usque ad bruta se extendens, intantum ut exemplo possint esse hominibus, eisq; pudorem incutere: quo animaduertente formicas magis fiant industrij minusq; prodigi:

Universidad de Deusto
Biblioteca

prodigi:apes item considerando discant parere magistratibus, & ad publicā incolumi
tatem conseruandam dispensare inter ciues functiones et operas.fortassis etiam earum
bella docent nos iuste bellū gerere si res ita postulet.nec ciuitates & pomœria habent,
sed aluearia mellificiaq́, quibus per uices operantur in uarios usus hominum tam in ci
bis mundioribus quàm in remedijs.sic neq; animaduersiones earum in fucos conferen
dæ sunt iudicijs & pœnis ignauos ac malos in ciuitate cohercētibus: sed ut iam dixi mi
randa est natura in talibus,homo uero contemplator omnium & moderator existimā-
dus est minister prouidentiæ,ut non diuinæ tantum sed suæ quoq; prouidentiæ subser
uiens.Post hæc Celsus quo magis non Christianos modo sed uniuersum humanum ge
nus cum suis ciuitatibus,rebuspublicis,magistratibus, principatibus,cum bellis etiam
pro patria gerendis extenuet,ab apibus transit ad laudationem formicarum: & iactat
solertiam earum uenturæ hyemi mature prospicientium,quasi nihil sit præstantius hac
irrationali prouidentia,si tamen merito eam ipse dignatur hoc nomine. Quem autem
simplicium & naturam negotiorum nescientiū introspicere,non auerteret Celsus quā
tum in se est à subleuandis pressis onere,& laboris parte subeūda, quando de formicis
dicit,quòd aliæ alijs sub onere fessis succurrant. Si quis enim nouum hunc doctorem
audiat,apud se cogitabit:si dum subleuamus fessos sub onere,nihilo meliores formicis
sumus,quid laboramus incassum? Et formicæ quidem ut brutæ nihilo magnificentius
de seipsis sentirent,quòd humanæ conferatur earum industria. Cæterū homines ratio
ne prædīti audientes quo pacto uilipendatur eorum paratus ad communicandos labo
res animus facile offenderentur à Celso eiusq́ sermonibus,non uidēte quòd dum suis
scriptis lectores alienare conatur à Christiana religione,etiam non Christianos alienat
ab affectu succurrēdi misere sub sarcina laborantibus:qui si fuisset philosophus, debue
rat sociali iure à natura hominibus insito tangi,& ad imitationem Christianorum non
detrectare uitæ munia,ac pro sua uirili patrocinari eorū uirtutibus, præsertim ijs quas
communes habent cum alijs. Quod uero fruges arrosas condunt ne rursus enascātur,
sed per annum alimento sint,non ratiocinationem formicarum in causa debemus cre
dere:sed almam matrem naturam bruta quoq; sic ornantem, ut etiā minimis addat sua
quædam ingenia.Nisi forte Celsus per hæc subindicat,sicut plerunq; Platonem sequi
tur,unam esse omnium animarum speciem,nec differre ab humana formicæ apis' uea
nimam:quod quidem est deducentis animam à cœli conuexis non solū in humana ue
rum etiam reliquorum animalium corpora:Id uero Christianis non fit uerisimile, qui
bus persuasum est hominis animam factam ad imaginem dei,esseq́ impossibile ut eius
imaginis liniamenta semel impressa unquā in totū omnino deleantur ex anima,& alia
succedant nescio quam aliam imaginem referentia, post migrationem eius in corpus,
bruti alicuius. Quoniam uero & defunctis formicis uiuas ait proprium quendam locū
secernere,illumq́;his esse monumenta patria,dicendū quòd quanto pluribus bruta or
nat laudibus,tanto magis uelit nolit extollit opus conditoris & ornatoris rerum omni
um:indicatq́ quanta sit hominum dexteritas, quæ in brutis etiam ornare uerbis dona
naturæ ualeat,quamuis Celsus ea ne bruta quidem existimet à communi opinione dis
sentiēs.Itaq; nec formicas inter bruta censet iste qui se pollicetur dicturum de tota rerū
natura,& ueracitatem iactat mox in libri sui titulo. nā & colloqui eas inter se affirmat
dicens:Ad hæc in occursu colloquuntur,quo fit ut nō aberrent à uia.Ergo perfecte ra
tionales sunt, ut sensu communi & uoce significatiua quorumlibet prædītæ:nam uoce
significandi uim habente peraguntur colloquia,renunciante quicquid fors tulit: quæ
quidem formicis tribuere an non perridiculum fuerit? Nec pudet eum ineptissima sua
dogmata etiam posteris prodentem,sic hunc de formicis sermonem claudere: Age si
quis è cœlo in terram despiciat,quid ei uidebitur interesse inter nostros labores & for
micarum aut apium? Sed prospector hic Celsi è cœlo perlustrans oculis quæ homines
& formicæ faciunt,num sola corpora utrorumq; inspicit,non item ingenia,quòd illi ra
tionis ductum sequantur,cuius expertes formicæ feruntur quocunq; rapit eas natura-
lis quædam imaginatio? atqui absurdum fuerit eum qui è tam longinquo à cœlo usque
ad terram dignetur inspicere in hominum & formicarum corpora, non multo magis
spectare naturas quibus ducūtur,& fontem appetitus rationalis uel irrationalis, quod si se-

si semel contuetur omnium fontem appetentiarum, mirum ni uidet etiam harum dif
ferentiam,& quanto sit homo prestantior,non tantum formicis,sed elephantis etiam.
Nam is qui è cœlo prospicit, uidet in brutis quantumuis uasto corpore, non alium
principatum quàm irrationalitatem,ut sic mihi permittam dicere:in rationalibus autē
rationem,quę quidem homini communis est cum cœlitibus,& forte cū ipso deo maxi
mo & optimo, cuius ad imaginem non ob aliud factus dicitur. imago enim dei rerum
uniuersarum domina est ipsius siue uerbum siue ratio. Deinde quasi contendens ma
gis etiam deijcere humanum genus & brutis simile facere,& nihil intactum relinque
re ex animalium historia, duntaxat quod ad præstantiam eorum persuadendam faci
at,ait quibusdam inesse artes etiam magicas,nequid sibi homo hoc nomine placeat ut
præstantior.Quodsi,inquit, ob arcanam magicarum artium scientiam homo sibi uide
tur eximius,etiam hac parte sapientiores eo sunt serpentes & aquilæ.norūt enim mul
ta aduersus morbos cæteraq́ mala remedia, & lapillorum quorundam uirtutes, quos
pro amuleto nidis inserunt ad tuendam pullorum incolumitatem: quos lapillos homi
nes nacti putant non parum accessisse suis facultatibus.Primùm nescio quomodo na
turalium remediorum scientiam quam animalia siue per experientiā siue suopte inge
nio consequuntur,magiam nominet.uulgo enim in deteriorem partem hoc nomē ac
cipitur:nisi forte ut Epicureus latenter calumniari uult totum hoc genus & omnes qui
utuntur talibus,quæ ad magorum professionem pertinere uidentur.ueruntamen con
cedatur ei homines placere sibi cognitione rerum taliū,siue hi magi sint siue nō, quo
modo hic serpentes potiores sunt hominibus? an ideo quòd acute cernendi facultatē
& totius corporis agilitatem petunt à fœniculo,non excogitato remedio utentes, sed
parato & passim obuio, ut quod natura porrigat. at homines non instinctu naturæ ut
serpentes tractant remedia, sed partim usu experiūtur,partim ratiocinatione colligūt,
partim discunt ab eius scientiæ professoribus. Similiter & aquilæ tametsi aetitem quē
uocant lapidem inuentum in nidum ad tutelam pullorum deferunt, ideóne sapientes
sunt magis etiam quàm homines qui usu rationeq́ adiuti occultas naturæ uires scru
tantur. Esto habeant & aliæ animantes remediorum noticiam, non statim sequitur ut
eorum inuentionem rationi potius quàm innatæ sagacitati debeant. Nam si ea inueniſ
sent rationis beneficio, non contentæ fuissent uno tantū aut altero, nec alio serpētes,
aquilæ alio, & sic de cæteris: sed tam multa inuenissent quàm homines. nunc quando
uidemus singulis animalibus naturam attribuisse certa quędam remedia,satis apparet,
non esse id rationis nec sapientiæ, sed naturam ingeniosam parentem sic eorum inco
lumitati prospexisse.Possem hic,si uellē serio cum Celso cōgredi, allegare Solomonis
prouerbia,ubi sic legitur:Quatuor sunt minima terræ,eadēq́ sapiētiora sapientib.for
micæ populus infirmus,qui præparat in messe cibum sibi:erinacei plebs inualida,col
locans in petra cubilia:regem locusta non habet,tamen egreditur uno agmine: stellio
manibus repens captu facilis,& habitat in regum palatijs.Sed hæc non tanquam aper
ta adduco, imò ut decet in libro prænotato tali titulo uidelicet Parœmiarum, perscru
tor tanquam ænigmata. Solent enim hi uiri quæcunq; aliud præ se ferunt, aliud sub
significant penitius introspicientibus, in multas species diuidere, inter quas sunt & pa
rœmię. Quapropter in euangelijs nostris legimus seruatorem nostrum dixisse.Hęc in Ioan.16
parœmijs locutus sum uobis : aduentat hora quando non amplius loquar uobis in pa
rœmijs. Itaq; non istæ quas uidemus formicæ sapientiores sunt sapientibus, sed quos
parœmia significat. Idem dicendum & de cæteris animalibus: quamuis Celsus existi
met simplicissime scriptos ludæorum & Christianorum libros ita ut uel plebeio lecto
ri pateant,& uiolente ad allegorias torquēri præter autorum sententiā. Itaq; his quoq;
refelluntur eius calumniæ, refellitur & opinio de serpentibus aquilisq; homine ut ipsi
uidetur sapientioribus.uolens porrò euincere,ne religione quidem homines antesta
re cæteris animalibus,sed & à brutis quibusdam deum intelligi, cum tantopere uaria
tum sit opinionibus de deo uel inter acutissimos homines tā Græcos quàm barbaros,
sic loquitur:Quodsi ideo præstantior putatur homo cęteris animalibus quia deum in
telligit & agnoscit, ne hic quidem cessura sunt ei multa animalia.& merito. quid enim
diuinius quàm præscire futura præmōstrareq́? at istam præscientiam homines ab alijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

animalibus discunt, præsertim auibus: & quotquot intẽdunt earum significationibus, hi diuini sunt. quòd si aues et similia quicquid ex deo præcognoscunt nobis per signa indicant, apparet tanto maiorem familiaritatem his intercedere cum superis, tantoq; sapientiora esse & deo carissima. Aiunt præterea uiri prudentes etiam colloquia inter aues fieri, dubio procul sacratiora nostris: eaq; se intelligere, & quod intelligant declarare, indicando hoc aut illud facturas aues aut abituras aliquò ita ut prædixerant: elephantis autem nihil circa iusiurandum religiosius uidetur, adeo non diffidunt interposito numini, omnino quia habent eius noticiam. Vide hic quomodo multa quæ ad diuinationem ex auibus aliisq; animalibus attinent, siue ea hominum inuenta sunt siue dęmonum, de quibus tamen nec inter Grecos philosophos nec inter barbaros conuenit, iste pro confessis arripit. Primum enim quæritur sit ne ars auguralis, & sit ne omnino diuinatio per animalia, an nulla sit. deinde qui concedunt esse diuinationem per aues, de causa eius non consentiunt: quoniam alij per dæmonas aut deos artis huius præsides aiunt moueri, aues quidem ad uolatus uarios uoces ue, reliquas uero animantes ad motus tales aut tales: alij putant ipsas brutorum animas suapte quadam diuinitate ad hoc idoneas, quod est incredibile: proinde si Celsus uolebat tantam diuinitatem & sapientiam brutis astruere ut hac parte potiora sint hominibus, debuerat prolixius approbare nobis auguralem scientiam, & tollentes eam refellere argumentis grauibus, nec leuioribus eos qui aiunt à dæmonibus dijs ue ad significandum moueri animalia, ac tum demum de brutorum anima diuinitatis capace contendere. sic enim ut uiro imbuto philosophia rationes adducenti uerisimiles restitissemus pro uiribus, negantes bruta sapientiora hominibus: & falsum ostendentes quòd cogitationes nostris sanctiores habeant, quodq; sacra quædam inter se celebrent colloquia. Nunc iste qui crimini nobis uertit quòd credimus deo uniuersorum domino, postulat ut credamus animas auium habere diuiniores & præclariores cogitationes quàm hominum: id si uerum est, aues melius de deo quàm Celsus sentiunt. nec mirum cum Celsus tantopere hominem extenuet. nam ipsius opinione aues habent sublimiores ac diuiniores cogitationes non modo quàm nos Christiani & eisdem scripturis utẽtes Iudæi, sed quàm Græcorum theologi. erant enim homines. Ergo iuxta Celsum capaciores diuinæ naturæ sunt alites præpetes & oscines, quàm Pherecydes, Pythagoras, Plato, Socrates: ut iam discendi causa frequentandæ sint auium scholæ non philosophorum, ut quemadmodum hominibus futura significant, sic earum magisterio docti desinant de rebus diuinis ambigere, percipiantq; tam claram de deo quàm ipsæ habent sententiam. Sed tales magistros Celso relinquamus, hominibus in sapientia prælatos ipsius iudicio, imò ipsis philosophis: nos uero paucis ei respondebimus, coarguendo eius uanitatem erga conditorem ingratissimam: qui cum in honore esset non intellexit: propterea auibus quidẽ alijs ue animantibus quas putat diuinitatis participes cõparatus est, sed illis ultro cedens honoratiore loco seipse posthabuit, maiore quàm Ægyptiorum delirio, bruta pro dijs uenerantium. Quærendum igitur ante omnia, sit ne aliqua diuinatio ex auibus alijs ue animalibus quæ obseruantur ab huius scientiæ professoribus, an uerius nulla sit. sunt enim argumenta in utramque partem non contemnenda: altera quæ pudendum uideri faciunt, si homines ratione præditi malint consulere alites quàm oracula dæmonum: altera multis subnixa testimonijs, quòd multi auspicijs parendo euaserint pericula maxima. Sed esto aliquam esse artem augurum, ut qui hoc credunt, discant etiam hoc concesso, longe præstantiorem brutis esse hominem, etiam his quæ consuluntur ab auguribus, adeo ut ne conferenda quidem sint. Dicendum igitur, Si tantam haberent diuinitatem futurorum consciam, ut ex eo quod sibi superesit possint etiam hominibus consulere, sine dubio primum omnium sibi prospicerent, cauteq; uolarent ne inciderent in laqueos aut retia quæ sibi tenduntur ab hominibus, ne ue scopus fierent iacultatoribus: & aquilæ præuidentes serpentum insidias, uel hominum ad lusus, aut in usum aliquem pullos suos captantium, nunquam ibi nidificarent, ubi non putarent tutos ab insidijs: denique nullum ex his animalibus capi posset ab homine, ut diuinius ipsum & sapientius. Sed & si alites pugnent cum alitibus, augurales certe aues & bruta sensum diuinitatis futurorumq; præscientiam habentia, si

si Celso credendum est, significarent ea cæteris: neq; passer ille Homeri nidulasset eo loco, in quo draconi præda & cibus fieret unà cum suis pullis omnibus: & draco ille cuius alibi idem meminit cauisset ne corriperetur ab aquila. Versus admirandi poetæ de priore sunt hi: Quo tempore uisum

Est ingens nobis monstrum, draco terga cruentis
Distinctus maculis, aræ sublapsus ab imo
Prosilijt pede: sic Saturnius ipse uolabat.
Ipse uago lapsu ramos amplexus, in altum
Euasit platanum, tetigitq; cacumina: quorum
Nidus in arce fuit, numero bis quatuor intus
Passeris includens pullos: qui frondibus altis
Hærentes, exultabant implumibus alis.
Quos omnes uano matrem stridore uocantes,
Cum draco pestifero depastus dente fuisset,
Ipsam etiam matrem circum sua pignora frustra
Solicitas querulis quatientem uocibus alas
Corripuit, atroxq; auidam demisit in aluum.
Protinus in saxum mutatum Iupiter ipsum
Conspicuum posuit. Sed nos horrenda deorum
Constitimus stupido mirantes omnia uisu:
Præcipue quanam ratione ad sacra deorum
Tam dirum uenisset opus monstrumq; nefandum. De secundo uero hi:
Hęc inter super ecce uolans Iouis ales acutis
Vnguibus inuoluens maculosum terga draconem,
Immanemq; & seminecem, qua parte sinistra
Troiani hostiles certabant uellere muros
Circuit. ille ferox conuerso gutture retrò,
Imprimit in summo raptricis pectore dentes.
Illa dolore amens, resolutis unguibus anguem
In medios Troas demisit, & inde uolatu
Quàm potuit celeri se proripit ales in auras
Ingenti clamore sonans. hæc monstra uidentes
Troiani trepidare omnes, & credere læuum Augurium Iouis esse.

Ergo aquila erat diuina, draco uero (nam & hunc obseruant augures) non ita: nisi quis ex euentu coniecturam sumens dicat, etiam draconi eandem facultatem fuisse quam aquilæ, cuius ungues alioqui non potuisset euadere. Sunt & alia plurima exempla, ex quibus colligitur, non præscientiam inesse brutorum animæ, sed ut Poeta loquitur, & uulgus credit, Saturnium hæc in conspectum hominum mittere. Quin & Apollo accipitris auspicio quædam significat, & is dicitur huius dei celer nuncius. nostra autem opinio est, malos quosdam dæmonas, Titanicos ut sic dicam & Giganteos, per impietatem desciuisse à deo uero eiusq; angelis: itaque præcipitatos è cœlo uolutari humi circa crassiora & impuriora corpora, perspicaces tamen in rebus maximis, quòd nudi sint terrenis corporibus: hi talibus negotijs occupati, ut humanum genus abducant à uero deo, insinuant se animalibus feris rapacitate notis & uafricie, eaq; mouent ad quidlibet arbitratu suo: aut spectra quædam horum ipsorum animalium oculis humanis obijciunt uolantia uel aliter se mouentia, ut homines præoccupati huiusmodi diuinationibus non quærant deum rerum omnium dominum, ne ueram pietatem examinent, mentemq; suam in terram deijciant ad alites, dracones, uulpes, & lupos. Obseruatum est enim à talium peritis, euidentiora præsagia per huiusmodi animantes fieri, quòd dæmones non possint in mansuetioribus uim suam exerere æque atque in illis propter similem maliciam: quæ tamen in animalibus non est propriè malicia, sed quiddam simile. Vnde hoc quoque siquid aliud in Mose admiratione dignum existimo, quòd consideratis animalium differentijs, siue diuinitus edoctus quid cognationis cum quibus dæmonibus habeant singula animalia, siue suapte sapientia peruesti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gatis eorum ordinibus, omnia pronunciauit impura è quibus præsagia sumunt Ægyptij cæteriq; homines: reliqua uero quæ nõ sunt huius generis pura ferè omnia: & in ordine impurorum censentur apud eum lupus, uulpes, draco, accipiter, aquila, & his similia: & maxima ex parte non solum in lege, sed & in prophetis inuenire licet id genus animalium exempla proponi ceu pessimorum, nec unquam in bonam partem lupum aut uulpem accipi. itaq; uidetur quæq; dæmonum species habere inter animalia quampiam speciem sibi similẽ. Et quemadmodũ inter homines alijs alij sunt potentiores, nõ semper quia meliores: ita fieri potest ut dæmones dæmonib. sint potẽtiores in rebus indifferentibus, utentes alijs animalibus alij quo decipiant homines, iuxta uoluntatem principis huius seculi, ut eum scriptura nominat, nunc hæc nunc illa mittentes prodigia. Ac uide maliciam dæmonum, quomodo etiam è mustelis quidam aptẽt præsagia: & tecum ipse reputa, utrum sit credibilius à deo moueri augurales aues, tũ quicquid obseruatur in auspicijs: an malos dæmonas uim suam in eis exercere, cum possint etiam in hominibus, sicut in sacris literis legitur de arrepticijs insessis ab impuris (ut ipsæ uocant) spiritibus. Quod si propterea diuina est auium anima, quia ex harum obseruatione fata prædicũtur, quin potius de hominis anima sic sentimus, quando ex horum uerbis sumuntur omina? Diuina igitur iuxta hos fuit apud Homerum ancilla pistrinaria sic procis ominans.

Extremam iubeat cœnam illis Iupiter esse.

Et hæc quidem diuina fuit, non item Vlixes amicus Mineruæ homericæ, sed intellecto ancillæ omine gaudebat ut Poeta ait:

Omine lætatus gaudebat diuus Vlixes.

Quodsi aues diuinam habent animam, & deum sentiunt, uel deos ut Celsus loquitur, nimirum & nos homines quoties sternuimus, ex diuina quadam affectione animæ id facimus. sic enim creditur multorum testimonio: unde illud Poetæ, Precanti sternuit omen: Et Penelope sic inquit:

Certum sternutans omen mihi nate fecisti.

Atqui uerus deus ad significanda futura nec brutis utitur, nec istis quæ homini fortuito accidunt, sed animas hominum in hunc usum eligit purissimas & sanctissimas, quas numine suo correptas reddit fatidicas, quapropter cumprimis mirifice in lege Moysis præcipitur: Nec augur nec auspex sit inter uos, & alibi: Nam gentes quas dominus deus tuus delebit à facie sua, ipsæ omina obseruant & augu'ria. tibi aũt nõ ista dedit dominus deus tuus. ac mox subiungit: Prophetam exoriri faciet dominus deus tuus è fratribus tuis. Et olim deus per augurem abrogare uolens fidem auguribus, afflatũ eum suo spiritu iussit in hęc uerba prorumpere: Non erunt auspices in Iacobi progenie, nec in Israelitis auguria. Tẽpestiue Iacob admonebitur, & Israeli uerbum suũ deus ratum faciet. Hęc & similia cum non ignoremus, damus operã ut arcanum illud mandatum seruemus: Modis omnibus custodi cor tuum: ne forte in mentẽ nostram obrepat aliquod dæmonium, aut spiritus aliquis aduersarius flectat cogitationes nostras pro suo libitu: precamurq; ut illustret corda nostra lumen cognitionis gloriæ dei, inuisente nostram imaginatiuam facultatem dei spiritu, & suggerente cogitationes dignas deo. Nã quot quot spiritu dei ducuntur, hi filij dei sunt. Sciendum autẽ præscientiam futurorum nõ esse rem omnino diuinam: est enim per se indifferẽs, ut quæ cadat in malos æque ac bonos. itaq; etiam medici ex arte sua præuident quædam etiamsi malis sint moribus: gubernatores itũm etiamsi nequã sint habent sua prognostica unde futuras tempestatum mutationes colligunt experientia docti & diutinis obseruationibus, nec tamen ideo pro diuinis habentur si sint impuris moribus. Falsum est igitur quod Celsus dicit, quid præscientia prenunciationeq; futurorum diuinius: falsum item, multa brutorum conari cogitare de deo: nullum enim brutum de deo quicquã intelligit. falsum & illud, bruta maximã familiaritatem habere cum deo, quando etiã homines alioquin excellẽtes, si mali sint, longissime absunt à cõsuetudine cum deo, quæ solis uere sapientibus & sincerè pijs conceditur: quales nobis sunt prophetæ & in his Moses, de cuius magna puritate scriptura testatur dicens: Moses solus accedet ad deũ propius, reliqui non accedent. Iã illud q̃ impie dictũ est ab isto nos accusante ut impios, bruta nõ solũ sapiẽtiora esse

Leuit. 19
Deut. 18
Num 23
Prouerb. 4
Rom. 8
Exod. 19

esse hominibus, sed deo quoq; cariora q̃ homines: quod quis non abominetur, draconẽ, uulpem, lupũ, aquilam, accipitrẽ magis dilectos esse deo q̃ naturam hominũ? nam si hoc uerũ esset, necessario consequeretur, Socratẽ, Platonem, Pythagoram, Pherecydem, uiros diuinos & tantopere laudatos minus q̃ has animantes caros esse deo: quæ felicitas in Celsi caput uertat ut cũ ijs ex æquo deo carus sit, fiatq; ipsorũ similis, quę sua sententia hominibus prætulit. nec tamen putet sibi male precatũ. quis enim non optarit fieri q̃ simillimus his quos putat deo longe carissimos, ut & ipse ametur à deo? Adhæc contendens colloquia brutorũ sanctiora esse q̃ nostra, dicit hoc ex autoritate nõ quorumuis sed prudentiũ. ergo bonorum, quando nemo malus prudens est. proinde sic loquitur: Aiunt uiri prudentes etiã colloquia inter bruta illa fieri, dubio procul sacratiora nostris: eaq; se intelligere satis declarare ipsa re, indicando hoc aut illud facturas aues, aut abituras aliquo, ita ut prædixerant. Si ueritatem consideremus, hoc nemo dixit sapiens, nemo prudens putauit sanctiora brutorũ colloquia q̃ hominũ: alioqui iuxta rationes Celsi sanctiora erunt q̃ grauissimę disputationes Pherecydis, Pythagoræ, Socratis, Platonis, aliorũq; philosophorũ, quod adeo nõ est uerisimile, ut nihil dici possit absurdius. Sed esto esse aliquos qui ex inarticulata uoce auiũ discentes prædicãt abituras aliquò, facturas'ue hoc aut illud, dicemus hoc quoq; dæmonas indicasse hominibus non in aliud quàm ut eos decipiãt, eorũq; mentẽ alienẽt à deo, abstractã à cœlo ad terrã aut etiã inferius. Porrò quod ad elephantos attinet, nescio ubinã Celsus iurãmentũ eorum audiuerit, esseq; hos nobis religiosiores erga cæleste numen, deumq; noscere. Equidem memini narrari multa miranda de huius animalis natura & mansuetudine, nemo tamen quod sciã de elephantorũ iureiurando prodidit, nisi fortasse fœdus cũ homine semel inimicũ perpetuoq; seruatum intelligi uult hoc nomine: q̃d ne ipsum quidẽ uerũ est. nã & si raro, nõnunquã tamen eos oblitos cõsuetudinis efferatos cõtra homines legimus, & ob id è dominorũ sententia necatos ut inutiles. Quoniã aũt mox in argumentũ pietatis, qua nos illis inferiores uideri uult, adducit ciconias nutricationis uicẽ reddentes suis parentibus: respondemus ne hoc ex reputatione officij ciconias facere aut ratione aliqua, sed instinctu naturæ in brutis exemplũ præbentis hominibus, ut pudeat eos gratiã autoribus uitæ suæ nõ referre. Quodsi Celsus sciret quantũ interfit ratione hæc fiant an natura, nunquã in laude pietatis ciconias anteferret hominibus. at ille contentiose palmã hanc brutis asserit, producens etiã arabicam alitẽ phœnicẽ in mediũ, post multorũ annorum interualla in Ægyptũ deuolantẽ, eoq; deferentẽ patrem suum defunctũ in globo myrrhæ sepeliendũ in fano solis. Id narratur quidẽ, sed naturale potest esse, si tamen uerũ est: & fortasse diuina prouidentia largitatẽ suam hominibus cõmendare uoluit tã numerosa uarietate animaliũ quibus ornauit mundũ hunc, adeo ut nõ desit quod in suo genere sit unicũ, non ut ipsam auẽ miremur, sed eius conditorem potius. Quoniam autem post hæc omnia sic Celsus concludit: Ergo non homini hæc facta sunt, sicut nec leoni, nec aquilæ, nec delphino: sed quò mundus hic, ita ut opus dei decet, esset integer & modis omnibus absolutissimus cõstans ex rebus omnibus, ideo diuersa sunt omnia, non ut inter se, sed ut uniuersitati cõgruant: nã hæc deo curæ est, hanc nunquam destituit prouidentia, nec detrimentum sinit capere: hãc nec post certa seculorum interualla interuisit, nec iratus hominibus, quibus nõ magis indignatur quàm simijs aut muribus: nec alicui operum suorum minatur, ut quæ singula ordine suo distributa sint: age saltem paucis ei respõdeamus. Puto autem iam ex antedictis satis ostensum, quòd homini & rationali natura facta sint omnia. potissimũ enim propter rationale animal omnia creata sunt. Neget igitur Celsus facta uel homini, uel leoni, uel cuicunq; horum quæ enumerat: nos dicemus, non leoni quidem, neque aquilæ, neq; delphino, rerum opifex hæc condidit, sed uniuersa propter rationale animal, & ut dei hoc opus integrum absoluatur partibus omnibus. nam huic ut recte dicto assentiendum est. Sed non solam uniuersitatem deus curat, ut Celsus opinatur: imò præter eã quicquid rationis est particeps, nec unquã curare desinet. nã etiamsi detrimenti aliquid capiat rerum uniuersitas propter uiciatam rationalem naturam, non cessat tamen prouidentia quo minus peccatum expiet, & post interuallum temporum ad se conuertat omnia. Nec simijs irascitur aut muribus, sed homines legum naturæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

transgressores pœnis castigat, eisq; per prophetas minatur, atq; etiam per eum qui aduentu suo seruauit genus hominum, ut territi ad bonam mentem se uertant, contemptores autem sermonis emendatorij pœnas ut par est luant meritas: quemadmodum deum decet punire noxios in ipsorum utilitatem, quibus emẽdatione tali opus est: cæterum quia iam quartũ quoq; uolumen satis excreuit, hic finẽ sermoni faciamus. Faxit deus per suum filium, qui ipsius est sermo, sapiẽtia, ueritas, iusticia, & quicquid ei sacræ scripturæ de deo loquentes tribuunt, ut quintum quoq; aggrediamur in lectoris utilitatem, eumq; absoluamus ipsius fauore aspirante nostro animo.

LIBER QVINTVS.

NOn studio uetitę loquacitatis, quæ non potest peccatum effugere, iam quintum librum contra Celsi scripta incipimus sacer Ambrosi, sed pro uiribus conantes nihil eius dictorum inexaminatum præterire, præsertim sicubi uidetur nõ stulte accusare nos aut Iudæos. certe si possemus penetrare conscientias quorumlibet qui in eius libros inciderunt, & extrahere tela sauciantia non satis munitos armatura dei, admouereq; rationale remedium inflicto per Celsum uulneri, perlibenter hoc faceremus. nunc quoniam hoc dei solius opus est, per spiritum suum unà cum Christi spiritu adire quos aduẽtu suo dignatur: nobis autem qui conamur uerbis & scriptis homines ad fidem adducere, animus est per omnia curare ut uocemur operarij sine ignominia recte secantes sermonem ueritatis, & in primis argumenta quæ Celso uidentur uerisimilia dissoluere, bonaq; fide iussa tua exequi: age pergamus reliqua conuellere, propositis eius uerbis quæ deinceps sequuntur post iam confutata, recte an secus penes æquum lectorem esto iudicium. Deus faxit ne mens nostra eius adspirationis uacua disputationem hanc tractet, ut fides eorum quibus prodesse optamus, non sit in humana sapientia: sed accepto Christi spiritu, ab eo qui solus eum dat pater, adiuti in percipiendo uerbo dei, demoliamur omnem altitudinem attollẽtem se contra dei noticiam, simulq; fastum Celsi quo aduersum Iesum nostrum Mosemq; & prophetas erigitur: ut eo qui dat uerbum euangelizantibus uirtute multa, nobis quoque id præbente, multamq; uirtutem donante, apud lectores fidem impetremus per uerbum atque uirtutem dei. Ac primùm aggrediemur uerba eius hæc: Deus ô Iudei & Christiani deiq; filius nullus unquam descendit, nec potest descendere: quòdsi de angelis eius loquimini, quinam illi sint dicite: dij'ne, an genus aliud. mirum ni dæmones. Hactenus ad toties eadem repetendo obtundentem Celsi loquacitatem, cui iam sæpius responsum est in superioribus, non multis uerbis opus est: sufficiunt enim quæ iam dicta sunt: pauca tamen è multis adijcemus eodem facientia, licet non prorsus eadem: quibus ostendemus eũ dum in totum negat ullum deum descendisse ad mortales aut dei filium, uulgatam quoq; opinionem tollere de deo uiso inter homines, sicut ipse superius fassus est. Si enim in uniuersum uerum est quod Celsus dixit: nec deus nec dei filius ullus unquam descendit, neque potest descendere: manifeste uanum est esse deos quosdam in terra cœlitus delapsos ut hominibus uel oracula reddant, uel afferant morborum remedia: Non Pythius, non Æsculapius, non alius quisquam eorum qui talia putantur facere, deus erit è cœlo profectus: aut etiamsi deus sit, in perpetuum ad habitandam terram destinatus, & uelut exul è deorum sedibus, indignus erit deorum consortio: & Apollo unà cum Æsculapio suo similibusq; deitate spoliati longe deteriores habebuntur uitis inter homines præcellentibus, uirtutis gratia consecratis & receptis in cœlitum numerum. Vide quo modo nostra placita uolens subuertere, quamuis per totum commentarium suum dissimularit se Epicuri sectatorem, nunc furtim in eius castra transfugere deprehenditur. Itaque superest ut lector scriptis eius assentiens aut neget ullum deum in gratiam hominum descendere: aut si hoc recipere placet ut uerum, mendacij notam Celsi libro inurat: Ergo si omnino prouidentiam tolles, hoc pacto mendaces facies in suis scriptis in quibus prouidentiæ deorumq; fit mentio. Quod si prouidentiam concedis, à Celso hic dissentiens negante deum ullum deiue filium ad homines descendere aut descen-

descendisse: cur nõ diligenter perpẽdis examinãdo quæ de Iesu nostro dicimus, queq; prophetæ de illo prędixerũt, uter potius credẽdus sit deus deiq; filius ad mortales descẽdisse, Iesus ne q tãtas res dispẽsauit perfecitq;, an isti q prętextu uaticiniorũ non solũ nõ sanant à suis uicijs quos curãdos suscipiunt, uerũ etiã ipsi à sincero castoq; dei cultu deficiunt, in eandẽq; defectionẽ alios quoq; autoritatẽ suã sequentes pertrahũt, ab unius solius ueri & manifesti dei cultu alienatos, seducẽdo animas eorũ ad religionẽ deorum pluriũ. Quoniã aũt mox quasi respondissent Iudæi aut Christiani angelos esse qui descẽderunt ad homines, Si angelos dicitis inquit: pergitq; rogare dij'ne sunt an aliud genus: ac rursum quasi responsum accipit aliud genus esse ad dæmonas pertinẽs: age cõsideremus hęc quoq;. Fatemur quidẽ & angelos esse ministratorios quosdã spiritus, crebro mittente deo cõmeantes ad eos homines quos manet salutis hæreditas: hosq; modo ascẽdere ad purissima loca cœlestia, et puriora etiã supercœlestia, oblaturos preces hominũ: modo rursum descendere ad homines reportando illinc aliud in usum singulorũ ut quisq; dignus est beneficio. Hos spiritus angelos ex officio suo nominare docti, inuenimus propter diuinitatẽ quandã interdũ deos uocari à sacra scriptura, sed nõ sic ut iubeamur eos adorare aut diuinis honoribus colere, quãuis dona dei nobis asserant. Omnia enim uota, oẽs interpellationes, deprecationes, & gratiarũ actiones destinandæ sunt ad deũ rerum omniũ dominum, per maiorẽ omnibus angelis summũ pontificẽ uiuum uerbũ & deum. Gratias agemus etiã ipsi uerbo, interpellabimus, uota & preces ei offeremus, modo intelligamus quomodo hæc accipiant uel abusiue uel proprie. angelos enim inuocare absq; ipsorũ cognitione cuius homo capax non est, nõ uidetur rationi consentaneũ. atq; ut demus ab homine cõprehendi mirã quandã & arcanã eorum naturę noticiã, officiorũq; quibus funguntur singuli: hoc ipsum cohibebit nequis audeat preces offerre nisi soli domino deo, qui unus omnibus abũde sufficit, per seruatorẽ nostrũ dei filiũ, uerbũ, sapientiam, ueritatẽ, & quicquid de eo prophetarũ apostolorũq; Iesu literæ prædicãt. & hoc nobis angelos dei reddit satis propitios, ut libenter pro nobis faciãt omnia, q̃ quantũ humana natura fert bene affecti sumus erga deũ, imitando in hoc angelos, qui & ipsi deũ imitantur: & q̃ filiũ eius uerbũ quantũ possumus cõplectimur, quãuis melius intellectũ à sanctis angelis, contendentes tamẽ ad clariorẽ indies eius noticiã. At iste ut nostrarũ scripturarum ignarus, sibijpse pro nobis respondet, q̃ aliud genus quàm deorũ esse dicamus descendentes ad benefaciendum mortalibus angelos, nimirũ dæmonas: ne id quidẽ uidens quòd non sit hoc uocabulũ medium ut hominum, inter quos alij boni sunt, praui alij: neq; bonum quale deorũ, accipiendo non pro malis genijs, aut statuis, aut animalibus, sed pro deum noscẽtibus ueris diuinis & beatis: semper aũt significet malos & impostores genios nudos crassiore corpore, qui homines à uero deo rebusq; cælestibus detrahũt ad hæc humilia. Post hæc de Iudæis sic loquitur: Ac primùm Iudæos merito demiror, si cum cœlum & cœlites angelos uenerentur, augustissimas eius partes potentissimasq;, solẽ, lunam, alias'q; stellas uel errantes uel fixas neglectim prætereunt: quasi fieri possit, ut quod totũ deus est, partes deitatis expertes habeat: aut quasi eos, qui cęcutientibus & malis artibus deditis obuersantur in tenebris per obscuras somniorũ imagines, bonũ sit colere: hos uero qui tã clare nobis diuinam suam maiestatẽ ingerunt prędicendo pluuias, æstus, nubes, adorata'q; nonnullis fulgura, & fruges prouentus'q; oẽs depromunt, conspicuos summi dei præcones, & uere cœlestes angelos, pro nihilo ducere. Hic mihi Celsus uidetur confuse ut male intellecta scripsisse, liquet enim Iudæorũ placita examinãtibus, et Christianorũ ad illa cõferẽtibus, q̃ Iudęi legi obtẽperãtes dicẽti ex persona dei: Nõ habebis deos alios præter me: nõ facies tibi idolũ nec ullã similitudinẽ quę in cœlo sũt supra, eorũue quæ in terra infra, aut sub terra in aqs sunt: nõ adorabis ea neq; coles: nihil aliud colũt q̃ deũ uniuersorũ dominũ, creatorẽ cœli rerũq; omniũ. æque manifestũ est q̃ q iuxta legẽ uiuẽtes creatorẽ cœli colũt, cœlũ ipsum pari honore nõ dignãt. quin & cœlestes angelos nemo adorat qui se legi Mosis subdidit: & sicut solẽ lunãq; et astra ornamẽta mũdi adorare nõ audẽt, sic nec cœlestes angelos inhibiti lege sic prędicẽte: Ne suspiciẽs in cœlũ uiso sole, luna, cæterisq; stellis, quibus mũdus ornat, in errorẽ lapsus adores ea colasq; p numinib. quę attribuit dñs deus tuus uniuersis gentib. Hoc li

Exod. 20

Deut. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

cet inconcessum ipse sibi sumens, quòd Iudæi cœlum adorent, infert absurdum aliud, accusans eos qui cum cœlum adorent, grauentur tantundem honoris deferre soli, lunæ & stellis: quasi fieri possit ut quod totum deus est, partes deitatis expertes habeat: totum dicens cœlum ut uidetur, partes uero eius solem lunam & stellas. Atqui nec Iudæi nec Christiani cœlum esse deum pronunciant: sed demus esse uerũ quod dicit, cœlum à Iudæis haberi pro deo: demus etiam partes cœli esse solem, lunam & astra, quod nequaquam uerum est, nã nec terrestria animalia stirpes'ue partes terræ sunt: unde uel ex Græcorum placitis euincet, si totũ sit deus, etiam partes eius esse numina. Certe totum mundum deum esse dicunt, Stoici quidem primarium, platonici uero secundariũ: nec desunt qui tertiũ inter deos locũ ei assignent. Ergo iuxta horũ opinionẽ quia mundus uniuersus deus est, partes quoq; erunt diĳ: nec solum homines, sed & bruta & stirpes. Quodsi inter partes mundi & montes sunt & flumina & maria, totus aũt mundus deus est, iam & flumina diĳ sunt & maria: id quod ne Græci quidẽ dicturi sunt, sed præsides eorũ uel deos uel dæmonas nominant. atq; ita etiã iuxta Græcorũ duntaxat prouidentiã asserentium sententiã, falsa erit illa uniuersalis Celsi propositio, quicquid totũ deus est, eius partes quoq; esse numina. alioqui cõcesso uerũ esse quod ait mundũ esse deum, sequetur ut quicquid in eo est, numerũ deorum augeat cum pars mundi sit, etiã animalia, ne muscis quidẽ exceptis & scinipibus & uermibus omnicq; serpentũ specie, tantoq; magis aues, pisces: quod Iudæis etiam si mundum deum faterentur, per Mosis legem non liceret cõcedere, quantumuis nihil reconditioris sensus in ea nescentibus: imò ne cœlo quidem dei naturã tribui permittent aut angelis. Quoniã aũt diximus eũ perturbatum quibusdã parũ intellectis, age hæc quoq; declaremus pro utribus, ostendamusq; falli Celsum qui putat cœlũ à Iudæis adorari aut angelos, cũ id ab eorum religione sit alienissimũ, perinde atq; solis, lunæ, stellarũ, statuarum adoratio uetita ipsorũ legibus. Extat apud Hieremiam sermo dei, per prophetam expostulantis cum Iudæorum populo quòd adorent talia, & reginæ cœli sacra faciãt omnicq; cœli militiæ: Christianorum etiam scripta idem crimen Iudæis obĳciũt, quòd propter talia peccata de-
Amos. 5 serti sint à deo. Sic enim in Actis apostolorum de eis scriptum est: Conuertit se autem deus, & tradidit eos, ut colerent militiam cœli, sicut legitur in libro prophetarum: Nũ uictimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? & suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus dei uestri Rempham, figuras quas fecistis ad adorandum eas. Paulus item exquisite doctus in Iudæorum literis, ac post miraculosa
Col. 2 uisione ad Christum conuersus, sic Colossenses alloquitur: Nequis uobis palmam interuertat data opera per humilitatem & superstitionẽ angelorum, in his quæ nõ uidit fastuosus incedens, frustra inflatus à mente carnis suę: nec obtinens caput, ex quo totũ corpus per commissuras & compagines subministratum & compactum, augescit augmento dei. Hæc cũ nec legisset nec audisset Celsus, nescio quomodo inducit Iudæos saluis ipsorum legibus adorantes cœlũ & cœlestes angelos. præterea pari ignorantia confusus, nec diligenter considerato hoc loco, putauit Iudæos per carmina magica euocatis quibusdam angelorum spectris persuasos ut adorarent cœlestes angelos, non intelligens q; & id præter præscripta suæ legis fecissent dicẽtis, Nõ sectabimini uentriLeuit. 19 loquos, & incantatoribus nõ adhærebitis ut polluamini ab eis: ego dominus deus uester. Debuerat igiť aut in totũ tacere hęc de Iudæis si legẽ seruantes intelligi uoluit: aut addere præter legẽ suã ista facere solitos. Sic etiã præuaricatores legis excęcati malis artibus in tenebris adorant obuersantes sibi per somnũ obscuras imagines: ĳdẽq; astris sacra faciunt: nec cohærent quæ dicit, cauere illos ab adoratione solis, lunæ, stellarũq;, cũ angelos adorare non sit eis religio. Quòd si à nobis quoq;, qui nec ipsi angelos adoramus, postulatur ratio, cur non colamus solem, lunam, sidera, aliosq; quos Græci conspicuos deos nominant & sensibiles: dicemus in Mosis lege haberi: deum hæc attribuisse uniuersis gentibus quæ sub cœlo sunt: at non ĳs quos peculiarem portio-
Deut. 4 nem selegit sibi ex omnibus terræ populis. Scriptum est certe in Deuteronomio: Caue ne suspiciens in Cœlum uiso sole, luna, stellis'que cæteris quibus mundus ornatur, in errorem lapsus adores ea colasq; pro numinibus: quæ attribuit dominus deus tuus uniuersis gentibus, quæ degunt sub cœlo. Nos autem assumpsit deus, & eduxit nos ex

ex Ægypto fornace ferrea, ut essemus populus eius peculiaris & hæreditarius sicut in die hac. itaque cum genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquitus uocati sint à deo Hebræi, de quo uoce ipsius domini Abrahamo prædictum si fuerat: Suspice in cœlum, & numera stellas si potes: sic erit semen tuũ: spem habentes fore ut æquentur stellis numero, non poterant adorare eas, ad quarũ multitudinem nõ nisi per obseruationẽ legis peruenire poterant. Dictũ est enim eis: Dominus deus noster multiplicauit uos, ecce estis hodie tã multi q; cœli sidera. Daniel propheta uaticiDaniel. 12 natur talia de resurrectione: Et in tẽpore illo saluabiť populus omnis qui scriptus est in libro & multi ex his qui dormierunt in terræ puluere, euigilabunt, alĳ in uitã æternam, alĳ in opprobriũ & ignominiã æternam. qui aũt docti fuerint fulgebunt tanquã splendor firmamenti: & qui ad iustitiã erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpętuas æternitates & amplius. Unde sumptũ est & quod Paulus inquit: Sũt corpora cælestia, sunt cor- 1. Cor. 15 pora terrena: sed alia cælestiũ gloria, terrestrium alia. alia est claritas solis: alia claritas lunæ, alia claritas stellarũ. stella enim à stella differt in claritate: sic & mortuorũ resurrectio. Itaq; non decebat eos qui didicerant generose omnem creaturã transcendere, speraręq; à deo præclara bene actæ uitæ præmia, audierantq; uocẽ illam: Vos estis lux mũ- Matth. 5 di: &, Luceat lux uestra corã hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificẽt patrẽ uestrum cælestẽ: contendebantq; studĳs feruentibus ad immarcescibilẽ illam sapientiã, aut iam perceperant, eã inquam quæ æternæ lucis splendor est, obstupescere ad solis, lunę, stellarũq; lumen sensibile, intantũ ut propter id se inferiores existimarent, cũ ipsi habeant tantã lucem intelligibilẽ, lucem uerã, lucem mundi, lucem hominũ: adoraręq; illa à quibus adorari potius mererentur, non propter sensibilẽ lucem, sed propter illam ueram & intelligibilẽ. Siquidem etiã cœlestes stellæ animalia sunt rationalia uirtute prædita, illustrata cognitionis lumine à sapientia illa quę est splẽdor sempiterni luminis. Etenim sensibile eorũ lumen opus creatoris est: intelligibile aũt fortassis et ipsorũ, profectum à uoluntate propria. Et tamen nec ipsum adorandũ est ab eo qui uerũ lumen uidet, cui lumini debent omnia quæcunq; eius participãt, nec ab eo qui deũ uidet patrẽ ueri luminis, de quo pulcre dictũ est: Deus est lux, & tenebrę nullæ sunt in eo. Et 1. Ioan. 1 quemadmodũ isti adoratores solis, lunæ, stellarũq;, & admiratores eorũ luminis, nunquã adorarent scintillã ignis aut lucernã in terra, uidentes incõparabiliter præcellentiora quorũ lumen adoratione dignantur: ita qui intelligunt quomodo deus lumen sit, & quomodo filius eius lux uera sit illustrans omnẽ hominem in hunc mundũ uenientem et intelligunt etiã illud dictũ: Ego sum lux mũdi: immerito adorarent paruam ue- Ioan. 8 lut scintillã solis lunæ astrorũq;, si cõferatur ad uerũ illud lumẽ quod deus est: nõ quod contemnant tã egregium dei opificiũ, aut sicut Anaxagoras globum ignitũ solem existiment, lunamq; & astra cætera, sed moti præstantia inenarrabili, qua deus longe post se relinquit cętera omnia, sicut & unigenitus eius filius. Nec ignorantes quod ipse sol, luna stellæq; preces offerant deo rerum omnium domino, iudicamus non opus esse ut precibus sollicitemus eos qui ipsi precantur quandoquidem id gratius est eis, si precaturi deum potius accedamus quam se, & preces nostras non diuidamus. Hoc loco libet exemplum adducere. Seruator noster & dominus, appellatus aliquando præceptor bonus, ad patrem suum remittens eum qui se sic appellauerat, inquit: Quid me Matth. 19 dicis bonũ? nemo bonus, nisi unus deus, meus pater. quodsi id recte ut imago bonitatis dei dixit dilectissimus patris filius, annõ iustius sol diceret suis adoratoribus: Quid me adoras? Dominum deum tuum adorabis, & ei soli seruies, quem & ego & omnes Matth. 4 qui mecum sunt, adoramus ac colimus. quod si quis tantus non est, nihilominus etiam talis cum precibus adeat dei sermonem qui eum sanare potis est: magisq; etiam patrẽ ipsius, qui & prĳscis iustis emisit uerbum suũ & sanauit eos, & liberauit eos è corruptionibus eorum. Deus igitur pro sua bonitate non localiter sed per prouidentiam cõdescendit hominibus: & eius filius, non solũ tunc, sed & semper cum suis est discipulis, iuxta promissionẽ illam: Ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus usq; ad cõsummationẽ seculi. Et siquidem palmes non potest fructum ferre nisi in uite maneat, liquet q; etiam Matth. 28 uerbi discipuli, intelligibiles ueræ uitis, hoc est uerbi, palmites, non possunt proferre fructus uirtutis, nisi maneant in uera uite Christo dei, qui etiam localiter nobiscum

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in terra uersari dignatus est, uelut cum adnatis sibi undique: iam uero etiam nescientibus eum adest ubique quod Ioannes euangelista ex persona Ioannis baptistæ indicat dicentis: Medius uestrum stat, quem uos nescitis, post me ueniens. Absurdum autem esset, cum is qui cœlum & terram implet dicens, Nonne cœlum & terrã ego impleo, Heb. 23 Ibidem. ait dominus: nobis præsto sit & in proximo: credimus enim dicenti, Deus propinquans ego sum non deus longinquus, ait dominus: quærere cui uota facias non semper ubique præsentem solem, lunam aut stellam aliquam. Esto autem (ut Celsi uerbis utar) prædicere nobis solem lunam ac stellas futuras pluuias, æstus, nubes, tonitrua: annon ergo si prædicunt talia, deus potius adorandus est cuius iussu prædicunt, illeq; potius obseruandus qui his utitur pro uatibus? Prædicant & fulgura & fructus omnesq; prouentus, depromant omnia talia, non tamen eos adorabimus ideo, sicut nec Mosen posteriores q; dei prophetas, qui prædixerunt meliora quàm pluuias, æstus, nubes, tonitrua, fulgura, fruges q; & prouentus sensibiles: imò etiamsi sol, luna stellæq; meliora uaticinarentur quàm pluuias, ne tum quidem eos adoraremus, sed patrẽ prædictionum autorem, eiusq; ministrum uerbum dei. Sed demus eos etiam præcones eius esse ueréque cœlestes angelos: quî poterimus hos potius adorare quàm eum cuius sunt præcones & angeli? Hoc autem ipse sibi pro confesso sumit Celsus, quòd solem, lunam, stellasq; habeamus pro nihilo, cum fateamur ab ipsis quoque expectari reuelationem filiorum dei, subiectis in præsens uanitati materialium corporum, propter illũ q; ea subiecit in spe. Atqui si sciuisset Celsus præter innumera alia quę de sole, luna, stel- Psal. 148 lis q; que prædicamus, uel illud, Laudate eum omnes stellæ & lumen: uel illud, Laudate eum cœli cœlorum: nunquam de nobis pronunciasset, tantos laudatores dei haberi à Rom. 8 nobis pro nihilo. ac ne id quidem nouit, quod expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat. uanitati enim creatura subiecta est non uolens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Hactenus satis responsum sit ad id quod negat nos solem, lunam, stellasq; colere: iam recitabimus ipsius uerba quæ deinceps sequuntur, ut ad ea mox respondeamus quicquid ueritatis lumen suggesserit. ea sic habent: Stultum porrò & illud, putare deum postquam ignem coqui more iniecerit, reliquum quidem hominum genus omne excocturum: se autem solos permansuros, non solum qui tunc uiuent, sed & iamdudum defunctos in eadem carne rediuiuos emergentes è terra: quæ spes uermibus dignior est quàm hominibus. nã cuius hominis anima desideraret corpus iam putre? quando ne uobis quidẽ Christianis dogma hoc placet omnibus, damnatum à pleriq; ut impurum, abominandum, & impossibile. nã qui fieri potest ut corpus omnino corruptum reuertatur in pristinam suam naturam & constitutionem deperditam? Hic cum nihil respondere ualeant, confugiunt ad absurdissimum præsidium, Omnia esse deo possibilia. certe turpia deus non potest, neque naturæ contraria. nec si tu aliquid pro tua miseria concupieris inepte, statim deus id poterit, statimq; id fore credendum est. nec enim inordinati erroris, sed rectę iustæq; naturæ deus est præses. potest animæ uitam æternam largiri: sed cadauera, ut ait Heraclitus, proijci digniora sunt quàm stercora. cæterum carnem refertã non dicendis turpitudinibus sempiternam præter omnem rationem reddere deus nec uolet unquam nec poterit. ipse est enim omnium quę in rerum natura sunt ratio, & proinde tam nihil potest sine ratione, quàm sine seipso facere. Hic uide quomodo mox à principio receptã etiam apud quosdam Græcorum non contemnendos philosophos de mundi conflagratione opinionem irridens, ait nos tanquam de coquo loquentes deum igne utentem inducere: nõ intelligens Græcos aliquot, fortasse sicut ab antiquissima ludæorum gente acceperãt, opinari eum ignem esse mundi lustratoriũ: & forte singulorum etiam hominum quot opus habent ignis huius uel pœnã uel remedio, urentis & non exurentis eos qui non habent materiam cui ab illo igne consumi opus sit: urentis item & exurentis eos qui in actionum, sermonum, cogitationum q; figurate dicto ædificio ligna fœnum q; ædificarunt & stipulam. Ait autem diuina scriptura Dominum sicut ignem conflatorium, & sicut herbam fullonum accessurum quemq; cui opus sit, quòd admixtam habeat quandam uiciosam materiam, ignis qui colliquet cõfusos ex æris, stanni plumbiq; metallis: id quod licet ex Ezechiele propheta discere. Quod autem non ut coquus quispiam, sed ut benefactor deus adhibeat ignem quibus hac castigatione opus est, testabitur & Esaias, apud quem legitur dictum esse ad quendam gentem pec- Esa. 47 catricem. Habes carbones ignis, sede super eos: hi tibi erunt auxilio. Sic autem diuinæ scripturæ sapientia dispensatur ut uulgo lectorum conuenit, minis territans eos qui aliter non possunt conuerti à profusa peccandi licentia: attamen sic quoque inueniet qui obseruabit ad quem finem inducantur afflictis labores & miseriæ. In præsens sufficiet Esaiæ testimonium dicentis ex persona dei: Propter nomen meum ostendam Esa. 48 tibi furorem meum, & gloriosa mea inducam super te, ne perdam te. Coacti sunctus autem explicare quæ simpliciter credentibus & simpliciore uerborum paratu opus habentibus parum congruunt, ne non responderemus Celsi criminationi, de deo in morem coqui ignem inferente. Ex iam dictis patet quomodo obuiandum sit & illi cauillamento, excoquendos esse omnes cæteros, ipsis solis incolumibus. Non mirum autem si de nobis sic sentit, quos stulta mundi & ignobilia contemptibiliaq;, & quæ non sunt, sacræ literæ nominant: quandoquidem per stultitiam prædicationis placuit deo seruare credentes in se, posteaquam in sapientia dei non agnouit mundus deum per sapientiam, non ualens nec uolens singulas scripturarum locos articulatim disquirere, quamuis inuitante huc Iesu dicente q;: Scrutamini scripturas: & proinde sic crasse de igne intellexit, de q; his quæ peccatoribus euentura sunt. Et fortasse quemadmodum paruis pueris fabulari conuenit pro captu eorum infantili, modo sic educentur ad meliora: sic istis quos scriptura uocat stultos huius mundi nullius q; existimationis & ignobiles, conuenit expedita hæc doctrina de pœnis & castigatione, aliam emendationem non admittentibus, quam quę metu & imaginatione mali absterret à uicijs. Itaque hæc doctrina solos immunes ab incendio fore pollicetur, qui incorruptas opiniones, mores, puros, mentem denique egregiè puram conseruauerint: reliquos horum dissimiles, ignis castigatione pro suis meritis opus habentes, dispensandos ad certum quendam finem, ut dignum est eos qui ad imaginem diuinæ naturæ facti, contempta dei uoluntate non studuerunt ut uita responderet eidem imagini. Atque hæc dicta sint de excoctione quam cauillatur humani generis, solis nostris incolumibus. Deinde, quod uel è sacris literis non intellectis hausit, uel ex his qui eas non intelligũt audiuit, ait nos dicere, in deflagratione mundi nos solos euasuros, non tantum quotquot uiuos ea clades deprehendet, uerum etiam dudum defunctos: non capiens apostoli Iesu uerba per arcanam sapientiam prodentia, quòd non omnes quidem dormi- 1. Cor. 15 emus, omnes tamen mutabimur, in puncto temporis, in momento oculi, in tuba ultima. canet enim tuba, & mortui resurgent incorruptibiles, & nos quoq; mutabimur. Atqui debuerat mentem hæc dicentis cognoscere, quòd ut nequaquam mortuus separat ab illis se suiq; similes, post hæc uerba, Et mortui resurgent incorruptibiles: subiungens illa, & nos immutabimur. Id q; in eo sensu apostolum scripsisse ad Corinthios, confirmabo per ea quæ idem scribit in priore ad Thessalonicenses ut uiuens uigilanse- 1. Thes. 4 que & diuersus à dormientibus. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quòd nos qui uiuemus, & reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam præueniemus eos qui dormiunt. quoniam ipse dominus cum classico uocis archangeli & cum tuba dei descendet de cœlo: & mortui in Christo resurgent primum: deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus, simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum domini in aera. Et quoniam comicè mordet carnis resurrectionem prædicatam in ecclesijs, apertius intellectam à sapientioribus, nec est opus iterum eius dicta repetere: age hanc quoque quæstionem tractemus quatenus decet in conflictatione cum profano homine, habita ratione paruulorum qui fluctuant ad omnem uentum doctrinæ hominum impostorum, in errorem quosuis pertrahẽtium, quantum possumus ad captũ uulgaris lectoris nos accommodantes. Ergo nec q; nos neque diuinæ literæ aiunt mortuos è terra emergentes reuicturos cũ ipsis carnibus nihil mutatis in melius: sed hæc mera est Celsi calumnia. audimus enim multas scripturas sic de resurrectione loquentes, ut dignum est deo harum autore, ex quibus in præsentiarum unum Pauli locum adduxisse sat erit ex priore ad Corinthios epistola, ubi sic scribit: At dicet aliquis: quomodo 1. Cor. 15 resur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

resurgent mortui? quali autem corpore uenient? Stulte, tu quod seminas non uiuificatur, nisi mortuum fuerit. Et hoc quod seminas, non corpus, quod nascetur, seminas, sed nudum granum, exempli causa, tritici aut alicuius ex cæteris. Sed deus dat illi corpus ut uoluit, & unicuiq; seminum suum corpus. Vides quomodo nõ corpus nasciturum ait seminari, sed nudo semine in terram iacto, deo cuiq; semini dante corpus proprium, quadam ceu resurrectione nasci ex ipso sato semine, uel spicam uel sinapis fruticem, uel è maiore nucleo puta oliuæ oleam, & similiter aliam quamuis frugiferam arborem. Deus igitur unicuiq; dat corpus arbitratu suo, quemadmodũ satis seminibus, ita his qui dum moriuntur quasi seminãtur, tempore opportuno recepturi ex illo sato corpus pro dignitate, qualicunq; hos uestire deo libuerit, audimus enim scripturam compluribus uerbis docentem differentiam inter seminatum & resurgens, dum sic loquitur: Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surgit in gloria: seminatur in infirmitate, surgit in uirtute: seminatẽ corpus animale, surgit corpus spirituale. Iam illa capiat qui potest, dum dicit: Qualis terrenus, tales & terreni: qualis cælestis, tales & cælestes: & sicut gestauimus imaginem terreni, ita gestemus cælestis imaginẽ. Quo loco apostolus quamuis celans arcana quædã captum simplicium excedentia, nec conuenientia rudibus qui ad fidem etiamnum instituãtur, tamen ne parum recte intelligeremus eius uerba, postquã dixit, gestemus imaginem cælestis, subiungit, Hoc aũt dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei hæreditare non possunt. ac mox quasi arcano scriptis ad posteros prodito Ecce, inquit, mysteriũ uobis dico. quod dici solet de rebus secretioribus nec cuiuis è uulgo cõmunicandis. nam ut
Tob.12 in Tobia legitur, Arcanum regis celare bonum est: cæterum opera dei magnifice dispensata ad utilitatem hominum, ueraciter ad ipsius gloriam reuelare bonum est. Non est igitur uermium spes nostra, nec anima nostra corpus putre desiderat, sed quamuis corpore opus habeat propter locales migrationes, tamen meditata sapientiam iuxta il
Psal.37 lud, Os iusti meditabitur sapientiam, intelligit differentiam inter domicilium terrenũ in quo diuersatur, & tabernacula illa ad quæ uere iusti suspirant, grauatim hoc præsens domicilium deponentes, malentesq; superindui, ut hoc pacto uita mortalitatem absorbeat. nã cũ omnis natura corporea sit corruptibilis, oportet ut mortale hoc tabernaculum mortalitatẽ suam exuat, mutataq; natura mortis propter peccatum capace, immortalitatem induat: ut ubi corruptibile incorruptibilitatem induerit, & mortale immortalitatem, tunc iuxta ueteres prophetias aboleatur mortis uictoria, qua deuictos sibi nos subiecerat: aboleatur & eius aculeus, quo solet animabus nõ satis permunitis infligere peccati uulnera. Sed quoniam de resurrectione quantum in præsens satis est diximus, de qua alias prolixius suo loco disputatum est à nobis: nunc uero Celsus refellẽdus est, nec intelligens nostras scripturas, nec perspiciens autores earũ uires sapientes non una spe promissionum Christianarum lactatos: age ostendamus uiros etiam in rationali contẽplatione & dialecticis considerationibus non cõtemnendos in eadẽ fuisse sententia: ut si nostra sannas merentur ut humilia & anilia, illi potuis deridendi sint. Certe Stoici aiunt post certas temporum uices deflagrationem huius uniuersitatis fieri, eamq; mox consequi instaurationem omnia restituentem indiscreta similitudine nihil à prioribus differentia. Quibus autem hoc nimium uisum est, aiunt admodum paruã mutationem fieri in posteriore periodo: sic enim uocãt illas uicissitudines. illi aiunt rursum reuerti Socratem Sophronisci filium Athenien sem qualis superiore periodo fuerat, rursumq; Phænareten è Sophronisci coniugio illum progignere. itaque etiamsi resurrectionem non nominent, rem utiq; eandem significant, Socratem renasciturum è Sophronisci semine & Phænaretes utero, educatumq; Athenis philosophaturũ, quasi philosophia quoq; renascẽte per omnia priori simili, ita futurũ est ut etiã Anytus Melitusq; resurgãt accusaturi Socratẽ denuo, & rursum Areopagitarũ senatus capitalẽ in eum proferat sententiã. & quod magis est ridiculũ, eadẽ quæ superiore periodo uestimenta gestaturũ Socratem in eadẽ paupertate degentẽ et in Athenis eisdẽ per omnia. Phalaris etiam rursus tyrannũ aget, & taurus eius aheneus eisdẽ ut ante dãnatis in se inclusis aliena uoce mugiet. Alexãder quoq; Pheræus eandẽ tyrannidẽ eadẽ crudelitate in eosdem exercebit quos olim damnauerat. Et quid opus est recensere hęc stoicorum dogmata

dogmata, adeò non irrisa Celso ut ea ueneretur etiam, & Zenonem Iesu sapientiorem iudicet, cùm Pythagoræ Platonisq; propago quamuis uideãtur incorruptibilem mundum asserere, in similes opiniones incidant, aiunt enim statis annorum circulis stellas ad eandem quam olim habuerant configurationem & inter se respectum recurrere: & inde in terra quoq; eandem rerum faciem necessariò cõsequi, qualis ante aliquot secula sideribus in simili statione dispositis fuerat. Necesse est igitur sideribus ex longo interuallo ad eandem stationem reuersis quam tenuerant Socratis ætate, rursum Socratem nasci patiq; eadem quæ antea passus est, eisdem Anyto Melitoq; accusantibus, eisdemq; Areopagitis damnantibus. Ægyptiorum item doctrina eadem tradens placita, non ridetur à Celso, sed suspicitur: nos uerò qui didicimus deũ uniuersa dispensare pro singulorum opportunitate & habitu, & quantũ fieri potest in melius quæq; uertere: nostræq; naturæ infirmitatem agnoscimus non ualentis ad diuinã illam immutabilitatem proficere, non uidemur dicere quicquam dignum quod examinetur diligentius. Hæc cùm dicimus, nemo suspicetur nos esse ex illo nominetenus Christianorũ numero, qui fidem resurrectioni & scripturis eam astruentibus abrogant: nam in illorũ placitis nusquam est è grano puta tritici spica resurgẽs, aut arbor ex alio semine. nos autem credentes scripturis, non uiuificari quod satum est, nisi moriatur prius, & non id corpus seri quod aliquandò futurum est: deus enim dat ei corpus sicut uult, seminatũ in corruptione suscitans incorruptibile, & seminatũ in ignominia suscitans in gloria, & seminatum in infirmitate suscitans in uirtute, & seminatum animale suscitans spirituale: retinemus tum ecclesiæ Christi sententiam, tum promissionis dei amplitudinem: idq; ita fieri posse non asseueramus tantum, sed etiam confirmamus rationibus: scientes quòd etiamsi cœlum & terra quæq; in eis continentur prætereant, uerba tamen de singulis eorum, ut quæ uel pars totius sunt, uel generis species, nequaquã irrita præteritura sunt, libenter enim audimus eum qui dixit: Cœlum & terra præteribunt, mea uerba non præteri- Matth.24
bunt. nos igitur non aimus corruptum corpus redituriũ in naturam pristinam, sicut neque corruptũ granum tritici. nam sicut è grano tritici exoriri spicam dicimus, ita in corpore insitum quiddam intelligitur, quod ut ipsum non corrumpitur, sic ex eo corpus resurgit incorruptibile: quamuis Stoici asseuerent illud ipsum corruptum corpus redire in naturam pristinam, concessis semel periodis omnia eadem referentibus & instaurantibus colligentes id necessarijs rationibus dialecticis. Nos certè non ad absurdissimum refugium confugimus, dum omnia deo possibilia dicimus. scimus enim hanc uocem Omnia intelligendam nõ de nõ existentibus, nec de ratione carentibus. fatemur etiam deum non posse turpia: alioqui deus posset nõ esse deus. nam si tempore quid facit deus, non est deus. quoniam autem iste addit quòd etiam præter naturam nihil deus uult, hanc propositionem distinguimus. aut enim præter naturam dicendo malum intelligit, & sic fatemur deum nihil præter naturam uelle, nec malum quicquã nec rationi contrarium. quòd si quicquid ratione & uoluntate dei fit, necessariò sequitur id non præter naturam fieri, nihil præter naturam fit à deo, etiamsi uideatur aliquibus incredibile. Quodsi uis facienda est nominibus, dicimus quòd accipiendo naturę uocabulum sic ut uulgus intelligit, quædam sunt super naturam, quæ facit deus interdum supra humanam naturam attollendo hominem, mutandoq; in naturam præstantiorẽ ac diuinio rem, conseruandoq; talem quamdiu seipse præstat conseruari facilem & idoneum. Et quia semel diximus deum nihil posse quod se nõ deceat, quando hoc dejtas ipsius non admittat: dicimus etiam, si fortè quid homo pro sua nequitia stultè uoluerit, id deũ non posse. Adeò uerò contentiosi non sumus, sed ueritatis studio Celsi dicta examinamus, ut assentiamus ei deum non esse cupiditatibus immoderatis obnoxium, nec perturbationibus erroneis, sed rectæ iustæq; naturæ atq; omnis honestatis eum esse præsidem: fatemurq; illum uitam æternam animabus posse concedere. nec potest solum, sed concedit etiam. Quapropter nihil nobis officit Heraclíti dictũ à Celso citatum, cadauera esse abiectiora quàm stercora. certè homines defuncti, propter animam quæ inhabitauit in eis, præsertim si bona sit, non sunt ejiciendi. nam ciuiliores leges iubent eos cum conuenienti honore funerari, ne si proijciantur tanquã iumenta, iniuria fiat animæ egressæ ex eo domicilio. Absit igitur ut deus uelit uel tritici granum sempiternũ esse, sed utiq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpicam enatam ex eo: uel id quod ſeminatur in corruptione, ſed id quod ex eo reſurgit incorruptibile. Iam quod omnium rerum rationem ipſum deum dicit, nos dicimus dei filium, de quo philoſophamur illa: In principio erat uerbum (ſiue ratio) & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Illud uero aſſentimus, deum neque præter rationem, neque præter ſeipſum quicquam facere. Nunc uideamus quid deinceps in contextu uerborum Celſi ſequitur in hunc modum: Igitur Iudæi propria gente conſtituta latiſq; gentilibus legibus, quas etiamnunc circumferunt ſimul cum religione qualicunque, ſed tamen patria, faciunt more aliorum hominum, quorum ſuæ quiſque patriæ inſtituta ſequitur qualiacunque fuerint: id quod uidetur etiam utile, non ſolum quia leges aliis aliæ uenerunt in mentem, & opus eſt ſeruari quicquid ſemel publicè placuit: uerum etiam quia ut eſt credibile, partes terræ ab initio diſtributę ſunt aliis aliæ præſidibus uelut prouinciæ. itaque in ſingulis rectè fit quod receptum eſt moribus, nec fas eſt uiolare prouinciatim inſtituta iam inde ab initio. Hic Celſus indicat Iudæos ſeceſſione ab Ægyptijs facta, quorũ olim pars fuerant, conſtituiſſe gentem propriam, legesq; ſuas retinere ex illo tempore: &, ne eadem ipſius uerba repetamus, utile hoc eis ut ſuis ritibus utantur, ſicut cæteræ gentes ſuis quæque utuntur. Ac mox retruſiorem quandam cauſam profert cur Iudæis inſtituta patria ſeruare expediat: ſubindicans eſſe certos quoſdam terrarum præſides, qui legiſlatores earum adiurent in ferendis legibus. Itaque uidetur ſignificare, Iudæorum quoque regionem & gentem ſubeſſe uni cuipiam præſidi uel pluribus, cuius uel quorum auxilio Moſes ſuas leges pertulerit ad populum. Oportet, inquit, leges ſeruare, non ſolum quia placuit aliis eas ferre aliter, & obſeruandum eſt quicquid approbauit conſenſus populi: uerum etiam quia credibile eſt partes terræ mox ab initio diſtributas alias aliis præſidibus, & uelut prouinciatim gubernari ab eis. Deinde quaſi oblitus Celſus quàm multa contra Iudæos dixerit, nunc in uniuerſali patrias leges ſeruantium laude ipſos quoque complectitur dicens: & certè rectè facit quiſquis uiuit gentis ſuæ moribus. Et uide an non quantum in ſe eſt, Iudæum patriæ legis deſertorem impietatis arguat: dicit enim, nefas eſſe uiolare leges regionum ueteres. Quapropter libenter eum & cum ipſo ſentientes rogarem, quiſnam ſit ille qui ab initio partes terræ ſuis præſidibus diſtribuit, ut inter cæteros utique Iudæorum etiam prouincia ſorte uni cuipiam pluribus ue obuenerit. Num, ut Celſus diceret, Iupiter uni pluribus ue aliquibus attribuit Iudæorum gentem & regionem, uoluitq; ut qui Iudæam prouinciam ſortitus eſſet, tales Iudæis leges ſcriberet: an fortè præter Iouis uoluntatem hoc factum eſt. Vtrumuis reſponderet, in anguſtijs hæreret eius oratio. Quòd ſi à nemine uno diſtributæ ſunt regiones terræ ſuis præſidibus, ergo temerè ut nullo diuidente, ſuam quiſque arripuit, quod & ipſum abſurdum ſit credere, nimirum tollens omnem è rebus prouidentiam. Quomodo autem & in quas prouincias diſtributa terra adminiſtretur à præſidibus, narret nobis qui uult, & oſtendat quàm rectè fiant in ſingulis quæ fiunt arbitratu præſidum: tum quàm rectè ſe habeant Scytharum leges de occidendis patribus, quod exempli gratia dictum ſit, uel Perſarum non arcentes nec matres à filiorum, nec patres à filiarum connubio, ſed quid opus eſt me uarias gentium leges ex ſcriptoribus colligere, & dubitare per ſingulas quàm rectè fiant ex præſidum ſententia. Dicat Celſus quomodo impium ſit uiolare leges patrias de ducendis filiabus aut matribus, aut de beato ut putant, uitæ fine per ſuſpendium, aut per rogum, in quem ſi quis uiuum ſe mittat, aiunt purgari animam, & unà eum corpore abſumi peccata omnia. quomodo nefas ſit ſoluere leges Taurorum exempli gratia, hoſpites pro uictimis Dianæ mactantium, aut Afrorum filios Saturno immolantium. eadem Celſi ratiocinatione ſequitur impiè Iudæos facere, ſi præuaricentur leges patrias de non colendo alio deo præter huius mundi opificem: eritq; iuxta ipſius opinionem fas & pium non naturale ſed arbitrarium. Eſt enim pium apud alios uenerari crocodilum, & ueſci animalibus conſecratis aliàs, apud alios uitulum, & rurſum alios hircum pro deo colere. atque ita fiet ut unus & idem pius ſit aliorum legibus, aliorum contrà impius: quod eſt longè abſurdiſſimum. Reſpondebunt fortaſſe pietatem in hoc ſitam ſi fiat iuxta leges patrias, quòd externæ obligent neminem: nec ſtatim eſſe impium qui ab aliis impius habeatur, modo ne diſcedat à ritu patrio: licereq;

cereq; huic aduerſari legibus aliorum, & eorum ſacra deuorare: id quod uidendum ne magnam confuſionem in ius & fas inuehat, ſi nullam hæc propriam naturam habeant, ad cuius formulam examinetur in factis pietas. Itaque ſi pietas, ſanctitas, iuſtitia, relatiua ſunt ad aliquid, ut eadem res pia ſit & impia iuxta quod ad diuerſas leges refertur, uide ne conſequens ſit & temperantiam quoque inter illa cenſeri quæ dicuntur ad aliquid, & fortitudinem, & prudentiam, & ſcientiam, uirtutes que cæteras, quo nihil cogitari poteſt abſurdius. atque hæc ſatis erat ad Celſi uerba reſpondiſſe ſimpliciter & uulgari more. Sed quia fieri poteſt ut aliquis hæc noſtra lecturus ſit exquiſitius, age pauca proferamus arcanæ cuiuſdam contemplationis de alijs alibi iam inde ab initio præſidibus & locis per eos occupatis, eamq; opinionem repurgemus quoad eius poteſt fieri. Mihi uidetur Celſus non rectè intelexiſſe hanc de diuiſione terrarum doctrinam ſecretiorem, quam nonnihil attingit etiam Græcorum hiſtoria, inducens quoſdam ex ijs qui dij creduntur inter ſe certaſſe de Attica: tum apud poetas faciens quoſdam ex deorum genere uſurpare ſibi quædam loca ut præ cæteris familiaria: barbarica quoque præſertim Ægyptiorum hiſtoria habet quiddã ſimile de diuiſione Ægypti in nomos quos uocant: inter quos Sain obueniſſe Mineruæ quæ & Atticam poſſidet. Cæterum Ægyptiorum ſapientes ad fabellas hæc pertinere dicerent, fortaſſe quia Iudæorum quoque regio diuiſa ſit ad eundem modum. Et de his quidem nunc hactenus, duntaxat extra diuinas literas. Fatemur tamen quòd Moſes is quem prophetam & germanum dei famulum credimus in Deuteronomij cantico mentionem facit terræ diuiſæ ſic loquens: Quum diuideret altiſſimus gentes, & ſepararet filios Adami, conſtituit terminos gentium iuxta numerum angelorum dei, & facta eſt portio domini populus Iacobo progenitus, & funiculus hæreditatis eius Iſraelitæ. quin & in libro qui Geneſis inſcribitur, idem Moſes de hac gentium diſtributione hiſtoricè ſic prodidit. Erat autem terra labij unius, & ſermonum eorundem. Quumq; proficiſcerentur de oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Et paulo poſt, Deſcendit, inquit, dominus ut uideret ciuitatem & turrim quam ædificabant filij hominum. & dixit dominus: Ecce unus eſt populus & unum eſt labium omnium, & iſtud cœperunt facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis donec eas opere compleant. uenite deſcendamus & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unuſquiſq; uocem proximi ſui. Atque ita diuiſit eos dominus ex illo loco ſuper faciem cunctarum regionum, & deſiuerunt ædificare ciuitatem. & ideo uocatum eſt nomen eius confuſio, quia ibi confuſum eſt labium uniuerſæ terræ, & inde diſperſit eos dominus ſuper faciem cunctarum regionum. Sed & in Salomonis ſapientia, ut intitulatur, ubi diuiſiones terrarum tempore confuſionis linguarum factæ meminit, de ſapientia ſic legitur: Hæc & in conſenſu maliciæ gentium confuſarum cognouit iuſtum, & conſeruauit inculpabilem deo, & in filijs miſericordiam fortem cuſtodiuit. Quibus de rebus prolixa, ſed arcana eſt diſputatio, in quam competit illud, Myſterium regis celare, bonum eſt: ne in profanas aures proijciatur ſermo de animabus migrantibus in corpora, ſed non ex alijs corporibus, néue ſancta mittantur canibus, aut porcis uniones obijciantur. impium enim eſſet uulgo prodere hæc arcana dei ſapientiæ, de qua pulchrè ſcriptum eſt: In malicioſam animam non ingredietur ſapientia, nec habitabit in corpore peccatis obnoxio. Satis eſt quæ ſub hiſtoria celanẽ hiſtoricè proponere, ut qui poſſunt ſibijpſis quærant loci huius intellectum. Intelligantur igitur omnes ſuper terram diuina quadam lingua una utentes, ut quotquot inter ſe cõſentiunt, conſeruent ſe in hac diuina lingua, nec ſe dimoueant ab oriente ſapientiæ dum ſapiunt ea quæ ſunt luminis eiuſq; ſempiterni fulgoris. Hi ubi ſe dimouerunt ab oriente, ſapientes quæ orienti non conueniunt, inuenient campum in terra Sennaar, quod interpretatur dentium excuſſio, & quo ſignificatur alimentum eis periſſe, ibiq; habitabunt. deinde materialia quæq; in unum contrahere & cœlo cõiungere uolentes quæ non ad

Deut. 32

Gen. 11

Sap. 10

Tob. 2

Eccl. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen. 11

hoc nata sunt, ut per materialia contendant ad immaterialia, dicent, Venite faciamus lateres, & coquamus eos igni. Iamq; cõsolidantes luteam materiam fingẽt pro lapidibus laterculos, eosq; luto ferruminantes pro bitumine ædificabunt ciuitatem et turrim, cuius fastigium ipsorum opinione ad cœlum pertineat. Et quanto quisque magis minus ue ab oriente discessit, quanto magis minusq; operæ consumpsit in fingendis ferruminandisq; lateribus, struendoq; ædificio, tanto magis minus ue molestis tradetur angelis audaciæ pœnas exacturis ab eo, abrepturisq; ædificatorũ quenque in aliquam linguam & regionem terræ se dignã, aljs petentibus terram æstuosam, uerbi gratia, aljs nimio frigore grauem habitatoribus, aljs cultura difficilem, rursus faciliorem aljs: item aljs refertam bestijs, aljs minus occupatam hoc genere. Hæc si quis potest ut historiam partim res gestas narrantem, partim secretius aliquid uelantem cõsiderare, uideat eos qui priscam linguam seruarunt, eo quòd ab oriente non discessierant, manentesq; in oriente orientalem linguam retinuerant, solos factos portionem domini, populumq; eius uocatum Iacobi nomine, & Israelitas funiculum hæreditatis ipsius: hicq; soli præsidem habebunt non in pœnam sicut aljj. Hic obseruandum quantum obseruare permittit humana imbecillitas, etiam in eorum ciuitate qui ut eximia portio deo sunt attributi, peccata admitti: primùm ferenda & talia ut non mererentur omnino derelinqui propterea: deinde plura, tolerabilia tamen, idq; longo tempore nunquam non adhibitis remedijs, ita ut per interualla resipiscerent: tum quoties destituerentur pro peccati magnitudine, non secus q̃ alias regiones sortiti, primùm lenius punitos ut quali puerili castigatione admoniti reuerterentur ad propria: deinde uerò traditos sæuioribus dominis, quales scriptura nominat Assyrios, deinde Babylonijs. obseruet præterea quomodo postremo, cũ adhibitis curationibus nihilominus malicia cresceret, per prædones principes abrepti, & in longinquas gentes dispersi sint in alienorum portiones præsidum. Cæterum præses eorum data opera conniuebat dum illi diriperentur à cæterarum gentium præsidibus: ut & ipse optimo iure tãquam illatas sibi iniurias ulciscens, nactus potestatem uicissim inuasis aliorũ gentibus quotquot posset inde abduceret: eisq; sub suas leges subactis rationem uiuendi præscriberet: atque ita ad eum finem adduceret, ad quem adducturus erat, ni peccata obstitissent, suæ gentis olim sibi attributæ homines, & per hoc eruditet eos qui possunt hæc animaduertere: nimirum longè potentiorem cæteris esse hunc qui à peccato immunes etiamtũ sortitus est: quandoquidem ualeat ex omnibus portionibus selectos assumere retractos ab illis qui eos puniendos acceperant, & adducere ad leges uitæ utiles, obliuioni traditis peccatis pristinis. Verùm hæc, ut præfatus sum, tectè nobis dicta sint, quo appareret Celsum & similes non rectè intellexisse terræ partitionem, & ceu prouincias assignatas suis præsidibus. Quoniam autem isti ab oriente profecti, propter peccata sua traditi sunt in sensum reprobum, & passiones ignominiosas & in impuritates iuxta suas concupiscentias, ut saturati peccatum fastidirent, dissentiemus hic à Celso credente propter distributos terræ partibus præsides in singulis regionibus rectè res administrari, nec probabimus singularũ placita. Videmus enim fas esse priscas regionum leges mutare melioribus & diuinioribus, quas pro potestate Iesus suis pertulit, eripiens eos ab hoc præsenti seculo malo, & principibus huius seculi iam euanidis: & impium esse non subijcere se potentissimo principi exaltato super omnes cæteros: quem deus ipse sic allocutus est, ut habetur in ueterum prophetarum oraculis: Postula à me & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, & in possessionem tuam terræ terminos. Ipse enim factus est expectatio nobis qui ex gentibus in eum credidimus, & in patrem eius deum optimum maximum. Hæc autem quę de præsidibus per nos dicta sunt, non modò iam recitatis Celsi uerbis se opponunt, uerumetiã his quæ recitabimus. Accedat, inquit, & secundus. rogabimus eos unde ueniãt, quam' ue sequantur legem patriam. nullam dicent, quandoquidẽ & ipsi ab eadem descendentes origine non aliunde habent doctorem suum & præsulem. attamen defecerunt à Iudæis.

dæis. Nos singuli uenimus in extremis diebus, post aduentum Iesu nostri, in conspicuum montem domini, uerbum omni uerbo sublimius, & in domum dei quæ est ecclesia dei uiuentis, columna & basis ueritatis: hanc contemplemur quomodo ædificata sit in summis montibus, omnibus prophetícis sermonibus, qui eius fundamenta sunt. extollit autem hæc domus super omnes colles, qui uidẽtur aliquid eximium in sapientia & ueritate polliceri apud homines. In hunc montem omnes gentes properamus, in agmine cohortantes se mutuum ad amplectendam Iesu Christi religionem quæ effulsit diebus his nouissimis, & dicentes, Venite ascendamus in montem domini, & in domum dei Iacob: & annunciabit nobis uiam suam, & ambulabimus in ea. exiuit enim ex Sion lex, & migrauit ad nos spiritualiter. Verbum quoq; domini exiuit ex illa Hierusalem, ut distribueretur in omnes terras, & iudicaret in medio gentium, seligendo quotquot se præberent faciles, & redarguendo turbam refractariam. Istis autem percõrantibus unde ueniamus, quem' ue ducem sequamur: respondemus uenire nos ad mandatum Iesu, ut recudamus rationales nostros gladios belli cos & sæuos in aratra, & ex pugnacib. olim nostris lanceis falces faciamus. Iam enim non sumimus contra ullam gentem gladiũ, neq; bellare discimus, facti filij pacis per Iesum quem sequi malumus quàm instituta patria, in quibus dum maneremus, alienì à testamentis eramus: nunc accepta lege gratias liberatori agentes, liberati ab errore dicimus: Vana habuerunt patres nostri simulacra, nec est inter ea qui pluat. Præsul igitur noster & magister à Iudæis profectus uniuersum terrarũ orbem pascit uerbo doctrinæ suæ. Atq; his præstructis uehementer in nos impressionem facientem Celsi rationem retundemus pro uiribus, excipientes eius dicta cominus, interim ne illa quidem dissimulantes quæ interiecit in medio. Præsto est, inquit, & Herodoti testimonium uerbis his: Qui Maream oppidum & Appim habitant in confinijs Ægypti & Libyæ, ad Afros magis ut uidetur pertinentes quàm Ægyptios, & molestè ferentes eorum religionẽ, cùm grauatim arcerentur à bubus fœminis, miserũt ad Ammonem qui suo nomine dicerent, nihil sibi esse cũ Ægyptijs, quòd sedes extra Delta haberent: cupereq; (si deus annuat) sibi liberum esse uesci quibusuis carnibus. At deus hoc non permisit, totum id Ægyptum pronuncians quantum undis Nili rigetur: & Ægyptios esse quicunq; infra Elephantinã urbem colentes ex hoc bibant flumine. Hæc Herodotus. Ammon uerò nihilominus idoneus est ad distribuendas genijs prouincias & Iudæorum angeli: quapropter haud iniquũ fuerit patrios quemq; ritus seruare; & sanè magnam in his inuenimus per singulas gentes differentiã, nulla nõ suos probante ut optimos. Æthiopes qui Meroem habitant, Iouem & Liberum solos colunt, Arabes Liberum tantum & Vraniam: Ægypti Osirim in uniuersum et Isidem, priuatim uerò Saitæ Mineruam, Naucratitæ nõ ita dudum Serapim, reliqui quoq; in singulis præfecturis alios deos alij. horum alij ouibus abstinent ut sacris, capris alij, nõnulli crocodilis, quidam bubus fœminis. cæterum à subus abstinent præ odio. At apud Scythas etiam humanis uisceribus uesci honestum habetur. inter Indos uerò sunt qui & patres suos deuorant, putantes se id pièfacere, ut autor est Herodotus. Apponã ipsius uerba, quo res sit credibilior. Siquis quibusuis hominibus proponat, ut sibi deligant leges quas putent omnium optimas, nimirum suas quisq; iudicantes optimas eligent præ cæteris, ut est uerisimile, nõ alias insanum existimantes qui sentiret aliter. Hanc autem communem hominum opinionem esse de legibus, inter cætera est argumento factum Darij. Is nanq; Græcis omnibus ad se conuocatis, duntaxat qui subessent ipsius imperio, rogabat quo præmio possent adduci ut parentes suos defunctos comederent. Illi negarunt se id unquam admissuros. Tum rex accitis quibusdam Indis, quos Callatias nominant, apud quos deuorare parentes solenne est, adhuc Græcis astantibus, & per interpretem quid dicatur discentibus, percontabatur quantum mereri uellent ut demortuos parentes in rogo cremarent. ad hoc illi attoniti, Bona uerba regem iubebant dicere. Iraq; manent utriscq; suę leges & hodie, ut rectè mihi uideatur Pindarus canere, legem esse regem omnium. Hæc Celsi uerba eò uidentur tendere, ut persuadeant debere omnes homines mo-

Esa. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus patrijs uiuere, idq; illis licere consensu omnium: Christianos uerò qui & patrios mores deseruerint, nec unam gentẽ ut Iudæi cõstituant, accusandos q; Iesu doctrinam sequantur. Dicat igitur nobis, utrum hi qui philosophantur & superstitionem dediscunt, si deserant ritus patrios, ita ut uescantur cibis in patria sua uetitis, ex officio faciunt, an præter officium? Ergo cùm philosophiæ studiosis in cõtemptum superstitionis liceat cibum sumere præter patriæ consuetudinem: Christianis quoque, quorum doctrina nõ sinit eos hærere circa statuas & simulacra, ac ne circa creaturas quidem dei, sed his transcensis attollit ad creatorẽ animam, licebit idem quod philosophis. Quodsi Celsus eiusq; similes ad tuendam suam propositionem, dicent philosophum etiam seruaturũ ritus patrios, perquàm ridicule philosophi apud Ægyptios uerbi gratia cepis abstinebunt, propter consuetudinem patriæ, aut partibus quibusdam corporis, puta capite uel humero, ut seruent patrum suorũ traditionem. taceo nunc eos Ægyptios qui uenerãtur uentris crepitus, ad quorum imitationem siquis philosophetur seruando ritus patrios, ridiculus philosophus erit faciens quæ non decent philosophum. Sic qui doctus uerum deum colere, propter patriæ mores humi hæret circa statuas consecratas ab hominibus, nec uult mente ad creatorem ascendere, similis erit auditoribus philosophiæ nihilominus timentibus quæ timenda non sunt, & his uel illis cibis uesci esse impietatem putãtibus. Iam quis est iste Ammon Herodoti, cuius autoritate Celsus nos urget, debere quemq; suæ patriæ ritu uiuere. Non sinit ille Maream & Apim habitantes Libyæ finitimos indifferenter uesci uaccarum uisceribus, quæ res naturaliter est indifferens, & nihil uetat id bene honesteq; fieri. Quod quidem si uetaret propter usum uaccarum agriculturę idoneum, tum propter propagationem eius generis, fortasse rationem haberet eius præceptũ. nunc postulat ut simpliciter omnes Nilum bibentes teneantur Ægyptiorum lege quæ ad uaccas attinet. Mox Celsus nonnihil blandiens angelis Iudęorũ apud deum internuncijs, negat Ammonẽ deteriorẽ in distribuendis prouincijs in genios, quàm Iudæorum angelos, quorum tamen nec uerba, nec apparitiones quid sibi uelint intelligit. alioqui uidisset boues non esse curæ deo, ubi putatur de bubus & brutis leges statuere: sed in his quæ propter homines scribũtur sub brutorum prætextu subesse quandam physiologiam. Itaq; Celsus negat iniustè facere eum qui uiuit patrijs legibus: unde sequitur ut iuxta ipsius opinionem non iniustè faciant Scythæ more patrio struentes epulas humanis uisceribus: item Indi suos patres deuorantes piè faciant hac ratione, aut certè non iniustè. Hic pro se adducit Herodoti sententiam: rectè quemque uti suæ patriæ legibus: uideturq; probare Indos illos Callatias, qui rogati à Dario quanta mercede à se impetrari paterentur ut legem suam de parentibus comedendis antiquarent, exclamarunt ut bona uerba diceret. Itaq; quum sint duæ leges in genere, altera naturæ lex cuius deus lator est, altera scripta ualens in ciuitatibus ubicunque scripta lex legi dei non aduersatur, decet accommodare se ciuibus, nec affectare leges exteras: ubi uerò scriptæ contrariũ, naturæ, id est dei lex imperat, uide an non ratio dictet ut scripta lege ualere iussa deo legislatori te committens uiuas iuxta illius præscriptum, etiamsi id faciendum sit cum innumeris periculis, laboribus, mortibus, ignominijs. Absurdum enim esset hominibus quæ deo displicent probantibus, si sit impossibile deo simul placere & hominibus tales leges tuentibus, sic te gerere, ut cõtemptis actionibus quibus deo conditori placere possis, illas quibus deus offenditur, eligas in gratiam illegitimarum legum et earum amicorum. Quodsi alijs in rebus æquum est naturæ rationem, quæ ipsa dei lex est, præponere legi scriptæ & ab hominibus latæ cõtra diuinæ legis sententiam, quanto magis id faciendum in legibus ad religionem pertinentibus? quapropter nec sicut Æthiopes Meroem incolentes Iouem & Liberum solos ut ipsis uidetur deos adorabimus, nec ullos æthiopicos deos Æthiopum more honorabimus: nec ut Arabes Vraniam & Liberum solos pro dijs habebimus: imò in totum deorum hoc genus sexu distinctum damnabimus. nam Arabes ut fœminam Vraniam colunt, ut marem Liberum. Non ut omnes Ægyptij diuinos honores decernemus Osiridi & Isidi,

Isidi, non ut Saitæ Mineruæ. quod si Naucratitis olim priscorum deorum cultoribus heri & nudiustertius nescio quem Serapim uenerari collibuit, nos certè in colendo deo nouo non habebunt æmulos, ne noto quidem hominibus. Nam dei filius primogenitus omnis creaturæ, & si nuper homo factus esse uidetur, non tamen ideo nouus est. nouit enim hunc sacra scriptura creaturis antiquiorem omnibus, & deum patrem ad ipsum dixisse, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ostendam autem non rectè Celsum dicere, manendum cuique in religione patria. Ait enim Æthiopas Meroes incolas duos tantum nosse deos, Iouem & Liberum, eosq; solos colere: Arabas item duos, Liberum communem sibi cum Æthiopibus, propriam uerò Vraniam. proinde nec Æthiopes Vraniam, nec Arabes Iouem habent pro dijs. Si igitur Æthiops aliquo casu in Arabiam delatus, ut impius reus agatur capitis quòd non colat Vraniam, morietur ne potius, an præter ritus patrios eam adorabit? nam si transgredienda est ei patria religio, faciet impiè Celsi sententia. quod si duci se patietur ad supplicium, rationem reddat cur mortem eligat potius, quum nusquam tradatur Æthiopas philosophari de immortalitate animæ, patriæq; religionis inuiolatæ præmio. Idem dicere licet de Arabe casu aliquo peregrinante apud Meroen, nam hic quoque domi doctus tantum Liberum uenerari & Vraniam, non adorabit Iouem cum Æthiopibus: damnatusq; impietatis si ad mortem ducatur, quid facturus est, expediat nobis Celsus. De Osiride porrò Isideq; superuacuum fuerit denarrare fabulas & alienum à proposito negotio, tametsi hæc trahantur ad tropologiam: docentem nos inanime aquarum elementum uenerari, terramq; substratam hominibus & reliquis animalibus. Sic enim opinor Osirim pro aqua capiunt, pro terra Isidem. De Serapide uerò longa est & parum sibi constans historia, heri & nudiustertius prolato in medium quibusdam impostoris Ptolemæi uolentis deum hunc nobilitare apud Alexãdriam. Legimus autẽ apud Numenium Pythagoricum de eius consistentia, quòd particeps sit substantiæ omnium quæ in rerum natura sunt tum animaliũ tum plantarum: ut uideatur cum profanis sacris & magicis artibus non solum à statuarijs deus fieri, uerumetiam à magis ueneficis, & dæmonum incantatoribus. Quærendum igitur quid rationali mansuetoq; animali, & omnia cum ratione agenti, ad cibũ conueniat aut minus: non uel ut sortito colendæ oues aut capræ aut fœminæ boues. quamuis ab his abstineri ferendum est, multum enim utilitatis homò ex his percipit. Cæterum crocodilis parcere, eosq; consecrare nescio cui fabuloso numini, res est longè stultissima. est enim stupidorum parcere non parcentibus, & colere animal homines deuorare solitum. Celso tamen placent qui patrio more crocodilos uenerãtur, nec ulla eius extat contra illos oratio: sed Christiani uidentur ei digni uituperio, quòd doceantur odisse uitia temperareq; à maleficijs: uirtutem contra honorare ac colere, ut à deo faciam, & ipsam dei filium. quamuis enim nomen fœmininum est, non tamen credendum esse substantia fœminam sapientiam iustitiamq;, quæ iuxta nostram existimationem est dei filius, sicut germanus ipsius discipulus de eo scriptum prodidit, quòd factus sit nobis à deo sapientia, iusticia, sanctificatio, & redemptio. Ergo etiamsi secundum deum dicamus, sciant quòd his uerbis nihil aliud dicimus quàm uirtutem in se omnes uirtutes continentem, & rationem quæ totius rerum naturæ ad utilitatem uniuersorum potissimum factæ rationem complectatur: quam cum Iesu anima longè præ cæteris animabus unicam cohæsisse tradimus, quòd ea sola perfectè capax sit ipsius uerbi summæ participationis, & sapientiæ iustitiæq; ipsissimæ. Quoniam autem Celsus sic de uarietate legum loquutus postremo infert, uideri sibi rectè dixisse Pindarum, legem esse regem omnium, age disseramus de hoc etiam. Heus tu, quam tandem legem dicis regem omnium? Si dicis municipales istas, falsum est: sub nullius enim earum regno sunt omnes homines: itaq; melius dixisset, leges sunt reges omniũ. nam per singulas gentes regnat lex aliqua. quòd si propriè lex accipiũ, naturalis ipsa est regina omniũ: quamuis quidã more latronum discedentiũ ab officio deficiunt ab ea, iniustè uiuentes & prædatoriè. Itaq; nos Christiani naturalem illam le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gem reginam omnium agnoscentes, quæ ipsa dei lex est, conamur iuxta eam uiuere, ualere iussis omnibus illegitimis legibus. Sed uideamus quid deinceps Celsus loquatur, parum admodum Christianos attingens, Iudæos uerò plurimum. Loquitur autem sic. Sanè quod eodem modo Iudæi legem suam complectuntur toto pectore, culpandum nō est: sed illi potius accusandi qui desertis institutis proprijs ad Iudæos deficiunt. qui si altioris cuiusdam sapientiæ cognitione sibi placent, ideoq; ut puriores dedignantur aliorum consuetudinem, iam audiuerunt ne illam quidem de cœlo opinionem ipsorum esse propriam: sed ut alios taceam, Persæ quod Herodotus refert, idem sentiunt iam dudū. Mos eis est, inquit, sacrificare Ioui in montibus celsissimis, Iouem appellando totum hoc cœli cōuexum. Sciunt igitur opinor, nominum hanc esse differentiam, supremus siue Diespiter, siue Iupiter, aut Adonæus Sabaóth ue, aut Amnius, ut Ægyptij uocant, aut ut Scythę Pappæus. Sed nec ideo sanctiores sunt cæteris, quia circumciduntur: hoc enim priores fecerunt Colchi & Ægyptij. nec quia porcina carne abstinent: nam hoc Ægyptiorum est, quos insuper ouibus, capris, bubus, piscibus, constat parcere, Pythagoras uerò cum discipulis eius fabis sibi interdixit animatisq; omnibus. nec tamen credibile est illos ideo laudandos magis esse, aut deo cariores præ cæteris, non item alios: nec ad solos eum mittere suos angelos, uelut in regionem beatorum. Videmus enim & ipsos, & regionem quæ eis obtigit. Facessat igitur procul iste arrogans chorus quò dignus est, non noscens magnum illum deum, sed deceptus Mosis præstigijs, suoq; malo disciplinam eius amplexus. Apparet hic accusari Iudæos, quòd falsò credant se esse summi dei peculiarē portionem præ cæteris gentibus selectam: quodq; arroganter iactent eum quem nesciant, malo suo decepti Mosis præceptoris sui præstigijs. Sed nos iam superius magna ex parte diximus de ueneranda eximiaq; Iudæorum republica, cùm etiamtum staret templum ciuitatis dei symbolum, altareq; cum suis ceremonijs. quod si quis erecta mente ad contemplandum legislatoris consilium, examinet collata instituta eius gentis cum reliquarum moribus quibus hodieq; utuntur, nullum hominum genus magis admirabitur: ut quod repudiatis omnibus rebus inutilibus homini, solas recipit utiles. ideo nulla fuerunt apud eos uel scenicorum uel athletarum, uel circensium certamina, nō fœminæ uendentes florem ætatis cuiuis uolenti seminare incassum, & naturæ humanæ seminibus illudere. Iam illud quale fuit, doceri à teneris statim unguiculis omnem sensibilem naturam superscendere, deumq; non ibi, sed supra corpora quærere. quale item in crepundijs & unà cum uernaculo sermone discere immortalitatem animæ, infernaq; tribunalia, eorumq; qui bene uixerunt præmia. & hæc quidem pueris pro ipsorum captu tradebātur sub fabularum inuolucris: post uerò proficientibus ratio fabularum explicabatur, & retegebatur ueritas. Mihi certè persuasum est eos dignè appellatos dei peculium, qui contempserunt omnem diuinationem uana spe lactantem homines, & malorum dæmonum potius quàm melioris naturæ inuentum, quærendo ueram futurorū præscientiam in sanctis animis propter insignem puritatem capacibus diuini spiritus. Quàm item rationi consentaneū, nequis eiusdem religionis particeps seruiret plus sexennio, tam æquum ut nec hero nec seruo fiat iniuria. meritò igitur Iudæi nō tam angustis quàm cæteræ gentes leges suas circumscribunt pomœrijs, alioqui damnanda esset eorum stupiditas, si putarent tam excellentem legem unitantū genti scriptam sicut cæteras. Velit nolit Celsus, altiorem sapientiam tenent Iudæi, non solum quàm uulgus, uerumetiam quàm hi qui habentur pro philosophis. namq; philosophiæ studiosi post graues illas suas disputationes prolabuntur ad simulacra & dæmonas: Iudæorum autem uel postremus ad solū deum optimum maximū respicit. & meritò hac de causa sibi placent, aliorū ut impurorū & impiorum deuitantes consuetudinē. Atq; utinam non contra legem peccassent, occisis primū prophetis, dein Iesu per insidias sublato: haberemus exemplum ciuitatis cœlestis, quam Plato conatus est quidem effingere, cæterū non uidet hoc ita præstitisse ut Moses cæteriq; prophetæ post eum, formantes genus electum, gentem sanctam, deo dicatam, pureq; educatā procul omni superstitione. Quoniam autem

autem Celso libuit sacra Iudæorum quibusdam gentibus cōmunia facere, agedum dispiciamus quid sit hoc quoque. Putat de cœlo dogma nihil differre ab opinione de deo: aitq; Iudæorum more Persas Ioui sacra facere in celsissimis montium: non uidens quòd Iudæi quemadmodum unum deum sciebant, ita unicam sanctam precationis domum, unum altare holocautomatū, & sacri suffitus aram unicā, unumq; dei summum sacerdotem. Nihil igitur commune Iudæis erat cum Persis altissimos montes eosq; plures conscendentibus sacrorum causa longè dissimilium sacrificijs Mosaicis, quæ ad quandam similitudinem & umbram cœlestium peragebantur à sacerdotibus Iudæorum, in arcano intellectum legitimorum sacrorum enatrantibus, & quidnam significaretur per ea. Vocent Iouis appellatione Persæ cœli ambitum, nos nec Iouem nec deum cœlum esse credimus, ut qui scimus quæq; am inferiora deo super omnes cœlos ascendisse, & super omnem naturam sensibilem, sic intelligentes illud: Laudate deum cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomē domini. Et quia Celsus putat nihil referre Iupiter dicas an Diespiter, an Adonæus uel sabaoth, an Ammus ut Ægyptij, an ut Scythæ Pappæus, disseramus & de his paulisper: modo meminerit lector quid superius circa eandem quæstionem diximus per occasionem à Celso nobis oblatam: & nunc idem repetimus, nominum naturam non esse ad hominum placitum, id quod uisum est Aristoteli: nec enim ab hominibus initium sumpserunt linguæ hominum, ut liquet animaduertentibus proprietates incantationum in linguis uarijs, & uarios accentus nominum pro diuersis regionibus: de quo suprà paucis tractauimus, dicendo quòd uoces genuinam uim habentes in lingua quapiam, si trāsferantur in aliam, non eandem uim obtinent. Idem reperitur in hominibus. hominem enim à natiuitate Græco nomine illo uel illo uocatum, si mutato nomine in Romanū aut Ægyptium, aut cuiusuis gentis incantaueris, non erit efficax incantatio, alioqui futura si utereris nomine illi dudum impositō. Idem accidet in Romano nomine, si in Græcum mutato incantationem tentes: non ualebit quæ ualitura erat non mutato hominis nomine pristino. Id si uerum est in humanis nominibus, quid sentiendum de attributis deo quacunq; de causa? Exempli gratia: significat aliquid si interpreteris, deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. adiuret aliquis per deum Abraham, deum Isaac, deum Iacob, efficiet aliquid per innatam uim eorum nominum, cædentibus dæmonibus & uictoris iussa facientibus. Idem adiurator si dicat, per deum patris electi sonantis, per deum risus, per deum supplantatoris, tantundem efficiet, quantum si adhibeat quodcunque nomen inertissimum. Itidem nomen hoc Israel si mutemus in Romanam aliam ue linguam, nihil efficiemus: sin seruemus ut est, & adiungamus alia quæ solent periti harum artium, tum demum spei respondebit euentus exerente se in talium nominū. Idem dicendum de hac uoce Sabaoth, quæ est frequens in incantationibus. pro ea si supponas, dominus uirtutum, aut dominus exercituum, aut omnipotens, (nam uariè uersa est ab interpretibus) nihil ages. quodsi uocem ipsam hebræam serues, non erit inefficax, si credimus peritis huiusmodi artium: id quod dici potest etiam de nomine hoc Adonai. Ergo si neque Sabaoth, neq; Adonai seruata sua significatione, mutatum in linguam aliam est efficax, quanto minus ualebit apud eos qui nihil referre putant Iouem altissimum dicas an Zena, Adonçum an Sabaoth. Hæc & alia pari modo arcana q; scirent Moses cæteriq; prophetæ uetuerunt nominare deorum alienorū nomina, uno ore meditati preces offerre uni uniuersorū deo, iugiq; præceptorū eius memoria cōseruare cor purum ab omni uerborū atq; cogitationū uanitate. quapropter quosuis cruciatus perferimus potius q; Iouem fateamur esse deū. nec eū eundē credimus Iouē & Sabaoth: imò ne deū quidē Iouem, sed dæmona quendā qui delectet hoc nomine, infensum hominib. & inimicū uero deo. Et si Ægyptij nobis suū Ammun ingerāt pœnas etiā intentantes, moriemur citius q; Ammun deū appellabimus, inuocatū licet ab Ægyptijs incātatorib. Affirmēt Scythæ q; uolunt Pappæum esse illum uniuersorū deū, nobis id nunq; persuadebūt, credētibus quidē esse

huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius uniuersitatis unum deum, sed non nominaturis hunc deum Pappæum quasi proprio nomine, uidelicet ex arbitrio istius Scythicarũ solitudinum & gentium linguarumq; præsidis. alioquin appellatiuo dei nomine, uel scythicè, uel ægyptiacè, uel quacunq; lingua in qua quisque educatus est, siquis eum nominet, nihil peccauerit. Cæterum circumcisionis causa non eadem est Iudæis quæ Colchis aut Ægyptijs, ac proinde nec eadem circumcisio. nam quemadmodũ sacrificans non eidem sacrificat, quamuis uideatur similia sacra facere: & qui precatur, non eidem preces offert, quamuis precetur eadem: sic neque de circumciso dicendum, nihil eum differre à circumcisis quibuslibet. propositum enim & lex & uoluntas circumcisi facit, ut sit aliud negociũ. Et quo melius intelligatur hic locus, dicendum quòd quum iustitiæ nomen idem sit apud omnes Græcos, aliam tamen appareat esse iuxta Epicurum iustitiam, aliam iuxta Stoicos negantes tripartitam animam, aliam iuxta Platonicos iusticiam dicentes propria cuiusque animæ partis officia. Sic alia est Epicuri fortitudo laborem ferentis ut maiorem laborem effugiat: alia stoici omnem uirtutem propter ipsam uirtutem expetentis, alia Platonici ad irascibilem animæ partem uirtutem hanc referẽtis, tribuentisq; ei locum in pectore. Sic quàm diuersa sunt circumcisorum dogmata, tam diuersa est & circumcisio, de qua non est necesse in hoc tractatu disserere: si quis cupit nostram super hoc loco sententiam cognoscere, legat nostros in Pauli ad Romanos epistolam commentarios. Itaque circumcisionem hanc qua se iactant Iudæi, non patientur sibi communem esse cum Colchis aut Ægyptijs, imò ne cum Ismaelitis quidem Arabici generis, quamuis à communi patre Abrahamo descendentis per Ismaelem qui unà cum patre circumcisus fuit. Aiunt autem Iudæi octauæ diei circumcisionem esse præcipuam, cæteras superuacaneas. Et fortasse propter aliquem infestum Iudæorum genti angelum inuenta est, qui posset incircumcisos lædere, circumcisos non item: quod colligi potest ex libris Exodi, ubi angelus ante circumcisionem Eliazari contra Mosem ualuit: quo circumciso irrita facta est illius potentia. quod non ignorãs Sepphora, scrupo arrepto circumcidit suum filiolum, effata secundum uulgatam editionem, stetit sanguis circumcisionis mei pueri: secundum Hebræos uerò, Sponsus sanguinum tu mihi. norat enim talem angelum ualidum ante sanguinem, sed cohibendũ cruore circumcisionis: quapropter dixit, Sponsus sanguinum tu mihi. Verùm ista curiositatis quãdam speciem præ se ferentia, nec satis apta uulgi auribus, hactenus prodere ausus, unum etiam ut Christianum decet addam, moxq; transibo ad deinceps sequentia. Potens erat, opinor, hic angelus contra non circũcisos ex populo, & in uniuersum contra omnes creatoris cultores, donec Iesus corpus assumeret. postquam autem assumpsit corpus, & in eo circũcisus est, irrita facta est tota eius potentia contra circumcisos per nostram religionem, quoniã inenarrabili sua deitate Iesus illam sustulit, ideoq; discipulos suos circuncidi uetuit: quibus dictum est, Si circuncidamini, Christus nihil uobis proderit. Nec ob suillæ carnis abstinentiam Iudæi sibi placent ut ob rem egregiam: sed quia sciunt purorum impurorumq; animalium discrimen. eiusq; causam, & suem esse in impurorum ordinem. Verùm hæc quoque aliud significabant usque Christi aduentum: post quem dictum est eius discipulo nondum hæc intelligenti, & neganti unquam quicquam inquinatum aut impurum receptum in os suum: Quæ deus purificauit, tu ne pro impuris censeas. Nec ad Iudæos igitur nec ad nos attinet quòd præter sues etiam capris, ouibus, bubus, piscibus, sacerdotes Ægyptiorũ abstinent: sed quia non quod intrat in os inquinat hominem, & cibus nos deo non commendat, non magni facimus abstinentiam ciborum huiusmodi: nec tamen ita indulgemus uentri ut cõsectemur tales delicias, quapropter quantum ad nos attinet, pythagoricos animatis abstinentes ualere sinimus. Hic considerandum discrimen, quid pythagoricos, quid nostros in uirtutum stadio se exercentes, ad abstinentiam ab animatis moueat. Illi abstinent propter fabulam de migratione animæ in uaria corpora. Quis enim sua pignora cara

Exod. 4

Mactaret

Mactaret demens, sacris operatus ad aras?

Nos autem dum aliquid tale facimus, suggillamus corpus nostrũm, & in seruitutem redigimus, extinguere uolentes membra terrena, scortationem, impuritatem, lasciuiam, affectus prauos & cõcupiscentias, ut morti tradamus actiones corporeas. Pergit Celsus Iudæis obloqui, non esse uerisimile hos præ cæteris laude digniores habendos aut deo gratiores: & ad solos mitti angelos ab eo, quasi iam degant in beatorum sedibus: cùm tamen noti sint & ipsi & eorum regio. Refellamus igitur & hoc, ostendendo probatã eam gentem deo, ut apparet uel inde, quòd etiam exteri & alieni à fide nostra deum qui est optimus maximus, uocant Hebræorum deum: & quòd ut probatos nunquam deseruit, quantumuis modicum eorum numerũ potentia sua perpetuò protegens: ut ne ab Alexandro quidem Macedone durius sint habiti, licet propter fœdera quædam noluerint contra Darium arma sumere: quando etiam eorum pontificem sacerdotali stola amictum adoratũ ferunt à Macedone, quòd diceret eo habitu uisum sibi per somnium qui prænunciaret subigendam ipsius armis Asiam. Certè nos Christiani fatemur laudatos illos præ cæteris & amatos à deo: & eam curam gratiamq; migrasse ad nos, postquam Iesus felicitatem Iudæorum trãstulit in eos qui crediderunt ex gentibus. quapropter etiamsi Romani multa tentarunt ut delerent nomen Christianum, nihil tamen potuerunt efficere, protegente eos manu dei, cuius uoluntas erat ut uerbum suum ex uno Iudææ terræ angulo profectũ disseminaretur per uniuersum genus hominum. Quoniam autem pro uiribus respondimus huic Celsi Iudæos infectantis calumniæ, age deinceps ostendamus, nec arroganter nos profiteri magni dei notitiam, nec præstigijs circumuentos esse uel à Mose uel ab ipso seruatore nostro: sed nostro magno bono & in Mose deum à nobis audiri: & approbatum ipsius dei testimonio Iesum ut dei filium à nobis recipi, cum optima spe si iuxta præcepta eius uixerimus. Illud uolentes & scientes prætermittemus, quod iam ante docuimus, unde oriundi simus, quem'ue autorem habeamus, & quæ sit eius lex. quòd si Celsus nos existimat nihilo meliores Ægyptijs, hircum, arietem, crocodilum, bouem, felem, equum fluuiatilem, simiam canicipitem adorãtibus, ipse uiderit, eiusq; similes siqui delectantur ipsius placitis. nos pro uirili prolixè rationem nostræ religionis reddidimus superius: demonstrauimusq; meliora nos inuenisse, solosq; tenere puram putam ueritatem nullo uitiatam mendacio: id quod doctrinæ Iesu acceptum ferimus, nec nos ipsos sed præceptorem commendamus, iam ante commendatum egregio dei testimonio, & prophetarum Hebræorum oraculis, sed præcipuè rebus ipsis tam euidentibus. nam liquidò apparet eum non potuisse tam magnas res præstare absq; deo. Cæterum uerba Celsi quæ mox sequuntur, sic se habent. Omittamus ea quibus magister eorum potest coargui, si namusq; eum uideri uere angelum. Is primus'ne uenit & solus, an etiam alij priores. Si solum uenisse dicent, in promptu est quo arguantur mendacij loquentes sibijpsis contraria. aiunt enim & alios sæpe uenisse, interdum sexaginta simul aut septuaginta. eosq; malicia corruptos ob id mulctatos esse uinculis subterraneis: unde promanare fontes calidos, uidelicet ex illorum lacrymis. Quin & ad ipsius sepulcrum tradunt uenisse angelum, alij unum, alij duos, qui eum resurrexisse nunciarent mulieribus. nam dei filius uidetur non potuisse aperire sepulcrum, sed opus erat alio qui amoliretur lapidem. præterea de Mariæ utero nunciaturus ad fabrum uenit angelus: rursumq; qui moneret ut infantem fuga eriperent. Et quid attinet omnes curiosè percensere, quot uel ad Mosem uel ad alios missi dicantur? Ergo si & alij missi sunt, manifestum est hunc quoq; uenisse ab eodem deo. Sed fac eum nunciasse maius aliquid, nimirum delinquentibus Iudæis, & religionem suam deprauantibus, uel ut subindicari uidetur impia facinora padæis, & religionem suam deprauantibus, uel ut subindicari uidetur impia facinora patrantibus. Equidem satis iam superius ad hæc Celsi uerba respondi, ubi propriè de seruatore nostro Iesu tractabamus: tamen ne quem locũ in eius scripturis transilire uideamur, quasi desit quod dicamus, age etiamsi uidebimur eadem iterare prouocante huc Celso, tamen differamus quanto possumus compendio, si forte quid super his rebus in mentem ueniat uel recentius uel dilucidius. Ait se omittere quæ magistrum Christianorum redarguant, quum nihil omittendo dixerit quicquid poterat, ut patet ex ipsius uerbis recitatis superius, sed hoc facit figura quadam rhetorica.

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod autem ne redarguamur quidē in his quæ ad tam eximium seruatorē nostrum attinent, etiāsi criminator iste uideatur sibi redarguere, liquebit lectoribus studio perquirendæ ueritatis omnia quæ de illo prædixerunt uatum oracula scrutantibus. Deinceps uero quod ait, donare se nobis de seruatore, uerè eum esse angelum: respondemus accipere nos hoc non ut donaticium, sed ut reipsa compertum ab uniuerso humano genere, cum quo uersatus est prædicatione pro captu cuiusq; se admittentium: id quod facinus fuit non simplicis angeli, sed ut scriptura eum nominat, angeli magni consilij. nunciabat enim hominibus magnum dei & patris uniuersorū de ipsis consilium, ut per integritatem uitæ sinceramq; pietatem magnis passibus ad deum ascenderent: cæterum qui hoc tam felix nuncium repellerent, scirent se suapte culpa per incredulitatem alienatos à deo properare ad interitū. Si, inquit, angelus iste ad homines missus est, aut primus uenit solusq;, aut ante eum priores alij. deinde utrāq; opinionem oppugnat, cùm nemo uerè Christianus dicat nullum ante Christum esse missum nuncium. quapropter & Celsus ait alios uisos ab hominibus. Et tamen quasi solum missum ad homines diceret, adeò falsum hoc ait, ut illi qui per doctrinam Iesu recesserunt à mundi opifice tanquam inferiore, et accesserunt tanquā ad potiorem deum patrē ad se missi, dicant quosdam missos etiam à mundi opifice ad genus humanum. Hic locus quoniam studio ueritatis nobis diligenter excutiendus est, respondemus Marcionis familiarem Apellem hæreseos cuiusdam autorem, & pro fabulis habentem Iudæorū literas, docuisse quòd solus Iesus ad homines missus sit. Itaq; ne cum hoc quidem sic opinante Celsus dīgladiaretur rationabiliter, quando is non credit missos alios, ut iam diximus, & Hebræorum literis fidem abrogat ut uana miracula continentibus: multo autem minus admitteret quæ Celsus adducit ex libro Enochi nō intellecto. Nos igitur nemo mendacij coarguet ut docentes inter se pugnantia, quòd solus uenerit Seruator noster, & quòd alij multi sæpe uenerint nuncij. Quanquā hic ualde confuse calumniator loquitur in hac disquisitione de angelis missis ad homines, ut qui obscurè inaudiuit nescio quid ex Enochi literis, quas nec legisse uidetur, nec scire quòd non magna sit earum autoritas in ecclesiis: unde fortasse illud sumptum est, sexagenos & septuagenos descendisse, eosq; malos redditos. Sed interpretemur eius dictum candidius, quippe qui uidimus quod il
Gen. 6 le non uidit in Genesi scriptum: Viderunt filij dei filias hominū quòd essent pulchræ, acceperuntq; sibi uxores selectas ex omnibus: nihilominus eos qui ualent intelligere mentem propheticam, admonemus etiam ante nos quendam hæc retulisse ad animas cupidas uiuendi in corpore. eas aiebat uocatas per figuratam locutionem filias hominum. Verùm utcunq; se habet hoc quod de filiabus hominum à filijs dei adamatis legimus, nihil suffragatur Celso neganti Iesum seruatorē nostrum & benefactorem solum ut nuncium missum ad homines, cùm constet omnes qui unquam ad corrigendam uitam inuitabant, perfunctos nunciorum officio. Deinde rursum commiscens & confundens quæ undecunq; audiuit, uel ubicunq; legit, siue inter sacras scripturas à Christianis recepta siue non, ait illos qui sexageni septuageni ue descendebant puniri uinculis subterraneis: additq; ut ex Enochi autoritate, non tamen eum nominans: unde & fontes calidi, ex illorum lacrymis: rem nec dictam unquam, nec auditam in ecclesiis dei. nemo enim fuit tam insipiens, ut corporeas lacrymas fingeret humanis adsimiles in profectis è cœlo angelis: &, si modo licet ludere in his quæ Celsus tam seriò loquitur, respondendum non posse dici fontes calidos constare angelorū lacrymis, cùm plericq; dulces habeant latices, lacrymarum uero natura salsuginosa sit: nisi fortè Celsi angelis dulces manant lacrymæ. Ac rursum miscens quæ misceri non possunt ut dissimilia, post mentionem sexagenorum septuagenorum ue angelorū descendentium & calidos fontes delacrymantium, addit uisos etiam ad ipsius Iesu sepulcrum angelos, duos ut quidam prodūt, unum uero ut alij, incertū an ideo quòd in narratione Matthæi Marcique unum inuenerit, duos uero apud Lucam & Ioannē: quæ quidem non sunt contraria. nam qui unum scribunt, narrant de eo qui auoluit à monumento lapidem: qui uero duos, de ijs qui conspecti sunt intus sedere candidati: aut de ijs qui uenientibus ad sepulcrum mulieribus obtulerunt se in uestitu præfulgido. cæterum singula horum uel fieri potuisse, uel per figuras significare aliquid, nō hic docere conuenit, quòd hoc enarratorū euangelij sit

gelij sit officium. Oblatas aūt sæpe miraculosas uisiones hominibus, legitur & in Græcorum historijs, non eorum tantum quorum scripta uanitatis suspecta sunt ut fabulis similia sed in illorum quoq; qui inter graues ac ueraces philosophos habiti, res compertas mandarunt literis. In hoc genere quædam legimus apud Chrysippū Solensem de Pythagora, & apud quosdam recētiores qui heri & nudiustertius cōmentati sunt, ut Plutarchus Chæronensis in commentarijs de anima, & Pythagoricus Numenius in secundo de immortalitate animæ, nisi forte quoties Græci talia narrant, præsertim philosophi, non licet ridere, carpere, pro figmentis habere ac fabulis: dum uero homines deo sacrati, quibus piaculare est uel tormentis uel intentationem ortis adigi ut de deo mentiantur, dicunt se uidisse uisiones angelorum, uani habēdi sunt & indigni fide, nec sermones eorum in ueris censendi sunt. Sed non est rationi consentaneum huiusmodi de ueris ac falsis iudicium. nam qui dant operam ne decipiantur, post inquisitionē demum & examinationem tutò pronunciant, hoc uerum esse, illud falsum in miraculosis narrationibus: quòd nec omnes fidē mereantur apud homines, nec omnes pro confictis fabulis reijci deueant. Porrò de Iesu à mortuis resurrectione hoc quoq; dicendū non mirum esse: Vnum aut alterum angelum nunciasse, redituum eum iam res ipsi fidentium curare: quin & illud mihi fit uerisimile, quòd fideles continue fructum ex ea resurrectione percipientes, & per conuersionem ad deum emergentes è uiciorum colluuie uiuentesq; integre, ope angelorum adiutantur. Celsus autem nec hoc incalumniatum reliquit, q angelus auoluit lapidem à monumento in quo Iesu corpus situ erat, adulescentulorum sub ferula declamantium more occasione arrepta: Ergo, inquit, dei filius non ualebat aperire sepulcrum, sed alieno ministerio ad amouendum saxū opus habuit. Hoc loco nequid agam curiosius, ne ue tropologię prętextu intempestiue philosopher, loquar de ipsa historia: magis esse è dignitate resurgentis ad utilitatē humani generis, quòd per inferiorem ministrum lapis auolutus est, quàm si hoc ipse fecisset. Taceo nunc, quòd qui dei uerbo insidiantur, postquam necatum ostenderunt populo exanimem & redactum in nihilum, nolunt aperire eius sepulcrum, nequis post nefarias eorum insidias uerbum uiuum conspiciat. At dei nuncius qui propter salutē hominum descenderat, adiutor angeli fortior insidiatoribus auoluit graue illud saxum, ut qui putabant uerbum mortuum, discant non amplius esse inter mortuos, sed uiuere, & præmonstrare uiam se sequentibus, quemadmodū solitus erat superiore tempore nondum altioris disciplinæ capaces instituere. Atq; hic nescio quid sibi uolens admiscet mentionem angeli de utero Mariæ nuncium Iosepho afferentis: ac rursum post natum infantem monentis de fugiendis quæ ei parabantur insidijs, Ægyptoq; petenda: qua de re iam ante respondimus. Iam quorsum attinet quod ex scripturis affert quæ ibi narrantur de angelis ad Mosem missis & alios? mihi certe non uidentur quicquam ad eius propositum facere, præsertim cum nullus eorum conatus sit humanum genus à peccatis abstractum ad deum conuertere. Itaq; licet etiam alij missi sint à deo, hic magis aliquid nunciasse credendus est ludæis peccantibus, pietatem parum integre seruantibus, à quibus propter ipsorum impia facinora regnum dei transtulit ad colonos alios passim degentes in ecclesiis ad suam curam pertinentibus, & nihil non agentes ut per Iesu doctrinam uitamq; tali doctrinæ consentaneā deo lucrentur plurimos. Pergit Celsus: Ergo idem deus ludęorum est & istorum Christianorum uidelicet. Et quasi hoc controuersum sit aut confirmatione opus habeat: id, inquit, fatetur magna ecclesia, recipiens ut uera quæ à ludæis traduntur de mundi creatione sex diebus absoluta, déq; septimæ quiete, in qua scripturæ docent quieuisse deum à suis operibus, contemplantem singula: quas Celsus nec intelligens nec legens, putat eum à labore quæsisse requiem, id quod nusquam scriptum est. uerùm de mundi creatione, & sabbatismo à populo dei diligenter obseruato, longa est & arcana nec explicatu facilis disputatio. Post hæc Celsus opinor ut uolumen eius plenius fieret & grandius, multa temere congerit: qualia sunt, quòd eundem quem Iudæi putamus primum hominē, & ab illo originem atq; successionem humani generis similiter deducimus. Cæterum mutuas fratrum insidias nescimus, sed Cainum Abeli struxisse insidias & Esauum Iacobo: quodsi Abel Caino insidiatus est & Iacobus Esauo, tū recte dixit Celsus, mutuas fratrū insidi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

as ęquè apud nos narrari atq; apud Iudęos. Esto aũt etiã profectionẽ in Ægyptũ eodẽ modo apud nos atq; illos narrari, & inde reditũ non fugã ut Celsus nominat, quid hæc faciunt ad accusationẽ uel Iudęorum uel nostrorũ hominũ? Sed iste ubi se putat ansam uituperandi nactũ, fugã Hebræorum nominat: ubi uero res postulabat ut expenderet quæ de plagis scripta sunt quibus deus afflixit Ægyptiorũ gentẽ, ea libẽter silẽtio prętęrijt. Quodsi serio respondendũ est ad opinionẽ Celsi credentis nos idẽ de scripturis sentire quod Iudęi sentiunt, dicã confessum esse apud utrosq; sacros libros scriptos esse diuino spiritu, sed de intellectu eorũ non cõsentire nos, quãdo nec uiuimus ut Iudęi, q̃ nõ sapiamus iuxta externã legis literã. Et dicimus, quoties legit Moses uelamẽ esse obtensum cordibus eorũ q̃ Iesu Christi uiã non ingrediunt, ut eos mens Mosis legislatoris lateat: scimus aũt q̃ si quis se cõuertat ad dominũ, est aũt spiritus is dominus, sublato uelamine retẽcta q; facie, in occultis illis literarũ sensibus tanquã in speculo gloriã dñi contẽplabitur, fruetur q; illa quæ dei nominat gloria in suã metipsius gloriã: accipiẽdo pro intellectu id quod uocat facies, iuxta interiorẽ hominis faciẽ, repletam luce & gloria ueritatis quæ continetur in illis legibus. Post hæc dicit: Nemo me putet ignorare, quosdã Christianorũ assensuros cõmunẽ sibi esse cũ Iudæis deum: quosdã uero dicturos, diuersum atq; adeo cõtrariũ, & ab illo uenisse filiũ. Sed si hoc in Christiana religione improbat q̃ plures sectas habeat, quin eadẽ opera dãnat philosophiã? quandoquidẽ in philosophorũ sectis discrepat de rebus non uulgaribus, sed de maxime cognitu necessarijs. Accusanda erit & medicina propter sectas suas. Esto igit negẽt aliqui eundẽ esse nostrũ & Iudæorum deũ, non ideo culpandi sunt qui ex cõmunibus scripturis demonstrant eundẽ esse Iudæorũ deũ & gentiliũ: Paulo qui ex Iudæis ad Christianã religionẽ accessit, manifeste dicẽte: Gratias ago deo meo, cuius cultor sum iã inde à progenitoribus in cõscientia pura. Sit licet etiã tertiũ genus eorũ qui alios animales alios spirituales nominãt: puto aũt eũ Valentinianos dicere: quid hoc ad nos ecclesiasticos? qui dãnamus opinionẽ asserentiũ alios ad salutẽ natos, alios ad interitũ: & hos natura malos, illos cõtrà natura bonos. sint rursum alij qui arroganti Gnosticorũ nomine polliceantur nouã quandam scientiã, quẽadmodum quidã se nominãt Epicureos philosophos: attamen neq; prouidentiã tollens fuerit germanus philosophus, neq; isti q̃ absurda figmẽta et Iesu successoribus improbata introducunt, Christiani unquã fuerint. Sint alij etiã Iesum recipientes, eoq; Christianos se iactantes, seruantes nihilominus legẽ & uiuẽtes Iudæorũ moribus: uidelicet Ebionæi duorũ generũ, uel nobiscũ fatẽtes Iesum natũ è uirgine, uel nõ ita sed reliquorũ more hominũ: quid hoc crimen attinet ad ecclesiã, quã Celsus uulgi nomine significat? facit etiã mentionẽ nescio quorũ Sibyllistarũ, fotasse q̃ audierat à quibusdã improbari eos q̃ Sibyllã prophetidẽ existimant, notarijq; Sibyllistarũ nomine. Deinde aceruũ uariarũ appellationũ in nos congerens ait se nosse quosdã Simonianos, qui Helenã siue prẽceptorẽ Helenũ uenerãtes Helenianí dicant. Sed in hoc fallitur Celsus cũ Simoniani nolint fateri Iesum esse dei filiũ, sed Simonẽ dicant dei uirturẽ, prodigiosa quædã narrantes de homine uano, q̃ putarit se miraculorũ æmulatione non minorẽ existimationẽ q̃ Iesus paraturũ apud homines. Sed neq; Celsus neq; Simon potuerunt intelligere, quomodo Iesus in morem boni coloni potuerit magnã Græciæ barbariæq; partẽ opplere uerbi semine, traducentis animas à uicijs ad conditorẽ rerum omniũ. Celsus porrò nouit & Marcellianos à Marcellina & Harpocratianos à Salome oriundos, tũ alios à Mariamme alios à Martha. nos aũt qui discẽdi studio non solũ nostræ doctrinæ uarias sentẽtias perquisiuimus, uerũ etiã philosophorũ ueritatẽ uestigantiũ scripta excussimus, nunquã in istos incidimus. His addit Celsus Marcionistas sectatores Marcionis: & ut alios etiã præter iã nominatos uideat nosse, more suo loquẽs, Et alij alios, inquit, fingentes sibi dæmonas & magistros decepti uolutant in magnis tenebris turpius q̃ in Ægypto sodales Antinoani. Videt sanè rẽ attigisse dũ ab alijs dæmonibus alios dicit inuolutos erroribus & ignorãtiæ tenebris: q̃ uerò Antinoum confert cum nostro Iesu, non repetemus quæ antè ad hoc respondimus. Hi, inquit, dicendis nõ dicendisq; in se inuicẽ uelitant cõuicijs, nunquã cõcordes propter odia mutua. Ad hoc quoq; iã antè responsum est, & apud philosophos itidem inueniri sectas sectis infensas & apud medicos. attamẽ qui meditati uerba domini Iesu eius

eius doctrinæ cõsentanea didicimus & dicere & facere, cõuiciantibus cõtrà bene precamur, persecutores toleramus, obtrectatores nostros admonemus, nõ fanda infãdaq; iacimus in dissidentes à nostris opinionibus: sed siquidẽ possumus, nihil non tentamus quo illis correctis persuadeamus ut soli attẽdant creatori omniũ, omniaq; tanquã rationẽ summo iudici reddituri faciant: quod si nihil proficimus, seruamus illud præceptũ: Hęreticũ hominẽ post unã alterã ue admonitionẽ deuita, sciẽs quod deprauatus sit talis, peccet q̃ à seipso condẽnatus. Præterea qui capiunt illud seruatoris, Beati pacifici, et illud, Beati mites, nõ insectabunt odiose uel seductos uel seductores, nec eos caullabunt esse Circas blandiloquas. Videt aũt Celsus ne illud quidẽ apostolicum satis intellexisse: In nouissimis tẽporibus discedẽt quidã à fide, attẽdentes spiritibus erroris, & doctrinæ dæmoniorũ, in hypocrisi loquentiũ mendaciũ & cauteriatã habentiũ conscientiã, prohibentiũ coniugia, ut abstineat à cibis quos deus creauit ad percipiendũ cũ gratiarũ actione fidelibus: ac ne eos quidẽ qui his apostoli uerbis urgent istos q̃ nouitates & falsitates in sacrã doctrinã inuehũt: quapropter ait quosdã apud Christianos uocari auriũ cauteria, & alios ænigmata, id quod nondũ uidimus. Certũ est scandali nomen frequẽs esse in nostris literis, quo solemus uti de sanæ doctrinæ deprauatoribus, & simpliciorũ hominũ deceptoribus: quos tamen in eis literis nusquã Sirenas saltatriculas, & sophistrias, nisi quis aures cera præmuniat, porcina pro humanis capita imponentes, nominari, cõperimus: & ni fallor nec in nostris nec in hereticorũ ita nominant scripturis: solus iste qui omnia se scire profitet, etiã hoc assueuerat, ac mox addit oẽs aũt tantopere inter se discrepãtes, & fœdissimis cõtentionibus mutuo se redarguentes, audies iactare illud, Mihi mũdus crucifixus, & ego mundo. nã hoc solũ Celsus retinuisse uidetur è paulinis literis. alioquin obijceret nobis alia innumera, uelut illud. In carne uiuentes nõ iuxta carnẽ militamus. nã arma militię nostrę nõ sunt carnalia, sed deo pollentia, ad demolitionẽ omniũ substructionũ & cogitationũ in altũ se extollẽtiũ aduersus cognitionẽ dei. Quin & hoc ipsum quod ait omnes iactare has uoces, mihi mũdus crucifixus est & ego mundo, falsum esse coarguemus. Sunt enim quædã hæreses quæ nõ recipiunt Paulinas Epistolas, ut Ebionæi utriusq; generis, & qui Encratitæ uocant. certe hi qui nõ habent apostolũ pro uiro beato & sapiente, nõ dicerent, mihi mundus crucifixus est & ego mundo. atq; ita etiã hic Celsus mentit, multis uerbis in uarietatẽ hæresiũ inuehens: sed tũ indistincte, ut ne hoc quidẽ mihi uideat consideransse aut intelexisse, quomodo se dicant plura Iudæis nosse Christiani: utrũ approbãtes libros eorũ, aliter tamen interpretantes, an in totũ reijcientes eorũ scripturas. Sunt em̃ inter hæreticos qui uel hoc uel illud faciunt. Post hæc sic loquit: Ergo age etiãsi nulla habent idonea dogmatis sui principia, ipsam doctrinã eorũ examinemus: & primùm quæ parũ intellecta deprauant per inscitiã, ineptè usurpãtes sibi quæ ignorãt. sunt aũt hæc. ac mox fidelium Christianorum placita recensens, opponit eis philosophica: cõtendens quic quid bene à Christianis dictum putatur, & melius & dilucidius traditum apud philosophos, ut ad philosophiam retrahat à dogmatibus honestatem & pietatem præseferentibus. Nos hic quinto libro finem faciemus, à reliquis sextum auspicabimur.

Tit. 3
Matth. 5
1. Tim. 4
Gal. 6
1. Cor. 13

LIBER SEXTVS.

Extum hunc librũ ordientibus nobis, sacer Ambrosi, contendendũ est aduersus Celsi calũnias, nõ aduersus opiniones philosophicas, ut alicui posset
§ uideri. nã multa præsertim è Platone adducit, quę persuaderi possunt uel prudentibus ex sacris literis, eaq; conat ostendere nobis cũ alijs esse cõmunia, sed ita ut melius hauriri possint è Gręcis autoribus, etiãsi nõ referant ad deũ deiue filiũ. Ad quod respõdemus, cũ ueritatis professoribus propositũ sit prodesse quã plurimis mortaliũ, et p humanitatis officio quẽcunq; attrahere, siue cordatũ, siue insensatũ: nec solũ Græcos aut mãsuetos barbaros, sed quosuis è feris populis cõuertere: dubio procul opus esse ad hoc forma dicendi cõmuni, quæ quorũuis auribus se accõmodet. cæterũ illos qui ualere sinũt plebeios homines, eosq; ut educatos illiberaliter, nec capaces bene ordinatæ doctrinæ fastidiũt, literatorũ tantũ ratione habita, angustis benignitatẽ suã circũscribere terminis. Hoc aũt ideo dico, quia Celsus alijq; criminantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

scripturarũ nostrarũ in eloquendo simplicitatẽ, quã ad se collatã splendor cultioris orationis obscurare uidet: cũ prophetæ nostri & ipse Iesus eiusq; apostoli attẽti fuerint potissimũ ad orationis modũ non solũ ueracissimũ, sed etiã ad attrahendã multitudinem maxime cõmodum: ut singuli tã conuersi & attracti, p uirili percipiant arcana sub sermonis simplicitate latẽtia. Imò si uerũ fateri licet, paucis, pfuit, si tamẽ, pfuit, Platonis et similiũ exculta & accurata oratio: multo autẽ pluribus ista simplicitas hominũ tã stylo q̃ doctrina ad captũ uulgarẽ se attẽperantiũ. Itaq; uidere licet Platonẽ doctorũ tãtum teri manibus: Epictetũ uulgo quoq; lectorũ admirabilẽ esse utilitatis nomine, q̃ se præceptis illius admonitos, pficere sentiant: id quod nolim ita accipi, quasi dictũ in Platonis cõtumeliã: est em̃ & hic perutilis elegãtioribus: sed quo melius intelligat mẽs eius
1.Cor.2 qui dixit: Prædicatio mea nõ in persuasibilibus sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus uirtutis, ut fides nostra, nõ sit in sapiẽtia hominũ, sed in uirtute dei. quæ uerba quid aliud sibi uolunt, q̃ nõ satis esse ut uerũ sit & natũ ad mouendos animos hominũ quod discimus, nisi doctori diuinitus cõcessa sit uis quædã, & dictis eius adsit gratię cœlestis energia. Idẽ ait, ppheta in Psal. sexagesimoseptimo. Dominus dabit uerbũ euãgelizantibus uirtute multa. Itaq; ut demus quędã placita nobis esse cũ Græcis cõmunia, certe illorũ non tantundẽ ualet ad afficiendas animas: quo factũ est ut rudes quantũ ad Græcã philosophiã attinet Iesu discipuli peragrãdo multas orbis nationes, afficerẽt eas pro dignitate auditoris cuiusq;, sicut uisum est uerbo dei: & quãto quisq; ad discẽdum erat procliuior, tãto, pficiebat in melius. Proinde sectent̃ priscos magistros q̃ possunt eos assequi, doceat Plato Aristonis filius de summo bono, scribat in quadã epistola, primũ bonũ esse ineffabile, sed post diutinã familiaritatẽ repente uelut à flãma lumẽ ab eo in anima excãdescere: quę etiã nos cũ audimus nõ assentire nõ possumus. deus em̃ et hoc, & quicquid aliud bene dixerũt, eis manifestauit. quapropter dicimus, eos qui post conceptã uerã opinionẽ de deo nõ ut deũ pie coluerũt, reos esse pœnę peccatoribus debi-
Rom. 1 tæ. Sic em̃ de his Paulus ad uerbũ loquit̃. Palã fit ira dei de cœlo aduersus omnẽ impietatẽ & iniusticiã hominũ, q ueritatẽ in iniusticia detinent, propterea q̃ id quod de deo cognosci potest manifestũ est in illis. Deus enim illis patefecit. Siquidẽ quæ sunt inuisibilia illius, ex creatione mundi, dũ per opera intelliguntur, peruidentur: ipsaq; æterna eius potentia ac diuinitas, ut sint inexcusabiles: propterea quod cũ deũ cognouerint, non ut deũ glorificauerunt, neq; grati fuerũt, sed frustrati sunt per cogitationes suas, & obtenebratũ est insciens cor eorũ. Cum se crederent esse sapientes, stulti facti sunt mutauerunt q; gloriã immortalis dei, per imaginẽ, non solũ ad mortalis hominis similitudinẽ effictã, uerum etiam uolatiliũ & quadrupedũ & reptiliũ. Norunt igit̃ ueritatẽ isti q dicũt primum bonũ esse ineffabile, & post diutinã consuetudinẽ repente uelut à flãma lumen ab eo in anima excãdescere, quod deinde alat̃ à seipso: sed qui talia scribunt descendunt in Piræũ adoraturi ut numen Dianã, & spectaturi festũ Græcorũ conuentũ: absolutisq; disputationibus egregijs de anima, eiusq; post exactã recte uitã felicitate, missa faciunt præclara illæ quæ deus eis aperuit, humilia paruaq; sapiunt, uotiuũ gallũ persoluẽtes Æsculapio: & inuisibilia dei atq; ideas contẽplati, ex creatione huius mundi rebusq; sensibilibus, à quibus ascendentes ad intelligibiles æternã eius potentiã ac diuinitatẽ non obscure uiderũt, nihilominus stulti facti sunt in suis ratiocinationibus, & cor eorum quasi nihil intelligat uolutat̃ in tenebris atq; ignorãtia uerę religionis, licetq; uidere ualde sibi placentes sapientiæ atq; adeo theologiæ nomine adorare simulacrũ hominis corruptibilis uelleq; uideri id facere in honorẽ numinis: quin & ad Ægyptiorũ superstitionẽ nonnunquã se deijcere, & ad cultũ uolucriũ, quadrupedũ atq; reptiliũ. Sed donemus esse qui mentẽ attollant altius, certe cõperiuntur mutasse dei ueritatẽ in mendaciũ, & uenerari ac colere creaturã plusquã creatorẽ, quapropter multi scijs Græcorũ sapientibus errantibus in opinione de deitate, deus elegit stulta huius seculi, ut sapiẽtes pudefaceret, infirma itẽ, ignobilia, contẽpta, et quę nõ sunt, ut ea quę sunt in nihilũ redigeret, reuera ut ne glorietur ulla caro in cõspectu domini. Cæterũ sapientes nostri, antiquissimus Moses alijq; posteriores prophetæ, non ignorantes deũ esse inenarrabilẽ, scripserũt quidẽ eũ apparuisse uiris hoc honore dignis, Abrahamo, Isaaco, Iacobo: sed in qua essentia uel specie, aut quomodo qua'ue sui parte uiderint, eũ exquiren-

exquirendum reliquerũt his qui possunt cõsiderare talia similiter ut illi à quibus deus cõspectus est, puro corde, nõ oculis corporeis. nã iuxta nostrũ Iesum, Beati mũdo corde, quoniã ipsi deũ uidebũt. Quòd aũt repẽte uelut à flãma lumẽ excãdescat in anima, multo antè in scripturis dictũ est per prophetã. Illuminate uos scientiæ lumine. Sed & Ioannes aliquãto post dixit, q̃ uita erat in uerbo, & uita erat lux hominũ: quæ quidẽ uera lux illustrat omnẽ hominẽ uenientẽ in uerũ mundũ intelligibilẽ, facitq; ut & ipse sit mundi lux. Illuxit em̃ hæc lux in cordibus nostris, ad illustrandũ euangeliũ gloriæ dei in persona Christi. quamobrẽ antiquissimus propheta qui uixit plus q̃ quartadecima ætate ante Cyrũ: Dominus, inquit, illuminatio mea & seruator meus, quẽ timebo? & Psal. 118
Lucerna pedibus meis lex tua, lumẽ semitis meis. &, Signatum est super nos lumẽ uultus tui domine: in lumine tuo uidebimus lumẽ. Ad hoc lumẽ inuitat noũ Esaias dicẽs: Esa. 60
Illuminare illuminare Hierusalẽ: uenit enim lumen tuũ, & gloria domini super te orta est. Idẽ uaticinans de aduentu Iesu auocãtis à simulacris statuisq; ac cultu dæmonũ, sic
Esa. 4 inquit: Sedentibus in regione & umbra mortis lux orta est eis. Et rursum: Populus qui sedebat in tenebris, uidit lucẽ magnã. Vide differentiã inter pulchrũ illud Platonis dictũ de primo bono, & dicta prophetarũ de beatorũ lumine: & q̃ Platonis de hoc ueritas nihil profuit lectoribus ad sincerã pietatẽ, ac ne ipsi quidem qui sic de primo bono philosophatus est: cæterũ sacrę scripturę simplex oratio germanũ lectorẽ numine quodã afflatũ corripit, quippe qui habet apud se lumen illud quod in parabola quinq; prudentes uirgines in lãpadibus suis alunt oleo. Quoniã aũt Celsus ex Platonis epistola profert & hæc uerba: Si mihi uisum fuisset ea quæ uel scribi possunt uel dici, apud multitudinẽ satis esse efficacia, quid rectius in uita hac agere possem, q̃ ea scribere quę magnopere prodessent hominibus, & rerũ naturã in lucẽ, pducere? age differamus de his quoque breuiter, habuerit ne Plato aliquid sanctius ac diuinius q̃ quæ scripto prodidit, an non: id q̃ cuiq; examinandũ relinquamus, p uiribus, ostẽdentes q̃ nostri quoq; prophetæ altiora sapiebant per silentiũ, q̃ quæ mandauerunt literis. nã Ezechiel accipit caput libri scriptũ à fronte & à tergo, in quo inerat lamentum & canticũ & uæ, iusApoc. 10
susq; librũ deuorat, ne eũ scribat & euulget indignis: de Ioanne quoq; scribitur simile 1.Cor. 12
quiddã eũ uidisse & fecisse. Sic & Paulus audiuit uerba ineffabilia, quæ nõ licet proloqui apud homines. et maior his omnibus Iesus legit̃ discipulis priuatim locutus uerbũ dei præsertim in secessibus: sed quid eis dixerit nõ legit̃. nõ enim uidebãtur talia uulgo scribẽda uel prædicãda. quòd si licet uerũ de tantis uiris dicere, aio melius Platone hos uidisse per gratiã diuinitus sibi cõcessam, tũ quid scribendũ aut quomodo, quid nõ scribendũ nec euulgandũ, tũ quid prædicandũ, quid nõ. Hãc scribendorũ & non scribendorũ differentiã docens nos Ioãnes ait se audisse tonitrua septẽ, arcana quædã indicantia, uetantia q̃ ne referrentur in literas. multa huiusmodi & apud Mosem reperire licet ac prophetas antiquiores nõ Platone solũ sed & Homero & ipsis literarũ Græcarũ inuentoribus, digna sanè gratia dei quã acceperũt, & sublimibus sensibus referta. nec ut Celsus putat parũ intellectas Platonis sententias deprauauerunt, quî enim potuerunt cũ is nondũ natus esset? Sin ad Iesum apostolos posteriores Platone referatur Celsi dictũ, uidendũ ne hoc uero sit absimile, Paulũ pellium sutorẽ, & Petrũ piscatorem, & Ioannẽ abductũ à paternis retibus, male intellectis Platonis epistolis tales opiniones tradidisse de deo. Solet aũt Celsus quædã ut fide digna inculcare sæpius, iterũ atq; iterũ referens quasi noua nec ante dicta: nos semel ad ea respõdisse cõtenti erimus. Iã quod ex eodẽ Platone affert, per interrogationes & responsiones elucere sensum philosophiæ platonicę: ostẽdemus è sacris literis q̃ etiã diuina scriptura nos hortatur ad dialecticã, aliubi Solomone dicente, Eruditio rationibus nõ examinata decipitur: aliubi huic attestante autore libri sapientię Iesu Sirachi filio, Scientia, inquit, insensati est sermo carẽs examine. Itaq; beneuolæ ratiocinationes apud nos sunt maxime, qui scimus quòd præpositus doctrinæ debet esse idoneus ad conuincẽdos qui conantur cõtradicere. q̃ si quis per segniciem nõ exercet se in diligenti lectione sacrarũ scripturarũ nec eas ita ut Iesus præcepit scrutatur perquirens earũ sententiam, nec intellectũ petit à deo, nec pulsat fores occlusas, nõ statim uerbũ dei uacuum est omni sapientia. Deinde post quędã ex Platone citata in eam sententiã, q̃ à paucis summũ illud bonum cognosci potest,

Universidad de Deusto
Biblioteca

subiũgit hæc: Sũt qui alios temere cõtemnẽdo ipsi magnifica sed inani spe pleni, quas nescio quid præclarũ didicerint, dicunt uera nonnulla, sed quæ Plato multo ante docuit: nec tamen prodigiose loquũr, nec obturat os scitãtibus quid nã sit hoc quod pollicetur, nec iubet ante omnia credere talẽ esse deũ, aut talẽ habere filiũ, quodq; ipse sua ex illius colloquio hauserit. Ad hæc respõdeo, de Platone Aristandrũ ni fallor scripsisse, non Aristonis eũ fuisse filiũ, sed spectri quod Apollini simile cõplexum sit Perictionẽ, cui attestantur plerique Platonici qui uitam magistri sui prodiderunt ad posteros. Quid memorem Pythagoram de quo multa prodigiosa feruntur, quòd in conuentu Græcorũ nudauerit femur eburneum, quodq; agnouerit clypeum gestamen suum cum olim esset Euphorbus, cõspectusq; sit eadẽ die in duabus urbibus. Iã qui de Socrate ac Platone prodigiosas narrationes taxare uoluerit, proferet cygnũ Socrati cõmendatum per somniũ, uocẽq; ipsius magistri q̃ Plato is cygnus fuerit, cũ postridie adolescens ei commẽdaret. Similiter & illud quod Plato sibi uisus sit tertiũ habere oculũ, inter prodigiosa referet. nec deerit unquã parũ candidis de præstãtissimo quoq; maligne sentientibus calũnia, quandoquidẽ ludunt & in Socratis geniũ tanquã rem ficticiã. ergo non loquimur prodigiose dũ acta Iesu narramus, sed germani eius discipuli de ipso scripserunt talia. At Celsus iste ut profitetur omniscius, tã multa è Platone proferens, data opera credo dissimulat id quod ille scripsit de filio dei uerbo in sua ad Hermiã & Coriscũ epistola his uerbis: Iurãdo per deũ rerũ omniũ ducẽ præsentiũ et futurarũ, & ducis causęq; patrẽ & dominum: quẽ si uere philosophemur, cognoscemus oẽs, quatenus felices homines possunt pertingere. Alia quoq; uerba Celsus adducit ex eodem sic. Libet amplius etiã de his rebus disserere. Si enim his explicatis aliud quiddã fiet apertius. Est enim sermo quidã uerus, contrarius audẽti quiduis istarũ rerũ scribere, sæpe quidẽ à me dictus & antea, dicẽdus tamẽ, ni fallor, nũc quoq;. Ad parandã scientiã cuiq; tria sunt necessaria, quarta uerò ipsa. quintũ ponendũ est ipsum cognoscibile quod uere est ens. Vnũ quidẽ est nomẽ, secundũ uerbũ, tertiũ simulacrũ. quartũ scientia. Iuxta hãc rationẽ possumus dicere q̃ uox clamantis in deserto inductus est Ioannes ante Iesum, ꝓportione
Ioan. 1 quadã referẽs nomẽ quod apud Platonẽ est. secũdo loco post Ioannẽ est Iesus ostensus ab eo, cui quadrat illud, Verbũ caro factũ est, respondetq; uerbo q̃d apud Platonẽ est. Tertiũ porrò Plato ait esse simulacrũ, qua uoce qa nos in alio significato utimur, apertius dicemus in animo facta post uerbũ cõpũctione, figurã Christi in unoquoq; à Christi uerbo imprimi. an aũt iuxta eandẽ analogiã quartũ quę est scientia, sit apud nos Christus pfectorũ sapiẽtia, q̃ potest uideri. Deinde inquit: Vides quõ Plato quãuis præfatus rẽ esse ineffabilẽ, tamẽ ne uideat refugere ad incõuincibilia, rationẽ reddit huius difficultatis. nã & nihil ipsum fortassis est ineffabile. Hęc quoniã eò tẽdere uidenr ut affirmet nõ esse credẽdũ simpliciter, sed rationẽ reddendã eorũ quę credimus, adducemus & nos Paulũ reprehẽdentẽ eos q̃ credũt temere, ubi dicit, Nisi temere credidistis. Hic Celsus rursum eadẽ iterãs quantũ in ipso est cogit & nos iterare eadẽ. cũ em mẽtio fiat de arrogãtibus, negat Plat. arrogantẽ fuisse aut mendacẽ, ut qui nõ profiteat à se inuentũ nouũ aliquid, nec è cœlo se uenire nunciũ, sed præseferat unde sua sumpserit. Ad hęc respõderi potest, imò arrogantẽ esse Plat. & tumidũ, qui in Iouis apud Timeũ cõcione sic loquit: Dij deorũ, quorũ ipse & cõditor sum & genitor: reliquaq; quę sequunr, q̃d si quis hęc defẽdere conabit, propter sententiã Iouis apud Plat. cõcionantis, quin eadẽ opera perquirit sententiã uerborũ filij dei, aut creatoris in scripturis ꝓpheticis, maiora inueturus q̃ in cõcione Iouis quę in Timeo legit. nã diuini sermonis character est futurorũ prædictio, quæ in naturã humanã nõ cadit, & iudicat ex euẽtibus, quãdo euidens fit diuini spiritus prænunciatio. Itaq; nõ omni accedẽti dicimus, primùm crede de quo te doceo dei filiũ esse: sed unũquẽq; alloquimur habita ratione morũ eius & cõditiõis: ut q̃ didicimus, debere nos scire quõ respondendũ sit cuiq;: & quos faciliores ad credẽdũ nanciscimur, eis hoc prædicamus: cæteris quoad eius fieri potest demõstramus per contãdo uicissim ac respondẽdo. Nec ita ut Celsus exprobrat dicimus, Crede esse hũc de q̃ te doceo dei filiũ, quãuis ignominiose uinctus sit & turpi affectus supplicio, quãuis heri & nudiustertius in cõspectu omniũ tractatus ꝓbrosissime: nec dicimus, ea propter etiã magis crede. nã ad singula conamur plura dicere, quę supra exposuimus. Post hæc Celsus de Christianis sic loquit: Alij hũc inducũt, alij aliũ: omnib. tamẽ in prõptu est

est cõmune illud uerbũ, crede, si uis saluus fieri, aut abi. Quid hic facturi sunt q̃ uere seruari cupiũt: nũ tesserarũ iactu sortient quò se uertere debeãt, & quib. addicere? Etiã ad hoc aperte respõdebimus: si plures fuissent q̃ uenissent in uitã hominũ, quemadmodũ narrãt de Iesu, dei filij, et singuli ad se quosdã attraherẽt, ut ꝓpter similitudinẽ ꝓfitentiũ se dei filios, incerta fides nostra fieret uariantib. testimonijs, locũ habuissent illa uerba: alij hũc inducũt, alij aliũ: omnib. tamẽ in prõptu est cõmune illud, crede si uis saluus fieri, aut abi, & reliqua. nũc aũt per totũ terrarũ orbẽ Iesus prędicat uenisse ad humanũ genus unicus dei filius. nã q̃ hęc prodigiosis, sicut Celsus, tribuentes artibus, similibus ꝓdigijs conati sunt sibi cõciliare fauorẽ multitudinis, nequã fuisse dephẽsi sunt, Simõ Samaritanus magus, & Dositheus eius conterraneus: quorũ alter aiebat se uirtutẽ illã magnã dei, alter uerò et ipse uolebat haberi dei filius. nũc nusquã gentiũ extat Simoniani, quãuis Simon quo plures sibi pararet discipulos, sustulerit è sua doctrina mortis periculũ, quod Christiani docebant cõtemnere, dicẽs indifferentẽ rẽ esse idololatriã. Imò nec ulla persecutio cõtra Simonianos unquã exorta est. sciebat em malus dæmon doctrinæ Iesu insidiator nihil piculi reb. suis imminere à Simonis discipulis. cæterũ Dositheani nec unq̃ floruerũt, & nũc omnino extincti sũt, ut nomine tãtũ manẽte inter 30. Act. 5
nõ cẽseant. Quin & Iudas Galilęus, ut Lucas in Actis apost. scribit uolebat uideri magnus aliquis, & prior illo Theudas: sed qa nõ ꝓficiscebat à deo hęc doctrina, perierũt, moxq; oẽs q̃ eos sectati fuerãt dispersi sũt. Quare nõ tesseris sortimur q̃ nos debeamus uertere, aut quẽ sequi, cũ nulli sint, q̃ nos in diuersa trahãt, ꝓfitẽdo se à deo missos ad genus humanũ. Verùm de his satis hactenus: transeundũ est ad aliã Celsi calũniam, ne sentẽtias quidẽ nostras sciẽtis, sed male intelligẽdo affirmãtis nos dicere, hominũ sapiẽtiã
esse apud deũ stultitiã: cũ Paulus dicat: Sapiẽtia huius mũdi, stultitia est apud deũ. Hic 1. Cor. 3
Celsus ait huius rei causam iã dudũ redditã: putatq; causam esse, quod uelimus per hæc uerba solos impios & fatuos ad nos allicere. Sed id iã ante à se dictũ ipse significat, & nos ad hoc ꝓ uiribus respõdimus: attamẽ conat ostẽdere hoc q̃q; nos mutuatos à Græcorũ sapiẽtib. dicentib. aliã esse diuinã, aliã humanã sapiẽtiã. Itaq; hic dicta Heracliti adducit in mediũ, unũ illud: Nã hominũ mores rationẽ non habẽt, deorũ habent. alterũ, Vir stultus audit à dæmone, sicut puer à uiro. adducit & ex Plat. apologia ꝓ Socrate scripta illud: Equidẽ uiri Athenienses nõ ob aliud q̃q; ob sapientiã quandã eius modi nomẽ adeptus sum. Sed ob quã sapientiã? forte ob eã quę humana sapiẽtia est. nã hac reuera sapiẽs esse uideor. Celsus quẽ hęc citat, ego uerò unũ etiã his addã ex Platonis ad Hermiã & Erastũ Coriscũq; epistola: Erasto aũt & Coriſco ꝓter sapientiã istã de specieb. pulcherrimã, alia insuper affirmo, & si sum senex opus esse sapiẽtia aduersus im, ꝓbos iniustosq; cauẽdi, & ad resistendũ potẽtia. sunt em inexperti fraudũ: quia penes nos cũ hominib. uiuere diu cõsueti sunt minime malis. quapropter illos huiusmodi quædã indigere dico cautione, ne coganr uerã negligere sapientiã, & humanã hãc necessariãq;, plusquã deceat, meditari. Itaq; iuxta hos alia est humana sapientia, alia diuina. humana quidẽ, quę à nostris sapiẽtia mundi huius dicit, quæ est stultitia apud deũ. diuina uero & ab humana diuersa, si quidẽ est diuina, per gratiã dei donata cõtingit his qui sese ꝓparãdo fecerũt ad eã accipiendã idoneos: præsertim his qui utriusq; differentiã scientes, in suis ad deũ precibus dicere solẽt: etiã si quis pfectus sit inter filios hominũ, si à te data sapiẽtia careat, pro nihilo reputabit. proinde gymnasiũ animæ humanã sapientiã dicimus, scopũ uerò & finẽ diuinã, quę etiã solidus animę cibus uocat apud illũ qui sic
loquit: Perfectorũ aũt est solidus cibus, eorũ qui ꝓpter cõsuetudinẽ exercitatos habẽt Heb. 5
sensus ad dignoscendũ bonũ à malo. Est quidẽ antiqua hæc opinio, sed non ut Celsus putat ad Platonẽ referenda uel Heraclitũ. longe enim ante horũ ætatem prophetæ fecerũt hoc discrimẽ utriusq; sapientiæ, id quod uel Dauidis testimonio satis manifestũ esse poterit: qui de diuina sapiẽtia prædito dicit, nõ uisurũ corruptionẽ cũ sapiẽtes moriẽtes uiderit. Diuina igit sapiẽtia primũ locũ inter dei Charismata quę uocãt obtinet: secũdũ uero, ut cẽsent q̃ ista sciũt exactius, quę uocat cognitio: tertiũ deinde, qa opus
est etiã simpliciores ad pietatẽ ꝓ uiribus accedẽtes saluos fieri, fides, quamobrẽ dicit Pau- 1. Cor. 12
lus: Alij quidẽ per spiritũ dat sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ per eundẽ spiritũ, alij uero fides in eodem spiritu. quapropter nec uulgares homines inuenire licet diuinę

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapientiæ participes: nec imperitissimo cuiq; & illiterato rudissimoq; enarratur hæc sapientia, ut Celsus eos nominat q nesciunt profanas literas & disciplinas græcanicas. nos uero eos dicimus ineruditissimos quos nō pudet alloqui res inanimas, & sanitatē ab infirmis petere, uitā à mortuis, opē ab inopib. quodsi quis dixerit ista non esse deos, sed deorū uerorū imagines & signa, nihilominus hi quoq; imperiti, uiles, & ineruditi sunt, qui deos imaginant in manufacturis opificū, adeo ut ne infimi quidē è nostris hominibus laborent huiusmodi imperitia. attamen uel prudentissimos capaces spei diuinæ fatemur: sed nō dicimus impossibile ut diuinā sapientiā percipiat qui se prius in humana nō exercuerit, ut qui omnē humanā sapientiā, si ad diuinā conferat, stulticiā esse ducimus. Hic ubi agendū erat rationibus, iste prætigiatores nos uocans, ait uitari à nobis oēs elegantiores, q; hi nō temere decipiant, solos rusticiores illaqueari. nescit enim iā olim nos habuisse uiros sapiētes excultos disciplinis exoticis Mosem illū eruditum in uniuersa doctrina Ægyptiaca, Danielē, Ananiā, Azariā, Misaelē, peritos omnis literaturæ Assyriorū, adeò ut oēs eius gētis sapientes superarent decuplo. quin & hodie habent ecclesię in tāta multitudine plebeiorū aliquot excellenter doctos: q à carnali quā uocamus sapientia descisscentes nobis se adiunxerunt, & in his quosdā q ab illa ad diuinā ascenderūt sapientiā. Post hæc Celsus quasi leui aliquo rumore de Christiana humilitate ac ne hoc quidē satis intellecto tactus, fatet quidem eā apud nos esse: putat tamē hāc quoq; perperā desumptā è Platonis doctrina, q in libris de legib. alicubi sic loquit: Deus em (ut uetus prouerbiū est) principiū & finē rerū omniū & media cōtinēs, quæ recta sunt peragit naturæ accedens: hūc uero iusticia semper subsequit, eos plectēs, q diuinā soluerint legē: hāc iusticiā qui futurus est felix, humilis & cōpositus sectat. Nec uidet apud multò Platone antiquiores extare in precib. uoces illas: Domine nō est exaltatū cor meū, neq; elati sunt oculi mei, neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me, nisi humiliter. Vnde docemur & hoc, nō eā esse humilitatē si quis se abiecte demittat humi flexis genibus, aut pronus ,pcūbat sordidatus miserabiliter & fœdatus puluere. nā quisquis ita ut hic propheta est humilis, ambulans in magnis & mirabilib. cogitationibus suū intellectū excedentib. sub potēti manu dei se humiliat. quod si qui per imperitiā parū intelligētes hoc de humilitate dogma, illa quæ diximus abiecta factitāt, nō doctrina in culpa est, sed uulgaris ignorātia, quæ postpositis potioribus. deteriora sequit. Magis em q; ille apud Platonē humilis est et cōpositus, q; quis se cōponit eo q; ambulet in magnis & mirabilibus super se, & tamē spōte humiliat, nō sub quolibet, sed sub potēti manu dei, iuxta doctrinā Iesu magistri discipulorū taliū: q nō rapinā arbitratus est, ut esset æqualis deo: sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominū cōstitutus, & figura repertus ut homo, humilem præbuit semetipsum, factus obediens usq; ad mortē, mortē aūt crucis. Estq; tā præclarū hoc humilitatis institutū, ut non uulgarē autorē habeat, sed ipse noster seruator dicat. Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus uestris. Post hæc dictū illud in diuites, facilius esse camelū intrare per foramē acus, q; diuitē in regnū cœlorū, ait Iesum omnino à Platone paucis mutatis desumptisse: quandoquidē ipsius sit sententia, impossibile esse ut eximiè bonus idē egregiè diues sit: Quis nō rideat Celsum uel mediocriter cordatum, siue is Christianus sit, siue unus reliquorū hominū, dū audit Iesum apud Iudæos natū & educatū, Iosephi fabri existimatū filiū, qui nunquā ne hebræas quidē nedū græcas literas didicerit, sicut de hoc ueraces scripturæ testant, legisse libros platonicos: & delectatū eius sententia de diuitibus, Impossibile esse ut eximie bonus idē egregie diues sit, detorsisse nonnihil & nouā ex ea fecisse: facilius esse camelū per foramen acus intrare quàm diuitē in regnū dei: quodsi Celsus cādido animo & ueritatis studioso uersasset euāgelia, didicisset curnā ad hāc collationē camelus potissimū adhibeat, et animal distortū cōferat cū diuite: tū qd sibi uelit angustū illud acus foramē, cui similis æq; angusta & cōpressa dicit uia deducēs ad uitā. adhęc in lege inter impura cēseri hoc animal quamuis ruminet, sed improbatū quia nō diuidat ungulā, cōsiderasset etiā quoties in sacris literis cameli nomē inueniat, & de quib. ut uideret uerbi dei uoluntatē de diuitibus: nec illud indiscussum reliquisset, q; Iesus mactos dicat pauperes, diuites uero miseros: utrū hęc de sēsibilib. dicta sint pauperib. et diuitib. an quādā pauptatē omnino beatam

Philip. 2

Matth. 11

beatam norit dei filius, & rursum penitus dānandas diuitias: quandoquidē nec idiota indiscrete laudaret pauperes, quorū multi sunt pessimis moribus. uerùm hæc quidē hactenus. Quoniā aūt deinceps extenuare uolēs quę apud nos de regno dei scripta sunt, nihil horū memorare dignatus est, aut fortasse ne legerat quidē, sed Platonis sentētias ex epistolis & Phædro adducit, quasi diuinas, & quasi nihil tale habeat in nostris literis: age pauca proferamus ut cōferantur cū Platonicis, uerisimiliter quidē & probabiliter dictis, quæ tamē non tantū apud ipsum philosophū ualuerint, quantū debuerant, ut eū ad uerā pietatē & conditorē huius uniuersitatis colendū conuerterent, ablegata quæ religionē uiciat & cōtaminat, siue idololatria ut nos nominamus, siue superstitione ut uulgus loquit: Hebraica certe figura in 17. Psal. deus dicitur posuisse latibulum suū in tenebris: quo significatur neminē posse cogitare de deo pro dignitate ipsius, uelut in tenebris latentis quantū ad homines cognitionis eius splendorē non ferentes attinet, nec obtueri ualentes, partim propter mētis impuritatē uinctę humiliato hoc corpore, partim propter eius angustias haudquaquā capaces tanti numinis. Vt aūt sciatur q; rarū sit paucisq; mortaliū cōcessum deū cognoscere, scriptū est Moysem ingressum esse caliginē ubi deus erat: & iterū de eodē: Moses solus prope deū accedet, reliqui nō accedent. Ac rursum ut propheta indicaret profunditatem diuinorum dogmatum, incomprehensibilem his qui carent spiritu scrutante omnia, etiā arcana dei, Abyssus, inquit, sicut uestimentū amictus eius. quin & Seruator noster ac dominus, dei uerbū, magnitudinē cognitionis indicans qua pater eius noscitur, quodq; pro dignitate ab ipso solo noscatur, secundo uero loco à mentibus illuminatis per uerbū dei, Nemo, inquit, nouit filiū nisi pater, neq; patrē nisi filius, & cui filius reuelauerit. nā neq; ab æterno genitū omnisq; creatæ naturæ primogenitū quisquā pro dignitate potest nosse nisi pater ipse qui genuit: neq; patrē quisquā æque ac animatū eius uerbū, ueritas & sapientia: cuius participes tollentis à patre tenebras quas scriptura nominat, abyssumq; q amictus est, ipso reuelante quoad fieri potest eū cognoscūt. Hæc è multis pauca disserui desumpta è sacrorū uirorū de deo cōmentationibus, ostendēs plus grauitatis inesse his q; sermonibus Platonicis, modo afferas oculos qui maiestatē scripturarū introspicere ualeant. uerba Platonis quæ Celsus adduxit ita se habent. Omniū regē omnia circumstant, & illis gratia uniuersa, & bonorū hic omniū causa. Secundū aūt circa secunda, & tertiū circa ea quæ tertia sunt. Humana igit anima circa hæc cupit perdiscere qualia sint in ea intendens quæ sibi cognata sunt, quorū nihil se habet sufficiēter. De rege uero & alijs supra dictis nihil est istiusmodi. Possem & ego in medium adducere quæ de Seraphim apud Hebręos uocatis scribit Esaias, operientib. dei pedes et faciē, uel quę de nominatis Cherubin narrat Ezechiel, qua sint effigie, & quō deus dicat super Cherubim inuehi: sed qa hæc ualde operte dictæ sunt ,ppter indignos nō ualētes assequi maiestatē & sublimitatē huius theologiæ, nō arbitratus sum cōuenire huic operi tractationē rerū taliū. Deinde Celsus ait quosdā Christianos occasiōe arrepta ex Platonis uerbis nō intellectis iactare supercœlestē deū, & cœlū Iudęorū trāscēdere: nō satis hīc declarās, utrū & deum Iudæorū transcendant, an solū cœlum per quod illis iurare mos est. cæterū de his qui alium deū prædicant præter eū qui à Iudæis adoratur, dicere nō est huius propositi: sed nostrā tantum causam agere, & ostendere q; Iudęorū prophetæ nihil potuerunt à Platone accipere, cū antiquiores eo fuerint. Itaq; ne ista quidē modo recitata inde accepimus, de rege omniū propter quē sunt omnia, sed his lōge præstantiora ex prophetis hausimus, ipso Iesu interpretāte suis discipulis, quid per hæc oracula significare uoluerit spiritus sanctus, qui fuit idē etiā Christi spiritus. Nec primus hic philosophus docuit de supercœlestibus, sed iā olim Dauid sublimiores rebus sensibilibus de deo contēplationes docuit nos dicens, Laudate deū cœli cœlorū, & aquæ quæ super cœlos sunt laudēt nomen domini. Illud nolim inficiari, sententias istas quæ in Phædro legunt Platonē hausisse ab aliquibus Hebræis, aut ut quidā scripserūt, etiā lectis ,pphetarū libris, inseruisse disputationibus suis quędā de supercœlestib. ut illud: Supercœlestia loca è nostris poetis cecinit nemo, neq; in posterū ,p eorū dignitate decātaturus est: & quæ deinceps sequunt, in quibus & illlud: Substantia em quæ nec colorē nec figurā admittit, nec tangibilis est, animæ haud dubia gubernatrix, sola mente conspicit, circa quam

Exod. 24

Psal. 104

Matth. 11

Esa. 6

Psal. 148

Universidad de Deusto
Biblioteca

quã uerę ſcientię genus hũc obtinet locũ. illis prophetarũ oraculis eruditus Paulus no ſter, ſupermundana & ſupercœleſtia deſiderans, eorũq; conſequendorũ cauſa nihil nõ faciens, ſic ſcribit in poſteriore ad Corinthios epiſtola. Nã momẽtanea leuitas afflictionis noſtræ, mire ſupramodũ æternũ pondus gloriæ parit nobis, dũ non ſpectamus ea quæ uidenť, ſed ea quæ non uidenť. nã quæ uidentur, tẽporaria ſunt: at quæ nõ uidenť, æterna ubi ſtatim auditori ſuccurrit idoneo, res ſenſibiles ab eo dici quæ uidenť, intelligibiles uero quæ non uidenť. ſic etiã temporaneorũ nomine accipiet ſenſibilia quæ uidenť, æternorũ uero quæ intelligũtur, nõ etiã uidentur: quorũ contẽplatione potiri cupiẽs, præ nimio deſiderio nihili facit ut leues quaſuis afflictiones, haud grauatim ferẽs uel cũ maxime affligiť, ſpe illius contẽplationis recreante: quoniã habemus pontificẽ maximũ qui magnitudine uirtutis & intelligẽtiæ ſuę penetrauit cœlos, Ieſum dei filiũ, pollicentẽ germanis diſcipulis et digne diuina inſtitutione uiuẽtibus, euectuŕ ſe illos ſupra mũdana omnia. ait eñ, Vt quò ego uado, ibi & uos ſitis, quamobrẽ nos poſt exactos labores & certamina ſperamus in ſummũ cœlũ nos euaſuros, & fõtes aquæ ſalientis in uitã æternã hauriendo iuxta Ieſu doctrinã, & flumina contẽplationũ percipiẽdo, uerſaturos cũ aquis illis de quibus ſcriptura loquiť ſupercœleſtibus, laudãtibus nomẽ domini: et quãdiu laudabimus eũ, nõ circũagemur cœli uertigine, ſemper intẽti in inuiſibilia dei, nõ amplius ex mũdana creatura noſcitantes eũ, ſed facie ad faciem, ut inquit germanus ille Ieſu diſcipulus: & rurſum aliãs: Vbi uenerit quod perfectũ eſt, tũc quod ex parte eſt euacuabiť. Porrò ſeptẽ cœli, aut certus aliquis eorũ numerus nuſquã eſt in ſcripturis receptis ab eccleſiis dei: ſed cœli, ſiue orbes planetarũ quos Græci uocãt, ſiue quid ſecretius ſignificeť per eos. Viã quoq; animarũ in terrã & à terra Celſus iuxta
Gen. 28 Platonẽ ait trãſire per planetas: Moſes uero prophetarũ antiquiſſimus in ſomnio Iacobi uiſionẽ diuinã narrat, ſcalã in cœlũ pertingentẽ, & angelos dei deſcendẽtes aſcẽdentesq; per eã, dominũ uero innixũ ſummæ ſcalę: ſiue hoc ipſum ſubindicãs per ſcalã, ſiue maius aliquid: de qua & Philo librũ cõpoſuit, dignũ qui examineť à ſapientibus ueritatis amatoribus. Deinde ut in libro contra nos ſcripto Celſus uariã eruditionẽ ſuã oſtentaret, inſerit quædã myſteria Perſica, ubi dicit: Hæc ſubindicat & Perſarũ doctrina, & Mithræ ſacrũ eis gentile: eſt eñ in eo duarũ cœli reuolutionũ ſignificatio, tũ eius qua ſtellæ fixæ feruntť, tũ eius qua planetæ, & animæ per eas tranſitus tale ſymbolum. ſcala eſt in altũ aliis ſuper alias portis ſurrectis uſq; ſummũ octauæ portæ fornicẽ. prima portarũ eſt plũbea, ſecunda ſtãnea, ahenea tertia, quarta ferrea, quinta mixti nomiſmatis, ſexta argentea, ſeptima aurea, primã faciũt Saturni, plũbo notantes tarditatẽ eius ſideris. ſecundã Veneris, cõparantes ei ſtãni ſplendorẽ & mollitiẽ, tertiã Iouis ęratã & ſolidã. quartã Mercurij. eſt eñ laborũ patiens & negotiator, æque ac ferrũ celebratus hominib. quintã Martis, propter mixturã inæqualẽ & uariã. ſextã lunę argenteã, ſeptimã ſolis aureã, coloribus ſuis referentes ea ſidera. deinde examina cauſam ſic recẽſiti ſtellarũ ordinis, indicati per Symbola nominũ portæ reliquæ, admiſcens etiã rationes muſicas ex Perſarũ theologia. moxq; pari oſtentatione ſecundã narrationẽ adiungit, pertinentẽ ad contẽplationes muſicas: quã ſi referrẽ æque ac Celſus abſurde facerem, qui contra Chriſtianos & Iudæos agens nõ contentus fuit Platonẽ intempeſtiue allegare, ſed etiã perſica Mithræ myſteria, eorũq; enarrationẽ protulit. Ea ſiue ficta ſunt, ſiue uera celebrãtur à Mithriacis & Perſis, nihilo magis huc faciunt q̃ quęuis alia myſteria, uel eorũ enarratio. nõ enim maioris apud Græcos exiſtimationis ſunt q̃ Eleuſinia, aut quibus apud Æginenſes initiantur ſacra Hecates. quodſi barbarica memorare placuit, quin potius Ægyptiorũ adduxit à multis uenerata, aut Cappadocũ Dianæ ſacra in Comanis, aut Thracũ, aut Romanorũ quibus initiãtur etiã ſenatores nobiliſſimi. Hæc ſi intẽpeſtiua uidebantur ut nihil faciẽtia ad Iudæorũ Chriſtianorũue accuſationẽ, qui factũ eſt ut non idẽ ei uideretur de Mithriacis? Quod ſi quis uelit non ab hac ſecta obſcuriſſima, ſed è libris, uel Iudaicis qui tã in ſynagogis q̃ à Chriſtianis legũtur, uel ſolorũ Chriſtianorũ, petere rationes magis myſticæ introductionis animarũ ad contẽplan-
Ezech. 44 das res diuinas, legat finẽ Ezechielis ꝓphetię & eius uatis uiſiões: in quib. uarię portæ deſcribunť, per ænigmata indicãtes diuinarũ animarũ ad meliora introitus. legat itẽ in
Apoc. 21 Ioãnis apocalypſi de ciuitate dei cœleſti Hieruſalẽ, et fũdamẽtis eius atq; portis. quodſi poteſt

poteſt etiã uiã ad res diuinas iter facientiũ per ſymbola & figuras indicatã diſcere, legat librũ Moſis cui titulus eſt Numeri, & quęrat aliquẽ q ſe ualeat introducere ad myſteria ſcripta de caſtrorũ metationibus filiorum Iſraelis, quę nã ſint prima ſita uerſus oriẽtem quænã uerſus auſtrũ & Africũ, quænã uerſus mare, quæ ue poſtrema aquiloni obiacentia. uidebit enim contẽplationes non contẽnendas in his locis, nõ ut Celſus exiſtimat, ſtultis auditoribus conuenientes atq; uilibus. percipiet enim quædã in his ad numerorũ naturam pertinentia, adaptata ſingulis tribubus, quæ nunc nõ eſt tẽpus exponere. Sciat aũt Celſus & qui librũ eius lecturi ſunt, nuſquam in receptis ſacris ſcripturis dici ſeptẽ cœlos, nec aliquid noſtros prophetas mutuatos à Perſis aut Cabiris, nec Ieſũ apoſtolos, nec ipſum dei filiũ. Deinceps poſt Mithriacorũ mentionẽ Celſus iubet eũ, qui uelit ſacra Chriſtianorũ cõferre cũ pſicis modo dictis, primũ retegere Chriſtiana, et ſic conſiderare quid interſit: & cũ hactenus non grauatus ſit edere nomina hæreſiũ quas nouerat, hîc ubi maxime debuerat hoc facere, ſi ſciebat, & docere quænã ſit illa hęreſis quæ deſcripto à ſe typo utatur, nihil tale fecit. ſed quantũ ex ipſius uerbis colligo, iſtã deſcriptionẽ à ſecta Ophianorũ obſcuriſſima ſumpſit, duntaxat ex parte. in eã nos cognoſcendi ſtudio incidimus, inuenimusq; ibi figmenta hominũ, ſicut Paulus loquitur, 2. Tim. 3
penetrantiũ domos, & captiuantiũ mulierculas oneratas peccatis, diſtractas cupiditatibus uariis, ſemper diſcentes, & nũquã ualẽtes ad cognitionẽ ueritatis peruenire. iſtorũ tamen diagrãma tam abſurdũ eſt ut nec ſimpliciſſimis mulierculis probeť, nec ruſticiſſimis hominibus. itaq; quãuis multas regiones perluſtrauerim, ubicunq; quęrẽs eos qui ſe aliquid ſcire profiterenť, nuſquã tamen inueni fautores eius diagrãmatis: in quo erant circuli decẽ cõplectentes alius aliũ, ambiente oẽs uno circulo, qui dicebatur eſſe uniuerſalis anima nominata Leuiathan: quẽ Iudæorũ ſcripturæ aliquid occultũ ſubindicantes aiunt creatũ à deo ad ludibriũ. Sic enim in Pſalmis legimus: Omnia in ſapientia feciſti, impleta eſt terra creaturis tuis, mare magnum & ſpatioſum nimis: illic naues pertranſeũt, animalia parua magnaq;, draco iſte quẽ finxiſti ad illudendũ ei. In Hebręo pro draconis uocabulo habeť leuiathan. Et hunc tã manifeſte damnatũ à propheta le- Iob. 40
uiathan illa impia delineatio faciebat animã uniuerſa penetrantem. in ea inuenimus & Pſal. 104
quendã nominatũ Beemon, ſubiectũ omniũ infimo circulo. Hunc aũt leuiathan illius impij diagrãmatis fictor & in circũferentia & in cẽtro ſcripſit, bis poſito eius nomine. addit Celſus diagrãma id diuidi nigra linea craſſa, eamq; uocari gehennã, qui eſt tartarus, nos aũt cum gehennã inueniſſemus in euangelio pro loco pœnarũ, quęſiuimus ſicubi in antiquorũ ſcriptis haberetur, præſertim cũ & Iudæi utantur hoc uocabulo: inuenimusq; in eis uallẽ filij Ennon alicubi nominari, pro qua in Hebræorũ literis indifferenter nunc uallis Ennon nunc gehenna legitur: & inter legendũ obſeruauimus in
ſorte tribus Beniamin cenſeri gehennã ſiue uallẽ Ennon, ubi erat etiã Hieruſalẽ: cũq; Malach. 3
amplius examinaremus, quid ita cœleſtis Hieruſalẽ contribuatur Beniamiticę tribui, Zach. 5
in qua & uallis Ennon eſt, inuenimus eũ locum pœnarũ accipi pro tormentis animæ purgatorijs iuxta illud: Ecce dominus uenit ut ignis conflans, & herba fullonũ: & ſedebit conflans & emundans tanquã argentum & aurum q̃ belle quadret circa Hieruſalẽ eſſe pœnas eorũ qui cõflandi uenirent, quia nonnihil malitiæ in ſubſtantiã animę admiſerint, quæ figurate plumbũ dicitur: unde apud Zachariã iniquitas plũbi talento inſidet. cuius loci enarratio nec uulgaris eſt, nec huic tẽpori cõuenit: ac ne tutũ quidẽ eſt talia mandare literis, cũ pleriſq; non alia ſit opus doctrina q̃ de peccatorũ pœnis. his nõ expedit philoſophari altius, cũ uix metu æterni ſupplicij cõpeſcantur quin præcipites ruant in omne uitiorũ genus. Itaq; nec diagrãma illud nec Celſus quid ſit gehẽna didicit: aliſq; nec pictores illi ut rẽ præclarã deliniaſſent iſta diagrãmata, quaſi docẽtes hoc pacto ueritatẽ: nec Celſus in calũnioſo ſuo ſcripto contra Chriſtianos inſeruiſſet quæ nunquã à Chriſtianis dicta ſunt, ſed à quibuſdã quorũ iam aut nullæ ſuperſunt reliquiæ, aut perquàm exiguæ. Et quemadmodũ Platonicorum nõ eſt cauſam pro impijs Epicuri dogmatis dicere, ita nec noſtrũ eſt reſpõdere ꝓ iſto diagrãmate ad ea quæ Celſus obijcit: quãobrẽ hęc ut ſuperuacua temereq; Celſo memorata prętermittimus, quandoquidẽ nos longe uehementiores q̃ iſte accuſatores ſumus portentorũ talium. Poſt nugamentũ de diagrammate aliud de ſigillo affert, cuius ne occaſionem quidem

accepit

Universidad de Deusto
Biblioteca

accepit ab ecclesiasticis, noua quędā sibi fingens de mutuis uerbis signillo signantis qui uocetur pater, & signati qui iunior dicat se filius, respondeatq; suo signatori, unctus sum unguēto albo è ligno uitæ: id quod ne ab hęreticis quidem fieri unquā audiuimus. ac mox adiungit certū numerū eorū qui à signatore prædicentur angelorū 7. utrinq; adstantiū animæ migraturæ è corpore: quorū alteri sint lucis, alteri uocentur principales: aitq; principalium principē uocari deum detestabilē. In talia docentes inuectus merito damnat eorū audaciam: quapropter & nos nō minus indignamur q; accusatores istorū, si tamen sunt qui ludęorū deum dicant execrabilē, pluentem & tonantē, mundi opificē, Mosis & ab illo descriptæ creationis deū. Hic uidetur Celsus parū candide sentire de nobis, ut qui in consiliū adhibuerit odiū indecorū philosopho, idq; ualde illiberaliter. uolebat enim rerū nostrarum imperitos lectione sui cōmentarij nobis infensos reddere, acsi deum dicamus execrabilē, qui sit huius mundi bonus conditor: uideturq; mihi fecisse idem quod ludæi Christianæ doctrinæ initio, sparso rumore quòd eius sectæ homines mactati pueri uescerentur carnibus: & quòd quoties eis libeat operā dare occultis libidinibus, extincto lumine constupret quam quisq; primam nactus fuerit. quæ falsa & iniqua opinio dudū ualde multos à religione nostra alienos tenuit, per suasos q; tales sint Christiani: nec desunt hodieq; impostores qui hoc pacto deceptos à se non sinant uel simplex colloquium habere cum Christiano homine. Tale quiddā Celsus ut mihi uidetur præstruēs dixit à Christianis deū creatorem uocari execrabilē, ut qui huius calumnijs credat, Christianos tanquā extreme impios ad internecionem prosequatur odio. hīc miscens & confundens omnia quasi causam redditurus cur deus ille iuxta Mosem mundi creator dicatur execrabilis ab huius opinionis autoribus, ait hoc ideo factū, quia execratus est serpentē qui primis hominibus boni maliq; scientiam indidit. atqui debuerat scire, istos quibus serpens placet ut bonus primorū hominum consiliarius, Titanibus & gigātibus magis impios, Ophianos ob id uocatos, tantum abesse ut Christiani sint, ut non minus q; Celsus Iesum accusent, nec quenquā admittant in suū sodalitium ni prius Iesum execratus fuerit. Vide q; absurde Celsus faciat in oratione contra Christianos admiscens ut Christianos qui nomē quidem Iesu audire sustinēt, uel quatenus uir bonus fuit & sapiens. Quid igitur stultius aut insanius uel serpentē pro autore bonorum habentibus, uel Celso, qui quod in Ophianos iaculatur putat in Christianos cadere? Fuit apud Græcos philosophos frugalitatis amator, qui exemplo suo uolens ostendere egestatē felicitati nihil offuisse, professus est se cynicū: at isti impij quasi non homines quorū serpens inimicus est, sed ipsi serpētes essent, gaudent ophiani denominari ab infēsissimo & horrēdissimo hominibus serpēte, Euphratem quendā huius impietatis habentes autorē. Deinde quasi Christianis conuiciū faciens, & accusans execratores dei Mosis legisq; per eū latæ, Christianos esse putans qui dicunt talia: Quid, inquit, stultius aut insanius hac insipiente sapientia? An errauit Iudæorū legislator? quī fit igitur ut conditi orbis initia dicas te per allegoriā figurate accipere, ipsamq; Iudæorū legem: & licet impius, tamen uelis nolis laudes mundi opificē pollicentem suis incrementū generis propagādi usq; orbis terminos, & resurrectionē à mortuis unà cū ipso corpore & sanguine, prophetasq; afflantem: moxq; uice uersa eidē conuicieris? Nimirū hæc fateri dum cogeris, agnoscis ut deū colendū: quoties aūt contrà tuus magister Iesus quàm Iudæorū Moses statuit, relicto hoc deo & patre queris aliū. Hīc sanè Celsus ut egregium philosophū decet aperte Christianos calumniat, dicens eos paucū sibi constantes nunc Iudæis confessionem exprimentibus eundē cū ipsis deum agnoscere: nunc Iesu contrarias Mosaicis leges statuente, aliū pro hoc deū quærere. Nos enim siue cū Iudæis agamus, siue inter nostros uersemur, unū & eundem scimus, quē & olim Iudæi, coluerunt deū, & nunc se dicunt colere, nec in eū sumus impij. eum non prædicamus mortuos resuscitaturū unà cū ipsa carne & sanguine, ut iam supra dictū est. non enim hoc quod seminatur in corruptione & ignominia, & infirmitate, animale corpus dicimus resurgere quale seminatū est. uerùm de his superius mediocriter disseruimus. Deinde iterum reuocat septē illos principales dæmonas qui nusquam apud Christianos nominantur, quos tamen reperimus in isto diagrammate, ordine quo Celsus recenset. Is primum dicit leonina specie formatum, non apponens quo-

quomodo eum nominent homines uere impij: nos tamen inuenimus quòd illum in sacris literis laudatum creatoris angelum hoc sceleratū digramma uocat Michaelē leonina facie. secundū Celsus ait esse taurum, diagramma uerò quod nos habebamus hūc taurum Suriclem nominat: tertium Celsus horrisonum sibilatorem in terris simul & aquis degentē, eundem diagrāma tertio loco Raphaelem serpētiformem: Celsus item quartū aquilina specie, quē diagramma dicit Gabrielem eque aquiliformem. quintum deinceps Celsus ursina facie, nominatū, Thauthabaoth urliformē in diagrammate. sextum canina facie, qui apud istos eodem descriptionis ordine nominetur Erathaoth. porrò septimum Celsus ait habere asini faciem, nominariq; Thaphaoth siue Onoel: nos in diagrammate inuenimus quòd uocetur Onoel siue Thartharaoth, asinina specie uisendus. Libuit autem nobis diligenter exponere talia, ne uideamur ignorare quę Celsus se scire profitetur, sed ostendamus hæc melius cognita nobis Christianis, non ut Christianam doctrinam, sed ut hominum à salute alienorum, nec usquam Iesum dignantium titulo seruatoris, aut dei, aut magistri, aut dei filij. Quodsi quis cupit figmenta illorum præstigiatorū cognoscere, quibus conati sunt, & si non magno successu, homines ad suam doctrinam pertrahere, quasi arcana quędam continentem: audiat quid doceantur dicere postquam septa uiciorum (ut ipsi loquuntur) transgressi fuerint, & portas principum astrictas perpetuo: Regem unius moris, uinculum cæcitatis, obliuionem incircumspectam saluto primam potentiam, spiritu prouidentiæ & sapiētia conseruatam: unde sincerus mittor iam pars lucis filij patrisq;. Gratia sit mecum, ita, pater, sit mecum aiuntq; se iam esse intra principatus ogdoadis. deinde prætergressi quem nominant Ialdabaoth, sic docentur dicere: Tu autem confidenter prime & septime nate ad imperandum Ialdabaoth, cum sis princeps uerbum sinceræ mentis, opus perfectum filio & patri Charactere typi, uitæ symbolū inferēs, qui quam clausisti seculo tuo portam mundo aperuisti, transeo tuam liber rursum potestatem. Gratia sit mecum, ita pater, sit mecum. aiunt autem leoniformi principi consensum esse cum stella Phænonte. deinde putant ei qui præterito Ialdabaoth peruenit ad Iadin dicendum: Tu autem occultorum mysteriorum filij patrisq; princeps noctiluca secunde Iao, & prime domine mortis pars innocentis, gestans iam proprium indicium, accedo libens tuum principatum. confirmasti ex te natum uerbo uiuente. gratia sit mecum. ô pater sit mecum. Deinceps ad Sabaoth sic censent dicendum: Quintæ potestatis princeps, dynasta Sabaoth, præloquutor legis tuæ creaturæ solutæ per gratiam potentiorum pentade, admitte me symbolum, terminum tuæ artis irreprehensibilem effigie typi conseruatum, pentade solutum corpus. Gratia sit mecum, ô pater sit mecum. Deinceps Astaphium sic credunt compellandum. Tertiæ princeps portæ Astaphie episcope primæ aquæ principatus, unum me ex initiatis respiciens admitte, uirginis spiritu purgatum uidens à mundi substantia. Gratia sit mecum, ô pater sit mecum. Post hunc Æloæum sic putant alloquendum: Secundæ princeps portæ Æolæe admitte me tuæ matris ferentem tibi Symbolum gratiam uelatam uirtutibus potestatum. Gratia sit mecum ô pater sit mecum. Postremum autem Horæum nominant, eiq; hæc dicenda putant: Superata sepe ignis intrepide, primam sortite portam Horæe admitte me tuæ uidens uirtutis Symbolum solutum typo uitæ ligni, imagine assumptum secundum innocentis similitudinem. gratia sit mecū, ô pater sit mecum. Ad hæc nos adegit Celsi ut putatur eruditio uaria, uerius autem curiositas & nugacitas, dū uolumus ostendere lectori scriptorum illius, & nostræ responsionis, nos non nescire ista eius erudita, quæ nobis objicit falso, nihil tale sapientibus, nec apud nostros inueniētibus: quāuis ipse hæc quoq; cognoscere uolui & exponere, ne impostores plura quàm nos se scire profitentes decipiant aliquos imaginatione horum nominum attonitos. Poteram aūt & pluribus memoratis declarare q; & scimus istas præstigias, & auersamur ut alienas ac impias, nec conuenientes doctrinæ uerè Christianæ quam tuemur usq; ad mortē. Sciendum tamē q; qui hæc cōposuerunt, neq; magiam callentes, neq; sacras scripturas dignoscentes, cōmiscuerunt omnia, ex magna Ialdabaoth, Astaphæū, Horęum: ex Hebraicis scripturis Iaoia quē Hebræi nominant, Sabaoth, Adonæum, Eloæum: quæ de scripturis desumpta nomina sunt ipsius unius dei: id quod non intelligentes ex professo inimici

Universidad de Deusto
Biblioteca

deo, putauerunt alium esse Iao, alium Sabaot, tertium item ab hoc diuersum Adonæum. quem scripturæ uocant Adonai, & alium Eloæum, quem prophetæ Hebraice nominant Elaoi. Post hæc alias deinceps fabulas Celsus exponit de quibusdam in principales formas reuertentibus, ut alij spirent leones, alij tauros, alij dracones, aut aquilas, aut ursos, aut canes. In eodem diagrammate inuenimus & quadrangulam formam quam Celsus nominat, sitam ad paradisi portas ut aiunt illi miseri, ibidē picta erat pro diametro circuli cuiusdam ignei romphęa flammea, quasi excubans ad scientiæ lignū & uitæ. cæterū Celsus aut noluit aut non potuit exponere sermones, quos per singulas portas iuxta istorum impiorum fabulas proloquuntur qui eas trāseunt: nos & hoc fecimus, ut finem huius profani mysterij Celso & lectoribus ostenderemus nosse nos, à Christiana pietate alienissimi. Post iam dicta & quæ addidimus ijs similia, subiungit Celsus hæc: At isti alia super alia congerunt, prophetarum sermones, circulos in circulis, defluxus ecclesiæ terrestris circūcisionisq; Prunici cuiusdā fluentem uirtutem uirginis, animā uiuentē, iugulatū cœlū ut uiuat, terrā cultro iugulatā, multos iugulatos ut uiuant, sublatā è mundo mortē peccato mundi mortuo: rursumq; descensum angustū, portasq; sponte patentes. frequens aūt ibi uitæ lignū, & resurrectio carnis à ligno. quā obrē, opinor, magister eorū cruci affixus est, & faber fuit lignarius, qui si fuisset è rupe præcipitatus, aut delectus in aliquod barathrū, aut præfocatus laqueo, aut artē exercuisset coriariā, uel cæmentariā, uel ferrariā, esset super cœlos rupes uitæ, aut resurrectionis barathrum, aut immortalitatis funiculus, aut lapis beatus, aut ferrū dilectionis, aut sanctū corium. Quam anum mulcēdo infantulo tales fabellas insusurrare nō pudeat? Hic mihi uidetur Celsus omnia non intellecta confundere. Probabile est eum audisse quarumcunque hæresium sententiolas, easq; non amplius expensas congessisse, ut imperitis ostentaret se gnarum nostræ doctrinæ, cum reuera nesciat quid hæretici quid Christiani doceant: id quod ex modo appositis eius uerbis manifestum est. nam ut prophetarum oraculis, nostrum est, qui Iesum esse Christum illum ab eis prænunciatum euincimus, dum ex euangelicis historijs ostendimus euentum uaticiniorum. Quod autem circulos in circulis dicit, uel iam dictæ hæresis est, uno circulo, quē aiunt esse uniuersorum animam & leuiatham, complectentis 7. principales circulos: uel de
Eccle. 1 sumptum est ex Ecclesiastæ non satis intellecta sentētia dicentis: Gyrans per circulos spiritus proficiscitur, & in circulos suos reuertitur. porrò defluxus ecclesiæ terrestris circumcisionisq; sumptus uidetur à quibusdam asserentibus æonis cuiusdam ecclesiæ cœlestis demanationem esse hanc terrestrem ecclesiam: & circumcisionis cuiusdam purgatorię quę illic fit signum esse circumcisionem in lege scriptam. Prunicam autem quandam sapientiam Valentiniani nominant iuxta erroneam suam sapientiam: eius symbolum uolunt esse fœminam illam quæ duodecim annis laborauit sanguinis profluuio: quam auditam at non intellectam iste qui omnia Græcorum, barbarorum, hæreticorum, in unam massam cōgerit, dixit fluentem uirtutē Prunici cuiusdam uirginis. cæterum anima uiuens fortassis alicubi dicitur in arcanis Valentinianorum de creatore quem animalem uocant: aut fortassis ad differentiam animæ mortuæ uiuens anima recte à quibusdam dicitur eius cui salus contigit. Iugulatum autem cœlum nusquā dicitur quod sciam, nec terra iugulata cultro, multiq; iugulati ut uiuant: ut facile credam Celsum hæc ex seipso finxisse. Sed cessaturam in mundo mortem postquam peccatum mortuum fuerit, id uero nostrum dogma est, qui hoc mysterium apud apostolum legimus: Cum omnes, inquit, inimicos subiugabit sub pedibus suis, tunc postremus inimicus destruetur mors. Scriptum est & illud: Cum hoc corruptibile incorruptionem induerit, tunc fiet quod dictum est. Absorpta est mors in uictoriam. Iam de-
1. Cor. 15 scensum angustum fortasse dicent qui animarū in uaria corpora migrationes asserunt:
Psal. 117 portas uerò sponte apertas uerisimile est dici à quibusdam alludentibus ad illud Psalmi: Aperite portas iusticiæ ut introgressus confitear domino. Hæc porta domini, iusti intrabunt in eam. Ac rursum in nono Psalmo sic legitur: Qui exaltauit me de portis mortis, ut annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. ubi portæ mortis significant peccata quæ ducunt ad interitum, sicut econtrario per portas Sion intelliguntur bona opera. eodem modo & portæ iusticiæ dicuntur, quasi portæ uirtutis. hæ sponte

sponte aperiuntur uirtutem consectantibus. de ligno uero uitæ opportunius tractaretur in commentarijs in genesim, ubi narratur deus plantasse paradisum. Resurrectionē autem non contentus sæpius irrisisse Celsus quamuis non intellectam, nunc ait uocari resurrectionem carnis à ligno: quia, opinor, nō bene audiuit illud figuratum. Per lignū mors, & per lignum uita: mors in Adamo, uita in Christo. Deinde cauillis in lignum lu
Gen. 2 dens ait eius crebram mentionem fieri, uel quia magister noster cruci sit affixus, uel q̄ artem exercuerit materiarij, non uidens lignū uitæ in Mosaicis reperiri literis, nec animaduertens nusquam in euāgelijs ab ecclesia receptis legi Iesum ipsum fabrum fuisse. putat autem nos per tropologiam de cruce illud uitę lignum finxisse: ac proinde ait, q̄ si ille de rupe præcipitatus fuisset aut pertrusus in barathrum, aut laqueo strangulatus, finxissent super cœlis rupem uitæ, aut barathrum resurrectionis, aut immortalitatis funiculum. rursumq; Si, inquit, ideo finxerunt lignum uitæ, quia ille fuit faber lignarius, consequens erat ut si coriarius fuisset, aliquid de sancto corio dicerent: si cæmentarius, de beato lapide: si ferrarius, de ferro dilectionis. At quis non mox ab initio uideat, nullius momenti esse has calumnias hominis, tantummodo conuiciantis ijs, quos tanquā deceptos cōuersurum se ad meliora pollicitus fuerat? Deinceps autem merito figmenta obiurgat, non ecclesiasticorum, sed fabulatorum asinicipites quosdam & alios leonum draconumq; speciem referentes inducentiū. reuera enim uel anus ebria mulcens infantulum erubescaret, si tales ei denarraret occineret ue nænias, quales isti fabulantur de asinicipitibus, decq; iterandis ad singulas portas sermonibus, cęterum ecclesiasticorum res ignotę sunt Celso, ad quas intelligēdas admodum pauci exercitati sunt, qui totam uitam suam dedicauerunt scrutandis iuxta Iesu monita scripturis, & in eruendis sacrarum literarum sensibus magis laborauerunt, quàm philosophi Græcorum in parandis profanis scientijs. Nec contentus uir generosus suo diagrammate, quo magis cumularet cōtra nos calumnias, qui nihil cum illo commune habemus, interserit quædam alia, istorum deliria repetens, sed quasi loqueretur de alijs. Ait enim: Illud cū primis mirandum, quòd inter illos supercœlestes circulos superne appicta quędam interpretantur, tum alia, tum præcipue duo hæc, maius & minus filij patrisq;. inuenimus sanè in hoc diagrammate maiorem circulum & minorem: in quorū diametro inscriptus erat pater & filius. & inter maiorem in quo minor includebatur, duplicemq; circulum compositum è flauo exteriore & interiore cœruleo, intercedere ceu septū securis specie: & superne paruum circulum cohærere cum altero è duobus prioribus, uidelicet maiore, cum inscriptione Dilectionis: inferne autem eidem circulo alium hærere cū inscriptione Vitæ. secundo uero circulo complectenti duos alios circulos inerat & alia figura rombi specie, cum inscriptione hac: Sapientiæ prouidentia. & intra communem eorum sectionem circulus erat, in eoq; inscriptus intellectus, adiunximus autem huic responsioni nostræ hęc quoque, ut discat lector etiam ista melius Celso nos scire, non quemadmodum ille facit colligendo ex incertis confabulationibus, & nos quoque damnare talia. An autem ostentatores talium rerū polliceantur aliquas artes magicas, & hæc sit summa eorum sapientiæ, nos nihil super hoc habemus compertū. nunquam enim horum quicquam spectauimus. Viderit Celsus qui iam sæpe mēdacij convictus est atque calumniæ, num hic etiam mentiatur: an quæ apud alienos à religione nostra deprehenderat, suis commentarijs inseruerit. cuiusmodi magos & præstigiatores utentes barbaricis dæmonum nominibus recte ait similes quibusdam, qui apud nescientes aliter eos à Græcis uocari, aliter à Scythis, ostentant uoces quasdam prodigiosas. quas mox recenset desumptas ex Herodoto, Apollinem ab eis uocari Gongosyrum, Neptunum Thatimasadem, Venerem, Argimpasam, Vestam Thabiti. Examinet autem qui potest, ne forte de his rebus unà cum Herodoto Celsus mentiatur, cui non erat compertum an eadem esset Scytharum quæ Græcorum de ijs qui dij putantur sententia. Qui enim fit uerisimile Apollinem Gongosyrum apud Scythas uocari, non enim puto interpretatione Græca uocis Gongosyrum fieri iuxta etymologiam Apollinis: aut quod Gongosyrus Scytharum lingua sonat, id significari per Apollinem, idem dicendum de reliquis. alijs enim causis moti Græci suis numinibus indi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

derunt nomina. Scythæ rursum alijs: eodem modo alijs Persæ, alijs Indi, uel Afri, uel Æthiopes: prout quibusq; uisum est nominare, postquam semel à uera & prima religione defecerũt, qua rerum creatorem colimus. Satis autem iam ante declarauimus, non eundem esse Iouem & Sabaoth, quando etiam delinquis quædam attulimus è sacris literis. quapropter data opera repetendorum eorundem occasiones declina. Deinde rursum è magicis artibus nonnihil admiscẽs quod fortassis in neminem nostrum competat: fortassis etiam aliquibus ad decipiendos simplices diuinorũ uerborũ potentiã sibi præsto esse uideri uolentibus, quædã memorat: Quid recenseam inquit, eos qui lustrationes docuerunt, & incantationes pellendis morbis arcẽdisue, aut effigies formasq; dæmonum uarias, & præter hæc in uestibus, numeris, lapidibus, plantis, radicibus amulera diuersorum generum? Ad quam criminationem iniquum esset nos respondere, cum ne leuis quidem suspiciuncula de nobis sit quasi talia tractantibus. Post hæc uidetur mihi facere sicut quidam nomini Christiano infensissimi, qui apud ignorantes qualis sit Christiana religio, reipsa expertos se asseuerant, quòd hoc genus uescatur infantulorum carnibus, & promiscue sine pudore contrectet eiusdem sectę fœminas, quemadmodum enim compertum est mendacia hæc conficta esse à prophanis in odium Christianorum: ita deprehendi possunt & Celsi mendacia, dicentis se uidisse apud quosdam religionis nostræ presbyteros uolumina barbara, cõtinentia dæmonũ nomina & prestigias. addit hos ipsos presbyteros nihil boni profiteri, sed omnia homi nibus noxia. Atq; utinã omnia quæ Christianis Celsus obijcit essent talia, ut à plurimis reipsa coargueretur uanitas, conuersantibus cum Christianis, & nihil unquã tale ne audientibus quidem de ipsorum moribus. Deinde uelut oblitus cõtra Christianos se scribere, ait Dionysium quendam musicum Ægyptium familiarem suum dicere solitum de magia, posse hanc aliquid in rudes & male moratos homines, cæterum contra philosophiæ studiosos nihil habere uirium, quia his sit salubriter instituta uictus ratio. Si nunc propositũ esset de magia disserere, adderem nõ pauca ad ea quæ supra de hac diximus: sed quoniam dicenda sunt quæ magis ad Celsi commentarium pertinent, de magia hoc tantum dicimus: quicunque uult cognoscere utrum & philosophi capi ab ea possint, an non, legat scripta Mœragenis qui prodidit Apollonij Tyanensis magi et philosophi res memorabiles: ubi non Christianus sed philosophus ait captos ab Apollonij magia non ignobiles philosophos, cum tanquam ad præstigiatorem accessissent, & in his, opinor, etiam de famoso illo Euphrãte narrat, & quodã Epicureo. nos uero illud pro certo affirmamus nimirum experti, quòd qui ritu Christiano per Iesum colunt deum uniuersorum dominum, uiuuntq; iuxta eius euangelium, solennibus precibus utentes noctu & interdiu, nec magis nec dæmonibus sunt expugnabiles. Verũ est enim quòd circumuallabit angelus domini timentes eum, & ab omni malo eruet eos: & quòd angeli qui in ecclesia paruulis assignati sunt ad eorum tutelam, semper aspicere dicuntur faciem patris cœlestis, quæcunque tãdem est illa facies, & quicquid est illud aspicere. Deinde Celsus aliam aduersus nos orditur calumniam. Falluntur, inquit, impie per summam ignorantiam decepti non intellectis diuinis ænigmatibus, dũ aduersarium deo quendam diabolum faciunt, eundem hebraice nominantes Satanã. Est enim omnino mortalis infirmitatis, & prorsus alienum à pietate, dicere quòd deus maximus uolẽs benefacere hominibus, propter aduersarium obnitentem id nequeat. Ergòne dei filius uincitur à diabolo: & uexatus ab eo docet nos uexationes eius contemnere, prædicens quòd & Satanas similiter aduenturus sit edituruscq; magna miracula, usurpando sibi dei gloriam, cui ut seductori non esse aduertendum animum, sed soli sibi credendum? Id uero manifeste impostoris est, operose præcauentis sibi à contrariæ doctrinæ autoribus. Ac mox indicaturus ænigmata illa, quorum occasione deceptos putat nos inducere Satanam, ait ueteres illos bellum deorum ænigmaticè tradere: ut Heraclitum cum ita scribit, Quodsi dicendum est commune quoddam bellũ litemq; esse, omniaq; progigni ex lite, & reliqua: ut Pherecydem multo antiquiorem Heraclito, fabulose instruentem aduersas acies, quarum alteri Saturnum ducem præficiat, alteri Ophioneũ, uariasq; prouocationes & certamina, conditionesq; certas scribentem

bentem ut pars altera quæ in Ogenum eijceretur habeatur pro deuicta, uictrix uerò aduersarijs pulsis cœlum possideat. Porrò ad eãdem sententiam pertinere Titanum et gigantum contra deos bella mystica: tum quicquid Ægyptij narrant de Typhone, & Horo, & Osiride. Post ista memorata nec tamen exposita iuxta meliorẽ sensum quàm à nobis intelligantur, conuiciatur nobis: dicens hæc longe aliter se habere quàm nostra commenta de diabolo dæmone: uel, quod ipse putat uerius, de impostore homine aduersario. Quin & Homerum sic intelligit, non aliena canentem ab Heraclito et Pherecyde, Titanumq; & gigantum mysterijs, apud quem tale quiddam Vulcanus Iunoni subindicat:

Ille etiam auxilium quondam tibi ferre parantem
Arreptum pedibus supero deiecit Olympo.

Iupiter quoq; Iunonem eandem sic alloquitur:

Pectore adhuc memori retines ne, prioribus annis
Quas mihi commisso dederis pro crimine pœnas?
Cum suspensa polo super ardua nubila, longa
Fune pependisti, uinctas incude ligata
Ad plantas gemina, palmas innecteret aurum
Ponderis immensi: cùm te super æthera diui
Quotquot agunt, multa moti pietate uolentes
Soluere non poterant quos ipse, ut quemq; præhensum
Arripui, ex alto deieci iratus Olympo,
Delapsi in terram ut uix satis ægra leuarent
Membra solo, penè exempti uitalibus auris.

Hos uersus sic interpretatur, ut dicat esse uerba dei ad materiam quæ Iupiter Iunoni loquitur. his obscure innuit, quòd deus cum eam errantem inuenisset ab initio, certis rationibus uinxerit & ornauerit: & quod noxios dæmonas qui circa illam uersabantur, puniendos huc ad infima deiecerit: atque ad hunc sensum alludentem Pherecydem dixisse illud: Infra eam portionem est tartarea portio. eam custodiunt Boreæ proles harpyiæ Thyellaq;: quo Iupiter ablegat deos quoties aliquis peccauerit: Eodem pertinere & peplum Mineruæ quod spectandum circumfertur in pompa panathenaica. nam in illius pictura significari quòd casta illa & edita sine matre dea deuincit audaces terrigenas. Tum approbatis Græcorum figmentis in nostros homines inuehitur, apud quos deus cruciatur à diabolo, & nos cruciat ut sic assuescamus ad patientiam: id quod ei uidetur ualde ridiculum, cum potius diabolus calumniator puniendus sit, non homines qui calumnijs eius infestantur pœnis territandi sint. Vide an non iste qui nobis impium errorem impingit ut ænigmata male intelligentibus, ipse manifeste fallatur, nõ intelligens quòd Mosaicæ literæ multo antiquiores uel Heraclito, uel Pherecyde, uel Homero etiam, narrant de malo illo qui è cœlo expulsus est. Nam serpens ille à quo Pherecydes suum denominauit Ophioneum, qui fuit in causa ut primus homo ex dei paradiso eijceretur, sub ænigmatum inuolueris tale quiddam significat, ostentata diuinitatis & potioris conditionis spe decipiens fœminam, quæ secum maritum quoque traxit in eandem perniciem. Quin & exterminator ille in Mosis Exodo, quis alius esse potest quàm is qui consilium suum secutos præcipitauit in interitum, quod solet facere non resistentibus ipsius maliciæ. Item in Leuitico piacularis hircus quem Hebraicæ literæ nominant Azazelem, non alius erat, forte mittendus in desertum, malis omnibus in caput eius uertentibus. nam omnes qui propter maliciam ad deteriorem partem pertinent, à deo deserti sunt. in Iudicum quoque libro Belial filij cuius nisi huius sunt filij propter maliciam? Sed apertissime apud Iobum Mose ipso antiquiorem scribitur diabolus adstare deo petens contra hunc Iobum potestatem ut eum inuoluat calamitatibus grauissimis, primò iactura facultatum omnium & liberorum insuper, deinde elephantiasi quam uocant per totum corpus grassante. Taceo quæ euangelistæ narrant de tentatore seruatoris diabolo, ne uidear

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iob.38 contra Celsum niti recentiorum scriptorum testimonijs. In fine quoque libri Iobi, ubi scripta sunt quæ ipsi per procellam & nubem loquutus est dominus, non pauca de dracone dicuntur. nequid memorem de Ezechiele hunc introducente sub persona Pha-
Esa.14 raonis, Nabuchodonosoris, Tyri principis: aut de Esaia, apud quem deploratur rex Babylonis Nabuchodonosor: ex quibus locis non pauca licet discere de malicia, deq; huius origine: quòd à quodam ademptis alis multato, & cæteris eius spectatoribus æque alis spoliatis, orta sit malicia. non enim erat possibile, ut essentia bono simile esset id quod per accidens bonum bonitatẽ habebat aduenticiam, quæ quidem sumenti partem (ut ita loquar) uiuentem nunquam deerit: quod si quem destituit, certe ipsius culpa destituit, qui negligenter particeps sit panis uiuentis & ueri poculi, quibus nu-
Prouerb.23 tritæ rigataq; alæ reparantur iuxta sapientissimi Solomonis sententiam, de uere diuite uiro dicentis, quòd præparauerit sibi alas ut aquila, & conuertatur in domicilium sui præsidis. Oportebat enim deum qui scit bene uti etiam apostatarum malicia, tam malis locum aliquem in hac uniuersitate assignare, ad exercendam uirtutem legitime certantium, ut reddantur tanquam aurum igne examinatum per istos afflictores, tentatis omnibus nequid adulterium in naturam suam rationalem admitterent, & ascensione ad deum digni reperti, attollantur per uerbum ad supremam beatitudinem, & arcem (ut ita loquar) bonorum. cæterum Satan Hebræa lingua dictus, & à quibusdã forma magis græcanica nominatus Satanas, interpretatur aduersarius. omnis autem qui in uita sectatur maliciam, ut contrarius uirtuti, Satanas est, hoc est aduersarius dei
Ezech.28 filij, qui est iusticia, ueritas, & sapientia. sed magis proprie aduersarius est is qui primus omnium in pace beate degentium amissis alis à beatitudine sua excidit: qui ut ait Ezechiel ambulauit inculpabilis in omnibus uijs suis, donec inuenta est iniquitas in
Ibidem. eo: & cum esset quasi quodam sigillo expressa effigies & corona pulchritudinis in paradiso dei, uelut saturitate bonorum perijt, iuxta uerbum illius qui ad eum dixit mystice: Perditio factus es, & non eris in æternum. Hæc igitur pauca audenter quasi alea iacta his scriptis commisimus, nec tamen quicquam fortasse profecimus. Quod si quis per otium examinarit sacras literas ubique de malicia loquẽtes sicut de re quapiam corporea, quomodo primum orta sit, & quomodo pereat: uidere poterit ne per summum quidem Celsum imaginatum, aut aliquem qui contempta uera religione ab hoc malo dæmone rapitur, quæ sit mens Mosis ac prophetarum de Satana. Quoniam autem & de Antichristo, ut uocatur, quædam Celsus interijcit, nec Danielis nec Pauli testimonijs de eo perlectis, uel seruatoris apud euangelistas de aduentu eius uaticinijs, pauca etiam de his dicenda sunt: quòd sicut uariæ sunt hominum facies multum inter se dissimiles, ita nec corda eorum sunt similia: unde apparet maximam in his esse differentiam, cum inclinati ad bonum non omnes æque ad id facti formaticq; sint, & ex uirtutis cõtemptoribus proni ad malum alij alijs plus minus ue in id ruant: sunt enim quidam in omne uiciorum genus profusissimi, sunt rursum qui ferantur in ea moderatius. non absurde igitur duas extremitates (ut ita nominem) in omnibus esse dixerimus, unam bonorum, contrariorum alteram: ut boni extremitas intelligatur in eo qui secundum Iesum est homine, à quo in hominum genus promanauit tanta conuersio, medicina, & profectus in melius: contrarij uero extremitas in eo qui est iuxta eum qui antichristus dicitur. Deus autem qui omnia comprehendit sua præscientia, & utroscq; uidet, uoluit de his per prophetas significare hominibus: ut qui sermones eorum intelligunt, adhæreant melioribus, fugiantq; contraria. Oportebat autem ut alterius extremitatum præstantissimus appellaretur dei filius propter suam excellentiam, & huic ex diametro aduersus, diceretur filius mali dæmonis, Satanæ & diaboli. Et quoniam tunc maxime exyberat malicia perueniens ad extremum sui fastigium, quando boni specie prætexitur, ideo per nequissimum illum fiet, ei cooperante ipsius patre diabolo edendis signis prodigijs & fallis uirtutibus. istas enim uulgares magorum præstigias quæ fiunt ope dæmonum longe à tergo relinquet ipsius diaboli cooperatio ad imponendum humano generi. De hoc antichristo Paulus loquitur, ostendens non sine quodam inuolucro quomodo uenturus sit & quando ad genus homi-

hominum, & quà de causa. Ac uide an non ualde grauiter hæc doceat, & irreprehen-
2.Thes.2 sibiliter, sic dicẽs: Rogamus autem uos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostri aggregationem in illum, ne cito dimoueamini à mente, neq; turbemini, neque per spiritum, neque per sermonem, neq; per epistolam, tanquam à nobis profectam, quasi instet dies Christi, nequis uos decipiat ullo modo: quoniam non aduenit dominus nisi uenerit defectio prius, & reuelatus fuerit homo ille sceleratus, filius perditus, qui est aduersarius, & effertur aduersus omnem, qui dicitur deus aut numẽ: adeo ut in templo dei sedeat, ostentans seipsum esse deum. An non meministis, quòd cum adhuc essem apud uos, hæc dixerim uobis? Et nunc quid detineat scitis, nempe ut ille reueletur suo tempore. nam mysterium nunc agit iniquitatis, tantum qui tenet in præsentia teneat, donec è medio tollatur: & tunc patefiet iniquus ille, quem dominus conficiet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui: cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, cum omni potentia, & signis ac prodigijs mẽdacibus, & cum omni deceptione iniusticiæ, in ijs qui pereunt, pro eo quòd dilectionem ueritatis non receperunt in hoc, ut salui fierent. Et propterea mittet illis deus efficaciam illusionis, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed approbauerunt iniusticiam. Horum autem singula declarare non est præsentis tractatus.
Daniel.9 Cæterum prophetia designans eum apud Danielem extat, efficax ad mouendam prudenti ac candido lectori admirationem, cum ibi tam uerè prædicatur diuinitus de futuris regnis, incipiendo à Danielis temporibus & deinceps usq; ad mũdi interitum. eam licet cui libet legere. Verùm de antichristo uide an non sic loquatur. Vltimis regni eorum temporibus, completis iam eorum peccatis exorietur rex impudẽs facie, & intelligens problemata: & roborabitur fortitudo eius, & destruet mirabilia. Prosperabitur, & res geret, & interficiet potentes sanctumq; populum, & iugũ uinculorum eius prosperabitur. Dolus in manibus eius, corde suo extolletur: perdetq; multos dolis circumuentos: & instabit in multorum perniciem, quos non aliter quàm ouа manu conteret. Cæterum quod ex Paulo citauimus dicente, sessurũ eum in templo dei, et ostentaturũ se pro deo, id in Danielis libro sic legitur: Et in tẽplo abominatio desolationis usq; cõsummationẽ temporis, consummatio dabitur ad desolationem. Hæc è multis adducenda mihi uisa sunt, ut auditor aliqua tenus mẽtem diuinorum uerborũ intelligat, de diabolo & antichristo nos docentium: quibus inpræsentiarum contenti, uideamus quid deinceps Celsus dicat, seruaturi aduersus eũ pro uiribus. Sequuntur aũt hæc: Quid aũt eis in mentẽ uenerit ut uocent dei filium, iã dicturus sum. Prisci illi mundum hunc ut à deo factũ, equantes deo dicebant dei filiũ. Bella uero similitudo huius & illius dei filij. Putauit nos dei filiũ dicere, mutuatos eam opinionẽ à ueteribus de mũdo id prædicantibus ut à deo condito, tanquã & ipse deus sit deiq; filius. nõ enim potuit inspectis Mosis & prophetarũ temporibus uidere ibi dei filiũ memorari, multo ante q; nati sint isti Græcorũ scriptores quos Celsus priscos nominat: imo ne uoluit quidẽ superius indicatũ in Platonis epistolis locũ animaduertere, ubi dei filij moderãtis omnia meminit, ne ipse urgeret Platonis autoritate qua nos grauare toties conatus est, affirmãtis conditorẽ huius uniuersitatis esse dei filiũ: primũ aũt & maximũ deũ esse huius patrẽ. Quod aũt tanto dei filio anima Iesu dicit unita per summã participationem, nunquã ab eo separanda, nil mirũ est. Norunt enim sacri diuinarũ literarũ sermones & alia, quæ duo cũ sint natura, in unũ coniuncta reputanẽ & sunt: quale est illud de marito & uxore dictũ: Nõ amplius sunt duo, sed caro una: & de uiro perfecto qui agglutinatus uero domino, uerbo & sapientię & ueritati, q agglutinatus domino unus est spiritus. q si is qui domino agglutinat unus est spiritus, quanto magis Iesu anima agglutinata domino ipsi uerbo, ipsi sapientiæ, ipsi ueritati, ipsi iusticiæ: atq; ita non sunt duo anima Iesu & deus uerbũ totius creaturæ primogenitus. At Celsus cũ audit Stoicos asseuerantes summũ deũ nõ esse feliciorẽ ipsorum sapiente, quandoquidẽ dei uirtus & hominis eadẽ uirtus sit, sed parẽ esse amborũ felicitatẽ, non irridet id dogma nec uituperat: cũ uero diuina doctrina dicente hominẽ perfectũ agglutinari uirtute uniriq; ipsi uerbo, ex nobis audit, huc sublimitatis elatã Iesu animã nõ separari à totius creaturę primogenito, ridet Iesum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dici dei filium, non uidens quid de eo dicatur in arcanis diuinarum scripturarum mysterijs. ut autem persuadeamus acquiescenti dogmatibus inter se consentientibus, & eius utilitati consulamus, dicimus ex autoritate sacræ scripturæ, corpori Christi, quod est ecclesia dei, pro anima esse dei filium, membra autem uniuersi corporis esse quoscunq; fideles: quoniam sicut anima uiuificat & mouet corpus, quod ex seipso uiuum motum non habet: ita uerbum illud mira energia corpus suum incitans ad ea quæ debet facere, mouet simul membra ecclesiæ singula, nihil sine ratione facientia. Hæc igitur si quantum opinor pulchre cohærent, quid uetat quominus summa & incomparabili cõmunione anima Iesu, & Iesus in uniuersum cohæreat tam indiuiduè cum ipso uerbo unigenito ac totius creaturæ primogenito, ut iam non sit diuersum ab eo? Sed de his hactenus, uideamus & mox sequentia, in quibus citra probationem unica dictione de Mose mundi primordia describente pronunciat, dicens quòd ea mundi generatio stulte credatur. qui si protulisset rationes cur ita uideatur ei stulta hæc credulitas, contendissemus de hoc cum eo: nũc non æque facile est probationibus adductis euincere non tam stultam esse quàm ipsi uidetur. Quod si quis considerare uult causas quibus motí fidem habemus autoritati Mosis de mundi creatione prodentis, sumat in manus commẽtarios nostros in Genesim, ab initio libri usq; eum textum: Hic est liber ge- Gen. 1
nerationis hominum. ubi conati sumus ex diuinis literis astruere quodnam fuerit cœlum in principio, quæ terra, quid eius inuisibile ac incompositum, quænam abyssus & tenebræ desuper, quæ aqua & super eam uectatus dei spiritus: quid sit lux, quid firmamentum diuersum ab eo cœlo quod omnium primum est conditum, & reliqua deinceps. At iste hominum quoq; generationem stultè in Genesi describi pronunciat, nec Gen. 3
pro se, nec contra illam scripturam quicquam afferens: opinor quia nihil habebat quo refelleret ad imaginem dei factum esse hominem ac ne paradisum quidem intellexit à deo plantatum, & primam in eo uitam hominis, eiusq; mutationem, postquam homo propter peccatũ eiectus est, iussusq; habitare ex aduerso paradisi delicijs refertissimi. Sciat igitur iste qui hæc stulte dicta existimat, diligenter animaduertenda & alia singula, & illud, apposita esse Cherubim cum ignea romphea uersatili ad paradisi custodiã, ne ad uitæ lignum uia pateat: nisi forte Moses nihil significans hæc scripsit per lusum haud aliter quàm poetæ ueteris comœdiæ uulgata illa, Proetus occidit Bellerophontem, & Pegasus erat ex Arcadia. Sed illi ut risum spectatoribus mouerent composuerunt talia: at non est uerisimile, eum qui toti genti scriptas leges relinqueret, persuasuras eis quòd dei sint peculium, sine ratione ac sine mente scripsisse de Cherubim cum ignea romphea uersatili appositis ad custodiendã uiam ad lignum uitæ ferentem, aut aliquid de generatione hominum, circa quæ potissimum uersatur Hebræorum philosophia. Deinceps congestis nudis sententijs ueterum de mundi & hominum origine uariantium, ait Mosem & prophetas autores nostrarum scripturarum, ignaros mundi naturæ atq; hominum, confinxisse nugas maximas. qui si nobis indicasset cur sacram scripturam existimaret nugas maximas, conati fuissemus refellere rationes ipsum mouentes ad hanc opinionem: nunc imitabimur & ipsi Celsum cauillando eum nescisse naturam mentis & sermonis apud prophetas: proinde arroganter confinxisse nugas maximas, inscripto ueri sermonis titulo. Quoniam autẽ calumniatur quasi probe intellecta quæ leguntur de diebus mundi creationis, quorum aliquot elapsi sunt ante factum solem lunamq; & stellas, aliquot post horum creationem, hoc unum notatu dignum quæremus ex eo, num Moses oblitus se dixisse creatum mundum sex diebus, subiungat. Hic est liber generationis hominum, die qua fecit deus cœlum & terram. Gen. 1
Sed nullo pacto fit uerisimile Mosem nullo sensu dixisse post enumeratos sex dies, die qua fecit deus cœlum & terram. Quod si quis putat ea uerba posse referri ad illud Ibidem.
superius dictum, In principio fecit deus cœlum & terram: sciat quòd ante illa uerba, Fiat lux, & facta est lux, & uocauit deus lucem diem, dicta sunt illa, In principio fecit deus cœlum & terram. Sed non est huius temporis differere de uerbo sensibili & intelligibili, & quomodo bifariam accipiantur naturæ horum dierum: quæ singu-

la propríjs opus habẽt tractatibus ad expositionem creationis per Mosem descriptæ: estq; id à nobis factum pro uiribus multo ante hanc cum Celso conflictationem, meditatis hanc sex diebus factorum operum contemplationem per annos aliquot. Sciendum tamen quòd apud Esaiam uerbum dei pollicetur iustis fore ut in perpetua die de- Esa. 60
gant, cui pro sole luceat ipse dominus, & deus sit ipsorum gloria. At iste quia fortasse in aliquas hæreticorũ interpretationes incidit, has uoces Fiat lux, quasi temere à conditore dictas accipientium: Quid ais, inquit, siccine rerum opifex lumen à superis commodato accepit, sicut nos in uicinia lucernas accendimus? sicut ex alia impia hæresi desumpsit illa uerba: Si erat aliquis execrandus deus deo magno aduersarius, & sine consensu eius faciens hæc opera, quomodo lumen utendum accepit ab illo? Ad quæ tantum abest, ut respondeamus, ut magis errores illos accusare libeat, non ignotos, sicut Celsus faciat, sed exacte cognitos, partim ex eius sectæ hominibus, partim ex diligenter euolutis eorum commentarijs. Post hæc Celsus sic loquitur. Equidem de generatione mundi & corruptione, sit ne innatus & incorruptibilis, an natus quidem sed incorruptibilis, an contrà, nihil nunc disco. Quapropter ne nos quidem de his dis- Gen. 1
seremus, ut alienis à præsenti argumento. Illud non concedimus, spiritum dei se in alie na ingessisse, quando legimus quòd spiritus dei ferebatur super aquas: ac ne id quidẽ, quòd alius quispiam deus malis artibus contra summi dei spiritum, ipso etiam dissimulante, conatus sit aliquid. Valeant igitur qui hæc dicunt, unà cum ipso Celso, non admodum scite illos reprehendente. Debuerat enim aut omnino eos præterisse silentio, aut, quod ipse quoque humanitatis officium existimat, propositos in medium errores eorum ut impios confutare acriter. Cæterum quòd summus deus metuens creatoris spiritum, reposcat eum ab illo, id uero nunquam inter religionis nostræ homines auditum est. Ac mox stulte accusans sermones ut impios, Quis, inquit, deus sic dat aliquid ut reposcat? nam indigentis est reposcere. Deus autem nulla re indiget: additq; dictum ualde ipsius iudicio sapiens: Cur cum utendum daret, malo se dare nesciebat? Deinde permiscens opinor hæresibus hereses, nec tamen ipsas distinguẽs quid à quaque sumpserit, Marcionis errores nobis obijcit, fortassis auditos ex idiota quopiã, non intellectos etiam: & accusatores eorum nos accusat, id ipsum parum diserte faciens. Itaque Marcionis dicta recitans, sed tacito autoris nomine, Cur, inquit, clam irrumpens destruit eius opificia? cur clam seductos in errorem inducit? cur ab hoc relegatos & execratos allectat ut dicitis, & plagiarij more surripit? cur ab hero suo docet eos fugere? cur patrem fugitare? cur eos adoptat inuito patre? cur se patrem alienorum profitetur? ac mox uelut admirabundus subinfert, En deum singulari maiestate uerendum, qui damnatis ab alio peccatoribus, extorribus, & ut ipsi dicunt recrementis pater esse cupiat: & quem ipse miserat, discedentem ab officio retrahere ac punire nequeat. Ac mox quasi ad nos uersus negantes alterius cuiusdam noui dei hunc mundum esse, sic loquitur: Quodsi hæc eius sunt opera, quomodo mala deus faciebat? quomodo suadere ac hortari non potest? qui fit ut eum propter malorum ingratitudinem pœniteat, utque artificium suum accuset ac oderit, minetur'que se perditurum suam progeniem? aut quò tandem ex hoc mundo educit factum à se hominem? Hic quoque mihi uidetur parum declarare quænam sint mala ista, cum tamen etiam apud Græcos uariæ de bonis malisque opiniones fuerint, arripiens quasi iam confessum & euictum, quòd cum iuxta nostra placita mundi huius opifex sit deus optimus maximus, malorum etiam factor sit. Habeant se quomodocunque istæ de malis opiniones, Vtrum ea deus fecerit, an non facta ab eo creaturam aliam ultro consecuta sint: illud miror, si non æque ut Celsus ex nostris literis colligit, mala quoq; à deo facta quando mundum condidit, ita ex ipsius rationibus sequitur, mala condita esse à deo. Sic enim aliquis posset quærere: Si hæc omnia sunt eius opera, quomodo deus mala fecit? quomodo admonere et persuadere non potest? Est aũt maximũ in differendo, uiciũ, si quis opinionem aliorum accuset ut non sanã, cum ipsius opiniones cõperiantur nõ alienæ ab eodẽ crimine. Videamus igitẽ paulisper quid de bonis & malis diuina scriptura sentiat: & quid nobis respõdendum rogatis quõ deus mala fecit, & quõ monendo & suadendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

dendo nil proficit. Sanè iuxta morem scripturæ loquendo proprie bona sunt uirtutes, & quæ ab eis proficiscuntur operationes: sicut proprie mala his cõtraria: ad quod confirmandum satis erit nunc ex Psalmo trigesimotertio testimonium. Inquirentes dominum nõ minuentur omni bono. Venite filij, audite me: timorem domini docebo uos. Quis est homo qui uult uitam, diligit dies uidere bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum. Nam declina à malo & fac bonum non dicitur de corporis bonis, ut à quibusdam nominãtur, nec de externis, sed de bonis malisue animi. & qui eiusmodi bona facit ueræ uitæ desiderio, consecutus eam poterit frui bonis diebus, quibus pro sole est uerbũ iustitiæ, & ad eos perueniet ope diuina liberatus ab hoc præsenti seculo malo, & à diebus malis de quibus
Ephes. 5 dicit Paulus, Redimẽtes tempus quoniam dies mali sunt. Inueniuntur tamen abusiue & corporis & externa bona dici quæ ad hanc naturalem uitam conferunt, mala uero
Iob. 2 cõtraria. Sic enim Iob ille uxori suæ loquitur. Si bona accepimus ex manu domini, mala non sustinebimus? Quoniam igitur inuenitur in diuinis scripturis aliubi ex persona domini illud, Ego sum qui facio pacem, & constituo mala: aliubi rursum de eo, quòd
Malach. 1 descenderunt mala à domino in portas Hierosolymorum, strepitus curruum & equitum: & multos scripturę sacræ lectores hæc turbauerunt, quòd non ualerent perspicere quid significetur bonorum malorumq; appellatione: probabile est Celsum quoque hic hæsitantem quærere quomodo mala deus fecerit: aut quia fortasse audiuit aliquem imperite hunc locum interpretantem. At nos dicimus quòd malum, hoc est uitium eiusq; opera, deus non fecit. alioqui quomodo consisteret prædicatio futuri indicij, in quo mali pro ratione maleficiorum pœnas persoluturi sunt, uirtutis autem sectatores iam beati fruentur destinatis à deo præmijs, si deus malorum esset autor, duntaxat in hoc genere. Scio non defore quosdam, qui patum aduertentes ad totum scripturarũ contextum perpetuo culpantem peccatores, & approbantem beneficos, audebunt ex eis undecunque decerpere quo adstruant etiam in hoc sensu à deo mala fieri, ualiturum non nihil apud inperitos lectores: Verùm huiusmodi dicta in speciem illis fauentia nunc interpretari operosum fuerit, nec huius præsentis tractationis proprium. Itaque mala, si intelligantur proprie, deus non fecit: sed primarium eius opus pauca quædam consecuta sunt talia, suum tamen locum in hac uniuersitate habitura, quales primarium fabri opus onsequuntur scobinæ ramentaq; tortilia: & qualia cæmentarijs ędificantibus obiacent lapillorum in fragmentis & calce iuxta rudera. quodsi quis de externis & ad corpus pertinentibus loquatur, quæ abusiue mala dicuntur, concedemus interdum hæc à deo fieri, ad conuertendos aliquos. quid enim hic absurdũ est? nam in hoc significato mali nomen accipiendo, sicut filios à parentibus, præceptoribus, pædagogisq; castigatos male tractari dicimus, & alios à chirurgis medicinę causa sectos ustosue, nemo tamen parentes aut præceptores pædagogosue sæuientes, aut chirurgos secantes accusat: ita quoties deus dicitur illis uel illis malis ad meliorem mentem conuertere quosdam opus habentes tam duris remedijs, nihil inconueniens dictum uidetur, neque dum mala descendunt à domino in portas Hierosolymitanorum, hoste imminente castigationis eorum gratia: neque dum legem deserentium iniquitates cum uirga uisitat, & cum flagellis peccata eorum: neque dum dicit, Habes carbones, sede super eos, hi tibi erunt auxilio. Eodem modo interpretamur & illud,
Esa. 45 Faciens pacem, & condens mala. condit enim mala corporis & externa, repurgans & castigans eos qui nolunt uerbis castigari sanaq; doctrina. Hactenus quomodo deus mala faciat: cæterum quod ait eum non posse monere ac persuadere, tam diximus si hoc obijciendũ est, obijci posse omnibus assertoribus prouidẽtię. respondendũ tamẽ, non esse impossibile deo monere homines, quando quidẽ per totã scripturã monet, & per eos qui diuinitus acceperunt docendi gratiã: nisi monẽdi uerbũ accipiatur in alio significato prẽter uulgo receptũ, ut intelligatur admonitio in auditoris animo efficax. Similiter de persuadendo quæstio est iactata apud oẽs quotquot prouidentiam asserũt. Et quoniã persuaderi, uerbũ Celsi πάθος, est passiuũ ad suũ actiuũ relatũ, sicut tonderi dicit de eo qui se tondendũ præbet: ideo est opus nõ solũ suadẽtis opera uerũetiã eo

eo qui se suadenti morigerum præbeat, ea quæ suadentur admittens. Itaque dicẽdum est, non suadentis culpa fieri quo minus persuadeatur, sed eorum qui fide dignos dei sermones non recipiunt: id quod uerum est etiam de hominibus persuadendi artificibus. Fieri enim potest ut aliquis uel usque ad summum prouectus in meditationibus rhetoricis, in alium obstinatum ac refractarium incidẽs, frustra disertus sit & eloquẽs. Quod autem etiamsi persuasorij sermones à deo proficiscantur, credulitas tamen non
Gal. 5 ueniat à deo, manifeste Paulus docet his uerbis: Obedientia uero non ex eo qui nos
Leuit. 26 uocat. Tale est & illud, Si uolueritis & obedieritis mihi, bona terræ comedetis. Si non uolueritis, & non obedieritis, gladius uos deuorabit. ut enim aliquis uelit quę dicit, monitor, & obediens dignus fiat dei promissionibus, opus est auditoris assensu & propo
Deut. 10 sito. quamobrem illud in Deuteronomio grauiter dictum uidetur. Et nũc Israel, quid dominus deus tuus à te postulat, nisi ut timeas dominum deum tuum, & ambules in omnibus uijs eius, & ipsum diligas, & custodias omnia mandata eius. Iam uerborum series postulat ut respondeamus & ad illud quod quærit quî fiat ut deum propter malorum ingratitudinem pœniteat, utq; artificium suum accuset ac oderit, mineturq; se perditurum suam progeniem: quo loco non sine calumnia mendacioq; carpit hãc scri
Gen. 6 pturam Geneseos: Cum uideret autem dominus in immensum auctam esse malicią hominum in terra, & nihil nisi malum indesinenter eos uersare animo, recogitauit quid ita hominem fecisset in terra, sic secum statuens: Delebo hominem quem creaui à facie terræ, ab homine usque animantia, à reptili usque uolucre: recogitaui enim quòd eos fecerim: ex non scriptis quasi scripta colligens. nusquam enim hic nominatur dei pœnitentia, nusquam dicitur odisse aut accusare suum opificium. quodsi uidetur minari diluuium & internecionem suæ progeniei, dicendum quòd cum sit immortalis humana anima, comminatio hæc ad emendationem pertinet, interitus autem hominum per diluuium, ad terræ lustrationem, quemadmodum tradunt etiam Græcorum non contemnendi philosophi his uerbis: Cum autem dij terram lustrauerint. cæterum de dictionibus humanos affectus significantibus quomodo ad deum referantur, nõ pauca nobis superius dicta sunt. Porrò Celsus uel suspicatus uel intelligens quid hîc aduersarij possint referre de deletis diluuio, Quodsi, inquit, parcit suæ progenici, quò illam ex hoc mundo à seipso facto subducit? Respondemus & ad hoc, quòd cũ mundus constet è terra cœloq;, diluuium perpessos non omnino deus educit è mundo, sed aufert ex hac uita quam degunt in corpore: solutosq; corporibus exsoluit simul è terrena habitatione quam scriptura solet uocare mundi nomine, præsertim in euangelio secun-
Ioan. 1 dum Ioannem, ubi sæpissime mundus pro locis terrenis inuenitur: sicut cum dicitur:
Ioan. 16 Erat lux uera illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum. pro, in mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego uici mundum. Itaque siquis intelligat eductos ex hoc terreno loco, nihil occurrit inconueniens: sin mundum pro cœlo simul & terra capiat, ad hunc modum non omnino è mundo sublati sunt quos oppressit clades illa diluuij. Posset etiam aliquis, qui audiuit illud: Non considerantibus nobis ea quæ uidentur, sed quæ non uidentur: & illud, Nam eius inuisibilia per res ab eo conditas intelliguntur, dicere eos qui sunt inuisibilibus intenti exemptos è mundo, subducente hinc dei uerbo ad supercœlestia & res illic spectatu dignissimas. Post hęc, modo examinata, sequuntur alia quæ in hoc tantum congessisse uidetur ut libri moles cresceret, alijs uerbis eadem fermè quæ paulo ante dixerat repetens in hunc modum: Sed longe stultissimum est quòd dies quidã mundi creationi attribuuntur, priusquã essent ulli dies. qui enim esse poterant ante cœlum factum & terrã firmatam, & ante cursum solis? Quid enim ista differũt ab his eiusdẽ Celsi uerbis: Repetamus, inquit, rẽ altius, & cõsideremus quomodo cõueniat primo sumnoq; deo, iubere Fiat hoc, & rursum hoc aut hoc: & una die certũ aliqd absoluere, secũda rursum amplius, deinceps tertia, quarta, quinta, sextaq; similiter. Verùm de his iussis, Fiat hoc, & rursum hoc aut hoc, respon sum uideri potest iã tum, quando citauimus illud: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mãdauit, & creata sunt: dicendo immediatum opificẽ esse filium dei uerbum, qui uelut suis manibus mundum fabricauerit: uerbi autem patrem, cuius mandato mũdus sit per ipsum filium conditus, esse primarium opificem. Cæterum de ordine creationis, ut prima die

Universidad de Deusto
Biblioteca

die sit facta lux, secũda firmamentũ, tertia deinceps aquæ subcœlestes in unũ cõfluere sint iussę, atq; ita terra suapte natura protulerit uaria germina, et quarta demum addita sint mundo sua luminaria, quinta producta sint natatilia, sexta terrestria, postremusq; homo, quãtum potuimus diximus in cõmentarijs in Genesim. Quin & istos reprehendendo qui nihil penitius scrutantes sex diebus aiunt absolutam mundi creationẽ, ob-
Gen. 1 iecimus eis illa uerba scripturæ: Hic liber generationis cœli & terræ, quando facta est dies qua fecit deus cœlum & terram. Deinde rursum non intelligens illa uerba: Compleuit deus die septimo opera sua quæ fecerat, & cessauit die septimo ab uniuersis operibus quæ fecerat: & benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in illo cessauerat ab omnibus operibus suis quæ cœpit deus facere: putansq; idem esse, requieuit die septimo, & cessauit die septimo, perinde, inquit, acsi aliquis, ignauus opifex iam defessus ferijs opus haberet ad requiem. nescit enim quisnam sit ille post sex dies à mundo condito secuturus dies sabbati, in quo cuncti qui sex illis diebus opera sua perfecerunt, nihilq; eorum prætermiserunt quæ pertinerent ad suum officium, cum deo feriabuntur ascendẽtes, ad spectacula & iustorum beatorumq; celebritatem. Deinde quasi uel scripturæ dicerent, uel nos earum interpretes, deum defatigatum quieuisse negat Celsus fas esse primum deum defatigari, aut manibus operari, aut mandare. ad quod respondemus, nec deum uerbum defatigari, nec eos qui ad meliorem & diuiniorem ordinem pertinent. nam defatigari est degentium in corpore: & quæritur omnium ne in qualicunque corpore, an in terreno tantum, aut paulo præstantiore. Nefas est, inquit, primum deum operari manibus. Imò si uocem hanc accipias propriè, ne secundum quidem, aut ullam naturam diuiniorem. Sed fac abusiue dictum operari manibus, aut figurate, sicut interpretamur & illud: Opera manuum tuarum annunciat firmamentum: &, opera manuum tuarum sunt cœli: & siquid ad eundem modum dictum est: cum figurate manus dei & membra exponimus, quid absurdi prædicamus de deo, dicentes manuum eius opera? Et sicut manibus operari deum non est absurdum si recte intelligatur, ita neque iubere, quandoquidem honesta sunt ipsius iussa & laudabilia, deoq; dignissima. At Celsus rursum non intelligens illud scripturæ: Os domini loquutum est hęc, aut iuxta uulgarem sensum temere accipiens, nec sciens nomina membrorum corporalium dei pro eius potentijs usurpari, Nec os, inquit, est ei nec uox. Verum est eum non habere uocem, si uox est aer percussus, aut aeris species, aut quomodocunque uocem definiunt quorum hæc est professio: sed
Exod. 24 quæ dei uox dicitur, legitur ut dei uox uisa à populo, ubi scriptura inquit, Omnis populus uidit uocem dei. quo loco etiam uidere iuxta morem sacrarum literarum intelligitur spiritualiter. Imò, inquit, nec aliud quicquam inest ei harum rerum quas ei tribuitis, nec tamen explicat quid ei tribuamus. Si de membris loquitur, ea non corporaliter intelligimus, sed accipiendo iuxta communem consuetudinem largius. quodsi dixit in genere quicquid ei tribuimus, ea permulta sunt, uirtus, beatitudo, diuinitas. Quod si sublimius intelligendum est quod dixit, cum omnia quæ illi tribuimus minora sint ipsius dignitate, fatemur nihil eorum ei adesse quæ nos agnoscimus. nam quæ insunt ei superant omnem scientiam non humanam solum, sed etiam excellentiorum
Psal. 102 naturarum. si legisset Celsus prophetarum dicta, ut illud Dauidis, Tu autem idem ipse
Malach. 3 es: & apud Malachiam, Idem ipse sum, & non mutor: uidisset neminem nostrum de deo prædicare ullas mutationes uel cogitationum uel operum. nam immutabilis ipse manens disponit mutabilia pro natura ipsorum & suo arbitrio. Deinde rursum non percipiens discrimen inter imaginem dei, & factum ad eam imaginem: quòd imago dei sit primogenitus totius creaturæ, ipsum uerbum, ipsa ueritas, ipsa sapientia, bonitatem eius exprimens: cæterum homo factus sit ad imaginem dei: & quòd omnis uir cuius Christus caput est, imago dei sit & gloria: ac ne id quidem sciens, in quo consistat ille character imaginis, nimirum in exuendo ueterem hominem cum suis actibus, ipse alienissimus ab hac imagine sic inquit: Non fecit deus hominem ad suam imaginem, nõ enim talis est deus ut alicui speciei sit similis, iam quale est compositi hominis parti deteriori, hoc est corpori, putare ineſſe aliquid ad dei factum imaginem? Excipit Celsus corpus ab hac imagine. nam si corpori soli ineſſet, quid relinqueretur

potiori

potiori hominis parti animæ? proinde nemo nostrum soli corpori hanc imaginem tribuit. quòd si compositum ex utroque imago dei est, consequetur etiam deum compositum esse uelut ex anima & corpore, ut imago potioris sit in anima hominis, deterioris autem & corporalis in corpore, id quod nemo nostrũ diceret. Reliquum est ut hæc imago sit in interiori sicut nos uocamus homine, qui renouatur, & aptus natus est ad referendam conditoris imaginem, intelligendo eum demum ad imaginem fieri, qui fit perfectus sicut pater cœlestis perfectus est: & exaudit uocem illam, Sancti
Leuit. 19 estote, quoniã ego sanctus dominus deus uester: discẽsq; illud: Estote imitatores dei,
1. Cor. 4 excipit in anima sua proba dei characteres, quando corpus talem animam sic effigiatam continens, templum sit eius cuius anima refert imaginem, idq; propter dei similitudinem. Deinde rursum multa sibi sumit quasi à nobis concessa, quæ nemo Christianorum sanam mentem habentium concederet. nemo enim nostrum dicit deum esse figuræ aut coloris participem, ac ne motus quidem, quia natura eius firma est & stabilis, & iustum ad eadem inuitat dicens: Tu autem sta mecum. Quod sicubi moueri dicitur, quale est illud, Audiuerunt dominum deum deambulantẽ in paradiso sub uesperam, sic intelligendum est quasi discedere uideatur deus peccatoribus. uel sic accipiendum sicut figuratè dormire deus aut irasci dicitur, aut aliud simile naturæ dei parũ conueniens. Sed neq; substãtiæ particeps est. Participatur enim magis quàm participat, & participatur ab habentibus dei spiritũ: & seruator noster non est particeps iusticiæ, sed cùm ipse sit iusticia participatur à iustis. Porrò de essentia difficilis ac longa est disquisitio, præsertim de propria, firma, & incorporea: utrũ deus omni essentia per potentiam & administrationem superior, communicet essentiam quibus eam cõmunicat, idq; per uerbum suum & ipsius uerbi operatione: an & ipse sit essentia, licet natura inuisibilis dicatur, ubi de seruatore ait scriptura: q; est imago dei inuisibilis, hoc est incorporei. Quærendum etiam an essentia essentiarũ & idearum idea principiumq; dicatur unigenitus, & totius creaturæ primogenitus, uniuersis autẽ superior pater eius & deus. Celsus quidem de deo dicit, ex ipso esse omnia, nescio quomodo absoluens ab eo omnia: Paulus uerò noster dicit, ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia, ostẽdens principiũ omnium substantiæ, his uerbis ex ipso: conseruationem his, per ipsum: finem his, in ipsum. Ipse autem deus non aliunde quàm ex seipso habet essentiam. Quoniam autem dicit eum neq; ratione comprehensibilem, distinguo significatum, & dico si intelligatur de ratione quæ uel inserta est nobis, uel è nobis se exerit, hac non esse deum cõprehensibilem. Sin de illa quæ erat in principio, & erat apud deum, & ipsa erat deus, aimus hac deum esse comprehensibilem. Quin et quod innominabilem censet, distinctione opus est. Si enim hoc uult, q; in uerborũ significatis nihil possit dei proprietates exprimere, uerũ est: quandoquidẽ multæ qualitates non sunt nominabiles. quis enim discernat nominibus qualitatẽ dulcedinis palmulæ, & dulcedinis caricæ? quis singularũ rerum proprias qualitates nominibus queat distinguere? Nõ mirũ igitur si hoc pacto deus est innominabilis. quod si nominabile accipiat quatenus auditorem potest nominib. ad aliquã cognitionem dei manuducere, quãtum naturæ humanæ licet cõprehendere, non absurdè diceretur nominabilis. Similiter distinguimus, & quod dicit, nihil accidere deo nomine cõprehensibile: & fatemur eum extra omnes affectus esse. Et de his hactenus, uideamus iam & sequentia, ubi fingit personã cuiusdam post hæc audita sic inferẽtis dubitationẽ: Quomodo igitur deum cognoscã? quomodo uiam ad illum ducentẽ discam? Quomodo eum mihi ostendis? quando quidẽ nunc oculis meis offundis tenebras, ut nihil clarè uideã. Deinde quasi huic percõtatori respondens, & causam tenebrarũ ob oculos eius per modo dicta offusarũ putãs se reddere, ait in splendidã lucem è tenebris productos non posse intueri, radijs aciem lædentibus, adeò ut se cæcari existiment. Ad hæc quoq; dicimus, sedere in tenebris & hærere in eis omnes qui sunt intenti pictorũ, fictorum, statuariorum non probandis artibus, nolentes mentem oculosq; attollere ab his uisibilibus & sensilibus ad creatorem qui est lux: contrà in luce esse omnes qui sequunt prælucens uerbũ dei, & cõmonstrans per quantam imperitiã, impietatem, numinis ignorantiam adorauerint ista friuola pro deo, manuducensq; uolentes mentis incolumitatẽ ad ingenitũ deum maximũ. Populus enim gẽtium sedens in tenebris uidit lucẽ magnam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sedentibus in umbris infernalibus exorta est lux, nimirum Iesus ille deus. Itaq; nemo Christianus Celso aut ulli ex istis diuini uerbi calumniatorib. ad hunc modum respondebit, ut dicat Quomodo cognoscam deum, singuli enim eorum, quisq; pro suo captu, cognouerunt deum, nec est inter eos qui dicat, quomodo uiam ad eum ducentem discam: ut qui audiuerunt ex Seruatore: Ego sum uia, uita, & ueritas: obiterq; gustauerunt ueritatẽ accedentes ad eum. Nemo itẽm Christianus Celso diceret, quomodo mihi deum ostendis. Illud uerum est, quòd auditis eius tenebricosis sermonibus responderet, quid mihi tenebras offundis ob oculos? Celsus enim & similes conantur tenebras oculis nostris offundere: nos uerò luce uerbi dispellimus tenebras impiorum dogmatum. Posset etiam Christianus dicere Celso leuibus & obscuris nugis perstrepenti, nihil illustre in tuis uideo sermonibus. Non enim è tenebris in claram lucem nos Celsus producit, sed uult è luce in tenebras retrahere, faciens ex luce tenebras, & lucem è tenebris. nos autem oculis animarum nostrarum apertis per uerbum dei, uidentes quid interlit inter lucem & tenebras, in luce modis omnibus persistere decreuimus, tenebris uerò haudquaquam uolumus accedere. Cæterũ lux uera, quoniam etiam uiua est, scit cui splendor ostendendus sit, cui lux, non sustinenti splendorem propter oculorum imbecillitatem. Quodsi qui meritò dicendi sunt oblæsos habere oculos, in nullos id dictũ magis competit quàm in occupatos spiritu ignorantiæ ueri numinis, & in istos qui affectibus uarijs impediti nequeunt ueritatem cernere. Certè Christiani nullo modo se putant cæcari Celsi aliorum ue impij sermonibus. cæterum qui se sentiunt occæcari exemplis imperiti uulgi, & moribus hominũ dæmonia suis celebritatibus colentium, accedant ad uerbum largiens oculos: ut quemadmodum olim cæci iuxta uiam humi mendicantes, sanitatem à Iesu impetrauerunt, misericordiam consecuti quòd implorassent miseratorem filium Dauidis: ita & ipsi recipiant nouos ac bonos oculos, quales à uerbo dei creari decet. Quapropter si nos Celsus interrogauerit, quomodo putemus nos cognoscere deum, & per illum salutem acquirere: respondebimus idoneum esse dei uerbum, ut ingressum quærentibus se, suumq; aduentũ expectantibus, patrem reuelet, qui cerni non potest nisi per præcedentem aduentum filij. Quis enim alius ualeat seruare, & ad deum optimum maximum humanam animam adducere, quàm deus uerbum, qui quum in principio apud deum esset, propter carni cohærentes & carnales caro factus est, ut caperetur ab eis à quibus alioqui ne uideri quidem poterat, in quantum uerbum erat, & apud deum erat, & deus erat. nunc corporaliter loquens, & ut caro se præbens, ad se uocat omnes carneos: ut eos primùm formatos iuxta uerbum quod caro factum est, deinde ad cõtemplationem suijpsius prouehat, cernaturq; ab eis quid ante carnem sumptum fuerat: ut per eius carnem introducti ad sublimiora dicant illud apostolicum: Etsi Christum aliquando secundum carnem noueramus, nunc certè non amplius sic eum nouimus. Itaq; caro factus est, & factus caro habitauit in nobis, cùm non esset nobis extraneus. postquam autem habitauit & conuersatus est nobiscũ, non retinuit formam pristinam, sed subductis nobis in rationalem montem excelsum, ostendit formam suam gloriosam, & splendorem suorum uestimentorũ: nec suam tantum, uerumetiam legis spiritualis. is enim est Moses cum Iesu uisus in gloria. præterea nobis ostendit omnem prophetiam, ne post assumptum quidem ab ipso hominem emortuam, sed in cœlum receptam, cuius Helias fuit symbolum. Quæ quisquis contemplatus est, potest dicere, Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre: plenus gratia & ueritate. Celsus igitur parum philosophicè finxit, quæ nos putabat ad interrogata responsuros, quomodo credamus nos peruenturos ad noscendum deum, & quomodo salutem per eum consecuturos. nos tamen non aliud quàm quod dixi, respondemus. At Celsus quasi bonus cõiector talem nobis responsionem affingit: Quoniam magnus est deus, & contemplatu difficilis, ideo proprio spiritu immisso, in corpus nostro simile demisit eum huc, ut ex ipso possemus audire atq; discere. Iuxta nostrã autem doctrinam non solus uniuersorum deus & pater magnus est: cõmunicauit enim suam magnitudinem cum unigenito & primogenito creaturæ totius: ut cùm inuisibilis dei sit imago, magnitudine quoq; imaginem patris referat: alioqui non habitura erat imago illius inuisibilis dei pulcram, ut ita loquar, proportionem, nisi magnitudo etiam accederet.

cederet. porrò deus iuxta nostram opinionem, cùm sit incorporeus, est inuisibilis: contemplatiuus tamen hominibus corde, id est, mente cernitur: corde autem non uulgari, sed puro. nefas est enim cor pollutum intueri in deum: sed purum necesse est ut sit, quod puri contemplatione dignum habeatur. Fatemur etiam deum contemplatu difficilem, sed non solum, imò & eius unigenitum. Est enim difficilis contemplatu deus uerbum, difficilis & sapientia per quam deus creauit omnia. quis enim eam per singula creatoris opera considerare ualeat? Ergo non ideo deus contemplatu difficilis filium misit quasi contemplatu facilem: quod non intelligens Celsus ex nostra persona dixit: quoniam ipse contemplatu esset difficilis, ideo proprium spiritum huc misisse, insertum in corpus nostro simile, ut ex eo possemus audire & discere. Verùm ut nos ostendimus, etiam filius quum esset contemplatu difficilis, ut uerbum dei per quod omnia facta sunt, inter nos conuersatus est. Quodsi Celsus intelligeret quæ dicimus de dei spiritu, & quòd quotquot aguntur dei spiritu, hi sunt dei filij, nunquam ex nostra persona sibijpse respondisset, quòd deus immisso in corpus proprio spiritu huc eum demiserit. Semper enim deus impartit suum spiritum eius capacibus, non tamẽ per separationem & diuisionem dignis insertum. non est enim corpus iuxta nostram doctrinam spiritus, sicut nec ignis ille corpus est qui deus esse dicitur apud eum qui inquit, Deus noster ignis consumens. nam hæc omnia figuratè dicuntur, ut per corporea consuetaq; nobis nomina indicetur natura illa intelligibilis. Et sicut quando peccata dicuntur esse ligna, fœnum, stipula, non accipimus peccata esse corpora: & quando bona opera dicuntur esse aurum, argentum, gemmæ, non statim etiam sunt corpora: ita quum dicitur deus ignis consumens ligna, fœnum & stipulam, omnemq; peccati substantiam, non statim corpus eum intelligimus. Et quemadmodum quoties ignis nomine censetur non intelligimus corporeum, sic dum eum uocamus spiritum, corpus tamen illum esse non dicimus. nam ad differentiam sensibilium scriptura solet intelligibilia uocare spiritus & spiritualia: ut quum Paulus dicit, Sed sufficientia nostra ex deo est, qui nos fecit idoneos ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus. nam litera occidit, spiritus uiuificat. ubi literam nominauit, quum iuxta sensum diuinas literas accipimus, spiritum uerò quum iuxta intellectum. Ita quod ad deum spiritum attinet, quoniam Samaritani Iudæiq; corporaliter & iuxta figuras mandata legis obseruabant, dixit Seruator ad Samaritanam, Venit hora quando nec Hierosolymis, nec in hoc monte adorabunt patrem meum. Deus spiritus est, & qui eum adorant, in spiritu & ueritate debent adorare. quibus uerbis docuit, non carnaliter adorandũ esse deum, nec colendum carnalibus sacrificijs, sed spiritu. quum enim spiritu & intelligibiliter colatur, facilè inde colligitur ipsum esse spiritum. imò nec in figuris adorãdus est pater, sed in ueritate, quæ per Iesum Christum eluxit post datam legem Mosis ministerio. Quum enim conuersi fuerimus ad dominum, qui dominus ipse est spiritus, tolletur uelamen quo tegitur cor quando Moses legitur. Quapropter Celsus ut nihil intelligens de spiritu dei: animalis enim homo non capit ea quæ sunt diuini spiritus, sunt enim ei stultitia, nec potest nosse qui iudicentur spiritualiter: somniat nos cùm deum esse spiritum dicimus, nihil hac parte differre à Græcorum Stoicis, affirmantibus deum esse spiritum qui meet per omnia, omniaq; in se contineat. Penetrat quidem aspectus dei ac prouidentia per omnia, sed non sicut ille Stoicorum spiritus: & continet omnia quibus per suam prouidentiam prospicit, at non corporaliter complectitur, quum corpus ambiatur à diuina potentia. Itaque iuxta Stoicorum sententiam corporeos esse principatus, asserentium, ac proinde corruptibiles, ut nisi absurditas rei uetaret, ipse summus deus non absit à corruptionis periculo, etiam ratio dei ad homines & minima quæque pertingens, nihil aliud est quàm corporeus spiritus. iuxta nostram autem doctrinam, quæ & rationalem animam conatur ostendere præstantiorem omni natura corporea, ut substantiam inuisibilem & incorpoream, deus uerbum corpus esse non potest, per quem condita sunt omnia. qui efficit ut omnia ratione fiant, non humana tantum, uerumetiam minima quæ ad regnum naturæ pertinent. Quare licebit per nos Stoicis ut deflagratione absumant omnia, nos nullam incorpoream substantiam scimus esse cremabilem, nec ignibus absumi

2.Cor.3

Ioan.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumi hominis animam, aut angelorum, thronorum, dominationum, principatuum, potestatum substantiam. Idcirco Celsus spiritualium rerum ignarus, in uanum effudit illa uerba: Si dei filius est spiritus humano indutus corpore, nec ipse dei filius immortalis esse poterit. Ac rursum sermonem ipse suum cõfundens, quasi nostrorum hominum quidam negarent spiritum esse deum, dei filium tamen faterentur esse spiritum, euincere se putat, nullius spiritus eam esse naturam ut sempiternus sit: sicut suprà quum diceremus deum esse ignem consumentem, negabat eam ignis naturam quæ in æternum maneat: non uidens quomodo deum ignem esse prædicemus, & quarum rerum consumptaum, nimirum peccati & maliciæ. Decet enim deum bonum, ut ubi quisque certatorum qualis uir sit in certaminibus declarauerit, igne pœnarum absumat eius uicia. Ac rursum sumit sibi nunquam à nobis concessa, quòd necesse sit iterum deum spirare. unde consequi, non potuisse Iesum resurgere cum corpore. nec enim deus recepisset quem dederat spiritum, cõtaminatum iam natura corporis. Quos sermones quum nostri non sint, stultum esset quasi nostros tueri. Deinde iterum atque iterum eadem repetens, quasi non antea multis cauillatus sit in natiuitatem dei ex uirgine, ad quod iam pro uirili respondimus, sic loquitur: Quodsi uoluit spiritum ex se emittere, quid opus erat inspirare in uterum fœminæ? poterat enim, ut qui iam sciebat homines fingere, huic quoque corpus affingere, ne proprium spiritum in tantam contaminationem mitteret. atq; hoc pacto è supernis profatus hoc ipso plus sibi conciliasset fidei. Hæc dixit, qui nesciebat purã & uirgineã incorruptamq; natiuitatẽ corporis cuius ministerio seruandum erat humanum genus. putat autem iuxta Stoicorum opinionem, dissimulata doctrina de indifferentibus, in contaminationem missam & contaminatam diuinam naturam, siue quòd manssisset in mulieris corpore donec & ipsi corpus formaretur, siue hoc ipso quòd corpus sumpsisset: non aliter quàm qui putant radios solis pollui contactu cœni uel cadaueris, nec ibi quoque puritatem suam seruare. Quodsi iuxta Celsi propositum absque natiuitate Iesus corpus assumpsisset, nõ statim qui corpus id uiderent, absque natiuitate factum crederent. aspectus enim non indicat naturam & originem. Verbi gratia, fac aliquod mel non ab apibus profectum, de hoc nemo ex gustu aspectu ue pronunciaret, non esse oriundũ ab apibus: sicut nec id quod ab apibus est confectum gustu declarat suum principium, sed id experientia discimus. ita eadem experientia docet nos, uinum esse ortum ex uite. gustus enim non refert à uite originem. eodem igitur modo sensibile corpus non indicat rationem suæ subsistentiæ. quod autem dicimus confirmatur per cœlestia corpora, quorum splendorem sensu percipimus: nec tamen is sensus nos docet utrum creata sint an non. nam de hoc inter sectas non conuenit. quin & illi qui facta esse dicunt, non consentiunt quomodo facta sint. ut enim esse facta euincatur rationibus, sensus tamen non docet quomodo facta sint. Ac rursum toties inculcatas Marcionis opiniones repetit, nõnunquam uerè has recitans, interdum non intellectas etiam, quæ quia nihil ad nos attinent, indignæ sunt responsione. moxq; iterum ad Marcionem reuersus pro illo & contrà disserit, partim damnans eum, partim liberans à crimine. & dum uult patrocinari his qui aiunt Christum prænunciatum prophetarum oraculis, accusans Marcionem eiusq; sectatores, apertè dicit, Quis affectum tali supplicio crederet dei filium, nisi esset id à prophetis prædictũ? Deinde more suo cauillatur, duos inducens filios deorum, alterum conditoris, alterum Marcionitarum dei, eorumq; monomachias depingens, quas dicit similes coturnicum certaminibus, quæ per ætatem pugnæ iam inutiles non amplius in se inuicem sæuiant, sinantq; pugnare suos filios. Hic ipsi occinemus quod superius dixerat: Quæ anus mulcens infantulum non erubesceret dicendo talia, qualia hic in opere cui Veri sermonis inscripsit titulum? quum enim deberet seriò contendere, omissis seriis ludit & scurratur, putans se mimos scribere aut dicteria, non uidens hoc alienum ab instituto uolentis nos à Christiana pietate ad sua dogmata traducere. qui si grauiter loqueretur, fortasse credibiliora diceret: nunc quia cauillatur, ludit, scurratur, dicemus eum hoc facere quòd meliora non habeat, alioquin in tantam nugacitatem non incideret. Post hæc dicit, Quoniam diuinus spiritus erat in corpore, debebat esse præstantior cæteris statura, aut forma, aut

forma, aut robore, aut uoce, aut maiestate, aut eloquentia. Est enim incredibile, cui plus diuinitatis inerat, eum nulla re fuisse præstantiorem cæteris. at hic nihilo erat potior, sed quod ipsi fatentur, paruus & deformis erat & humilis. Hinc quoque satis appareret, quòd quoties ei Iesum accusare libet, credulus est scripturis nostris unde accusandi occasiones sibi ut putat oblatas arripit, citans earum testimonia: ubi uerò eadem sentit aduersari suis calumnijs, eas se scire dissimulat. Fatemur scriptum de Iesu corpore despicabili, quamuis non habeatur apertè ascriptum, paruum fuisse ac utile. Est autem locus apud Esaiam prædicentem uenturum eum non supra modum decora specie, nec excellenti pulchritudine: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? annunciauimus in conspectu eius sicut infantulus, sicut radix in terra siti squalida. non est species ei nec decor, sed species eius sine honore, & deficiens supra filios hominum. Hæc ergo Celsus audiuit, quòd putaret pro se esse, & ad accusationem Iesu facere: non item illa è psalmo quadragesimo quarto quomodo dicantur, Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime specie tua pulchritudineq;, & intende, prosperare, & regna. Sed fac eum non legisse hanc prophetiam, aut legisse quidem, seductum tamen à malis interpretibus non putare quicquam eam ad Christum pertinere, quid dicet de euangelio, ubi conscenso excelso monte transformatus est coram discipulis, & uisus est in gloria: quando & Moses & Helias in gloria uisi colloquebantur de ipsius exitu complendo in Hierusalem, nisi fortè dum Propheta dicit, Vidimus eum non habentem pulchritudinem, & reliqua, Celsus assentit prophetiam hanc ad Iesum referendam, cæcutiens circa eius intellectum, nec uidens quantopere astruat fidem de Iesu dei filio, hoc ipsum quòd tot ante natiuitatem ipsius seculis uisus est uatibus non habens pulchritudinem. quodsi alius propheta prædicet eius formam & pulchritudinem, id uerò negat esse de Christo prophetiam. Cæterum si manifestè perciperemus ex euangelijs eum non habuisse uel formam uel pulchritudinem, sed fuisse infeliciori specie quàm reliquos filios hominum, diceret aliquis Celsum hic autoritatem euangelistarum sequutum non prophetarum. nun quum nihil tale uel euangelia uel apostoli significent, quòd caruerit specie uel pulchritudine, cogitur fateri se prophetarum ueritatem agnoscere, atque non sinitur his ad calumnias contra Iesum abuti postea. Quid quod dum hæc uerba diceret, siquidem diuinus spiritus erat in humano corpore, debuerat esse cæteris præstantior statura, aut forma, aut robore, aut uoce, aut maiestate, aut eloquentia, non uidit eius præstantiam, duntaxat his utilem qui possunt eam pro suo captu cernere. Nec mirum est, materiam suapte natura uertibilem, alterabilem, in quicquid conditori placet mutabilem, & cuiuscunq; qualitatis quam ei uoluerit suus opifex addere capacem, modò talem habere qualitatem iuxta quam dicatur non habuisse speciem uel pulchritudinem: modò tam gloriosam, mirandam, stupendamq;, ut in faciem prociderent spectatores tam excellentis pulchritudinis: dico tres illos apostolos qui unà cum Iesu montem ascenderãt. Verùm hæc figmenta esse causabitur, nihilo potiora fabulis, sicut & reliqua quæ de Iesu feruntur miracula, ad quod iam antè copiosè respondimus. Cæterum præsens hæc historia non caret mysterio, significans uarias Iesu formas referri ad dei uerbi naturam, non eodem modo apparentem uulgo, & his quibus datum est, montem cum eo conscendere. nam his qui adhuc hærent in inferioribus nondum parati ascendere, uerbum non habet speciem nec pulchritudinem. apud tales enim species eius est despicabilis, & posthabetur humanis dissertationibus, quandoquidem non sine figura dicti sunt filij hominum. talibus enim multo magis arrident & pulchri uidentur philosophorum sermones, ut filijs hominum, deteriore loco prædicationẽ diuini uerbi censentibus, quod isti putant habere quandam stultitiæ speciem. quam solam dum spectant, sic secum loquuntur, Vidimus eum, & non habebat speciem nec pulchritudinem. At qui ualent ascendentem in montem excelsum assequi, his aspiciendum se offert diuina specie: cui spectaculo sufficit quisquis sicut Petrus ad ædificandam super se per uerbum ecclesiam est idoneus, tali cõparata habitudine, ut ne inferorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem portæ ſibi præualeant, ipſius uerbi beneficentia ſuper portas mortis exaltato, ut annuncíet omnes dei laudes in portis filiæ Sion: aut ſi qui ſunt per prædicationem renati iam magniloqui, conferendiq; cum filijs tonitrui. Sed qui poteſt Celſo eiuſq; ſimilibus Chriſtianas literas tantum inſectandi ſtudio legentibus, contingere ut intelligant quid ſignificet Ieſu formarum uarietas? addo etiam ætatum eius, atque geſtorum uel ante paſſionem uel poſt reſurrectionem à mortuis. Deinceps autem in hunc modum Celſus loquitur. Præterea ſi uoluit deus, ſicut in Comœdijs Iupiter è longo ſomno experrectus, humanum genus à malis eripere, quid ita in unum angulum miſit iſtum quem iactatis ſpiritum? quum deberet ſimiliter alia inſpirare corpora, & per totum orbem dimittere. Comicus certè riſum ſpectatoribus moturus facit Iouem è ſomno excitum ad Athenienſes & Lacedæmonios mittere Mercurium: tu uerò non putas ridiculum figmentum, ad Iudæos mitti dei filium? Vide hic quoque philoſophicam grauitatem Celſi, è comœdia petentis riſus materiam, & ſuo Ioui experrecto mittenti Mercuriũ comparantis noſtrum deum cõditorem omnium. Qua de re iam ante dictum eſt à nobis, quòd non uelut è longo ſomno experrectus deus ad humanum genus Ieſum miſerit, qui & ſi iuſtis de cauſis nunc demum incarnationis diſpenſationẽ ſuſcepit, ſemper tamen in homines fuit beneficus. nihil enim unquam inter homines boni geſtum eſt, niſi dei uerbo animis eorũ præſente, quantulocunq; tempore capacium eius energiæ. quin & aduentus Ieſu in unum ut uidetur angulum ratione non caruit: quoniam oportebat ut ad eos qui unum deum dicerunt, eiuſq; prophetas legebãt, & de Chriſto præconia, ueniret qui per prophetas prænunciatus fuerat, eo præſertim tempore, quo ex uno angulo diuulgãdus erat toto orbe terrarum habitabiliũ. quapropter non opus erat ut multa ubiq; fierent corpora, multiq; quales Ieſu ſpiritus ad illuminandũ dei uerbo orbem habitatum ab hominibus. Satis enim erat unũ uerbum, tanquã iuſticiæ ſol exortus à Iudæa mittendis radijs in animas excípere uolentium. quod ſi quis deſiderat uidere multa corpora repleta diuino ſpiritu, & quemadmodũ unicus ille Chriſtus miniſtrantia ſaluti hominum ubiuis degentiũ, conſideret eos qui paſſim recta uita ſanaq; Ieſu doctrina præ-
Pſal. 105 lucent hominibus, uocati & ipſi Chriſti in diuinis literis, ubi legitur, Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis ne malignemini. Nam ſicut audiuimus quòd antichriſtus ueniat, & nihilominus didicimus, multos antichriſtos eſſe in mundo: eodem modo agnoſcentes Chriſti aduentum, contemplamur multos per eum in mundo factos Chriſtianos, qui ad ipſius ſimilitudinem dilexerunt iuſticiam, & oderunt iniquitatem. quapropter & eos unxit deus, ille inq; Chriſti deus, oleo exultationis. Sed Chriſtus, quia præ participibus ſuis dilexit iuſticiã, odio uerò habuit iniquitatẽ, & primitias huius unctionis accepit, et ut ita loquar, totam unctionẽ olei huius exultatorij. cæterũ participes eius, quantum quiſq; capere potuit, tantum eius unctionis adeptus eſt. quamobrem cùm Chriſtus ſit caput eccleſiæ, ut pro uno corpore cenſeatur Chriſtus & eccleſia, unguentũ capitis deſcendit in barbam Aaronis, quod eſt inſigne uiri perfecti, peruenitq; deſcendendo uſq; ad oram ueſtimenti. atque hæc dicta ſint ad indecorũ Celſi dicterium, quòd debuerint ſimiliter inſpirari multa corpora, & per totum orbem dimitti. Ergo comicus iſte riſum captans Iouem dormientẽ finxit, ac mox experrectum mittentem ad Græcos Mercurium. at noſtra doctrina quæ nouit dei naturã peruigilem, docet nos quòd deus res huius mundi ratione ſumma diſpenſat pro opportunitate temporũ. Non eſt autem mirandum, ſi cùm ſint iudicia dei magna & inenarrabilia, imperitorũ animæ falluntur, & Celſus inter cæteras. Itaque non eſt ridendum, ad Iudæos, apud quos prophetæ fuerunt, miſſum eſſe dei filium, ut illinc initio facto corporaliter, uirtute ac ſpiritu oriretur animis nõ amplius terram à deo deſertã colere uolentibus. Deinceps autem placuit Celſo diuiniſſimas gentes dicere, primùm Chaldæorũ, à quibus in homines propagata eſt fallax genethliacorum diſciplina: deinde Magorum, à quibus denominata magia & ad cæteras gentes profecta, corruptelã in eas inuexit & perniciem. Ægyptios quoq; quamuis ſuperius eorum errorem taxauerit, quòd intra ornatiſſimos templorũ ſuorum ambitus, nihil

tus, nihil ſacrorum incluſum aſſeruent præter ſimias, crocodilos, capras, aſpides, ſimilesq; beſtias, nunc annumerat diuiniſſimis iam inde ab initio, fortaſſe quia iam inde ab initio Iudæis fuerunt infenſiſſimi. In hunc diuiniſſimarũ gentium ordinem accenſet etiam Perſas, infames matrum ac filiarũ concubitu: atq; Indos etiam, quos paulo ante humanis carnibus ueſci dixerat. Iudæos uerò qui nihil unquã tale fecerunt per tot ſecula, adeò non dixit diuinos, ut dicat mox perituros. Id autem iam uelut uaticinatur de eis, non uidens q; præſentem olim horũ reſpublica deum habuerit, & quòd per peccatũ eorum gentibus externis ſalus cõtigerit, & delictũ eorum attulerit mundo diuitias, donec compleat gentium introitus, ut poſtea totus, quem Celſus nõ intelligit, Iſrael ſalutem conſequat. Illud neſcio quomodo de deo prædicet, quòd cùm ſit omniſcius, ignorauerit ſe tamẽ mittere filiũ ad malos homines, occiſurõs eum per ſummum ſcelus. mihi uidetur oblitus eorum quæ de Ieſu Chriſto prædicantur, præſciuiſſe illum diuino ſpiritu quicquid paſſurus erat, & omnia prædicta fuiſſe prophetarum uaticinijs. unde ſequitur falſum eſſe q; neſcierit deus filium ſe ad malos mittere, affecturos eum ſupplicio. quamuis mox ipſe ait nos huc refugere, ut dicamus omnia hæc prænunciata uatum priſcorũ oraculis. Sed quoniã ſextus liber iam ſatis excreuit, faciemus ſeptimo initium, in quo uidebimus quid Celſus contra nos afferat, dicentes omnia de Chriſto prænunciata per prophetas: ad quæ quoniam prolixius reſpõdendum eſt, ne ſermonem cogamur interrumpere, hic ſextum librum alioqui maiorem iuſta molem habiturum finire uolumus.

LIBER SEPTIMVS.

P Oſt longũ certamen, quod ſex ſuperioribus libris contra Celſum Chriſtianorum calumniatorem quantũ potuimus decertauimus, nihil quoad licuit indiſcuſſum relinquendo, inuocato diuino numine per ipſum Chriſtũ quem Celſus calumnijs impetit, ut cùm ſit ueritas illuceſcat cordi noſtro ad ſubuerſionem mendacij, ſeptimũ iam ordimur à precatione illa prophetica, Deus in ueritate tua diſperde eos, nimirũ ſermones ueritati aduerſarios. nam hi per dei ueritatem diſperduntur, ut his diſperditis omnes à tentatione liberati dicant id quod mox ſequitur, Voluntariè ſacrificabo tibi, uidelicet rationalem & ſine fumo uictimam, deo uniuerſorũ domino gratiſſimam. Eſt autem nunc inſtitutum Celſi accuſare eos qui aiunt prophetarũ Iudæorum uaticinia de Ieſu Chriſto præcinere: quare omniũ primum fatemur, q; qui alium deum inducunt q; Iudæorum, nequaquã poſſunt ad obiecta ipſius reſpondere: nos autem qui eundem deum retinemus, defenſuri nos ad propheterarum de Chriſto oracula confugimus. uerba ipſius ſunt hæc. Videamus quid pro ſe adducturi ſint. certè hi qui alium deum inducunt, nihil. Qui eundem, afferent illud ſapiens dictum, oportuiſſe hæc ita fieri. argumentum autem hoc, quòd olim hæc à prophetis prædicta ſint. Ad quod reſpondemus, tam eſſe infirma quæ paulo antè de Ieſu & Chriſtianis iſte in medium attulit, ut etiam ab impia ſecta deum alium introducentium refelli poſſint facile: quod nos ipſi faceremus ipſorum nomine, ni uereremur ne imbecilliores anſam inde arriperent declinandi ad deteriora dogmata, oſtenderemusq; ne illis quidẽ deeſſe quo aduerſus Celſum tueantur partes ſuas. quare his omiſſis, de prophetis dicemus ut antè cœpimus, & primùm ad illud quod ait, Pythia, Dodonea, Claria, Branchidarum, Ammonis, aliaq; innumera oracula, quorum monitis per omnes fermè terras deductæ ſunt coloniæ, haberi pro nihilo: cæterum Iudæorum dicta non dicta, more gentis ambigua, qualia hodieq; Phœnicum ſunt & Palæſtinorum, miranda putari ac certiſſima. Dico igitur de modò enumeratis oraculis, poſſe nos ex autoritate Ariſtotelis & Peripateticorum multa proferre, Pythiæ cæteriſq; que fidem abrogantia: poſſe item ex Epicuro eiuſq; ſectatoribus tranſcribere quid de his ſentiant, oſtenderéque quòd ipſi Græci nihili pendant Græciæ oracula uel celebratiſſima. Sed faciamus non eſſe figmenta hominum quæ feruntur de afflata numine Pythia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cæterisq; id genus uatibus: uideamus an non, si diligenter rei ueritatem expendamus, euinci possit, etiamsi maximè sint oracula, non consequi necessariò præesse illis numen aliquod, sed potius quosdam malos dæmonas, & spiritus infensos humano generi, opponentesq; se animis ad cœlũ per uirtutis uiam ac ueram pietatem tendentibus, qua redeant ad deum. Certè de Pythia, quo non aliud manteum est celebrius, narratur uatem illam Apollinis desidere super foramẽ specus Castalij, & ascendentem inde spiritum per muliebre gremium recipere, quo repleta profert ista præclara & diuina ut putantur oracula. Considera nunc an non hoc ipso abundè intelligatur spiritus illius impuritas, non per cæcos meatus multo puriores muliebri gremio penetrantis in animam fatidicam, sed per eos, quos uir honestus non sustineret aspicere, nẽdum tangere: idq; non semel atque iterum, quod fortasse ferendum erat, sed quotiescunq; illa inflata Phœbo prophetare creditur. quin & illud quòd extra se rapta, uelut magicis artibus furiata, ipsa quid agat, non intellígit, non est opus diuini spiritus. Deberet enim quicunq; diuino afflatur numine, ante alios qui oraculis eius iuuantur, & ad meliorem naturæ consentaneam uitam proficiunt, ipse cernere quid sit conducibile, præsertim tantisper dum deus est in eius pectore. Nos sanè colligimus è sacris scripturis, quòd Iudæorum prophetæ illustrati diuino spiritu, quatenus opus erat illustrari diuinorum consiliorum interpretes, primi fruebantur aduentu ad se numinis: contactiq; animam (ut ita loquar) sancto spiritu, & hanc adipiscebantur splendidioresn, & mentem perspicaciorem, atque adeò corpus ipsum, non amplius spiritu contumax, aut rectam uitæ rationem fastidiens, nimirum emortuum (sicut nostri loquuntur) carnis cõcupiscentijs. persuasum est enim nobis quòd opera carnis inimicæ deo mortificantur per diuiniorem spiritum. quodsi Pythia extra se rapitur, dum fata canit, qualis existimandus est ille spiritus offundens menti ac rationi tenebras, cùm sit similis huic dæmonum generi, quod non pauci Christiani eijciunt ex obsessis corporibus, idq; sine omni curiositate magorũ & ueneficorum, sed solis precibus adiurationibusq; simplicibus, quæ sunt artes hominum simplicium. nam plerunq; plebeij homines hæc faciunt, per uerbũ suum coarguente dæmonum infirmitatem Christi gratia, quòd non opus sit ad profligandos eos ex anima hominis & corpore sapiẽtibus uerbis & ualidis de fide rationibus. Porrò cùm persuasum habeant non solum Christiani & Iudæi, uerumetiam alĩ multi tam Græci quàm barbari, quòd supersit & uiuat post discessum à corpore humana anima: & rationi consentaneum sit, quòd quæcunq; pura est nullisq; maliciæ grauata compedibus, sublimis euolat ad puriora loca ætheris, relictis crassi corporis sordibus: contrà quæcunque mala est & in terram depressa peccatorũ onere, sine respiratione agitatur & uolutatur huc & illuc, quædam circa monumenta, ubi etiam umbrosa quædam animarum spectra interdum conspiciuntur, aliæ circa terram passim uolitantes: quantum censendum est esse spiritum, qui tot integris seculis, siue aliquibus incantationibus, siue suapte malicia sunt alligati certis locis & ædificijs. hos omnes ratio iubet haberi pro malis, & arte diuinatoria, quæ quidem est indifferens, abutentibus ad decipiendos homines, & abstrahendos à uero numine, cultusq; huius purissimo. quòd autem tales sint, apparet ex sacrificiorum nidoribus & uictimarum cruoribus, in quibus eorum corpora deliciantur, non aliter quàm mali homines, qui neglecta puriore uita toti uoluptatibus corporis dediti, uitam degunt terrenam & humilem. Si autem deus esset, ut Græci putant, Apollo delphicus, quem potius deberet eligere prophetam quàm uirum sapientem, aut si talis non inueniretur, certè proficientem in melius. quî fit autem ut in hoc prophetandi ministerio uirum fœminæ non prætulerit? aut si fœminam malebat, ut qui non posset alia re delectari quàm mulierum gremijs, cur non uirginem fatidicã mulieri prætulit? Nunc ille admirandus apud Græcos Pythius, non sapientem, ac ne uirum quidem diuino, ut Græci putant, afflatu dignatus est: imò nec inter fœminas quidem uirginem aliquam, aut sapientem, aut eruditam in philosophia, sed uulgarem quampiam mulierem. fortassis enim qui tunc erant uirorum præstantissimi, meliores erant quàm ut in eos uis numinis decumberet

cumberet Apollinei. Atqui si deus fuisset, debuerat ista futurorũ præscientia homines inescare (ut ita loquar) ad meliorem frugem & mores emendatiores. nunc nihil tale de illo proditum legitur. nam & si Socratem pronunciauit omnium hominum sapientissimum, tamen hanc eius laudem obscurauit, addita mentione Sophoclis & Euripidis, dum inquit: Sapiens Sophocles, sapientior Euripides. Itaque dum Socrates præstantior censetur collatus ad tragicos, contendentes in scena & theatro de uulgari præmio, nunc miserationem spectatoribus mouentes nunc risum, (nihil enim aliud captant satyrica dramata) non admodum ornatur eius grauitas & ueracitas philosophica. Et fortasse non tam propter philosophiam appellauit eum omnium hominum sapientissimum, quàm propter nidores sacrificiorum, quos offerebat tum ipsi tum reliquis dæmonibus: & dæmones propter hæc magis exaudiunt uota sacrificantium, quàm propter uirtutem & eius opera. quapropter poetarum optimus Homerus res Græcorum describens, & docens quid potissimum dæmonas faciat sacrificãtibus exorabiles, induxit Chrysen paucis coronis & taurorum caprarumq; femoribus emercantem quicquid Græcis propter filiam imprecatus est, ut peste adacti Chryseida sibi redderent. Memini etiam me legere apud quendam pythagoricum, qui scripsit de reconditioribus huius poetæ sensibus, quòd Chrysæ uerba ad Apollinem, & ab Apolline immissa Græcis pestilentia nos doceat, non ignoratos fuisse Homero malos quosdam dæmonas gaudentes nidoribus & sacrificijs, qua mercede corrupti, sacrificatoribus suis perniciem aliorum retribuant, si modò id illi postulent. Quin & ille Dodonæ præses hybernis incommodæ, cuius prophetæ humi cubitant illotis pedibus, reiectis uxris ad prophetiam asciuit fœminas Dodonidas, ut ipse Celsus indicat. Iam esto alius his similis Clarius, alius in Branchidarum manteo, rursus in Ammonis alius, aut ubijs gentium reddens oracula: unde discemus deos esse hos non dæmonas? cæterum Iudæorum prophetæ, quidam diuinitus inspirati prophetauerunt, hac ipsa functione sapientes redditi: alij horum oraculis illustrati animam, similes eorum facti sunt, electi per diuinam prouidentiam quibus crederentur sancti spiritus eloquia, propter incomparabilem uitæ integritatem, fortitudinem, libertatem, & contemptum mortis periculorumq; omnium. tales enim uerbum elegit prophetas dei maximi, ad quos collati ridiculi essent Antisthenes rigidi, & Cratetes ac Diogenes. namque propter ueritatem & libertatem in reprehendendis peccatis lapidati sunt, dissecti sunt, tentati sunt, occisione gladij occubuerant. oberrabant enim in ouillis & caprinis pellibus, destituti, afflicti, in desertis errantes & montibus & speluncis cauernisq; terræ, quibus indignus erat terrenus hic mundus, semper contemplantes inuisibilia dei, nulloque sensu comprehensibilia, proindeq; sempiterna. horum singulorum uitæ mandatæ sunt literis, nobis in præsentiarum uel Moses sufficit: huius enim prophetias lex continet: uel Hieremias cuius titulo extat prophetia, uel Esaias, qui per triennium nudipes ambulauit, durissimè uictitans. quin & puerorum, Danielis sociorumq; austeram uitam consideras, aquæ potu contentorum & leguminibus, ab animatis in totum abstinentium: & superiora quoque tempora, si potes: Noe prophetantem, Isacum filio bene precantem ritu prophetico, Iacobum duodecim filiorum singulos inuitantem: Venite, annunciabo uobis quid futurum sit diebus ultimis. hi & innumeri alij dei prophetæ de Iesu Christo prædixerunt. Quæ quidem causa est ut nihili pendamus Pythia, Dodonæa, Claria, Branchidarũ, Ammonisq; oracula, & siqua celebrantur alia, solaq; miremur Iudaica, uidentes horũ fortem, cõstantẽ, honestãq; uitam dignã fuisse ut in animis eorum hospitaretn diuinus spiritus, nihilq; hîc simile dæmonũ diuinationibus. Illud nõ intelligo quomodo Celsus cũ dixisset, Cæterũ Iudæorũ more illius gentis dicta, subiunxit nõ dicta. Videtur enim significare, fieri posse ut scripta sint, quamuis nunquam dicta fuerint. non enim nouit rationem temporum, & quòd multis ante annis prædixerint innumera, & in his Christi quoq; aduentum. ad hæc quo magis calumniaretur priscos prophetas, ait eos prophetasse quemadmodum nunc etiam Phœnices & Palæstini solent, non satis diserte indicans num de aliquibus loquatur alienis à Iudæorum Christianorumq; doctrina, an de quibusdã more Iudaico ad æmulationem prophetarum fu-

Esa. 20

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum futura prædicentibus. Verùm utcunq; se habent quæ dicit, mendacij conuincitur. Nam neq; externi à fide nostra quicquam habent prophetis simile, neque Iudæa gens post Iesu aduentum ullos prophetas habuisse proditur. constat enim eos destitutos esse à spiritu sancto postquam impij fuerunt in deum, & in illum quem prophetarum ora cula designauerant. signa autem spiritus sancti extiterunt sub initium Iesu prædicationis, sed plura post eius assumptionem, postea rursum pauciora: uerũtamen nunc quoque sunt eius apud paucos uestigia, qui purgatas habent animas uerbo & huic conue- Sap. 1 nientibus actionibus. Spiritus enim sanctus disciplinæ fugiet fictum, & discedet à cogitatiõnibus insipientibus. Quoniam autem etiam modum prophetandi Phœnicium & Palæstinum pollicetur se dicturum, quasi bene auditum & cognitum, age consideremus hęc quoque. primùm ait esse complures prophetiarum species, quas tamen non exponit. nec enim ullas habebat, sed falsò prætendebat. quos autem dicat in hoc genere perfectissimos uideamus. Multi, inquit, uulgares & innominati quacunq; de causa uel inter sacra uel absq; sacris, quidam etiam circulatoriè se ingerentes uel urbibus uel exercitibus, gestus quosdam edunt fanaticos. singulis autem in promptu sunt illa uerba consueta: Ego sum deus, aut dei filius, aut diuinus spiritus. Veni autem quia mundo instat interitus, & uos homines perituri estis propter uestras iniquitates. at ego seruare uos uolo, uidebitisq; me iterum redeuntem cum cœlestibus copijs. Beatus qui nunc me colit: reliquos omnes in ignem æternum conijciam unà cum ipsis urbibus eorum & regionibus. Et homines qui nunc suas pœnas nesciunt, tunc frustra gementes tacti pœnitentia, qui autem mihi crediderint, eos seruabo in æternum. Deinde inquit: hæc obscura & incerta ostentantes, quorum mentem ne sapiens quidem inuenire queat propter obscuritatem, materiam præbent stultis & præstigiatoribus usurpandi ea in quamlibet sententiam. Atqui nisi esset accusator iste liuidus, debuerat totidem uerbis recitare ipsas prophetias, quibus se quis aut deum omnipotentem asseuerat, aut dei filium, aut quibus se persuadet esse sanctum spiritũ. Sed tum sudasset multum si uoluisset ostendere nihil diuinum inesse illis sermonibus, à peccatis reuocantibus peccatores & obiurgantibus, futuraq; prædicentibus. nam ideo prophetiarum autores scriptis eas tradiderunt asseruandas posteris, ut lectores admirarentur tanquã diuina oracula, & proficerent non tantum ex reprehensionibus admonitionibusq;, uerumetiam ex prædictionibus: & ex earum euentu agnoscentes diuinum spiritum fatidicũ, iuxta pietatis doctrinã se exercerent obediendo legi ac prophetis. Certè ipsi prophetæ quic quid erat opus mox ab auditoribus intelligi, & quicquid ad corrigendos mores faciebat, absque ullis inuolucris proposuerunt eis ita ut deus uoluit. quicquid autem arcanum erat, & dispiciendum amplius ut uulgari captu sublimius, id figuris obscurioribus conuelauerunt, ænigmatis, allegorijs, parœmijs ac parabolis, ut non ab ignauis inueniretur & segnibus, sed à uirtutis ac ueritatis studiosis perscrutatoribus, et inuentum iuxta diuinam doctrinam in usum proprium uerteretur. at præclarus hic Celsus uelut iræ impotens quòd propheticas uoces intelligere non ualeat, conuicijs eas impetit, dicens ostentari iactarìq; obscura quædam ac fanatica, eoq; intellecta sapiẽti nemini, sed stultis & præstigiatoribus occasionẽ præbentia usurpandi se in quamlibet sententiam. mihi uidetur uersutè dixisse, uolens quantum in se esset, arcere lectores à diligentius discutiendis & examinandis prophetarum sensibus. in quo imitatur illos qui propheta quodam ingresso ad quendam ut ederet oraculum, postquam is abijt, dixerunt, Quid tibi mente captus iste attulit? Hic fortasse opus esset aliquo nobis sapientiore qui Celsum mendacij coarguat, declarando quàm diuini sint sermones prophetici: attamen nos quoq; pro nostris facultatib. id fecimus, obscura illa, & ut Celsus uocat, fanatica exponendo ad uerbum in cõmentarijs quos super Esaiam atq; Ezechielem, & aliquot è duodecim numero scripsimus. quodsi deus amplius conatus nostros prouexerit, & in enarrandis ipsius literis industriam, quocunq; illi uisum fuerit tempore, adijcientur uel reliqua quę supersunt, uel quantũ interpretationibus illustrare nobis dabit. Alij quoq; cordati uiri scrutãdo scripturam intellectũ eius inuenire poterũt, licet reuera sit multis locis obscura, sed nõ sic, ut intelligatur à nemine, quãtumuis Celsus id asseuerat. Nec talis est

lis est ut eam stultus quispiam aut præstigiator explanare aut arbitrio suo torquere ualeat: sed solus quicunq; uerè sapiens in Christo est totam seriem occultioris prophetiæ perceperit, spiritualia cum spiritualibus conferens, & consuetis scripturarum locutionibus adstruens singula. Nulli enim Celsi ætate prophetæ fuerunt priscis similes, alioqui similiter extarent scriptæ illorum prophetiæ, conseruatę à suis admiratoribus. Illud autem mihi euidentissimum uidetur Celsi mendacium, quòd propheręq; quos audierat, ipso redarguente falsi sint quid captantes alia super alia figmenta commenti sint. Debuerat enim nominasse istos quos ait sibi auditos, ut prolatis nominibus facilè fieret iudicium, uera'ne an falsa Celsus diceret. Putat etiam illos qui res Christi autoritate prophetarum asserũt, nihil ad uersum (ut aiunt) posse dicere, quoties ibi aliquid miserum de deo dici, aut turpe, aut impurum, aut sceleratum deprehenditur: atq; hìc quasi iam essent inexcusabiles, colligit innumera. quoniã non sunt concedenda, sciendum quòd qui uolunt iuxta scripturas uitam suam instituere, & non ignorant illud dictum de insipientibus, scientiam eorum esse uerba inscrutabilia: & illud, Semper parati ad reddendam nostræ spei rationem omnibus poscentibus: non eò tãtum confugiunt, ut dicant hæc olim prædicta fuisse prophetarum oraculis: sed & obiectiones, non temerè ut uideri possent factas, conant dissoluere: & declarare, nihil inesse in eis sermonibus, uel miserum, uel turpe, uel impurum, uel sceleratum, modò sic accipiatur ut decet à scripturam sacram intelligentibus. Debuerat igitur ex ipsis prophetis producere quæ offendebant, siue quid miserum, siue turpe, siue impurum, siue sceleſtum uidebatur, si modò tale quid in eis reperit. sic enim uehementior fuisset oratio, & ad persuadendum efficacior. nunc nihil profert, sed intentando calumnias facturum se id minatur, contra scripturam interim mentiens. itaque non est respondendum ad inanem uocum eius strepitum, ut declaretur nihil miserum, aut turpe, aut impurum, aut sceleſtum inesse prophetarum sermonibus. Deus nihil turpe uel facit uel patitur, nec malo ministrat, ut Celsus opinatur. nihil enim tale prædictum est de eo. quodsi ipse prædictum ait, facturum aliquid turpe passurum'ue, aut malo ministraturum, cur non prophetias de hoc in medium attulit, cur frustra suos auditores nefarijs nugis contaminat? De Christo certè uaticinati sunt prophetæ, causam addendo propter quam passurus esset: & deus sciebat quæ passurus esset Christus suus. quid hic impuritatis Celsum ostendit? an fortè dicet impura & misera quæ ille sustinuit? quid refert inquit, utrum deum ouillam & fel edere, acetumq; bibere dicas, an uesci excrementis? At nos deum non opinamur ouillam edere. si enim edisse uidetur, ut corpus gestans Iesus comedit. cæterum quod de aceto felleq; per prophetas prænunciatum est, Dederunt in cibum mihi fel, & sitientem ace- Psal. 69 ro potauerunt, quamuis ad hoc responsum sit superius, Celsus tamen cogit nos iterum eadem repetere: quod semper ueritatis insidiatores fel suæ maliciæ, & acetum procliuitatis ad malum, offerunt domino deo, qui gustatum non uult bibere. Deinde subuersurus fidem propter prophetias de Iesu credentium, Age, inquit, fac prophetas de magno deo prædixisse, seruiturum eum, (nequid dicam grauius) aut ægrotaturum, aut moriturum, necesse erit eum seruire, ægrotare, mori, quia sic prænunciatum est à uatibus, ut mortuus credatur esse deus? sed hoc nunquam prophetæ canerent: est enim malum & impium. itaque non est spectandum quid prædictum sit, quid non, sed quid decorum & dignum deo. sin aliquid malum est ac turpe, etiamsi omnes insani homines prædixissent, non est credendum. num igitur pium uidetur, sic tractatũ esse deum? Hic sibi uidetur nactus uehemens argumentum de prophetis ad Iesum attinentibus, dum fidem earum irritam facere conatur, negans spectãdum quid prædictum sit, quid non. atqui si non uaframentis, sed argumentis agere uoluisset, debuerat dicere: igitur euincendum non esse prædicta, aut secus quàm prædictum est, euenisse quæ Iesu acciderunt: atque ita inferre quod illatum uoluit. sic enim appareret quas prophetias nos ad Iesum referamus, & quàm strenuè nos refellat aduersarius: aut deprehenderetur quàm impudenter conetur deprauare ueritatem quasi non sit ueritas. Et quia quædam impossibilia & indecora deo præsupponens ait, si hæc de deo maximo prædicta fuissent, num propter eam prædictionem deberemus talia de deo credere? putatque hinc colligi, quòd etiamsi certum esset, prædixisse hæc sacros uates

de dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

de dei filio,tamen non esse credenda,quandoquidem sit impossibile hæc eum pati aut facere:dicendum præsuppositionem hanc absurdam esse,ut quæ coniungat natura inter se pugnantia,id quod sic demonstrabitur.Si ueridici prophetæ dei uniuersorum domini seruiturum eum,aut ægrotaturũ aut moriturum prædixerũt,fatemur hæc ita euentura.necesse est enim non mentiri dei prophetas.Sed si prophetæ ijdem hęc de summo deo uaticinantur, quoniam quæ naturaliter sunt impossibilia, falsa sunt, non euenient circa deum uera prophetarũ præsagia.quoties autem duo coniuncta in res inter se contrarias desinunt, quod theorema uocatur ex duabus prophetijs, non consistunt etiam utraque antecedentia, ut in præsenti negotio, dum prophetæ dei maximi prædicunt eum seruiturum,ægrotaturũ,moriturum. Sic enim ratiocinamur. Si primum,etiam secundum.quod si non primum,neq; secundũ.ergo neq; primum.Sic & de materialibus argutãtur Stoici,afferentes illud, Si scis te mortuum. nectunt autem syllogismum hoc modo:Si scis te mortuũ,est quod scis, ergo est quod est mortuũ.ac rursum.Scis te mortuum,& est quod scis te mortuum. quoniam autem mortuus nihil scit,manifestè sequitur ut cùm scias te mortuum,non sis mortuus. Sequitur autem,ut dixi,utramq; ratiocinationem: Ergo nescis te mortuũ. Tale quiddam est & in Celsi propositione quam superius recitauimus. quamuis aliud est de prophetijs Iesum prænunciãtibus. non enim prædixerunt deum crucifigendũ, quando de mortem assumente sic loquuntur: Videmus eum non habentem speciem nec pulchritudinem: sed species eius sine honore supra cæteros filios hominum, homo in plaga constitutus & dolore, & sciens ferre infirmitatem. Vide ut apertè hominem nominent qui humana passus est.& ipse Iesus bene
Ioan.8 sciens quod moriturũ erat esse hominem, ait suis insidiatoribus:nunc autẽ quæritis me interficere, hominem qui ueritatẽ uobis locutus sum, quam audiui à deo.quod si quid in hoc quem per se hominẽ intelligimus diuinitatis inerat, id quod erat unigenitus dei & primogenitus creaturæ totius, cuius uerba sunt, Ego sum ueritas, ego sum uita,ego sum ianua,ego sum uia,&,Ego sum panis uiuens qui è cœlo descẽdit,alia de hoc eius q; essentia cõsideratio est, seorsum ab eo quem in Iesu intelligimus homine. quamobrem ne simplicissimus quidem Christianus, & inexercitatus in doctrina exquisitiore,diceret obijsse ueritatẽ,aut uitam, aut uiam, aut uiuum panem qui descendit è cœlo, aut resurrectionem.nam resurrectionẽ se esse ait, qui in specie hominis Iesu docebat dicens,
Ioan.11 Ego sum resurrectio.nec est ullus nostrum tam attonitus ut dicat, mortua est uita,mortua est resurrectio. inuenirentur autem tales si locum haberet suppositio Celsi,si fateremur prædixisse prophetas moriturũ dei uerbum, aut ueritatem,aut uitã,aut resurrectionem,aut aliquid eorum quæ de se prædicat dei filius. itaq; in tantum uerè Celsus hoc loco prolocutus est,quòd nunquam hoc prophetæ prædicerent. id enim esset malum ac impium.quid autem hoc,nisi magnum deum moriturũ esse aut seruiturum.cæterũ quę prophetæ prædixerunt,deo digna sunt, splendorẽ naturæ diuinæ characteremq; in humana sancta Iesu anima esse inuisurum uitam hominum, ut seminaret uerbum conciliaturum deo uniuersorũ domino cunctos, quicũq; id in animam suam reciperent, & excolerent perficerentq; quicquid potest dei uerbum receptũ in corpus hominis & animam.quod ita futurum est, si non excludantur eius radij,nec aliunde petatur lumen illud quàm à uerbo dei.igitur inquantum cogitantur gesta Iesu quę in eo patrauit deitas, pia sunt nec aliena à sanctis de deo cogitationibus.inquantum autem homo erat,supra omnes homines ornatus participatione ipsius uerbi & ipsius sapientiæ,sustinuit ut sapiens & perfectus, quicquid oportebat sustinere nihil nõ facientem pro genere hominum siue rationalium. nec absurdum est mortuum fuisse hominem,mortemq; eius propositam esse in exemplum moriendi pro pietate,atq; etiam primam hanc profligasse illius mali diaboli potentiam latè per orbem terrarum dominantis. porrò signa destructionis eius sunt hi qui propter aduentũ Iesu fugiunt ubiq; possessores suos dæmonas, & ab eorũ seruitute liberati totos se deo dedicãt, indies in puriore pietate proficientes pro uiribus.Post hæc sic pergit Celsus.Nec illud etiam animaduertunt,si de hoc ludæorum prophetæ prædixerunt eum fore dei filium, quî factum sit ut ille quidem per Mosen legislatorem iuberet diuitias parare ac potentiã, replere terram progenie, totas hostium gentes delere ferro seruatis solis impuberibus, quod & ipse ut Moses fatetur, fecit in

cit in conspectu Iudaici populi,etiam ipsis diserte minitans, ni pareant habiturũ se eos pro hostibus: filius uero eius homo Nazarenus leges ferret contrarias, ne accessum quidem ad patrem suum concedens cuicunq; uel ditescenti, uel principatum affectanti, uel ad sapientiam enitenti aut gloriam.nec magis quàm coruis nobis curãdam rem penuariam:uestis item minorem curam habendam quàm lilia habeant. Semel percutienti præbendam iterum faciem. Vter mentitur, Moses an Iesus? An forte pater cum hunc mitteret oblitus erat quid olim Mosi mandauerit? an damnatis proprijs legibus mutauit sententiam, & cum contrarijs mandatis misit nuncium? Hoc loco Celso ut profitetur omniscio quiddam accidit idiota quàm philosopho dignius, dum in scripturis nihil supra literam intelligit,nec putat in prophetis latere sensum profũdiorem, nõ uidens cœlestem doctrinam nunquam tam aperte fuisse commendaturam ex inopinato corporales diuitias recte uiuentibus, cum constet plurimos uiros iustissimos uixisse in summa inopia.certe ipsi prophetæ per uitæ puritatem consecuti diuinum spi- Heb.11
ritum,obambulabant in ouillis & caprinis pellibus, egeni, oppressi, afflicti, errantes in montibus desertis per cauernas terræ ac speluncas.Multę sunt enim iustorum angustiæ,sicut canit hymnographus.quodsi Celsus legisset Mosis legẽ, uerisimile est quòd
Psal.34 illa uerba, Fœneraberis multis gentibus, ipse uero ad usuram mutuum non accipies, quæ ad legis obseruatorem dicuntur, putasset promissionem iusto factam, intantum exuberaturas ei cæcas diuitias,ut præ multitudine pecuniarum iustus non Iudæis modo fœneretur,aut uni genti uel alteri,sed compluribus,ô quantum pecuniarum iustus acquisiuit in mercedem iusticiæ, ut iuxta legem fœneretur multis gentibus. ex eodẽ intellectu & illud colligitur,iustum nunquam ad usuram mutuum accipere, quia scriptum est:tu uero ad usuram mutuum non accipies. Ergo hæc gens tot seculis permansit in Mosaica religione,cum legislatorem manifeste,ut Celsus uult mentientem uideret? nusquam enim in historijs reperitur aliquem sic esse ditatum ut fœneraretur multis gentibus. Sed non est probabile eos didicisse sic legem audire ut Celsus opinatur, & uidendo uanas eius promissiones tam contentiose decertasse pro illa. Quodsi quis obijciat peccata populi in argumentum contemptæ legis, fortasse ob fidem ei non habitam:ad hoc respondebimus, legendum etiam quod scribitur de tempore quo totus populus post perpetratum malum in conspectu domini ad meliorem mentem cõuersus legis religionem complexus est.Imperium quoq; in gentes externas quod illis scriptura est pollicita,& interfectione delendas hostiles copias, dicimus si quis diligenter uerba examinet, inuenturum non posse iuxta uerba ipsa intelligi. Id ita esse ut sciatur, contentus ero pauca è Psalmis in testimonium producere,quomodo iustus introducatur dicens inter cætera etiam illud:In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Attende contextũ uerborum, & institutum loquentis,an potuerit post commemorata tot præclara facinora, quæ unicuiq; si libeat licet ibi legere, subinferre ut ut rem iuxta uerborũ sensum possibilem: quòd non alio diei tempore quàm matutino internecione occiderit omnes peccatores terræ,ut ne unum quidem superstitem relinqueret:& num ex Hierosolymis profligauerit uniuersos quotcunque iniquitatem operabantur. Ad eundem modum permulta licet inuenire in lege quoq; similia,sicut illud:neminem illorum uiuum captum reliquimus superstitem. Addit mox,esse illis prędictum cum interminatione, nisi legi pareant fore ut eodem pacto ipsi tractentur habiti pro hostibus, sicut ipsi hostes suos tractare sint soliti .Sed priusquam Celsum audiamus pergentem conferre inter se quæcunq; putat se inuenisse in institutis Christi Mosaicæ legi contraria, respondendum est ad iam ante propositа. Dicimus igitur legem esse duplicem,uidelicet alteram iuxta literam,alteram iuxta sententiam,sicut & maiores nostri docuerunt.Iam illã quæ sic ut scriptum est accipitur, non tam nos quàm deus per quendam prophetã ius non bonum nominat, & præcepta non bona. nec enim hoc loco propheta aduersatur uoluntati sui domini. Quem imitatus Paulus noster pronunciauit literam occidere, quod perinde est acsi uerba dixisset occidere. cæterum spiritus, inquit, uiuificat quod tantundem ualet acsi nos eorum intellectu uitam consequi scripsisset. Itaq; licet etiam apud Paulum, sicut apud prophetas inuenire quædã in speciem contraria. Sicut enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ezech. 20 Ezechiel dicit quodam loco, Dedi eis iustificationes nõ bonas, in quibus nõ uiuent in eis: & aliubi, Dedi eis iustificationes bonas, præceptaq; bona, in quib. uiuent in eis, uel in hanc certe sententiam: Sic etiam Paulus aliubi legalem literã inculare uolens dicit,
Rom. 7 Quodsi ministratio mortis literis deformata in lapidib. fuit in gloria, ita ut nõ possent intendere filij Israel in faciem Mosis propter gloriã uultus eius quę euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? aliubi uero laudãs legem & suspiciẽs, spiritualẽ eam nominat his uerbis, Scimus quia lex spiritualis est. Itẽ illis: Itaq; lex quidem sancta, & præceptum sanctum, iustum, bonumq;. Ergo quando legis uerba diuitias pollicentur iustis, Celsus quidẽ iuxta literam occidentẽ putat cæcas istas diuitias promitti: nos autem eas perspicaces intelligimus, quibus aliquis ditatur in omni doctrina omniq; scientia: quo sensu etiã præcipimus diuitibus huius seculi ne altũ sapiãt, ne'ue sperent in diuitiarũ instabilitate, sed in deo qui benigne præbet ad fruendũ omnia, ut benefaciant ditescantq; bonis operibus, & sint liberales comunicatores. nã uerorũ bonorũ diuitiæ redemptio sunt uiri animæ, ut inquit Solomon: paupertas aũt his cõtraria, pernicioſa, propter quã pauper minas non sustinet. Eadẽ ratio est & de potentia iusti, qua persecuturus dicitur mille uiros, & duo iusti profligaturi 20. milia. Quod si sic intelligantur quę dicta sunt de diuitijs, uide an nõ magis conueniat dei promissioni, fore ut diues in omni uerbo & omni scientia sapientiaq; atq; bonis operibus, fœneretur doctrinæ & sapientiæ cognitionisq; suæ diuitias multis gentibus: quemadmodũ
Rom. 15 fecit Paulus per circuitũ à Hierosolymus usq; Illyricum, replens euangelio Christi oẽs
Deut. 15 gẽtes ad quasq; peruenit. Et quia per reuelationẽ diuinissimæ res innotuerãt illumi nato à uerbo dei, idcirco nõ accipiebat mutuũ ad usurã, nec opus habebat ut doceret ab homine. Et quia similiter scriptũ est illud: Imperiũ habebis in multas gentes, tibi aũt nõ dominabunt: per uerbi potentiã plurimos ex gentib. doctrinæ Christi subiugans, imperiũ obtinebat in eos, cũ ipse nunquã hominibus subijceretur tanquã præstantioribus. Sic aũt etiam terrã implebat. Quodsi etiã de interficiendo enarrãdum est, decq; iusti in omnibus rebus potẽtia: respondendũ q dum se dicit in matutino oẽs peccatores terræ interficere, ut disperdat de ciuitate domini oẽs operantes iniquitatem, per terrã figurate ibi significatur caro, cuius sapientia inimica est deo: per dei uero ciuitatẽ, ipsius anima, in qua erat dei templũ, quod capiebat opinionem & persuasionẽ rectam de deo, ut miraculo esset omnibus eam uidentibus. Itaq; simul atq; solis iustitiæ radij allu xissent eius animæ, tanquã animatus ab eis & corroboratus subuertebat omnẽ carnis sapientiam, quam terrę peccatores uocat: & disperdebat ex anima sua, ciuitate dei, oẽs cogitationes operantes iniquitatẽ, et affectus ueritatis aduersarios. Ad eundẽ modum iusti enecant in captiuitatẽ redacta omnia infensa sibi uicia, non parcentes nec recens
Psal. 137 subnascẽtibus. Sic audimus illud dictũ in Psal. 136. Filia Babylonis misera, beatus qui reddet tibi retributionẽ quã reddidisti nobis, beatus qui corripiet paruulos tuos, & ad petrã allidet. nã paruuli Babylonis, quæ interpretaẽ cõfusio, sunt subnascentes & suborientes in anima cogitationes cõturbatoriæ uicioſæq;, quas qui superat, ita ut firmitati ac soliditati rationis allidat earum capita, is infantulos Babylonis ad petram affligit mactus uirtutis huius nomine. Itaq; licet deus iubeat totas gentes & oẽs puberes interfici deleri, nihil hic docet Iesu præceptis contrariũ: faciat licet ipse hæc eadẽ hostibus in conspectu populi Iudæorum, sed qui in occulto Iudæi sunt, & uicijs deprauatos afficiat meritis cladibus propter desertam disciplinam dei sui domini. Liquet igitur hominem Nazarenũ non ferre leges priscis contrarias, de diuitijs, decq; uitandis contẽtionibus: & q difficile sit diuitem intrare in regnũ cœlorum: siue quis simpliciter accipiat diuitẽ distractũ propter opes in curas uarias & quasi sentícetis præpeditũ quominus
Prouerb. 19 fructũ afferat siue abundantẽ falsis dogmatibus, de quo legitur in Prouerbijs, Melior
Matth. 20 pauper iustus, q̃ diues mendax. Quod aũt de ambitione uetita Celsus adijcit, uidetur hausisse ex illis dictis. Qui uult esse inter uos primus, sit minister omnium &: Principes gentium dominationem in eos exercent: & qui eis pro potestate imperant, seruatores appellantur & bene meriti: quæ tamen non sunt contraria his: Imperium habebis multarum gentium, tibi aũt nemo dominabitur, ut iam declarauimus. Ac rursum sapientię mentionem inijcit, putans Iesum arcere sapientes à patris sui aditu. at quales sapiẽtes?

Si eos qui sibi contraxerunt, quendam habitum ex huius mundi sapientia, quæ apud deum est stultitia, fatebimur nõ patere accessum ad eius patrẽ talib. quodsi nomine sapientiæ Christus intelligatur, quando quidẽ Christus est dei uirtus & dei sapientia, tali sapienti non solũ accedendum patrẽ dicimus, uerumetiã hunc alijs non eadẽ spiritus sancti gratia ornatis longe præstantiorẽ asserimus. Gloriæ quoq; inter homines captationẽ fatemur à Iesu damnatã, sed nõ minus in scriptura ueteri. Itaq; propheta quidem seipsum execrãs si esset peccatis obnoxius, inter magna mala reputat mundanã gloriã.
Psal. 7 Ioquitur aũt sic. Domine deus meus, si feci hoc, si est iniquitas in meis manibus: si retribui retribuentibus mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis. persequaẽ inimicus animã meam & cõprehendat, cõculcet in terra uitã meam, & gloriã meã deducat in puluerem. Sed neq; illud euangelicũ, Nolite cogitare quid edatis aut quid bibatis,
Matth. 6 cõsiderate uolucres cœli: aut, cõsiderate coruos q non seminent neq; metant, & pater uester cœlestis alit eos: quanto magis uos potiores estis uolucribus? Et de uestimentis quid estis solliciti? considerate pratensia lilia, & quæ sequuntur: cõtraria sunt faustis in lege imprecationibus, promittentibus fore ut iustus edendo saturetur, aut Solomoni
Prouerb. 13 dicenti quòd iustus edendo replet animã, animæ uero impiorũ egestate laborãt. oportet enim animaduertere legis benedictionem loqui de cibo animarũ, quo non hic cõpositus homo expletur, sed sola anima: cęterum euãgelij locus fortasse profundius aliquid cõtinet, fortassis etiã simpliciter intelligẽdus, non esse distinendã animam uarijs de cibo & cultu solicitudinibus, sed frugalitati studendũ cum fiducia q deus prouidebit his qui cõtenti sunt necessarijs. Hactenus Celsus nihil ostẽdit in euangelio legi cõtrariũ: nunc profert illud. Ei qui tẽ semel percussit, præbe os iterũ. Respondemus, scire nos dictũ esse antiquis, Oculũ pro oculo, dentẽ pro dente: legisse & hoc: Ego aũt dico
Matth. 5 uobis, Quisquis impegerit alapã in dextrã tuam maxillã, obuerte illi & alterã. certe in
Thren. 2 Hieremiæ Threnis scriptũ est, Bonũ est uiro cũ portauerit iugũ ab adolescẽtia suã, sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit super se. Præbebit percutienti se maxillã, & saturabitur opprobrijs. Euangeliũ deo legis autori se nõ opponit, ne in hoc quidẽ dicto quod ad alapã attinet. neuter mentit, non Moses, nõ Iesus. nec pater Iesum mittẽs oblitus erat quid Mosi mandauerit, neq; pœnitẽtia ductus dãnata propria lege misit euangeliũ docturum contraria mãdatis pristinis. quodsi paucis uerbis dicendũ est de differentia rationis uiuendi quã Iudæi quondã Mose præeunte secuti sunt, & huius ad quã nunc Christiani Iesu doctore mores suos dirigũt: arbitramur q nec uocationi gentium conueniebat iuxta legẽ Mosis, ita ut eius litera sonat, degere, cũ Romano imperio sint subditæ: neq; Iudęi poterant cõseruare in eodẽ statu suam rempublicã, si persuasum eis fuisset recipere instituta euangelica. nam Christiano ritu uiuendo non poterant iuxta Mosis legẽ uel in hostes sæuire cædibus, uel in sententia iusta damnatos lapidibus populariter conijectis animaduertere, aut ignis supplicio: quãdo ne nunc quidẽ si nostrã religionẽ amplectantur, possunt legis præscripta facere. Itaq; si tũm propriã rempublicam in regione propria habentibus ademptum fuisset ius pugnandi pro patria, & supplicium aut quarumcũq; pœnarũ mulctandis adulteris & homicidis alijs'ue facinorosis, nihil uetabat quin oppressi ab inimicis gẽtibus delerẽtur funditus, quasi suismet legibus eneruati, & cohibiti quominus arcerent hostiles impetus. Nunc posteaquã diuina prouidentia uoluit cessare ritus Iudaicos, urbẽ eorũ diruit, totũq; illum dei cultũ unà cũ ipso templo sustulit, qui cõstabat sacrificijs præscriptis in lege Mosaica. & sicut illam religionẽ quæ iã displicebat, in totũ sustulit, sic Christianã quotidianis incrementis auxit in immensum, eiq; fiduciã addidit, quamuis innumeris obstaculis quominus Iesu doctrina per orbẽ propagaretur impedientibus. Sed quoniam deo uisum est etiã gẽtes fructũ huius prędicationis percipere, irrita facta sunt omnia cõsilia hominũ huic obnitentiũ. quantomagis enim eius professores opprimebantur à regibus ac præsidibus gentiũ, populis in eos undiq; coorientibus, tãto magis crescebat piorũ numerus. Posthæc Celsus multis uerbis obijcit nobis opiniones de deo quæ nunquã nostræ fuerunt, quasi corporeũ prædicemus & humana specie: conaturq; subuertere quæ nos nõ adstruimus, quare superuacaneũ fuerit uel ipsius criminationẽ, uel nostrã dilutionem hic inserere. nã si reuera essent nostra de deo dogmata quę nobis tribuit, eaq; ista repre

Universidad de Deusto
Biblioteca

hẽderet,necesse esset ipsa uerba ꝓferre in mediũ,& nostris cõfirmatis cõfutare calũnias aduersarij:cũ uero iste uel nunquã audita ex suo capite cõmẽtus sit,uel siquis huiusmodi audijt,ex hominib.simplicissimis hauserit scripturarũ mẽtẽ nõ intelligẽtib.quorsum attinet nos in cassum uerba funderer? nã scriptura manifeste deũ incorporeũ prędicat.unde illud Deũ nemo uidit unquã:et imago dicit esse inuisibilis dei primogenitus
Col.1 creaturæ totius,quasi dicat incorporei.Disseruimus aũt & de his mediocriter iã antea, cum examinaremus quõ intelligat illud, Deus est spiritus,& q adorãt eũ, adorare debẽt in spiritu & ueritate.Post hãc de deo calumniã scitat ex nobis quonã,aut cum quaspe,simus abituri.ac mox ipse sibi ex nostra persona respõdet sic: In aliã terrã hac melior ẽ.ad quod subinfert: Proditũ est à diuinis hominib.priscis,& beatas animas uitã beatam degere.locũ aũt eum quidã beatorũ insulas nominãt, alij cãpum Elysiũ,etymologia græcę uocis inde deducta,ꝙ soluti sint malis omnibus, de quo Homerus sic canit:

In nemus Elysium posthæc sedesq; beatas
Ab Ioue mitteris,in quo suauissima uita est.

Plato itẽ immortalẽ credens animã locũ quò mittitur aperte terrã nominat, dicens eã patere latissime, & nos habitare à Phaside usq; herculeas colũnas in parua quadã portiuncula, mare accolentes quemadmodũ formicæ ranæ ue degũt circa paludes. esseq; circa eã terrã passim cõcauitates uarias differentes inter se tã specie quam amplitudine,in quas & aquã confluere, & caliginẽ atq; aerem,ipsam uero terram puram in puro sitam esse æthere.Itaq; Celsus suspicatur quę de terra lõge hac præstantiore opinamur desumpsisse nos à quibusdã quos ipse diuinos uiros antiquos existimat,è Platone maxime,q in Phœdone de pura terra in cœlo puro sita philosophatur: non uidens ꝙ Mo
Gen.3 ses literis Græcorũ multo antiquior induxit deũ promittentẽ terram sanctam, bonam & magnã,lacte melleq; manantẽ, omnibus qui iuxta legẽ eius uiuerent:non ut quidã opinantur istã fertilem Iudææ infernam, quæ & ipsa sita est in parte terrę maledicię in suis operibus propter Adæ transgressionẽ.nam illa execratio, Maledicta terra in operibus tuis,in molestijs comedes ex ea omnibus diebus uitæ tuæ,ad totã terrã pertinet: ex qua in molestijs,hoc est laboribus,edit omnis homo in Adam mortuus, idq; omnibus diebus uitæ suæ: & omnis terra ut maledicta spinas ac tribulos producit omnibus diebus uitæ cuiuscunq; in Adamo electi è paradiso: & in sudore uultus sui edit omnis homo suũ pabulũ,donec reuertatur in terrã ex qua desumptus est. Hoc loco cũ multa dici possint ad clariorẽ eius explicationẽ, nos paucis in præsentiarum cõtenti sumus, hoc agentes ne quis de Iudæa intelligat, quod de terra bona dictũ est quã deus iustis pollicetur. Ergo si tota hæc terra maledicta est in operibus Adæ & eorũ q in ipso mortui sunt, dubio procul etiã oẽs eius portiones maledictiõis huius sunt participes, inter quas est terra Iudæa,ita ut nõ possint in eã competere quæ leguntur de terra bona &
Col.3 magna,de terra fundente lac & mel:rametsi symbolice Iudæa & Hierusalẽ umbra sit quę-
Heb.12 dã illius terræ purę,quæ bona & magna in cœlo puro sita est,in qua est cœlestis Hierusalẽ:de qua disserens apostolus ut resuscitatus cũ Christo & superna quærẽs, mẽtemq; cõsecutus nullis addictã Iudaicis fabulis,sic ait:Sed accessistis ad montẽ Sion,& ciuitatẽ dei uiuẽtis cœlestẽ Hierosolymã,et ad celebritatẽ angelorũ multorum miliũ. Vt aũt quis credat nos hæc nõ sine spiritu dei dicere de terra bona magnaq;,legat oẽs prophetas docentes reditũ in Hierosolymã eorũ qui aberrauerũt ab ea aut exciderũt, deniq; quomodocũq; in ciuitatẽ dei restituendorũ: quæ & locus dei apud quendã dicitur: In
Psal.37 pace sancta locus eius:& alibi:Magnus dominus et laudabilis nimis,in ciuitate dei nostri,in monte sancto eius bene fundato exultatione uniuersæ terrę.In præsentiarũ sufficiet 36.Psalmi testimoniũ,in quo hæc de terra iustorũ habent: Qui aũt sustinent domiibidem. nũ expectantes,ipsi hereditate possidebũt terram. & paulo post.Mites aũt hæreditate possidebunt terrã,& in multitudine pacis deliciabuntur: & paulo post: Benedicentes eum hæreditate possidebunt terrã,& habitabunt in ea in seculũ seculi. Vide an nõ pura terra in cœlo puro per hæc significetur,siquis aures idoneas afferat ad id quod in eodem Psalmo recte dicitur:Sustine dominum,& custodi uias eius,& exaltabit te ut hæreditare terram possideas.Quin & ea quæ de lapidibus pretiosis, trahentibus originẽ
Esa.54 à gemmis illius terræ, Plato memorat, uidentur mihi sumpta ex Esaia de ciuitate dei

scribente sic:Ponã propugnacula tua iaspidẽ,& lapides tuos Chrystallinos: & mœnia tua lapides lectissimos ac rursum:Ponã fundamenta tua saphirũ.Hanc Platonicã fabulã per allegoriã interpretant qui cũ grauitate tractant scripta eius philosophi.cęterum prophetias ex quibus & Platonẽ hæc sumpsisse coniectamus, hi qui ad æmulationem prophetarũ uitam suã instituerunt semper occupati examinandis sacris literis, enarrabunt idoneis ad hæc audienda per uitæ puritatẽ & diuinarũ rerum studia nos hoc agimus nunc ut ostendamus nec à Platone nec ab alijs Græcis acceptũ esse quod de terra sancta credimus:imò illos ut posteriores ętate,nõ solũ ab antiquissimo Mose,sed et ab alijs prophetis mutuatos, quicquid uel propter ænigmata parũ intellectũ, uel alioqui ex scripturis deprauatũ de hac terra transtulerũt in suas cõmentationes. Manifeste aũt
ex Aggæo discimus, aliud esse aridã, aliud terrã, dũ aridã uocat hãc in qua degimus. is Aggei.2
ita loquit.Adhuc semel,& ego concutiã cœlũ & terrã, & aridã atq; mariã. Quẽadmodũ aũt ipse hanc fabulã ad autorẽ Platonẽ refert,apud quẽ in Phœdone legitur, dicẽs: cæterũ quid hæc significet nõ cuiuis cognitu est facile, nisi quis intelligere queat quid sit id quod ait:præ infirmitate ac tarditate nõ posse eos penetrare ad extremũ aerẽ:et si modo natura eorũ par esset tantæ contẽplationi, posse eos cognoscere hoc esse uerum cœlũ uerũq; lumen: Ita & nos,quia de sancta & bona terra tractare nõ est præsentis instituti, differemus hãc operã in tẽpus aliud quo prophetas enarrabimus:quãuis iam ex aliqua parte de ciuitate dei tractauimus in explanatione Psalmorũ quinti et septimi supra quadragesimũ.Nouit aũt antiquissima scriptura Mosis & prophetarũ uera hæc ómnia quæ eodẽ cũ rebus apud nos usitatis cẽsent nomine:ut uerũ lumẽ, & cœlũ aliud ꝙ hoc firmamentũ,& iusticię solẽ alium ꝙ hũc sensibilẽ & in uniuersum ad differentiã horũ sensibilium,quorũ nullũ est uerũ,dictũ est illud:Deusuera sunt opera tua,prophetæ alia uocante opera dei,alia, uidelicet minora,opera eius manuũ. certe Esaias queritẽ de his qui opera dei nõ aspiciunt,nec manuũ eius opera cõsiderant.Et de his quidẽ hactenus,quoniã aũt de resurrectione longũ & difficilẽ sermonẽ,qui nõ minus ꝙ quoduis dogma opus habet doctore prouecto ac,sapiente,ostensuro simile esse semini hoc animæ (ut scriptura uocat) tabernaculũ, in quo iusti ingemiscunt nolentes id exuere, Celsus nõ intelligẽs, mirũ ni auditũ ab imperitis aliquibus nõ ualentibus eius rationẽ reddere,totã rem irridet:unũ etiam ad superius de hoc dicta addendũ est, falli Celsum qui putat nos resurrectionis nomine accipere migrationem animarum ex corporibus in corpora iuxta Græcorũ opinionem: sed scimus animã suapte natura incorporeã & inuisibilẽ, in quocunq; corporeo loco degat opus habere corpore conueniente loci eius naturę:quod interdum gestat exuto priore,necessario quidẽ sed iã superuacuo ad sequentia:interdũ priori superinduitur, opus habenti meliore uestimẽto ad regionẽ priorẽ æthereamcœlestẽq;.etenim nascitura corpus accepit idoneũ inhabitandæ uulue certo tempore,ac rursum quod erat necessariũ in terra uicturo.hoc terrenũ tabernaculum scriptura dicit corrumpi,quãuis in terra necessariũ:foreq; ut superinduamur domum non manu factã sempiternam in cœlis. Aiunt aũt homines dei, corruptibile hoc induturũ incorruptionẽ,quę quidẽ differt ab incorruptibili:& mortale hoc induturũ immortalitatẽ,quæ item differt ab immortali.nam sicut se habet sapientia ad ipsum sapiens,& iustitia ad ipsum iustum,& pax ad ipsum pacatum:ita se habet incorruptio ad ipsum incorruptum,immortalitas ad ipsum immortale. Vide quò nos inuitet scriptura dicens.Induite incorruptionem & immortalitatem:quę res dũ pro indumento sunt, indutum talibus indumentis eaq; retinẽtem non sinunt corrumpi aut emori. Atq; hæc ut audacius proferrem coegit me istius ruditas, non intelligentis quid dicatur resurrectio,ac proinde irridentis cauillantisq; quod non intelligit.Putans autẽ nos eo ꝙ sciamus & noscamus deum resurrectionem asserere,colligẽs sibi quæcũq; uult,sic loquit: Certe redarguti modis omnibus & conuicti, rursum quasi nihil audissent ad eandem quæstionem redeunt:quomodo igitur possumus noscere ac uidere deũ? quomodo eũ accederes? Sciat igitur quicunq; uult, ꝙ & si alioqui opus habemus corpore, quia corporaliter habitemus locum corporeum, & tali corpore qualis eius loci natura est, & propterea superinduamur prędicta tabernacula, tamen ad cognitionẽ dei nullo habẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad conditoris imaginem, & facultatẽ uidendi deũ nacta per diuinã prouidentiã: & id quod uidet deũ, est cor mundũ, ex quo nõ amplius exeũt malę cogitationes, nõ cędes,
non adulteria, nõ fornicationes, nõ furta: nõ falsa testimonia, nõ blasphemiæ, nõ oculus
Matth. 5 malus, nõ aliud quicquã inconueniens. quapropter dicit, Beati mundi corde, quoniã
ipsi deum uidebunt. Cæterũ quia nostrũ propositũ nõ est sufficiens adhoc ut mũdũ ha
beamus cor, sed deo est opus qui tale nobis creet, idcirco q scit precari dicit, Cor mun
Psal. 50 dũ crea in me deus. Nec percõtabimur, quõ ad deũ accedemus, cũ is loco nõ cõtineat.
est enim omni loco præstãtior, ut cõplectens in se omnia, cũ ipsum nihil possit capere.
ergo accedere deũ non iubemur corporaliter, dũ audimus illud: Post dominũ deũ tuũ
Osee. 11 ambulabis. neq; corporaliter propheta cohærẽs deo in precibus, Adhęsit, inquit, post
te anima mea. Mentit ergo Celsus cõtra nos, dicẽs q speremus nos deũ uisuros oculis
corporeis, & auribus uocẽ eius audituros, & manib. sensibilibus eũ contrectaturos. no
uimus aũt eodẽ nomine quo corporeos dici alios in scripturis oculos, similiterq; & au
res & manus, & quod magis mireris, sensum diuinior ẽ, & aliũ q; qui uulgo sic nomina
Psal. 119 tur. Cũ em dicit propheta: Reuela oculos meos, ut considerẽ mirabilia de lege tua: aut,
18. 13 Mandatũ domini lucidũ, illuminans oculos: aut, Illumina oculos meos, nequando ob
dormiã in mortẽ: nemo est tã stupidus qui putet oculis corporeis cõsiderari legis diui
nę mirabilia, aut mandatũ domini illustratiuũ esse oculorũ corporis, aut somno letali
Matth. 13 opprimi corporeos oculos. Itẽ cũ Seruator noster dicit: Qui habet aures audiendi au-
diat, uel quiuis è plebe intelligit hæc dici de diuinioribus auribus. Et cũ dicitur uerbũ
domini factũ in manu Hieremiæ prophetæ aut cuiuspiã alterius, aut lex in Manu Mo-
sis: aut q manibus meis quæsiui deũ, & non sum deceptus: nemo est ita insipiens ut nõ
intelligat manus quasdã figurate uocari, de quibus & Ioannes dicit, Manus nostrę pal
pauerunt, de uerbo uitæ. quodsi etiã de meliore sensu & nõ corporeo uis è sacris literis
Prouerb. 8 discere, audi Solomonẽ in Prouerbijs dicentẽ, sensum diuinũ inuenies. Nõ est igitur
opus nobis deũ quærentibus ire quò nos Celsus mittit, ad Trophoniũ, ad Amphiarai,
ad Mopsi, ubi ait humana specie deos uideri, eaq; nõ falsa, sed manifeste cõspicua. Sci
mus enim hos esse dæmonas, & pasci sanguinibus nidoribusq; à uictimis exhalantib.
retineriq; his illecebris in carceribus istis quos Græci tẽpla deorũ existimãt, nos uero
cõpertũ habemus esse impostorũ dęmonũ talia domicilia. Post hęc maliciose Celsus lo
quit de iã dictis dijs humana specie se offerentib. q nõ semel præteruolent, quẽadmo-
dũ seductor istorũ, sed semper cũ quibusuis colloquiũ eor expetentib. uersent familiariter. Quibus uerbis significare uidet, pro spectro se Iesum habere, post resurrectio-
nẽ uisum discipulis, quasi celeri uolatu raptũ præter eorũ oculos: cæterũ deos istos qui
bus humanã speciẽ tribuit, ait nemini cupientí nõ facere copiã sui colloquiq; quõ potuit
spectrũ (ut iste putat) præteruolãs ad decipiendos homines, etiã post hãc oculorũ il-
lusionẽ operari tã efficaciter, & conuertere taliũ animas, eisq; persuadere ut omnia iu-
xta placitũ dei faciãt, ut postulandi rationẽ in iudicio. quomodo spectrũ nominatũ su
gat dęmonia, aliasq; nõ contẽnendas uirtutes operat, non unũ locũ sortitũ, ut isti quos
narrat, dij humana specie, sed pertrãsiẽs totũ orbẽ habitabilẽ, & cõgregans attrahẽsq;
sua diuina ui quotquot ad beneuiuendũ proniores inuenit. Post hæc, ad quæ respondi
mus quantũ potuimus, rursum ita Celsus loquit: Dicent iterũ, Quomodo cognoscet
deus nisi sensu percipiat? quis potest eũ sine sensu cognoscere? ac mox ad hæc respon-
dẽs inquit: Nõ hominis, nec animę, sed carnis est hęc uox: audiant tamẽ, siquid audire
possunt. ò miseri amatores corporis, si cõniuentes sensibus, aperueritis mentis oculos,
eosq; à carne auersos ad cœlũ sustuleritis, ita demũ deũ uidebitis. Et si huius uiæ ducẽ
quęritis, fugiendi sunt impostores & prestigiatores spectra uobis cõmendantes, ne si-
tis modis omnib. ridiculi, cæteros deos uituperãtes ut idola, ipsi reuera idolũ colẽtes,
ac ne idolũ quidẽ sed mortuũ, & patrẽ quærentes eius similẽ. Primùm quod ad proso-
popœiã attinet affingẽtis nobis sermones de resurrectione, dicimus, artificiũ fingentis
personas in eo cõsistere, ut seruet decorũ in moribus & uolũtate personæ quã inducit:
uicium uero, si parũ cõuenientia uerba personæ loquẽti affingat. itaq; nõ probant artifi
ces inducẽtes philosophicè loquí personas barbaras, inerudítas, seruiles, quæ nunquã
audierũt philosophos, licet fabulæ autor nõ sit rudis placitorũ philosophiæ. nec enim
est

est ueri símile illas callere talia. sicut uice uersa nõ decet ubi persona fingit sapiens, huic
tribui uulgares affectus & sentẽtias plebeias magnã prę se ferentes imperitiã: unde Ho
merus laudat q in heroũ personis decorũ seruet, perpetuo sui similes faciens, Nestorẽ,
Vlixẽ, Agamemnonẽ, Telemachum, Penelopen, & reliquos. Euripides uero ab Ari-
stophane comico taxat ut importune loquax, q persæpe anaxagoreas sentẽtias, & si
quas alias ipse à philosophis didicerat, tribuat barbaris mulierculis aut mãcipijs. Quod
si prosopopœiæ uicium, illa uirtus est, an nõ merito ridebit Celsus Christianos loquẽtes
faciẽs quæ nũquã fuerũt Christianorũ placita? nã si sunt idiotæ quos inducit, quõ tales
norũt discrimẽ inter sensum & mentẽ, inter sensilia & intelligibilia? undenã his placita
stoicis similia tollentib. è rerũ natura substãtias intelligibiles, et sensu omnia cõprehen
di docẽtibus, nec aliter q sensu percipi. sin hos sermones fingit esse uersatorũ diligẽter
in Christiana philosophia, ne sic quidẽ decorũ seruatũ est. nemo em qui didicit deũ es-
se inuisibilẽ, essecq; quasdã eius creaturas inuisibiles, hoc est intelligibiles, resurrectio-
nẽ his uerbis adstrueret: quõ cognoscemus deũ sensu incõprehensibilẽ? aut quid sine
sensu discere possumus? atqui nõ in secretioribus literis, & quæ à paucis studiosis legunt,
sed in istis uulgatioribus, scriptũ est, q inuisibilia dei è mũdi creati opificio intellecta cer-
nunt: unde scire licet q etiã in hac uita homines oportet à sensibilib. incipere, ut aliquã
do ascendãt ad naturã intelligibiliũ, nec tamẽ manendũ in sensibilibus. Itidẽ nemo no
strũ dicet impossibile sine sensu intelligibília discere: imò cũ ipsi hæc sine sensu discãt,
coarguũt Celsum temere inferre uerba illa, Nõ hominis, nec animæ, sed carnis est hæc
uox. Itaq; cũ dicamus dominũ deum nostrũ esse mentẽ, aut quiddã etiã mente omniq;
substantia præstãtius, simplicẽ, inuisibilem, incorporeũ, nõ ab alio cõprehensibilẽ fate
mur, q; à mente facta ad ipsius imaginẽ: nũc quidẽ (ut uerbis Paulinis utamur) per spe-
culũ & ænigma, tũc aũt facie ad faciẽ. Cum aũt dico faciẽ, nemo significatũ calumniet
propter uocabulũ, sed discat illud quod dictũ est, Reuelata facie dominũ tanquam in
speculo referentes in eandẽ imaginem transformamur à gloria in gloriã, non faciẽ sen
sibilem hic intelligendo, sed figurate accipiendo, sicut & oculos, & quicquid superius
eodẽ quo membra corporis nomine censeri demonstrauimus. Quin & homo, hoc est
anima pro instrumento utens corpore, quæ aliter interior homo dicit, nõ ita respon
deret ut Celsus scribit, sed sicut ab hominibus dei didicit. cęterũ carnali uoce nũquã Chri
stianus uteretur, ut qui didicit spíritu mortificare actiones corporis, & ubiq; mortifica- Rom. 8
tionẽ Iesu circumferre in suo corpore: audiuitq; illud præceptũ: Mortificate mẽbra ue
stra terrena: sciens etiam quid significet illud, Non permanebit spiritus meus in homi- Gen. 6
nibus istis in seculũ, quia carnes sunt: itẽ illud, Qui in carne sunt deo placere non pos-
sunt: ideoq; faciens omnia ut tã non amplius in carne sit, sed in solo spíritu. Nunc uidea
mus quò nos uocet, ut ex ipso audiamus quomodo cognoscendus sit deus, quãuis pu-
tet neminem Christianũ exaudire posse quæ dicturus est, inquiens, Audiant tamen, si
quid exaudire possunt. Quid igitur est quod nos audire ex se uult? homo philosophus
cum docere debeat agit cõuicijs, & cũ debeat in exordio sermonis præseferre beneuo
lentiã erga auditores, obijcit eis cõtumacẽ etiã cõtra mortẽ peruicaciã in professione
Christiani nominis, miseros uocans qui parati sint ad omnia tormenta & mille mortis
species. ac mox nos uocat hominũ genus amantissimũ corporis, cum tamen dicamus:
Etiamsi Christũ aliquãdo noueramus in carne, sed nunc nõ nouimus: & tã incunctan- 2. Cor. 5
ter pro pietate corpus deponamus, q; prompte philosophus uix uestem exueret. deni-
que sic nos alloquitur: si cõniuentes sensibus, aperueritis mentis oculos, eosq; à carne
auersos ad cœlũ sustuleritis, tũ demum deũ uidebitis. Et putat hæc quæ de duplicibus
oculis à Græcis hausit, non esse prius tractata in nostrate philosophia. At nos dicimus
Mosen, ubi describit mũdi creationẽ, introducere hominẽ, modo uidentẽ, modo nõ ui
dentẽ: Videtẽ, ubi loquit de muliere: Vidit mulier bonũ esse lignũ ad uescẽdũ & pul- Gen. 3
chrũ aspectu: cęterũ nõ uidentẽ, nõ solũ ubi serpẽs mulieri loquit tãquã de cęcis ipsorũ
oculis. Sciebat deus q quacũq; die ederitis ex ipso, aperient oculi uestri: uerũetiã in eo Ibidem.
quod dicit: ederũt et aperti sunt duorũ oculi. Itaq; aperti sunt eorũ oculi sensus, q; bene
prius cõcluserãt, ne p eos distracti impedirent q minus cernerẽt animę oculo, quos aũt
prius habuerãt pspicaces animę oculos, fruẽtes deo simul & eius paradiso, eos opinor

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 9 propter peccatũ clauserunt. Vnde seruator quoq; noster sciens duplicẽ hanc oculorũ
speciẽ in nobis, dicit: In iudiciũ ego in mundũ hũc ueni, ut qui nõ uident uideãt, & q ui
dent cæci fiant: subindicans nõ uidentes animæ oculos, quos dei uerbũ facit uidere: ui
dentes aũt sensuũ oculos, quos dei uerbũ excęcabat, ut anima indistracta cerneret ea
quæ deberet cernere. Oẽs igitur q officiũ Christiani faciunt, erectos habẽt mentis ocu
los, clausos uero sensuũ. & quãto magis quisq; apertos habet potiores oculos, clausos
uero sensibiles, tãto magis intelligit et contẽplatur deũ rerum omniũ dominum, filiũq;
uerbũ eius & sapientiã & reliqua. Deinceps aũt Celsus quasi ad oẽs Christianos sermo
nẽ dirigit, q non cõpetit nisi in quosdã ex professo à religione nostra alienissimos. nam
Ophiani, à quib. abnegari Iesum superius diximus, aut q sunt alij horũ delirio similes,
spectra cõmendant homines magi & impostores. hi sunt enim illi miseri, qui ianitorũ
ediscũt nomina. Temere igit Christianis dicit illud, Si ducẽ huius uiæ quæritis, fugiẽdi
sunt uobis isti præstigiatores & impostores q spectra cõmendant. Et nescies q hi ipsi
nõ minus q Celsus ueneficorũ more Iesum cõuicijs incessunt, totãq; institutã ab eo pie
tatẽ, sua loquacitate nos cũ illis confundens, Ne litis, (inquit) omnino ridiculi, cęteros
deos uituperantes ut idola, ipsi reuera idolũ colentes, ac ne idolũ quidẽ sed mortuũ, &
patrẽ quærẽtes eius simile. q enim nescies discrimẽ inter Christianorũ placita & isto-
rũ figmẽta, sed putans nostra esse crimina quæ eis obijciunt, hæc nobis falso impingat,
liquet ex ipsius uerbis his: Talibus imposturis, à mirãdis illis cõsiliarijs decepti diuinas
preces fũditis ad leões & amphibios & asiniformes quosdã alios cœlestesq; ianitores,
quorũ nomina ediscitis miseri quæ propter miserè torquemini & crucifigimini. Atqui
nescit q nemo ex istis q leoniformes, asiniformes, amphibios, ianitores ascensus faciũt,
cõstanter in sua religione usq; ad supplicium perseuerat, sed nostræ pietatis est hæc excel
lentia & ut ita dicã nimietas, cuius amore nullũ mortis genus subterfugimus. Et cruci
figi dat ijs qui nihil tale pati solent: nobis q propter pietatẽ crucifigimur, exprobrat il
lorũ de leoniforme amphibioq; fabulas cũ figmentts cęteris. Itaq; nõ propter Celsi mo
nita fugiemus istos leoniformes nunquã à nobis receptos, sed propter Iesu doctrinam
figmentis huiusmodi cõtradicimus, nõ assensuri talẽ esse Michaelis faciẽ, aut cæterorũ
q recẽsent. Nunc cõsiderandũ quẽ nobis sequendũ Celsus proponat, quasi nõ habea-
mus duces priscos uiros sanctissimos. Mittit nos ad diuinitus afflatos, ut ait, poetas, &
sapientes philosophos, quos tamẽ nõ nominat: cũq; duces eos fore polliceat, ostendit
nobis incertũ quos afflatos poetas & sapientes philosophos, quodsi apposuisset eorũ
nomina, nõ temere cõtendissemus cæcos nobis duces ab eo dari ut cadamus: aut si nõ
omnino cęcutientes, certe lapsos circa pleraq; ueritatis placita. Siue igit Orphẽũ uult
esse afflatũ deo poetã, siue Parmenidẽ, siue Empedoclẽ, siue ipsum Homerũ aut etiam
Hesiodũ, ostendat q uult, quõ melius iter faciẽt qui talibus utunt ducibus, aut quid ad
uitã utilitatis ab eis accipiũt, magis q̃ alij qui ꝓpter Iesu doctrinã relictis omnib. sacra-
tis statuis, atq; etiã omni superstitione ludaica, per uerbũ dei ad solũ ipsius patrẽ suspi-
ciunt. Qui sunt aũt isti siue sapientes siue philosophi, à quib. Celsus uult nos multa diui
na audire, & Mosem cæterosq; prophetas dei rerũ omniũ cõditoris missos facere: qui
reuera tã multa dixerũt diuinitus, & aduentũ clarissimũ prænũciauerũt eius qui est ad
pietatẽ uia factus hominib. nemini nõ gustũ præbẽs suorũ mysteriorũ propter immen
sam suã humanitatẽ, quippe qui prudẽtioribus largit theologiã attollentem animos à
præsentibus negotijs ad sublimia, nihilominus cõdescendens ad captũ inferiorũ, qua-
les sunt uiri plebeij & illiterati, simplicesq; mulieres ac mãcipia, denicq; oẽs quotquot à
nemine nisi à solo Iesu opẽ postulãt, et rationẽ uiuendi melius, seruãtes interim dogma
ta de deo quæ possunt capere. Deinde ad Platonẽ nos mittit, quasi ad doctorem diluci
dioris theologiæ, citãs ex Timęo uerba eius hęc. Factorẽ igit uniuersitatis huius parẽ-
tẽq; & inuenire arduũ est, & q eũ inuenerit, ad oẽs ut hũc perferat impossibile ac mox
ipse subinfert: Videte quõ diuinis uiris ueritatis uia quærit, utq; Plato sciuerit hãc non
esse cuiuis meabilẽ. Postquã aũt uiri sapiẽtes eã inuenerũt in hoc, ut illius primi & inno
minabilis adipiscamur intellectũ aliquẽ, manifestantẽ eũ siue per cõpositionem rerum
aliarũ ex alijs, siue per resolutionem in easdem, demirabor si uos hũc assequi poteritis,
in totum detenti uinculis, & nihil cernentes quod purum sit. Equidem fateor nobilem &

& non contemnendam esse hanc Platonis sententiã, uidendum tamen an nõ maioris
sit erga humanũ genus benignitatis, quod scriptura diuina deum uerbũ prædicat, qui
quamuis in principio fuisset apud deum caro factus est, ut ad oẽs peruenire posset eius
prædicatio, quẽ etiam inuentũ Plato negat enunciari posse omnibus. Sed ille merito
difficile naturæ humanæ putat, inuenire factorẽ ac parentem huius uniuersitatis, eũq;
ut dignum est cognoscere, aut si non ut dignum est, saltẽ magna ex parte, & plus quàm
uulgo sit cognitus. in quo tamen si non falleretur, & reuera inuentus fuisset ab ipso ali-
oue Græcorum, non aliud quiddam coluissent deum id nominando adorandoq;, aut
uerum deum derelinquentes, aut coniungentes ei non coniungenda. at nos dicimus
nõ esse sufficientem humanam naturã ad quomodocũq; quærendum deũ, eumq; pure
inueniendũ, ni adiuuet ab ipso qui quæritur: qui inuenit à fatentibus, prẽter suũ cona-
tũ opus se habere ipsius auxilio, ostẽdẽtis se his quos hoc honore dignatur, quatenus
uel natura dei potest innotescere homini, uel hominis anima ualet in corpore manens
deũ cognoscere. cæterũ Plato cũ ait etiã inuentũ factorẽ parentẽq; huius uniuersitatis
nõ posse cuiuis annunciari, nõ dicit eũ ineffabilẽ & innominabilẽ, sed posse de illo uer
ba fieri. At Celsus oblitus quid citarit, negat, deũ nominabilẽ, dicens: sed postquã uiri
sapientes eã inuenerunt in hoc ut illius primi & innominabilis adipiscamur intellectũ
aliquẽ. Nos aũt nõ solũ deũ dicimus ineffabilẽ, uerumetiã alia quędã præter eũ, quorũ
Paulus coactus meminisse ait: Audiui arcana uerba quæ nõ licet homini loqui. hoc uo 1. Cor. 12
cabulo audiui usus propter intellexi: iuxta illud, Qui habet aures audiẽdi audiat. Fate-
mur tamẽ factorẽ parentẽq; huius uniuersitatis uidere esse difficile. Videt aũt nõ mo-
do iuxta illud, Beati mũdi corde quoniã ipsi deũ uidebunt: sed etiã iuxta id quod dixit Matth. 5
imago ipsius inuisibilis dei, Qui uidit me, uidit patrẽ illũ meũ à quo missus sum. Atqui Matth. 27
hac ratione uiderunt deũ patrẽ etiã oẽs qui acclamauerunt crucifige crucifige, & Pila-
tus quoq; qui potestatẽ accepit in eius humanitatẽ, quod perabsurdũ est. Verũ id dictũ
nõ uulgari more accipiendũ liquet ex his quę Philippus audiuit: Tantũ temporis uo- Ioan. 14
bisc̃ sum, & nõ nosti me Philippe? quod quidẽ Seruator ei dixit postulanti uidere pa-
trẽ, dicentiq;, ostẽde nobis patrẽ, & satis est nobis. Ergo quicunq; intelligit quõ sit au-
diendũ de uni genito dei filio, primogenito creaturæ totius, q uerbũ caro factum est,
intelliget quomodo quisquis uidit imaginẽ uisibilis dei, cognoscet patrẽ, & factorem
huius uniuersitatis. Et Celsus quidẽ uel cõpositione aliorũ ex alijs qualis est geometra
rũ, uel dissolutione, aut etiã proportionibus inter se relatis ut ijdẽ geometrę solent face
re, putat posse cognosci deũ, aut saltẽ peruenire ad summi boni uestibulũ: uerbũ aũt dei
dũ dicit, Nemo nouit patrẽ nisi filius, & cui filius reuelauerit: ostendit q per numinis sa Matth. 11
uorẽ insinuantis se in animũ quodãmodo afflatũ deus cognoscat. Est enim probabile
cognitionẽ dei maiorẽ esse q̃ pro captu hominis, quo fit ut tã sæpe circa eã fallant ho
mines: sed bonitate ac humanitate dei, mirãdaq; & planè diuina ipsius gratia, concedi
eius cognitionẽ duntaxat his q ad hoc prædestinati sunt ut cognito deo digne uiuant,
nusquã deprauãtes pietatẽ, etiãsi ab ignorantib. eã, & quiduis aliud pro ipsa cõplecten
tibus, rapiant ad supplicium, aut etiãsi omnib. sint ludibrio. cæterũ deus uidẽs opinor ar-
rogantiã & supercilium fastũ eorũ q alios prę se contẽnunt inflati cognitiõe dei hau
sta è philosophia, cũ interim haud secus q̃ imperitissimus quisq; ad statuas & tẽpla ce-
lebrataq; illa mysteria ducãt alios, coarguit mũdi stulticiam per Christianos simplicissi
mos, modestius ac purius uiuentes q̃ multi philosophi: ut pudefaceret ipsos sapientes,
qui nõ erubescũt res inanimas tanquã deos alloqui aut deorũ imagines. Quis em sanæ
mentis nõ rideat eũ q post egregias illas & ualde philosophicas de deo siue dijs disput
tiões statuas respicit, & aut preces eis affert, aut per earũ contẽplationẽ tanquã signi
alicuius cõspicui conat animũ erigere ad imaginationẽ intelligibilis numinis? At Chri
stianus etiã idiota persuasissimũ habet quẽuis mũdi locũ partẽ esse uniuersi, & mundũ
uniuersum esse tẽplũ dei: & in quouis loco precat clausis sensibilib. oculis, erectis aũt
animæ luminibus, atq; ita super totũ mundũ ascẽdit: nec cõsistit in cœli cõuexis, sed trã
scensis mẽte locis supercœlestibus, ductu diuini spiritus uelut iã extra mundũ raptus,
offert deo preces de rebus non uulgaribus. didicit enim à Iesu nihil paruũ, hoc est sensi
bile petere, sed sola magna & reuera diuina, quæcũq; à deo cõcessa perducũt ad eã quę

apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud ipsum est per uerbū deū filiū eius beatitudinē. Videamus tamen quæ sint illa quę nos docere uult, si modo assequi poterimus homines deuincti carne, sed soluendi his uinculis modo recte uiuamus iuxta Iesu doctrinā, audiendo quod nobis dictū est: Nō in carne estis sed in spiritu, si spiritus dei in uobis inhabitat: dicēs nos etiam nihil purū uidere cū tamē conemur nos incontaminatos seruare à malis quoq; cogitationibus, et inter peccandū dicamus: Cor mundū crea in me deus, & spiritū rectum innoua in meis uisceribus: ut puro corde quod solū aptū est ad talē uisionem, deū cōtēplemur. Verba Celsi sunt hæc. Substantia & generatio, intelligibile & uisibile, cū substantia ueritas, error cū generatione. circa ueritatē igitur uersatur scientia, circā diuersum opinio, & intelligibilis qdē rei est intellectus, uisus aūt rei uisibilis. cognoscit aūt intelligibilia quidē mens, uisibilia uero oculus. Quod igitur in rebus uisibilibus est sol, qui nec oculus est nec uisus, sed oculo uidendi causa, simulq; uisui ut per eū consistat, & uisibilib. ut uideantur, omnibusq; sensibilibus ut fiant, atq; etiā sibi ipse ut cernat: hoc in rebus intelligibilibus est ille qui nec mens est nec intellectus nec scientia, sed homini intelligēdi causa, & intellectui ut per ipsum cōsistat, & scientiæ ut per ipsum cognoscat, & intelligibilib. omnibus, ipsiq; ueritati, ipsiq; substātię, ut sint, ipse his omnibus superior, ineffabili quadā potentia sua intelligibilibus. Hæc sunt quę dicūtur à sanæ mentis hominib. quorū si aliquid uos quoq; intelligitis, bene habetis. Et spiritus siquē putatis descēdentem à deo nunciare diuinas res, idem hic est spiritus talia prædicans, quo repleti uiri prisci multa bona nunciauerunt. ea si nō potestis auscultare tacete, & celate uestrā imperitiam: ne' ue dixeritis cæcutire eos qui cernunt, & claudos esse eos qui currunt, cū ipsi habeatis claudas animas, multati etiam corporibus, uidelicet emortuis. Ad hæc nos qui non solemus aduersari cū aliquid bene dicitur uel ab alienis à nostra fide hominibus, neq; contendere, neq; conari ea quæ sana sunt subuertere, respōdemus quòd isti quidē qui conuiciantur pietatem erga deum pro uirili sectantibus, idiotis per fidē eum apprehendentibus, prudētioribus cum ratione & gratiarū actione uota creatori omniū faciētibus, idq; per pontificē eū qui homines hāc pietatis sinceritatē docuit, & uocant eos claudos anima, mutilosq; corpore, ut qui uiuant immortificato, meditātes ex animo dicere illud apostolicū, In carne uiuentes non secundū carnē militamus, arma enim militiæ nostræ nō sunt carnalia, sed deo fortia: uidere debēt ne hoc ipso quod male loquunt dei cultoribus, declarent claudas sibi esse animas, & mutilatū interiorē hominē, malè mulctādo seipsos dū conuiciįs debacchātur in conantes bene uiuere, & priuando se æquitate bonoq; illo habitu q naturaliter rationali naturæ per creatorē est insitus. Hi uero q inter cætera didicerūt à uerbo dei quod etiā faciūt, ut cōuiciįs appeti ti bene precent, persecutores suos sustineāt, alloquutores suos comiter admoneāt, ipsi sunt q habēt rectos gressus animę, mundādo eā & ornādo, ut nō uerbis tantū à generatione distinguāt substantiā, intelligibile à uisibili, & ueritatē cōiungant cū substantia, errorē cū generatione cohærentē fugiant modis omnibus: cōsiderādo q didicerūt nō res generationis quæ sunt uisibiles & tēporaneæ, sed præstātiores, siue quis eas substātiā uocare uult, siue inuisibilia, quia intellectu solo percipiunt, siue insensibilia, quia ui sum aliosq; sensus effugient. Ad eundē modum etiam res generationis inspiciunt Iesu discipuli, ut eis tanquā gradibus scansilibus utantur ad cognitionē natura rerū sub solo intellectu percipiendarū. Nam inuisibilia dei ex creatione mundi, hoc est intelligibilia ex creaturis intelligendo conspiciuntur. nec tamē postquam à creaturis mūdi ad inuisibilia dei peruenerunt, in hoc gradu consistunt, sed satis ibi prius exercitati mox altius ascēdunt ad sempiternā dei potentiā ipsamq; deitatē: scientes quòd deus quidē amator humani generis ueritatē suā & quicquid sui cadit in noticiā hominū, manifesta uit nō solū sibi dicatis, uerumetiā quibusdā à sincera religione utraq; pietate extraneis: quidā uero per diuinā prouidentiā euicti ad tantarū rerū cognitionē, nō gerētes se digne hac cognitione, impie faciūt detinētes ueritatē in iniusticia, ut sint iā inexcusabiles post acceptā semel tantā cognitionē. Certe sacra scriptura testat de talibus, q postquā perceperūt hæc quæ Celsus nūc exposuit, professores taliū dogmatū, dicentes sibi deū cognitum, non ut deum glorificauerunt aut grati fuerunt, sed uani facti sunt in suis cogitationibus, et post acceptam à deo tantam cognitionis lucem obtenebratū est ultro cor

Rom. 8

Psal. 50

cor eorum insipiens. Itaq; uidere licet istos sapientię professores edere magna stulticię specimina, dū post egregias illas disputationes in scholis agitatas de deo rebusq; intelligibilibus, mutāt gloriā incorruptibilis dei in similitudinē imaginis hominis corrupti bilis, atq; etiā uolucrum, quadrupedū, reptilium. quapropter & ipsi à prouidentia deprehensi nō digne cognitione sibi reuelata uiuere, uolutātur in concupiscentijs suorū cordium & impuritatibus, dedecorantes sua corpora lasciuijs & turpitudinibus, eo q ueritatē dei mutarint in mendaciū, & uenerati sint coluerintq; creaturā magis q̄ creatorē. cęterū homines idiotę, ab eis pro nihilo habiti ut stulti & illiberales, si modo committant se in fidē dei, & doctrinam Iesu recipiant, tantū absunt ab omni lasciuia, spurcicia, turpitudine libidinū, ut in morem perfectorū sacerdotum ab omni coitu abhorrentium multi eorū in totum caste pureq; uiuant alieni à congressu mulierū etiam legitimo. Et apud Athenienses quidē unicus pontifex ne ipse quidē satis sibi fidens q impe rare possit masculis cupiditatibus, cicuta oblitis uirilibus putatur satis idoneus ad caste obeundas eius ciuitatis solennes ceremonias, at apud Christianos non desunt uiri quibus cicuta ad hoc nil opus est, ut deo caste seruiant, sed pro cicuta eis uerbū dei sufficit ad expellendas è cogitatione oēs concupiscentias, & uacandum precationibus. Apud alios quoq; ut putantur deos uirgines exiguę numero, siue ab hominibus custoditæ siue non (nec enim hoc nunc quæritur) uidentur perseuerare in castitate religionis gratia: cæterū apud Christianos non propter humanos honores, non propter mercedes pecuniarias, nō propter gloriolas uiget uirginitatis studiū: et quamprimū approbauerunt deū habere in noticia, conseruantur à deo in hac mente laudabili & pietatis officijs, pleni omni bonitate ac iusticia. Hæc dico nō q cōtentiose aduersęr bonis Grę corū opinionibus, nec q accusem sana eorū dogmata: sed ut demonstrē, & hæc & his etiam maiora diuiniora dicta esse à diuinis uiris dei prophetis & Iesu apostolis: quæ perquiruntur à tendentibus ad perfectiorē Christianismū, scientibus q os iusti meditabitur sapientiā, & lingua eius loquetur iudiciū: lex dei eius in corde ipsius. Quin & apud hos qui uel propter literarū imperitiā, uel propter simplicitatē, uel propter doctorū penuriā ad pietatē adhortantiū minus hæc intelligunt, credunt tamen in deū maximū, in eiusq; unigenitū filium uerbū & deum, inuenire licet grauitatē, puritatem, morū probitatē, simplicitatem, sæpenumero potiorē istis qui se sapientes nominant uolutando se cū pueris in modū nefarium, masculi in masculos patrātes turpitudinē. Et ipse quidē nō declarauit quomodo c̄ generatione sit error, nec quid sibi uellet docuit, ut hæc cū nostra doctrina collata considerare mus: prophetæ aūt subindicantes hanc de generationis negotio sapientiā: sacrificiū pro peccato aiunt offerri etiā pro recēs genitis, quasi hi quoq; nō sint puri à peccato. Dicūt enim nunc q in iniquitatibus cōceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea: nunc q peccatores alienati sunt à uulua: adduntq; quod mireris, Aberrauerūt ab utero, locuti sunt mendaciū. Et intantū accusant nostri sapientes naturā rerū sensibiliū, ut aliubi uanitatē appellēt corpora, ut ibi: Vanitati enī creatura subdita non uolēs, sed propter eū qui subdidit, in spe: aliubi uanitatē uanitatū. Sic enim ait Ecclesiastes: Vanitas uanitatū, omnia uanitas. Quis aūt æq; accusauit hominis uitā quæ hic degit, atq; ille qui dixit: Veruntamē simul omnia uanitas, omnis homo uiuēs. nō enim dubitauit de differētia uitę quā agit anima uel in terris uel extra terras, nec dixit, Quis scit nū uiuere sit mori, mori uero uiuere, sed cōfidenter uerū proloquitur dicens: Humiliata est in puluere anima mea, & in puluerē mortis deduxisti me. Quale est & illud, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Iam ille qui inquit, Humiliasti nos in loco afflictionis, locū afflictionis uocat terrenū hunc in quē Adam, hoc est homo paradiso eiectus est propter peccatū suū. Et qui dicit, Videmus nunc per speculū in ænigmate, tūc aūt facie ad faciē: itē, Peregrinantes in corpore peregrinamur à domino, propterea probamus exire de corpore, et migrare ad dominū: uide q̄ magna de uitarū differentia contēplatus est. Et quid opus est me amplius citatis è scriptura locis approbare q hæc dicta multo apud nos antiquiora sint, quando id ex iā relatis est perspicuū: id quod etiā ipse concedere uidet his uerbis: Siquis spiritus diuinitus descē dēs res diuinas prænūciat, nimirū ipse est q hæc prædicat: quo repleti uiri prisci multa bona nunciauerunt. Nescit aūt quanto præstantius nostri dicant: Incorruptibilis tuus spiritus

Psal. 50
Psal. 57
Rom. 8
Eccle. 1
Psal. 44
Rom. 7
Philip. 3
1. Cor. 13
Psal. 37

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritus est in omnibus: quapropter delinquẽtes deus paulatim castigans arguit, aiunt
Ioan. 20 etiam his uerbis, Accipite Spiritum sanctum, aliam quantitatem doni huius significari quàm illis: Baptizabimini spiritu sancto post nõ paucos hos dies. Operosum autem fuerit his per diligentem cogitationem expensis uidere differentiam eorum qui certis quibusdam ceu interuallis & gradibus alius alio largiorem haustum ueritatis percepe runt: & quid interslit inter eos qui modicam dei cognitionem habent, & eos qui pleni us edocti diuinitus semper cum deo uersantur et aguntur eius spiritu: id quod si Celsus animaduertisset, non obijceret nobis imperitiam, nec uetaret nos dicere cæcutire illos qui pũtant pietatem pertinere ad statuas ab artificibus factas è uarijs materijs. Nemo enim qui cernit animæ oculis, alio modo deum colit quàm sicut ipse docuit, uidelicet uidendo creatorem in opificio suo, omnia uota ad illum dirigendo, omnia faciẽdo tan quam in eius conspectu, quem ne cogitationes quidem nostræ latent. Itaq; profitemur nos et cernere, & duces cæcorum esse, donec accedentes ad uerbum dei recipiant ani
Matth. 5 mæ oculos excæcatos per ignorantiã. quodsi fecerimus digna præcepto illo, Vos esto
Ioan. 1 te lux mundi, & illa doctrina, q̃ lux in tenebris lucet, erimus etiam lux in tenebris, & erudiemus insipientes, docebimusq; paruulos. nec est q̃ indignetur Celsus quia claudos & oblæsos animæ pedibus dicimus eos qui ad falso existimata sacra currunt tanquam ad uera, nec uident nihil sacri esse posse in artificũ operibus. Currunt tamen etiã qui iuxta Iesu doctrinam pie uiuunt, donec decursо stadio dicãt uere et ex animo: Cer
2. Tim. 4 tamen bonum certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: reliquum est ut accipiã coronam iusticiæ mihi repositam. Et unusquisq; nostrum sic currit, ut nõ in incertũ: & sic pugilatum exercet contra uicia, ut non uideatur aerem diuerberare uanis ictibus, sed
Rom. 8 impetere principes aeris & spiritus nunc operantis in filijs inobedientiæ. Dicat licet Celsus nos uiuere in mortuo corpore, qui audiuimus illud, Si iuxta carnem uixeritis moriemini: quodsi spiritu actiones corporis mortificaueritis, uiuetis: & didicimus illud, si spiritu uiuimus, spiritu etiam ambulemus: possumus operibus aduersarios coarguere mendacij, uiuendo in mortificato corpore. Post hæc ad quæ ut potuimus respõdimus, sic nos alloquitur. Quãto erat satius, si placebat nouare aliquid, de alio quopiã egregie defuncto, dignoq; hac opinione, recipere diuinitatis consecratæ fabulã? Si nõ placuit Hercules aut Æsculapius & priscorum uirtus inclyta, Orpheum habebatis, uirum sine controuersia sancto afflatũ spiritu, & uiolenta morte necatum. Sed is forte ab alijs occupatus est prioribus. Certe Anaxarchus, in mortarium coniectus dum crudelissime contunderetur, uocem emisit inter pœnas egregiam, & uere diuini cuiusdam spiritus: Tunde tunde Anaxarchi follem, ipsum enim non tundis. Sed & hunc sibi iam uindicauerant quidã physici. Quid Epictetus, cui cum herus torqueret crus, subridens imperterrite, perfringes inquit. cumq; ille fregisset, Nonne prædicebam, inquit, q̃ perfringes? Quid tale uester deus inter pœnas profatus est? Vel Sibylla, cuius autoritate nituntur quidam uestri homines, dignior erat ut eam decerneretis haberi dei filiã: nũc uero huius carminibus temere inseruistis multa maledica: illum autem post uitam infamem & mortem miserrimam deum fecistis. Quanto digniorem hoc honore habebatis Ionam sub cucurbita, aut Danielem è lacu leonum incolumẽ, aliosq; his prodigiosiores etiam? Quoniam igitur nos remittit ad Herculem, res gestas eius nobis proferat, & excuset turpem seruitutem quam apud Omphalen seruijt: doceatq; quomodo diuinis honoribus sit dignus qui latronis in morem ereptum ui bouem agricolæ deuorauit, magna uoluptate illum cœnanti sibi male precantem audiens, ut feratur hodieq; sacrificari eius genio cum execrationibus. Ad Æsculapium quoq; nos uocat denuo, quasi non iam ante de hoc responsum sit, quod etiam nunc satis est. in Orpheo porrò quid miratur tantopere, ut persuasum habeat eum recte uitam instituisse non sine sancto spiritu, mirum ni res eius exaggerans per contentionem, quo magis Iesum nostrũ deprimat? Eius de dijs impias fabulas cum legeret non auersatus est, digniores quàm homericas ut efficiantur ex illa præclara republica: peiora enim de receptis apud Græcos dijs Orpheus quàm Homerus cecinit. Fortitet sane & Anaxarchus ad Aristocreontem Cypri tyrannum, tunde tunde Anaxarchi follem, quod scriptores in eo miran tur unicum, id si Celsus ut uenerandæ uirtutis indiciũ magnipẽderet, improbe faceret quisquis

quisq; contradiceret: non tamen eo dicto philosophus promeruit ut haberetur pro nu mine. Iã quod ad Epictetũ nos remittit admiratus apophthegma eius generosum, non est tamen cur conferatur hæc de facto cruce narratio cum tot miraculosis Iesu operibus, utcunq; Celsus ea figmenta existimat, cum tamen per diuinã eorum uim hodieq; conuertantur, non solum simpliciores quidam, uerumetiam multi è prudentioribus. Quoniam autem post enumeratos tot uiros infert, quid tale uester deus inter pœnas profatus est? possumus ad hoc dicere, quòd inter flagra & cruciatus eius silentium maiorem præsetulit fortitudinem ac patientiam quàm omnes Græcorum uoces in simili bus casibus editæ, siue credat Celsus seu non credat quod integre scriptum est à uiris optimæ fidei, & inter cætera de constanti inter flagra silentio, sicut & de coccinea chlamyde induta ei per ludibrium, deq; arundine in manum pro sceptro indita, quę omnia summa mansuetudine pertulit, ne uerbo quidem impatientiam aut stomachationem indicans in tanta immanitate sceleratorum hominum. itaq; non præ desperata duritia inter flagra tacuit, sed præ mansuetudine omnes illusiones tolerans. Ac ne illa quidem uox timiditatis fuit, ut quidã putant, cum diceret, Pater, si fieri potest, transeat hic calix Matth. 26
à me. ueruntamen non ut ego uolo, sed ut tu. Habet utiq; rationem hæc ut uidetur deprecatio calicis quem nominat, quã reddidimus aliàs plenius et exquisitius. Vt aũt uel simplicissime hoc dictũ accipiamus, uide an non etiã cum summa pietate precatio hęc ad deum dirigitur, cũ uulgus hominum casus suos non prædestinationi tribuat, sed ferat quicquid forte contigit dũ ita postulat tẽporis necessitas. Hæc tamen uox non ferentis fuit, sed probantis quicquid fiebat, & præferentis proprijs affectibus id quod diuina prouidentia semel statuerat. Veruntamen, inquit, non quod ego uolo, sed quod tu. Deinde nescio quid ei uenit in mentem ut censeret Sibyllam à nobis potiusquã Iesum appellandam fuisse dei filiam, asseuerans nos multa eius uersibus in seruisse maledica, non tamen indicans quę sint illa quæ inseruimus. indicasset aũt si antiqua habuisset incorruptiora exemplaria, in quibus non reperiantur quæ putat à nobis interpolla ta. Quod tamen non fecit, sed maluit iã iterum ac tertiò uitã Iesu infamem nominare, non expensis singulis illius uitæ actionibus, cur infames ei uideantur, ne putetur sine ratione conuicia mera in ignotum iacere: qui si uel speciem infamiæ notasset in uita eius ac moribus, conati fuissemus respondere ad singula, quod uere ad mortem miserã attinet, idem posset dici & de Socrate, & de Anaxarcho cuius modo meminit, & de alijs innumeris: nisi forte dicturus est aut Iesu mortem fuisse miserrimam, illorum non item: aut illorum non miserrimam, Iesu uero miserrimam. Videt igitur hic quoq; Celso fuisse propositum conuicijs Iesum impetere, cõcito ut opinor ab aliquo dæmonio per Iesum debellato, quod antea nidoribus & cruoribus pasci solitum dementauerat homines deum quærentes in statuis terrestribus, nec suspicientes ad uerum deum uniuersorum dominum. Deinde quasi hoc solum ageret ut libri chartas expleret, mauult nos uel Ionam potius deum habere quàm Iesum, Ionam qui uni ciuitati Niniue pœniten- Ioan. 2
tiam prædicauit, preferens Iesu totius mundi ad pœnitentiã conuersoris prędicatione longe efficaciori, & miraculo seruatum è uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus pòst quàm deglutitus fuerat, deum à nobis uult consecrari: eum uero qui pro hominibus mortem pertulit, probatũ omnium prophetarum testimonijs, Celsus non uult esse deo uniuersorum domino honore proximũ ob egregia in cœlo simul & terra merita. & Ionas quidem à deo sibi demandatã prædicationis prouinciam fugiens à ceto absorptus est: Iesus uero post absolutum iniunctæ à deo prædicationis munus, pro humano genere mortem sustinuit. Mox aũt ait satius fuisse Danielem è lacu leonum incolumẽ Daniel. 14
à nobis coli, cũ Iesum cõculcatorem omnis efferæ potestatis aduersarię. Deinde nõ habens alios quos proferret, ait, aut aliquẽ his etiam portentosiorem, interim in Ionã & Danielẽ conuiciũ iaciens. nec enim sciebat bene loqui iustis hominib. Nũc uideamus q̃d deinceps attexat. Habẽt præterea præcepta huiusmodi. Iniuriã ne repellito. quodsi quis etiã in maxillã te percusserit, obuerte ei alterã. Vetus & hoc est, lõge dictũ antea, sed hic cõmemoratũ rusticius, quod etiã Socrates cũ Critone disserẽs à Plat. inducit. Est ne igitur facienda iniuria? Nequaquã. Ergo ne referenda quidẽ, ut multorũ est opinio, siquidem nullo pacto licet inferre iniuriam. Non uidetur referenda. Quid porro?

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciendum ne alteri malè, Crito, an non? Certe non faciendũ mi Socrates. Quidsi quis malo affectus sit, num uicissim malum debet dare, ut uulgo uidetur? Iustum'ne id esset an iniustum? Iniustum fortasse quia malum inferre homini nõ abest ab iniuria? Verum dicis igitur nec iniuriam pro iniuria, nec malũ pro malo licet reponere, quamuis ipse ab alijs passus fueris. Hæc Plato. & paulo post: Ipse igitur considera, utrum mecũ nunc sentias, & idem tibi quoque uideatur, ut iam inde consentiamus, fieri non posse ut æquum sit uel inferre iniuriam uel referre, uel malum pro malo reponere, quòd quisquis id facit malum uerius referat quàm à malo abstineat. Consentimus'ne iam hinc? mihi certe & olim ita est uisum, & uidetur nunc etiam. Et Platonis quidem hæc fuerunt placita, atq; etiam ante eũ alijs diuinis hominibus idẽ uisum est. Verùm de his alijsq; quæ isti in suum usum deprauãt, hactenus, qui plura de hoc scire cupit, cognoscet facile. Ad hoc & alia quę Celsus, quia non audet perfricta fronte negare uera esse, communia nobis cum Grecis asserit, respondendum est: Si quod placitum sanum est & utile, relatum idem & apud Græcorum aliquem, siue Platonem siue alium, & apud Iudæos in Mosis uoluminibus, aut prophetarum alicuius, & apud Christianos in Iesu sermonibus aut alicuius apostoli, non ideo debere accusari quæ apud Iudęos aut Christianos reperiuntur, quòd eadem sint in Græcis literis, præsertim quum constet Hebraicas antiquiores esse quàm Græcas. Econtra si eadem Græci eloquuntur uenustius, non statim putandum est ea dici etiam melius quàm simplicia nostra enunciata frugaliter: quandoquidem prophetæ simplici stylo usi reliquerunt nobis libros scriptos Hebraice, nõ inornata tamẽ compositione iuxta linguam propriam. Quodsi dicendum est aliquid pene incredibile, hæc ipsa communia dogmata melius tradi in Hebræorum prophetarũ aut Christianorum literis, rem exemplo à cibis sumpto comprobabimus. Sit aliquis salubris cibus, uescentibus ad robur conferens. eum bene paratum & aromatibus conditum sumant, non homines inassueti, agrestes, ruri educati frugaliter, sed soli delicati & diuites. eundem non lautiorum more sed suo modo paratum edãt pauperes & uulgus rusticum multa hominum milia. fac deinde diuites illos bene ualere, solos fruentes suis condimentis, attingente nemine alio: uulgus item suo paratu cõtentum ualere prospere. Vtris magis gratias habebimus ob communicatum cibum, ijs'ne qui eum sic parauerunt ut optimatibus tantum sit utilis: an ijs qui sic, ut etiam uulgo prodesset, cum utri que ęque bene ualeant, utrohibet modo cibus paretur? Res ipsa loquitur medicum utiliorem esse in publicum, qui multorum, quàm qui paucorum, sanitatis rationem habeat. Hoc exemplum si est intellectum, transeamus à cibis corporis ad cibos animarũ rationalium proprios, & uideamus an non Plato & Græcorum sapientes similes sint medicis illis qui solis lautioribus prospiciunt neglecta plebeiorum multitudine: Iudæorum uero propheræ & Iesu discipuli, qui ualere iusserunt uerborum ornamenta, totãq; humanam sapientiam, quam sacra scriptura carnalem uocare solet, sua lingua ænigmatica referunt illos qui cibos curant quàm saluberrimos, ea compositione uerborum, eoq; apparatu qui sit accommodatissimus ad captum multitudinis consuetam linguã desiderantis, & offendi solitæ sermonum nouitatibus, inauditisq; antea disputationibus. nam si in hoc factus est rationalis (ut ita loquar) cibus, ut eum qui se gustarit, mitem ac tolerantem faciat, an non melius paratus erit sermo qui totas plebes mites ac patientes reddit, aut certe in his uirtutibus facit proficere, quàm qui exiguos numeros sic afficit, si quos tamen afficit? Et quemadmodum si aliquis Grecus propositum haberet Ægyptios aut Syros sana doctrina instituere, eorum linguas perdiscere curaret, barbarizare malens, quod apud Græcos turpe est, quàm sua lingua utendo Ægyptijs ac Syris esse inutilis: ita diuina potentia prouidens non solis eruditis Græcis, ut existimantur, sed etiam reliquis, condescendit ad idioticum captum audituræ multitudinis, ut consuetis uerbis apud eos utendo imperitos ad auscultandum alliceret, præsertim cum eis facile foret post primam illam introductionem studiose scrutari sensus reconditiores in sacris scripturis, & peruestigare. cuiuis enim est perspicuum qui modo has legat, quòd qui eas diligenter examinant, multo retrusiora inueniunt quàm quæ uidentur prima specie, idq; tanto magis, quanto quis plus eis impendat operæ ac studij. Ostensum est ergo quòd Iesus rudi hoc & rustico sermone, ut Celsus appellat, dicens

dicens, Percutienti te in maxillam obuerte & alteram: & uocanti in iudicium ut auferat tibi tunicam, dimitte & pallium, plus uitæ hominum profuit quàm illa Platonis in Critone disputatio, quam tantum abest ut idiotæ audiant, ut uix post absolutũ discipli narum orbem teratur à Græcorum philosophis. Considerandum etiam quòd doctrina de patientia non fit per uerborum simplicitatem deterior, sed meram hanc esse Celsi calumniam, cuius uerba sunt: Verum de his, alijsq; quę isti in suum usum deprauant, hactenus. qui plura de hoc scire cupit, cognoscet facile. Age iam uideamus quæ deinceps sequuntur in hunc modum. Transeamus ad alia. Non ferunt templa, aras, & statuas inspicere. Ne Scythæ quidem, & Numidæ, & Seres impij: non aliæ gentes quæ tã religione carent quam legibus: Idem de Persis narrat Herodotus. Persarum, inquit, ritus hos noui. Statuas, aras, templa, nec ipsi dedicant, & alios pro stultis habent qui hoc faciunt: ut equidem opinor, quia deos non credũt esse humana specie, quæ Græcorũ est opinio. Atqui Heraclitus sic de his pronunciat: Ita preces offerunt istis simulacris, acsi quis fabuletur cum stipitibus: quia nec deos nec heroas sciunt quinam sint. Quid igitur hi nos docent Heraclito sapientius? Ille subindicat stultum esse uota deponere apud statuas, nisi quis noscat deos & heroas, quoniam sint, ut appareat ex ipsius sententia. at isti in totum contemnunt deorum statuas. Si ut lapidem, lignum, æs, aurum, ab illo uel illo expolitum, ridicula est hæc sapientia. quis enim alius, nisi sit totus fatuus, hęc deos credit, non dijs dicatas statuas? quodsi putant ne pro imaginibus quidem deorũ habendas, & aliam esse dei formam, ut etiam Persis uidetur, imprudẽtes suum dogma redarguunt, ad imaginem dei creatum esse hominem, & ei specie similem. Sed de similitudinibus quidem assentient, cæterum negabunt esse deos quibus hæc dedicantur, contendentq; esse dæmonia: fugiendam autem dei cultori ueenerationem dæmonum. Ad hæc quoque dicendum: licet Scythæ, Africi Numidæ, & impij Seres, aliæq; gentes ut Celsus ait tam regione carẽtes quàm legibus, atque etiam Persę, auersentur templa, aras, statuas, non eandem auersandi causam esse illis & nobis. examinanda sunt enim dogmata quibus moti statuas & templa abominantur qui hoc faciunt, ut uel laudetur cui constat facti sui ratio, uel temerarius auersator uituperetur. Fieri enim potest ut diuersas super his opiniones habeant. Exempli gratia: uitant adulterium philosophi qui Zenonem Citiensem sectantur, uitant & quibus Epicurus placet magister, non nulli etiam ex illiterata plebecula: sed uide quàm uariæ sint horum uoluntates in fugiendo adulterio. Illi peccari contra naturam & societatem humanam putant, si quis uiciet mulierem legitime cõiunctam alteri & familiam eius adulteret. Epicurei uero nõ hac de causa abstinent, sed quia omnes actiones suas ad unum scopum uoluptatem dirigunt. multis autem seipsum fraudat uoluptatibus, qui huic uni succumbit, interdum etiam in carceres, exilia, mortes, incidit: & ante factum non caret periculo, dum obseruat mariti è domo exitum, & aliorum qui illi fauent. Itaque fac eum fallere posse maritum, domesticos eius, & cæteros à quibus sibi timet opprobrium, quantum attinet ad uoluptatem, etiam adulter Epicureus fieret. quasi etiam idiota non mœchatur cum possit, in causa est legum ac pœnarum metus, non contemptus uoluptatum. uides quomodo cum simplex negotium uideatur adulterij fuga, tamen pro diuersis hominum uoluntatibus fit uarium. aut enim à sanis placitis nascitur: aut à nequam & impijs, ut in idiota huiusmodi & Epicureo. Sicut autem hæc ab adulterijs abstinentia cum una esse uideatur, deprehenditur multiplex pro uarietate opinionum ac uoluntatum: ita etiam inter abhorrentes à statuarum, templorum, altarium ceremonijs, Scythę, Numidæ, impijq; Seres & Persæ, alijs mouentur rationibus quàm Christiani & Iudæi, quibus religio est sic numẽ colere. Illarum enim gentium nemo ab his alienus est, quòd uereatur numen ad uiles has ceremonias detrahere, quæ uersantur circa aras, & materies effigiatas uarijs imaginibus, nec quòd intelligat dæmonas deuinctos hærere certis locis et statuis, siue incantatos quibusdam magicis carminibus, siue aliàs incubantes locis se mel præoccupatis, ubi lurconum more se oblectant uictimarum nidoribus uoluptatẽ captantes nefariam & uetitam diuinis atque naturæ legibus. Cæterum Christiani homines & Iudæi sibi temperant ab his propter illud legis: Dominum deum tuum time, Deut. 6 Exod. 20

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis,& ipſi ſoli ſeruies.item propter illud:Non erunt tibi alieni diſ præter me: & non facies tibi ipſi ſimulacrũ, nec ullã effigiem eorum quæin cœlo ſunt & in terra ſub cœlo, nec eorum quæ in aquis degunt infra terram: non adorabis ea nec ſeruies illis.itẽ propter illud, Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: aliaq; multa his ſimilia: quæ adeo nos prohibent ab aris & ſimulacris,ut etiam emori iubeant,citius quàm cõtaminemus noſtram de deo fidem talibus impietatibus.Porrò de Perſis ſuperius diximus,ſimulacra quidem non colentibus,ſolem uero & dei creaturas adorãtibus,quod nobis interdictum eſt illo præcepto,Nolite ſeruire creaturæ magis quàm creatori,ſcientibus futurum olim ut creatura hæc liberetur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei:& quòd expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat, & quòd ueritati creatura ſit ſubiecta non uolẽs ſed propter eum qui ſubiecit eã in ſpe: nec debere nos res corruptioni ſeruientes & uanitati ſpe meliorum ſubiectas colere loco dei qui nullius indiget,aut loco filij eius primogeniti creaturę totius. Atque hæc de Perſarum gente dixiſſe ſufficiet,aras & ſtatuas auerſantiũ,ſed creaturę magis quàm creatori ſeruientium. Quoniam autem etiam Heraclíti dictum apposuit, quo ille ſubindicat ſtulte facere eos qui ſimulacris preces offerunt, niſi norint deos & heroas quinam ſint:dicendum ſciri poſſe,deum,& ipſius unigenitum,et eos quicunque à deo honorantur deorum appellatione deitatis eius participes, diuerſos eſſe à diſs gentiũ qui ſunt dæmonia: impoſſibile tamen eſſe ut qui deum nouit ſupplex fiat ſtatuis, nec hoc tãtum ſtultum eſt ſiquis preces ſimulacris offerat,ſed etiam cum aliquis id ſimulat uulgi opinionibus ſe attemperans,quod faciunt philoſophi peripatetici, & qui ſectantur ſectam Epicuri aut Democriti:nihil enim adulterinum debet ineſſe in anima hominis uere pij erga deum optimum maximum.nos uerò ideo quoque non honoramus ſimulacra,quia quantum poſſumus cauemus, nequo modo incidamus in eam credulitatẽ, ut & his tribuamus diuinitatis aliquid. Et hoc eſt crimen quod Celſo impingimus, aliſq; omnibus qui hæc non eſſe deos fatentur, deferre hos honorem ſtatuis cum ſapientes credantur,adeò ut uulgus exemplo eorum in errorẽ trahatur, intantum depreſſum animas falſa religione, ut negantem hos eſſe deos ne audire quidem ſuſtineant, quos ipſi aſſueuerunt colere. Celſus certe ait ſe credere, non deos hæc eſſe, ſed deorũ anathemata: non declarans quomodo hæc non hominum anathemata ſint, ſed deorũ ut ipſe uocat. liquet enim hæc dedicari ab hominibus falſam opinionem de deo habẽtibus.ac ne imagines quidẽ eorũ putamus ſtatuas, ut qui deum incorporeum & inuiſibilem nulla figura circumſcribamus. Quoniam autem Celſus dicit noſtras opiniones inter ſe pugnare, dum negamus in deo humanam ſpeciem, & dum credimus hominẽ ab eo factum ad ipſius imaginem:reſpondendum ut ſupra,imaginem hanc dei in anima rationali conſeruari per uirtutem: & quod Celſus non intelligens aliud eſſe imaginem dei,aliud ad imaginem dei. ait nos dicere quòd deus fecit hominem ſuam imaginem,& ſpecie ſibi ſimilem: ad quod iam ſuperius reſponſum eſt. Poſt hæc ait Chriſtianos conceſſuros hęc eſſe ſimulacra eorum quorum imaginem uel exprimunt uel non: negaturos tamen hos eſſe deos,cum ſint uerius dæmonia, nec deberi ab homine pietati dicato ullum cultum dæmonibus. qui ſi ſciſſet quid tradatur de dæmonibus & ſingulorum operationibus,quas faciunt uel inuocati à peritis taliũ artium,uel ſponte prout uolunt ac poſſunt, percepiſſetq; diſputationem de illis, ſanè prolixam & excedentem captum humani ingenij: non reprehẽdiſſet negantes dæmonibus cultum deberi à pijs ueri dei cultoribus.Et tantum abeſt ut eos ueneremur,ut precibus & ſacrarum literarũ recitatione profligemus eos ex obſeſſis hominibus, & ex locis ſibi dicatis, interdum etiam ex animalibus.nonnunquam enim ut hæc quoque lædant operantur dæmones. Quoniam autem ſuperius permulta de Ieſu à nobis dicta ſunt, nõ eſt opus ut iteremus eadem, quo reſpondeatur dicenti: ipſi certe manifeſtarijs argumentis conuincuntur, nõ dæmonem, ſed mortuum colere. quapropter hoc omiſſo uideamus quid deinceps Celſus dicat his uerbis. Ac primum interrogabo,cur non ſint colendi dæmones,an nõ cuncta arbitrio dei diſpenſantur & pendent ab eius prouidentia? an non in omnibus operante deo, ſiue angelis, ſiue dæmonibus, ſiue heroibus, omnes hi legem habent à deo

deo præſcriptam?an non horum quiſq; poteſtatem eam ſortitus eſt, qua dignus eſt habitus?ergo eum qui à deo poteſtatem accepit,cultor dei non uenerabitur,quia non licet ſeruire pluribus dominis? Vide hic quoq; quàm multa pro cõceſſis arripuit diſquiſitione non mediocri egentia, atq; etiam ſcientia profundiore ac ſecretiore de diſpenſatione rerũ omnium.nam hoc ipſum diſpenſari per dei uoluntatem omnia,uenit examinandum,utrum hæc gubernatio pertineat etiã ad peccata an nõ. nam ſi ad ea quoq; pertinet, non ad humana tantum pertinet uerumetiam dæmonum, & ſiqua alia præter corporeas natura eſt peccatis obnoxia. quod qui dicit,uiderit quanta abſurditas ſequatur hanc propoſitionem, omnia diſpenſari dei arbitrio,ſequetur enim ut quicquid peccatur per maliciam, fiat ex uoluntate dei quod quidem aliud eſt quàm fieri nõ prohibente deo.quodſi quis proprie intelligat diſpenſari quæ fiunt per maliciam, nimirũ omnia fient ex dei uoluntate, nec ullus peccator contra dei diſpenſationem præuaricabitur. Similiter diſtinguendum eſt de prouidentia,omnia procedere à diuina prouidentia de bonis intelligẽdo. quod ſi accipiantur ſimpliciter omnia etiam mala, falſum erit omnia fieri ex dei prouidentia: niſi quis contendat, etiam ea quæ per conſequens fiunt,ex prouidẽtia dei fieri.Idem affirmat quòd quicquid uel à deo fit, uel ab angelis, uel à dæmonibus,uel ab heroibus,omnia hæc legem dei habeant:quod tamen non uere affirmat.nec enim iniqui iuxta dei ſummi legem iniquè faciunt. Patet autem euidẽti ratione, non ſolum malos homines contra hanc legem facere, ſed etiam malos dæmonas & malos angelos.eſſe porro malos dæmonas nõ nos ſoli dicimus, ſed alij quoque ferme omnes,quicunque ponunt eſſe dæmonas. Ergo non omnia habent legem dei maximi. nam quæcunque per propriam inaduertentiam, maliciam, miſeriam, bonorum ignorantiã,deſciuerunt à lege dei,non habent legem dei,ſed (ut more ſcripturæ loquar) habent legem peccati. Itaque iuxta opinionem multorum qui ponunt eſſe dæmonas,etiam mali dæmones non habent legem dei,ſed contra legem agunt:noſtri autem homines idem opinantur de omnibus dæmonibus quotquot exciderunt à uia ducente ad ſummum bonum,cum antea non fuiſſent dæmones:eſſeq; hoc genus eorũ qui deum deſeruerunt. quapropter quiſquis deum colit non debet ſeruire dæmonib. Liquent etiam res dæmonum ex eorum inuocatoribus, qui horum opera utuntur ad excitandos amores & odia,aut ad impediendas actiones,innumeraq; alia ſimilia, quæ faciunt per incantationes magicas docti uocare & inducere dæmonas ad quicquid libuerit.quamobrem omnis dæmonum cultura eſt aliena à nobis ſummi dei cultoribus: eſt autem cultura dæmonum,etiam iſtos qui dij nominãtur colere.omnes enim dij gẽtium dæmonia:id quod liquet ex templis quæ ut ſacratiora putantur à præſente incoli numine,quòd ab initio dedicationis receperunt in delubra tales dæmonas per inuocationes curioſas & magicas. idcirco uiſum eſt nobis cultum dæmonum fugere non aliter quàm perniciem certiſſimã: quo nomine comprehendimus omnes religiones græcanicas quæ uerſantur circa templa deorum & aras ac ſtatuas. Quod autem dicit, ordinatione dei maximi ſuam cuique poteſtatem contigiſſe, opus habet non uulgari ſcientia: quæ docere poſſit,utrum ſicut carnifices in ciuitatibus præfecti ſunt triſtibus miniſterijs,neceſſarijs tamen ad ſtatum reipublicæ: ita mali dæmones habeant ſua miniſteria attributa à deo uniuerſorum domino:an quemadmodum in ſolitudinibus latrones conſtituto ſibi principe, ita dæmones certis regionibus cateruatim graſſentur ſub aliquo ſui generis principe, cuius ductu prædentur & uexent homines. cæterum qui de his rebus uolet bene diſſerere, & reſpondere pro Chriſtianis recuſantibus colere quicquam præter deum uniuerſorum dominum, & uerbum eius primogenitum creaturæ totius,enarrare debebit & illud euangelicum:Omnes quotquot ante me uenerunt,fures ſunt & latrones,& non audierunt eos oues? & illud:Fur autem non uenit niſi ut furetur,& macłet,& perdat:& ſiquid huiuſmodi eſt in ſacris literis,ut illud:Ecce dedi uobis omnem poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones,& ſuper omnem uirtutem inimici,& nihil uobis nocebit.item illud,Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Verùm hæc Celſus neſciuit.ſi enim ſciuiſſet,non dixiſſet,in omnibus operante deo,ſiue angelis,ſiue dæmonibus,ſiue heroibus, omnes

1.Cor.8

Ioan.10

Luc.10

Pſal.91

Universidad de Deusto
Biblioteca

hos legem habere ab eo præscriptam, et quenq; potestatem sortitum qua dignus est iudicatus: ac proinde non auersandum horum cultum pio homini, quasi non liceat seruire pluribus dominis. quę postrema uerba tractabimus in sequenti uolumine, absoluto iam hoc septimo quo Celsi scriptis respondimus.

LIBER OCTAVVS.

A Bsoluto septimo uolumine octauum aggressurus precor deũ & Verbum eius unigenitum, ut adsit mihi fortiter confutaturo Celsi mendacia, fucata uano ueritatis titulo, simulq; Christianæ religioni contra calumniatorem patrocinaturo: quando & nobis licet dicere, Pro Christo legatione fungimur deo iubente nos paulinis uerbis uti animo, & pro Christo legatum agere apud homines, ipso dei uerbo inuitante ad amicitiam, quos conciliatos sibi cupit per iusticiam, ueritatem, uirtutesq; cæteras, hactenus ante cognita Iesu Christi dogmata uersatos in tenebris, ut ignorantes deum conditorem suum atque dominum. Oro igitur iterum atq; iterum ut deus det mihi uerbum illud suum potens & uerum, forte in bello quod contra uicia geritur. Iamq; ad sequentem Celsi contextum pergendum est, cuius supra meminimus, ubi scitatur, qua de causa grauemur dæmonas colere: ad quod respondimus, prolatis in medium quæcunque è sacris dei scripturis de natura dæmonum didicimus. Ac mox inibi nos inducit, ad eius interrogationem postulantis ut colamus etiam dæmonas, prætexentes illud euangelicum, Impossibile esse seruire pluribus simul dominis. Hanc uocem ille seditiosam existimat, uelut abrumpentium sese à societate reliquorum hominum. putatq; nos hoc dicto affricare deo nostra uicia: quandoquidem id locum habeat in hominibus, ut qui uni homini seruit, merito abstineat à seruiendo alteri, ne forte hero suo noceat, si alteri cum eo male conueniat: quo casu etiam uni sociatus non potest fieri socius alterius, sine socij prioris incommodo: & hac ratione nec diuersis dæmonibus seruiendum aut heroibus. cæterum erga deum, cui nihil est periculi ne uel offendatur uel lędatur, absurdum esse eadem ratione se gerere, qua erga homines aut heroas aut dæmonas. Ait etiam, eum qui plures deos ueneretur, hoc ipso rẽ gratam summo deo facere, quòd nemini honor contingat, nisi quẽ ille honorari uult. quapropter qui ueneratur eius subditos, non offendere illum cuius omnes sunt. Videamus igitur an non recte probemus hanc sententiam, quæ negat quenquam seruire posse duobus dominis moxq; subiungit: aut enim hunc habebit odio, & alterum diliget: aut huic adhærebit, & alterum negliget: & deinceps, Non potestis deo seruire & mammonæ. Hic apologiæ locus postulat ut profundius secretum penetremus de dijs et dominis. Nouit enim scriptura esse magnum dominum super omnes deos: ubi deos intelligimus non istos qui adorantur à gentibus, cũ didicerimus quòd omnes dij gentium sint dæmonia: sed deos quorum concilium legitur in propheticis literis, in quo summus deus hos dijudicat, distribuens sua cuique officia. Deus, inquit, stetit in concilio deorum, in medio autem deos dijudicat. Est enim deus deorum dominus, qui per filium uocauit terram, ab ortu solis usque ad occasum: & iubemur confiteri deo deorum, ut qui didicimus etiam illud, Deus non est mortuorum, sed uiuentium. Quæ quidem dicuntur nõ tantum in citatis locis, uerumetiam in alijs innumeris. Similia de domino quoque dominorum docent nos inquirere ac sapere diuinę literę: nunc dicẽtes, Confitemini deo deorum, quoniam in seculum misericordia eius: confitemini domino dominorum, quoniam in seculum misericordia eius: nunc uerò, Est deus rex regũ & dominus dominantium. Nouit etiam scriptura, alios deos qui dicãtur, alios qui sint, siue dicantur seu non. Itidẽ de dominis qui sint, quiue non sint, dicit Paulus: Nam etsi sunt qui dicãtur dij siue in cœlo siue in terra: siquidem sunt multi dij, & multi domini. deinde quia deus deorum uocat ab oriente & occidente ad suã portionem per Iesum quoscunq; uult: eius autem Christus, cum sit dominus, ostendit se superiorẽ omnibus do-

Matth. 22

1. Cor. 8

dominantibus, eo quòd ascendit super omnes terminos conuocaturus ad se ab omnibus terminis: ideo Paulus hæc sciens, post modo citata uerba subiungit: Nobis tamen unus deus pater ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus per quẽ omnia, & nos per ipsum: considerans q; miram quandam & mysticam doctrinam hoc loco sic infert, Sed non in omnibus est scientia. Cum autem dicit, Nobis tamen unus deus pater ex quo omnia, uocem hanc Nobis, dicit de seipso, & omnibus qui ascẽderunt ad summũ deum deorum, & ad summum dominorum dominũ, ascendit autem ad summũ deum is, qui eum inseparabiliter & indiuisibiliter colit per Iesum dei filium, cuius solius ductu peruenitur ad patrem, per cuius uerbi ac sapientiæ contemplationem modis õmnibus conciliamur, tam doctrina quàm operibus & cogitationibus deo conditori rerũ omnium. Iuxta hæc & his similia opinor principem huius seculi, transformari solitum in lucis angelum, finxisse illud: Hunc uerò deorum exercitus & dæmonũ sequitur instructus undecim ordinibus: ubi de seipso suæq; sapientiæ sectatoribus inquit: Cum Ioue quidem nos, alij uerò cum dæmonibus alijs. Itaque cum multi dicantur aut sint dij, similiterq; domini, nos nihil non facimus ut non solũ ascendamus super omne quic quid in terra pro dijs colitur à gẽtibus, uerumetiam super eos quos scriptura deos nominat, de quibus nihil sciunt qui sunt alieni à testamentis dei per Mosen & Iesum seruatorem nostrum proditis, ad quos promissiones in his significatæ nil pertinent. Superascendit autem religiones omnium dæmonum, quisquis nullum opus facit gratũ dęmonibus: & superascendit portionẽ eorũ qui apud Paulũ dij dicuntur, quisquis siue ut illi, siue quomodocũq; spectat non ea quæ cernuntur sed quę nõ cernunt: uidens q; quomodo etiã creaturę expectatio reuelationẽ filiorũ dei expectat, nõ uolẽs, sed propter eum qui ipsam subiecit in spe, laudat creaturam beneq; ei precatur: & intelligens quomodo tota liberabitur à seruitute corruptionis, occursura in libertatem gloriæ filiorum dei, nõ distrahitur ipse à deo ut aliud colat simul cum eo, nec sustinet seruire duobus dominis. Non est igitur seditiosa uox sic sentientium, & nolentium seruire dominis pluribus, contentorum uno domino Iesu Christo, cui seruiẽtes eruditi untur ab eo, ut eruditi digni reddantur regno dei & patris. abrumpuntur sanè seceduntq; ab alienis à dei republica, & nihil ad testamenta eius pertinentibus, ut iuxta instituta cœlestis ciuitatis degant, accedentes ad deum uiuentem, & ciuitatem dei cœlestem Hierusalem, multorum milium angelorum frequentiam, & primogenitorum ecclesiam quorum in cœlo scripta sunt nomina. Nec ideo cauemus necui præter deũ seruiamus, ne lædat deus sicut homo lædi tur si seruus eius seruiat alteri: sed ideo illi seruimus in præceptis ipsius & ueritate, ne nos ipsi lædamur separantes nos à portione dei, qui iuxta suã beatitudinem uiuentes familiares sibi per spiritum adoptionis reddidit, ut simus patris cœlestis filij, non uerbis sed reipsa in occulto clamantes Abba pater. olim Lacedæmoniorum legati Persarũ regem, licet uehemẽter urgentibus satellitibus, adorare noluerũt, timentes unicum suum dominum, Lycurgi legem uidelicet, qui uerò multo maiore ac diuiniore legatione funguntur pro Christo, nec Persarum principem, nec Græcorũ, nec Ægyptiorum, nec cuiuscunq; gentis adorabunt, etiamsi satellites horum principũ dæmones & angeli diaboli conentur eos ui huc adigere, suadeantq; his ualedicere legi præstantiori omnibus quæ sunt in terra legibus. Christi enim legatorum ipse Christus est dominus, pro quo legatione funguntur, uerbũ quod erat in principio, & apud deum erat, & deus erat. Deinde quoniam Celso libuit mouere altiorẽ quàm putat sermonem de heroibus & quibusdam dæmonibus, dum post quàm dixit iã hominum seruitute lædi priorẽ dominũ, siquis uelit insuper seruire alteri, ait idẽ cẽsendũ de heroib. & talibus dæmonibus: quærendũ est ex eo quid per heroas uelis intelligi, quos'ue dicat huiusmodi dæmonas, ut uni heroi seruiens non debeat seruire alteri, & tali dęmoni seruiens caueat seruire alteri, alioquin offensurus priorẽ herũ dæmonem, non aliter q; fit apud homines, siquis præter priorẽ ascisc at sibi aliũ dominũ: ad hæc quid detrimẽti heroibus aut dęmonibus putet inde accidere. Cogetur em aut in nugarũ pelagus incidens suamet dicta irrita facere: aut si nugari grauet, palã fateri q; nec heroũ naturã sciat nec dæmonũ. lã uero q̃d ad homines attinet, lædi priorẽ dominũ si eius seruus seruire uelit & alteri, rogãdus est Celsus, qua in re putet priorẽ lædi à seruo ascisc ẽte sibi alte

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum dominum. Si enim idioticè magis quàm philosophicè respondebit, detrimẽtum esse pecuniarum, quæ res inter externas est nec proprie nostras, declarabit se ignorare dictum illud Socratis egregium, Me uero Anytus & Melitus interficere possunt, lędere non possunt. præstantiorem enim ab inferiore lædi fas non est. Quodsi læsionem accipit pro motu aliquo aut affectu ad uicium, cum tale detrimentum in sapientem nõ cadat, palam est posse aliquem seruire duobus sapientibus in diuersis locis habitantibus. Itaque apparet eum temere usum exemplo dum reprehendit sententiam negantem possibile seruiri duobus dominis: & erit ratio nostra potior, adducens nos ad ser-
Matth. 6 uiendum uni deo per ipsius filiũ. Nec ita deo seruimus, quasi seruitio nostro ille opus habeat, aut contristetur si ei seruire detrectemus: sed quòd nobis conducibilis sit hæc seruitus, sine damno ac molestia seruientibus deo uniuersorum domino, idq; per unigenitum uerbum eius & sapientiam. Vide quàm inconsiderate protulerit illa uerba, quibus persuadere conatur, ad dei honorẽ pertinere, quicquid uenereris ipsi subditũ, possecq; nos id absq; peccato facere. Sed mox quasi sentiens se non recte dixisse illud, Nam etiamsi colas in hac uniuersitate aliquid aliud, dictum suum conatur corrigere addens hæc: Nemo potest honorari, nisi cui fauore illius honorari contigit. Libet hic percontari Celsum, de his qui pro numinibus colũtur uel heroes uel dæmones, ecquid possit demonstrare quòd à deo honorem eum habeant, non ab ignorantia ruditatecq; hominum errantium & à uere honorando deficientium. Certe Adriani deliciæ honorantur, ut tuipse Celse paulo ante dixisti, nec tamen dices à summo deo cõcessum Antinoo ut colatur pro numine. Idem licet de alijs quoque quærere, qui scire possimus concessum eis talem honorem à deo. Quodsi ipse uicissim de Iesu quæret, certissimis argumentis euincemus concessum hoc ei diuinitus, ut omnes honorent filium sicut patrem honorant. nam prophetiæ quæ natiuitatem eius præcesserunt, honorem eius nobis commendant. quin & miracula per eum patrata, non magicis præstigijs ut Celsus putat, sed diuina uirtute iuxta prophetarum uaticinia, diuinitus habent testimonium: ut honorantes filium qui est uerbum & ratio, nihil absque ratione faciendo utilitatem ex ea cultura capiant, & honorans eum qui est ueritas, hoc ipso proficiat quòd ueritatis cultor sit. idem cogitandum de sapientia iusticiacq;, & quicquid sacra scriptura de filio dei prædicat. Quòd autem sani homines exhibeant cultum filio dei, quemad-
Rom. 2 modum & deo patri, uide an non doceamur tum ex illo scripturæ loco: Qui in lege gloriaris, per transgressionem legis deum afficis contumelia? tum ex illo, Quanto grauius supplicium mereri putatis eum qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pro impuro habuerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratiarum largitori contumeliam fecerit. Si enim transgressor legis hac ipsa transgressione deo facit contumeliam, & conculcat dei filium quisquis uerbum eius conculcat: satis apparet quòd honorat deum quisquis legem custodit, & colit deum quisquis ornatus est doctrina dei conuenientibusq; huic operibus, quodsi Celsus sciret quinam ad dei possessionẽ pertineant, uidelicet soli sapientes: quin alieni sint, nimirum omnes mali qui non sunt proni ad uirtutem: sciret quomodo intelligenda sint illa uerba, Ergo qui honorat illos & ueneratur, quomodo offendit deum omnium dominum? Deinceps autem sic loquitur: Atqui quisquis de deo dicit unum esse dominum, impie facit regnum dei diuidẽs, & dissidium inducens quasi sit aliqua diuersa factio caput habẽs dei aduersariũ. Quod fortasse locum haberet, si ex scripturis probari posset deos esse istos qui à gentibus pro dijs habiti uersantur circa templa, statuas, altariaq;, & non malos dæmonas. Regnum etiam dei crebro memoratum in nostris tam literis quàm sermonibus precamur ut intelligamus, talesq; reddamur ut à solo regnemur deo, ut regnum dei nostrum quoque fiat. At iste qui nobis suadet multos deos colere, si uolebat consistere suam doctrinã, debebat regnum deorum dicere non regnum dei. Igitur neque factiones sunt apud deum, neque ullus est dei seditiosus aduersarius, quamuis quidam more gigantum ac Titanum cum Celso rebellent deo, qui modis innumeris Iesum seruatorem nostrum commendauit hominibus, uniuerso mundo se ingerentem duntaxat pro captu singulorũ. Post hæc aũt fortassis aliquis putabit nos reprehẽdi probabiliter dũ dicit: Si nullũ alium isti præter unum deum colerent, uideri poterant merito alios contemnere: nunc cum

cum recens exortum hunc immensis extollant honoribus credunt se nihil peccare in deum quòd ministro eius reuerenter seruiant. Ad quod respondendum, Si Celsus in- Ioan. 8. 14
tellexisset illud, Ego & pater unum sumus: & illud in precatione dictum à filio dei, Sicut ego & tu unum sumus, non putasset nos et alium colere præter deum uniuersorum dominum. Ait enim, Pater est in me, & ego in patre. quòd si quis his motus uerebitur ne forte transfugiamus ad eos qui negant duas esse substantias patrem & filium, audiat illud, Erat autem omnium credentium cor unum & una anima, ut contempletur illud dictum, Ego & pater unum sumus. Vnum igitur deum, sicut rationẽ reddidimus, patrem & filium colimus, constanterq; stamus contra alios, non recens exortum, quasi prius non fuerit, nimijs honoribus extollimus. Credimus enim eius uerbis dicentis: Ante quàm Abraham natus esset ego sum: itemq;, Ego sum ueritas. nec est quisquam nostrum tam illiberali ingenio, ut opinetur quòd ueritatis essentia non fuerit ante aduentus Christi tempora. Itaque religiose colimus patrem ueritatis, & ueritatem filium, duos quidem substantia, unum uerò concordia, consensu, uoluntatisq; identitate: adeò ut quicunque uidit filium, qui est splendor gloriæ dei, characterque eius substantiæ, uiderit in ipso deum ut in imagine dei. Eat nunc, & ex eo quòd unà cum deo filium eius colimus, colligat nos quoque non solum deum, uerumetiam ministros eius colere, qui quidem si intellexisset ueros ministros dei post ipsius unigenitum, Gabrielem, Michaelem, reliquosq; angelos & archangelos, eosq; colendos contenderet, fortasse colendi significatum repugnantes & actiones colentiam, dixissemus aliquid de hoc loco pro tantæ rei dignitate, procq; captu nostræ intelligentiæ. nunc quando ministros coli postulat hos dæmonas qui adorantur à gentibus, non euincit ut eos colamus, quos scriptura docet ministros esse illius mali principis huius seculi, ad defectionem à deo pertrahentis quoscunq; potest. Ergo nõ ut ministros istos qui à reliquis hominibus honorantur, detractamus uenerari & colere. si enim persuasum haberemus eos esse summi dei ministros, nunquam appellaremus eos dæmonia. sed unum deum, & unum eius filium ac uerbum imaginemq; quantum possumus supplicationibus & honoribus ueneramur, offerẽtes deo uniuersorũ domino preces per suũ unigenitum: cui prius eas adhibemus, rogãtes ut ipse qui est propitiator pro peccatis nostris digne tur tãquam pontifex preces nostras & sacrificia & intercessiones offerre deo optimo maximo. Itaq; in deo fides nostra consistit, per confirmantẽ eam in nobis ipsius filium: nec est quod Celsus nobis seditionẽ obijcíat propter filium. Veneramur em patrẽ, eo quòd admiramur eius filium, uerbũ & sapientiam, & ueritatẽ & iusticiam, & quicquid didicimus esse dei filiũ è tali patre progenitũ. Et de his quidẽ hactenus. Quoniã aũt rursum Celsus sic loquit̃: Quodsi eos doceas non esse hunc dei filiũ, sed illũ patrem esse omniũ, quem solũ coli reuera oporteat, non colent nisi unà cũ isto seditionis suæ autore quẽ nominant dei filiũ, non quòd deum uenerentur magnopere, sed quòd istũ extollant plus nimio. Atqui nos scientes quis sit dei filius, nimirum splendor gloriæ characterq; substantiæ eius, uapor potentiæ dei, omnipotentis gloriæ sincera promanatio, splendor sempiterni luminis, speculum immaculatum dei potentiæ ac efficaciæ, imagoq; bonitatis eius, scimus hũc illius filiũ, & illum huius patrem. nec est quicquam in hoc sermone indecens, nec male deo conuenit talem sibi filium unigenitum substituere. nec potest nobis persuaderi, hunc qui talis est, non esse ingeniti dei & patris filium. Quod si Celsus audiuit peruersam doctrinam quorundam qui filium dei negant Ioan. 14
esse creatoris filium, ipse uiderit, & qui huic opinioni fauent. Non est ergo seditionis autor Iesus, sed omnis pacis, ut qui dixit suis discipulis, Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. deinde quoniam sciebat huius mundi & non dei homines hostes nobis futuros, addidit: Non sicut mundus dat pacẽm, ita & ego pacem do uobis. Confidimus autem propter eum etiamsi affligamur in mundo, quia dixit, In mundo afflictionẽ habebitis, sed confidite. ego uici mundũ. Hunc asseueramus esse dei filium, dei inquã quem (si Celsi uerbis utendum est) magnopere ueneramur, & filium eius maximis à patre auctũ honoribus agnoscimus. Esto aũt non deesse quosdam, ut in tam numerosa credentium multitudine, qui discrepantes ab alijs temere affirment quod Seruator sit deus ille uniuersorum dominus: nos certe hoc non facimus, qui credimus ipsi dicenti:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 14 dicenti: Pater qui misit me, maior me est. quapropter quem nunc patrem uocamus, eum non subijcimus, ut Celsus calumniatur, dei filio. Pergit deinde: Quòd autem non aberrans à scopo sic opiner, utar ipsorum testimonijs. nam in illo cœlesti dialogo alicubi hæc fermè ad uerbum dicuntur: Si fortior est dei filius, & dominus eius est filius hominis, & quis alius dominabitur deo tenenti imperium? quomodo multi circa puteũ, & nullus in puteum? & cur tantum itineris emensus timidus es? Falleris: adest enim mihi audacia & gladius, adeò non hoc est ipsis propositum. nam alium supercœlestem deum huius patrem faciunt, in cuius cultum consenserunt, ut sub prætextu magni dei colant hunc quem sibi præfecerunt dei filium quem aiunt ut fortiorem dominum esse dei tenentis imperium, solumq; uenerantur. unde illud solenne præceptum eorum, non esse seruiendum duobus dominis, cauendo nequis ab hoc uno dissideat. Hæc quoque rursum à nescio qua obscurissima hæresi desumpta uniuersis Christianis objicit: obscurissimam autem dico, quia ne nobis quidem multum cum hæreticis conflictatis liquet undenam hæc Celsus acceperit, si tamen accepit, & non finxit uel affinxit de suo. Nos enim manifeste prædicamus creatoris, qui mundum hunc sensibilem condidit, filium non esse fortiorem patre sed inferiorem: id quod ex ipsius autoritate affirmamus dicente, Pater qui misit me, maior me est. nec est quisquã nostrum tam attonitus ut dicat, dominus est dei hominis filius. Imperium autem ei, ut dei uerbo, sapientiæ, iustitiæ, ueritati, astruimus in oẽs suspicientes eum hoc nomine, sed non in deum patrẽ omnipotentem. & quia uerbum inuitis non imperat, sunt autem quidam etiã mali, nõ solum homines sed & angeli omnesq; dæmones, in hos dicimus ei nondum esse imperium, quia non subdunt se ultro: in alio tamẽ imperij significato & his imperat, sicut hominem dicimus imperare brutis animantibus, quamuis non ita subiectis sicut subijciuntur leones cicurati & iumenta perdomita. nihil tamen ille nõ facit, ut & eos qui nũc imperium detrectant sibi subijciat. Falsum igitur est quòd quasi nostrum Celsus protulit, Quis alius omnipotenti deo dominabitur? Deinde ut opinor rursum res confundens, ex alia hæresi admiscet illa uerba: Multi circa puteum, nullus in puteum. & illa, Quid tantum itineris emensus timidus es? & illa, Falleris: adest mihi audacia & gladius: quæ omnia pro adulterinis habet ecclesia Christiani nominis. nostrũ enim propositũ est non ficticios deos colere, sed mundi huius conditorẽ & rerum omnium etiam inuisibiliũ. Viderint qui aliam uiam ingrediuntur alias ue semitas, hunc quidem negãtes, nouũ aũt figmentum solo nomine deũ sibi ascisc̃entes, & si qui affirmãt filiũ, ut fortiorem, esse omnipotentis dei dominum. Cæterum cur seruiendum non sit duobus dominis, iam rationem reddidimus, quando etiã docuimus, nullius seditionis posse argui propter Iesum dominum, quicunq; confitentur eum superiorem cunctis dominari, & ipsi soli debere nos seruire ut dei filio. Post hæc Celsus ait nos ararum, statuarum, templorumq; dedicationes fugere, ut occulti fœderis fidem sanciamus hac ceu tessera, nõ uidens pro aris nobis esse mentem suã cuiq;, ex qua sursum feruntur uere ac intelligibiliter suaueolentes suffitus, preces è pura conscientia. quapropter dicitur apud Ioannẽ in Apocalypsi: Suffitus aũt sunt orationes sanctorum. & in hymnis dauidicis, Fiat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. Simulacra aũt deo dicanda sunt non fabrorum opera, sed à uerbo dei dedolata formataq; in nobis, uidelicet uirtutes ad imitationẽ primogeniti totius creaturæ, in quo sunt iustitiæ, tẽperantiæ, fortitudinis, sapientiæ, pietatis, cæterarũq; uirtutũ exempla. hæ sunt statuæ deo dicatæ in animis iustitiã iuxta præceptũ dei, & fortitudinẽ & pietatẽ reliquasq; uirtutes exercentiũ, quibus decẽter honorari credimus omniũ huiusmodi statuarũ archetypũ primum, imaginẽ inuisibilis dei deũ unigenitum. quin & hi qui exuti uetere hominem cũ operib. eius, induti sunt nouũ qui renouat̃ in agnitionẽ iuxta sui conditoris imaginẽ, recepta hac imagine simulacra in seipsis faciunt qualibus delectat̃ deus optimus maximus. Et quemadmodũ inter simulacrorũ artifices quorundã usq; ad miraculũ excellunt opera, ut uerbi gratia Phidiæ aut Polycleti, aut inter pictores Zeuxis & Apellis, aliorũ minus bona sunt, ac rursus aliorũ deteriora, in summa plurimũ interest inter apparatũ statuarũ & imaginum: ad eundem modũ sunt qui faciant simulacra dei rerum omnium domini egregia per absolutissimam scientiã, ad quæ collatus nullius pretij uideri possit Phidiæ Iupiter Olym-

Apoc. 8
Psal. 140

Olympius, si spectes pulchre repræsentatã dei conditoris imaginem: sed in tota creatura nemini hoc contigit felicius & excellentius quàm Seruatori nostro cuius uox est hæc: Pater in me est. unusquisque tamen qui eam imitatur pro uiribus, simulacrum est iuxta conditoris imaginem, quod absoluitur dum quis imitatur eum puro corde intuens. In summa, omnes Christiani conantur dedicare aras & statuas quales diximus, nõ sensu & anima uacuas, nec lurconibus dæmonibus animarum seductoribus insessas, sed dei spiritu inhabitatas, propter uirtutes quas diximus & cõditoris imaginem agnoscente suum domicilium. sic etiam Christi spiritus insidit suis ut ita loquar conformibus. id quod docere uolens sacra scriptura facit deum iustis pollicentem hoc modo: Inhabitabo in ipsis & inambulabo, eroq; illorum dominus, & ipsi sient meus populus: Seruatorem uero ita dicentem: Si quis uerba mea audierit & fecerit ea, ego & pater uenie mus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Conferat igitur qui uult aras quales diximus cum Celsi aris, & statuas in animis piorum deo dicatas cum statuis Phidiæ ac Polycleti similiumq;, & bene sciet has quidem inanimas esse obnoxiasq; temporũ & tempestatũ iniurijs, illas uero sitas in immortali anima mansuras cũ diu mens uoluerit & ratio. Quodsi etiam templa tẽplis conferenda sunt, ut discant Celsi fautores, non obstare nos quominus templa condantur conuenientia iam dictis aris & statuis, caute tamen ne omnis uitæ largitori templa struamus exanima: audiat qui uult nostram doctrinam, quòd corpora nostra templum dei sunt, & quòd si quis per intemperantiam aut per peccatum aliud corrumpit templum dei, is peribit; ut in uerum templum uere impius. omnium autem huius generis templorum longe præstantissimum erat sacrum illud & purum corpus seruatoris nostri Iesu: qui sciens posse quidem ab impijs insidias strui templo quod in se erat, hanc tamen sceleratam uoluntatem insidiatorum non præualituram contra ædificatricem eius templi deitatem, ait ad ipsos: Soluite templum hoc, & ego intra triduum excitabo illud. hoc autem dicebat de templo sui corporis. quin & aliãs quoq; sacra scriptura de resurrectione docens mystice eos qui uerbum dei possunt audire pro dignitate, prædicit eis fore ut instaurentur ex uiuis lapidibus pretiosissimis, subindicans quòd unusquisq; cõspirantium in ueram pietatem per uerbum dei, lapis est pretiosus insertus structuræ templi dei: quemadmodum Petrus dicit: Vos autem ædificati estis lapides uiui, & domus spiritualis in sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum. Et Paulus: Ædificati super fundamentũ apostolorum et prophetarũ, ipso summo angulari lapide Christo Iesu domino nostro. huc pertinet etiam illud Esaiæ oraculum mysticũ, alloquentis cœlestem illam Hierusalẽ in hanc sententiã: Præparo tibi carbunculũ lapidem tuũ, & fundamenta tua Saphirũ & propugnacula tua iaspidẽ, & portas tuas lapides Crystallinos, & mœnia tua lapides lectissimos, & omnes filios tuos à deo doctos: & in multa pace filij tui, & ædificaberis in iustitia. Sunt igitur quidam iustorũ lapis carbunculus, alij saphirus, alij iaspis, alij crystallus, & sic omne genus electorũ pretiosorumq; lapidũ iusti sunt. porrò quomodo intelligendi sint hi lapides eorumq; natura, & ad quales animas referri possit pretiosi lapidis appellatio, non est præsentis temporis disputatio: tantummodo erat opus admonere paucis, quid sibi uelint apud nos templa, & quodnã sit illud unicũ dei templũ constructũ è pretiosis lapidibus. Sicut enim fit de istis uulgaribus templis profanis, ut suum quæq; ciuitas iactet apud alias, & uehementer sibi placeat si contingat habere præstantius, uelut arguens aliorũ populorum hac parte negligentiam qui se superari siuerint: sic objicientibus nobis quòd non colamus numen in templis sensu carentib. nos uicissim nostra templa ostentamus: et docemus eos, modo non ipsi quoq; more suorum deorũ sensu careant, q̃ nullo pacto conferri debeant uel nostra simulacra cũ simulacris gentiũ, uel altaria nostra suffitusq; cũ ipsorum cruentis aris & nidoribus: ac ne tẽpla quidẽ nobis probata, cũ sensu carentib. templis insensatorũ hominũ, quibus ne in mentẽ quidem uenit quid sentiendũ sit de deo, & de eius statuis, tẽplis, altaribus. Itaq; non ut occulti fœderis fidem sanciamus hac ceu tessera, abhorremus à dicãdis aris, tẽplis, statuis, sed quia per Iesu doctrinã inuẽta uera pietate ultamus fucatas istas religiones, quæ impios faciunt quotquot aberrant à religione Iesu Christi, q̃ solus est uia pietatis, uereq; dixit. Ego sum uia, & ueritas, et uita. Videamus iã quid

Ioan. 14
Leuit. 26
Ioan. 14
Ioan. 2
1. Pet. 2
Ephes. 2
Esa. 14
Esa. 54

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid deinceps Celsus loquatur de deo, adhortans nos reuera quidē ad idolorū uel potius dęmonū sacrificia: ut aūt ipse, quid uere sacrū quidue sacrificiū sit ignarus, appellat, ad deo sacratas epulas. uerba eius sunt hæc. Certe deus omnibus cōmunis est, bonus, nullius indigus, inuidens nemini. quid igitur uetat sacratissimum quēq; cum alijs frui festo publico? Nescio quid imaginatus putat consequens esse, ut quoniam deus bonus est, nullius indigus, inuidens nemini, sacrati ei fruantur cum alijs festo publico: quod concederem, si demonstrasset publica festa non habere quicquam erroneum, eaq; instituta religionis ac pietatis gratia. Quodsi nulla est ratio, cur publica ista nomine tantū festa conuenientia diuino cultui uideri debeant: sed deprehenduntur figmenta esse inducta ad humanarum historiarum memoriam, aut ad quasdam aquæ, terræ, frugumq; eius physiologias: euidens est recte ac ratione facere quibuscunq; cordi est exquisita pietas, si fruantur festis publicis. Festum enim, ut quidam Græcorum sapiēs pulcre dixit, nihil aliud est q̄ officiū facere: & uere festū celebrat, quisquis facit quod debet, semper uacās precibus, cōtinenter incruētas uictimas offerēs deo suis precatio-
Gal. 4 nibus. Vnde generosē mihi uidetur dictū in paulinis epistolis, Dies obseruatis, & mēses, & tempora, & annos: uereor ne frustra in uobis laborauerim. Quodsi quisnobis ex aduerso regerat nostras dominicas, paraſceuasq;, aut pascha & pentecostē, recurrētes solenniter: respondēdum est & ad hoc q; qui perfectus est ratione, operibus, cogitationib. perpetuò hærens deo uerbo, naturali nostro domino, semper agit dies domini, & nunquam nō habet diem dominicam. Sic & qui semper parat seipsum ad uerā uitā abstinens à mundanis uoluptatibus multos seducentibus, nec alens carnis ferociam, sed suggillans corpus suum & in seruitutem redigens, semper agit paraſceuas. quisquis itē cogitat pascha nostrum immolatum esse Christum, celebrandumq; hoc festum edendo carnem uerbi, nunquam non pascha facit quod interpretatur acsi dicas Transitoria, transiens semper ratione omniq; cogitatione atque actione ad deum à negotijs secularibus, & ad ciuitatem eius festinans. Insuper quicunq; potest uere dicere Simul re-
Col. 2 surreximus cum Christo, & illud, simul nos resuscitauit & consedere nos fecit in supercœlestibus in Christo: semper habet dies pentecostes, præsertim quando in cœnaculum ascendens cum Iesu apostolis uacat precibus & orationibus, ut dignus fiat illo uehementi spiritu cœlesti, qui uehementia sua tollit ex hominibus malicíam eiusq; opera, simulq; à deo partem aliquam ignearum linguarum accipiat. uulgus autem eorū qui credentes uidentur magis quàm sunt, qui uel non potest uel non uult quotidie festum agere, opus habet ut contineatur talibus sensibilibus admonitionibus, ne omnino dilabatur ab officio. Hæc, ut opinor, cogitans Paulus partem diei festi nominauit festum statis diebus recurrens, collatum ad festum illud aliud. subindicat autem his uerbis, integrum & perpetuum festum esse in uita æterna, sicut sacra scriptura docet. Conser nunc etiam hæc quæ diximus cum Celsi festis & gentium, & uide an non longe potiora sint hæc nostra quàm illa publica, in quibus superbia carnis feriatur lasciuitq; indulgens petulanter ebrietatibus ac libidinibus. Prolixum autem esset hoc tempore dicere, cur institutum sit in diuinæ legis festis panem afflictionis edere, siue azyma cū lactucis agrestibus: aut illud quod dicitur, Humiliate animas uestras, aliúd ue simile. Impossibile est enim ut homo, cum sit compositus, & caro concupiscat aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem, totus festum celebret: aut enim spiritu festum agens aliquis corpus suum affligit, quod propter superbiam carnis non est natum ad festum celebrandum cum spiritu: aut iuxta carnem feriatus nō est capax festi spiritualis. Hæc de festis in præsens dixisse sufficiat, uideamus iam quibus uerbis Celsus conetur nobis persuadere ne abstineamus ab idolothytis, & publicorum festorum uictimis. Si idola, inquit, nihil sunt, quid molesti est frui simul epulis? quod si sunt dæmones quidam, dubio procul & hi dei sunt, quibus & credēdum est, & litandum iuxta leges, preces quoque offerendę sunt ut uelint esse propicij. Hic operæpretium fuerit in manus
1. Coor. 8 sumere totum eum locum qui est in epistola Paulina prima, quam scripsit ad Corinthios, eumq; interpretari, ubi occurrens his qui aiunt nihil esse in rerum natura idolum, docet quàm noxium sit uesci idolothytis, demōstrans his qui capaces sunt, peccatum hoc grauius esse homicidio, dū non tēperans sibi ab idolothytis perdit fratrē pro quo Christus

Christus est mortuus: ubi etiam præsupponens dæmonibus sacrificari eas uictimas docet quòd participes earum cōmunicent cum dæmonibus, & impossibile esse ut idem participet mensæ domini & mensæ dæmoniorū. Sed quia res hæc opus habet integro uolumine, si hic epistolæ ad Corinthios locus tractetur pluribus, contenti erimus paucis, ex quibus examinanti patebit, quòd etiamsi nihil sint idola, tamen graue piaculum sit eorum interesse epulo. Iam certè disseruimus mediocriter, quòd etiamsi sint dæmones quibus sacrificātur uictimæ, non debeamus eorum sacrorum fieri participes, cùm sciamus differentiam inter mensam domini & mensam dæmoniorum, & hoc sciēntes nihil non faciamus, ut semper participantes mensæ domini, modis omnib. caueamus à cōmunicatione mensæ dęmonum. Quoniā autem Celsus modò dixit, etiam dæmonas esse dei, ideoq; credendum eis & litandum legitimè, orandosq; ut uelint esse propitij, discant etiam de hoc qui cupiunt, morem esse sacrarum scripturarum ut nihil malorum appellent dei possessionem, ut quæ haudquaquā habeantur digna tanto domino. Qua propter ne homines quidam omnes uocantur homines dei, sed soli qui deo digni sint, qualis erat Moses & Helias, & siquis alius homo dei scribitur, aut similis est his de quibus scribitur. Itidem non omnes angeli dicuntur angeli dei, sed soli beati: cæterum qui conuersi sunt ad malicíam, nominātur angeli diaboli: quemadmodum mali homines, homines peccati aut filij, pestes, aut iniusticiæ filij. Quoniam igitur & homines quum sint partim boni, partim mali, alij dei dicuntur esse, alij diaboli, & angeli alij dei, alij mali illius, dæmones autem non ita sunt duplices, omnes enim malos esse demonstratur: ideo dicemus falsum esse Celsi sermonem dicentis: quodsi sunt dæmones quidam, dubioprocul & hi dei sunt. aut demōstret qui uolet, non esse sanam distinctionē nostram de hominibus & angelis, uel eodem modo posse inueniri discrimen inter dæmonas. id si est impossibile, liquet non esse dei dæmonas. princeps enim eorum non deus est, sed, ut sacra scriptura testatur, Beelzebul. Neque credendum est dæmonibus, etiamsi Celsus nos huc hortetur, sed moriendum citius, & nihil non perferendum fortiter, perstando in fide dei. Sic nec litandū est dæmonibus, ac ne potest quidem eis litari, quum sint mali & hominibus noxij. Iam iuxta quas leges uult nos litare Celsus dæmonibus: nam si iuxta receptas in ciuitatibus, doceat consonare has cum diuinis legibus. Id si non potest, quandoquidem nec inter se ciuiles leges hîc consentiunt, liquet quòd ne leges quidem propriè sunt, quum malæ sint, ac proinde his non esse obtemperandum. Obediendum enim est magis deo quàm hominibus. Apage hoc Celsi consilium iubentis adorari dæmonas, qui ne tantillum quidem audiendus est. Solus enim adorandus est deus optimus maximus, soli preces offerendæ unigenito dei uerbo, primogenito creaturæ totius, qui ut pontifex eas ad deum suum & deum nostrum perferat, & patrem suum atque omnium iuxta uerbum eius uiuentium. Et quemadmodum non optaremus nobis fauorem hominum ad malos suos mores pertrahere nos uolentium, si nemini beneuoli essent ex factione sibi aduersaria: quia horum beneuolentia facit nos inimicos deo, fortasse non futuro beneuolo habentibus tales beneuolos: ita qui norunt dæmonum naturam, uoluntatem, malicíam, nunquam sibi optabunt eorum beneuolentiam. nam etiamsi eis non bene uelint dæmones, nullo tamen malo possunt afficere custoditos propter pietatem à deo suo & omniū domino, angelos suos ad præsidium eorum qui digni sunt ne lædantur à dæmonibus. quisquis autem habet dominū deum propitium propter suam erga illum pietatem, & propter consilij magni angelum dei receptum Iesum dominum, contentus dei per Iesum Christum fauore potest dicere audenter, ut nihil passurus uel ab uniuerso dæmonum exercitu, Dominus illuminatio mea & seruator meus, quem timebo? dominus protector meæ uitæ, à quo formidabo? dicet etiam illud: Si tota castra contra me aciem struxerint, non timebit cor meum. Hactenus ad Celsi uerba dicentis: quodsi sunt dæmones quidam, dubioprocul & hi dei sunt, quibus & credendum est & litandum iuxta leges: preces quoq; offerendæ sunt ut uelint esse propitij. Aggrediamur iam quę deinceps sequuntur, & examinemus pro uiribus: ea sic habent: Certè si qua patria consuetudo arcet hos à sacrificatis, debuerant in uniuersum abstinere esu animantiū, ut Pythagoræ uisum est, animam honoranti & eius instrumenta. Sin causa est quam afferunt, ne epulentur cum dęmonibus, macti sapientia qui nunc Psal. 27

Universidad de Deusto
Biblioteca

demum intelligunt epulari se cum eis, & tunc tantummodo sibi cauent quum uident cœli uictimam. cæterum cùm fruges edunt, uinum bibunt, gustantq; fructus arborum, cùm aqua ipsa ipsoq; fruuntur aere, an non hæc singula ab aliquo dæmonũ accipiunt, quibus rerum harum cura distributa est? Nescio quomodo hîc putauit necessariò consequi ut abstineãt ab esu omnium animaliũ qui ex instituto patrio sibi à sacrificatis temperant. non tamen negamus etiam sacram scripturam cõmonstrare talia, quo securius Rom. 14 uiuatur & purius, quando Apostolus inquit, Bonũ est non manducare carnem, & non bibere uinum in quo frater tuus offenditur. & rursum, Ne perdas tuo cibo illum pro quo Christus mortuus est. & rursum: Si meo cibo frater offenditur, potius in æternum abstinebo ab esu carnium, quàm meo fratri sim offendiculo. Sciendum tamen quòd quum Iudæi putarent se Mosis legem intelligere, ac proinde lege concessis cibis ut puris uterentur, cauerent à reliquis ut impuris, itemq; ab esu sanguinis animaliũ & carnium occisæ à fera pecudis, aliorumq; de quibus non est tempus nunc disquirere: Iesus magister uolens ad purum dei cultũ uocare omnes homines, nequis propter cibos lege uetitos, grauatim reciperet religionem Christianam corrigendis moribus utilissimam, pronunciauit non ea hominem inquinare quæ os intrant, sed quæ ex ore prodeunt. nam quicquid, inquit, in os intrat, in uentrem uadit, & in secessum emittit: quæ autem procedunt ex ore, de corde exeunt, & ea sunt quæ inquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, scortationes, furta, falsa testimonia, blas- 1. Cor. 8 phemiæ. Paulus quoq; ait: Cibus non commendat nos deo: nec enim si non manducabimus deficiemus, nec si mãducauerimus abundabimus. Deinde quoniam hæc non carent obscuritate nisi discernantur clarius, uisum est Iesu apostolis, & collectis apud Antiochiam ea de causa presbyteris, & sancto, ut ipsi uocãt, spiritui, scribere his qui ex gentibus crediderant epistolam, quæ necessariam tantum abstinentiam profiteretur se indicere, uidelicet ab idolothytis, suffocato, & sanguine. nam idolothyta sacrificantur dæmoniis, nec debet homo dei particeps fieri mensæ dæmonum. Suffocatis autem nobis interdicitur, quia sanguis ex eis non est excretus, cuius exhalatione aiunt pasci dæmonas, ne uescamur cibo dæmonũ, & ne fortè simul nobiscum edant dæmones, si suffocatum edamus. quod autem de suffocato dictũ est, satis indicat cur abstineatur à sanguine. Nec alienum hoc loco fuerit meminisse pulchræ sententiæ, quæ apud Sextum legitur multis Christianorum celebrata. ea sic habet. Esus animatorum est quidem indifferens, abstinere tamen præstat, uideturq; magis rationi eo' sentaneum. Itaq; non temere abstinemus ab his quæ sacrificãtur diis uulgo creditis aut heroibus aut dæmonibus, sed multis permoti rationibus, quarũ partem iam exposuimus. Sed nõ ita est abstinendum ab esu omnium animantiũ, sicut à malicia uel eius operibus: imò non ab animantium tantum esu, uerumetiam cuiuscunq; rei debemus abstinere, si absq; peccato non licet edere. non est enim edendum in hoc ut gulæ indulgeamus illecti cupediis, sed ut corpus curemus sanitatis gratia: quamuis procul absimus ab opinione de anima mutante corpora corporibus, & prolapsa usque in brutas pecudes: ne ritu Pythagoreorum abstineamus à carnibus parcentes animalibus. solas enim rationales animas honorare nouimus, & earum instrumẽta solenni sepulturæ honore dignamur. meretur enim rationalis animæ domicilium non proiici temerè sicut brutorum cadauera, præsertim quod fuit animæ bene ac sanctè instrumento suo in certaminibus usæ receptaculum. Cæterum quomodo mortui resurgant, & quo corpore ueniant, superius paucis prout tractatus postulabat, docuimus. Mox Celsus adducit uulgatam illam & Christianis cum Iudæis cõmunem responsionem, ideo abstinere ab idolothytis, ne deo sacrati epulentur cum dæmonibus, quam refellere conatur. Nos certè quantum ad cibum ac potum attinet, nescimus alium modum uescendi cum dæmonibus quàm siquis in turba edat uictimarũ exta, et bibat uinum libatum dæmoniis. Celsus uerò putat uesci cum dæmonibus etiam eos qui fruuntur frugibus, & quodcũq; uinum bibunt, gustantq; fructus arborum: uel siquis aquam solam sumpserit, hunc quoque bibendo participare cum dæmonibus: additq; & aerem quem respiramus habere nos dæmonum quorundam beneficio, qui præsint auris uitalibus. Sumat sibi qui uult Celsi patrocinium affirmantis talia, declaretq; quòd non angeli dei, sed dæmones quorum omne genus uicio sum est,

sum est, dispensationem rerum modò dictarum commissam habeant. Fatemur enim etiam nos non absq; præsidio inuisibilium (ut ita loquar) agricolarum ac dispensatorum aliorum, non solum terræ fruges præberi nobis, uerumetiam fluenta aquarum omnium: ipsis curantibus terras, aquas, aerem proferre in mitioris uitæ usum alimenta, fontes scatere undis ultrò nascentibus, ex aere culta rigari tempestiuis imbribus, eundemq; per spiracula reciprocatum uitam refrigerãdo conseruare: negamus tamen potestates illas inuisibiles esse dæmonas: sed si uerum proferendum est liberè quænam sint horum opera, dicemus fames & sterilitates uinetorum ac arborum, siccitatesq; nimias lædendis frugibus, interdum etiam pestilentiã sæuientem tum in bruta, tum in homines. hæc omnia dæmonum opera sunt ceu carnificum, iudicio quodam diuino potestatem hanc habentium certis temporibus, siue ad conuertendos homines & cohibendos ab effusa uiciorum licentia, siue ad exercendũ genus hominum ratione utentium, ut mediis in aduersitatibus pietatem constanter colentes & à uirtute non discedentes, conspicui fiant ob præstantiam spectatoribus uisibilibus & inuisibilibus: illi uerò contrarij quærentes uitiorũ latebras per calamitates arguantur quales sint, & ad se redeant per spectatores (ut ita dicam) traducti. Testatur diuinorũ hymnorum fidicen quòd tristiores dei iudicis sententias exequantur quidam mali angeli, ubi dicit: Immisit in eos iram furoris sui. An autem etiam alia præter hæc faciant dæmones quãdo permittitur, semper quidem nocendi cupidi, sed non semper ualentes lædere eò quòd prohibeantur, qui potest examinet, diuina iudicia quantum homini licet imaginans, quoties multa simul animæ illa uel illa uia delatæ ad mortem separantur à corporibus. Magna sunt enim dei iudicia, & propter sui magnitudinem non capiuntur mente uincta etiamnum mortali corpore, ac proinde nec enarrari possunt. imperitæ uerò animæ ne è lõginquo quidem hæc inspiciunt. quapropter quidam per temerariam ignorantiam deo rerum administrationem adimunt, eoq; prolabuntur impietatis, ut tollant prouidentiam. Itaque non à dæmonibus accipimus singula uictui necessaria, præsertim qui eis decenter uti didicimus: neque cum dæmonibus epulantur qui fruuntur frugibus, uino, arborum fructibus, aquis, aere: sed potius hæc angelis dei ferimus accepta, qui quodãmodo inuitantur, intra hominis pij domesticos parietes, præceptum illud tenentis, Siue editis, 1. Tim. 4 siue bibitis, omnia in gloriam dei facite. dum igitur in gloriam dei edimus, bibimus, spiramus, & cætera eadem ratione facimus, non epulamur cum ullo dæmone, sed cum angelis dei. non enim decuisset, nec licuisset has res consecrari, si cõmissæ essent curæ dæmonum. Vnde liquet iam responsum etiam ad ea quæ deinceps cõsequuntur in hunc modum: Ergo aut nullo modo usquam uiuendum est, nec in hanc uitam ueniendum: aut, quoniam hac conditione in uitam uentum est, gratiæ sunt agendæ dæmonibus rerum terrenarũ præfecturas sortitis, eisq; preces offerendæ & primitiæ quoad uiuimus, ut ipsos habeamus præsentes ac propitios. Imò sic uiuendum est ut uita instituatur iuxta diuina præcepta quoad potest fieri, & quoad nobis donat. donatur autem si edendo, bibendo, omnia denique faciamus in dei gloriam. nec sunt aspernanda nobis conditoris munera, sed utendum eis cum gratiarum actione. Hac enim cõditione in uitam uenimus, non qua Celsus existimat. nec subsumus dæmonibus, sed deo uniuersorũ domino, conciliati ei per Iesum Christum & per leges dei. Nullus dæmon rerum terrenarum præfecturam sortitus est, sed propter suam maliciam ad ima deturbatis loca quædam assignata sunt, uel in solitudinibus ubi nulla dei piaq; uitæ cognitio, sed aliena à cultu eius omnia, uel apud gentes impias & dignas tam diris præsidibus, ut quæ contempto deo malunt seruire suis uicijs. Quapropter Celsus quoq; ue deum nescius uota persoluat dæmonibus. Nos qui rerum omniũ conditori placere studemus, cum precibus & gratiarum pro beneficijs acceptis actione oblatos panes edimus, corpus iam per precationem factos sanctum quoddam & sanctificans utentes eo cum sano proposito. Celsus uerò etiam primitias uult nos dicare dæmoniis. at nos malumus hunc honorem habere illi qui dixit: Germinet terra herbam uirentem afferentem semen iuxta Gen. 1 genus suum & similitudinem suam, & lignum fructiferũ faciens fructum, cuius semen in ipso secundũ genus suum in terra. Cui autem primitias offerimus, ad eundem etiam uota precesq; nostras dirigimus, habentes pontificem magnum qui cœlos penetrauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesum ipsius dei filium: & hanc fidei professionem constanter retinemus quàm diu uiuimus, benignitate dei, filiiq́ que illius qui manifestatus est inter nos. Quodsi multorum etiam fauor captandus est, discimus in nostris literis quòd milia milium assistebant ei, & myriades myriadum ministrabant ei: quæ multitudo quum uidet homines suam erga deum pietatem imitantes, adiutat eos contendentes ad salutem & deum inuocantes, interdum apparendo precantibus, non indignam rem censens si eis ministret, magnaq́ alacritate ac consensu prompta ad gratificandum cœlestis numinis inuocatoribus, cui & ipsa preces offerre non desinit. Omnes enim hi sunt ministeriales spiritus, ultro citroq́ missitari soliti, ut eorum ministerio prouehantur ad salutẽ qui saluandi sunt. Affirmant licet Græcorum sapientes nascentium cuiq́ suum dæmonem sorte quadam
Matth. 18 obtingere, nos Iesus docuit ne minimos quidẽ contemnendos in ecclesia, dicens quòd angeli eorum semper aspiciant patrem ipsius qui in cœlis est. Propheta quoque dicit:
Psal. 33 Vallo cinget angelus domini timentes eum, & eripiet eos. Itaq́ ne nos quidem negamus multos esse in terra dæmonas, sed fatemur eos esse, possecq́ multum in malos propter eorum malicia: sed nihil posse in eos qui se induerunt armatura dei, acceperuntq́ robur ad resistendum circumuenire se conanti diabolo, meditati huiusmodi certamina, ut qui sciunt non esse nobis luctam aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi huius rectores, aduersus nequam spiritus huius aeris. Videamus porrò & aliud Celsi dictum tale: Nisi fortè Persarum Romanorum'ue regis satrapa, aut præses, aut dux, aut procurator, aut etiam minorem magistratum gerens aliquis minorem'ue curam ac ministerium, neglectus multum potest lædere: aerij uerò terrestresq́ satrapæ ac ministri parum nocere possunt acceptis iniurijs. Vide quemadmodum hominum more satrapas summi dei & præsides & duces & procuratores, minoresq́ magistratus ac minora ministeria faciat grauiter sæuire in contumeliosos, non intelligens quòd ne uir quidem sapiens lædere quenquã cupiat multo promptior ad corrigendos proteruos etiam: nisi fortè Lycurgo Lacedæmoniorum lagislatore & Citiensi Zenone deteriores sunt isti Celsi Satrapæ & præsides ducesq́ dei optimi maximi. quorum Lycurgus in potestatẽ suam tradito qui extuderat ipsi oculum, adeò no ultus est acceptam iniuriam tam grauem, ut nõ prius salubribus monitis hominem incantare desierit quàm eum ad philosophandum induceret. Zeno autem inimico dicenti, Dispeream ni malum tibi dedero: retulit, & ego dispeream ni te mihi conciliauero. Taceo formatos ad Iesu disciplinam, quibus dictum est: Diligite inimicos uestros,
Matth. 5 orate pro deuouentibus uos, ut fiatis filij patris uestri cœlestis, qui solem suum oriri iubet super malos atque bonos, & pluit super iustos atque iniustos. In propheticis quo-
Psal. 7 que oraculis iustus ita loquitur: Domine deus meus, si feci hoc, si est iniquitas in meis manibus: si retribui retribuentibus mihi mala, decidam ab inimicis meis inanis. persequatur inimicus animam meam & comprehendat, & conculcet in terra uitam meam. Sed fallitur Celsus, ueri satrapæ, præsides, duces, procuratoresq́ dei angeli non lædunt contumeliosos homines: quos siqui lædunt, sunt ex numero malorum illlorum quos etiam Celsus imaginatus est, qui nullam satrapiam procurationem'ue commissam habent à deo. lædunt autem sibi obnoxios, qui se illis ultrò submiserunt tanquam dominis. Hoc est enim, opinor, cur certis in regionibus cibis uetitis uescentes si subditi sint ijs dæmonibus non impunè ferunt. quodsi alienus idem faciat, qui se non subiecit eorum dominio, immunis est à piaculo, iubens flere illos dæmonas. Vt enim cæteri, per ignorãtiam ejs deuoti, obnoxij sint eorum iurijs, certè Christianus qui uerè Christianus est, dicatus uni deo uerboq́ ipsius, non potest lædi à dæmonibus, utpote illis præstantior. non læditur autem, quia circumuallabit angelus domini circunquaq́ timentes eum, & eripiet eos: & angelus eius perpetuò faciem cœlestis patris aspiciens, semper preces eius in cœlum offert per unicum pontificem summo deo, ipse quoque pro sibi commisso deprecans. Proinde Celsus sua terriculamenta auferat minitans malum à dæmonibus quos nos contemnimus. nihil enim nobis contempti dæmones possunt officere, cùm dicati simus ei qui unus succurrere potest dignis omnibus, nihilominus tutores pijs addens suos angelos: ut nec cõtrarij angeli, nec eorum princeps qui & huius seculi princeps dicitur, quicquã ualeat contra deo deuotos homines. Deinde oblitus cum

tus cum Christianis se agere soli deo per Iesum preces offerentibus, admiscet aliena temerè cum rebus Christianorum confundens & dicens: Quos si barbaricis nominibus quis appellet uirtutem habebunt: sin Græcis aut Romanis, non item. Quem enim nos inuocamus nomine barbaro? Quare persuasum sit omnibus, Celsum hæc nobis obijcere immeritis: sciantq́ quòd germanè Christiani ne usitatis quidem in sacra scriptura dei nominibus utantur inter precandum, sed Græci Græcis, Romani Romanis, singulicq́ precentur propria lingua, deumq́ celebrent pro uiribus: & omniũ linguarum dominus omnibus linguis precantes exaudit, tam uariè loquentes haud secus quàm consonos (ut ita dicam) & unius uocis homines intelligens. Non est enim deus maximus unus eorum qui certam aliquam linguam sortiti sunt siue Græcam siue barbaram, cæterarum ignari, nec solliciti de alienæ linguæ hominibus. Post hæc deinceps quod aut ex nemine Christiano audiuit, aut ex uulgari copiã malo & indocto, ait Christianos dicere: Ecce accedens ad statuam Iouis aut Apollinis aut cuiuscunq́ dei, conuicior ei colaphoscq́ incutio, nec tamen ulciscitur: nõ uidens in diuinis legibus hoc quoq́ mandatum, Dijs non maledices: ne os nostrum asuescat cuicunque maledicere: quibus dictum est: Bene precamini, & nolite maledicere: & qui didicimus quòd maledici regnum dei non hæreditabunt. Quis est autem inter nos adeò stultus ut hæc dicat, nec uideat, nihil talia ualere ad tollendam opinionem de dijs uulgo creditis? quãdoquidem nonnulli prorsus tollentes numen ac prouidentiam, & quidam pro philosophis habiti dogmatum impiorum autores, nec ipsi passi sunt quicquam eorum quæ uulgus mala existimat, nec ij qui amplexi sunt illorum sententiam, sed fruuntur sanitate ac diuitijs: siquis tamen diligentius disquirat, apparebunt tam mulctati quàm qui maximè. nam quæ grauior calamitas, quàm non intelligere conditorem ex hoc mundi ordine? quæ maior miseria quàm cecatos habere mentis oculos, nec uidere creatorem ac patrem omnium mentium? Talibus uerbis nobis afflictis per calumniam, quum Christiani non soleant dicere talia, putat se nactum defensionem opinione sua seriam, nostra uerò ludicram, ad nos sermonem uertens in hunc modum: Non uides igitur bone uir, quòd etiam tuo dæmoni opponens se quispiam non solùm cõuiciatur, sed terra mariq́ illum exigit, & te sacratam ei statuam uinctum in crucem agit, non succurrente tuo dæmone quem ais dei filium? Hæc responsio locum haberet, si uteremur uerbis qualia nobis tribuit, ne sic quidem uerum dicens dum dæmona uocat dei filium. nos enim qui didicimus malos esse omnes dæmonas, negamus dæmonem qui tam multos conuertit ad deum, sed dei uerbum & dei filium esse dicimus. Celsus uerò, qui nullos scit malos dæmonas, nescio quomodo sui oblitus Iesum uocauit dæmonem. Sed manet sua pœna impios, qui contemptis quæ offerebantur remedijs perstant in malicia (ut ita loquar) immedicabili. nos tamen per doctrinam de futuro supplicio multos à peccando retrahimus. quid autem apud Celsum sacerdos seu Apollinis seu Iouis super hoc respondeat consideremus. Sero, inquit, molunt deorum molæ, & in natos natorum & qui nascentur ab illis. Vide quanto potius sit nostrum illud: Non morientur patres pro filijs, neque filij morientur pro parentibus. quisq́ suo peccato morietur. Item illud, Qui ederit uuam acerbam, ipsius dentes obstupescent. Item illud: Filius nõ portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: & iusticia iusti erit super ipsum, sicut iniquitas iniqui erit super ipsum. Quod si quis dixerit simile esse istud, in natos natorum, & qui nascentur ab illis, nostro huic, Qui reddit peccata patrum in filios ad secundam & tertiam generationem qui se oderint: discat quòd apud Ezechielem parabola hæc esse dicitur, reprehendentem eos qui dicunt, Patres ederunt uuam acerbam, & obstupuerunt dentes filiorum: quod dictum mox illud subsequitur, Viuo ego dicit Dominus, nisi quisque suo peccato morietur. non est autem huius temporis enarrare quid significet hæc de peccatis tertia quartaq́ generatione reddendis parabola. Tandem ani
cularum more conuiciatur. Tu simulacra horum irrides cum conuicijs, qui si præsenti Libero aut Herculi conuicium fecisses, fortasse lætus non discederes: tuum uerò deum præsentem qui distenderunt & cruciauerũt, nihil mali passi sunt, ac ne pòst quidem tot ætatibus quicquam circa eos nouatũ uidemus: sicut nemo eo melius habuit, quòd crederet hunc non magum fuisse, sed dei filium. Ergo qui cum mandatis miserat filiũ, per-

Exod. 22
Rom. 12
1. Cor. 6

Ezech. 18
Hier. 31

Universidad de Deusto
Biblioteca

misit eum tam crudeliter unà cum suis mandatis perire, & tot iam seculis rem dissimulat? quis pater est tam impius? Dices illum passum, quia sic uoluit. Possem dicere hos quoque, quos tu blasphemijs lacessis, ferre quia sic libet. nam par pari conferre fuerit optimum. sed uindicant profectò in conuiciatores quos fugientes latitantesq; protrahunt ad supplicium. Ad hęc quoque dicerem, nos conuiciari nemini, doctos quòd male dici regnum dei non hæreditabunt: qui etiam illud legimus: Bene precamini deuoluentibus uos, bene precamini & nolite execrari: sciētes apostoli uocem esse: dum malè audimus bene loquimur. quodsi ne regerere quidem conuicium disciplina Christiana permittit, quanto stultius est conuiciari ubi non oportet. Perinde est autem, siue lapidi conuicieris, siue auro & argento formato in effigiem nihil habentem deo simile. itaq; ne deridemus quidem statuas inanimas, sed istos qui ante illas uenerabundi procidunt. Imò ut iam insint his simulacris dedicatis dæmones, & aliud habeatur pro Libero, aliud pro Hercule, ne in hos quidem iaculamur conuicia. uanum enim id fuerit, nec animæ miti, pacatæ, tranquillæ conueniens, quæ didicit ne malis quidē conuiciandum uel hominibus uel dæmonibus. Nescio porrò quomodo Celsus imprudens eò prolapsus sit, ut quos paulo antè celebrauit diuinis laudib. uel deos uel dæmonas, nunc ipsis factis ostendat esse pessimos, & uindictæ libidine sæuiētes magis quàm corrigendi studio, siquis conuicium eis fecerit. ait enim: Si Liberum ipsum aut Herculem præsentem lacesseres conuicio, fortasse non lætus discederes. Cæterum quomodo absens audiat, doceat qui uult: & cur nunc adsint nūc absint dæmones, tum ob quæ negotia ultrò citroq; commeēt. Deinceps autem putans nos corpus Iesu extensum & cruciatum, non deitatem eius, dicere dei filium, & inquantum extendebatur ac cruciabatur deum credere: tum uerò, inquit, deum præsentem qui distenderunt & cruciauerunt nihil mali passi sunt. Qua de re quoniam superius diximus multa, nunc data opera locum hunc silentio præteribimus, ne uideamur ijsdem iterum atq; iterū repetendis obtundere. Quoniam autem ait ne postea quidem per tot secula pœnas luisse quēquam ex Iesu cruciatoribus, declarabimus ipsi & omnibus qui uolunt discere, urbem illam in qua populus Iudæorum Iesum depoposcit ad supplicium crucifige crucifige clamitans, latronem autem propter seditionem & homicidiū in carcerem coniectum dimitti maluit quàm Iesum accusatum per inuidiam, non ita multo pòst bello petita, diuturnamq; oppugnationem perpessa, usqueadeò uastata est, ut deleret funditus & desolaretur, deo iudicante locum ipsum indignum qui habitaretur ab hominibus, & sic quoque consulente ijs quos uidebat inemendabiles, quotidieq; proficiētes in deterius, donec dederentur hostibus ad supplicium. hæc omnia facta sunt propter effusum Iesu sanguinem in ea terra ipsorum insidijs, quæ tantum scelus ferre amplius non poterat, in Iesum perpetratū ab impijs. Itaq; passionē eius magnæ rerum nouationes secutæ sunt, una hæc quæ urbi Iudæorum, altera quæ uniuersæ genti accidit: in cuius locum noua Christianorum gens subitò exorta successit, uelut uno partu edita. Nouum & hoc, quòd alieni à testamentis dei promissionibusq;, & à ueritate procul dissiti, receperūt eam per diuinam potentiam. Hæc certè non hominis magi, sed dei fuerunt opera, qui cum mandatis uerbum suum in Iesu miserat. Sed quāuis ille à crudelibus accusatus iniustè damnatusq; supplicium inaudita māsuetudine pertulit, non perierunt tamen mandata quæ diuinitus attulerat propter mortem eius, imò quod mireris tanto mgis peruenerunt in notitiā hominum sicut ipse Iesus testatur dicens: Si granum frumenti delapsum in terram non moriatur, ipsum solum manet: sin autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Mortuū igitur frumenti granum Iesus multum fructum attulit, & pater eius prospicit omnib. omni seculo è morte huius frugiferi grani prouenientibus. Itaq; pius pater est Iesu pater, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus eum tradidit, agnū suum, ut peccatum mundi tolleret. Agnus dei pro uniuerso mundo mortuus, quapropter non coactus, sed uolens ac sciens pertulit quicquid in eum sibi permisit sceleratorum audacia. Posthæc Celsus ad conuiciatores simulacrorum uertens sermonem, Possem, inquit, dicere, hos quoq; quos tu conuicijs lacessis, ferre hoc quia sic libet. nam par pari conferre fuerit optimum. sed uindicant profectò in conuiciatores, quos fugientes latitantesq; protrahunt ad supplicium. Ergo non in conuiciatores sæuiunt, sed in homines

Ioan. 12

Christianos

Christianos profligantes se tum è simulacris, tum ex humanis animis ac corporibus, ut ulciscantur acceptam iniuriam. Imprudens enim Celsus uerum dixit hoc loco. nam uerum est referas esse malis dæmonibus animas uel damnantiū Christianos uel deferentium, omniūq; quibus probatur Christianorū persecutio. Sed quoniam animæ occisorum propter Christianā pietatem gloriosè migrātes è corporibus demoliebant dæmonum potentiā, & frangebant eorum insidias quas hominibus struere nunq; desinunt: hanc ob causam, opinor, experimento docti uictos se ac profligatos ueritate martyrū, ueriti sunt illos aggredi denuò, & uindictā de ipsis ob dānum acceptū sumere. atq; ita usq; dum obliuiscant anteactorū, uerisimile est nō cōturbaturos mundū aduersus professores Christiani nominis. ubi uerò uires recollegerint, & malicia cæcati rursus oppugnare Christianos uoluerint, rursus profligabunt: & animæ piorum propter pietatem exutæ corporib. delebunt mali dæmonis copias. Equidē opinor dæmonas, ut qui sentiunt noxiā esse potentiæ seu piorū uictoriā, succumbentes aūt in hoc certamine fidēq; abnegātes fieri sibi obnoxios, interdū fauere Christianis in iudicio, q; torqueant eorū cōfessione, negatione recreent: cuius rei signū uidere licet in ipsis iudicib. quibus permolestū est dum spectant tolerantes cruciatus fortiter, cōtrà exultant gaudio quoties Christianus uictus est. nō enim hoc humanitate quadā quam præ se ferunt faciunt, manifestè uidētes, q; succumbentū iurata lingua est, animus iniuratus est. Hactenus ad illa uerba, Vindicāt profectò in cōuiciatores, dum fugientes latitātesq; protrahunt ad supplicium. Nō metu tamē Christianus fugit etiamsi fugiat, sed seruās mandatū præceptoris sui, secq; purum ad aliorū utilitatem custodiēs. Nunc uideamus quid deinceps sequat in hunc modū. Quid attinet recensere oracula tam multa partim prophetarū ac prophetidum, partim aliorū afflatorū tum uirorū tum mulierū, fatidica uoce canentiū quę hauserunt è deorū adytis? q; multa itē è uictimarū extis prædicta sint ea cōsulentibus? q; multa alijs præmōstrata prodigijs? quibusdā etiam manifestæ se obtulerunt deorū species. plena est omnis uita exemplis q; multæ urbes ex oraculis sint cōditæ, aut pestilentias famesq; euaserint, q; multæ malè perierint securę oraculorū aut immemores, q; multę horum monitu deductæ sint colonię, auctæq; magnis felicitatib. dum iussa nō negligūt. q; multi uel principes uel priuati bene maléue rem gesserint his rationib. q; multi ægre ferentes nullos se habere liberos uoti sui facti sint cōpotes. q; multi effugerint irā dæmonum, q; multi membris mulctati sanitatē receperint pristinā. rursum q; multi sacris uiolatis mulctati sint euestigio, alij mente capti, alij proferentes ultrò sua sceleста facinora, nōnulli illatis sibi manib. nōnulli morbis correpti immedicabilibus. nec desunt exempla uoce horrenda examinatorū erumpente intimis ex adytis. Nescio qui fit ut Celsus hæc tanq; confessa in mediū proferat, in nostras uerò literas relata miracula, siue Iudaica, siue de Iesu eiusq; discipulis, pdita, habeat pro fabulis. quin potius nostra uera sunt, quæ Celsus affert fictitia? quando ea non credunt etiā Græcorū philosophi, præsertim qui sectantē Democritū, Epicurum, Aristotelē, forsan crediturī nostris autoribus si incidissent in Mosem, aut prophetarū alicuius uel ipsius Iesu miracula. De Pythia certè fertur in historijs, corruptam aliquando edidisse oracula. nostri autem uates non solū suo seculo in magna fuerunt admiratione, uerūetiam apud posteros. ex illorū enim oraculis & urbes sunt conditæ, & homines sanitati restituti, & sedatæ pestilentiæ. Colonia quoq; ex Ægypto in Palæstinā oraculi monitu deducta est, uniuersus Iudæorum populus: qui tātisper dum præcepta dei seruaret floruit, lapsus uerò pœnituit. Quid memorē q; multi principes aut idiotæ in sacra historia legant bene malęque rem gessisse, put uel paruerūt prophetis uel cōtempserunt eorū monita? Quodsi de prole uotis expetita dicendū est, inuenimus factos patres ac matres inuocato rerū cōditoris numine. Legatur Abrahami Sarręq; historia, ex quib. Isaac prognatus est iam decrepitis, pater ille Iudęorum omniū, deq; aliis præterea. Legant item quæ de Ezechia produnt, non solū sanato iuxta prædictionē Esaiæ, sed etiā magna cum fiducia pollicēte sibi, Posthac procreabo liberos qui annuncient tuam iusticiā. In quarto quoq; Regnorū Helisæi hospita gratia dei prophetæq; precibus mater facta est, membrorum quoq; usu priuati ope Iesu sanitati restituti sunt innumeri, sicut in Maccabæorū rebus legitur de afflictis toto corpore, qui ceremonias Iudæorum templi uiolare ausi sunt. Sed dicent Græci hæc esse fabulas

Gen. 21

Esa. 31

4. Reg. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

quamuis confirmata duarum integrarū gentium testimonijs. Quin igitur potius Græcorum scripta habentur pro fabulis? Quodsi quis propius res contemplatus, ne uideatur temerè sua probare, aliena reijcere, dicat & quæ Græci narrant, patrata esse à quibusdam dæmonibus, & quæ Iudæi, uel à deo per prophetas facta uel ab angelis, aut à deo per angelos: Christianorum item miracula uel per Iesum designata uel per apostolos: age conferamus hæc inuicem, uideamusq; quid sibi uoluerint qui hæc operati sunt: tum quomodo inde uel utilitatem uel damnum uel neutrum acceperint qui putantur adiuti beneficijs: & an non meritò uideri debeat philosophata tota Iudæorum natio priusquam deum affecerunt iniuria: tum quàm mirabiliter Christiani religionis initio nō minus miraculis quàm doctrina sint adducti ad relinquenda instituta patria, & ad aliena traducti. nam quantum ratione colligi potest, non est probabile, uel Iesu apostolos homines illiteratos & plebeios ausos aggredi prædicationē doctrinæ Christianæ alia re fretos quàm data sibi uirtute & in dicendo docendoq; gratia: uel auditores mutasse diuturnas multarum ætatum cōsuetudines, nisi motos admiranda illorum in patrandis prodigijs potentia, & addixisse se tam diuersis à suo ritu opinionibus. Deinde nescio quomodo Celsus mentione facta alacritatis nostrorum usque ad mortem decertantium ne fidem abiurent, mox memorat initiatores istos quos mystagogos uocant, conferens eos & exæquans Christianis hominibus. ait enim: Certè quemadmodum tu bone uir credis ęterna supplicia: sic etiam sacrorum nostrorum interpretes, initiatores accedentium ad ea mystagogiq;. tu ea minaris alijs, illi contrà tibi. Considerandum igitur utra uerior firmioraq;. uerbis enim ex æquo utrique contendunt pro suis opinionibus. quodsi argumentis agendum sit, illi mox initio proferunt diuina responsa & quædam dæmonicarum uirtutum opera conquisita è diuersis oraculorum sacrarijs. Ergo hoc dicit, æternas pœnas in terra & nos affirmare, & initiatores, examinandumq; utrorum sententia sit uerior. Equidem pronunciarem penes eos ueritatem esse, qui possunt auditorem sic dictis suis afficere, ut ita uiuat tanquam hæc habeat persuasissima. Iudæi & Christiani uehementer afficiuntur persuasione quam habent de futuro ut uocant seculo, deq; præmijs iustorum tunc recipiendis & pœnis impiorum. Proferat Celsus aut quicunq; uult aliquos ab istis mystagogis permotos terrore futuri supplicij. Credibile est enim hanc esse patris illius & autoris huius doctrinæ uoluntatem, ut non solum abominemur eas pœnas, & disseramus de eis: sed sic afficiamur his sermonibus, ut pro uiribus caueamus ne quid committamus dignum pœnis talibus. quin et prophetarum libri, si quis non oscitanter legat eorum prædictiones, sufficere uidentur ad persuadendum illos uiros afflatos fuisse dei spiritu. His nullo pacto conferri merentur dæmonum opera manteorum ue oracula. Videamus quid deinceps Celsus nobis afferat. Iam hæc an non absurda, quòd desideratis & speratis resurrectionem corporis nihil ducentes optabilius, & idem corpus ut uile in omnes cruciatus proijcitis? uerùm apud istos hoc credentes & intabescentes corpori non est differendum de rebus talibus. hi sunt enim homines etiam aliàs rustici, impuri, sine ratione, laborantes seditionibus. Cæterum his qui animam, siue mens spiritualis ea dicenda est, siue spiritus intellectiuus sanctus beatusq;, siue anima uiuens, siue diuinę incorporeæq; naturę progenies cœlestis & incorruptibilis, siue quomodocunq; hanc appellare libet, sperant se habituros sempiternam, illud cum deo dicturus sum: rectè eos sentire quòd felices erunt qui bene uixerunt, iniusti uerò malis æternis tenebuntur: à quo dogmate nec isti, nec mortalium quisquam unquam resiliat. De resurrectione, utcunq; nobis eam sæpius exprobrat, quia iam suprà diximus quod uisum est & quod potuimus, non est cur ad semel dilutum crimen toties respondeamus quoties obijcitur. Calumniatur autem Celsus, nihil nos in his è quibus cōstamus existimare præstantius corpore. profitemur enim animam, præcipuè rationalē, potiorem esse quouis corpore: quandoquidē imaginem conditoris capit, non corpus, sed anima. Nec enim deum esse corporeū opinamur, ne deuoluamur in eas absurditates, in quas inciderunt quidam Zenonis & Chrysippi sectatores philosophi. Quoniam autem exprobrat nobis desiderium corporis, sciat si mala res est desiderium, nos nihil desiderare. sin aūt indifferens, desideramus quicquid deus iustis pollicetur. atq; hac ratione resurrectionē quoq; iustorū desideramus speramusq;.

Celsus

Celsus putat nos facere inconsistentia, dum modò speramus deum dignaturum corpora nostra resurrectionis honore, modo ipsi ut uile id in quo suis cruciatus proijcimus. atqui nihil est uile quod propter pietatem patitur, & propter uirtutem aduersitatibus se obijcit: sed quod cum uicijs consumitur in uoluptatibus. Testatur sacra scriptura dicens: Semen honoratū semen hominis, semen uile semen hominis. Deinde putat Celsus non differendum apud bene sperantes de corpore, ut intabescentes desiderio rei quam impossibile sit assequi, rusticos eos, brutos, & seditiosos nominans, cùm debuisset ut uir humanus succurrere imperitioribus. non est enim tam angustè circumscripta benignitas ut se non etiam ad bruta porrigat, nedum ad homines subrusticos: sed conditor noster fecit nos in omnes ex æquo beneficos. digni sunt igitur etiam rustici cum quibus differatur, ut quantum fieri potest urbaniores reddantur: impuri quoq; puriores faciendi sunt, & bruti temerè quidlibet sentientes, animaq; languentes curandi sunt nequid sine ratione agant posthac ne ue languescant. Posthæc probat eos qui animam, siue mens spiritualis ea dicenda est, siue spiritus intellectiuus sanctus beatusq;, siue uiuens anima sperant se habituros sempiternam, laudans etiam deo fauente dogma de iustorum æterna felicitate, iniustorū æternis miserijs, nec ullum ex omnibus Celsi dictis æquè miror, quàm quod nunc ita cōcludit sermonem, non Christiani, non alij, resiliant ab hoc dogmate. atqui quum contra Christianos scriberet, quorum fides omnis uersatur circa deum promissionesq; iustis per Christum factas, & cōminationes iniustis intentatas, cauere debuerat nequis sermonem ipsius præferens Christianæ doctrinæ resiliret à dogmate in quo uult constanter permanere omnes tum Christianos tum reliquos homines. Quanto melius Chrysippus in libro De curandis affectibus, qui uult affectibus ut prementibus & molestantibus humanam animam mederi primò quidem rationibus sanis, secūdò autem & tertiò uel parum probatis sibi dogmatibus. ait enim, etiamsi essent tria bonorum genera, tum quoque affectibus medendum, non inquirendo curiose tempore inflammationis affectum quo dogmate præoccupatus sit qui laborat, ne fortè dum intempestiuè occupamur in reuellendo ex anima dogmate, pereat occasio medelæ qualiscunq; admittitur. additq;, etiamsi uoluptas esset bonum opinione eius qui affectus est, nihilominus ei succurrendum, declarandumq; quòd ne his quidem affectus conceduntur qui in uoluptate summum bonum & actionum suarum scopum constituunt. Debuerat igitur & Celsus semel approbato dogmate de iustorum præmijs æternis iniustorumq; miserijs, pergere quà cœpit, ostendereq; institutis primùm à se rationibus, si modo poterat, ueram esse persuasionem tam de præmijs illis quàm de supplicijs nunquam finiendis utrisque. Nam nos quoque ante omnia rationibus illis innumeris quibus ipsi ad Christianam pietatem perducti sumus, conamur omnes quotquot possumus eodem adducere. Vbi uerò inuenimus præoccupatos calumnijs quibus Christiani grauamur, ita ut imaginatione Christianæ impietatis ne aures quidem adhibere sustineant his qui diuinam hanc doctrinam pollicentur: ibi humanitati studentes quoad eius fieri potest, damus operam ut saltem illud de impiorum æternis pœnis dogma persuadendo reddamus idoneos ad percipiendam hanc doctrinam etiam eos qui nolunt Christiani fieri. Idem facimus persuadendo uera esse quæ dicuntur de rectè actæ uitæ præmijs, quandoquidem uidemus multa de uita bene instituenda docere etiam alienos à cognitione nostræ fidei, & quidem nostris placitis similia. nec enim omnes carent communi sensu de rebus honestis & iustis, iniustisq; & turpibus. Itaq; omnes homines contemplantes hunc mundum & ordinem motumq; cœlestium orbium, siderumq; in aduersum mundo intentū, adhæc aeris imperiē in usum animantium præcipuè hominum, uberemq; copiam rerum creatarum homini seruientium, uereri debent ne quid faciant quod creatorē offendat, quodq; ipsorum menti ac conscientiæ displiceat: sciantq; nō defore peccatis pœnas & benefactis præmia, pro cuiusq; meritis rependenda per gubernatorē rerum omnium: futurumq; ut hinc migrent omnes homines, boni quidē feliciter ad meliorem conditionē, mali uerò malè, miserijs & tormentis tradendi propter ea quæ designauerūt per iniquitates, libidines, & intemperantias, & per ignauiam, formidinem, omnemq; insipientiā. Hactenus ad hunc quoque locum, uidenda sunt & reliqua Celsi uerba, quæ sic habent. Quoniam autem alligati cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gati corpori homines nati sunt, siue quòd ita postularet huius uniuersitatis ordinatio, siue ut pœnas peccati luerent, siue affectibus quibusdam animam grauantibus, donec purificetur per certos circuitus: siquidem iuxta Empedoclem debet

Ter mille decies errando spiritus horas
Per uarias species diuis procul esse beatis:

credendum est commissos eos esse quibusdã huius carceris curatoribus. Vide hic quoque ut de arduis rebus humano more dubitans, recensisq; plurium opinionibus de causa nostræ natiuitatis, quendam timorem præsefert, non audens pronunciare quid horum falsum sit, fortasse quia non sũ putabat, semel lata sententia uel assentiri cuiquam temerè, uel confidenter damnare placita ueterum. Sic poterat etiam de Iudæorum scriptura, & prophetis de deo docentibus, saltem dubitare, si credere nolebat: considerareq; quòd parerat & seruientibus deo uniuersorũ domino, uel propter honorem huncei habitum, uel propter commissas eis ab eo tantas res, legem ferri, sæpe innumera pericula mortesq; contemnentibus modo ne despicerentur à deo. æquum item fuisse ut eis se aliquo pacto ostenderet, quandoquidem illi spretis ac fastiditis simulacris operibus artificum conati sint ratiocinatione subuehi usque ad ipsum deum altissimum. Oportebat igitur eum considerare, quòd ille qui audit cuncta uidetq; cõmunis pater omnium & conditor, etiam singulorum quærentium se religionemq; ueram sectantium uoluntatem iudicans, his quoq; fructum aliquem dominationis suæ retribuat, atque ita pietatem eorum erga se augeat. Hæc si reputasset Celsus, & qui oderũt Mosem prophetasq; Iudæorum & Iesum ipsiusq; germanos discipulos uerbi eius operarios, non ita conuiciarentur Mosi prophetisq; & Iesu cum suis apostolis, nec solos ex omnibus orbis totius gentibus Iudæos respuerent, dicentes eos peiores Ægyptijs usque ad bruta, siue per superstitionem, siue per quemcunq; alium errorem, quantum in ipsis est dei honorem demittentibus. Hæc autem diximus non quòd cuiquam autores uelimus esse dubitandi de doctrina Christiana: sed ut doceremus istos eius doctrinæ laceratores, satius esse uel dubitare de professoribus eius, quàm loqui tam temerariè de Iesu atque illius discipulis quod nesciunt ipsi affirmando, nec cum comprehensiua phantasia quam uocant Stoici, nec cum alio ullo iudicio de quo singulæ philosophorũ sectæ quicquid ipsis uidetur pronunciant. Deinde quoniam Celsus ait: Credendum est eos commissos esse quibusdam huius carceris curatoribus: respondemus quòd anima uirtute præ-
Hier. 22 dita soluta est uiciorum uinculis etiam in hac uita quam Hieremias uinctorum terram
Esa. 9 nominat: idq; iussu Iesu, sicut multo ante aduentum eius Esaias propheta prædixerat. Quid autem ille iubet, nisi ut uincti è carcere prodeant, & in lucem qui degebant in tenebris? Et hic ipse Iesus, sicut idem Esaias olim de illo cecinit, sedentibus in regione & umbra mortis lux ortus est, ut & nos dicamus, Dirumpamus uincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Quodsi posset audire sensum retrusiorem euangeliorum Celsus & qui similiter sunt affecti erga nos, non consuluisset nobis ut pareremus his quos ipse carceris huius curatores nominat. Scriptum est in euangelio quòd mulier quædam erat incuruata non ualens se erigere. quam quum uidisset Iesus, & animad uertisset qua de causa non sineretur caput attollere, dixit: Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit Satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solui in die sabbati? Quod autem etiam nunc alligati à Satana proruunt in terram, illo non sinente suspicere, quòd uelit nos terrena spectare, nec quisquam eos erigit, nisi uerbum quod in Iesu aduenit, quod prius erat apud deum. Venit sanè Iesus ut liberaret omnes oppressos à diabolo, & de illo dixit cum quadam decente se grauitate: Nunc princeps mundi huius iudicatus est. Itaque non conuiciamur dæmonibus hîc uersantibus, sed coarguimus eorum machinationes in perniciem humani generis, sub prætextu oraculorum & sanandorum corporum, uolentium à deo separare animam delapsam in corpus hoc humilitatis: quam humilitatem qui intelligunt, exclamant illud apostolicum, Miser ego
Rom. 7 homo, quis me liberabit ex hoc mortali corpore? nec tamen frustra corpus præbemus torquendum & uerberandum. non enim gratis hæc perferimus, dum recusamus terrestres dæmonas appellare deorum nomine, quantũlibet huc nos suis insidijs pertrahere conentur tum ipsi, tum eorũ cultores: & gratũ est deo uerberari nos propter uirtutẽ, atq; torqueri

torqueri propter pietatem: mori denicq; propter sanctitatẽ meritò non refugimus, quia pretiosa est in conspectu domini sanctorum eius mors: & fatemur bonum esse non nimis uitam amare. Cæterum Celsus dum nos confert maleficis merita pro latrocinijs supplicia dantibus, nec erubescit nostram uoluntatem eorum affectui similem dicere, prodit se germanum fratrem esse illorum qui Iesum iniquis annumerauerunt: in quibus impleta est illa prophetia: Et cum iniquis reputatus est. Deinceps autem Celsus sic loquiEsa. 53
tur. Alterutrum eligendum est. Si dedignantur colere officia præsidesq; horum, ne sumant uirilem togam, ne ducant uxorẽ, ne suscipiant liberos, ne faciant aliud quicquam in uita. auferant se hinc uniuersi nullo relicto seminario, ut in totum solitudo sit in terra huius hominum generis. quodsi & uxores ducturi sunt & liberis operam daturi, & fruges gustaturi, & uitæ socij futuri, etiam malorum partem suam perferent, hoc enim natura postulat, ut omnes homines mala experiantur. necesse est enim esse mala, nec habent locum alibi. reddendi sunt igitur conuenientes & debiti honores horum præsidibus, & inseruiendum huius uitæ officijs, donec soluantur è uinculis, ne uideantur & ad hanc inutiles. iniustum enim est participem esse horum quæ isti habent, & uelle immunem esse. Respõdemus & ad hæc, nullum uideri nobis digniorem è uita exitum quàm propter uirtutem & pietatem, quoties ea conditio proponitur à magistratibus ius in uitam nostram habere se putantibus, ut aut parendo præceptis Iesu moriamur, aut si malimus uiuere, ab eius institutis discedamus. cæterũ uxorẽ ducere permisit nobis deus, quòd non omnes meliora, hoc est castitatem, capiant: & susceptos ex his liberos educare, non è uita tollere quod donatum est à prouidentia. nec hoc pugnat cum contemptu terrestrium dæmonum. armati enim armatura dei stamus ut athletæ pietatis contra insidiantium nobis genus dæmonum. Itaque tametsi Celsus sermone suo nos exomni uita exterminet, ut omnino desolata sit terra nostro genere, nos tamen in legibus à conditore nostro datis perseuerabimus, nunquam seruituri peccati legibus: & Vxores si uoluerimus, liberos que deo dante parabimus ex coniugio. quodsi necesse fuerit, etiam aduersitatum huius uitæ participes erimus, ut tentationum animæ: sic enim sacra scripta solet nominare casus hominum, in quibus sicut aurum igni examinatum anima uel probatur uel reprobatur. adeoq; parati sumus contra ista quæ Celsus mala nominat, ut dicamus, Tenta me domine, & proba me, ure renes meos & cor meum. Ne-Psal. 25
mo enim coronatur, nisi hic super terram in hoc humilitatis corpore legitimè certauerit. Ad hæc neq; honoros reddimus debitos, ut putant, istis quibus Celsus ait commissa terrena negotia. Dominum enim deum nostrum adoramus, & illi soli seruimus, optantes imitatores Christi fieri, qui diabolo dicenti sibi, Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me: respondit, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Hoc est Matth. 4
cur honores debitos istis quibus Celsus ait res terrenas commissas non reddimus, quia nemo potest seruire duobus dominis, nec possumus simul deo seruire & mammonæ, siue hæc uox unum aliquid siue pluta significet. Præterea si legem transgrediendo legislator afficitur contumelia, manifestũ nobis est quòd quum duæ leges sint inter se contrariæ, lex dei & lex mammonæ, præstat nos per transgressionem legis mammonæ afficere cõtumelia mãmonam, ut per obseruationem legis dei deum honoremus, quàm per transgressionem legis dei deum afficere contumelia, ut per obseruationem legis mammonæ honoremus mammonam. Celsus tamen putat ad officia uitæ pertinere, si homines donec soluantur his uinculis, solennia sacra reddant istis qui oppidatim coluntur pro dijs, non intelligens quid reuera sit officium, nec pietate id metiens. At nos aimus eum uitæ officia facere, qui creatoris memor, quibus uerebus ille delectet, quic quid facit spectat dei uoluntatem. Celsus item uult nos esse gratos erga terrestres dæmonas, & uotiua illis sacrificia reddere. nos uerò, ut apertius loquamur de gratitudine, negamus nos ingratos dicendos, quia dæmonibus non solum non beneficis, sed & aduersarijs, nec sacrificamus, nec honorem ullum deferimus. hoc tantum cauemus, ne ingrati erga deum habeamur, cuius beneficijs sumus referti, quum simus eius creaturæ, & hoc ipsum quòd qualescunq; sumus debeamus ipsius prouidentiæ, post hanc quoque uitam meliora sperantes ab eo. Habemus etiam eius gratiarũactionis symbolum, panem qui Eucharistia uocatur. Nec habent dæmones (ut suprà docuimus) ullam

admini-

Universidad de Deusto
Biblioteca

administrationem rerum ad nostros usus creatarum: proinde nihil iniquum facimus, dum non sacrificamus dęmonibus ad quos hæ nihil attinent. Imò etiamsi sciamus non dæmonas, sed angelos præesse frugum prouentibus & fœturis animaliū, prædicamus eos ut beatos quibus à deo cōmissa sunt utilitates hominum, non tamen honorem soli deo debitum his reddimus. nam nec deus hoc uult, nec ipsi quibus hæc commissa sunt: & amant nos, quia non sacrificamus eis. non enim opus habent istis nidoribus. Pergit Celsus in hunc modum. Quòd autem uel minimę res careant suis præsidibus, discere licet ex Ægyptijs dicentibus humanum corpus in trigintasex partes distributū, & suum cuiusq; potestatem habere siue dæmonem, siue deum quendam æthereum. quidam autem plures dicunt alias attribuentes alijs, eosq; dæmonas propria lingua nominant, ut Chnumen, Chnachumen, Cnat, Sicat, Biu, Eru, Erebiu, Ramanor, Reianoor, cæterisq; nominibus æque Ægyptiacis: & inuocati sanant morbos quisq; suarum partium. quid igitur uetat & horum & aliorum ambire gratiam, siquis malit ualere quàm ęgrotare, & felix esse quàm infelix, & liberari ab istis ut existimantur tortoribus? His quoq; uerbis Celsus adducere conatur animas nostras ad dæmonas, acsi sortiti essent nostra corpora, asserens cuiq; suam partem attributam nostri corporis, uolensq; nos credere dæmonijs quæ narrat, & ea colere, ut ualeamus potius quàm ægrotemus, & felices simus potius quàm infelices, & quoad fieri potest liberemur à tortoribus. Adeò diffidit indiuisibili cultui dei uniuersorum domini, ut putet adoratum deum & honoratū non sufficere ad arcendos insidiatores dæmonas à sanctis suis cultoribus. non enim uidit quomodo nomen Iesu à germanè credentibus inuocatum non paucos ab ægritudinibus, lymphationibus, alijsq; periculis liberauerit. Fieri potest ut rideat cui Celsus placet dicentibus nobis quòd in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quòd dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. rideat licet, clariora argumenta huius ueritatis audire poterit, quàm de modò recitatis nominibus, Chnumen, Chnachumen, Cnat, Sicat, & reliquis Ægyptiacis quæ inuocantur ad morbos sanādos in partibus certis corporis. Ac uide quomodo auertens à credendo in deum per Iesum Christum, uocat nos ad fidem per corporis sanationē trigintasex barbaricorum dæmonū, quos soli Ægyptiorum magi inuocantes nescio quo modo nobis pollicent meliora. ergo autore Celso magi potius & prestigiatores quàm Christiani erimus, & infinito nostro dæmonū potius credemus quàm uiuo ac manifesto cunctorum deo, per eum qui magna potentia seminauit toto orbe uerbum pietatis purissimum non solum hominibus, sed etiam (quod citra mendacium dico) alijs creaturis rationalibus, quibuscunq; opus est correctione, sanatione, mutationeq; ad uirtutem à uicijs. quapropter suspectum habens hoc lubricū in quo facilis lapsus est ad magiam, & sentiens fore ut offendatur auditor, addit: Illud tamen cauendum nequis liquescat uoluptate huiusmodi ceremoniarū, & amore corporis auersus à potioribus in oblitionem eorum incidat. oportet enim opinor, fidem habere uiris sapientibus, qui dicunt plerosq; circumterraneos dæmonas, genituræ, cruori, nidori, melodijs & alijs id genus deuinctos affixosq; nihil amplius posse quàm sanare corpora, et uentura hominibus ac ciuitatibus prædicere, tum quicquid ad res mortales pertinet, id scire ac posse. Cùm igitur hic locus sit tam lubricus, ut ipse diuinæ ueritatis inimicus testatur, quanto satius est securum istius uoluptatis dæmoniacæ, & amoris corporū, obliuionisq; meliorum, credere se deo uniuersorū domino per Iesum Christum nostrę doctrinæ autorem, & ab illo poscere omne auxilium, & sanctorum angelorū iustorumq; custodiam, ut nos liberent à circūterraneis dæmonibus, genituræ uoluptate perditis, cruori nidoriq; affixis, melodijs similibusq; nugis allici se tenericq; sinentibus, dubioprocul nihil uel Celso teste ualentibus prēter sanationes corporum. At ego possem dicere, ne hoc quidē consiare, q; dæmones quomodocunq; culti sanare queant corpora: sed quærenda est sanitas uulgari more per rationē medicinæ, aut præter cōmunem modum pietate erga deum ac precibus. Tuipse apud te considera utros mores magis probet deus uniuersorū dominus, omnibus potentior tum cæteris rebus tum in benefaciēdo hominibus siue corpus spectes siue animam, eius ne qui sibi cōmittit omnia, an eius qui curiosus est circa dæmonum nomina, uirtutes, actiones, incantationes, herbas peculiares dæmonibus, gemmasq;

gemmasq; & sculpturas referentes formas dæmonum siue symbolicas seu quascunq; alias. Perspicuum est uel mediocriter considerantibus, q; simplices & minime curiosi mores hoc ipso placēt deo & omnib. eius amicis: eos uerò qui propter corpus & eius sanitatem, felicitatemq; in rebus indifferentibus curiosius inquirunt dæmonū nomina & quibus hi allicíantur carminibus, ut malos & impios magisq; dæmoniacos q; humanos, derelinquet dominus Iesus raptādos exagitandosq; per tētationes & calamitates uarias. Probabile est enim cū sint mali ut ipse Celsus fatetur, & affixi cruoribus, nidoribus, melodijs, & similibus, ne cultorib. quidem suis fidē seruaturos datāq; ceu dexterā. Inuocati enim cōtra suos cultores ab alijs, & corrupti pluribus cruoribus, nidoribus, cæterisq; obsequijs quibus redimit eorū opera, insidiabūtur hesterno cultori suo quāuis pasti eius epulo. Sed bene habet q; Celsus qui hactenus nos mittebat ad eorū oracula mysteriaq; tanquā deorū, nunc fatetur q; isti qui futura priuatis hominibus & ciuitatib. prædicūt uersantes circa mortales actiones, circūterranei sunt dæmones, genituris seoblectātes, affixiq; cruoribus, nidoribus, melodijs & rebus similib. nec possunt quicquā melius. Atqui si superius, dū Celsus proferebat mirificā illā suam theologiā de oraculis deorū & solennibus cęremonijs, dicentib. nobis dæmonū hoc esse animas hominū ad istas terrenas cupiditates pertrahētiū, reclamasset aliquis loqui nos impie: nūc q̄squis est is qui male de nobis suspicaē, credat recte Christianos prædicare, uidēs q; hic quoque q̄ cōtra Christianos scribit, iā sub finem operis, uelut uictus à ueritatis spiritu, fatetur eadē. Quāuis igit ille suadeat his sacris operandū quatenus sunt utilia, diuina tamē doctrina nō sinit ut cōmerciū habeamus cū cruentis & nidorosis dæmonibus, aut diuinitatē detrahamus ad has sordes dæmonū. Quodsi Celsus diligētius pensitando, quid sit utile, intellexisset proprie utile uirtutē esse huiusq; opera, hæc uerba, quatenus utile est, nō dixisset de talibus quos ipse fatet esse dæmonas. Nos certe, si talib. debēda est sanitas et felicitas, malumus ægrotare atq; infortunati esse salua pietatis erga deū cōscientia, q; diuelli ab eo & desciscere, proditaq; salute animæ sani corpore ac per omnia cætera fortunati hāc præsentē uitā degere. Verùm Celsus post hæc quæ dixit de dæmonibus cruori nidoriq; inhiātibus, quasi palinodiā recātaturus, ait existimandū potius eos nulla re indigere uel opus habere, sed delectari pietate erga se hominū. Id si uerū est, illa dixisse nō debuit: Sed fieri nō potest ut humana natura omnino derelinquat à deo ueritateq; ipsius unigenita: quapropter & Celsus uerū quidē dixit q; dæmones cruore nidoreq; opus habeāt: rarēs tamē per propriā malicią relapsus in mēdaciū, cōfert eos hominibus perfecte iustis, iusta facientib. etiāsi nemo eis hoc nomine habeat gratiam, benefacientib. aūt his solis q grati sunt: ut mihi hoc loco homo parū sibi cōstare uideatur, nūc mentē turbatus à dæmonijs, nūc recolligēs se ex illa desipiētia, & paulatim ueritatē cernēs. rursum enim sic infert: Deus nullo pacto unquā relinquēdus, non noctu nō interdiu, nō in priuato nō in publico, nō in cogitationibus ullis nō in operib. sed siue cū his siue sine his semper intēta sit ad deū anima. quod aūt ait siue cū his, operib. intelligo & cogitationibus. Deinde rursum quasi ratione reluctās dęmonū seductionib. & plerūq; succūbens, sic infert: Si res ita se habet, quid mali fuerit placare terrenos principes, tū alios, tū reges & dynastas hominum, quādo ne hi quidē absq; potentia dæmonū suā dignitatem adepti sunt. Superius quantū in se fuit deducebat animas nostras ad dæmonas, nūc uult ut placemus etiā reges hominū ac dynastas, quib. est plena uita & historiæ: quorū nō opus est afferre exempla. Vnus est nobis placādus deus uniuersorū dominus, unius fauor ambiēdus p pietatē uirtutesq; cæteras: Si uult prȩter hūc placari etiā alios, cogitet q; sicut moto corpore umbra quoq; ipsius mouet, ita cū aliquis deū habet propitiū sequit ut amicos habeat oēs eius angelos animas & spiritus. Sētiūt em qui sint digni fauore cœlestis numinis, quibus nō solū ipsi bene uolūt, uerū etiam dant operā ut deū ei seruire uolentibus cōcilient, & unà nobiscū precant: ut quotquot eum colimus audeamus dicere, hominibus bonæ uolūtatis precantibus ultro se adiungere innumera sanctorū angelorū milia, & intercedere pro mortali nostro genere, & (ut ita loquar) laborare nobiscū in hoc certamine, dū uidēt aduersarios dæmonas impugnatores salutis eorū maxime qui se maxime deo dedicāt, & cōtemnunt ipsorū inimicitiā, infensorū detrectātib. se cruoribus & nidoribus colere, & omni modo cōciliari se deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtudentibus, per Ieſum q̄ dū in terris ageret ſanabat & cōuertebat oppreſſos à diabolo
profligās innumera dæmonia. Nec hominū regnū fauor nobis exambiendus libidinū
& cædiū turpiū. fœdiſq; obſequijs, aut ulla re à pietate aliena, aut ſeruilibus adulationibus indignis uiro magnanimo. & fortitudinē ducēte, p uirtutū maxima. Cæterū quatenus ſalua pietate licet, nō ita inſanimus ut in nos irritemus reges aut poteſtates publicas ſeruituras per tormēta et ſupplicia. Legimus enim in noſtris literis: Omnis anima
Rom. 13 poteſtatibus præcellētib. ſit ſubdita. nō eſt em̄ poteſtas niſi à deo. itaq; qui poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtet, quæ uerba in cōmentarijs ſuper epiſtolā ad Ro. ut potuimus nō uno modo enarrauimus, nūc uero ſimpliciter iuxta uulgarē ſenſum ad preſens negotiū citauimus, quando quidē Celſus negat eis dignitatē cōtigiſſe abſq; fauore dæmonū. Et quāniā multa dicēda eſſent de regū ac principū ſtatu, q̄ res diſquiſitione nō careat propter aliquot principū ſæuā tyrannidē, & alios licentia poteſtatis prolapſos in delicias & nequiciā, ideo hūc locū in præſentiarū ſuperſedemus excutere. Per fortunā tamen regis nō iuramus, ſicut nec per alia numina fictīcia. nā ſiue ut quidā putāt cuſus tantū rerū fortuna eſt, nō iuramus per id quod nihil eſt tāquā per deū aut rē aliquā pollentē uiribus, ne iureiurādo abutamur: ſiue ut alijs uidet̄ is eſt Romani principis genius, ut unū è dæmonibus intelligamus fortunæ nomine, ſic quoq; moriendū eſt nobis potius q̄ iurandū per malū & perfidū dæmonē, peccantē perſæpe cū eo quem ſortitus eſt homine. imò q̄ homo ſæpius. Deinde rurſum Celſus, non aliter q̄ dæmoniaci nūc recolligentes ſe, nūc recidentes in malū priſtinū, pauliſper reſipiſcens ſic loquitur: Si quī tamen urgeant dei cultorē ut aut impiū aliquid aut turpe faciat, non eſt parendum ſed etiā contra tormenta ferentes reſiſtendū fortiter, etiāſi mori oporteat citius q̄ aut loqui aut cogitare de deo quicquā quod pietati nō conueniat. deinde rurſum ut ignarus noſtræ doctrinæ ideoq; cōfundens omnia, ſubinfert hæc. Quod ſiquis iubeat beneloqui ſoli aut Mineruæ, alacriter Pean canēdus eſt. ſic enim magnū deū uenerari magis uideberis, ſi hos quoq; hymnis honores & laudibus. pietas em̄ fit perfectior, ſi per omnia tranſeat. Reſpōdemus nos non expectare dū iubeamur bene loqui ſoli, qui dicimus nō ſolū cōtra magiſtratus nō obloquēdū, ſed ne de inimicis quidē loquendū male. itaq; bene loquimur de ſole ut pulcra dei creatura ſeruāte leges preſcriptas ſibi à
Pſal. 148 deo, & obediente uoci pphetæ inuitātis, Laudate dominū ſol & luna, laudate quantū fieri poteſt patrē & conditorē rerū omniū. cæterū Mineruā quā iſte cū ſole copulat finxerunt Græcorū fabulæ, ſiue cū occultiore ſenſu, ſiue abſq; alio ſignificato narrātes genitā è Iouis capite totā armatam. quā perſequēte Vulcano ut eius uirginitati illuderet, ipſam quidē effugiſſe: ſed perſecutoris ſui genituram nimio libidinis feruore in terrā pro lapſam ſuſtuliſſe ac educaſſe pro ſuo filium Erichthoniū nomine, quē diua Minerua, Nata Ioue eduxit, peperit ſed inclyta Tellus, ut inquit ille. Equidē uideo ſi admittatur de Minerua fabula, recipiendas ſimul alias multas quas nemo reciperet qui faſtidiſ fabulis ueritatis ſit auidus. Iā ſi per Mineruā tropologicè prudentiā intelligamus, oſtendat̄ nobis eius uel eſſentia uel ſubſtātia. quodſi una priſcarū heroinarū Minerua cōſecrata eſt ab hominibus ut colereť pro dea, multominus debenť ei honores diuini, quādo ne ſolē quidē tā magnū adorari à nobis fas eſt, etiāſi bene ſentiamus ac loquamur de illo. hymnos em̄ in ſolū deū uniuerſorū dominū canimus, & deū uerbū eius uni genitū, nec aliter eos laudamus q̄ ipſe ſol & luna atq; ſidera totaq; cœleſtis militia. omnis em̄ hic chorus unà cū iuſtis hominib. laudat ſummū deū eiusq; unigenitū. porrò de nō iurādo per regē hominū, eius ue fortunā, ut uocāt iā diximus: quare nō eſt opus ut denuo reſpōdeamus ad hęc uerba uel ſi per hominū regē iurare quis te iubeat, ne id quidē graue fuerit. data eſt em̄ huic poteſtas in terris, et quicquid accipis in uita ab hoc accipis. At nos negamus cōceſſa huic in terris citra exceptionē omnia, negamus quic quid in uita accipimus ab hoc nos accipere. nā iuſte honeſteq; accipientes à deo, pui dētiaq; illius accipimus mitiores fruges, panē fulcientē cor hominis & oleū exhilarās faciem. deinceps Celſus negat dubitandum de fide antiqui uiri cuius dictum eſt:

Vnius eſt regnum, cuicunq; Saturnius addit.

Moxq; infert: hoc dogma ſi uolueris conuellere, merito à rege mulctaberis. nā ſi quod tu facis permittant ſibi cæteri, ſolitudo erit circa principē, & res in ferociſſimorum ac immaniſſimorum barbarorum poteſtatē deuenient, ſimulq; & religio tolletur ex hominibus

minibus & decus uerę ſapiētiæ. Ergo ſi placet illud Homericum, Vnus princeps eſto,
unus rex: non tamen cui hoc dedit Saturni obliqua cogitātis filius: ſed cui dedit is qui 1. Petri 2.
conſtituit reges mutatq; ac reſtituit, ſuis temporibus excitans humo uiros reipublicę utiles. Non Iupiter Saturni à ſe regno pulſi (ut narrant Græcorum fabulæ) & in Tartarum coniecti filius regna diſtribuit, & principes regionatim conſtituit: ſed deus qui regit omnia, ſcit quem cui regioni præficere debeat principē. Vanum igitur iudicamus illud dogma de regnorum diſtributore Saturni obliqua cogitantis filio, ut qui perſuaſum habeamus non cogitari quicquam obliquum ſinuoſum' ue à deo uel patre dei, ſaluo tamen dogmate de prouidentia, & his quæ inde proueniūt uel primariè uel per cō ſequentiam. nec tamen merito plecteremur à Cæſare, quod dicamus nō à Saturnio regnum ei datum, ſed ab eo qui reges & præficit regnis & amouet à regimine. atq; utinā oēs reiecta Homeri ſententia diuinam magis probarent, & honorarent Cęſarem. non eſt periculum ne hac de cauſa deſtituto illo à ſuis ſtipatoribus & officialibus prouinciæ pateant immaniſſimorum barbarorum incurſibus. nam ſi omnes idē quod ego facerent, ut Celſus loquitur, dubio procul, omnes barbari diuina doctrina recepta fierēt æquiſſimi ac manſuetiſſimi, euaneſcētibusq; religionibus ſola floreret Chriſtiana pietas: id quod futurum eſt aliquando prædicatione latius indies ſpargente ſe per animas hominum. Id dictū ſuum parum probabile eſſe non animaduertens Celſus, pergit hoc modo: Non enim dicturus es q̄ Romani à te perſuaſi relictis ceremonijs ritibusq; patrijs, tuum Altiſſimū, aut quomodocunq; appellādus eſt, inuocaturi ſint ut deſcendēs pugnet pro eis, nec opus ſit alijs uiribus. Idē enim deus iam anteà tū hoc ipſum tū alia maiora ſuis pollicitus, ut uoſipſi fatemini, uidetis quātum uel illis uel uobis profuerit: cū illis pro ſperato terrarū dominio ne gleba quidem aut domiciliū factum ſit reliquū, uos ubicunq; per latebras erratis quæramini ad ſupplicium. Hic quoniam per fictionem rogat, ſi cōtingeret Romanos à nobis perſuaſos patrias ſuperſtitiōes negligere, quid ſequeretur poſtea recepto cultu Altiſſimi: audi quid nobis ſuper hoc uideat̄. Dicimus q̄ ſi uel duo è nobis concordes ſuper terrā petierint quamcunq; rē, continget eis à cœleſti patre iuſtorū. Gaudet enim cōſenſu rationaliū animaliū, & auerſat̄ diſſidia: Quid exiſtimandū eſt, ſi non perpauci, ut nunc, ſed uniuerſum cōſentiret Romanū imperiū? precarētur freti uerbo illo quod olim audiuerūt Hebræi perſequētibus eos Ægyptijs:
Dominus pugnabit pro uobis, uos aūt ſilebitis: precatiq; unanimiter, multo plures ho Exod. 14
ſtes infeſtos profligarent q̄ Moſes tū deuicit ope diuina impetrata ſuis ſuorūq; precibus. Quæ aūt deus pollicitus eſt legē ſeruantibus ſi nō præſtitit, non ipſo fallente id factum eſt, ſed eorum culpa qui non ſteterunt conditionibus & legitima uiuendi formula: proinde ſi nec gleba terræ nec domicilium poſt acceptas certis conditionibus promiſſiones eſt reliquū, culpā referre debēt in ſuas iniquitates, eā præcipue qua in Ieſum peccauerunt. Romani uero ſi (ut Celſus fingit) populariter credereť, precibus uictores ne haberent quidem hoſtem, protegente illos diuina potentia, quæ olim propter quinquaginta iuſtos parata erat totis quinq; ciuitatibus parcere. Sal em̄ terrę ſunt dei homines, per quos mundus hic conſeruatur quandiu ſal ſuū ſaporem obtinet. nam ſi ſal fatuus reddatur, nec ad aruum utilis eſt nec ad ſterquilinium, ſed proiectus conculcabitur ab hominibus. Qui habet aures audiat quomodo hæc dicātur. Nos quoq; quo Matth. 13
ties dei permiſſu tentator poteſtatē perſequendi nos accipit, perſecutionem patimur: quoties aūt deos nos nihil pati uult, in mundo infenſos nobis mirabiliter pacem habemus, & confidimus in eo qui dixit: Bono animo eſte: ego uici mundum. Et reuera uicit Ioan. 16
quatenus uincere uoluit, accepta à patre poteſtate uincēdi. quapropter & nos fiduciā collocamus in illorū uictoria. quodſi deus uult ut iterū certemus in ſtadio pietatis, ueniant aduerſarij, & audient, Omnia poſſum in eo qui mihi uires addit Chriſto Ieſu noſtro domino. Et enim cum duo paſſerculi (ut ſcriptura nominat) aſſe ueneant, nullus Matth. 10
in laqueum cadit nolente patre cœleſti. adeoq; cuncta comprehendit dei prouidētia, ut ne capillorum quidem noſtrorum numerus eius noticiam effugiat: Deinde rurſum Celſus more ſuo confundens omnia, tribuit nobis quæ à nullo Chriſtiano ſcripta ſunt, hæc dicens: Ne hæc quidē ueſtra uox ferenda, Si præſentes imperatores ad fidē noſtrā

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertraxerimus, pertrahentur rursum alij. Quòdsi ad hūc modum alijs post alios in istā nassam illectis tandem omnes ad uestram fidem pertrahēdi sunt, aliquis princeps alieno periculo cauti, totum genus uestrum extirpabit priusquam eueniat. quod fore dicitis. Ad hæc respondere nil opus est, cum nemo nostrum sic loquatur: si presentes imperatores ad nostram religionem pertraxerimus, pertrahentur uniuersi alius post alium. Quomodo autem ei hoc excidit, quòd principibus alio post aliū in nostram religionē concedentibus, unus aliquis eorum sentiens id fieri eo quòd parcatur nobis hostibus, totum hoc genus extirpabit funditus? Sed & hoc ex se finxisse uidetur, quandoquidē nugas nugis connectit. Deinde precatus in easdē leges consentire Asiæ, Europæ, Africæ gentes tam Græcas quàm barbaras usq; ad orbis habitati terminos impossibile hoc ratus subinfert, quòd qui hoc putat futurū imperitus rerum est. qua de re locus postulat ut uel paucis uerbis dicamus, quāuis diligentius deberet tractari, quo pateat non solum possibile, sed etiam uerum id esse, sub easdem leges uenturum aliquando quicquid rationis est particeps. Stoici aiunt futuram aliquando conflagrationem uniuersalem, igne ut qui fortior est, prævalente elementis cæteris. nos autem dicimus uerbi dei prædicationem aliquando prævalituram omni rationali creaturæ, eamq; mutaturam in suam perfectionem, quando unusquisq; suapte potestate quæ uolet eliget, & quicquid elegerit faciet: nec enim eandem esse conditionem animarum & corporum, ut quemadmodum in his sunt quidam morbi arte medicinæ insuperabiles, ita in animabus insint quædam uicia quæ impossibile sit sanari per uerbum dei, nullus profecto malus affectus est animi, quo uerbum dei non sit potentius. hoc enim unicuique medicinam iuxta dei uoluntatem admouet, cuius effectus est uicia tollere. Vtrum autem in tantum ut anima posthac non possit in eadem mala recidere, an contra, non est huius temporis disputatio. Certe apud prophetas multa secretiora habentur de penitus abolendis olim omnibus omnium animarum uicijs, ex quibus Sophoniæ uerbis nunc contenti erimus. ea sic habent. Paratus esto, mane uigila: dispersierūt omnes racemi eorum. Propterea expecta me, dicit dominus, in die resurrectionis meę in futurum: quia iudicium meum ut congregem gentes, & colligam regna, ut effundam super eas indignationem meam omnem, iram furoris mei. in igne enim Zeli mei consumetur omnis terra: quia tunc conuertam super populos linguam in generationem eius, ut inuocent omnes nomen domini, ut seruiant ei sub iugo uno. De finibus fluminum Æthiopiæ suscipiam dispersos meos: afferent uictimas mihi. In die illa non confunderis ex omnibus adinuentionibus tuis in quibus impie egisti in me: quia tūc auferam à te detractionem contumeliæ tuæ: & ultra non adijcies ut magnificeris super montem sanctum meum: & relinquam in te populum mansuetum & humilem: & reuerebuntur nomen domini qui fuerint reliqui de Israel: & non facient iniquitatem, & non loquentur uana, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascentur & accubabunt, & non erit qui eos terreat. Huius prophetiæ interpretationem qui potest intelligat, præsertim illud examinans, quid sit quod ait post consumptam omnem terram fore ut reuertatur lingua in populos in generationē eius, quemadmodum erat ante illam antiquam confusionem: & consideret quòd propheta dicit inuocaturos omnes nomen domini, ut seruiant ei sub iugo uno, utq; auferantur detractiones cōtumelioſæ, nec sit posthac iniquitas & sermones uani & lingua dolosa. Hęc uisum est addiscere sic absque diligenti enarratione, propter Celsi dictum putantis impossibile ut Europæ, Asiæ, Africæq; gentes tam græcæ quàm barbaræ in unū aliquando consentiant. Et fortasse reuera impossibile degentibus adhuc in corpore, non item solutis à corpore. Postremo hortatur nos Celsus ut opem feramus imperatori totis uiribus, & geramus eius auspicijs iusta piaq; bella, ne'ue detractemus militiam si res ita postulet. Respondemus, ferre nos imperatori auxilia suo tempore, sed diuina ut ita loquar, nimirum armatura fretos non humana: idque facimus apostoli monitis obedientes, cuius hæc uerba sunt: Obsecro uos, primùm ut faciatis deprecationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & cunctis in potestate collocatis. Et quo cuiusque insignior est pietas, eo maiorem opem

Zophon. 3

1. Tim. 2

opem imperatori fert, magis quàm stantes in in procinctu milites, & occidentes quotquot possunt ex hostibus. Possumus etiam sic respondere alienis à nostra fide & ad militiam pro republica cædesq; hominum nos urgentibus: Ecce uestrorum quoq; numinum sacerdotes & delubrorum custodes dextras seruant puras à sanguine causa sacrorum, ut incruentis impollutisq; cæde manibus uictimas offerant solennes ijs quos habetis pro dijs, nec ullo bello delectus habetis è sacrificorum ordine. huius moris si uobis constat ratio, quanto magis cæteris militantibus non contemnenda est nostrorum hominum militia, manus quidem puras seruantiū, decertantium autē fusis ad deū precibus pro legitimo imperatore & pium iustumq; bellum gerente milite, ut destruatur quicquid est iuste facientibus aduersarium. Itaq; precibus nostris profligantes omnes bellorum excitatores dæmonas, & perturbatores pacis ac fœderum, plus conferimus regibus quàm qui arma gestant pro republica: Laboramus autem pro imperio Romano dum iuste uiuentes uota pro eo facimus, exercentes nos in contemnendis uoluptatibus, nec sinentes nos ab eis quouis pertrahi. Sic nos prę alijs pugnamus pro imperatore: & licet cum ipso non militemus, habemus tamē castra propria pietatis auspicijs, & rem deprecationibus gerimus. Quodsi Celsus iubet nos etiam præfecturis militaribus fungi pro patria, sciat nos hoc quoque facere, sed non in conspectu hominum ad captandam inanem gloriam. In occulto enim mentis nostræ ad deum uota fundimus pro patria haud secus quàm sacerdotes: & plus beneficiorum à Christianis confertur in patriam quàm à reliquis hominibus, dum ciues erudiunt ad pietatem erga deum telarem patriæ præsidem, eisq; uiam ad cœlestem quandam ciuitatem dei muniūt, modo recte uiuant uel in exiguis ciuitatibus. Ad quos dictum illud euāgelicum pertinet: Quoniam in minima ciuitate fidus fuisti, ueni & ad magnam, ubi deus stat in deorum concilio, & medius eorum ipsos dijudicat: & te illis annumerans, modo ne moriaris ut homo, & cadas ut unus è numero principum. Quin & ad magistratus in patria gerendos hortatur nos Celsus, si hoc incolumitas legum ac pietatis tuenda postulet. Nos uero cum sciamus oppidatim alias ciuitates per uerbum dei conditas, eos qui uita & doctrina sana ut præsint sunt idonei, hortamur ad præfecturas ecclesiarum, non ambitiosos probando, sed modestos & non temere se in functiones tam arduas ingerentes cogimus ad curas publicas: & magistratus nostri bene rē administrātes suppræfecti sunt Magni regis illius quem filium esse dei credimus: qui dum bene præsunt diuinitus cōstitutis patrijs, hoc est ecclesijs à quibus electi sunt, regunt eas iuxta præscripta dei, saluis etiam legibus publicis. nec hoc faciunt Christiani quòd ista publica uitę munia refugiant, sed quòd se seruent diuinioribus & magis necessarijs munijs ecclesiæ ad salutem hominum: quoniam hoc & iustum existimant & necessarium, omnium rationem habentes, suorum quidem ut indies proficiant, extraneorum uero, ut eos ad pietatis ac religionis doctrinam simul & opera pertrahant, & quantum possunt plurimos adiungant suæ reipublicæ, ut per diuinas leges unum fiant cum deo uniuersorum domino, idq; uniente ipsius filio deo uerbo, qui est sapientia, iustitia, ueritas, per quem conuertitur cuicunq; studium est ut in tota uita deo placeat. Habes sacer Ambrosi finem ut potuimus absoluti tuo iussu operis, quo in octo libros digesto responsum est ad Celsi titulotenus Verū sermonem. superest ut lectorem qui & illius scripta & nostra digna bitur cognoscere, oremus ut iudicet, utra magis spirent uerum deum & modum pietatis qua colitur recepta iam ab hominibus qui ab ipsa ueritate docti uitam suam bene instituent. Scito tamen Celsum polliceri editurum se alium tractatum, in quo doceatur quomodo uiuere debeant qui uolunt & possunt parere ipsius monitis. quem si nō scripsit quāuis promissum, contenti erimus ei respōdisse his octo uoluminibus. quòd si & illud opus ab eo perfectum est, quę situra ad me mittito, ut & ad id respondeamus quicquid ueritatis pater suggesserit, & refellamus mendacia, si-
quid autem uerum admixtum fuerit, citra contentionem
confirmemus nostro testimonio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADAMANTII ORIGENIS, CONTRA MARCIONISTAS DISPVTATIO, IN TRES DIALOGOS DISTINCTA,

Laurentio Humfrido Anglo interprete.

ADAMANTII ORIGENIS DIALOGORVM argumentum generale, uniuersi sermonis summam explicans, è græco Latinè ita habet.

D Damantij, qui & Origenes est, de recta in Deum fide disceptatio, contra Megethium, & Marcum, Droserium, Valētem, & Marinum, hæreticos, singulis hæresim suam defendentibus, coniunctisq; animis ac studijs, ut aduersus Adamantium de Religione disputationem instituerent, malitioſè, quod reipsa intellectum est, conuenientibus. Adoptarūt autem sibi omnes philosophum Græcum, Eutropium nomine, omnium dictorum moderatorem ac iudicem. Vnde Eutropius, causa religionis pertractata & elimata, persuasus ueritate, euasit Christianus: ac cum eo Græci pariter multi etiam hæretici. Erat enim cum illis schola communi quasi conspiratione coacta. Victoria demum penes Ecclesiam catholicam fuit: atque non secus ac puluisculus à facie uenti dispellitur, sic eorum dissipata fuit & exposa sententia.

ADA-

ADAMANTII ORIGENIS DE RECTA IN VNVM DEVM FIDE CONTRA TRIA Megethij Marcionistæ principia Dialogus Primus.

ARGVMENTVM ET PARTITIO DIALOGI.

P RIMA coitio Origeni cū Megethio fuit, qui Marcionista tres ἀρχὰς, id est, principatus seu, eodē sensu, principia statuit, ἀγαθὸν, δίκαιον, πονηρόν: Bonum, Christi Patrem esse uult & præesse Christianis, Conditorem Iudæis, Malum Ethnicis. Contrà suam Adamantius fidem proponit, adscito in iudicem Eutropio: Ex qua sententiarum conflictione nascitur Quæstio: Sint'ne tria principia, an unū potius? Ex hoc quasi fonte suboritur secundaria, An lex Christi aduētu sublata sit? &, Repugnet'ne legi Euangelium? Defenditur Catholica fides, primò, unitas personarū in sancta Trinitate, secundo, uera scripturæ ueteris ac nouæ harmonia & consensio. Negotium egregia & perspicua methodo tractatur. Est enim Dialogus ferè totus λυτικὸς seu ἐλεγκτικὸς, atq; consumitur in Megethij rationibus confutandis, quæ ἐκ τῶν φαινομένων ἀνῃρημένων petitæ priore loco sunt collocatæ, posteriore eas Antitheses falsas indicat Adamantius, & conciliat. Incurrunt in hanc disputationem loci communes de fide, de Euangelistis & Euāgelij scriptorib. de autoritate, consensu & spirituali interpretatione scripturæ, de aduētu Messiæ benedicti, & alijs nonnullis à nostro usu & temporibus haud alienis.

PRIMI DIALOGI PERSONAE.

Adamantius	Catholicus
Eutropius	Iudex
Megethius	Marcionista.

Adamantius.

Vi studio ueritatis ducuntur, & humanitatem morū consectantur, quiq; huius mundi curriculum bene decursuri sunt, simulq; in eam, quæ maximè digna est, expetitione & admiratione de deo fidem intuentur: præstabilioris illi quidē et perfectissimę gloriæ compotes sunt: Cōtrà uero, qui animo lubrici, cognitione curiosi, ratione deuij sunt, pro gloria, deum etiam ignominia dedecoreq; afficiunt. Ex quo non paruum periculum creare mihi uidetur istorum pernicioſa et praua de deo fides: aptam autem & deo congruentem existimationem & fidem basim uirtutum omnium & firmamentum cēseo. Quocirca tentemus rem sermonibus, siquidē tibi uisum sit. Megeth. Quibus est præfatus uer bis frater Adamantius, pro me dixit: Scimus enim & nos fidem sanamq; de deo opinionem rebus omnibus antestare: Quare ad disceptatorem aliquem res deferēda est, qui utroq; audito dijudicet in utro sit uera & legitima fides. Ostendam enim uos Deū magis blasphemare, quàm honorem & gloriam ei tribuere. Certè uerum deū, qui Bonus est, cognoscere abnuitis, sed alium eius loco Bonum erigere uultis: cum Christus affirmet, Nemo bonus nisi unus pater. Eutrop. An uterq; me legitis in iudicem? Adaman. Vterq;. Eutrop. An meo etiam iudicio stabitis? Megethius. Stabo, tuamq; sequar sententiam. Adaman. Celebres & haud uulgares auscultatores adsunt: Quòd si rite illis tuum iudicium probaueris, addam & ego meum calculum ijs, quæ abs te secundum ueritatem dicēntur. Megeth. Vis ut primū ego ex scripturis hanc ingrediar disquisitionem? Adaman. Imò primum constituat Megethius aliquam opinionis suæ circumscriptionem, ut sic eorum quæ posita sunt, demonstratio ex scripturis sumatur. Megeth. Quinimò Adamātius decidat nobis prior, quippe is fuit autor ordiendi sermonis. Eutrop. Enimuero æquum, ut qui orsus sit, prior ipse definiat. Adaman. Credo unum Deum omnium conditorem esse & opificem: & qui ab illo est, Deum uerbum consubstantialem, iuxtaq; pe-

Exordium γνωμικὸν.

Fides Catholicorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rennem eumq; extremis temporibus hominem ex Maria assumpsisse, & in Crucem actum & excitatum à mortuis: Credo etiã spiritui sancto, qui in omnem æternitatem existit. Similiter hic explicet. Megeth. Ego tria esse principia statuo, Deum patrem Christi bonũ: Et alium Creatorem, porrò alium Malum. Nam bonus ille nec malorum est effector, neq; prognatus ex muliere, nec mundus ab eo est conditus, sed ab omni nequitia & effectione alienus est, atq; hæc ita esse demonstrabo. Adaman. Tria dixit esse principia. Necesse est ut quod instituisti expleas. Nomẽ enim τῆς ἀρχῆς, id est, principij seu principatus διὰ τὸ ἄρχειν τινὸς uidetur esse deductũ, quod nimirũ præsit alicui: quomodo & Dominus appellatur, quòd cuipiam dominetur. Respondeigitur, in quos principatum obtineant tria hæc principia. Megeth. Principium illud bonum præest Christianis: efficiens Iudæis: ac Malum Ethnicis. Adamantius. Sunt ne horum trium uoluntates ac sensus inter se congruẽtes, an commune inuicem nihil habent? Megeth. Nihil inter se habẽt commune. Adaman. An tres illi pariter ad fingendos formandosq; homines conuenerunt, uel separatim quisq; sibi creauit hominem, in quem dominatum habeat? Megeth. Non illi tres creauerũt homines, sed unus. Adaman. Quis ille de tribus? Megeth. Ille Iudæorum. Adaman. Quum Iudæorum Deus homines crearit, quomodo aut qua causa Bonus ille simulq; Malus hominibus præsident? Etenim utrinq; doceri potest, fabricatorem illum bonũ esse: Si enim de iure suo illis relaxauerit uolẽs, ut suis eos dominari sineret, bonus ut sit necesse est, qui etiam propria concedit alienis. Quòd si Bonus ille pariter ac malus propter imbecillitatem fabricatoris, eripuerint, erũt uidelicet illi mali, ut qui res alienas concupiscant. Eutrop. An bonum prædicas, qui rapit fabricatori quę ipsius sunt, & imperium sibi sumit in alienos? Quomodo fieri potest ut bonus dicatur is qui tollit aliena? Megeth. Nõ sustulit, sed miseratus, filiũ legauit ut bonũ, & nos liberauit. Adam. Vt misereatur alicuius, oportet ut quidã consensus concentusq; dolorisadhibeatur erga id quod nos quadã ratione attingit, nobisq; cognatũ est. Commotione ergo hac usus est bonus in suos uel in alienos? Mege. In alienos. Adam. Nunquid illis indulsit tanquã bonis, an ut malis? Megeth. Velut peccatoribus. Adaman. Antequam conciderunt peccatis homines, probi sunt effecti à Conditore uel improbi? Vel igitur tanquã bonos appetiuit uel tanquã malos. Si ut malos, est iã malorum expetitor: At bonus nequaquam expetit malos. Sin tanquam bonos, ergo erit fabricator ille bonorum effector, ergo etiam bonus. Nam prout sunt quæ quis facit, ita nomenclaturam habet, ut misericors à miserendo dicitur, & quæ sunt de hoc genere. Megeth. Nec ceu bonos eos adsciuit nec ceu malos, sed totis uisceribus effusus, commiserabatur. Eutropius. Hæc scilicet dicturus est Megethius, neq; diẽ esse neq; noctem sed quiddam inter hæc medium atq; confusum. Explicet igitur quid sit quod dicit, homines neq; bonos esse neq; malos conditos. Quid ergo relinquitur in medio bonum inter & malum? Megeth. Captiones istæ sunt. Ego uerò ex scripturis enucleabo tria esse principia. Adaman. Quid igitur? Æqualia ne potestate sunt, an alia præstant aliis atq; eminent? Megethius. Absit, non enim sunt paria. Adaman. Quodnam ergo est excellentius? Megeth. Boni principium multò est ualẽtius. Adaman. An nõ proinde sunt minutiora principia sub robustiore subiecta? Megeth. Subijciuntur. Adaman. Itaq; ex arbitrio præstantioris inferiora principia exequuntur omnia. Megeth. Nequaquam ad uoluntatẽ illius isti mala patrant. Absolutè enim & omnino est ille potentior. Siquidem ipse Christus adueniens uicit diabolum, & Creatoris euertit dogmata. Adaman. Quid? Bonine assensu existunt etiam isti? Megeth. Non. Adaman. Ignorat ergo illos esse? Megeth. non ignorat. Eutrop. dicis fortiorem esse illum bonum, præterea nolle illos esse. Quo igitur pacto fieri potest? si ualens sit & præstans uiribus & porrò non uelit eos esse, sunt autem tuo adeò concessu: Vel illos esse uult, uel non potest tollere, uel nescit existere. Megeth. Ego ostendere possum falsa esse Euangelia. Adaman. Quibus tandem probationibus potes demonstrare id ita se habere? Megeth. Ex ipsis Euangelijs ostẽdo contaminata. Adaman. Et me admittes etiam, modo ab ipsis Euangelijs probauero ea non esse adulterata? Megeth. Admittam, modo ut ostenderis.

Fides hæreticorum.

Status quæstionis.

Confutatio propositiõis Megethij.

ostenderis. sed recense mihi primum eorum nomina qui Euangelia conscripserunt. Adaman. Discipuli nimirum Christi scripserunt, Ioannes, & Mattheus, & Marcus, & Lucas. Megeth. Marcum & Lucam non habuit in discipulis Christus, & propterea uel hinc reprehendi potestis, falsa quippe effingẽtes. Cur enim ea non perscripserunt hi quorum nomina in Euangelio descripta sunt, sed ij qui non extant inter discipulos? Et quis demum est ille Lucas aut Marcus? Proin meritò caditis in hãc reprehensionẽ, qui nomina non consignata scripturis adducitis in medium. Eutrop. Cum Christus circum se discipulos haberet, an non his potius hoc muneris delegasset, quàm illis qui in censum discipulorum non uenerunt? Nec hercule illud mihi conueniens uidetur. Siquidem ipsos potius discipulos ad huius officij perfunctionem cooptatos oportuit. Adaman. Etiam & hi discipuli sunt Christi. Megeth. Cura ut recitet Euangelium, & deprehendes ibi nullam istorum nominum mentionem scriptis esse proditam. Eutrop. recitetur. Adaman. Apostolorũ nomina duodecim recitata sunt, non etiã * septuaginta duo. Eutrop. Quot habuit Christus Apostolos? Adam. Primum amãdauit duodecim, pòst septuagintaduo, ut Euangeliũ annunciarent. Marcus igitur & Lucas quũ in numero septuagintaduorum essent, ipsi etiam Paulo Euangelium prædicabant. Megeth. Est hoc impossibile, ut illi unquã aspicerent Paulũ. Adam. At ipsum ostẽdam Apostolum Marco simul & Lucæ testimonium tribuisse. Megeth. At ego fidem non tribuam tuo supposito Apostolico. Adaman. Produc tuum apostolicum licet maxima ex parte mutilatum & decurtatum sit, & Marcum & Lucam Paulo administros fuisse doceo. Eutrop. doce. Adam. Lego in extremis Epistolæ Pauli ad Colossenses, Salutat uos inquit, Aristarchus captiuitatis meæ consors, & Marcus cõsobrinus Barnabæ (de quo in mandatis habuistis ad nos uti ueniat) excipite itaq; illum: & Iesus cognominatus Iustus è circumcisione, hi soli mihi fuerunt adiutores ad regnum dei: qui solatio etiam mihi fuerunt. Ac deinde: Salutat uos Lucas & Demas. Citaui demõstrationes huius Epistolę. Vides igitur ipsummet Apostolum illis testificari? Eutrop. Aperta satis est harum rerum designatio. Megethius. Contrà arguo mendosa esse Euangelia. Dicit enim Apostolus, unum Euangelium & uos memoratis quatuor. Adaman. Quatuor quidem sunt Euangelij scriptores, Euangelium autem unum: sipote Christum decantarunt, & eandem rem enũciarunt. Quod si alium atq; alium Christum quisq; prodidisset & Euangelizasset, tunc credibiliter ista diceres. Sin autem eundem nobis Christum quatuor concinant, non amplius quatuor sunt Euangelia, at unũ duntaxat. Megeth. Non dixit Apostolus secundũ Euangelia mea, sed secundũ Euangelium meũ: Ecce ut unũ commemorat esse, & porro dicit, Si quis uobis Euangelium aliud nunciarit, præterquam id quod Euangelizauimus uobis, sit execrationi deuotus. Quum ille proinde unum esse dicat, quomodo uos quatuor esse contenditis? Adam. Etiam & nos unum Euangelium confirmauimus esse, sed autores tamen Euangelij quatuor. Megeth. Sed neq; sunt quatuor Euangelistæ, imò uerò unus. Dicit enim non esse aliud: Secundum Euangeliũ meum: Nisi quòd sint qui turbant uos, & in aliud uos Euangelium Christi transuersos uolunt traducere. Adaman. Quum ipse asseueret Paulus, plures esse Euangelistas, quamobrem tu unum dicis? Megethius. At nec id quidem dixit multos esse Euangelistas. Adam. Habeo in manibus Apostolum & commonstrabo eum in Epistola ad Galatas dicere, Sed etiamsi nos, uel Angelus de cœlo, aliud uobis Euangelium nunciauerit, præter quod uobis nunciauimus. Nunciauimus dixit. Si enim unus fuisset, dixisset, præterquam quod uobis nunciaui: Hoc uero nunciauimus, multitudinis complexionem habet. Eutrop. Istud, Nunciauimus, designationem habet multorum, non unius. Megeth. Sed de istis non innuit, sed de Syluano & Timotheo. Eutrop. Quum prius soli Paulo attribueres Euangelistæ munus, nũc etiam confiteris esse alios. Ergo & alijs permissum discipulis Euangelium prædicare, siquidem Syluanus et Timotheus & Paulus prædicarint. Cum uerò dicat Paulus, Secũdum euangeliũ meũ, probabile est multos esse Euangelistas, unum tamen appellari Euãgeliũ. Megeth. Atque dissonant Euangelia, & alia atq; alia dictitant, unde apparet deprauata esse. Adamantius. An alium atq; alium Christum ebuccinant? An in hoc putas dissidere? Me-

2. Rom.
1. Gal.
1. Gal.
Coloss. 4

ORIGE
O
in
Mathe
Lucan
Ioannem
Homilie n
quedã loca
Ad Rom
Celsũ.
Marc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Megeth. Minimè, sed pugnant tamen. Adaman. Definito mihi ut uolueris: Nunquid dicis ex interiori intelligentia, an ex nudis uerbis scripturas esse pensitandas? Et si uis, eloquere, ut sic nostra instituatur inquisitio. Megeth. Verbis affixas esse censeo, & eum afferre sensum, quem scriptio ostendit & non aliũ. Adam. Ait itaq; Christus, Filius hominis sum. Ex tua ergo sententia filius hominis est, & non Dei? Megeth. Christus dei est filius. Eutrop. Dicebas scripta sic se habere. itaque quomodo filius est Dei, quum filium hominis esse se commemoret? Megeth. Parabola usus est, cum se filium hominis appellaret. Eutrop. Parabolæ igitur latent ne in comprehensione sententiæ, an in ipso sensu uerborum? Megeth. In comprehensione ac ut sententiæ. Eutrop. Quomodo ais ergo exiliter è uerbis scripturas æstimandas? Idcirco pereq; in intelligentia uersantur ac in uerbis: Et in quo uerbotenus uidentur discordare, mens & intelligentia eadem inuenitur. Megeth. Partim quidem in significatione cõsistunt, partim in scriptione. Eutrop. Videris instabili esse sententia & uolatica. Megeth. Vbi accommodatur parabola, ibi sunt in intellectu ac complexione mentis, alia uero sunt in ipsis uerbis impressa. Adamant. Illud scilicet agis, de filio hominis parabolam esse scriptam. Recognosce mecum non esse παραβολικῶς seu per similitudinem scriptum. Vnde igitur demonstras quòd filius sit Dei? De duobus enim largieris alterum. Nam secundum placita tua, uel mẽdax inuenitur Christus, qui hominis filium se dixerit esse, quum homo non esset: uel diuinas omnes scripturas sub mentis notionẽ cadere necesse est, tametsi nulla parabola adhibita fuerit. Quocirca & omnem scripturam à deo aspiratam esse, ab Apostolo dicitur. Ac illarum conuenientia in animi perceptione cernitur, & sub complexionem mentis recidunt uniuersæ scripturæ. Nec ea quæ in uerbis argutè eminent, sunt usq; adeo uera & dilucida. Megeth. Docebo unum esse Euangelium. Adam. Quis nam est qui Euangelium literis commendauit, quod unum esse prædicas? Megeth. Christus. Adaman. Quid: scripsit ne ipsemet Dominus, In crucem affixus eram, & tertia die resurrexi? Itane scripsit? Megeth. Paulus Apostolus illud addidit. Adam. Aderat siquidem Paulus cum ad crucem affixus erat Christus? Megeth. Ille simpliciter illustrauit literis Euangelium. Adaman. Quod si demonstraro non affuisse Paulũ, sed consecutis temporibus insectatum fuisse Ecclesiam, an fies Christianus? Megethius. An non Christianus sum? Adaman. Cuiusmodi tandem Christianus, qui ne sustines quidem appellari nomine Christiani? Nõ enim uocaris Christianus, sed Marcionianus. Megeth. Et uos à Catholica ecclesia sortiti estis nomen, non estis igitur & uos Christiani. Adam. Recte quidem esset abs te dictum, si hominis cognominationem haberemus. Sin propter uniuersitatẽ quæ per mundũ dispersa est sic appellamur, quid hic subest mali? Megethius. Proba igitur fas nõ esse hominis insigniri nomine. Adam. Etiam paulò amplius demonstrabo, usq; eò abesse, ut Episcopi nomine liceat uocari, ut me ab Apostolo quidem appellationem accipere sit permissum. Vter fuit maior, Marcion an Paulus? Megeth. Paulus. Adaman. Audi igitur si placet, ipsam Pauli, qui præstantior erat, interdictionem, Auditum est mihi, inquit, ab his qui sunt Chloes, quod contentiones inter uos sint. Nam alius uestrum prædicat, Ego sum Pauli, Ego Apollo, Ego uero Cephæ, Num diuisus est Christus? Num Paulus pro uobis crucifixus est? uel in Pauli nomine baptizati estis? Megeth. Tu mihi nomen attribuis, ego appellor Christianus: Quin & hic quidã Socratici nominantur. Adaman. Ego prorsus abiicior nomẽ Socratis, nescio qui fuerit. Eutropius. Si uterque accersatis uobis nomina, necessum est, ut uterque auersetur. Adam. Ego Socratem qui fuerit nescio, repudiat ne & ille Marcionẽ? Megeth. Episcopus meus fuit Marcion. Adam. Ex quo tẽpore Marcion è uita decesserit, quum tã numerosæ Episcoporum imò uerius pseudepiscoporum successiones proseminatæ fuerint, quamobrẽ non successoris cuiuspiam nomen in uestram est sectam deriuatum, sed ad illius Marcionis nomen adhęrescitis? Eutropius. Quum Apostolus Paulus uitio dederit aliquibus quòd ipsius, & Apollo, & Cephæ nominibus se uenditauerant, documẽto est, fas non esse nomen Episcopi usurpare. Magis enim conueniret ad excellentius nomẽ accedere quàm ad deterius. Megethius. Si dicendi potestatem feceritis, ostendam tria esse

Tituli & nomina.

ὅς μὲν 1. Cor. 1

esse principia, & quòd alius sit legis Deus, alius ille deus Malus, & hæc esse eiusmodi, uestris ex scripturis demonstrabo. Eutrop. Primum exponatur, an tria sint principia, an tres naturę, & tum, quæ sit cuiusq; dispensatio, liquebit. Adaman. Doce tria esse principia, & postea dic quod lubet. Mege. Ostendã Conditorẽ illũ alia legib. mandasse, & Christũ alia huic contraria. Adam. Quia nimirũ suspicaris repugnantes esse inter se, & diuersas leges, propterea aliũ atq; aliũ tibi Deũ fingis. Megeth. Et secũ profecto nemo unquã dissidet ac pugnat, quemadmodum Euãgelium legi ex aduerso repugnat. Adam. Cõditor ille Deus, quẽ ludæorũ esse dicis, an solus est & unus, uel multi sunt? Megeth. Vnus est ludęorũ. Adam. Illustrius aliquod mihi exemplũ uidetur apponendũ, & attingendũ, quò planius fiat, quod agitur. Quẽ admodũ fœmina quę liberos edidit, non statim solidis illos educat nutrimentis, sed lacte primũ molliusculè fouet, postero tẽpore, uegetioribꝰ cibis utitur & fortioribus: (nec Paulus ignorauit hominibus iuxta progressiones, quas in lege fecerunt sese dedere, inquiens: Lactis potione uos alui, non cibo, non dum enim poteratis, imò etiamnũ quidẽ non potestis, adhuc namq; carnales estis:) Consimili ratione usus est Deus. Nam & is secundum habilitates & progressus hominũ leges suas posuit: Adamo enim alia uelut infanti proposuit, alia Noe, Abraamo alia, alia per Mosen sanxit, alia Euãgelio prodidit. Atq; ea tamen omnia pro accommodatione & captu mundi tum orientis, pòst medij, ultimò occidentis: Perfectissimis autem uelut de cella quadam & thesauro perfectissima depromens. Sed ne inconsistenti & enerui oratione me uti putes, euincam argumentis unum Deum utriusq; autorem & latorẽ fuisse. Mandauit enim Abraamo ut suum filium interficeret: Posterius uerò lege cauit per Mosem, neminem interficiendum, sed qui cædem fecerit, uicissim occidendum. An igitur binos propterea affirmatis esse Deos, sibiq; mutuò aduersantes, quòd idem pro iusto habeat occidere & non occidere? Eutrop. Idem uidelicet præcipit occidere & nõ occidere. Adam. Omnino idem. Nec in hoc solum istud fecit, sed id etiam frequẽs est & solenne in alijs, usq; eò ut non rarò legem iubeat de uictimis & sacrificijs ritè procurandis, aliâs uerò contrà prohibeat. Quin dicat igitur, num alius Deus fuit, qui Isaac mandauit occidendũ, alius qui interdixit? rursus qui sacrificia offerre iussit, & qui non offerre? Eutrop. Siccine in scripturis continetur, aliquando ut permittat fieri sacrificationes, aliâs ut aspernetur? Quid refers Megethi? Idem ne est Deus q leges mutat, uel bini sunt, quorum unum nobis effecerẽ constituisti: Itaq; non iam tria principia, sed quatuor, & ita uestrum simul dogma loco mouetur. Megethi. Ille, ludæorum, idem fabricator est: at qui noster est, non est eius filius. Adaman. Quo tandem illud docebis argumento, Christũ non esse filium illius conditoris? Megeth. Isto scilicet, quòd Christus omnia conditoris acta perfregerit, & liquidè ostendam confregisse. Adaman. Quin explica ita euertisse. Megeth. Deus ille generationis, Mosi ex Ægypto discessionem adornanti, in hanc præcepit sentẽtiam. Parati estote mihi lumbis præcincti, pedibus calceati, uirgas in manibus uestris habentes, & saccũlos auro & argento cæteraq; omnia auferte ab Ægyptijs: Noster autem Dominus bonus discipulos suos per orbis uniuersitatem ablegans dixit: Neq; calceamenta in pedibus uestris, neq; saculum, neq; binas tunicas, neq; æs in zonis uestris. Ecce quàm luculẽter Bonus iste noster, illius decreta oppugnet. Eutropius. Istuc quidem, argentum & peram accipere, & non accipere, idem omnino mihi uidetur, ut occidere & non occidere, sacrificia nuncupare & contra. Ergo sic abs te quæro. Quũ ille molitor Abraamꝰ delegarit, ut filium iugularet, alius ne sit ille legis eius autor & rogator, quæ aduersus homicidium est, & porrò alius Abraamo qui mandauerat? Adaman. Quòd si hæc pugnantia unus sanxerit, eaq; etiã approbarit ex optima esse regula & ratione firmata (quantumuis nobis uideantur discrepantiora) quo modo tandem, quòd aliqua in Euãgelio occurrant, quæ uidentur esse à quibusdam legis sanctionibus abhorrentia, propterea geminos affirmas esse deos qui ea iubent? cum tamen id planum non feceris. Itaq; ipse legis deus, unus cùm sit, quónam modo dixit, occidendum & non occidendũ? Hoc uerò si ei liceat, ut Deo, iuxta opportunitates, secundum quod uoluerit, imò uerò iuxta quod utile, probauerit, leges scíscere, apertum id quidem est eũdem præcepisse, ut instructum uiæ

ὑμετέρων. Epanodos ad cõstitutionẽ. Lex & Euãgelium non pugnant.

1. Cor. 3

Exod. 12

ORIGE
In Mathe
Lucam
Ioannem
Homilię in
quędā loca
Nouū Test.
Ad Rom.
D. Cellū.
D. Marc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

structa uice & uiatica sumerent, & non sumerent. Causam uerò harum rerum, egò non possum dicere, res autem pariles mihi uidentur esse & similes. Eutrop. Quid ais. Megeth. Ille deus numnam unus est, an bini qui in lege pugnantia mandat? Megeth. Ille quidem idem est, attamen Christus non est eius filius. Eutrop. Si ea de causa Christum ab alio natum esse dicas, quòd legum quædam contradictio uideatur esse & repugnantia, erras tu quidem Megethi. Siquidem iam patefactum est, eundem ipsum leges etiam maximè proprias & suas exautorare. Quod etiam ipse confessus es. Adaman. Si quod antea pro capite & firmamento sumpsit, consisteret, demonstrabitur unius hæc & eiusdem dei esse. ueruntamen ostendo, hoc non contrarium, sed rebus tantummodo uariari & distingui. Nam qui Hierusalem à Christo mittebantur, illi quidem pacificationis legationem obierunt, qui uerò ab Ægypto, bello suorum hominum diuexati fuerunt. Cham enim puer seruus erit fratribus suis, referen
Gen. 9 te scriptura de filijs, Noe, Sem, Cham & Iaphet: Cham seruus seruorum erit fratribus suis. Oportuit igitur uernaculos & domesticos seruos, qui bellum hoc concitarūt, bel lo excindi. quid? quod etiam Euāgelio familiare est malos ulcisci, eosq; uita expellere.
Matth. 24 Nam sic loquitur: Veniet dominus serui illius nequam, ad diem & ignorat, & ad horā quam non expectat, & dissecabit illum, & partem eius reponet cum incredulis. Quocirca iustum est, ut qui bellum iniustè mouerunt, iustissimis armis opprimantur. Est etiam consentaneum, ut qui pacem prædicant, ab armis nudi & uacui prædicēt, maximè cùm accedat illud Esaiæ, prophetę elogium: Quàm specioli sunt pedes Euangelizātiū pacem: Quin & certa est apud illum temporis notatio, ad quam oportet arma con
Esa. 2 scindi & silere. Dicit enim, De Sion exibit lex, & sermo domini de Hierusalem. Et iudicabit in medio gentū, & populum copiosum arguet, & gladios suos concident in aratra, & lanceas suas in falces. Nec gens in gentem sumet gladiū, nec ultrà bellum discēt gerere. Eutropius. Non ergo hic quicquam est repugnantiæ, quùm sit probatum, etiam Christum pœnam irrogare malis, cùm dicit, se nequam illum seruum esse mediū conscissurum. Megeth. Propheta Dei, eius qui molitionis & fabricationis autor est, prælio in populum exardescente, uerticem montis cōscendens manus suas expandit ad Deum, quò multos bello tolleret: At noster Dominus sanctus uidelicet, manus suas non pro interemptione hominum extendit, sed pro conseruatione. Quid ergo simile est, cum ille manuum sublatione deleat, hic seruet? Adaman. Necesse est ut expansionem manuum utriusque pressius consideremus, scil. Mosis quàm Christi: Et si quidem fuerint similes ac consonæ, bene habet, sin aduersæ & deiunctæ, ita sanè demonstrandum. Etenim manuum porrectio quidem Mosis, populo credenti opem & salutem attulit, ac aduersarios extinxit. Similiter & illa Christi fecit. si enim extensio manuum Christi omnibus tribuerit salutem, tam credentibus, quàm non credentibus, & homicidis, & adulteris, aliquid habes quo stes. Sin uerò credētes salutem per illum sunt consecuti, non credentes autem interierunt, non secus quàm Amalec, quid dissentaneum est, aut contrarium? imò post illam porrectionem manuum Christi Templum simul & urbs eorum infidelium euersa & funditus deleta fuerunt, & populus diiectus fuit, & periit. Compar proinde fuit & assimilis utriusq; manuum proiectio, etiā illa Mosis adumbratio fuit ac typus Christi: Ambo siquidem credentes seruarunt & incredulos perdiderunt. Adaman. Sed par non est neque adsimile. Eutrop. Videris mihi minimè ea capere quæ dicuntur. Tum enim res discriminata esse uidetur, cum unus fidelibus, alter uerò infidelibus salutem confert. Atqui iam utrunque idem effecisse compertum est. Nihil igitur est quòd hic contradicas, sed aliud si quid habes explica. Megeth. Legalis dominus inquit: Diligentem te diliges, & odio
Matth. 5 persequeris inimicū tuum. Noster uerè, uniuersæ bonitatis Dominus: Diligite inimicos uestros, & orate pro insectantibus uos. Adaman. Pulchrè quidem abs te dictum fuisset, si quidem in Euangelio solo esset positum. Siquidem in lege inuenitur scriptum: Si uideris (inquit) bouem inimici tui errantem, non sines eum perire, sed aperies, & restitues illi bouem suum. Etiam rursum. Si uideris asinum inimici tui de uia collapsum, non præteribis illum, quoad erectum rursus onerueris. Quid? quod populus cùm impetum fecisset in Mosen, uti eum è uita tollerent, & offudit se gloria domini,

mini, atq; fas erat inimicos illos pœna, mulctari, qui cōcitationem illā & concursum secerant, & irruit secundum quod scriptum est, uastatio. Itaq; iam iam perituros erat populus, nisi Moyses, depositis inimicitijs, pro inimicis suis deum precibus solicitasset: dicens Aaroni: Occurre uastatori & cape tibi acerram in manu tua. Audiens Aaron occurrit, ac continuo cessauit cōfractio. Porro Dauid persecutione Saulis appetitus, etiamsi locus iam daretur illius interimendi, manus tamen ei non attulit, imò contrà pro eo preces fudit. Et Hieremias coniectus ab inimicis in lacū, tantū abest, ut præteritorum malorum refricaret memoriam, ut etiam è diuerso ipse pro illis deprecatus fuerit. Euangelicis deinde literis dicit. Discedite à me qui perpetratis iniquitatem. Vides Euangelium Legi conuenire. Megeth. In quo concinunt? Eutrop. Quid ni uerò eadem sint? Nempe quæ Christus faciunda proposuit, in lege præstita fuerunt & effecta. Præcepit ille diligere inimicos: Lex itidem ultionē inimicis inferre prohibuit, imò nec bouem nec asinum negligi despiciue iussit. Et quamobrem Christus nō oderat maleficos et flagitiosos instar hostium: Cùm ait, Discedite à me? quoniā inimicos repellere, amoris indicium esse nullo modo potest. Megeth. Prōpheta dei Creationis, quò plures belligerādo conficeret, usq; eò solis occasum sistebat, dum occidio & cædes facta fuisset eorum, qui contra populum manus conseruerunt: Dominus autem hic Bonus dicit: Sol ne cadat super iracundiam uestram. Adaman. Equidē, si qui aduersus dominos arma iniusta ferant, eos exterminare è medio fas ac pium esse demonstratum est, Ideo Christus etiam ipse eum qui perditè scelerateq; uixit, in tenebras exteriores præcipitem dari iubet, ubi ploratus est & stridor dentium. Quoad illud uerò, Sol ne occidat super exacerbationem uestram, hoc ostenditur in lege non modo præcepto, sed etiam re ipsa factum. Etenim scriptum est Aaronem & Mariam Num. 12
sororem eius factis suis prouocasse Mosem, & inde propter irritationem Mariam in lepram incidisse: Mosem tamen in Aaronis negotio non expectauisse, donec sol caderet, sed contrà, Deum rogauisse supplicem, ut soror eius sanaretur. Quamobrem hæc uide in lege usuenisse, in iracūdiam solem non occidisse. Propheta demum concionatur clarissimè, Ne sitis memores iniuriarum quisque aduersus proximum suum in cordibus uestris. Ex quo potest emergere tum in lege, tum in Euangelio illud esse, sol ne cadat super iracundiam uestram. Megeth. Neutiquam uerò hoc uspiam in lege traditum est, ne sol caderet. Quid alia pro alijs supponis? Eutrop. Duntaxat absque causa Megethi pugnax esse uis & contentionis cupidus. Nam illud tam facto quàm mandato in lege expletum reperitur. Quippe cùm propheta in mandatis dat omnino iniuriarum tenacem non esse, non'ne plus etiam dici uidetur & enucleati us? præsertim cum Christus unius adeò diei circumscriptionem iræ indulgeat, prophe ta autem omnem prorsus iniuriarum memoriam esse obliterandam præcipiat.
Megeth. Non mihi tu personam iudicis suscepisse uideris, sed aduersarij. Adam. Nequaquam Eutropius aduersarius tuus est, sed ueritas. Illa nimirum obstrepere solet Veritas.
mendacibus. Est enim inuicta & immortalis ueritas, Dei ipsius Boni germē ac flosculus. Eutrop. Iudicent sanè ij, qui coràm adsunt, auditores, nunquid præter æquū & bonum dixerim. Nam & ipse Græcus, Christianus esse peruelim, ideoq; oportet meliori sententiæ accedere. Megethius. Ostendam legi repugnare Euangelium. Eutropius. Repugnet sanè, non tamen probat geminos deos, quoniam tute largiris unum & eundem dixisse, Occide, & non occides. Megethius. [a] Ex eo tamen conficitur, illum Creatorem bonum non esse, ut qui ipse secum dissidet. Adaman. Si quòd diuersas leges eum mandare dicis, idcirco eum Bonum neges, æqua mente & hoc audi, Christum ab eo non discrepare, sed pariter cum Creatore dispares atq; dissimiles leges sanciuisse. Etenim, inquit, Diligite inimicos uestros, & deinceps loquitur inimicis fidei, Ite in tenebras exteriores, quonam modo amore prosequitur inimicos, quos in tenebras exteriores protrudit? In hoc qualis tandem charitas? Megethius. Exod. 12
In lege ait, oculum pro oculo, dentem pro dente: at dominus utpote bonus in Euange Matth. 5
lio, Si quis te palma ceciderit in maxillam, obuerte illi & alteram. Adaman. Pulchrè & appositè hæ uoces legislatoris in legislatione ponūtur. Prima em in lege, Oculum pro oculo, ex terrore conflata est, ne quis alterius oculum audeat eruere desinātq;

ORIGE
in Mathe
Lucam
Ioannem
Homilie
quedã loca
nouũ test.
Ad Rom
Cor. Celsũ.
Cor. Marc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsi inter se alij alijs suas exprobrare & commemorare iniurias. Itaq; ut in lege pugnã terror impediuit sic & in Euangelio pari ratione prohibetur, ne propter leuissimã alapam contrà respondemus, mutuasq; iniurias renouemus, sed potius cedamus & acquiescamus. Hęc hæc sunt, Metus & æquanimitas, utrũq; pacẽ cõstituens atq; conseruãs: Vnde hìc quidem propter terrorem à pugna frenatur, ille autem propter æquanimitatem pacem amplectitur. Si tergiuersaberis, solum in lege istas retaliationes cõtineri, ausculta quid nobis Euangeliũ referat, qua metimini mẽsura & remetietur uobis. & dilucidius adhuc ex ipso Euangelio discite, Quisq; secundum quod fecit ferat, nempe quodammodo, oculum pro oculo, scilicet cùm dicit, Qui me negauerit coram hominibus, & ego negabo eum corã patre meo qui est in cœlis. Efficitur hinc ex lege & ex Euangelio, singulos, prout fratri suo fecerint, reportaturos. Megeth. Propheta dei Helisæus (dei inquam creationis) ex syluis ursam euocauit, ut egressa occurrentes sibi pueros deuoraret. Bonus autem deus, Sinite, inquit, paruulos uenire ad me, talium enim est regnum cœlorum. Adaman. par est utrinq; in pueris aduentus considerare. Si enim eodem studio & consilio & pari modo accesserunt, bene habet. Totcus ẽm rei cardo in destinatione & uoluntate accedentium positus est. Qui Christum adierũt, benedictionis consequendæ causa uenerunt: qui ad prophetam, propter irrisionem ac insultationem, hoc traxerunt secum, ut à feris necarentur. Quandoquidem cõclusum est, unumquemq;, prout gesserit recepturum. Iure itaq; optimo, qui ad benedictionẽ adipiscendam uenerunt, uoti sui compotes euadere: Contrà qui prophetæ illuserant, à feris lacerari & discerpi. Quo etiam modo pœnas luit Iudas, qui in dominũ impiè peccauit. Sic enim ipse Christus, sententiã tulit dicens. Væ homini per quem filius hominis traditur, melius erat illi, si natus non fuisset, uel postquam natus esset, ut mola asinaria ei appenderetur, & in profundo maris demergeretur. Dein inuenies prophetas multoties erga multos affectos misericordia, mortuosq; aliquando ad uitam excitantes. Sed & Soumanitis cum rogasset prophetam, mortuum suum filium receperat. Constat ergo, ex uno Deo prophetas & Christum existere. Etenim ille unus quem tu quasi oculatior solùm Bonum fingis, non autem iustum, nimirum Christus qua ratione iubet Iudam impiè iniusteq; agentem, iustè in mare proijci? Quoniam arbitror qui in delinquentes animaduertunt, iusti illi quidem, non boni appellãdi sunt. Nam iuxta sententiam tuam, qui solus Bonus est & non item iustus, nulli debet ille pœnam infligere, Est autem iustus, siquidem puniat. Isthuc igitur ita est dicendum. Nã illud in confesso est iustum illum Creatorem, cùm à Iuda nullo damno fuerat affectus, nihil habuisse causæ cur eum plecteret. Diabolus etiam eum supplicio cruciare non poterat, cum ab eo nec offensus nec uiolatus fuerat, sed contrà adiutus potius. Quem enim reformidauit exclamans: Quid mihi tecum? ueneisti ante tempus, ut me torqueres? hunc aspexit à Iuda morti traditum. Quapropter cùm consentaneum sit neq; Christum, Bonum uidelicet, Iudam afflictasse, cùm Bonus à nullo pœnas deposcit: quẽnam istorum triũ Iudam puniuisse existimas? patet enim Iustum nulla lacessitũ iniuria, neq; sæsum non multauisse. Sin uindicauerit, necessum est eum ab illo uindicem fuisse constitutum qui iniuriam acceperat. Quod si uerò Diabolus Iudam exagitauerit, non iam malus sed iustus erit. Is enim iustus habendus est, qui iniustum proditorem morti adiudicat & condemnat. Erit proinde nõ malus sed iustus. At si Christus ab illo supplicium sumpserit, erit hoc à tua cõiunctum diuersumq; sententia. Bonus enim nunquam accedet ad pœnam inferendam. Sin afflixerit iustè, non quatenus iustus: accipe & illud Apostoli dicentis, Quisq; à Christo recipiet siue bonum siue malum. Megeth. Quid omnino simile? occidit propheta, seruauit Christus. Adaman. E contrario perdidit incredulos, dixit namq; singulis, fides tua saluum te fecit. Quare si fides cuiusq; ex certo ac confirmato iudicio seruare solet, contrà perdit infidelitas. Eutrop. Sed enim qui prophetã accesserũt, ideo accesserant, ut eis benedicendo fausta precaretur. Adam. Minimè, sed ut ludibrio & contemptui haberent, quippe quem caluum uocitabant. Eutropius. Æquum fuit pro aduentus institutione & proposito sic quoque recipere: tũ præsertim dicente Apostolo, à Christo seu bona seu mala reportari. Megeth. Creatorem latebat, ubi Adam esset, inquit enim, ubi es? Christus autem cogitationes

Matth. 7 Matth. 10 2. Reg. 2 Matth. 19 Matth. 26 2. Reg. 4 συμμαχῖτις. Gen. 3

hominum introspicit. Adamantius. Qui igitur Christus dicit de Lazaro, ubi posuistis eum? ignorauit fortassis ubi iaceret. Megethius. Non extat scriptum in nostro Euangelio. Adamantius. Scis te recepisse ex nostro euangelio confirmaturum. At quia ita uis, unde fit, quòd Deus à principe dæmoniorum scisciatur, Quod est tibi nomen? Ille autem ait, legio. Ita forsitan tuo iudicio nescisti, & idcirco percontatus est. Megethius. Nihil prorsus simile. Eutropius. Vtrunque mihi uidetur ex ignoratione proficisci, si quis dicat, ubi es? & quî uocaris? Adamantius. Non interrogandi sed commonefaciendi causa dicit Deus, Vbi es? Suggerit etenim & submonet eum antè benè beateq; uixisse, paulò quidem pòst trãsilijsse præceptum, iámque nudum esse, cum ait, ubi es? Vide in quo statu fueris, & ubi es, qui ex paradisi delicijs excideris? Megethius. Cur ergo in lege dicit, uestem pro uestem? rursum hic Bonus Dominus, Si quis tuam aufert tunicam prębe illi & pallium. Adamantius. Hoc argumentum consimile est illi, Dentem pró dente. At ne tu putes remisse aut oscitanter nos respondere tuis propositis quæstiunculis (licet etiam uideris in locum Iudicis inuolasse, dum tuas ex scripturis obtrudis obiectiunculas, maior est enim qui objcit quàm qui dissoluit) illud, Si quis tuam aufert uestem, in Euangelio quidem scribitur, in patriarchis autem reuera perficitur. Ioseph à fratribus ueste dispoliatus, non pallium modo reddidit, sicuti in Euangelio dictum est, sed & cibaria & urgente ac stringente penuria, uictum atque omnia ad usum cultumq; uitæ necessaria subministrauit. Quinimo in lege præcipitur: Si quis frater abs te argentum aut uestitum accipit, & fœnus & sortem illi restitues ac tunicam. Megethius. Propheta dei, qui effectioni rerum præest, ait, Arcus mei intẽsi sunt, & tela mea acuta sunt: Apostolus uerò. Induite armaturam dei, ut positis ignita illius mali iacula restinguere. Adamantius. Bonum bono opponitur, nec malum malo, nec lux luci, nec candido candidum, sed atrum albo contrarium est. In quo igitur hæc prophetica ab apostolicis uerbis dissentire censes? An non intelligis, arcus, & ensem, & scutum & tela, & arma omnia ad rem bellicam pertinere? Eutropius. Vtrius erat propheta Iustine illius an mali? Megethius. Iusti. Adamantius. Qua ergo de causa malum uocat Apostolus illum Iustum, dicens Tela illius Mali? Eutropius. Non ad eundem pertinent. Megethius. Deus creationis dispensator, caligantem Isaac non amplius uisui restituit: Noster Dominus natura bonus, multis cæcis oculos aperuit. Adamantius. Gubernationem & administrationem dei haud intelligis. Qui Abraamum in senectute præter expectationẽ liberis dotauit & donauit, qui Tobiæ usum indulsit, ne omnia magnifica facta percensendo protrahamus orationem: poterat quidem concessisse & Isaac ne cæcutiret: sed quia nolebat Isaac in Esaum suam conferre benedictionem, eratq; dictum Rebeccæ, Maior seruiet minori, propter mysterium & arcanã duorũ populorum significationem, hæc illi offusa est caligatio, ut nolens succedenti Iudæorum populo, uniuersæ fusecq; patentis Ecclesiæ, fœlicitatem benedicendo apprecaretur. Megethius. Ex eo quòd crebris iactamur persecutionibus, & odio hominum laboramus, nonne luce clarius est nos in alterius dei potestate esse ac ditione, & à iurisdictione dei creationis alienos? Etenim inquit, Cor regis in manu dei Ergo liquidum est, deum illum penes quem rerum procreatio est, nos persequi, quòd in manu sua corda regum habeat. Adam. Siquidem hæc antegressis tẽporibus argutè cõfinxisses, aliquã speciem probabilitatis habuisset, habuisset tamen facilem promptamq; solutionem. Nunc autem arbitror istud argumenti te inepte adduxisse & ad tempus parum accommodatè. Iam uero cum Rex iste pius sit, religionisq; studio flagret, quid? ais ne alterum quempiam Deum superiori memoria ante hunc corda illorum tenuisse & persecutorem fuisse, alterum autem Deum huius cor flectere ac moderari? Melius enim ac aliter quàm illi reges, hic imperat, Quæ enim dissiparunt illi, restaurat iste. quos odio prosecuti sunt illi, amore complectitur iste: quæ illi phana & idola in honore habuerunt, hæc iste subuertit. Quocirca quòd tibi uidetur alium deum in illis egisse & uiguisse, alterum uero hunc uersare ac uertere

Matth. 5 Ephes. 6 Ioan. 11 Gen. 25 Prouerb. 21

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eo ſumma elucet amentia. Non enim modo nos in perſecutiones delabimur, ſed & prophetæ multi, ſed & ante iſta tempora tres pueri Martyres fuerunt teſtimoniumq; ueritati conſtantiſſimè tribuerũt. Hoc & propheta clamat, propter te morti tradimur tota die: unde Paulus eadem prophetica uocis uſurpatione acclamat, propter te morti tradimur tota die. ſimiliter & Chriſti diſcipuli qui longè à tergo ſucceſſerant, in pares quoque perſecutiones deuenerunt. Neceſſe eſt te longè lateq; abeſſe ab hac regula prophetarum qui perſecutionibus agitati ſunt: Tum etiam à canone iuſtorum apoſtolorum & diſcipulorum, qui pari modo propter Chriſtum in uarias inſectationes ſunt deuoluti. Eutropius. Quî fit ergo quod prophetas allegat? Si namq; prophetæ proponant, & ille eodem modo: Liquidum eſt, illum non inueniſſe, ſed eos uelut probatos & claſſicos uſurpare. Megethius. Expreſſè nullis ad uerbum, ſed uelut temere ac fortuito utitur. Adamantius. Demonſtro ex multis Apoſtolum ea citare ac comprobare, non reijcere. In prima ad Corinthios epiſtola, Ne glorietur omnis caro in conſpectu eius, ex illo uos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt ſapientia nobis à
1.Cor.1 deo, & iuſtificatio & ſanctificatio, & redemptio, ut quemadmodum ſcriptum eſt: Qui
1.Cor.9 gloriatur, in domino glorietur. diſertius deinde in eadem Epiſtola declarat in hanc ſententiam, Quis paſcit gregem, & de lacte non edit? Num ſecundum hominem iſta dico? An non & lex ea dicit? In lege enim Moſis ſcriptum eſt, Non obturabis os boui trituranti. Num de bobus curæ eſt deo? An propter nos omnino dicit? propter nos enim ſcriptum eſt, quòd qui arat, debet ſub ſpe arare. Megethius. Animaduertis eum Moſis legem nominare, non dei. Eutropius. Video eum Moſis legẽ dicere, tamen probauit hiſce uerbis, Num de bobus curæ eſt deo inquit? An propter nos omnino dicit? propter nos enim ſcriptum eſt: Vides ne ut communiat? ut illud recte poſitum ad probationem adſciſcat? Etenim nemo ad demonſtrationem legem infirmam aut uitioſam adhibet, ſed meliorem & ſolidam. Vt ſi cogitares ſententiam tuam confirmatiorem facere, Paulum teſtem corrogares quò firma eſſent & inconcuſſa quæ à te dicerentur: Sic & Apoſtolus lege teſte uſus eſt. Megethius. Ex ſcripturis probabo, alium eſſe Chriſti patrem, alium fabricatorem. fabricator quod ex ſcripturis innoteſcit, Adamo cæteriſq; ea tempeſtate hominibus notus erat: Chriſti uero pa-
Matth.11 ter incognitus eſt, quomodo & Chriſtus docuit, quando ſic de illo loquitur: Nemo patrem nouit niſi filius, neq; filium quiſquam nouit niſi pater. Adamantius. Admodum rudis es & imperitus ſcripturarum, hoc enim à ſeruatore ſolum prolatum putas. Audi Eſaiam loquentem. Bos cognouit poſſeſſorem, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael uerò non agnouit me, & populus me non intelligit: Et Hieremias, quaſi olim non fuiſſet cognitus, ait, omnes me cognoſcent à minimo uſque ad maximum eorum. Megethius. Vnde igitur apud Ezechielem inquit? Agnitus eram patribus ueſtris in deſerto. Adamantius. Non iam quòd Ezechiel ait cognitus eram patribus eorum, illi etiam eum cognouerunt. Nam dominus noſter Ieſus Chriſtus tanto tempore cum diſcipulis commoratus dixit: Nemo nouit filium niſi pater: quamuis interea conſpiceretur ab omnibus, non erat tamen cognitus, dicens, Diſcedite à me qui perpetratis iniquitatem non noui uos. Quid? Ille καρδιογνώστης qui omnes cordium latebras uidet, eos non cognouit? Certè illi non ut uolebat, ſuæ uitæ rationem inſtituerant. Intelligere enim cognoſcere dicitur, ut & Dauid, patres noſtri non intellexerunt mirabilia mea in terra Canaan, etiamſi uiderint. Neque uero ſtatim ex uiſu oritur cognitio. Videris quidem tu non ſolum prophetis, ſed & Euangelio palam contraniti: Cum Chriſtus manifeſtò uiſus ſit ab omnibus, & dicat, Nemo nouit filium, uos comminiſcimini prophetas illi reclamare. Ergo & Chriſtus & prophetæ agnitionem Dei & ignorationem expreſſerunt. Eutropius. Certum eſt quod Scripturæ intelligere interpretentur cognoſcere, quandoquidem ait propheta, Iſrael me non cognouit, & populus me non intellexit. Tamen adiecit Chriſtus, qui etiam cum diſcipulis uitæ conſuetudinem habuit, Nemo nouit filium niſi pater, ſed & cum illis uerſans addidit, Nequaquam noui uos. Megethius. Luculentius demonſtrare poſſem

poſſem, Chriſtum non eſſe huius iuſti filium, quum legalis ille non dum uenerit. Si enim ueniſſet, impleta eſſent ea quæ à Dauide de eo prædicta erant. Quare (inquit) fremuerunt gentes: & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & prin Pſalm.2
cipes coacti ſunt in unum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius: Et rurſus: Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et conſequenter: Paſces Ibidem
eos in uirga ferrea: Ex quo docet, Chriſtum, qui uenit, alium eſſe, quòd neque reges, neque principes contra illum fuerint, neque gentes paſtæ ſint aut rectæ uirga ferrea. Adamantius. Qui ſumma rerum potiri uidebantur in Iſrael, & regni gubernaculis aſſidere, mortiſq; ac uitæ poteſtatem habere, aduerſum Chriſtum omnes conuenerunt. Quòd autem uirga ferrea paſcebantur, ex prophetia Danielis oſtendendum eſt, qui ait: Poſt aureum, argenteum, & æneum exurget regnum ferreum, quod Romanorum eſſe exponitur, quo regebantur ij, qui contra Chriſtum conſpirarunt. Sunt enim gentes in hæreditatem ei datæ, de qua hæreditate dicit Dauid: Domine recordare noſtrûm in fauore populi tui, uiſita nos in ſalute gentis tuæ, ut celebreris cum hæreditate tua. Palam eſt itaque hanc eſſe hæreditatem gentium, pro quibus precatur. Eutropius. Si regum & principum autoritas non uiguiſſet, quo modo poterat Chriſtus ſubigi in crucem? Megethius. Daniel ait, Vidi, & ecce lapis reciſus erat à mõte abſq; manibus, & percuſſit ſimulacrum, & redegit in puluerem, & diſſlabatur à uento. Lapis erat ex deo regnum illuſtre & conſpicuum, & ſimulacrum, regnum in terra conſtitutum. Apparet ergo ex lege & prophetis Chriſtum non dum ueniſſe, quia ſi ueniſſet, aliud in terra regnum, ut adumbrauit Daniel, non haberetur: Colligitur autem ex eo quòd omnia regna conſtabilita ſunt, Chriſtum legalem & propheticum nondum aduenisse. Adamantius. Quæ in ſcripturis dicuntur rectè, ſtudio & dedita opera perperam intelligis. Prophetæ nanque & euangelium duplicem Chriſti aduentum declarant, alterum inglorium & ignobilem, nobilem & inſignem alterum. De priori, Eſaias ita, Vidimus illum, & decorem non habuit, Eſa.53
neque formam, ſed forma illius inhonorata erat, filijs hominum contemptior, & rurſus: Ecce puer quem elegi, dilectus in quo conquieuit anima mea, non contendet, ne- Eſa.42
que clamabit in plateis, calamum attritum non confringet, & linum fumigans non extinguet: Et iterum: Exulta filia Hieruſalem plurimum, clama filia Sion. Ecce rex tuus Zach.9
uenit mitis inſidens aſino: uti & in euangelio manifeſtatur, ut aſino inſidens ingreſſus ſit Hieruſalem. Itaque dictum eſt quandoque ſpectabilem in gloria, aliàs in humilitate ueniſſe. Hunc glorioſum aduentum Paulus intellexit, inquiens, In cohortatione dei, in uoce archangeli, in ultima tuba deſcendet de cœlis deus, & mortui excitabuntur primi, deinde & nos qui reſidui facti ſumus in aduentu ipſius ſimul cum ipſis rapiemur in nubibus, in occurſum eius. Sicuti & expreſſit Daniel. Vidi quaſi filium hominis ex nubibus uenientem. Et in euangelio, Sicuti fulgur deſcendit ab oriente, & apparet uſque in occidentem, ſic erit aduentus filij hominis. Conuictum eſt ergo euidentiſſimè aduentum ipſius primum deſpicabilem & ſubmiſſum fuiſſe, magnificum alterum futurum. Itaque cum ipſe in terra fuerit, alium que aduentum in gloria prædicauerit qui eſſe deberet, uos forſan utrinque huic aduentui refragamini. Nec etenim priorem eius aduẽtum agnouiſtis, nec alium expectatis: Vtpote quum diuinitus tradita parũ aſſequamini. Megethius. Chriſtum à lege & prophetis alienum fuiſſe certam tibi rationem proponam. Ioannes eum non agnouerat, quòd nullo modo fieri poſſet, prophetam à primo ortu Chriſtum & unctum ſum ignorauiſſe. poſtquã enim in carcere audiuiſſet Chriſti facta, miſſis duobus ad ipſum ſuis diſcipulis, dixit ad
eum: Tu es ille qui uenit, an alium expectamus? Adamantius. Si de Chriſto quæ Matth.11.
ſiuiſſet Ioannes, dixiſſet, Tu es Chriſtus? dicit enim: Tu es ille qui uenit, an alium expectamus? Nunc igitur preſentia exquirere, non eſt prudentia. Cum dicit, tu es, & Ecce Ioan.1
agnus dei qui tollit peccata mundi, non ille neſciuit, quis is eſſet, interrogauit que, q̃ præuius ac præcurſor eſſet, & in tenebroſo carcere. Nouit enim eum, qui dixit, Vado & mitto Paracletum, hoc eſt ſpiritum ſanctum. aliter uero & accipe uerius. Poſtquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

discipuli eius duos Christi aduentus legissent, ignorassent tamen, q̃ is esset, qui de mundo exiturus erat, Ioannes traditurus domino discipulos (consentaneum nempe erat à Ioanne præcultos ac præparatos Christo postea tradi) discipulos hinc ablegauit, uti discerent, quòd is esset, necubi post illius mortẽ hallucinarentur: Ite ergo uos, audite, inquit, nũ ille sit. Spectate præterea Christi responsum. Adiungens sibi discipulos & cupiens docere, à factis auspicatus est, inquiens, Cæci uident, & surdi audiunt, & mortui excitantur, & beatus, qui non offensus erit in me. Proin ad hunc modũ sibi eos accipiens, operibus admonebat, uti crederent, ipsum esse omnem in uniuersum ueritatem. Megethius. Sic nos ab illo Christo qui apparuit alieni eramus & ipse met Christus, qui apparuit, à deo qui creauit, disiunctus erat. Paulus habet, Christus nos emit, certum ergo ut alienos, suos enim nemo unquam emit, alenos nimirum emit ac non proprios. Adamantius. Solutè admodum & inconsequenter argutamini. Quod si probares quod cogitasti, præclarè se res haberet. Sin rationem captas & uenaris quæ solui enodariq̃ nequit, haud piè sentis. Proponis Christum emere. Venditor quis erat? Nunquid auditione peruenit ad te simplex fabula, quòd, Vendens & Emens germani sunt? Si diabolus qui malus est, bono uendiderit, malus non est, sed bonus, ut qui ab initio infestus homini, nunc odio nullo agitur aut fertur, tum prædium quasi ac possessionem bono tradiderit. nulla igitur percitus inuidia, omnemq̃ uitiositatem exuens, iustus erit. Itaq̃ inuenitur deus uendidisse: imò qui peccatis commaculabantur, ipsi homines, sceleribus se abalienarunt, demum autem per illius uiscera & ex singulari misericordia sunt redempti. Sic enim propheta testatur, Diuenditi estis peccatis uestris, & iniquitatibus abdicaui matrem uestram: Et alius alibi: Gratis uenditi estis & non argento redimemini, Hoc autem, Non cum argento, uidelicet sanguine Christi perspicuum est. Hoc enim confirmat: Ipse uulneratus est propter peccata nostra, uibice ipsius sanati sumus: Verisimile est iuxta opinionem tuam Christum nos emisse dato suo ipsius sanguine. Quomodo igitur & ex mortuis excitatus est? Nam ille qui pretium homium accepit, sanguinem reddidit. Ergo amplius non uendidit. Si non reddidit Christus, quo pacto resurrexit? Non ergo illud consistit: Potestatem habeo ponendi & potestatem habeo accipiendi. Ergo pro hominum æstimatione & ualore, diabolus Christi sanguinem possidet? O magnam & blasphemam amentiam, ô scelera, Mortuus est, resurrexit ut potens, posuit quod accepit. Hæc cuiusmodi erat emptio? Propheta dicit, Resurgat deus & dissipentur hostes ipsius: ubi resurrectio, ibi mors. Eutropius. Videtur mihi non emisse aliunde à quopiam. Quis unquam sua emit? cedo. Adamantius. Christus ipse prophetis accinit, quodammodo, cum inquit, Qui designat peccatum, seruus est peccati. Megeth. A peccato redemit. Eutrop. Manifestum est eum peccatum appellasse dominum, & redemit, emisse dixit καταχρηστικῶς, per abusionem. Megethius. At non dixit peccatum esse dominum. Eutropius. O stupiditatẽ singularem: In eo quod ait, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, nonne clarè satis demon-
Rom. 6 strat? Adamantius. Clarius adhuc suo sermone explicauit Apostolus his uerbis. Quando eratis serui peccati, Liberi eratis iustitiæ. Quorsum enim est dicendus dominus, nisi porrò sit, qui subsit dominatui? Eutropius. Expositum est hoc dilucidè. Megethius. Christus dixit planè, Nemo potest duobus dominis seruire. Quid alia pro alijs ingeritis? Adamantius. Quàm multos dominos putas illum inuenisse? Megethius. Quemadmodum significat Euangelium, Non potest arbor mala ferre fructus bonos, neque arbor bona malos fructus ferre, Duo commemorantur domini, Vides duas naturas, duos dominos. Adamantius. Quin totum pronunciati contextum recitas? sed quæ tibi conuenire iudicasti, excerpis, ea-
Matth. 6 que solummodo inducis? Citabo igitur ut scribitur: Nemo, inquit: potest duobus seruire dominis, uel enim unum odio habebit, & alterum diliget, uel uni adhærebit, & alterum contemnit. Non potestis deo seruire & Mammonæ. Eutropius. Mammonem quem uult nominare? Adamantius. Diuitias & argentum. Ratio quoque

que illa foris assumpta extra scripturas tibi fidẽ faciet. A quo quisquis uincitur, ab eo in seruitutem addicitur. Itaque Christus iubet opes non consectari, neque Mammonæ seruire, sed deo soli adhærescere. Quisquis enim inquit facit peccatum, seruus est peccati. Eutropius. Si Mammonam uelit peculiarem naturam esse, & particularem principatum, hoc est, diuitias, non erunt iam duo aut tres, sed plurimi: Quippe sol suam quandam naturam propriam habebit & principatum: Luna etiam pari ratione, & astra, & aer, & aqua. Quomodo igitur affirmas diuitias suum obtinere principium, propriamq̃ naturam? Megethius. Hoc ego non dixi, illud dixit Matth. 7
Christus, Non potest arbor mala fructus bonos proferre, neque arbor bona fructus malos proferre. Adamantius. Hæc sententia non naturæ ergô sed hominum adducitur. Si de natura uerba fecisset, non sanè fructuum fecisset mentionem, fieri enim non posse dicit ut mutentur. Adhæc ostendo ex Euangelio de hominibus qui suæ potestatis sunt, sermonem instituisse, & non de principijs. Sic etenim dicit. Venient ad uos in uestitu ouium, intus uerò sunt lupi rapaces. A fructibus eorum agnoscetis eos. Et rursus, Bonus homo, ex bono thesauro profert bona, & malus ex malo
Matth. 12 thesauro profert mala, ex abundantia cordis os loquitur. Ex corde enim proficiscuntur ratiocinationes malæ. Vides ex una natura hominum quomodo seruator dicat & bonum & malum prouenire? Megethius. Non de hominibus hoc pronunciat. Eutropius. Ecquam demonstrationem lucidiorem hac postulas? Adamantius. Dixeras naturas esse immutabiles & perpetuas. Verum in Euangelio di-
Matth. 3 cit, ex lapidibus se filios excitaturum Abraam. Quod & Paulus Apostolus adprobat. Me quidem antè blasphemum & persecutorem & uiolentum. Qualis arbor erat, bona an mala? Responde. Megeth. Non quæro de Paulo. Adaman. Persecutor
1. Tim. 1 erat antè, postea factus est apostolus. Igitur quomodo mala arbor fit bona, si non possit arbor mala fructus bonos producere? Et ludas prius cuiusmodi arbor erat?

ORIGENIS CONTRA MARCI DVO PRINCIPIA DIALOGVS secundus.

PERSONAE.

Adamantius	Marcus hæret.
Eutropius	Megethius.

Argumentum.

IN VICES MEGETHII succedit Marcus Marcionista, duo principia in ipsa statim propositione constituit, bonũ et malum, illud dare salutem, hoc condemnare & iudicare, utrunque ἄναρχον & ἀπέραντον, neque principium habere neque finem. Excurrit secundo loco in eum sermonem de lege conditoris & ueteris ac noui fœderis repugnantia, quem instituit Megethius Hebraicarum literarum fidem eleuans & calumnians, sed opponitur concentus, unum legislatorem & conditorem esse ac Deum Christianorum & Hebræorum, Christum non hospitem aut nouum, sed conditoris in lege filium propheticis prædictionibus prænunciatum, legẽ esse πρωτότυπον Euãgelij, bono deo Iudiciariam prærogatiuam tribuendam: Quod partim ἀναπνευῇ, Marci obiecta reprehendẽdo, partim κατασκευῇ conficitur, dum ueritatem & unitatem personarum, & legis ac Euangelij conuenientiam confirmat Adamantius. In Epilogo dirimit totam controuersiam Eutropius, & secundum Adamantium præclaram fert sententiam, & Catholicæ Ecclesiæ cupit inseri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATHOLICAE, ID EST, VBIVIS SPARSAE & propagatæ Ecclesiæ, prima Victoria.

MARCVS MARCIONISTA. Equidem sic existimo non tria esse, sed duo principia, malum, & bonum. Adamantius. An per se ac sua ui existunt & principio carent? uel unum habent principium suæ essentiæ, Alterum sine principio extitit? Marcus. Sua sponte & ex se nata sunt, omnis principij expertia. Adamantius. Sunt ne hæc duo principia nullis circumscripta terminis, an suis limitibus finita? Marcus. Nullis finibus terminata sunt. Adamantius. Vbiuis ergo tam malus quàm bonus diffunditur. Vbique enim fusum esse uidetur, quod in nullam circumscriptionem cadit. Marcus. Sunt incircumscripti. Adamantius. Vbilibet igitur malus porrigitur etiam & bonus. Quod enim incircumscriptum est, ubiuis oportet esse. Marcus. Peruagatur in omnibus locis & bonum & malum. Adamantius. Num etiam inter se coniugata sunt secq; mutuo contingunt? Marcus. Neque coniuncta sunt neque contigna. Adamantius. Quod ergo disiunctum est & distat ab aliquo, non ubique dispersum est. Quomodo igitur duæ res locis discluſæ, & separatæ, extra omnem modum & complexum esse poterunt? Etenim quæ seiuncta sunt, necessario suis definita spacijs reperiuntur. Quod finem habet, habebit & principium, quod principium habet, etiam finem habebit. Proinde neque uel absq; principio, uel interminata esse iudicabuntur. Præterea locum qui capit, ampliorem esse oportet ijs, quæ capiuntur. Eutropius. Siquidem dissociata sunt inter se duo principia, deum ipsum in particularem aliquem locum compingi necesse est dicere. Deum autem in parte esse, aut fine concludi nemo qui sanè sapit est qui existimauerit. Sin uerò uelint hæc bina principia se mutuo contingere, quorum illud quidem bonum, hoc uero malum: Malum cum bono communicare, & bonum in mali societatem uenire est necesse. Marcus. Suam habet unumquodq; uim & potentiã. Adaman. Si cuique sua facultas propria sit, etiam suam peculiarem creaturam singulis tributam esse uerisimile est. Vtrius esse putas homines, boni an mali? Eutropius. At quomodo bonus eos qui ad malum pertinent seuocauit ad se, cum par sit horum duorum conditio, ac ditio æqualis? Marcus. Cùm bonus hic uideret homines iam per malum condemnationi proximos, accurrens à periculo damnationis liberauit, ἀμνησίαν, ac obliuionem, remissionemq; peccatorum tribuit. Eutropius. In quem nam peccarunt homines? Marcus. In malum. Eutropius. Quis has aniles ineptias tuas ferret? Quid? An qui proprio deliquerunt Domino, possunt ne ab alio delictorum remissionem consequi? Adamantius. Quamobrem horum alterum malum, alterum bonum dicitis? An solis nominibus utimini, an unus bonus, alter re & opere malus uidetur? Marcus. Reuera sunt bonus, & malus. Adamantius. Quî id tandem? Marcus. Nam seruat bonus, condemnat malus. Adamantius. Nunquid bonus appellatur quòd conseruat? Marcus. Maximè, seruare enim boni munus est & officium. Adamantius. Malus itaque causa erit huius bonitatis. Marcus. Quomodo? Adamantius. Propterea quod nisi creatoris homines peccatis se polluissent, huius bonitas nunquam enituisset. Quia si nemo fuisset peccator, deus non fuisset nominatus bonus, atque causa bonitatis illius erat peccantium condemnatio: Cæterum alio modo patet, si à seruando bonum illum appellites, illum ab initio bonum non extitisse. Marcus. Semper est bonus. Adamantius. Quando descendit ut homines seruaret? Marcus. Tiberio Cæsare regnante, & præsidente Pilato uti habet Euangelium. Adamantius. Ita sexies millesimo anno descenderat, postquam ille Architectus hominem formauerat. Quinam igitur bonus erat, qui tanto interuallo conseruarit neminem? Marcus. Semper bonus erat. Eutropius. Affirmabas ideo boni nomenclaturam fortitum fuisse, quòd seruet: At confessum est & concessum abs te illum descendisse Tiberio Cæsare imperante, Ergo manifestum est, ex eo tempore, quo salutem dare cœpit

cœpit, hanc appellationem tum eum consequutum, ut bonus diceretur. Adamantius. Si propter conseruationem bonus ille dicatur, cum ille conditor etiam salutem multis conferat, uti lex promittit ac prophetæ: Præterea quoq; hic bonus intelligendus est. Itaque seruat uterq; similiter. Sed hic malus, ille bonus uobis uidetur. Marcus. Bonus in omnia bonus est: Fabricator autem solùm ijs, qui in ipso credunt, salutem ap promittit. Adamantius. Bonus etiamne seruat omnes homicidas, & adulteros? An solos in ipso credentes? Marcus. Quicunque ad ipsum profugiunt, his salutem dat. Eutropius. Cum ambo eos, qui in ipsis fidem collocant conseruent, infideles uero repellat, quale tandem boni discrimen, quæ internotio? Vtriusq; enim simile studium esse inuenitur. Marcus. Bonus credentes seruat, incredulos non condemnat: conditor, ut credentes in se conseruat, ita iudicat peccatoresq; punit.

Adamantius. Proinde statuit bonum iudicarq; neminem. Marcus. Neminem. Adamantius. Si demonstrauero bonum iudicare, credes'ne unum esse deum? & nullum præterea alium? Marcus. Non demonstrabis. Adamantius. Credis'ne Apostolo? Marcus. Credo meo Apostolico. Adamantius. Habeo tuum Apostolicum, & recito, iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum. Eutropius. Iudicij nomine tam bonos quàm malos amplectitur, & eorum pro dignitate mercedem. Vnde malis ac improbis irrogatur condemnatio & iudicium, quod secundum Euangelium per Iesum Christum fit, quo secreta & retrusa hominum pro meritis arguentur: tum iusticiæ iuxta ac iniustitiæ præmium tribuet. Adamantius. Audi eundem Apostolum dicentem, Ego quidem ut absens corpore, præsens uerò spiritu, nunc iudicaui quasi præsens, ut is qui tale commisit, in nomine domini nostri Iesu Christi, uobis congregatis & meo spiritu, in potentia domini nostri Iesu, tradatur Satanæ ad interitum. Et rursus dicit, Qui turbat uos, portabit iudicium. Respondeat, à quo portabit iudicium is, qui perturbat Ecclesiam? à bono an à malo? Si à Malo, sequitur Christum à malo esse & apostolum. Sin à bono, consequitur bonum esse iudicem. Alioqui quorsum illa scriptura, Quæ serit homo, eadem & metet? ac iterum, Alius iudicat inter diem & diem, alius iudicat omnem diem. Quorsum illa uox Seruatoris? Qua mensura metimini, remetientur & alij uobis: &, Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego illum coram patre meo qui est in cœlis, &, Non (inquit) ueni mittere pacem, sed gladium, non ueni mittere pacem, sed ignem, ac illud, Væ uobis scribæ. Apostolus ibidem, siquidem iustum est à domino, rependere ijs qui affligunt uos, afflictionem, & uobis afflictis requiem. Quis igitur est qui afflictionem reponet? Respondeat. Marcus. Malus. Eutropius. Malus'ne afflictionem infert? Sanè & ante afflictionem relaxationem. Itaque cùm ab isto Deo accipimus ut & premamur, & respiremus, quid opus alium subornare & substituere deum? Probatum est satis & deum ipsum esse iudicem, & unum esse, & istas futiles esse & commentitias fabulas. Megethius. Primum illud Apostoli dictum explicabo clarius. Siquidem iustum est à deo prementibus uos pressuram reddere, oppressis autem uobis refocillationem. Meminisse enim debes me tria posuisse principia, bonum, medium, malum: Medium itaque principium, si bono obediat, requietem confert & laxamentum, sin malo audiens sit, afflictionem infligit & molestiam. Adamantius. Consentaneum proinde est, medium, boni & mali administrum esse, & utriq; subijci ac per se nulla pollere autoritate, nec quicquã ex suo arbitrio administrare, præterquam ea quæ bonus & malus uoluerint. Agedum ergo, ex cuius uoluntate ac consilio medius homines condidit? Megethius. Ex se ille quidem creauit homines. Pœnitet enim me, inquit, fecisse hominem: quippe pœnitudine ductus est, quòd malos finxerat, illosq; condemnaturus erat & perditurus. Huic non consentiens bonus, generis humani misertus est. Eutropius. At certè boni non est nõ assentiri, ut mala profligentur. Cũ ille fabricator mala extirparet, bonus aũt misericordia erga mala tangeret, erit uidelicet autor malorũ bonus. Bonũ eñ esse dicimus eũ, qui mala tollit, multoq; præstare illũ qui mala esse non uult, ei qui illa tolerat & fouet. Mar. Mali cũ essent homines, malo bonus eripiẽs, mutauit bonosq; effecit eos

Confirmatio bonum esse iudicem.
Rom. 1
1. Cor. 5
Gal. 6
Rom. 14
Matth. 7
Matth. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos qui ipsi crediderant. Adamantius. Postquam igitur contendis Bonum hominem liberatos ad uirtutem & bonitatem traduxisse, cedo, ad quid seruandum descendit Bonus? animam & corpus? an solam animam? Megethius. Solam animam. Adaman. Animus est ne Boni uel Fabricatoris. Megeth. Fabricatoris spiraculum & afflatus est anima, Creatam uerò malam, rebellemq; uidens, abiecit, abiectã malus cum animaduerteret, ad se reduxit, reductam, bonus commotus miseratione à malo eruit. Adamantius. Liberatã à malo animam dedit ne bonus creatori, an apud se reseruauit? Eutropius. O summam bonitatem, aut magis impietatem: Accepit, inquit, à malo, ut creatorem proprio suo flatu spoliaret. Adamantius. Depromat nobis suas apodicticas demonstrationes. Quo modo proiecit Creator animam, & condemnationi destinauit? Megethius. Vbi comedisset de ligno, ex quo præcepit non comedendum, tum in condemnationem proruit, in mulctam & in exitium. Adamantius. Lege quo modo animam condemnauit. Megeth. Recita quæ in Genesi scripta sunt. Adamantius. Recitabo creatoris sententiam & utrum anima in condemnationem incurrerit, uel corpus, apparebit. Sic enim habetur. Quia audiuisti uxorem tuam, & edisti de ligno, de quo solo præcepi ne comederes, maledicta terra in laboribus tuis, in doloribus comedes illam cunctis diebus uitæ tuæ, spinas & tribulos progerminabit tibi, & manducabis herbam * agri, In sudore uultus tui comedis panem tuum donec reduxero te in terrã de qua sumptus es, Quia terra es, & in terram reuerteris. Hæc sententia corporis ne condemnatio est an animæ? Eutropius. Sententia condemnationem importat corporis, & non animæ. Ait enim donec reuersus eris in terram unde sumptus es. Quia terra es, & in terram redibis. Adamantius. Quod damnauit Creator, hoc inquit, bonus seruauit. Megethius. Maledictionem inussit ei, qui ni igitur damnarit? Adamantius. Non hominem, sed terram execratus est. Nam sic dicit, Execrata est terra in operibus tuis. Megethius. Ergo non est homo de terra? Eutropius. Paulò ante contendisti animam creatoris particulam quandam esse & inflatum, nunc uero quasi oblitus, illum uis de terra esse desumptum? Adamantius. Itane ergo uenit bonus, ut animam indemnatam seruaret? Eutropius. Sic sanè corpus si damnatum fuit, neutiquam seruatur, ut illorum fert opinio. Duntaxat illam condemnatoris insufflationem, animam scilicet, ut dicunt, quippe quæ ex deo nascitur, & ipsius est aliqua particula, seruauit. Ei autem quod ex terra est, damnationiq; subiacet, nihil suppetiarum attulit. Marcus. Ista quidem contra Megethium pulchrè uidentur dicta. Contra autem dogma nostrum inefficax & inconcludens est hæc oratio. Nos enim nec animam asserimus, nec corpus, at spiritum quemadmodum & Apostolus ait, Tradidi huiusmodi ad interitum carnis, ut spiritus saluus fieret. Adamantius. Spiritus quo præditus erat homo, num creatoris est, uel boni? Marcus. Boni. Adamantius. Proin ex communi consensu homines, tum fabricator tũ bonus finxerunt. Marcus. Quid ita uero? Adamantius. Asseuerabas animam & corpus ex creatore, spiritum ex bono prouenire, Nunquid ita est? Marcus. Creator posteaquam hominem efformasset & illi inspirasset, nec tamen fœtum suum omnibus numeris perficere posset: Cumq; ille bonus è supernis figmentum uolutans & luctans cõspicatus fuisset, demisit de suo spiritu & hominem animatum uitalemq; effecit. Nam hoc dicimus nos seruari spiritum. Adamantius. Num omnes homines ex hoc spiritu habent? an qui bono crediderunt? Marcus. Ingratiarum actione uenit. Adamantius. Quo igitur pacto se dicit ad hominis salutem descendisse? Iam ergo uenit ut seruaret suum spiritum non hominem? Etiamne boni spiritus salute opus habet? O luculentam impudentiam. An spiritus boni cum homine condemnatus erat à creatore? Megethius. Nequaquam. Adamantius. Ergo uenit seruare quod non erat condemnatum. Eutropius. Nam uel spiritus à bono missus communem cum homine subiuit condemnationem itaq; multò satius esset creatori utpote potentiori parere, qui enim spiritũ boni poterat cõdemnare, quid ni multò magis damnaret homines qui sub eo erãt, cũ etiam nõ obediuerint, uel nõ condẽnationi subiectus erat spiritus, & superuacaneũ

Gen. 3

κγαθὸς in Græco.

ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας.

ac

ac friuolum est dicere, uenisse eum ad salutem hominibus impertiendam. Megethius. Bonus cum animam cõdemnatione fluctuantem cerneret miserius uenit. Creator illi insidias uoluit struere, unde decreuit eum cruci etiam affigere. Adamantius. Vltroneã ne mortẽ pro humana salute oppetijt, an potius coactus est ab alio? Megethius. Creator ubi animaduertit Bonum, legem suam uiolare & perfringere, collocauit ei insidias, nescius Boni mortem hominum salutem fuisse. Adamantius. Elegit ne ipse pro conseruatione hominum mori, an pertractus est ab alio? Megethius. Ipse suapte sponte elegit, mors illi nullam uim intulit. Adamantius. Itaq; Creator illi minimè posuit insidias. Eutropius. Quis tam rudis est, tam ignarus rerum ut ibi iusidias fieri iudicet, ubi quis spontaneam ac uoluntariam mortem perpetitur? Si enim mortem ipse ultro elegit, irritum est & frustraneum insidiarum mentionem facere, Sin uero Creator perpulerit reluctantem, erit uidelicet ille hominum salutis autor & efficiens, non Bonus. Marcus. Nos ex scripturis ostendimus quòd is qui uenit Christus non sit Creatoris, sed Boni filius. Nam legem Creatoris dissoluit. Adam. Quibus scripturis te polliceris comprobaturum? Marcus. Euangelio, & Apostolo, Iudaicis enim uoculis non astipulor, ad alium enim deũ pertinent. Adamantius. Si ex euangelio & Apostolo commonstrauero, desines ne blasphemare? Marcus. Non enim legi suffragor neque prophetis. Adamantius. At Euangelio, an non? Marcus. Credo. Adamantius. Ricitabo, & hoc astruam eum qui legem & prophetas reiecit, & Euangelium quoque refutare. Christus dicit in hunc modum: Erat homo diues, & induebatur purpura & bysso, ac epulabatur quotidie splendide. Mendicus autem quidam Lazarus iacebat pro foribus ulcerosus, cupiens saturari ijs, quæ cadebant de mensa diuitis. sed & canes uenerunt lingentes uulnera eius. Factum est ut moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinum Abraæ. Mortuus simul diues ac sepultus est in inferno. Atque eleuans oculos cum esset in tormentis, uidet Abraam eminus, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit. Pater Abraam, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Dixit autem Abraam, fili recordare te recepisse bona in uita tua: Lazarus similiter mala, nunc autem hic solatio fruitur, tu uero cruciaris, & ad hæc omnino inter nos & uos hiatus est ingens firmatus, ut hi qui uolũt hinc transire ad uos, non possint, neque istinc huc transcendere. Rogo igitur te pater, ut mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinq; fratres, ut testificentur illis ne & ipsi ueniant in hunc locum cruciatus. Ait illi, Habent Mosen & prophetas, audiant illos. Ille dixit, Non pater. Sed si quis ex mortuis ierit ad illos, resipiscent, Dixit autem illi, Si Mosem & prophetas non audierint, neque si quis ex mortuis resurrexerit, audiẽt ipsum. Quis ergo ex mortuis resurrexit & docuit, quæ in iudicio futura sunt, nisi solus Christus? Itaque quicunque non admiserit Mosem & prophetas nec illum accipiet qui ex mortuis resurrexit: Marcus. Ait in inferno fuisse Abraam non in regno cœlorum. Adamantius. Lege an eum apud inferos fuisse dixerit. Marcus. Ex eo quòd illi cum diuite colloquium intercesserat, simul fuisse intelligitur. Adamantius. Eos simul collocutos audiuisti, Cæterum ingentem hiatum qui nominatur non attendisti? Medium enim illud inter cœlum & terram hiatum uocat. Marcus. Poterit ne quispiam à terra in cœlum usque intueri? Fieri non potest. An ualet quis oculis sublatis à terra uel potius ex inferis cœlum collustrare? Quin in confesso est uallem quasi in medio eorum esse iniectum. Adaman. Oculi corporis, quæ prope sunt tantum uidere solent, animi acies in longinquum prospicit. Certum etiam est corpore hinc exutos, oculis animi se mutuo contemplari. Quid enim edisserat Euangelium, attende: Erigens oculos suos: tollere uerò oculos in cœlum, usitatum est, & non in terram. Eutropius. Christus hic ut mihi quidem uidetur dissimilitudinem & iustorum & iniustorum, quæ inter ipsos est docens, proponit pauperem & diuitem. Quid enim aliud est regnum cœlorum quàm bonum? Vel quid aliud est Gehenna aut condemnatio quàm malum? Sicuti legitur in Euangelio. Fili, inquit, recordare q; perceperis tu bona in uita tua & Lazarus similiter mala. Nunc ille hic solatio fruitur tu uero cruciaris, sed & eos qui Mosi & prophetis fidem non habent, etiam ei parũ credere

Luc. 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere qui ex mortuis resurrexit, satis explicatè demonstrauit. Marcus. Nos prophetas & leges reijcimus & repudiamus, non enim illis quicquam est cũ deo nostro commercij: Euangeliũ uero, & Apostolum exosculamur. Adaman. Quem Apostolum narras? multos enim Christus habuit Apostolos. Marcus. Paulum. Adaman. Qui scis Paulum accensendum ordini Apostolorũ? Si enim Euãgelicis literis nomen illius traditum & signatum repereris, profer. Sin autem nullis comprehensum scripturis habes, unde didicisti eum esse Apostolum? Marc. Ipsemet scribit de seipso. Paulus Apostolus Iesu Christi. Adam. Nemo qui de sua re dicit testimonium, fide dignus est, etiam attestante Paulo: Non qui seipsum commendat, probatus est. Neque uerò quisquam præterea illi suo testimonio patrocinatur nec Euangelium. Vnde igitur est quòd ille fuerit Apostolus? Marcus. Et uos unde cognoscitis ipsum esse Apostolum? Nec enim in Euangelijs proditum est. Adamantius. Iube acta Apostolorum recitari, & Epistolas, & illi. datum esse testimonium reperies: Alicubi enim uas electionis Christi confessione dicitur, alicubi à Petro Apostolo scriptum est: Secundum sapientiam quæ data est fratri meo Paulo. Eutropius. An pro ueris habetis Marce acta Apostolorum & eorum qui dicuntur discipuli, uel non? Marcus. Nos plura quã euangelium & apostolum non approbamus. Eutrop. Acta & Epistolę à quibus apostolis cõscriptæ fuerũt? Memini enim in Euãgelio duodecim & septuaginta duos numerari. Adaman. Et Acta & Epistolę & Euangelia sunt eorum qui describuntur in Euangelio. Eutropius. Recita. Adaman. Recito ex Euangelio: Conuocatis uero duodecim, dedit eis potestatem & facultatem super omnia dæmonia, ut morbos curarent, & misit eos ad prædicandum regnum dei & ad sanandum: ac subijciens paulò post: Egressi, inquit, perambulauerunt omnes ciuitates & uicos, prædicantes Euangelium, & sanantes in omnibus locis. Eutrop. Quid est Marce, quòd eos uestro non probetis suffragio, quos Christus ad Euangelizandum & prædicandũ emiserat, illi uerò subscribatis, cuius nullas rationes affertis? Nonne ridiculum uideri debet Matthæum, & Ioannem, quorũ etiam nomina scriptis contestata sunt, & qui ad Euangelizandum ac prædicandum à Christo legati fuerant, deprimere & explodere? Paulum uero recipere & amplecti, cuius nullam rationem habetis? Agè hoc mihi dicas, Prædicarunt & Euangeliũ promulgarunt oẽs? Marcus. Prædicarunt. Eutrop. Scriptis ne prodita prædicarunt an non? Marcus. Nihil scriptis relictum. Eutrop. Stultum planè & stupidum est eos qui ad illam concionandi prouinciam euocati fuerant, prædicasse, & dicere Paulum omnino non missum, ea quæ scriptis cõsecrata sunt affirmare docuisse. Probabile erit itaq; solum tunc audientibus salutem eos annunciauisse, ad posteros uerò nullum inde cognitionis fructũ peruenisse. Quę enim sine scripto dicuntur, euanescunt, paulò pòst, cùm sua ratione & pondere careant. Adam. Quo autem modo norunt Christum esse dei filium? respondeant. Nam si legi consentirent, si prophetis, qui primi fuerunt buccinatores, illud sanè esset commendabile. Prędictum est enim in illis uerbum dei humanam carnem induiturum, in crucẽ agendũ, & humanum genus seruaturum. Sin uero hos primos prædicatores tectius & inuolutius insinuantes non recipiant, unde intelligent Christum esse dei filium? Eutrop. Qui scitis dei esse filium? Marcus. Ex Euangelio & Apostolo. Adaman. Atqui in Euangelio non eum dicit esse filium Dei, sed filiũ hominis. Marcus. Habet Christus in Euangelio. Quem mę dicunt homines, filiũ hominis? Dicunt discipuli Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij ex antiquis prophetis quempiam resurrexisse. Dixit aũt illis uos aũt quem? Respondens Petrus dixit, Christũ. Adam. Petrus quidẽ ludęus & in lege informatus, Christũ in lege & prophetis adumbratum expectauit, ideoq; eum nominauit quòd antè audiuisset. Eutrop. Petrus non uocauit sic, aut quasi hoc illi nominis nunc primum indidisset, aut quasi peregrinum, sed quod fama & auditione prius accepisset. Hoc perconctari abs te uolo. Scripsit'ne Petrus Euangelium? Cur igitur commemorabas eos disseminasse nullis scriptis inuulgata? Mar. Petrus non scripsit Euangelium, sed Christus. Eu. Est ergo falsum q̃ in euangelio legitur, emisisse illum duodecim ad prædicandũ Euangeliũ. cæterò quin nõ poteris astruere uel Paulũ fuisse Apostolũ, uel Christũ appellari dei filium. Quomodo nõ uera sunt quę ptractata sunt, ab

Act. 9
1. Pet. 3

Matth. 10

ab Adamantio? Quæ enim olim promissa & antequam fierent prænunciata & credita erant, ea demum etiam in expectatione fuerunt. Adam. Fingit Christum hospitem & ad nullius unquam emanauisse noticiam: At uerò Christus non sic erat. A prophetis nullis prænostratum eum dicit, sed ignotũ omnibus. Tum profectò nos summa cautione & attentissima animaduersione explorare necessarium esset, cui credere oporteret, quibus ab illo præceptis acquiescere. Neq; enim, inquiunt isti, ullius certi doctoris testimonio nituntur ea, quæ de eo prædicantur: deín homo ignotus & obscurus in causa sua testis locuples non erat: quòd ipse ait, Si ego de meipso testimonium fero, testimonium meum non est uerum. Etenim non inconsideratè cuiuis est annuendum de se ipso prædicanti. ita quibusuis ídem factitantibus promiscuè fides habenda esset, tum Euangelium ut ignotum sermonẽ proclamasse existimaretur, si nec speratum, nec expectatum antè fuisset, ut istis placet. Et cur dicit Christum scriptis mandasse Euangelium? Non enim designauit seipsum is, qui scripsit Euangeliũ, sed Christum Iesum denotat, quem prędicat, atq; ille qui scripsit, ab ipso edoctus non hunc, istorum sententia, quasi aduenam prædicat, nusquam illi poterunt inuenire seruatorem docuisse quenquam, Christum non esse nisi peregrinum. Marcus. Christus & Paulus si à creatore fuissent ablegati, nunquam uoluissent leges & prophetas antiquare. Adamantius. Quomodo Christus uel Apostolus abrogauit? Dicat. Quid? Euertit legem? Sustulit supplicium? Irritum'ne fecit iudicium? Ergo quę̃ tanta necessitas fuit, ut reus à creatore refugiat, cùm neq; iudicia exerceat, neq; minas iactet, neq; pœnæ formidinem opponat? Et si ista dissoluta sunt & fracta, quorsum illud? Væ illi per quem uenit scandalum. Quorsum illud, Qui turbat uos, feret iudicium, quisquis est? Marcus. Præcepta illius abolet. Adam. Hoc ergo est liquidum, eum alia instituta repositurum, illis contraria. Contrarium autem huic, Non mœchaberis, est mœchari, Non occides, occidere, Non furaberis, furari. Relinquitur igitur, hæc reliquaq; edicta esse sublata. Dicat itaq; mihi, quomodo Christus labefactauit legem? Extat enim in lege scriptũ: Non mœchaberis, Non falsum dices testimonium, & cætera deinceps, dicat mihi, ecquam harum eneruauit? Cui mandauit cõmittere adulterium is, qui uel solum aspectum ad concupiscendum & ad fornicandum prohibuit? Quem iussit occidere, qui dicit malo homini non resistendũ? Quem furari docuit Seruator, quò legislatori resisteret? Hæc enim profectò Seruatoris præcepta haud dudũ sunt nata, sed ex lege & prophetis eruta. Seruator enim dicit, Ego uobis dico, malo ne resistatis: Dicit uetus scriptura, Dicite ijs qui uos odio habent & qui uos deuouent, fratres nostri estis. Rursum lex dicit, Furtum non facies, dixit Seruator, Vende quæ possides, & da pauperibus. Dare item pauperibus, noua doctrina non est: sed in ueteri testamẽto præcipitur, Ne desistas, inquit, beneficio afficere egenum, quando tua manus possit opitulari. Et illud quod à Seruatore dictum est: Diligite inimicos uestros, recens non est, aut nunc primùm repertum, sed in prophetis mandatum est, Si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, pota illum. At quid attinet protrahere orationem? Cùm igitur sole clarius sit uenisse Seruatorẽ ut legem perficeret, eum isti expungere & eradere iactitant. Marcus. Iudaistæ hoc quidem attexunt & addunt de suo, Non ueni ut soluerem legem, sed ut implerem: nec sic Christus, at sic: Non ueni perficere legem, sed dissoluere. Adamant. Est'ne hoc uestræ audaciæ non reliqua solum, sed hoc etiam adulterare? Sed enim prodeat Apostolus, uestras præstigias & fucos redarguat. Marcus. Disertè Seruator ait, Præceptum nouum do uobis, nouum ueteri non est simile nec congruens. Pergit enim Seruator: Mittunt uinum nouum in utres nouos, & utrunq; conseruatur. Nouum non est complementum ueteris. Rursus enim Seruator: Nemo immittit immissuram panni recentis uestimento ueteri. Non est supplementum, legis Christus uel Apostolus. Adam. Vide Eutropi iudex sanctissime, qua arte iste uerborum auceps quasiq; uenator, bene constituta, male detorqueat. Iube recitetur Euangelium, & mox elucebit, quodnam sit mandatum quod Seruator mandat. Eutrop. Recitetur. Adamant. Recitabo, Mandatum, inquit, nouum do uobis, ut diligatis mutuò, sicut & pater dilexit uos. Eutrop. Nimirum hoc illud est quod isti conantur, ut dilectionem determinent esse nouum mandatum. Adamant. At nouum haudquaquam est peregrinum ab eo ue-

Matth. 18
Gal. 5

Exod. 20

Matth. 5
Exod. 20

Matth. 5

Matth. 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

teri quod anteceſſit. Marcus. Antiqua lex à creatore rogata eſt, noua à Bono data eſt. Nemo, inquit, pannum rudem ad uetus ueſtimentum aſſuit. Adamant. Nouus pannus ab inueterata ueſte, quî peregrinus erit, cum una & eadem omnino ſubſit eſſentia, eadem omnino natura, ex qua lanæ texantur, ſed lanæ texendæ artificium, unum idemq; ſit, quod uetera & noua conficit? Similiter & uinum tam uetus quàm nouum ex eadem uite progignitur. Cæterum quò doceam planius, nullum mandatum ſingulare aut inſolens induci à ſaluatore, in eo quod dicat: Præceptum nouum do uobis, ut diligatis uos mutuò, lege quæ in lege præcepta ſunt, Diliges, inquit, dominũ deum tuum ex toto animo tuo, &, ſecundum, Proximum tuum ſicut teipſum. Marcus. Quid eſt ergo quod Apoſtolus dicit, Si qua in Chriſto noua creatura, uetera præterierunt, ecce facta noua ſunt omnia. Adamantius. Age uerò, expone nobis quam tandem nouam creaturam? quod nouum fabricauit cœlum? quam terram nouam, aut quem nouum hominem condidit? Nonne intelligis quum una ſubiecta ſit ſubſtantia, quòd uetera quando reſiciuntur & redintegrantur, appellationem noui ſubeant? Eutropius. Noua à ueteribus aliena non ſunt, nec ſemota quoad materiam. Quemadmodum ſi uelit quis uas aliquod uetuſtate tritum refingere, aut arte adhibita renouare, & argentum de nouo excoquere, non ſanè illud materia à priori aliud aut nouum eſſe dixerit. Dein etiam illa tua ratio, noua & peregrina, quam uidebaris uelle afferre, in lege reperitur ſcripta, & dementis eſt dicere, nouum deum, & qui peregrina procudat dogmata. Adamantius. Apertius docebit Paulus, charitatem eſſe legis complementum. Legam, ſi placet, clauſulam eam & circumductionem eius qui dicit ſic. Hoc enim inquit, Non mœchaberis, non furaberis, & ſi quæ ſit alia præceptio, in hoc ſermone quaſi in ſumma colligitur, Diliges proximum tuum ut teipſum. Dilectio proximi malum nõ molitur. Expletio igitur & abſolutio legis charitas. Marcus. Verum hoc uerbum ἀνακεφαλαιώσεως, id eſt, in unum quaſi caput & ſummam recolligi, ſeu (ut ita loquar) recapitulari, prioris æmolitionem denotat. Eutropius. Audiui Apoſtolum eam legis completionem uocantem. Si enim id quod diminutius eſt reſarciatur, non iam quod ante extitit, erit ab eo quod expletum eſt peregrinum: nec confuſum ac commixtum, in capita ſummatim redactum erit à ſuperiori alienum. Adamantius. Explanatius Seruator tibi perſuadebit in Euãgelio: Quum eum adiret quidam, Præceptor bone, quid faciam, inquit, ut in uitæ æternæ hæreditatem ueniam? Dixit autem Ieſus, quid me uocas bonum? nemo bonus niſi unus deus. Porroq; dicit ille, Noſti præcepta, Non occides, non mœchaberis, non furaberis, non falsò teſtificaberis, Honora patrem tuum & matrem tuam? Et ait, hæc omnia ſeruaui ab adoleſcentia. Audiens hoc dixit illi Ieſus: Vnum tibi deeſt, omnia quæ habes uende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis. Eutropius. Viden' Marce omnes auditores ad hæc paradoxa & incredibiles demonſtrationes obſtupefactos mirari? Qui uenerat, ut tu opinaris, ad ſoluendum legem, et ad dogmatizandum peregrina, utique ſic dixiſſet tum, Adhuc tibi deeſt, ut accipias theſaurum in cœlo. Sed hoc, Vnum, ſatis clarè indicat reliquorum plenitudinẽ. &, huic ſermoni admodum accinit Apoſtolus, Vnum multorum ſummam & finem exponens, nempe dilectionem. Adamant. Prototypum Euangelij, & primum exemplar eſſe legem confitetur Apoſtolus, in hanc ſententiam. Hæc quidem in typo contigerunt illis, ad noſtram autem admonitionem ſcripta ſunt. Marcus. Nequaquam ita ſcriptũ eſt, Nec enim dicit, Hæc in figura contigerunt illis, ſcripta ſunt autem ad noſtram admonitionem, ſed de illis loquitur, in quibus deus huius ſeculi ſenſus incredulorum excæcauit, ut non illis lux illuceat. Malum nominat deum huius ſeculi, qui facit quò minus illius affulgeſcat illuminatio. Adamantius. Mens occupata, à malis poſſeſſa opinionibus, uix illis renunciare, aut renuere ſuſtinet. Itaque pulchrè poſita ab Apoſtolo hi conantur malè interpretari. Non etenim hæc refert Apoſtolus, quò alium deum oſtenderet, ſed de infidelibus. Dictum autem κατ' ὑπέρβατον, id eſt, per tranſgreſſionem aut ordinis traiectionem poſitum, id ueſtro præiudicio ita ſe habere intelligitur. quòd ſi uerò diſcendæ ueritatis ſtudio teneare, auſculta. Hoc uidelicet ſibi uoluit Apoſtolus, in quibus inquit, Deus infidelium huius mundi excæcauit intelligentiam. Dum enim deo non credunt homines, illi occæcantur,

Matth. 9

Matth. 19

1. Cor. 10

προλῆψις et pertinacia anticipata.

1. Cor. 10

cantur, ne ſcientes prudentesq; contemnerent. Seruus enim, inquit, qui ſcit & non facit, cædetur multis: qui autem neſcit, facit tamen digna plagis, cædetur paucis. Deus itaque parcens, mentem infidelium excæcat. Adiunxit porrò, ut Bonus, & hoc, Si non crediderit is, non intelligetis. Quin ſi pertinax ſis & litigioſus, audi hoc & à Chriſto factum. Marcus. Hoccine boni Dei eſt homines cæcos reddere? Adamantius. Creator quidẽ eos qui ad ipſum accedunt, nõ credentes cæcat. ubi uerò replicas creatori præſtare, longeq; præcellere Chriſtũ, attende. Quonã modo eos qui nõ credunt ipſi, eiſci iubet in tenebras exteriores, ubi luctus eſt et ſtridor dentiũ? Quo modo item Apoſtolus illius Boni, homines ſatanæ tradidit his uerbis: Tradidi eiuſmodi ſatanæ in interitum? Quid? potius eſt ac melius non credentes Deo excæcari, an in tenebras deturbari, an ſatanæ tradi? Eutropius. Excæcatus, unius ſolùm membri breuem dolorem hic patitur, ſaluis reliquis partibus, ſed qui in tenebras extremas præcipitatur, ubi ploratus eſt ac ſtridor dentium, & qui ſatanæ traditus eſt, iacturam damnũq; omnium membrorum ſuſtinet. Præſtat igitur unius membri diſpendium facere, quàm totum corpus tormentis ſubijci. Adamantius. Audi ipſum Seruatorem in Euangelio dicentem: Si oculus tuus dexter offendat te, erue illum, & proijce abs te, conducit enim tibi, ut pereat unum membrorũ tibi potius quàm totũ corpus in gehẽnam ignis conijcia tur. EVTROPIVS IVDEX SVRREXIT, ET AD OMNES AVDITORES PERORAVIT, Megethiũ quidem & Marcum, cæteroſq; eiuſdem ſententiæ aſſectatores ſtupidos homines iudico: Græcorumq; tragœdias horum commentis uendibiliores, lõgeq; probabiliores eſſe exiſtimo. Etenim Megethius qui tria poſuit principia, Bonum, Iuſtum, Malum, ſola uenditãs nomina, lapſus eſt. Rebus enim agitatis & perueſtigatis, Malus, quem ſomniauit, Iuſto inuenitur iuſtior, & Iuſtus, quem imaginatus eſt, declaratur Bono melior. Marcus autem quum duo præfiniſſet principia, Bonum, & Malum, re excuſsè diligenterq; perpenſa, Malum principium ipſo Bono euaſit præſtantius & opulentius. Solùm mihi ab Adamantio, Deus rectè & ſanè fuiſſe deſcriptus uidetur: unus ſcilicet, conditor & architectator omnium, qui habet Verbum efficax & agens, ac Spiritum ſanctum qui dominatur cunctis, cui obſiſtit nihil, cuius uoluntati nihil obluctatur, cui meritò innititur catholica Eccleſia, quæ puram & illibatam religionem tuetur, cuius gregi ô ſi annumerarer, ita ſentiens, & ita iudicans.

Matth. 6

1. Cor. 5

ADAMANTII ORIGENIS CONTRA MARINVM BARDESIANISTAM ET CAETEROS Dialogus tertius.

TRIA HOC ſermone excutiuntur maximi ponderis dogmata: Primum, unde Diabolus & mala oriantur: deinde Chriſti ueræ humanitatis & incarnationis myſterium: tum Reſurrectionis mortuorũ doctrina ſummæ conſolationis plena. Primum partitionis membrum trifariam explicatur. Marinus præſultor & quaſi choragus fabulæ, Diabolum αὐτοφυῆ & αὐτογένητον decidit, duas ſtirpes, ſic enim ῥίζας uocat, ponit, ex Mala uerò ortum malorũ eſſe, Droſerius ex materia ultioſa & maculoſa neſcio qua ἀπείρῳ & ὁμοχρόνῳ Deo, proficiſci ait, Valens nõ ex ſubſtantia ſed qualitatibus ſubſtantiæ. Sic hi tres eiuſdem affines amentiæ, quos rectè & eleganter τοὺς αἰσίους καπήλους nominat Origenes, de malorum origine philoſophantur. Adamantius ſimplicem hanc opinionem diſtinctè & partitè conuellit, Remotione uſus, non à radice ſeu Deo illo malo, aut materia aut qualitatibus gigni, nec deum inſtillauiſſe, ſed eum quidem autorem omnium, tam caliginis quàm lucis, tam ſiniſtri quàm dextri, ſed mala ex ipſis hominibus quodam modo profluere, nimirum arbitrij liberi cauſa. De qua libertate fuſius diſſerit, incorruptam commodi cauſa homini primo & angelis datam fuiſſe, degenerem uerò ac corruptam & illis & nobis corruptionis ac uitiorum ſemen eſſe.

Secunda pars, Chriſtum hominem non cœleſte corpus aſſumpſiſſe, ſed terreſtrem carnem ex Maria probat contra Marinum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertia, primò dilutas φυσιολογίας contra Resurrectionem diluit, secundò rationes ex scripturis deprauatas, tertiò suam stabilit pro Resurrectione sententiã, quartò scrupulum illum eximit, ad quem omnes hæretici impegerant, biblicas scripturas authenticas esse probans, & ex Euangelicis & Apostolicis literis uim suam ac robur obtinere. Quintò Eutropius ludex perorat generalem & pulcherrimum addens Colophonem, propositæ doctrinæ summam recolligens, De uno Deo patre, eiusq; Verbo uerè incarnato & Spiritu sancto, & de Ecclesia grauiter & maturè non νεοφύτως statuens.

PERSONAE.

Marinus	Adamantius
Megethius	Eutropius
Drosérius	Valens.

MARINVS BARDESIANISTA. Ferte me, q paucis exercere me cupio, dum optimam sententiam tueor. Eutropius. Agedum dic. Marinus. Qui hebetiores sunt, & sacrarum literarum maximè rudes, scripturarum tamen arrogabunt intelligentiam, quod stultum est, rationiq; dissentiens. Propterea uolo, iudicante Eutropio, utrum nos an uos rectum sensum scripturæ dogmatum assecuti fuerimus, demonstrare. Adamantius. Primùm explica quam sis defensurus opinionem, & fidem profitere quoquo modo opineris, ut sic nobis quæstionis nascatur exordium. Si quis enim ueritatis, non contentionis studio uelit diuina perscrutari dogmata, neq; is quid uerum sit, uidere & inuenire apertissimè poterit. Quam tandem sententiam rectissimam tenere te affirmas? respondes, ut uelut aurum igni perpurgatũ & elaboratum, sic ad examen uocata, & ab utrisq; exagitata, nitidior ac tersior appareat oratio. Marinus. Absonum censeo, quod uos dicitis, malum à Deo fieri, Deus enim malorum causa non est: Deinde Verbum Dei carnem humanam assumpsisse, quod uos statuitis: tum quòd patis eandem carnem, cui illigamur, resurgere: meritò enim onus appellatur, sepulchrũ, et compedes, quoniam peccatis fœdata erat anima cùm hoc corpore sit colligata, sicut apostolus Christi Paulus clamat, ut à corpore soluatur: Miser ego homo, inquit, quis me liberabit à corpore mortis huius? Hæc tria sunt quæ quæro. Eutropius. Primùm de fide quæ est in Deum, certos nobis antè fines constitue, & ista pòst exquirantur. Marinus. Credo & ego unum esse, ut & iste, & unum Deum esse in unam mecũ concurrit sententiam. Tria uerò sunt, in quibus cum catholica ac uniuersa Ecclesia non facimus. Eutropius. Quæ sunt illa? Marinus. Diabolum non esse à Deo creatum asserimus, & non dicimus Christum esse natum ex muliere, & corpus non resurgere. Adamantius. Ea primo loco sunt attingenda necessariò, unde tu sumpsisti dicendi initium. Vbi hoc nobis uisus es impingere, quasi nos asseueremus malum à Deo fuisse conditum. Malum enim solum nos id esse dicimus, priuari bonis. Marinus. Quid ni malum sit, cùm scriptura cõmemorat in principio serpentem Euæ imposuisse? Quinimò, diabolus passim, & satan, & malus, & malorum architectus in scripturis appellatur? Quonam pacto igitur dicis nullum esse malum? Adamantius. Quid malum sit, enarra. Marinus. Homicidium tibi ne malum uidetur? Adamantius. Assertio tua rem præstantissimam esse homicidium confirmat. Marinus. Quid ita? Adamantius. Dicebas animæ uinculum esse corpus, & Paulum citabas testem: Miser, inquit, ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Homicidium uerò, quod aiebas malum esse, dissolutio est ac secretio corporis ab anima: itaq; homicidium bonum esse manifestum est, quippe quod corporis uinculum relaxet ab animo. Et, ut tua fert opinio, cædes bona erit, quę uinctum & captiuũ in libertatem uindicet, & animã ab hoste asserat. Marinus. Ego de his quæro quæ proposui. Adamantius. Atqui noli quæstiones confundere. Quid priore loco uis in disceptationem uenire? Marinus. De diabolo. Eutropius. Vterq; primum definite. Adam. Ego nihil aliud ingenitum esse dico, præter Deum solum, cætera uerò omnia generata esse ac creata quæcunq; sunt. Marinus. Ego diabolum concludo esse per se natum & per se genitũ, & duas radices cõstituo, Malam & Bonam. Eutropius. Duo itaq; uis ingenita, Malum & Bonum. Marinus. Duas radices aio. Adam. Eas radices ingenitas statuis: Cedo, mutabiles ne sunt an immutabiles? Mar. Quonã modo?

Arrogantia.
Propositio.
Diuisio.
Rom. 7
Primũ membrum distributionis de Malo.
Obijciẽs Adamantius.
Malũ quid.
Confutatio.
Syllogismus.
De diabolo quæstio.
Fides Adamantij.
Fides Marini.

do? Eutrop. Poterit ne mutari mala radix, & fieri bona? Mar. Nõ, sic enim comparatæ sunt. Eutrop. Et certũ est quoq; non mutari bonam, & fieri malam. Marinon, sunt enim duæ, Bona & Mala. Adam. Quoniam igitur duas radices immotas esse constituis, dic cuiusq; substantiæ qualitatem & efficaciã. Mar. Boni qualitas & uirtus est, lumen, bonum dexterum, misericors, pium, iustum, & siquid aliud sit dignũ. Mali uerò qualitas & operatio: tenebræ malæ, sinistrum, immite, impium, iniustũ, & si quid aliud est sinistrũ & prauum. Adam. An ista sub intelligentiã cadunt, an ne sub sensum? Marin. Interim nobis propositum est de his disserere quæ sensu percepta sunt. Adaman. Lucem Boni, tenebras Mali, sensibus exposita dicis an intellectui? Mar. Interim de rebus sensui obuijs. Eutrop. Tenebræ & lux, dies & nox, sunt res aspectabiles. Adam. An uno consensu cõgressi sunt, Bonus & Malus, & lumen ac tenebras creauerunt? Mar. Minimè, quoniam sic inquit Apostolus, Nullam communionem lucí cum tenebris esse, neq; Christo cum Belial. Adam. Quo ergo pacto lucí cum tenebris conuenit? Mar. Haud sanè conuenit, nec quicquã est ipsis inter ipsa cõmune. Adam. Habent ne lux & tenebræ statas horas? Mar. Duodecim horæ præfinitæ sunt luci, & tenebris duodecim. Adam. Fieri non potest, ut alterum succedat alteri, nisi lux & tenebræ ad unum autorem referant. Certè ex mutuo creatorum consensu tenebræ sequunt lucem, & lux tenebras. Etenim nisi cõcordes essent, beneq; cõuenientes creatores, impossibile est, hæc sibi mutuò locũ dare & cõcedere. Ad hęc te instruam certius, ludex colendissime, quo hunc deducam ad absurdiores perplexitates, & angustias. Siquidẽ non patientur tenebræ nec suffragantur illis, duos ut opifices inferant. Eutrop. Quomodo? Adam. Nam si secundũ istorum rationẽ, duodecim horis lux, & tenebræ itidem xij. clauderent: perspicuũ est ab uno eodemq; Deo oriri & existere. Atqui res ita se nõ habet. Nam in cõuersione hyberna tenebræ producliores sunt pluribus horis adiectis, in æstiuo autem solstitio lux fit longior & protractior, & aliquid à tenebris mutuat. Mar. Aliud lux est, & aliud sunt tenebræ. Eut. Si lux & tenebrę ad eundem creatorẽ non pertinerent, quo modo fieri potest, ut lux tenebris, & tenebræ luci succederẽt? Nam si bono malũ sit contrariũ, & malum bono, in istis autem, in tenebris scilicet & luce nulla cernat pugna aut contrarietas, constat prosectò lucis & tenebrarũ unum esse creatorẽ. Adam. Boni substantiã lucem esse dixeras, qualitatẽ bonum dexterũ: huic uerò accidit, ut ingenitũ sit & incorruptibile. Repugnant ne bonũ & malũ? respondeat. Mar. omnino pugnat malũ cum bono. Adam. Perspicuũ est igitur tum quo ad substantiã, tum quo ad qualitatẽ, & secundũ accidens. Tenebræ & lux substantia dissident, qualitate malum à bono discrepat. Quòd si & secundum accidens oppositio fiat, genitũ ac ingenitũ, corruptibile & corruptelæ expers opponent, inter seq; cõsligent. Mar. Quo id pacto? Eut. Posuisti duas substantias quæ creatæ nõ sunt: Ingenitum uerò & immortale cõnata sunt & coincidunt. Necesse est etiam, ut geminæ substantiæ si ortu careant, ab omni interitu sint remotissimæ, eo quòd ingenitas statuis. Quin & hoc mihi perpende. Si malum ingenitũ sit, bonum ingenitũ non erit, quia nõ est malum, & pari ratione dicimus: Si malum generatũ sit, id quod bonũ est & non malũ, erit non generatũ. Adam. Duæ substantiæ sunt ne corruptioni obnoxiæ, an alienæ à corruptione? uel una abest à corruptione, subest altera? MEGETH. Duæ substãtiæ sunt incorruptæ. Ada. Te audire oportuit sedatè, & quiescere postq; quæstiones antè agitatæ fuerint. Meg. Hac in re à Marino sto. Eut. Fatemini geminas substãtias esse ingenitas & incorruptas. ita quoq; eiusdem esse participes substantiæ & cõsimiles necessum est, quod tamen possibile non est. Adam. Habent ne eandẽ uim & hæ binæ substantiæ? Meg. Non parẽ obtinẽt potentiã aut uires, absit. Christus nanq; in Euãgelio: Nemo potest domũ mali ingredi, & uasa illius diripere, nisi prius fortiorẽ uinxerit. Itaq; hinc patet fuisse pollentiorẽ, siquidem diabolũ ligauerit, & uasa illius rapuerit, & clarè ostendit Christus, q nos, cũ essemus Malo subiecti, eripuerit. Adam. Si præcisè & simpliciter dixisset, Mali, & nõ, uasa Mali, habuisses quod diceres: iam uerò uasa Mali nominat, docens usu non proprietate possedisse, nec effectione aut creatione occupauisse, sed usurpatiõe & ui alienũ inuasisse. Cui Pau

Matth. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus atteſtatur: Quemadmodũ, inquit, præbuiſtis membra ueſtra ſerua iniuſticiæ & impuritati ad iniquitatem, ſic præbete membra ueſtra Deo ſeruire iuſticiæ. Tu malam ſubſtantiam ab omni interitu & ortu liberam eſſe diſſeris. Et ita ſanè, modo ſubſtantia Mali delebilis non ſit, fruſtrà Ieſus nititur extirpare mala, quum euelli non poterunt. Quo igitur pacto eſt perpeſſus ut mortem deleret, quæ aboleri nõ poteſt? Quandoquidem contendis neutrum genitũ eſſe, nec corruptibilem. Nõ cedit ergo alter alteri, ne perdatur. Quantumuis enim funeſta moliatur Malus, Bonus tamen nõ obſtat. Cùm etenim utercp generatione uacet & corruptione, ut tua fert ſententia, ſua diſturbari aut interrumpi opera haud ſuſtineret Malus. Eutropius. Quippe ſi unum principium fuiſſet ingenitum, & alterum genitum, probabilius eſſet hoc, ut genitũ regno ac ditioni eius quod ingenitũm eſt, ſubiaceret, & alterum dici ualentius neceſſe eſt, quòd ingenitum ſit & immortale, alterum debilius, quum id quod ingenitum eſt, firmius multò eſſe debeat ac fortius. Adamantius. Admodũ effrons eſt & in quæſtione defendenda impudens. Reſpondeat, num hæ duæ ſubſtantiæ inter ſe miſceantur, alteracp in aliquã copulam coniunctionemcp cum altera ueniat? Megeth. Non miſcentur, abſit. Adamantius. Quibus ergo modis Bonus impreſſionẽ fecit in poſſeſſionem Mali? Et cùm illæ ſubſtantiæ ſint incõmixtæ, unde illa coaluit mixtio? cùm præſertim pugnãtes inter ſe & aduerſariæ ſint? Nam ſi mundus nõ propriè ad Ieſum ſpectaret, ſed ad Malum, quî poterat Ieſus, cùm non eſſet robuſtior, irruere? Cùm nanq; uiribus pares ſunt & robore, neuter poteſt in alterum incurſionem facere, cùm neuter fuerit genitus, neuter corruptioni ſubiectus. Marinus. Ego ſolum Deum à corruptione ſegregatum confirmo. Adamãtius. Corrumpi proinde diabolus poteſt. Eutropius. Si ſit genitum & ingenitum, poteſt ingenitum eſſe incorruptibile, & genitum corruptibile. Marin.

Interrogans Marinus. Age ſis, & mihi reſponde interroganti. Adamantius. Interroga. Mar. Eſt'ne bonum? Adamant. Certè. Mar. Malum'ne eſt? Adam. Bonũ cenſeo eſſe quo ad ſubſtãtiam, malum uerò accidentariũ, bonum incorporeum, malum ſenſibile. Huic igitur Bono malum non accidit, ſed bono quod eſt ſecundũ poſitionẽ & adoptionem,

κ̃ θέσηρ. propter liberum arbitriũ. Mar. Quidnam illud ſecundũ naturam & ſecundũ adoptionem ſit, aueo cognoſcere. Adam. Quanquã uidebaris perridiculam antè mo-

κ̃ φύσηρ κ̃ βίσηρ uiſſe quæſtionẽ, tamen auſculta. Secundũ naturam deus eſt bonus, cui nullum accidit malum: ſecundũ adoptionem homo dicitur bonus, ut & Verbum Dei ſecundum naturam, appellamus filium, ſecundũ impoſitionem, Scriptura homines uocat filios, nimirũ ὁμωνυμίᾳ utens ac nominis ſimilitudine. Proinde Bono huic ſecundũ naturam malum non obtingit, ſed contingit ei, quod eſt ſecundũ adoptionem & attributionẽ, propter arbitrij libertatẽ. Mar. Itacp diabolus, tua ſententia, liberum arbitriũ habet: quod autem ex ſe liberum eſt, & ex ſe natum eſt, & ex ſe generatũ. Adam. Diſcrimen eius quod eſt πανπξόσιον, id eſt omnino liberũ ſuæcp poteſtatis, ac eius quod eſt αὐπξόσιον, id

Deus πανπξόσιος. Homo αὐπξόσιος. eſt liberũ, uideris ignorare. Deum πανπξόσιον omninocp liberrimũ confirmo, apoſtatam uerò defectorẽ illum angelum qui ſatan dicitur, αὐπξόσιον, nempe ſuæ uoluntatis compotem uoco, ſimiliter etiam hominẽ. Mar. Quid? Diabolũ ſentis & hominem ſui iuris eſſe? Adam. Angelos & homines à Deo libertate donatos eſſe ſentio, ſed nõ illa omni autoritate ac libertate arbitrij præditos. Mar. Dixit arbitrij libertatem ex Deo, malum autem ex libertate arbitrij eſſe. Ergo concluditur ex Deo mala proficiſci. Iſtuc mihi dicas, Cùm Deus liberã arbitrij facultatẽ tribuit, an non præſciuit defectorẽ Angelum & hominẽ in deteriorem partem inclinare ac propendere? Adaman. Eia etiam Deo præire & præcurrere uult prudentia, nempe ut homines & angeli Deo ſint æquales & omnino immutabiles. Mar. Quam ob rem immutabiles & Deo pares? Adam. Quoniam Deus eſt immutabilis, homo mutabilis, Deus immortalis ac perennis, homo mortalis. Deum igitur in ius uocas, cp non alium ut ſeipſum effecerit. Mar. Quo modo tandem? Adam. Si non ſuæ poteſtatis eſſet homo, fuiſſet immutabilis, ſi immutabilis, immortalis, ſi immortalis, Deus. Nec ſatis erat, ut Dei bonitate angeli ac homines crearentur, ſed & æterni eſſent & Deo ſimillimi: itacp de Deo fuiſſent reciſa ac detracta omnia eximia atque præſtantia. Mar. Quonam modo?

Adam.

Adam. Recenſe Dei uirtutes. Mar. Bonum, iuſtum, miſericors, pium, ſanctũ: iſtæ ſunt. Adam. Niſi homo ſuæ libertati relictus eſſet, omnia hęc de Deo amputata fuiſſent & circũciſa. Mar. Quî ſic? Adam. Si in illa perpetuitate & ſtabilitate conſtituti homines fuiſſent, quo pacto ſe Deus bonũ declaraſſet, cùm eius bonitate non indigerent? Mar. Dic planius. Adam. Vires & facultates, quas tribuiſti Deo, nunquid ſunt nomine tenus, uel reipſa potius? Mar. Reipſa ille efficax eſt & non tantũ nomine. Adam. In quos ille ſuam efficacitatẽ exerit? Mar. In homines. Eut. Si extitiſſent homines immutabiles, inutiles illæ uirtutes eſſent & ſuperuacaneæ. Quorum enim miſeratus fuiſſet, cùm nõ eſſent, qui peccarent? Quis bonus eſſe queat, cùm nemo malus eſſet, qui ea Dei bonitate opus haberet? Adam. Quãobrem illam malam radicẽ eſſe dicis, & hanc bonã? Mar. Quoniam bona ſtirps ſeruat, mala perimit. Adam. Quis igitur in cauſa eſt, ut ſeruetur homo, uel interimatur? Mar. Salutis humanæ cauſa Deus eſt, exitij diabolus. Adam. Quomodo igitur Deũ iuſtũ uocas? Mar. Et nunc dico iuſtũ eſſe Deũ. Adam. Eſt'ne Deus iudex iuſtus, an nõ? Mar. Iudex iuſtus eſt Deus. Adam. Quem iudicat? Mar. Diabolũ & eius angelos, & homines qui ad illum transfugæ ſunt. Adam. Diabolũ qua de re iudicat? Mar. Quòd ſeducat homines. Eut. Iniuſtiſſimũ eſt hoc iudicium. Nam ſi arbitrij ſui laxatas habenas diabolus habet, ut penes ipſum ſit bonum fieri & rurſum malum, iure quidem optimo iudicatur, cp iuſtus non ſit, cùm eſſe poſſet. Sin autem bonus non poſſet eſſe, quia natura illius reclamitat, cùm ſit malæ ſubſtantiæ, iuſtum eſt non permittere, ut contra originẽ creſcat, uel ut creſcens iniuſtè iudicetur. Mar. Iudicatur proptерea cp ille ſit malus. Eut. Et illud iudicium pariter iniquum eſt. Mar. Cur? Eut. Num poterit bonum conuerti, & malũ euadere? Mar. Nequacp. Eut. Qua de cauſa? Mar. cp talis ſit eſſentiæ. Eut. Eodem modo nõ poteſt malum in bonum uergere. Proin cùm hæ duæ naturæ conſtantes ſint & immutabiles, iniuſtè altera iudicatur ab altera. Si malus iure iudicatur, & meritò quocp iudicatur Bonus. Marin. Bonus iudicat. Eut. Nunc eluceſcit apertiſſimè unum eſſe ingenitũ, alterum genitum, unum corruptione carens, alterũ corruptioni ſubiectũ, unum immutabile, & mutabile alterũ, in ſumma iuſtè alterum iudicare, alterum uerò iudicari. Adam. Dixerat homines iuſtè eſſe iudicatos à Deo. Dicat ergo, ſi liberã uoluntatem non habeant, quo modo iure iudicanſ... Mar. Iuſtè à Deo iudicant, quia Malo obſequunt. Eut. Fateris iam clariſſimè hominẽ liberi arbitrij participem eſſe. Etenim Malo obediẽtem eſſe, uel audientem Bono, libertatis eſt, non neceſſitatis. Adam. Pauca interrogatus reſponde. Mar. Quære. Adam. Dicis'ne Deum eſſe omnipotentẽ, uel non eſſe? Mar. Omnipotentẽ eſſe dico. Adam. Continet'ne omnia, an continet? Mar. Dubiũ non eſt continere, & nõ contineri. Adam. A qua uí continẽ & temperatur cœlũ, uel terra, uel mare, uel hęc mundi uniuerlitas? A quo cõprehenditur et tenetur? Mar. Perſpicuũ eſt à Deo. Eut. A Bono, an à Malo? Mar. Ego unũ Deum bonũ agnoſco. Eut. Igit̃ Malum ubinã eſſe ais? Mar. In terra. Sic enim Chriſtus, Vidi, inq̃t, ſatanam ceu fulgur cadentẽ de cœlo. Conſentaneũ ergo ſatanã ab illo in terra cuſtodi, qui terrã conſeruat, ut nõ effugiat. Quare non uacarit culpa Deus, qui Malũ continet ſi ad horũ trium aliquod offenderet: aut cõſentiens illi ut ſit, aut nõ ſatis ad extinguendũ fortis, aut quid ſit ignorans. Adam. Quoniam in Euangelij & ſatanæ cadentis mentionem incidit, par eſt, ut illud paucis perſtringamus, quò diuini decreti ueritatem perſpicias. Seruator enim demonſtraturus erat angelum antè quidem à Deo factum & lucis participem, tamẽ poſtea libero arbitrio mutatum in peius, utpote qui declinauerit & reſilierit à ſtatu, non enim à lapſu ſed à ſtatu delapſus eſſe poteſt, ideo ait, Quaſi fulgur, quo liqdò indicauit eum lucis cõpotem fuiſſe, anteq̃ labere tur & cõcideret. Nam fulgur lucidũ eſt. Eutr. Vt duo ſint ingenita, fieri non poteſt. Mar. Cauſa igit̃ mali eſt Bonus. Ad. Nihil obſtat quò minus extrinſecus mundanũ exẽplũ ſumam, quò planius fiat & intelligẽtius qd dicit̃. Cũ ſtatuarius imaginẽ effictã argẽto cp exornatã tradiderit, pòſt uerò rubigo tua negligẽtia q poſſides, eam p ſe qdẽ ſplendeſcentẽ exedat ac deformet, cauſa, te iudice, in ſtatuariũ trãsferẽda eſt. Mar. Quî

Deus omnitenens πανπρατωρ. *Deus nõ continetur.*

Luc. 10

Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

id fieri potest? Eutropius. Quia rubigo ex natura non est, sed ex contingenti, eius uidelicet incuria qui possidet: Ita in Deũ nec causa nec culpa recidit. Etenim nitidum & illustre rationis lumen, quæ libera erat, angelis & hominibus tradidit: ipse quidem omni reprehensione carebit, qui autem præditi sunt, in uitio sunt. Malũ enim ex natura non manare constat, at ex accidenti fortuitoq; irrepere.

DROSERIVS cùm audiuisset diu Marinum & eos qui illius sententiæ assentiuntur, eosq; insulsitatis ac imperitiæ condemnasset: Volo, inquit, ipse cũ filio meo Adamantio uelitari & me exercere. Adam. Primùm circumdare oportet tibi ipsi certos terminos, & pòst in hanc arenam exercitationemq; descendere. Dros. Valentiniani dogmatis susceptã patrocinium, quod & rectissimum est, & persuadere uobis adeò poterit, nimirum unde mala oriantur: & si placet Valentini definitionẽ, quam habeo, recitabo. Eutropius. Quod si hæc à Valentino exposita sententia ex altera parte labefactetur, tu ijs quæ illata sunt, respondebis. Droserius. Equidem existimo constitutionem à Valentino explanatam, quum lecta fuerit, nullam habituram reprehensionem. Is enim qui profitetur eam, minimè uir plebeius fuit. Si tamen quis contrauenire uelit, respondebo. Eutropius. Recitetur. DOGMA VALENTINI. Quum me sic bene affectum existimarem, ad meas ędes sum reuersus. Postero uerò die, qui est hodiernus, quum uenissem, duos generis nexu inter se deuinctos, homines dico, uidi digladiantes, & mutuis se conuicijs proscindentes. Dein & alium qui proximum suum cruentare cœpit & trucidare. Postea etiam alij atrociora his audere cœperãt. Quidam enim distrahebat mortuum & conditum iam terra corpus, rursus soli exponebat, & similem effigiem adeò contumelioſis malis tractabat, ut mortuum canibus escam relinqueret. Alter in sibi conformem ac consimilem, hominem inquam gladio stricto irruebat. Cumq; hic fuga saluti suæ consuleret, ille non destitit persequi, neq; iram reprimere uoluit. Et quid uerbis opus est? Adoritur interea illum, gladio statim transuerberat, ille supplex manus supplices tendebat proximo, uestem dare uolebat, obsecrabat, tantum uti uitæ parceret. Cæterum iste iram non frangebat, nec frenabat, nec misericordia commouebatur in eum, qui eodem humanitatis uinculo coniunctus est: nec seipsum in illo speculo ac imagine uolebat contemplari, sed uelut immanis atque effrenata belua, ense laniare incipiebat, corpusq; cognatum addebat corpori. Tantus erat furoris impetus. Iamq; uideres illum iniustè oppressum, hunc reliquias etiam lacerantem atque spoliantem, & ne terra quidem corpus operientem, sed uestitu quoque nudantem. Ad hæc accessit & alius, qui uxorem uicini sui fallere uoluit, alienis insidiari nuptijs, & thoro se illegitimo ac illicito miscere: Eum' que qui uxorem duxerat, perpulit, ùt legitimus pater etiam nolens fieret. Enimuero hinc tragœdijs quidem fidem adhibere cœpi: hoc illud est, unde adductus sum, ut uerè gesta, non fictè narrata uideantur: temulentamq; Oenomai cupiditatem credam, & fratrum inter se ense contentionem non absimilem uero existimem. Itaque quum tot ac talium spectator essem factus, unde ista nascerentur, cœpi recogitare, & quæ origo motionis istorum, & quis istiusmodi in homines machinaretur, unde harum rerum inuentio, & quis istorum didascalus esset atque magister. Deum autem dicere horum autorem ac molitorem non audere potui, neque iudicabam hosce ab illo suam hausisse substantiam, uel constitutionem, ut in rerum natura subsisterent. Qui enim de Deo ista cogitari possent, quum bonus rerum meliorum procreator & effector sit, malorum uerò in eo nihil insit: qui tantum abest, ut illiusmodi gaudeat, ut uniuersum illud genus ac propaginem auertatur: eosq; qui illis delectantur, exterminat, qui autem ea fugiunt, recipit. Quo modo enim absurdum non sit Deum illorum architectũ dicere, qui eadem respuit ac renuit? Neq; uerò extincta ea uoluit & deleta, si primus autor ipse & parens extitisset. Imitatores enim sui uult esse eos, qui ad ipsum ueniunt. Vnde mihi uidetur minus esse rationi consentaneum hæc illi adaptare aut adscribere, uel quasi ab illo facta sint: uel, & si ipse maximè cõsentiret fieri posse, ut aliquid ex his quę nõ sunt efficeretur, q; ipse mala effecerit, (nam qui ex his quę nõ sunt esse illa faceret, nunq; ea denuò è medio exterminaret ne nõ essent:) uel si hoc necessariò dicendũ sit, fuisse quidem olim, quãdo Deus malis caperet & afficeretur,

Narrationis principium ἀπὸ σκλήρ.

ceretur, nunc tamen uidetur dici non posse, sed natura diuina parum dignũ esse ei hoc affingere. Quocirca hæc est ratio mea & sententia, fuisse apud eum illam, sic ei nomen est, materiã, ex qua ea quæ sunt, procreauit, cùm affabrè prudenterq; discreuisset, & eleganter expoliuisset: ex qua & mala uidentur profluere. Cùm enim nec facta nec formata nec polita esset, sed Dei artificium desideraret, ille non inuiderat, nec sic omni ex parte deformatam relinquerat, sed manum creationi admouit, & à pessimis distinguere uoluit optima: sic ergo effecit. Quæcunq; in illa, postquam fecisset, facerent impura & fœculenta, ut erant ad opificium inepta, sic manere permisit, quę cũq; nulla illum similitudine & conuenientia attingebant. Ex quibus apparet nunc mala in homines inundare: itaq; mihi uisum est se habere. Hoc dogma admodũ sanum, & positionem irrefragabilem esse censeo, quæ à sapiẽte Valentino exposita est. Si quis tamen uelit contrà dicere, prodeat sanè, paratus nanq; sum respondere omnibus. Adamant. Agedum omni præiudicatione & opinionis anticipatione deposita, ad ea quæ percõctor, quietè & placidè respõdeas. Droserius. Mihi in animo est moderatè hanc causam agere & ordinatè, nec enim studeo malè uincere, sed uerè inquirere. Adamant. Pro bas tu quidem mihi istam animi tui propensionem & alacritatem ad dicendum: quòd autem de his quæ sunt, ita sentias, Deum scilicet ex aliqua subiecta creasse substantia, in eo erras. Droserius. Etenim uerè quidem hæc de malis conquisitio facit, ut multis sic uideatur: Multi enim ita ut tu affecti sunt. Cæterũ quidam Deum horum creatorem esse & artificem dixerunt, quia substãtia cum Deo coniungere antiquitatis nomine & ratione pertimescerent: Alij uerò, cùm Deum malorũ architectũ timerent dicere, materiam cum Deo uetustate exæquarunt. Vtrisq; hoc usu uenit, ut cùm Deũ omnis scientiæ fontem nullo prosequerentur iusto timore, non rectè dicerent. Ego uerò propter hanc promptitudinem & studium tuum ad quæstionis indagationem me conuertam. tu modò sedatè ad interrogata respõde. Ira fiet, ut & tu quæ uera sunt intelligas, & ego tecum non frustrà uerba fecisse uidear. Droserius. Equidem accinctus sum ad partes Valentini defendendum. Adamãtius. Quibusnam firmamentis uteris, ad probandum materiam Deo temporis diuturnitate æqualem? Droserius. Nónne dicit in Genesi, Terra erat inuisibilis & incomposita? Eutropius. Siccine scriptũ est, Et terra erat, & non à Deo facta? Droserius. Si placet, recito. Adam. Nõnulli per quietem somniant thesauros se habere magnificos & exquisitissimos, & quòd emineant ac euolent, tamen in manibus nihil habent, solũ inani spe lactant se, & uanis pascuntur somnijs: Ita profectò & Droserius. Iube igitur scripturam de creatione mundi recitari, & sic elucere poterit, sit' ne terra prægressa an materia. Eutropius. RECITETVR. In principio fecit Deus cœlum & terram, Terra erat inuisibilis & informis. Adamant. Vides' ne, Iudex sanctissime, malicià Droserij & calliditatem, cùm scriptura memoret Deum antè fecisse cœlum & terram, & deinde fuisse? Nec enim ait, In principio erat terra, sed, In principio fecit Deus cœlum & terram, ac mox subiungit, Terra erat non aspectabilis. Eutropius. Scriptura non manifestò demonstrat terrã & cœlum Dei fabricam esse, apertè nanq; præponens effectionẽ subdit, Erat, Nam id est necesse, postq; aliquid factum est, esse quod factũ est. Adam. Sed recurramus ad carcere s, Valentinus uult materiã fuisse cum Deo ab omni æternitate coęuã, quò Deũ extra omnem culpam causamq; malorum ponat. Dros. Ita prorsus. Adamant. Erátne Deus à materia secretus, an cum ea complicatus? Droser. Secretus. Adam. Quid erat illud intermedium, quod Deum & materiam dirimebat? Dros. Nihil. Adam. Itaq; unitus erat, si modò nõ erat qui dissociaret, & Deum in parte coerceri uis, ac non expandi per omnia. Eutrop. Fieri non poterit, ut unum disiungat ab altero, nisi sit quippiam quod separet: atq; illud quod diuidit, eo quod diuidit ualidius esse oportet. Itaq; tertia pars erit, Deus quippe qui copulat & moderat. Quid ad hæc Droseri? An Deus in aliquod particulare curriculũ redactus est? uel extẽsus est & fusus per omnia? Dros. Ego Deum in arctum cogi non dico, sed contendo non esse causam malorum. Adam. Verbo quidem illum nõ esse causam dicis, re autẽ & sententia tu simulac Valentinus & operarium & receptaculũ malorum eum esse dicitatis. Dros. Quonam pacto? Adam. Orationis processus hanc definitionem euincet. Duo enim principia in-

Opinio Valentini de malo.

Conclusio. Regressio Dros. ad disput.

Cõfirmatio.

ORIGE
In Mathe
Lucam
Ioannem
Homilię in
quędã loca
Ad Ron
Cęlsũ.
De Marc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pia ingenita simul esse non posse, te non latêre arbitror: quamuis hoc antè usus sis in oratione tua intexuisse. Alterũ enim horum tibi cõcedendum est necessariò, uel quòd Deus sit à materia seiunctus, uel rursus quòd sit cum ea coniunctus. Si concludi cum illo quis uelit, unum affirmabit ingenitum, unaquæq; enim pars istorum sui quoq; próximi pars est, unaq; cohærescunt: iam partes inter se conglutinatæ non sunt duo ingenita, sed unum quiddam est ex uarijs dissimilibusq; rebus collectum & quasi confutum. Sin distracta ac diuulsa dixerit, medium quoddam interijci est necessum, quòd illorum dissociationem & disiunctionem declaret. Si uerò ita dicat, nec secluſum esse à materia Deum, nec etiam consociatum, sed esse in loco materiæ positum, & materiam in Deo esse id quod continet: is audiat, si materiam Dei sedem esse placeat, eum diuiduum esse & ad materiã astrictum: deinde eodem modo se necessariò habere, ut materia: tum in deteriore loco & conditione Deum esse, necessariò confitendum est. Nam si materia inornata fuerit neglectaq;, & eam cultiorem ornatioremq; reddiderit, hoc nimirum consilio, ut meliorem efficeret, ac omnino reficeret: erat Deus incompositus & incultus. Quin & hoc iure quæri potest, utrum totam materiã compleuerit Deus, an unam aliquam solam partem occuparit. Nam si dixerit quispiã in una particula materiæ consedisse Deum eaq; meliori, parum aberit, quia illum iam materia angustiorem ac minorem esse dixerit. Sed quæ pars illius tanta Deum totum capere poterit? Si uelit autem æquabiliter fusum in sui parte esse & per totam materiam dilatatũ, dicat mihi, quomodo eam creauerit? Aliquam sanè diminutionem factam & dei contractionem, non potest non fateri, qua intercedente illud à quo refugit creauerat, uel seipsum in materiam conflauerat, cùm nullum subterfugij & secessionis locum haberet. Sin uerò materiam in Deo locatam ac defixam quis autumet, pari ratione exquirendum est, utrum quemadmodum à seipso unum quippiam semotum est & separatum, & sicuti in aere animantia, quo diuiso & partito ea quæ in ipso sunt recipiuntur: an ut in loco, hoc est, quemadmodum in terra aqua continetur? Si ut in aere, Deum in partes sectilem esse dicendum est. Si ut aqua in terra, cùm fœda erat ac deformis materia, atq; sordidata malis, statuendum est Deum esse receptaculũ eorum, quæ deturpata sunt & mala, quod ominosum est, imò uerò dictu periculosum. Droserius. Valentinus quò deum à culpa uindicaret, in materiam mala deriuauit, & Deum ostendit causam non fuisse, sed materiam. Adamantius. Materiam concretam cum Deo esse definis, quò Deum asseras malorum effectorem non esse, quum autem hoc fugere cupias, ut hactenus quidem uideris effugere, re autem attentius ponderata, Deum malorum receptatorem & creatorem determinas. Si igitur materiã constituis esse ex rebus existentibus generatis, esse quoque ingenitam, dein etiam omnem malorum ortum & initium à Deo quasi causa fluere dicis: idcirco hanc ingredi disputationem operæprecium esse uidetur. Quum enim hoc planum perspicuum'que factum sit, unde mala proueniant, nec posse quenquam Deum malorum principium causam'ue facere, tamen quum ei materiam subijcias, hæc tua facilè corruere uidetur & labefieri constitutio. Quid enim? Dicés ne materiam, de qua mundi creatio confecta est, qualitatibus expertem cum Deo esse? Droserius. Ita dico. Adamantius. Ergo Deus necessariò ponendus separabilis & partitus & à materia circumscriptus, ac instar materiæ informis ac inconditus, nec in se manere nec consistere. Itaque si materia qualitatibus carebat, & mundus erat à Deo cõditus, suntq; in mundo qualitates, qualitatum efficiens erat Deus. Quoniam illud te audiui antè legisse, Ex his quæ non sunt aliquid esse non posse. Responde ad responsum meum. Existimas'ne mundi qualitates non proseminari ex alijs subiectis qualitatibus? Droserius. Existimo. Adamantius. Aliud'ne præter substantias illæ uidentur esse? Droserius. Aliud dico esse & diuersum à substantijs. Adamantius. Quod si igitur nec ex qualitatibus subiectis Deus qualitates eduxit, nec ex substantijs oriuntur, quia non sunt substantiæ, necesse est dicere illas à Deo ex nihilo creatas fuisse. Quò factum est, ut planè superuacaneum sit quod posueras fieri non potuisse, ut quis ex illis quæ non existerent, quicquam apud Deum factum esse opinetur.

VALENS VERO HIC: Quid, inquit, ineptè Droserius pertexuit, qui materiam qua-

riam qualitatibus nudam constituit? Adamantius. Ergo tu quid iudicas? qualitates in materia inhæresce re? Valens. Ego sic existimo materiam habere qualitates quæ principio carent, & mala ex illa quasi defluere, & decursu quodam emanare, ut Deus fons malorum non constituatur, sed materia ipsissima causa relinquatur. Adamantius. Ne suo quidem magistro Valentino Valens assensionem præbet, sed eius decretum peruellit. Valens. Quid uellico? Adamantius. Valentinus respondit formatorem materiæ Deum, tu contrà etiam materiam qualitates substantiarũ quæ ortu carent, habere. Cuius ergo rei perfector & effector erit Deus? Valens. Deus est mundi opifex. Eutropius. Valens aliqua tantum consideratione & ratione creatorem Deum uult dicere. Valens. Quomodo? Eutropius. Ais materiam cum Deo copulatam, & qualitates. Si prius extiterit materia, simulq; qualitates coextiterint, frustraneum est iactare Deum esse creatorem: & aut Valentinus malè definiuit, aut Valens, aut uterque. Adamantius. Paucis scisscitabor, Valens mihi respondeat. Valens. Dic. Adamantius. Quo respectu Deum asseueras esse creatorem? num quia substantias immutauerit ut non sicut olim, sed ut diuersæ ab illis essent? an quia substantias conseruarit easdem quæ erant, qualitates autem earum commutauerit? Valens. Non censeo mutationem aliquam factam, sed alterationem qualitatum interueniſſe: quo modo Deum conditorem accipio, exempli causa. Si quis fortè dicat exædificatam esse domum ex lapidibus, de quibus nõ licet dicere, non esse lapides amplius substantiam: sic apparet Deum salua substantia qualitatũ aliquam induxisse mutationem: atque ita à Deo absolutam esse mundi creationem interpretor. Adamantius. Quoniã non differis qualitates aliquam subire alterationẽ per deum, ijs quæ in percontando ponam responde paucis. Valens. Dic modò. Adamantius. Ecquid substantiarum qualitates tibi in malis numerandæ uidentur, an substantiæ? Valens. Substantiarum qualitates. Adamantius. Erant'ne qualitates ipsæ innatæ ab initio & infixæ in materia, an suæ naturæ principium traxerunt? Valens. Dico ipsas qualitates absque ortu cum ipsa materia connexas & quasi connatas esse. Adamantius. Nónne & Deum putas motum & mutationem attulisse qualitatibus? Valens. Hoc affirmo. Adamantius. In melius'ne uertit an in deterius? Valens. Indubiè in melius. Adamantius. Itaque si qualitates materiæ sint malæ, qualitates autem in meliorem statum mutauerit, unde mala importata sunt, uidendum est. Etenim qualitates, ut erant quondam natura, non permãserant. Si autem prius uitiosæ qualitates non fuerint, consequeretur primùm fuisse in materia sic factas, nimirum deprauatas, cùm eas Deus mutaret atque corrigeret. Valens. Perinde quasi oblitus fueris Valentiniani axiomatis, ita profectò disputas. Sanciuit enim ille inchoatam & indolatam materiam, ex illa demum quædam facta meliora, quæ uerò deformia ac rudia essent, hæc ita relicta, ut quæ illi nulla cognatione & affinitate congruerent. Hinc uidentur mihi malaseri. Adamantius. Bona tantum selegit de materia, reliqua mala prætermisit? Valens. Sic est. Eutropius. Implicata admodum ac inconsiderata propositio à Valentino & Valente allata est. Quærendum enim est, utrum quum posset mala restinguere, noluerit tamen, uel quum posset, non habuerit? Etenim si facultatem adesse, deesse uerò dixeritis uoluntatem, eum necesse est machinatorem malorum appellare, quia quum potuerit efficere ne mala essent, illa tamen manere ut erant, permiserit, maximè uerò quum ille materiam subigere & formare cœperit. Nam si omnem prorsus curam abiecisset, nullatenus causa diceretur, si facere siuisset. Quando uerò partem eius sic reliquerit, quum tamen reformare potuisset, causa sanè malorum erit, quoniam partem materiæ corruptam reliquit, ad interitum eius partis quam creauit & restaurauit. Imò hæc materiæ portio, quam adornauit, maxima uidetur affici iniuria, quippe quæ mala sentiat. Si quis enim attentiore animo res uelit existimare, reperiet longè peius materiam se habere nunc, quàm antea quum in priore deformitate ac sordibus cõstitueretur. Antè enim quàm selecta & secreta fuit, mala sentire minimè potuit, cùm nunc singulę partes malorum sensum accipiant. Quod uerò beneficij loco in materiam à Deo factum asseris, doloris sanè cumulus, non commoditatis alicuius auctarium esse inuenitur. Sin opponas Deum mala auferre non ualere, eneruatum quendam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam Deum mihi facis & imbecillum. Et imbecillitas ea uel ex naturæ infirmitate surgit, uel quia metu ab aliquo excellentiori in seruitutem redigatur. Atq; adeò mala dominari Deo uis, quæ uoluntatis illius impetum infringant & debilitent. quod de Deo asserere rationi uidetur contrarium. Quare etenim, ex Valentini dijudicatione atq; sententia non multo magis mala illa pro dijs haberentur? ut quæ Deum superant. siquidem Deum illum esse dicimus, qui in omnia ditionem habet & iurisdictionem. Droserius. Multò tutius potest trutinari, unde mala scateant. Si enim hanc materiam quasiq; syluam cum Deo simul dicamus extitisse, multæ absurditates ueritatis comites erũt & pedissequæ. sin neq; ex materia, neq; ex Deo nata sunt, ubinam mala quærere certò poterimus? *Mala ex libero Arbitrio.* Adamant. Mala nec secundum naturam, nec secundum substantiam, nec secundum hypostasin sunt, at secundum modum ex libertate arbitrij promanant. Droserius. Atenim mala ex substantia & essentia proficisci puto, modus etenim aduentitius est & accidentarius. Adamant. Expedi nobis dilucidius, quæ tandem mala narres, secundum substantiam & secundum essentiam. Droserius. Quæ lex prohibuit, ea uoco mala, puta homicidium, adulterium, furtum, scortationem, & quæcunque denicq; lex uetat. Adamant. Hæc fortuita sunt, seu, ut uocant, per accidens. Etenim nec homicidium est substantia, nec adulterium, nec aliud simile malum, sed quemadmodum à Grammatica quæ non est ars oratoria, imò ab ijs quæ ei accidunt, denominationem accipit, à quibus sic denominari uidetur, neutrum tamen eorum est: ita substantia hæc à malis, quæ extant & in conspectu collocata sunt, nomen obtinet. Malus enim dicitur, malorum artifex, seu maleficus: quæ autem quisq; facit, non sunt habenda pro ipso qui facit, sed ipsius effecta sunt, à quibus hãc nominis usurpationem habet. Si nimirum eum qui facit, & ea quæ facit, eadem uocaremus, facit uerò homicidia, adulteria, furta, & cætera generis eiusdem: iam ille & hæc facta idem essent, & cõfunderentur. Si denicq; hæc pro illo ducerentur, cumq; tum existãt solum, quãdo fiunt, ubi autem facta fuerint, esse cessent, cùm porrò fiant ab hominibus: erunt homines & sui ipsorum effectores, ut sint, & causæ, ut esse desinant. Si hæc illius operationes dicis, ex illis quæ conficit, habet ut sit malus, non ex quibus est substãtia. Malum quippe diximus appellari, ab euentis quæ substantiæ accidunt: quæ pro ipsa substantia, reputanda non sunt, ut ex arte fabrili faber. Si uerò ex his quæ operatur, malus dicitur, quę autem operatur, initium tum sumunt ut sint: cœpit ergo & ille esse malus, cœperunt & illa esse mala. Si ita sit, non est absq; ortu malus, nec sunt absq; principio maλά, cùm ab eo quasi genita & edita maleficia liquidò appareant. Dros. Aiebas mala quodãmodo non secundum substantiam fata esse. constat autem à substantia mala fieri. ostende igitur enodatius πρόπῳ, id est modo & ratione mala esse, & non ex substantia. Adam. Ego primum nihil esse malum natura statuo, sed quodam naturæ modo & habitu malum esse dicitur. Etenim nomen adulterij societatem uiri ac fœminæ designat. sed si quis congressus sit cum uxore propter liberorum procreationem generisq; propagationẽ, hæc laudata est cõgressio. Sin relicto cõcubitu licito, in alieno matrimonio petulanter iniurius sit, facinus iam omnino malũ designat. Sedenim utrobiq; eadem societas, modus uerò usus ac congressus non est idem. Item in ratione stupri eadem est oratio. Consocia tio enim citra modum usus seorsim inspecta, mala non est, tunc autem malum se ostendit, cùm modi emergit euidentia. Eodemq; modo de cæde iudico. Siquidem deprehensum in stupro si quis interfecerit, pœnas propter nefarios ausus deposcens, malum non committit. at nulla rationẽ probabili incitatus, si ei manus afferat, qui nullũ interdictorum uiolat, uel rem familiarem diripiendo, uel eum facultatibus emungendo, uel spoliando opibus, scelus iam perpetrat. Factum in utroq; idem, modus autem facti discrimen facit. Addo & illud, accipere pecunias quadam capiendi ratione in uitio est. Nam qui accipit ab eo qui erogat & cõmunicat quæ habet, nihil mali aut damni dat. Cæterũ si ab inuito, uel furtim surripit, iam admittit maleficium. Alienum capere in ambobus usu uenit, sed uia & modus accipiẽdi facit, ut illud mali nomen subeat. Ita etiam Deum colere secundum quendam modum uituperabile est. Si enim quis uerum Deum colit, opus facit bonum: si illo spreto, eum qui non est, adorat, & honorem digniori proprijũ, in ligna, in lapides uult trãsferre, se iam scelere inquinat. *Cultus & θεοστυγία.* Cultus quidem nominatio in utrisq;

utrisq; eadem resident, modus uerò usus factũ commutat. Droser. Quãdo igitur de malis instituéris sermonẽ, & explicare cœperis, quo modo erumpant mala, quodq; horũ autores sint homines, porro pergam abs te pauca quærere, utrũ à sese ipsis occasionis ansam arripiant homines, & ipsi sint huius usus efficientes & inuentores: uel à deo tales efficiantur: uel rursus alius quispiã ad talia homines impellat & inflãmet. Adamantius. A deo homines tales effici non dico, illud dico, hominem libero arbitrio donatum & gratis à deo summum illud beneficium conferri, cum cætera omnia sanctioni diuinæ necessitate seruiant & quasi ancillentur. Etenim cœlum mihi nominas? stat ferès dominum, loco limitato non cedens. De sole me loqui uis? Motum sibi præscriptum, suumq; curriculum obit & conficit, non cursum abrumpens, sed necessitate subseruiens. Vides similiter terram immotam & fixam, decreta iubentis capescẽtem: sic & alia creatori suo necessariò subijciuntur: nec potest eorum quicquam aliud quàm id, cui destinatum est, facere. Vnde ea non laude euehimus, quantumuis domini sui perfungantur imperio, nec illis meliorum spes reponitur, etiamsi quod ipsis mandatum est libenter obeant. Hominem autem ratione & intelligentia subesse uoluit, & quoddam priuilegium accepit, ut seipsum quodammodo subiugare posset non aliqua coactione naturæ frenum adhibens, nec suæ potestatis fraudatus præstãtia, quod ego αὐτεξούσιον, id est, quandã libertatis prærogatiuam rerum meliorũ causa nomino: ut scilicet plura reportet ac præstantiora quæ illi propter obtemperationem ac submissionem quasi debita à creatore accedunt. Non enim hominem suo malo, sed commodi sui causa sic comparatum ac cõstitutum astruo. Nam si in elementum aliquod degenerasset aut in simile quippiam, deo fuisset necessario seruiendum, neq; præmium suæ uoluntatis & propositi retulisset, sed homo alioqui aliud fuisset nihil quã creatoris uelut instrumentum, ubi is causa horum esset, qui uteretur: nec homo melius quicquam sciuisset, illud cognouisset duntaxat solum ad quod fuisset instructus. Hinc ego dico sic deum ornare uoluisse hominem, sic honorare, ut res maiores scientia comprehẽderet, & hunc ei dignitatis apicem cõtulisse, ut quæ uellet, posset suscipere. *Hominis liberi status et felicitas.* Eutrop. Nõ stupidũ modo permouere, sed insanũ etiã percellere posset grauibus sententijs saluberrimisq; opinionibus hęc referta oratio. Ineptum planè iudico, cùm tot rationum ponderibus totus hic sermo fultus instructusq; sit, diutius istis insistere, & orationẽ dilatare lõgius. Videor mihi posse me id, quod agitur signo omni luce clariori demonstrare. Siquidẽ ueritatem & totũ hoc uniuersalis ecclesiæ dogma, & hunc acerrimum illius propugnatorem & uelut clypeum perenni cuidam fonti similem esse iudico, qui perpetua fluẽs scatebra exuberat, quasiq; exultat & excrescit, quantoq; magis hi Droserij assectæ hauriunt, seq; exhausturos sperant, tãto redundat uberius & copiosioribus aquis scaturit. quapropter arbitror consultissimũ esse, ut Droserius & Valens hac κακομαχίαν, id est, improba & subdola pugna supersedeant & canant receptui. Marinus nunc, si uolet, reliquas propositiones suas in medium afferat: nam illa puto restare diuisionis membra, quæ ab ipso distributa sunt. *Peroratio ultima dicis.*

DE CHRISTO HOMINE VERO EX MARIA
secunda pars diuisionis.

MARINVS. DE CHRISTO instituí dicere. Quod enim uos contenditis illum nostrã participasse hypostasin, ex eaq; sumpsisse carnẽ, id illi immaculatæ & illibatæ attribuere substantiæ, mihi perabsurdũ uidetur. Tradunt enim aliter & sacræ literę, eũ nempe cœlestẽ carnẽ accepisse. Adam. Qui uerè sine fuco & phaleris cupit inquirere, & inquisitionẽ ad exitũ syncerè perducere, & omnẽ pugnandi cupiditatẽ deponere, nullũq; secũ domo prejudiciũ & animi prenotionẽ efferre, eũ placidè & inoffensè scs ueritatẽ esse inuẽturum. Primũ ergo lucidè & candidè ad certas quasdã metas reuoca caput disputationis tuę. Mar. De Christo ineunda consultatio est. Ego illũ cœlestẽ corpus cepisse censeo, tu uicissim dicas quid tu sentias. Adam. Ego hoc teneo & credo ex primi parentis Adami substãtia esse, de qua & nos. Mar. Dogma Christianorũ fide & scripturis fundatum est. Æquũ ergo ex scripturis uel persuadere uel persuaderi. Ada. Dic ex scripturis. Mar. Primũ istud dispiciatur, nũ pudor hoc ferre posset, dicere *Dogmata ex scripturis demonstranda.*

ORIGE
In Mathe
Lucan
Ioannem
Homilię n
quedã loca
nouí teſt.
Ad Ron
Cælſũ.
Marc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illum nimirũ uerbum dei carnẽ accepiſſe de muliere. Adam. Sitn uerbũ Dei aliquà cadat perturbatio, tum pudore ſuffuſa eſt diuinitas. Mar. Vnde quæſo? Eutro. Quia pudendũ eſſe dixeras, ut uerbũ carnem dicamus adſumpſiſſe. Diuinũ quod eſt nec pudore afficitur, nec gloriã conſectatur, nec ardet cupiditatib. Quippe affectus ſunt, affectuũ aũt capax non eſt diuinitas. Adam. Pauca licet ex te quærere. Mar. Dic age.
Gen. 1 Ada. Hominẽ quis creauit? Mar. Deus. Adam. Pater'ne uerbi hoc eſt Chriſti? Mar. Pater ſimul cũ uerbo. Ada. Quo'nam modo creauit? Mar. Quẽadmodum explicauit ſcriptura. Faciamus, inquit, hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã, & deus accepit puluerẽ de terra, & finxit hominẽ. Adam. Puluere accepto de terra, an deus mutauit in meliorẽ ſtatũ, uel in deteriorẽ? Mar. Sanè in meliorẽ. Adam. Cũ igitur puluerẽ accepiſſet ex terra, hominẽ ex deteriore finxerit, & nõ erubuerit, quid? puduit'ne recipere eũ quẽ formauerat? Mar. Quid tibi uis? Eutr. Dixiſti creaſſe hominẽ de puluere, an non ita eſt? Mar. Maximè. Eutr. Vtrũ honoratius eſt & nobilius puluis, an homo? Mar. Homo. Eutr. Inſipientis eſt dicere non uerecundatũ fuiſſe eũ in contẽptiore, ſed puduiſſe in præſtãtiore. Quòd ſi ergo puluerẽ accipere deus nõ erubuit, quomodo uerecũdia deterritus eſt, quò minus hominẽ natũ ſimilitudinẽ ſui aſſumeret? Ada. Annõ & hodie natura ipſa arguit uerbũ dei formare homines? Ecquid ſine deo animal conſtitui poſſe dices? Ecquid in utero fingi hominẽ? Mar. Ego uim dei exiſtimo hominẽ in uitã lucẽ q̃ producere. Adam. Audi Apoſtolũ dicentẽ, Chriſtus dei potentia eſt & dei ſapientia: Audi Ioannẽ Euangeliſtã loquentẽ: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine
Ioan. 1 ipſo factũ eſt ne unũ quod factũ eſt. Quin & Ieremias Propheta deũ hominis formato
Iere. 1 rẽ quaſi digito monſtrat ſic interloquentẽ. Antequã ego te formarẽ ex utero, cognoui te. Dauid etiã: Manus tuę fecerunt & finxerũt me. Sed & in Geneſi. Sumpſit, inquit,
Gen. 2 deus puluerẽ & formauit hominẽ. Apoſtolus itẽ: Quando, inquit, collibitũ eſt deo ſegregare me de utero matris meæ. Proinde cũ teſtimonijs ſacrarũ literarum cõprobatũ ſit uerbũ dei hominẽ uita donaſſe, quomodo fieri poteſt, ut hæc dedecoroſa ac erubeſcenda recipiant, ſiquidẽ deitatẽ in ſe admittere dedecus affirmetis, hæc uerò nobiliora abijciatis ac pro nihilo putetis? Mar. At quò iſta abeũt? quid ad claras haſce ſcripturas, quæ docent cœleſte corpus ſumpſiſſe? Quoniã in Euangelio Ioannes perhibet: Et
Ioan. 1 uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Adam. Euangeliſta piè & orthodoxè interpretatus eſt hoc uerbũ, q̃ uerbũ habitauit in nobis, id eſt, in carne noſtra. Mar. Sed uerbũ caro factũ eſt. Ada. Si dixiſſet, uerbũ caro erat, habuiſſes quod prætexeres, at illud, factũ eſt, oſtendit manifeſtè quod non fuit, adueniſſe: & id quod iã non erat, eſſe factũ: nõ enim factũ uocabit ὄν, exiſtens, ſed factũ demõſtrat nõ fuiſſe antequã factũ fuiſſet. Itaq; factũ eſt caro, cũ antè fuiſſet uerbũ, factũ quippe, poſteriùs eſt eo quod eſt. Mar. At ὁ λόγος, Verbũ caro factũ eſt, nihilq; foris aſſumpſit. Ad. Eſt'ne uerbũ dei mutabile, an immutabile? Mar. Immutabile. Eutro. Dũ probare uis uerbũ dei nõ accepiſſe carnẽ, illud fugiens, grauiſſima & deteſtabili eũ configis blaſphemia. Mar. Qua'nã illa? Eutr. Vnũ eſt, q̃ cũ aſſertione tua oratio hæc nõ concurrit neq; cõuenit: ſecundũ uerò q̃ uerbum dei uariabile erit & uerſatile, ſi caro factũ fuerit, ut tu ſomnias. Quod enim mutatũ eſt cõtrà quã erat antea, nõ erit iã quod erat, ſed quod factũ eſt. Friuolũ ergo erit dicere uerbũ dei eſſe Chriſtũ: nõ etenim iuxta tuã ſententiã eſt uerbũ ſed caro. Quin & illud inane eſt quod ais è cœlo illã carnẽ habuiſſe. Adam. Si carnẽ factũ eſſe dicit, et nõ ſumpſiſſe corpus hominis, dicat mihi quæſo, quid ſit illud quod in cruce paſſũ eſt?
Chriſtũ non δοκήσει ſed ἀληθείᾳ paſſum. Mar. Opinione ille paſſus eſt. Eutrop. Opinione, id eſt ſpecie & phantaſia ac nõ ueritate. Adam. Si opinione, non ueritate paſſus eſt, opinione Herodes iudicat, opinione Pilatus manus lauat, opinione Iudas tradidit, opinione & Caiphas, opinione eũ & Iudæi cõprehenderũt, opinione & Apoſtoli, opinione ſanguis ipſius eſt effuſus, opinione Euãgeliſtę prędicarũt Euangeliũ, opinione deſcẽdit de cœlis, & opinione aſcẽdit, deniq; et ſalus hominũ opini Ce cõſtat, nõ ueritate. Quomodo igit Chriſtus dicit, Ego ſum ueritas. Eutro. Marinus aſſeuerat uocabulo quidem Chriſtũ dicere, Ego ſum ueritas, reuera nihil ueri exhibere aut præſtare. Mar. Patefaciã tibi ex ſcripturis illũ de cœlis accepto corpore ueniſſe. Ada. Eſt'ne in cœlo ſubſtantia & hypoſtaſis carnea? Etenim tibi eſt probandũ ex ſcripturis, eſſe in cœlis ſubſtantiã, quę carnẽ habet, oſſa, & ſanguinem

guinem, & tum poteris ad alios tuę demonſtrationis neruos deſcendere. Marinus. De corpore demonſtrabo, Apoſtolo dicente. Corpora cœleſtia & corpora terreſtria. 1. Cor. 15
Adamantius. Corpus nominat Apoſtolus, cœlum, ſolem, lunam, Sic enim inquit: Corpora cœleſtia, & corpora terreſtria, alia gloria ſolis, & alia gloria lunæ, alia gloria ſtellarum, ſtella à ſtella differt in gloria, ſic & reſurrectio mortuorum. Explana igitur, ecquid caro & oſſa, & ſanguis ſubſtantiã habeant in cœlo? Mar. Corpus & caro idem ſunt. Eutrop. Apoſtolus corpora oſtendit, uidelicet cœlum, ſolem, lunã. Ada. Idem non ſunt. poſſumus'ne cœlum nominare carnẽ? cum tamen nominamus corpus. Hoc ergo primum expedi, carnem & oſſa, & ſanguinẽ habere in cœlis ſubſtantiam, & tũc illas apodẽxes tuas & achillæas argumẽtationes educas in aciem. Eutrop. Profitetur Adamantius contra omnes illum ſumpſiſſe terreſtrem, noſtram ſcilicet, carnem: Marinus uerò cœleſtem. Eſt igitur explicandum, ſit'ne in cœlo carnis ſubſtãtia, pòſt ad tuas demonſtrationes accede. Vtrum ex terreſtri ſumpſit, an ex cœleſti? Adamãtius. Hoc teſtatum ſit & præmiſſum à me, carneam eſſe ſubſtantiam, rationes ex ſcripturis proferam, uerbum cœleſte, carnem & ſanguinem & oſſa accepiſſe. Primum ex Euangelio. Etenim poſt reſurrectionem ex mortuis, diffidente illi Thoma, dixit, mitte digitum tuum in ueſtigia clauorum, & manum tuam in latus, & ne ſis incredulus, ſed credens. Spiritus enim carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Eutropius. Chriſtus planè docet carnem ſe & oſſa habuiſſe. Primum itaq; hoc enodãdum uenit, eſſe in cœlo ſubſtantiam, quæ carne & oſſibus obuelata ſit, & ita inuenietis ueritatem minore cũ periculo. Marinus. Iam id expediui, corpora ſcilicet eſſe cœleſtia. Eutropius. Hoc ergo liquet, illum ſtellarum carnem & oſſa & ſanguinem accepiſſe, quod fieri non poteſt. Adamantius. Paulus te apertius docebit, quæ ſit inter corpus & carnem diſtinctio & diſcrepantia: Sic, inquit, Vos olim, quando eratis hoſtes dei & peregrini à promiſſione teſtamentorum, nunc autem reconciliauit in corpore carnis ſuæ. declarans perſpicuè illum & corpus & carnem induiſſe. Eutrapius. Doceat, ſit'ne in cœlo ſubſtantia quæ carnem, ſanguinem & oſſa habet. Marinus. Cœleſtem habuit, & id cœleſte oſtendimus. Adamantius. Ex qua ſubſtantia, num angelica, an ab aliquo principatu, aut poteſtate? unde accepit? Cedo. Eutropius. Quando nõ indicabitis ſubſtantiam, ſed tantum inculcatis carnem recepiſſe cœleſtem, neceſſe eſt ut concludamus illum ex his quæ non ſunt, carnem aſſumpſiſſe. Marinus. Exiſtimatione credimus illum accepiſſe, quemadmodum Angeli apparuerunt Abraamo, cum illo edentes & bibentes, ſic & hic. Adamantius. Quamobrem ergo uenit, ut nobis ueritatem retegeret? ut per eum ſeruari poſſemus? an, ut uobis uiſum eſt, ut falſa ac mendaci ſalutis promiſſione ſucum faceret? Si enim per mendacia nos in uitæ participationem uocet, non erat uera mendacij promiſſio. Si ueritatis magiſter erat, conſtat eum primum ueritatẽ planam & perſpicuam attuliſſe. Patrem enim ſuum Chriſtus confitetur, miſiſſe ipſum, pater ſiquidem non eſt dicendus pater, niſi fuerit qui ex illo generatus ſit. Chriſtum uerò hunc iſti nunquam eſſe genitum contendunt. Dicant ergo utràm harum duarũ orationum falſam iudicant, ſuam'ne, an Chriſti? Cum namq; Chriſti natiuitatem inficiantur & diſpenſationem quę eſt ſecundum carnem, quomodo ipſum audiunt, ubi ſe filiũ hominis appellitat? Nam ſi quodam opinionis errore, forma hominis ſolũ apparuerit, quid opus erat ſe, filiũ hominis uocare? Nudè & argute dixiſſe oportuit, Hominem multa pati oportet. At uerò blaterant iſti, ementita forma fuiſſe dominum conſpectũ, & non uerè, ſicuti erat, innotuiſſe. Siquidem ueritatem docere hominis uoluerit, quid eſt quòd non hominem ſe, at hominis filium nuncuparit? ſibiq; quod non erat affinxerit? Imò citra fucum ipſe de ſe quod erat haud obſcurè prædicauit. Nec enim idcirco magis ſe extulit nobilitauitq;, cum pro deo homo haberi uellet, neq; illi maiorem fidẽ tribuiſſent homines, quũ eum hominem, quàm cum deum crediderant. Ad hæc, ſi in mundum uenerit, ut ueritatem, quæ ad ipſos homines ſpectat, cõteſtatam & apertam faceret, non transformari, quò non appareret quid eſſet, ſed ignorari debuit: neq; cum diſſimularet id quod erat uerè, hominem ſe pro deo uocare oportuit. Et hoc dixiſſe-

ORIGE
in Mathe
Lucan
Ioannem
Homilię
quędā
Ad Rom
Celsū.
Marc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus sanè, si planè & simpliciter seipsum dixisset hominē. Quum aūt se filium hominis dicat, quomodo isti mendaciorum architecti comminiscantur intelligi omnino, filiū hominis ideo usurpatum fuisse, quum ex forma contrarium appareat? Sed quid de sola forma loquor, cum non exteriorem tantum formæ personam, præ se ferāt homines, sed & substantia conspiciuntur homines, qui ueri sunt natura homines. Adam namq; & Eua nec erant, nec uocabantur: nimirum si, filius, humanam significasset substantiā, oportebat Adamum & Euam homines sanè, filios quoque hominum nuncupari. Sancti denique Angeli hac appellatione insigniendi essent, qui humana specie & externa similitudine sæpenumero uisi sunt. Eutropius. Filius non hominum substantiam, sed ex hominibus procreationem & propagationem denotat. Marinus. Adhuc etiam atque etiam repeto: Vt angeli edentes, bibentes & colloquentes cum Abraamo apparuerunt, sic & Christus etiam uisus est. Adamantius. Typi ante Christi aduentum erant, præsente ueritate typi obsoleuerunt & euanuerunt, teste Apostolo, Lex enim umbra est futurorum bonorū. Quòd si Christus adumbratè ac propheticè instar Angelorum et ipse uenisset per alium, nunc etiam, secundum opinionem tuam, uerè nobis expectandus est, licet sit filius hominis & uerè mortuus, & sepultus, & excitatus è mortuis, qui integram & ueram salutem hominibus est daturus. Mar. Si adumbrationes Christi fuerint Angeli, quo pacto ederunt cum Abraamo & biberunt? comederunt ne uerè an non? Adamantius. Angeli protypi & primæ figuræ ueritatis, Christi scilicet Seruatoris: comederunt quidem uerè, nulla tamen ipsorum corporibus ex cibo accessit magnitudo uel accretio. Quemadmodum enim ignis omnia obiecta deuorat & consumit, sic & cū Abraamo Angeli. Quod etiam Apost. testatur: Hæc quidem in figuris contigerunt illis, scripta sunt autem ad nostram admonitionē, in quos fines seculorum occurrerunt. Eutropius. Apostolus, ut ego quidem iudico, umbram & figuram ueritatis futuræ delineat, cuius repræsentationes ac schemata fuerunt Angeli. pulchre igitur & præclarè apostolicis literis hæc Angelorum ἐικὼν & imago congruet: Et sic. Si ut Angeli, sic Christus apparuerat, & simulacrum ueritatis & tantum ideam representauerat, necessariò nobis alius est quærendus Christus, cuius speciem Angeli & Christus retulerunt, uanumq; est illud quod occinamus de Christo: Ego sum ueritas. Adaman. Exactius adhuc te admonebo de imagine & figura & ueritate. Figura enim angelorum nec contrectabilis erat nec palpabilis: Veritas autē nimirum Christus comprehensus erat, passus erat, carne, sanguine, & ossibus contectus erat, & ex mortuis excitatus. Angeli se homines esse non profitebantur, sicuti Christus inquit, Quis me tetigit? Sensi enim uirtutem exeuntem à me. Docebatur enim & Thomas cum uulnerum cicatrices contrectaret. An uerò præstigijs uolebat agere, & eas ludificare, auditores maximè suos & germanos discipulos? an ueris potius illos instruere & imbuere, nempe, ut ipsum esse palpabilem perspicerent, & sic carnem, sanguinem, & ossa assumpsisse? Quod si, uti obloquūtur isti, carne destitutus erat, & exanguis, cuiusmodi carnis, cuius corporis, & qualis tandē sanguinis signa & imagines & panem & poculum ministrauit? iussitq; per illa discipulos memoriam sui renouare? Attestatur enim Apostolus his, dicitq; & panem & poculum benedictionis esse, & sanguinis & carnis communionem. Si autem, ut istis uidetur, opinione & & non ueritate in Christo fuerunt ea, quæcunq; uir integer habet, anima scilicet ratione prædita, & sanguis & caro: nec ut uera commemorarentur à Paulo, & frustra nitimur, istorum iudicio, scire ueritatem, quam dominus neque per se, neque per Apostolum expressè uoluit significare, imò reluctari illi & obniti uolumus, id cogniturі quod ille abstrusum uelit & reconditum. Sin uerò ille uerus est, qui ἀνθαλήθεια ipsissimaq; ueritas est, qui passus est Christus: uerus erit quoque Paulus ab eo missus, cum dicit, 'An specimen quæritis loquentis in me Christi? Parendum non minus uerbis Apostoli quàm Christi, ex quibus audimus & sanguinem & corpus habuisse Christum, & pro nobis uerè mortuum, & propria nos morte et sanguine redemisse, quæ non est credibile perpessum fuisse Christum, qui descendit de cœlis, si non carnē susceperit. Quòd uerò

Hebr. 10

Angeli an comederint.

ἀρχέτυπος.

Panis & poculum εἰκόνες & figuræ.

Christus ἀνθαλήθεια.

uerò Apostolus non tectè sed liberè cū omni fiducia mortem & sanguinē prædicat, recitabo. Dicit enim hoc modo. Notum enim uobis facio Euangelium, quod euangelizaui uobis, quod & accepistis, in quo & stetistis, per quod & seruamini, qua ratione Euangelizaui uobis, si meministis, nisi frustra credidistis: Tradidi enim uobis in primis, quòd Christus mortuus est pro peccatis nostris, & quòd sepultus est, & quòd tertia die resurrexit. Si quis itaque non frustra crediderit, is constanter Apostoli traditionem retinet, & Euangelium per quod salutem adipiscimur, agnoscit & illud habet. Eutropius. Rectissimè Apostolus, Pro peccatis, inquit, nostris mortuus est Christus, & sepultus, & tertia die excitatus. Hac quidem Hypothesi seu fictione, falsa erunt quę lecta sunt, siquidem Christus non fuerit carne præditus, sed merus tantum spiritus, hominis larua solummodo. Neque enim tradi poterat spiritus, quia contingi non potuit: nec mori, cum non fuerit naturæ mortalis: nec capi ulla ratione, cū sit spiritus. Quid moror multis? sed nec sanguinem habet sua natura spiritus. Porro scripturæ etiam per mortem & sanguinem Christi salutem hominum annunciant: isti autem eum sanguinem & carnem habere negant. Ita nec ille mortuus est uerè, neque sepultus: nec enim sanguinem habuit, sed opinione, non ueritate ab eo hæc facta recitantur, neque nos uerè sed opinione seruamur: Quasi uerò non etiam aduentu aliorum, qui & ipsi specie quoque apparuerunt, Angelorum, inquam, qui uiuente Abraamo extiterunt, uel si quis præterea alius extitit, mundus salutem non potuisset consequi. Quare in fide lapsi sumus, & hallucinamur, dum opinamur spem nos & salutem assecutos. Ada. Expecta paulisper & plures audi rationes ex Apostolo: Si, inquit, Christus non resurrexit ex mortuis, uana prædicatio, uana & fides nostra. Quapropter si existimatione, ut existimant isti, passus est, & non uerè, nō erat uerè mortuus, inde patet uerè ex mortuis non resurrexisse, & uerè inutilem fore prædicationem, et nostram fidem irritam. Tum infert: Nunc aute m Christus prędicatur ex mortuis primitiæ dormientiū. Quandoquidem enim per hominem mors: et per hominem mortuorum resurrectio. Quemadmodum enim in Adamo omnes moriuntur, sic et in Christo omnes ad uitam excitabuntur, primitiæ Christus. Eutropius. Credis ne Marine Apostolico? Mar. Equidem credo illi, at quid ipse regerat Apostolus, animaduerte: Qui descendit, idem est qui ascendit: & in Euangelio, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui ex cœlis descendit filius hominis. Vides eum dicere apertè, eum de cœlo uenisse? Adamantius. Nonne hæc argumenta nostram potius sententiam stabiliunt? Marinus. Quo pacto? Adamantius. Demonstrauit euidenter Euangelium, nisi uerbum de cœlis descendisset, hominem in cœlos non ascensurum. Nemo enim, inquit, ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlis, siquidem, Ascendit, tempus significat præteritum, quoniam non ait, Nemo ascendet, sed, Nemo ascendit. quò liquidè commonstrat, ante Christum ascendisse neminem. Id confirmans Apostolus, Erat, inquit, primogenitus, et rursus, Primitiæ dormientium: et rursus dicit, Primitiæ Christus, pòst hi qui sunt Christi. Priusquam igitur uerbum dei descendit, & humanitatem ex utero sumpsit, nemo ascendit: ubi autem ille Christus ascenderat, postea secuti sunt qui sunt eius. Sic namque dixit, Primitiæ Christus, deinde qui sunt Christi. Illud præterea, qui descendit, ipse est qui ascendit, Apostolus ait, eò Verbum descripturus perturbationibus uacuum & mutationibus, uerè enim qui descendit, idem & ascendit, nec alius quisquam, præter eum qui deus est. Eutropius. Hęc quidem elogia sententiæ Adamantij quadrant: tamen uolo utrunque hac de re iudicij uestri rationem fusius exponere. Adamantius. Verbum dei descendens hominem de Maria inuiolata uirgine sumpsit in utero, & sine uiri coniunctione Christus genitus est: Ille ex Maria per spiritum sanctum sumptus est: ille ut hominem seruaret, omnes has humanas ærumnas pertulit. Marinus. Bene tu quidem, igitur cum homo pateretur, aderat ne simul uerbum dei annon? Eutropius. Expone primum, quid definis. Adamantius. Sine primum me contra ipsum responsum dare. sic deinceps definitionem constituat. Fuit quidem uerbum dei cum homine coniunctum, sed non iniu-

1. Cor. 15

ORIGE
O
in
Mathe
Lucam
Ioannem
Homilię in
quedã loca
Noui Test.
Ad Rom.
Cõ Celsũ.
Cõ Marc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria affectum aut afflictum: perinde ut adamas à ferro percussus manet illæsus, imò contrà nocet nocituro, & inuiolatus igni traditus, infractus ac incorruptus persistit. Sed & ignis quoque à gladio conscissus non diuiditur, ignis quippe densitas in seipsam quasi recurrit, & individua permanet: Proinde si hæ materiæ alijs admotæ suum robur & firmitatem retinent, nec consumi possunt aut atteri: cur non uerbum dei, natura impatibile & immutabile, multò etiã magis absq; motu & passione perseuerat oẽs passiones consumens & interimẽs? Recitabo, si libet, Euangelium, eum ex Maria natum esse. Mar. Equidem & nos confitemur per Mariã, sed non ex Maria. Sicuti aqua per canalẽ quidẽ perfluit, sed nihil attrahit, ita uerbũ dei nõ ex Maria sed per Maria permeauit. Ad. Iube recitari Euãgeliũ. Eutr. Recitet. Ad. Recito, quibus uerbis Angelus allo

Distinctio sophistica

Luc. 2

quutus est Maria. Spiritus sanctus perueniet in te & uirtus altissimi obumbrabit tibi: Quare quod ex tenatũ est sanctũ, filius altissimi uocabitur. Eutr. Fortassis & hanc Angeli uocẽ fictitiã & phantasticã esse obstrepes. Quid enim uerius, quid compertius, cũ Euangelium dicit, quare quod natum est non per te, sed ex te? Et quo pacto non uanissimum sit illud, uerbum per Mariam quasi per canalem transire confiteri, ex illa tamen quicquam contraxisse inficiari? Et pudore scilicet negatis, quasi pudore hæc diuinitas egeat. Quod pudore dignum est, Marine, fateris, quod decentius est & dispensationi accommodatius, denegas. Nam si Verbũ per Mariam penetrare turpe non duxerit, nec ex ea aliquid sumere puduit. Nam quem in finem transiret, nisi inde aliquid delibaret? Adam. Si hominem non acceperit ex Maria, quomodo consistent uerba Apostolorum? Quomodo mortuorum primogenitus erit? quomodo primitiæ dormientium? Hoc mihi explicent. Si enim more Angelorum sola specie eum dicant apparuisse, non potest primogenitus esse, nec primitiæ. Mari. Quid ita? Eutrop. Apparuerunt ne ante Christum Angeli, an Christus ante Angelos? Mar. Longè antè apparuerunt Abraamo Angeli. Eutrop. Si Angeli & Christus opinione tantum uterq; uisi erant, nõ poterat Christus Angelorum primogenitus esse cum illi prius apparuerint, ut tute concedis, priores enim illos primogenitos nominare est necesse. Ada. Quo tandem pacto erit Christus primitiæ dormientium, quando ante illum diu Sumanitidis filius ex mortuis resurrexerit, & filius Sarephtinæ, & Lazarus? Nisi igitur fuerit

συμμανίτιδος.

uerè mortuus, & quæ gesta sunt, non existimatione & reputatione sed ueritate gesta fuerint, sicuti dixit Ioannes Euangelista, lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum: dicat qua ratione sit Christus primitiæ dormientium. Mar. Dic tu potius. Adamantius. Dicam non modo primogenitum mortuorum uerè esse Christum, sed etiam primitias eorum qui dormierunt. Nam qui ante Christum resurrexerunt, statim intermortui sunt, Christus autem resurgens non amplius moritur. Ergo ut Adam primęuus mortem obijt, sic Christus primus resurrexit. Citabo ipsa uerba Apostoli. Quemadmodum, inquit, in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes ad uitam resuscitabuntur, primitiæ uerò Christus, deinceps qui sunt Christiani. Quid inueniri potest quod utrunq; luculentius doceat, & quòd Christus fuerit, & quòd homo fuerit id quòd mortuum erat? Si enim primitiæ dormientium is, qui ex mortuis resuscitatus est Christus, ut per hominẽ esset ex mortuis resurrectio, & si eodẽ modo per hominẽ etiam mors grassata intelligatur, duo homines illi iudicandi sunt, unus Adam per quẽ mors, alter Christus per quem resurrectio. Itaque è duobus his conficietur alterũ, aut uerbum è cœlis fuisse mortuum, aut, quem sumpsit, hominem: uel quod colligitur necessariò intelligendum esse fatebuntur, qui de cœlo descendit, fuisse deum, utq; nos liberaret, carnẽ, p nobis assumpsisse, qua ille mori posset, nos redimi: Erat etiã primitiæ resurrectionis, quæ prima ipsa fuit ex mortuis excitata. Ita uerè deũ secundum spiritũ, uerè hominẽ secundũ carnẽ Christũ esse cõfitẽtes, nõ imaginariã aut cõmentitiã fidẽ, sed uerã & firmã habebimus. Quod & Apostolus tradidit, secundũ carnẽ Christũ mortuũ esse & sepultũ & excitatũ à mortuis, & primitias resurrectionis eorũ qui dormiũt. Mar. Aiebas ante Christũ multos resurrexisse. quomodo ergo erit primitiæ? Ad. Ante Christũ qui resurrexerũt, rursus mortui sunt: Christus aũt resurgẽs nõ amplius moritur, mors

mors illi non dominatur amplius: quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quòd aũt uiuit, uiuit deo. Cui igitur mors dominata est? Quòd etenim dicit, Non amplius dominatur, subinnuit prius fuisse dominatã. Eutrop. Liquidum est, si mors carni quam uerbum sumpsit, non sit dominata, oportere dicere uerbo fuisse mortem dominatam, nisi uerbum carnem uerè sumpserit: In dei autem uerbum dominatum exercuisse mortem, illud mihi piè aut religiosè non posse dici uidetur. Ad. Itaq; Apostolũ audi dicentem, & de morte, quòd uerè utiq; & nõ phantasticè mortuus erat, & de sanguine, quòd uerè sanguis eius pro nostra salute profundebatur. Sic enim, inquit, confirmauit deus suam in nos dilectionem, quod cum essemus nos peccatores, Christus p nobis mortuus est, multò magis iustificati in sanguine eius seruabimur ab ira. Et iterum. Etenim etsi crucifixus est ex infirmitate, uiuet tamen ex potentia dei. Rursus inquit, an ignoratis quòd quicunq; baptizati estis in Christum Iesum, in mortem ipsius baptizati estis? Qui si non mortuus fuit, quis dubitat non esse Baptismum? Alibi: In gratiam nos recepit in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinẽ ipsius. Præterea: Quia hæc passi estis à proprijs contribulibus, ut & ipsi à Iudæis, qui & dominum Iesum occiderunt, & prophetas: Non dixit, & eos qui uidebantur opinione tenus Angeli, quibus cum illum uos contulistis, sed, & prophetas, qui uera carne & non phantasia homines etiam uestra sententia, extiterunt. Alius quippe dissectus erat carne, lapidatus alius, reliqui in occisiõe gladij mortui sunt. Allegabo adhæc ipsius seruatoris uerba quæ hanc passionem denunciauerunt in hunc modum: Oportet, inquit, filium hominis multa pati & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotum & scribis ac cruci affigi, & post dies tres resurgere. Post resurrectionem item reprehendens quosdam: O inquit, stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquutus sum apud uos: Quòd oportebat Christum hæc pati & Euangelista non apparentem sed ueram carnem inferens, dicit: Exclamans magna uoce Iesus dixit: In manus tuas commendabo spiritum meum, & expirauit. Atque ecce uir nomine Ioseph petens corpus inuoluit sindone, posuitq; in nouo monumento. Quis igitur ille esset, dicant audacter. Nec enim expirauit spiritus cum sit æternus & nulli interitui obnoxius. At quis tandem ille fuit? qui spiritum habuit, & ita spiritũ uerè efflauit? qui expirans patri spiritum tradidit? quem Ioseph sindone inuoluit? Nam umbram haud inuoluit & sepeliuit, sed eum ipsum qui ligno erat suffixus. Nimirũ sic ipsemet testatur, discipulis post resurrectionem, cum illi phasma fuisse putarent: Quid turbati estis, & qua re ratiocinia ascendunt in cor uestrum? uidete manus meas & pedes meos quòd ego sum ipse, quia spiritus ossa & carnem nõ habet, sicuti me uidetis habere. Sed quid illis immoror? aut quid istis argumentationibus uerba produco in longum? Satis enim fuisset se filium hominis confiteri. Mar. Cuius nam hominis filius erat? Adam. Ex semine Dauid est secundum carnem, quemadmodum habet Euangelium. Mar. In Euangelio cum Iudæi dicerent eum Dauidis filium, accusauit eos ipse Christus: & si placet, recitabo. Eutropius, recita. Mar. Dixit Iesus, Quid uobis uidetur, de Christo? cuius filius est? Dicunt illi, Dauidis. Aitq; illi Iesus, quomodo igitur Dauid in spiritu dominum illum uocat, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis? Si itaq; Dauid in spiritum dominum illum appellat, quo pacto filius eius est? Vides damnare illos quòd dicunt eum esse Dauidis filium, & ipsummet ire inficias? Adam. Illud, Quomodo, non est inficiationis sed interrogationis: nõ enim semel at sæpe in scripturis est non ad negandum, sed ad percontandum collocatum: Quomodo, inquit, persequeť unus mille? &, Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? &, quomodo decidit de cœlo lucifer mane oriens? Nec enim Christus negando dicit, quomodo, sed quærendo. Marcus. Dauid illum dominum agnoscit, non filium. Adamantius. Dauid non eum dominum secundum carnem profitetur, at secundum spiritum. siquidem uerbum dei non modo Dauidis dominus est, sed omnis principatus, potestatis, dominatus, & nominis quod nominatur. Cum enim prognostes quidam esset, & præscius rerum non in hoc solum, sed in futuro seculo, Iudæos præuidit non credere illud, secundum spiritum, & interrogationem adhibuit, dicens, Si Dauid in spiritu dominum illum uocat, quomodo filius eius est? Non enim dixit

Luc. 24

Quomodo

Esa. 1

Christus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fides σωτήριος.

Christus: si igitur Dauid in carne dominum illũ uocat sed, In spiritu, confessus illũ spiritualem, qui est secundũ carnem filius. Producam tibi ex Euangelio clarius, quomodo Christus ipse consentiat hanc fidem salutificam esse, & inuiolabilem: & si uis, recitabo. Eutr. Recita. Ada. Quoniam Megethiani adsunt, ex ipsorum Euangelio legam. Factum est, cum ille appropinquaret uersus Hierico, quidam cæcus mendicans sedit iuxta uiam, audiensq; turbam prætereuntem rogauit, quid illud esset. Nunciatũq; est ei

Conclusio et Sententia iudicis.

Iesum transire, clamauitq; inquiens, Iesu fili Dauid, miserere mei: Stans ille iussit hominem adduci, cum appropinquasset ille, rogauit eum, quid uis tibi faciã, dixitq; ille, domine, ut uisum recipiam. Et respondit Iesus, dicens, uisum recipe, fides tua saluum te fecit, & statim uisum recepit. Eutrop. Cæcus mihi uidetur recte & iure bono uisum recepisse, ut qui à persuasione Megethij & Valentini, & Droserij & Marini fuit alienus: & ille cum sana fide præditus esset, uisu illustratus est, hi ab insania trãsuersim abrepti suam occęcauerunt intelligentiam, cũ fidem cæci Christus diserte collaudat, uisum accipe inquit, & fides tua te seruauit. Cæcus iste credit, & eius tam carnalẽ quàm spiritualem confitetur præsentiam, utrũq; fide cõplectens, quod deus in homine esset, & primum agnoscens hominem, statim cognouit & dominũ. & de homine dicit, fili Dauid miserere mei: de deo autem, domine ut uisum recipiam. Proinde secundum placita Marini, nisi Dauidis filius sit Christus, sibijpse repugnat: hic quidem quòd totum crederet iussit cæcum uidere, illic in quæstione ad iudæos negat se Dauidis filium: qui autem non est & contrarius, & à seipso dissidens Christus, ex uestra sententia? Hæc usu uenire solent his, qui lubrica hæ & uaga hæresi fluctuant: hæc incommoda accidunt illis necessariò qui hisce deliramentis & fabulis indulgent, quæ diffluunt, & parum cohærent. Quamobrem illi opinioni insistendum, qua cæcus uisui restitutus est. quem bene credentem Christus suo comprobat testimonio: Quocirca uidetur esse optimũ, ut fides hæc Marini explodatur & ueluti funda eminus ejiciatur, & cum longè lateq; à ueritatis scopo aberret, nullaq; ex parte diuinitati consentiat. Nã dũ fabulis credũt, phantasiis, & imaginationi: etiam fabula, phantasia, & imaginatione salutem unà cum suo dogmate adipiscentur. mihi hic ergo uisum est ut Marinus litigiosæ sententiæ renunciet, secq; ad tertiam constitutionem, Resurrectionis scilicet articulum, æquo & sedato animo præparet.

DE RESVRRECTIONE CAPVT DIuisionis tertium.

MARINVS. Equidem de hoc diligenter paratus sum disputare siquidẽ uolueris stare à ueritate. Eutro. Adsunt homines clari & celebres, ipsi dicant si potè à iusto recesserim. Quòd si tu certis destinatisq; præiudicationibus addictus sis & quasi cõsecratus, non par est hanc notã mihi inurere. Mar. Si in animo sedeat fixũ & statutũ uerè & integrè in hac quæstiõe uersari, his, quæ à philosophicis præcepta traditaq; sunt, reiectis, solis scripturis credite. Adam. Sane scripturis suadeamus. Eutr. Apertum est & confessum, quæ sit assertio utriusq;. Mar. Puto uos inique hanc ingerere controuersiam. Adam. Facile conuincet orationis cursus, num perperã sit à nobis iniecta hæc quæstio. Mar. Præscribat mihi Adamant. et notet cuiusmodi corpus resurrecturũ sit: An quo sumus circundati & colligati, an aliud spirituale? Adaman. Dico resurgere hoc corpus quod circumferimus. Mar. Hinc suppetit argumentum illustre, quod hanc * insidiosam prosternet fallaciam. Hominis etenim corpus cùm fluxum & caducum sit, à pueritia usque ad senectutem non idem manet. Quale igitur resurgere dicis, corpus ne puerile, an senile? Adamant. Qui pictores parietũ sunt, & nauium fabricatores, & gubernatores, & nautas marinos exprimere norunt & delineare, sed naues ipsi fabricari, aut gubernare nesciunt. Eodem modo effutit Marinus cuius nec experientiam nec probationem tenet. Eutropius. Cupio manifestius adhuc intelligere quamobrem primæ ætatis corpus cum grandiori non sit idem. Marinus. Corpus cum infirmæ sit & debilis substantiæ paulatim defluit, omninoq; quod ex cibo accrescit, morbis consumitur uel in ætate ineunte uel ingraescẽte quod

Scripturis solis probãdũ.

De resurrectione tractatus.

ἐπιβολὴ. prima obiectio physica.

quod tametsi maximè fluit & deficit, ex nutrimento tamen alia accedit substantia. Ergo quale corpus resurrecturum ais, illud ne morbis attritum, an puerile, an senile? Adamantius. Etsi tu quidẽ decreti immemor ad medicinam diuertas, etiam quum ex scripturis te fidem auditoribus facturũ pollicitus fueris, attamen non grauabor & ipse licet facultatem medendi non satis certò sciam, hæc cerebri tui sensa reuincere & proterere. Nam si fluente substantia aliud & aliud corpus fieret, excisas etiam partes ut auriculam, ut digitum, ut nares per alimentũ repleri restituiq; oportere. Quin & uulnerum cicatrices ad ætatem usque senilem impressæ non manerent, si modò (ut tu opinaris) ita corpora colliquescerent: sed morbis labefactatis corporibus statim fiunt alia. Cæterum quum anima ea quæ ipsa expetit non recipit, corpus constringet & contrahet, sicuti uiator quæ humefacta sunt cõprimit. Cùm uerò à se concupita accipit, ad iustam suam molem redit: & pinguiora fiunt & quasi intumescunt. Nec enim quãprimum ex morbo corpus recreatum ac releuatum fuerit, quæ tanto tempore augescunt, ea subitò restaurantur in integrum. Eutropius. Si corpus ita dilaberetur, & aliud atq; aliud diuersum fieret corpus, nullo modo inueniri posset quod suam recuperaret substantiam. Marinus. Quonam modo istuc? Eutropius. In homine cape exemplum. Si ex cera quis hominis statuam conformaret, & primùm quidem exigua substantia & pusilla efformaret, aliamq; de nuò ceram funderet atque temperaret, eamq; in quandam altitudinem magnitudinemq; refingeret, non esset id factu procliue: Sic enim quod factum est, finiri & absumi poterit, quoniam prima ceræ substantia deperit, & attemperatur altera, nec statuarius operi suo ultimam manum imponeret: Homo autem à puero suam habet essentiam, & puerili existentia manente salua, ad maiorem excrescit magnitudinem, unde & uestigia uulnerum usque ad senectam durant, & membrorum præcisiones. Quarè frustrà dicis corpus esse fluidum & labile. Marinus. Si corpus à primis usque annis ad ætatem grandæuam resurget, respondeat, qualis nam sanguis resurgit cum homine? is ne qui in uenarum incisionibus, an qui in sanguinis profluuijs emanat? Homines autem non pauci quotannis uenam secant & excernunt. Dicat mihi ergo cuiusmodi sanguis unà cum homine resurgat? Adamantius. Qui uenas incidunt, non purum & natiuum, sed aduentitium & quasi nothum sanguinem egerunt, qui ex humoribus redundat. Similiter & in eruptionibus sanguinis, non is qui genuinus & uiualis est, exilit. Quamobrem hi qui medicinam probè callent, quia sciunt illum ex humoribus affluentem & rubescere, & sanguini cõcolorem fieri, generosum & bonum sanguinem non attingunt in sectionibus, sed omnis corruptus, qui ater dicitur, emittitur: Flauo autem & uitali ebulliente, χόλος, id est, compressiones quasdam ad sistendum apparant, ne ille incorruptus & liquidus sanguis effluens, animal dissoluat & perimat. Eutropius. Insulsa est hæc sententia, quæ ex cibo proueniunt, spuria & adulterina, ea propria & pura dicere. Cibus enim intromissus & in succum extenuatus, partim in sanguinem, partim in pituitam, partim in saliuam excernitur. Omissis ergo his quæ remotiora sunt, accedite ad ea quæ sunt causæ ac instituto coniunctiora. Marinus. Homo ex terra, & aere, & aqua, & igne constituitur. Proin ubi moritur & dissoluitur, unaquæq; substantia, id quod sibi proprium est recipit, ueluti pars ignis ignem, aquæ aquam, aeris aerem: terra denique ad terram se adiungit & agglutinat. Quo igitur modo fieri poterit ut homo resurgeret, cuius partes liquefactæ ita concrescunt & coalescunt indicem? Perinde est ac si quis in profundum maris aquam effunderet, & eandem rursus haurire contenderet, quum res sit quæ confici nequeat. Necesse itaq; alium hominem pro alio resurgere. Adamantius. Tua opinione, Deo homines fortiores esse ostenduntur, & uanum est Seruatoris pronunciatum: Quæ apud homines sunt impossibilia, apud Deum possibilia sunt. Marinus. Quo tandem pacto Deum superant homines potentia? Adamantius. Quoniã homines uinum aqua confusum sciunt, gunt usi arte & scientia, argentumq; ab ære separant, aliaq; huiusmodi complura no

Solutio.

ὁλόκληρον. ἀνυπόστατόν τον quasi rẽ substantialẽ.

Simile.

Secunda obiectio.

Responsio.

Tertia ratiõ philosophica.

Depulsio à comparatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt secernere. Deus autem qui uiribus inuictus & insuperabilis, artifex & opifex omnium, cui aer, aqua, terra obsecundant, cui timore seruiunt, & per omnia suas partes obeunt, quomodo non unicuiq; in resurrectione corpus suum proprium reddet? Siquidē ignis Deo subiectus est, & nutui obedit: Tres enim fratres in caminum ignis proiectos non læsit, sed uiuos & saluos Domino tradidit. Aqua quoq; Ionam acceptum in profundo tres dies & noctes integrum restituit: Aer Eliam in cœlum subuexit, terra Lazarum quatriduanum reddidit. Sed & dulces aquas, ubi iam in mare influxerint, ibiq; commixtæ uoluuntur, rursus per nubes edulcat, & à salsis diuisæ, longè lateq; fluunt, ut & Propheta ait: Qui aduocat aquam maris, & diffundit eam super faciem terræ. Eutropius. Quum receperit se demonstraturum ex scripturis, ad physicæ & medica delabitur quò homines Deo potentiores comprobet. Marinus. Promptum est ac facile mihi ex scripturis ostendere, si æquus fuerit Adamantius. Eutropius. Non Adamantius causa est tuæ aberrationis, sed animus contendendi aculeo stimulatus. Adamantius. Conniuendum est & indulgendum, ut quæ uelit censeat: ego uerò me comparaui & præmuniui, ut obuiam eam omnibus, quum mihi subsidio sit ueritas. Marinus. Quibus nam scripturis fidem habes, ut confirmem ex illis carnem non resurgere? Adamantius. Omnibus classicis quæ in Testamento probata sunt, assentior. Marinus. Recito decretum Dei in primo Testamento loquentis: Non manebit spiritus meus in istis hominibus, quia caro & sanguis sunt. Adamantius. Si itaq; dicit: Non permanebit spiritus meus in istis, certum est quod in alijs requieuerit. Hoc nanque (istis) omnino particularis causa est, non generalis in omnes sententia. Marinus. Suadebo tibi ex scripturis nec prophetas nec apostolos mentionem carnis et sanguinis fecisse, sed solius duntaxat animæ, quam & seruare precibus enixi sunt. Primum Dauid, Quia liberasti, inquit, animā meam de morte, & rursus idem, Sitiuit anima mea ad Deum uiuentem. &, In te confidit anima mea, & in umbra alarum tuarum sperabo. Præterea, Non relinques animam meam in inferno. Vides eos orantes ut seruare possent solam animam, non carnem & sanguinem. Adamantius. De anima constituamus. Ecquid est, mortalis, an immortalis? Marinus. Perspicuum est immortalem esse. Adamantius. Quomodo ait ergo, Ne tradas bestijs animam confitentem tibi. Bestiæ animam poterunt perdere, quum sit immortalitati consecrata? Eutropius. Belluæ non animam infestant, sed corpus. Quum enim dicit, Ne tradas bestijs animam confitentem tibi, profectò totum hominem appellat animam. Adamantius. Clarius te edocebit scriptura, quòd hominem ex corpore & anima conflatum uocet animam. Et erant, inquit, filij & filiæ Iacob animæ triginta tres. Adde & illud, Descendit Iacob in Ægyptum cum animabus septuaginta. Eutropius. Fortè (ut Marino uisum est) incorporei descenderunt in Ægyptum Iacobi filij, sed confessum est scripturam integrum hominem uocare animam, nec opus est hîc ancipites uacillare. Marinus. Apostolum testem affero prophetis ueriorem, corpus esse animæ uinculum, & remoramentū, ac causam malorum omnium, de quo dicit, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Adamantius. Quomodo uinculum animæ est corpus? Marinus. Quum anima peccatis commaculata, Dei mandatum uiolasset, tunc inquit, Fecit eis Deus coriaceas tunicas, & induit illos, hoc est corpus, ut & propheta Ieremias captiuos nos uocat, quod Deus animam concatenarit cum corpore. Quum ergo omnium malorum causa & fomes corpus ita se flagitijs conspurcauerit, quid? dices ne resurgere ut in uinculis deuincta semper torqueatur anima? Adamantius. Affirmabas animam, propterea quod peccasset, teneri constrictam in corpore, mox subijciens dicis fuisse omnium malorum causam animæ, & eam tamen antequam illigaret in corpore, peccasse. Quare si possit anima absq; corpore peccare, quæ causa est corpus animę ut peccaret? Eutropius. Si dicas animam priusquā uincta erat, deliquisse, superfluū est causari omniū malorum radicē corpus extitisse. Nam si ante corpus

Ab exēplis.

Rationes ex scripturis.

Gen. 6

Depulsio.

Psal. 15

Responsio.

Anima totus homo.

Aγ.

Rom. 7

Gen. 3

corpus transgressa fuerat & soluta nunc à corpore, denuo transgredietur, quia antè sci licet se peccatis immerserat. Itaque causa non erit corpus, sed anima. Adamantius. Si uinculum animæ corpus esse statuat, uinculum autem coercere soleat peccantes & cohibere ne in scelera proruant, corpus non est animæ uinculum aut impedimentū sed adiumentum. Mar. Et quomodo. Eutropius. Vinculum nō cooperatur aut adiuuat ligatum ad peccandum, sed retrahit uinctum & continet. Corpus uerò stimulat animam ad homicidia & adulteria. Palàm est igitur deum, animæ adiunxisse corpus, non ut uinculum sed adiutorium & administrum. Mar. Respondeat Adamantius, num credat Apostolo. Adamantius. Credo in omnibus Christifero & spirituali Paulo. Mar. Si credas illi, pronunciantem audi & eloquentem. Caro & sanguis regni dei hæreditatē consequi nō possunt, nec corruptio incorruptionem. Quid hoc apertius, quid dilucidius esse potest? Hoc profecto argumentum hac antithesi informatum, & ex contrarijs confectum profiteor. cui nemo posset obsibilare cū clarum & uerum sit. Adamantius. Qui ab Apostolo dicta spiritualiter & intelligenter non intelligunt, nuda uerba intendentes, à uero excidunt. Apostolus enim carnem & sanguinem turpes & flagitiosissimas actiones nominat: qui carnalia sapiunt, carnales appellans, qui spiritualia faciunt, spirituales. Agè citabo tibi ipsum Apostolū diserte uocantem carnales qui non secundum fidem uersantur, sed fastu factisq; utuntur carnalibus. Et hunc in modum, inquit, Sic ut iustificatio legis impleretur in nobis non secundum carnem ambulantibus, sed secundum spiritum. Qui namq; iuxta carnem ambulant, quæ sunt carnis sapiunt, qui autem secundum spiritum, quæ sunt spiritus. Prudentia enim carnis inimicitia in deum, prudentia uerò spiritus uita & pax. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Respondeat, hi quibus hæc scripta sunt, an sine carne fuerunt? Item: Lacte enim, inquit, uos potaui, non cibo. Nondum enim poteratis. Nam adhuc carnales estis, quādiu enim inter uos contentio & dissidium, nonne carnales estis? Cum enim dicit quis, ego quidem sum Pauli, Alter, ego Apollo, Nonne carnales estis? Itidem: Quando enim eratis in carne, affectus peccatorū quæ sunt per carnem uigebāt in uobis. Nunc autem non estis in carne sed in spiritu. Quanquam carne exuti non erant. Etenim demonstrant hæc omnia carnem eum appellare carnalem & improbam conuersationem. Sicut & hominem: Quis enim ignorat & si dixerit alius se Pauli fuisse, alius Apollo, eos tamen nihilominus fuisse hominum filios ex substantia, uel eos quibus scripsit, Quando eratis in carne, & tunc quantum ad substantiam carnis expertes non fuisse? Quippe appellauit carnem, carneam & corruptam uitę institutionē quam merito dē spe deturbat & dejicit, ut quæ regnum dei hæreditate possidere non poterit. Si datis ut fieri potest carnem quidē corporis, in hanc spei societatem uenire non posse, quæ tandem Baptismi & lauacri utilitas? Ad hūc enim modū Apostolus, Hæc inquit, quondam eratis. At abluti estis at sanctificati estis. respondeant, quid est illud, lotum & sanctificatum? Cæterum quia fauto res Megethij, auditores sunt, ideo ex eorum Apostolico cogor depromere, oratione ad utrunq; conuersa. Paulus igitur scribens Galatis sic habet. Quod uerò nūc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei qui dilexit me. rursus. Aliorum quidem nemo mihi temere facessat negocium. Ego enim stigmata Iesu in corpore meo porto. Agè dum, uideamus quid hęc sibi uerba uelint: Quod uiuo inquit in carne, in fide uiuo. Constat fidei uitā in carne esse: stigmata Christi per quę nobis salus est corpus gestare. Quo pacto igitur quod portat salutis notas & impressiones, uitamq; fidei habet non seruetur? ut isti aiunt. Aut enim nihil emolumenti percipit quod fidei uitam & Iesu stigmata circumfert: Aut si hinc salus est, Caro conseruata est. Hęc ita esse cōfitetur. Corinthijs porro epistolam scribens. Non scitis quod corpora uestra sunt membra Christi, tollens igitur membra Christi faciam membra meritricis? Absit. Si enim Christi membra sunt corpora, uel membra Christi pereunt, uel seruatur caro. Mar. Corpus non carnem nominat. Adamantius. Ex his quæ inferuntur emergit. An nescitis inquit quod qui adglutinatur meritrici unum corpus est? Erunt enim inquit duo in carnem unam. At porro ait, uir enim nō debet uelare caput, cū sit imago & gloria dei. Si quod

Paulus χειροφόβος

1. Cor. 15

Dilutio

Caro homo

Argumenta pro Resurrectione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tectum est corpus sit quod apparet, scilicet caro, hoc etiam gloria dei & imago est. Ergo & salutem adipisci poterit. alioquin nisi salutis capax & particeps sit, esse non Syllogismus. potest dei imago & gloria. Est autem ut scriptum est imago & gloria caro. Planum igitur est, quemadmodum hoc accipit, sic & salutem posse consequi. Atqui lucidius quo te doceam iube fundamentum Apostoli huic recitari. Eutropius. Reciteturꝰ 1.Cor.15 Adamantius. Lego in prima ad Cor. in hunc modum sermocinantem. Quid facient hi qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt, quid baptizantur αποθνήσκουσιν τες. νὴ ὑμετέραν pro illis? quid & nos periclitamur omni hora, & omni die * morientes * per uestram gloriationem, fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro, si secundũ hominẽ cum bestijs depugnaui, Epheſi. quid mihi lucri si mortui non resurgunt, Edamus & bibamus cras enim morimur. Ne erretis. Corrũpũt mores bonos colloquia mala. Expergiscimini iustè & ne peccetis. Nam ignorationem dei nonnulli habent. ad pudorem uobis loquor. At dicit aliquis, quomodo resurgent mortui? Quali autem corpore uenient? Stulte, tu quod seminas non uiuificatur, nisi mortuum fuerit. Et hoc quod seminas, non corpus quod nascitur seminas, sed nudum granum, puta, tritici aut alicuius ex cæteris. Sed deus illi dat corpus ut uoluit & unumquodque seminum corpus proprium recipit. Non omnis caro eadem caro, sed alia quidem est caro hominis, alia uerò caro pecorum, alia piscium. Et corpora cœlestia & corpora terrestria. Et alia quidẽ gloria cœlestium, alia uerò terrestriũ, alia gloria solis, & alia gloria lunæ, alia gloria stellarum. Sella siquidem à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. Et paulò post subnectens ait. Ecce mysterium uobis dico. Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur in puncto, in momento oculi, per extremam tubam. Clanget enim tuba, & mortui excitabuntur incorrupti & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Marinus. Non hoc corpus dicit resurgere, sed aliud, ex eo quod dicat, Deus autem dat illi corpus prout uult. Adamantius. Triticum in terra sepultum, denuo resurgit triticum, & homo terræ traditus homo resurgit, non alius factus, iuxta illam Apostoli uocem: Vnicuique uero seminum proprium corpus dat. Eutropius. Ista expositione non egent. Adeò clarè & citra ambiguitatem dicta sunt ab Apostolo. Neque enim fieri potest, ut terra inhumetur anima, nempe uel istorum confessione immortalis. Adamantius. Imò hæc caro, quæ ut triticum sata est. Videmus etenim corpus, quasi triticum, seri: Tu enim, inquit, quod seminas non uiuificatur, nisi prius fuerit mortuum. Quid est ergo quod seminatur, & in terram proiectum? uidelicet caro. Marcus. Atqui uides eum dicere, Non corpus quod nascitur seminas, sed nudum granum tritici. Adamantius. Quemadmodum triticum nudum uoluntate Dei seminatum resurgit, herbam ascisci, uestitum est, & caule speciosum redditur, non mutatum in aliud, præterquam quod natura antè fuit: sic & homo humo conditus, & rursus uoluntate dei resurgens immortalitate amictus est, sicuti commemorauit Apostolus, oportet autem, inquit, mortale hoc induere immortalitatem, & hoc corruptum induere incorruptionem MEGETHIVS. Non hoc enunciat in nostro Apostolico. Adamantius. Quomodo ergo? Megethius. Non dicit, deus illi dat corpus ut uult, sed, deus illi dat spiritum ut uoluit: Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale, seminatur in corruptione, resurget in incorruptione. Adamantius. Tua igitur opinione & iudicio dat illi deus corpus spirituale. Cuinam à deo spirituale hoc datur? Et quid illud est quod accipit? Marinus. Id quod accipit est anima. Adamantius. Ergo'ne sepelitur anima? Eutropius. Quamuis animæ immortalitatem statuerit, non solum tamẽ eam nunc morti subiectam, sed sepeliri etiam in terra nobis suadere compellitur, cum res in confesso sit, corpus sepeliri. Sed absurdum, in istis tempus conterere, & hæc uentilare diutius: nam hic sermo abundè & plenè nobis aperuit omnia. Adamantius. Forte non uidetur istis satis copiosa & iusta Resurrectionis huius pertractatio. Aliquantulum feras & aures adhibe Apostolo adhuc dicenti explicatius.

Megethij caullum.

2.Cor.3 Quòd estis Epistola Christi ministrata à nobis, scripta non atramento, at in spiritu dei uiuentis, non in tabulis lapideis, at tabulis cordis carneis. Itaque nisi caro resurgat, ut

est istorum dementia, nihil prodest Christi epistola carneis cordibus inscripta, spiritu dei uiuentis. Sed non in irritum Epistola Christi fuit scripta dei uiuentis spiritu, at ut uitam det ijs in quibus scripta est, quod in sequentibus declarauit Apostolus: Si enim quod abolitum est, in gloria fuit, multò magis in gloria est quod manet, & non abolitum est. Ac si in carneis cordibus epistola Christi exarata est, manent sanè & corda carnea, in quibus remanet & id quod inscribitur, & non obliteratur. Item, Habemus igitur thesaurum nostrum in testaceis uasis, ut excellentia sit potentiæ dei, & non nostrũ. Eligant ergo isti phalerati Rhetores, & erroris oratores, quo modo hoc scriptum intelligent: in quo uolunt hunc thesaurum esse scriptum? In homine interiore, istorum sententia. Si interior ergo homo testaceus est, testaceum uas secundum illos erit & anima. Imò caro uas testaceum est, quod est, ut ille sentiũt, homo exterior. In carne igitur thesaurus erit. Et è duobus alterutrum erit uerum: aut perit quod tantum habet thesaurum, aut caro citra contradictionem seruatur, in qua thesaurus est. Et iterum: Nos enim qui uiuimus, ad mortẽ tradimur, ut & uita Iesu manifesta fiat in mortali nostra carne. nec opus habet explicatione: cum dicat uitam Iesu in carne patefieri. Rursus, Quãdo absorbebitur mortale ab immortalitate. Quid aliud potest intelligi, quam id quod est mortale, ad uitam peruenire? Et rursus, Ego igitur ipse mente quidem seruio legi dei, carne uero legi peccati. Nulla igitur nunc condemnatio his qui sunt in Christo Iesu. Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit nos à lege peccati & mortis. Si quidem mens legi dei seruierit, legi autem peccati caro, liberauerit etiam nos in Christo Iesu lex spiritus uitæ à lege peccati & mortis: nimirum id a peccato liberauit, Syllogismus quod legi peccati seruiebat. Seruiuit autem legi peccati non mens sed caro: Liberatur ergo à morte caro. Qua autem ratione salutis particeps sit, quod lege uitæ spiritus in Christo à morte liberatum est, ipse dicat. Me namque pudet refutare pluribus huius insciẽtiam. Eutropius. Comprehensim & summatim omnium malorum causa est Ignoratio. ignoratio quam Megethius, & Droserius, & Marcus, Valens & Marinus à lacte nutricis suxerunt in eaq; creuerunt ac adoleuerunt, à recta uia optimaq; sententia auersi. Quæ autem consentanea probabilitas est, isto quidem sermone seruari posse? Typo enim & figura præcedente, necesse est, eos qui uident corrigi: correctio infigurata & typo non illustrata nunquam potest admitti. Adamantius. Si prudentiæ tuæ uisum sit, parumper sustine & attende quid dicat Apostolus, ab illis dudum citatus, quò eorum posses discere & perspicere amentiam. Schetæus enim Marcion fraudulenter A- Ad defensiõẽ legis tranſitio. postoli quidem uerba detorsit, non prætermisit tamen omnia, quomodo & isti quoque adhuc, quæcunque ipsorum non congruant sententiæ, omnino resecant & prætermittunt. Quamobrem ego quæ sunt ab illis parum intellecta & omissa ipsis repugnantia, ea uelut racemos ex uerbis apostolicis ac propheticis decerpens, tuę sapientię propalàm offeram & exhibebo. Dicit autem ita Apostolus. Mulieres in ecclesia sileant, 1.Cor.14 non enim permissum est illis loqui sed subijci, ut & lex dicit. Et insuper: Tertiò nunc uenio ad uos: In ore duorum aut trium testium stabit omne uerbum. Sic & Apostolus 2.Cor.13 hîc sine dubio legem uidetur sequi, cum ait: Tũ fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta 1.Cor.15 est mors in uictoriam, ubi tua ô mors uictoria? Dicant mihi, ubi ipsis scribitur hic sermonem nisi in lege & Prophetis? Aut ergo quasi lege soluta dicit futurum illum sermonem qui ibi scribitur, aut implenda. Est enim hoc in numero rerum adeò impossibilium contradicere legi, & legem profiteri, ac in lege scripta euentura dicere. Ephesijs Eph.2 autem per epistolam scribens: Memores, inquit, quòd uos quondam gentes, uocati præputium, ab ea quæ dicta est circumcisio in carne, manibus facta: quòd eratis in tempore illo absque Christo, abalienati à repub. Israelis, & hospites testamentorum promissionis spem non habentes, & sine deo in mundo: Nunc autem uos qui procul quondam eratis, facti estis prope per sanguinem Christi. Cuius ergo promissionis ibi facit mentionem? à qua extranei sunt, Christo carentes? Annõ quam ille Deus extra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

neus, & ut isti censent, ignotus appromisit? siquidem tum pollicitus est is, qui ante Tiberij Cæsaris tempora nunquam apparuit. Aut quo modo ignotus erat illis qui antè locutus est, & antè promisit? Docet autem disertè eos à testamento Israelis alienos
2.Cor.1 fuisse, ἀθέους id est, deo carentes esse asserens. Et rursus ait, quæcunque enim promissiones erant dei in ipso sunt, etiam. Si enim extraneus, & nunc primùm uisus, nec cuiquam antè notus, si non promisit, certè alius quàm creator, qui promiserit, non erat. sed uolo clarius edocere, Christum ex lege prædicatum fuisse, & etiam ex Prophetis, quoniam de Ioanne locutus dicit ipse seruator, Ipse est de quo scriptum est, Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Hac ergo promissione facta per prophetas, præcursorem domini mittendum coram facie ipsius, uiam domini præparaturum: poterunt'ne alium Ioannem ante faciem eius missum ostendere? Si enim ante Christum alius quispiam à creatore legatus uenerit, proferant. Dein si alius nemo excepto solo domino nostro Iesu Christo apparuit, & ante faciem eius est Ioannes, perspicuum est, tunc promissam fuisse, quæ aliquando impleta est, promissionem, & nullius filius est Christus nisi creatoris dei, cuius etiam erant Prophetæ & lex. sed & Apostolus ipse an non apertè Christum ex lege prædicat,
1.Cor.10 Corinthijs dicens: Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt, & omnes per Mosem baptizati sunt in nube & in mari, & omnes escam spiritualem ederunt, & omnes potum spiritualem biberunt, biberunt enim ex spirituali consequenti petra, Petra autem erat Christus. Quis non demiretur istorum insaniam, hæc quidem legentium, sed non intelligentium? Seu etiam illud oraculi quis
1.Cor.5 uelit accersere, Pascha nostrum immolatus est Christus: quod pascha à conditore
1.Cor.15 in lege sancitum est. Marcus. Hæc ab Apostolo audiuisti, illa uerò dicentem audire non uis: Primus homo Adam factus erat in animam uiuentem, ultimus * Do-
Paulus, ἀλλαχ. minus in spiritum uiuificantem. Primus homo ex terra terrenus, secundus dominus de cœlo. Adamantius. Apertè indicauit Apostolus, tum primum Adamum, tum secundum dominum eiusdem & non alterius cuiuspiam dei fuisse. Etenim sit sanè scriptum in hanc formulam: Primus ex terra terrenus homo Adam, & secundus de cœlo dominus, superuacanea tamen est hæc confictio. Nam hoc quod perscriptum est, non aliter quàm in lege scriptum inuenietur: Cœlum etiam, unde dominus descendit, non alterius dei esse monstratur, quàm creatoris. Eutropius. Cœlos'ne obtinet Bonus? Mar. non cœlos creatoris. Eutropius. Peregrinatur'ne igitur ut aduena apud creatorem? Marcus. Proprios habet cœlos Bonus. Eutropius. Ergo confessum est & bonum esse creatorem cœlorum. Marcus. Cœli illius boni non sunt manufacti, sed ingeniti. Adamantius. Si ingeniti, igitur & innominati, quod enim ortu caret, caret etiam nomine. Præterea casum & fortuitam temeritatem cum Epicuro astruunt. Marcus. Quomodo id tandem? Eutropius. Apostolus dixit, secundus ex cœlo Dominus, ut uos dicitis, ex quo igitur cœlo perquirendum est: Si ex creatoris, apparet Christum esse creatoris: si ex altero, ut inquis, cœlo, an ingenitum posset ab ingenito disterminari, quærendum est. Ad. Fortassis, iuxta istos, quod tamen fieri non potest. Tum licet cœlis non utatur creatoris, nominibus tamen. Vnde enim habuerunt cœli nomenclationem? An non manifestum est ex lege? Sic enim ait:
Gen.1 Vocauit deus firmamentum cœlum. Specta mihi & profligatam hanc impiamq; audaciam, quibus modis scripturam adulterant. Deum enim Christi generationem secundum carnem tollere & amoliri moliuntur, mutarunt hoc, secundus homo, & supposuerunt, secundus Dominus, parum uidentes, uel carnem & spiritualis etiam Christi ortum necessariò debere fateri: uel illum Adamo posteriorem esse. Cum enim audimus, Erat primus & secundus, quid innuimus aliud quàm hoc, si ille primus erat, Dominus autem secundus, consequens est posteriorem Dominum Adamo intelligi? Rursus enim scribit ad Corinthios Apostolus: Quòd deus qui iussit ex

ex tenebris lucem splendescere, ille illuxit cordibus uestris ad illustrationem notitiæ gloriæ ipsius in conspectu Christi. Quis ergo deus ait, ut elucesceret lux ex tenebris? Cui ait? & quando? Inuenimus certè, modo diligenter quæramus. Quem prædicat Deum Apostolus? unde est illud, quod datur nobis luminis ex facie Christi? Si enim is qui refinxerat & bonus deus, quomodo isti iactitant, hoc alicui aut aliquibus dixit: inuenitur uidelicet ignotus ille etiam docuisse aliquando, & alicui dixisse & aliquid. Si dixit, falsum illum incognitum asserere, & nunquam reuelatum esse, nec ad alicuius unquam noticiam peruenisse. Si quippe sit locutus antè, & promiserit: nec obscurus erat, nec tunc primùm, ut aiunt, sub Tiberio descendens in Capharnao apparuit. Si autem non erat ille qui lumen promisit, sed creator, illius sumus & nos qui illuminamur. Ergo & Christus lucet in oculis coram, luce nimirum creatoris. Nam bonus, Eph.2
inquit, ignotus erat. Ephesiis autem Apostolus missa epistola dicit: Et ueniens Euangelizauit pacem uobis qui eratis longè, & ijs qui propè, quia per illum habemus accessum utrique in uno corpore ad patrem. A quo ergo nos longè aberamus & Iudæi propè? An, quomodo istis placet, ab exotico & alieno deo? At quomodo Iudæi propinqui erant illi, quem ignorarunt perinde atque nos, cui nec obediuerunt unquam nec attenderunt, alterum deum colentes, qui, ut isti dicunt, Boni institutioni atque decreto renititur? Proin dicit, per quem habemus aditum utriq; ad patrem. Ad quem patrem? An ad eum scilicet qui nos creauit? Sed adhibebimus oraculum ex ipso eodem Apostolo certissimum, cui contradici non potest, unum esse omnium & conditorem & nostrum & uniuersæ creaturæ solum deum bonum, cuius & mundus est, & uniuersa. Paulus enim inquit: Vnus deus pater omnium, & in omnibus nobis pater, super omnia Deus. Quis itaque ille censebitur? Anne is, istorum arbitratu, bonus neminem creans nostrum, nullius omnino effector aut opifex? Vel quorum pater erit? non enim nos possumus illius esse filij à quo geniti non sumus. Propheta tamen, Nonne, inquit, Deus condidit nos? Et pater omnium nostrum est? Marcus. Credentium pater est hic bonus, ait namque Paulus, quòd in adoptionem filiorum adsciti sumus. Eutropius. Vides'ne Marce auditores ineptum tuum & rude litigandi studium deridere? Non enim dixit Apostolus, Vnus pater fidelium, sed omnium, & per omnia & in omnibus. Marcus. Imò sic habet: In adoptionem filiorum accepti sumus: Quis unquam propria cooptat in filios? Adamantius. Erit proindè malus qui ab inuito aliena accepit, bonus autem ille qui consensit. Quòd autem Paulus deum creatorem esse referat, certò & indubitatò licet ex illo intelligere, qui ait: Deus corpus temperauit, ei, cui deerat, abundantiorem honorem tribuens. Clarius etiamnum accipe oraculum. Quare, inquit, nemo glorie- 1.Cor.3
tur in hominibus, omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Cephas, siue mundus siue uita, siue mors, siue instantia, siue futura, omnia uestra, uos autem Christi, Christus autem dei. Huius profectò dicti apostolici uis ac pondus eos inuitos etiam obtorto collo trahet, ut manus dare cogantur. Cuius enim dei uolunt esse Christum, respondeant. Marcus. Boni. Adamantius. Boni igitur & nos qui sumus Christi, & nostra, hoc est, mundus & uita, & mors, & præsentia & futura. Marcus. Mundus erat mali fabrica. Eutropius. Tum Christus & Paulus, & Cephas, & uita si tibi credimus, à malo erunt. Enimuero rixandi petulantia & contentio planè Contentio.
ad impietatem trahit. Adamantius. Non grauabor & alteram Apostoli sententiam adducere: Gratia, inquit, sit deo, qui nos semper triumphare facit in Christo, & qui odo- 2.Cor.2.
rem cognitionis suæ patefecit per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus in his, qui seruantur, & in his q pereunt, his quidē odor à morte in mortē, illis uerò odor ex uita in uitā. Ex quo igitur omnia nobis sunt, manifestū est ex eo etiā bonū Christi odorē in uitā esse, ijs qui salui fiūt: odorē uerò mortiferū, ad mortē ijs qui pereūt. Quocirca

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc cum inſtitores & tam inſignis amentiæ caupones legant, eo'ne proiectæ malitiæ prolapſi ſunt, ut dicant bonum & patrem Chriſti ſeruare, & alterum porrò conditorem mundi & hominum iudicare? Nam ſi ex uno omnia ſunt, & nos ſumus etiam, & mundus, & mors, & uita, & alia omnia: cumq; Chriſtus odor ſit, aliis quidem
Eph.3 uitæ, aliis uerò mortis, ociosa profectò est & superflua alterius dei excogitatio. Et quomodo non erubeſcant, loquente Paulo: Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, inter gentes Euangelizare inpereſtigabiles Chriſti diuitias, & illuſtrandi omnes ac patefaciendi quæ ſit adminiſtratio myſterij reconditi à ſeculis in deo, qui omnia condidit? Hæc ordinatio à ſeculis erat, hæ ſunt retruſæ & inueſtigabiles Chriſti opes, & hoc eſt myſterium quod annunciat Paulus, & retegit gentibus. Et inde perſpicuum eſt Paulū eſſe creatoris apoſtolum, qui diſpenſationem in illo abſconditam in lucem effundit, atque inuolutas & nunquā explicabiles Chriſti diuitias euoluit prædicatq;, nec alterius, ſed eius qui creauit omnia. Quid? quod diſertè citra controuerſiam legem & præcepta agnoſcit, quod quidem iſtorum opinationi contrarium eſt. & ait: Igitur lex quidem ſancta, & præceptum ſanctum, & iuſtum, & bonum: & rurſum Peccatum, inquit, ut appareret peccatum per bonum mihi operatum eſt mortem. Cum ergo bonum ſit, quod ex lege deriuatur, quemadmodum
Rom.7 Rom.5 ſcriptum eſt, donandum eſt uidelicet, bonum neceſſariò eſſe qui eam dedit: ſiquidem ex fructu arbor cognoſcitur. Quinimo inquit, circumciſio quidem prodeſt, ſi legem præſtiteris. Si autem circumciſio profuerit legem ſeruantibus, conſtat illis in bonum ceſſiſſe. Quis enim adeò mentis expers eſt, ut bona non fateatur eſſe, quæ utilia ſunt & proſunt? Deinde petra data per Moſen erat Chriſtus, ut oſtendit Paulus.
Poculum benedictionis. Vel igitur Chriſtum pronunciabunt bonum non eſſe, uel eum qui Petram dedit, bonum fatebuntur. Quando poculum benedictionis, & panem quem frangimus, ſanguinis & corporis dominici communionem eſſe ait, nonne uult etiam, ut omnino bona intelligantur? Quod ni ita ſit, cum malis erit ſanguinis & corporis Chriſti Ieſu communicatio, & lucis cum tenebris. Siue legant & quod in Euangelio ſcriptum eſt: Dominus aſpiciens in cœlum gratias agit: ecquid non agit conditori gratias? Cum panem accepiſſet & poculum & benedixiſſet, quid? alterine pro creaturis conditoris benedicit? An potius illi qui effecit & exhibuit? Mar. Nos ex Apoſtolo & Euangelio edocti ſumus, creatorem & creaturas ipſius malas eſſe. Adamantius. Quæ Chriſtus bona fatetur, tu'ne dicis mala? Mar. Mundum nuſquam appellat bonum, nec opera eius, dicit enim: Si eſſetis de hoc mundo, mundus quod ſuum eſt, amaſſet.
Matth.7 Adamantius. Adducam tibi ipſa ſeruatoris uerba, quæ in Euāgelio prodidit: Si quem ex uobis, inquit, petierit filius ſuus panē, num lapidem dabit ei? uel ſi petierit piſcem, num ſerpentem reddet ei? uel ſi petierit ouum, an ei reddet ſcorpionem? Si igitur uos mali cum ſitis, noſtis bona dona filijs ueſtris dare. Quare cum bona confiteatur dona, panem, & ouum, & piſcem, quæ ſunt opificis creaturæ, cur non uellet illis etiam uerbis ipſum earum rerum creatorem bonum intelligi? ſiquidem arbor ex propriis fructibus cognoſcitur. Cum uerò Seruator dicit: Regnum cœlorum ſimile eſſe grano ſinapis, uel fermento, uel ſagenæ, uel alicui eiuſdem generis, quid cogitant, aut quo animo affecti ſunt iſti, qui has creaturas, Dei creatoris, quibus regnum dei aſſimilat dominus, malas eſſe garriunt? De regno dei cogitent. Nam ſi granum ſinapis malum ſit, tanquam mali dei creatura, ut eſt iſtorum ſomnium, eodem modo quoque reliqua in eo loco & gradū ponenda ſunt, & id ipſum regnum cœlorum, quod illis comparauit. Et quid expetimus illud, modo ſit malum? Si bonum ſit regnum cœlorum, neceſſario bonum erit & granum ſinapis, & alia omnia quibus bonum dei regnum ſimile eſt. Mar. affero tibi expreſſa uerba Apoſtoli, quæ indicant alium eſſe mundi deum, hiſce uerbis: In quibus deus ſeculi huius excæcauit ſenſus infidelium.

EVTROPIVS

EVTROPIVS ECCLESIAE MEMBRVM FIERI CVPIENS: Epilogus.
Sunt qui uoculas ex ſcripturis uenantur, quaſi hamo captant, & expiſcātur captiolè quæ ſuo morbo & præiudicio ſeruiunt, qui uiam in cœlos planam & expeditam in barathrum & ſpinis intercluſa diuerticula conuertunt, quorum tu quidem ὑποθρασωτερος es id eſt ſatelles ac ſignifer. Et ſi enim in his ſuperioribus & extremis uerbis fuſa ac copioſa ſolutio adhibita ſit, tu attamen non ſatis memor tui, obluctari & recalcitrare nō deſinis. Quocirca par eſt, meo iudicio, ſi pote meis dictis uelis acquieſcere, ambo enim me delegiſtis in iudicē, perſuaderi & ſubſcribere his quæ ab Adamantio de religione & pietate in deum ſunt conſtituta, tecq; Eccleſiæ catholicæ, publicæ ſcilicet Chriſtiano rum conſociationi aggregare: cuius ego, licet alienus, eſſe tamen filius percupio. Vide etiam omnes qui auſcultant fratres, hunc pia ſua teſtificatione collaudare. Diſputatis ergo omnibus & examinatis, quæ callidè & impiè corrogatæ ſunt, ſophiſticis argutijs: tempus uocat, ut hæc terminetur oratio: Quæ nobis fidem admodum æquabilem & lenem, & ueram enucleauit, ex qua omne eiectum eſt mendacium, eiecta eſt etiam fallax omnis imaginatio: Vnum & ſolum deum in ſancta & conſubſtantiali Triade oſtendit, non ſpurium aliquem, & arreptitium, & extraneū, & nudum, aut nouum hoſpitem, alienarum rerum appetentem, ut impij hæretici dogmatizant, ſed diuitiarum ſuarum creatorem, cui omnia ſubdita ſunt: quocum nulla materia in eadem dignitatis ſede & æquabilitate collocatur, nec aliud quicquā eorū quę opinoſi & factioſi homines calumnioſè ſubornant, præter filium & ſanctum ſpiritum: Eſt enim hæc beata Trinitas ὁμοούσιος, eiuſdemq; eſſentiæ, ac indiuidua: quæ ex his quæ non ſunt, ea quæ ſunt ex bonitate confecit, cuius uerbum hominem accepiſſe, & iuſtam diſpenſationem adminiſtraſſe uerè declaratum eſt, non erubeſcens propter noſtram ſalutem, quod creauit recipere, qui ueniens euangelizauit pacem & his qui longinqui, & his qui propinqui conſiſterent, qui te quoq; deo & patri reconciliaret, redemptione ſanguinis ſui quem pro mundo uniuerſo profudit, noſq; omnes diriget & confirmabit, ut pacatam uitā in omni pietatis officio cum ſumma grauitate tranſmittamus, relictiq; in hoc ſeculo laborum mercedem, & ueram uitam noſtram ab illo percipiamus: Vita enim noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Quum uerò declaratus fuerit Chriſtus uita noſtra, cum Chriſto in deo & nos in gloria manifeſtabimur, qui ſanctè promiſit hominem & reſurrecturum, & unā cum corpore immortalitate perfruiturum: qui denicq; omnes propter libertatem arbitrij in iudicium uocaturum ſe conteſtatus eſt, cui nihil poteſt reſiſtere, cui omnis dominatus ſubditur: quem iure optimo omnis orbis colit, omniſq; Epiſcoporum corona, omnis eorum ſchola & auditorium, quibuſcum reges cuncti ac principes, qui piè credunt, in una ueritatis conſenſione ac conſpiratione congregantur, & propulſare mendacium atq; excludere moliuntur. Etenim hæc ſola eccleſia uerè & iuſtè & piè & ſanctè adminiſtratur, à qua ſi qui deſciuerint, ſecq; diſiunxerint, lōgè à ueritate diſcedunt, uerbo quidem & oratione tenus ueritatem ſe ſcire uēditant, quando re uera tota uia exorbitant. Quamobrem æquum eſſe iudico, ut qui ſe Marinianæ hæreſi deuouerant, meæ ſententiæ dictionem & conſilium non aſpernentur: ſed fœdum hoc, monſtroſum ac pernicioſum dogma reſpuant, abſterſoq; pudore ad ueram & conſentaneam fidei puritatem redeant, ut nobiſcum diuinarum diſciplinarum myſtæ & initiati, nobiſcum ſalutem conſequantur.

Exhortatio.

ἀναπεφαλαίωσις. Fidei propoſitæ Synopſis

Eccleſiæ deſcriptio & Eccleſiaſticæ fidei.

Clauſula πρὸς τὸν ἀντίδικον.

EPINI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPINICION SEV TRIVMPHALIS EVTROPII aliorumq́, ut apparet, auditorum, acclamatio in Adamantij Victoris Laudem celebrata.

O DIVINE, omni sapientia & intelligentia ornate, Pentadem dogmatum impiorum ducem & propugnatricem contra Deum furentem pulchrè detexisti: Idcirco te nos omnes fideles illa in Dauidis laudem decãtata uoce honoramus ac coronamus. Dauid tyrannum Goliad interfecit, & opinionem cum deo pugnantem iugulauit Adamantius: Et sustulerunt probrum à filijs Israel.

DISPVTATIONIS Origenicæ Laurentio Humfrido interprete Finis.

OPERVM ORIGENIS SECVNDI TOMI FINIS.

BASILEAE PER HIERONYMVM FROBENIVM ET NICOLAVM EPISCOPIVM, MENSE AVGVSTO M. D. LVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIGE

in
Mathe
Lucam
Ioannem
Homilie n
quedã loca
noui test.
Ad Ron
Da Celsũ.
Da Marc.



Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIGE

in
Mathe
Lucam
Ioannem
Homilię in
quedā loca
noui test.
Ad Ron
Da Celsū.
Da Marc.

Universidad de Deusto
Biblioteca